Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXII
E
3
NAPOLI

XXII
E
3

INSIGNIS, ATQVE
utiliſsimus TRACTATVS
DN.

CELSI BAR-
GALII PATRICII

Senenſis, in Patrio atque in Maceratenſi Gymnaſio præſtantiſsimi Profeſſoris LL: Primarii

DE DOLO.

HVIC IN FINE SVBIECTÆ SVNT Orationes viginti, ab eodem Authore in celeberrimis Senenſi & Maceratenſi Academiis in Doctorum promotionibus habitæ & recitatæ.

Adiectus eſt INDEX rerum & verborum neceſſarius.



HANOVIÆ

Typis Wechelianis apud Claudium Marnium, & heredes Iohannis Aubrii.

M. DC IIII.

Cum gratia & Priuilegio Sacræ Cæſareæ Maieſtatis.

Digitized by Google

Summa Priuilegii.

CÆSAREÆ *Maieſtatis priuilegio cautum eſt Andreæ Wecheli heredibus, Claudio Marnio, & Iohanni Aubrio, ne quis hunc Tractatum de Dolo à Celſo Bargalio I C. conſcriptum, intra Sacri Romani Imperii & omnium regnorum ac prouinciarum Imperialium fines, eodem vel alio charactere excudere, aut vbicumque recudendum dare; aut alibi impreſſum importare, vendere vel diſtrahere palàm vel occultè auſit. Idem priuilegium eis conceſſum de aliis etiam auctoribus in Philoſophica, Medica & Iuridica facultate, aliisque diſciplinis liberalibus, ad ſex cuiuſque editionis annos. Quod Sacræ Maieſtatis interdictum ſi quis neglexerit, non modo libris expreſſis, verum etiam inſuper decem marchis auri puri, imperiali fiſco, fraudis vindici & dictis Wecheli heredibus, ex æquo ſoluendis mulctabitur, vt latius in Cæſareo diplomate declaratum eſt, Dato Viennæ* XXV. *Menſis Maii Anno Domini* M. D. LXXXII.

Rudolphus.

V. Io. Bapt. Weber.

Ad mandatum S. *Cæſareæ Maieſtatis proprium.*

P. Obernburger.

ILLVSTRISSIMIS SENATVI, ET PRIORIBVS CIVITATIS MACERATENSIS,

in Picena prouincia primariæ, Dominis ſuis, &c.

SCIPIO BARGALIVS.

CVM inter ſchedas Domini Celſi fratris, quæ poſt eius obitum in manus meas inciderunt; illa ſeſe obtulerit, breuis admodum, & pluſquam currenti calamo exarata; tanquam ſolius memoriæ nota: cuius initium videlicet: Nuncupatoriæ Epiſtolæ ſubiectum, hoc interim ſuccurrit, &c. quã Tractatum à ſe de DOLO abſolutum, propediem in lucem editurus, nomini veſtro dicare decreuerat; vt ſummæ eius obſequerer voluntati, non alienum exiſtimaui rationibus meis, ſi inchoatam Epiſtolam ab eo, & quaſi per tranſennam ſcriptam, vel interruptam, insererem potius, quàm nouam quampiam meo marte, licet eiuſdem argumenti, conſcriberem. Verba porrò ſchedulæ ſunt hæc.

Nollem vos, egregios viros, cogitare me laudis deſiderio, vel gloriæ cupiditate vllo pacto adductum, hæc, quæ vobis dico, qualiacunque ſint, edidiſſe: tum quia ingenii imbecillitate, me eam aſſequi poſſe diffido; tũ quod ſi maxime aſſequi confiderem; non idcirco opus hoc aperto in lumine collocarem, quoniam id homini Chriſtiano non magni quidem cenſeo faciendum. Vox enim Pii Secundi Pont. Max. decantata, meas circumſonat aures: Poſt mortem eum, qui ad inferos detrudatur, nullum ex fama apud mortales parta, fructum capere: quod ſi ad ſuperos abeat, eiuſdem etiam contemptorem fieri. Idque etiam aliis rationibus apud Franciſcum Petrarcham de Remedio vtriuſq; fortunæ depromptis confirmari poteſt. Num fortaſſe alios iuuandi cauſa ad opus tale promulgandum compelli poſſem? Cum omnes Platonis ſententia, patriæ, parentibus, atque amicis nati ſimus. Hoc ſane, cum nil pulchrius ſit, nil homine dignius, feciſſem; ſi me aſſequuturum ſperaſſem. Sed, vt verum fatear, ea me ratio impulit, vt vobis villicationis meæ, qualem, qualẽ rationem redderem, Cum per annos plures veſtra in vinea laborauerim, & diurnum denarium æque à vobis acceperim (licet ſera, & debilis fuerit operatio) atq; aliis dediſtis; quorum opera plus fructus, nominis, & ſplendoris Macera-

Digitized by Google

nus ager attulit. Saltem, vt intelligeretis, me tota die non ſtetiſſe ocioſum. Deinde id ea ratione mihi faciendũ eſſe putaui; vt huic primo ingenii mei filiolo, infirmo admodum, & recẽs nato, quem à me ferè ſtatim abdicaui, & penitus emancipaui, quaſi Tutores vos, Præſtantes Viros, conſtituerẽ. Etenim ſi patres paterno officio tutorem filiis debent relinquere, cum per ætatem, multorum ſint iniuriis expoſiti; ita ingenii mei partum, qualiſcunque ſit, non minus carum, imo cariorem filium, plurimorum obtrectationibus expoſitum, ingenti patrocinio prouiderem. hactenus ille.

Cum igitur Celſus frater, morti proximus, in lectulo decumbens, exceſſurum ſe breui cognoſceret è vita; duo potiſſimum ſtatuere, legareque decreuit: alterum, vt Sacellum ſanctiſſimæ, & indiuiduæ TRINITATI dicatum, non ſine dote, quam primum erigeretur; alterum, vt liber de DOLO, laboribus maximis, multiſq; vigiliis confectus, Orationibus adiunctis quibuſdam, typis imprimendus daretur. Cuius libri recognoſcendi negocium Excellentiſſimo I. V. D. FRANCISCO ACCARISIO, cariſſimo olim eius diſcipulo, orans obſecranſq; mandauit. Atque vti iam marmoreis, nec rudibus columnis Sacellum, nec vulgaribus figuris depictum, ornatumq; Senis, in ſacra Diui Auguſtini Æde, abſolutum aſpicitur, pariter in opere de DOLO, omnis adhibita eſt diligentia: pro cuius deſiderio, nõ paucos quotidie ardere aiebant, vt in hominum conſpectum prodiret; poſtquam omni ſtudio, diligentiaq; ab eodem Excellentiſſimo ACCARISIO; ſemel iterumque perlectum eſt: vt liberali promiſſo, liberaliorem adderet fidem. & hoc amoris ſui, beneuolentiæque in ipſius Authorem, vltimũ, maximumq; præberet teſtimonium. Quemadmodum ipſi cõtigiſſe videmus, vt in illius Cathedrã in Senenſi Gymnaſio ſtatim ſufficeretur: quæ aduenæ Doctori à ſereniſſimo Principe decreta fuit; & ad quã primus ciuis ab eodem Principe à Macerata veſtra Doctor Celſus fuerat euocatus. Igitur etſi frater de huiuſmodi labore dicando, ne vlli quidem verbum, nec aliud præter ipſam ſchedam reliquit indicium; quæ caſu ferè, atque ferè, atque ſerò ex tenebris eruta eſt, minime tamen dubitare potui, quin veſtro omnium nomine cohoneſtatũ prodiret in vulgus; vt eò quo maiore poſſem argumento, Authoris extaret teſtificatio ſempiterna, quã ipſe Maceratinis Ciuibus deditus, ac deuinctus ſemper fuerit, ob honorẽ, dignitatẽ, atq; humanitatẽ: qua priuatim, & publicè eum ſunt proſecuti: qui etiam ter in decennium, quod in ipſorum Ciuitate conſumpſit, ſtipendio ipſum auxeunt; & ea voluntate atque opere demum erga ipſum animati fuerunt, quo erga quamplures, cũ Iuris Ciuilis, tum Philoſophię Senenſes Doctores, ſeſe præſtiterunt, à quorum nominibus, tanquam mentibus veſtris inſculptis, in præſentia ſuperſedebo: quib. digniſſimum Maceratenſe Gymnaſium regendum, illuſtrandumque ſuperiorib. annis, tradidiſtis: & hódie in his qui eidem Gymnaſio præſunt, Excell. D. Horatius Sergardius viget: qui fratris noſtri non veretur fateri ſe fuiſſe auditorem, ſub eoque meruiſſe. Ego vero ſuſceptum hoc munus, eò ſanè libentius perſequar, & abſoluam; quo ingenuos viros, peritiſſimoſque liquido affirmare accepi Tractatum hunc de DOLO, veluti purum, perennemq; fontem, vtilitatis plurimum; nõ ſine iucunditate iuris intelligentiam habentibus, eſſe allaturum: vt dubitari minime poſſit, quin eius ſubiectum,

æquita-

Google

æquitate refertum, dignaque honeſtate inſignitum, nobiliſſima veſtra ſit defenſione non indignum ſeſe oſtenſurum: quemadmodum nulla quidem melior potiorue vnquam ei cõtingere potuiſſet. Vos etenim huic Operi, non ſolum dum ſeſe in lucem profert nobiliſſimi fortiſſimiq; Tutores eſſe poteſtis, ope, ac ſcientia conſultiſſimorum Alumnorum, qui hac tempeſtate in patria, nec nõn in totius orbis principe Romana Curia vigent, ac emicant; verum etiam eorum virtute, ac ſapientia, quos altera indies procreabit, & altera procreatos dum ſtabit orbis ad cælum fulgentes ætas extollet. Quorum ſimiles nunc mirifice ſplendentes inſpicitis, Amalphitanũ Roſſinæ ſtirpis Archiepiſcopum: Dominum Ceccolinum Referendarium Apoſtolicum, ac Protonotarium D. Alexandrum Ferrum. D. Alexandrum Centium. D. Marcum Antonium Amicum; & huiuſce roboris, & ſcientiæ non paucos quidem. Nihil eſt igitur, vt vos, eximios Viros, verbis fatigem, vel precibus onerem, vt huius filioli, tanquam proprio parente, & patruo Hieronymo Bargalio I. V. D. orbati, tutelam ſuſcipere, benignitatiſque veſtræ, vel potius pietatis clypeo tegere dignemini; cum quæ donantur alicui, & dicantur, vti è re illius ſint propria, & tanquam ex eodem met genita, ab eodẽ ſuſcipiantur, & omnibus horis oculis, auribus, complexu teneantur. Ego quidem parentis vice, ac nomine, Ipſum vobis librum, qua maiori poſſum animi alacritate do, dono, dicoq; & qua voluntatis ſignificatione valeo, maxime commendatum cupio; atque exopto: dum vobis maximam à DEO Optimo Maximo ſalutem precor, augurorque felicitatem.

SENIS.

ELENCHVS CAPITVM IN HOC TRACTATV DE DOLO D. CELSI BARGALII I.C. CLAriſſimi contentorum.

Liber Primvs.

PRæfatio fol.1
Cap. 1. Quid ſit dolus. 3
2. Dolus quotuplex ſit. 6
3 De bono dolo. 9
4 Diuiſio doli boni. 12
5 De dolo bono in temporalibus. 15
6 De eodem dolo bono publicæ perſonæ. 22
7 De dolo bono priuatæ perſonæ. 32
8 De dolo bono in ſpiritualibus. 46
9 Appellatio doli, vtrum in dubio referatur tantum ad dolum malum, & numquid dolus bonus ſit propriè dolus. 53
10 De idolo boni doli. 56

LIBER SECVNDVS, IN QVO agitur tum de definitione, tum de diuiſione doli mali.

Cap. 1. Quid ſit dolus malus. 57
2. De multiplici ſpecie doli mali. 64
De dolo vero, & de dolo præſumpto diuiſio prima. 65
3. De dolo præſumpto. 85
4. De dolo aperto, & de dolo velato, Diuiſio ſecunda. 115
5 De præterito & de futuro dolo, Diuiſio tertia. 118
6 Cap. 2. de dolo futuro. 151
7 De dolo ex propoſito & reipſa diuiſio. 145.
8 De dolo reipſa. 150
9 De dolo dante cauſam, & de dolo incidente. 166.
10 De dolo incidente. 184
11 De dolo in committendo, & de dolo in omittendo, diuiſio 5. Cap. 1. 189
12 De dolo tertii, & de dolo principalis diuiſio. 6. fol. 198
13 De dolo authoris, & de dolo ſucceſſoris diuiſio 7. 225
14 [illegible] authoris & ſucceſſoris ſingularis. cap. 2. fol. 240
15 De dolo nominato & innominato, diuiſio octaua. 248
16 De dolo in re propria. & in re aliena, & in re communi diuiſio nona. 250
17 De dolo aut dicto aut facto aut ſilentio commiſſo diuiſio decima. 251
18 De dolo pernicioſo, & de dolo iocoſo diuiſio vndecima. 252

LIBER TERTIVS, IN QVO de perſonis, quæ dolum faciunt, ac de rebus, quæ dolum recipiunt, diſputatur.

Cap. 1. De perſonis, quæ dolum committere poſſunt. 255
2 De rebus, in quibus dolus committitur. 268
3 De dolo in contractibus bonæ fidei. 270
4 De dolo in contractibus ſtricti iuris. fol. 278
5. De dolo in contractibus nominatis. 304
6. De dolo in contractibus innominatis. 311
7. De dolo in vltimis voluntatibus, & maxime in teſtamentis. 316
8. De dolo in legatis & fideicommiſſis. 333
9. De dolo in iudicio. 343
10. De dolo in arbitriis. 389
11. De dolo in iudicio criminali. 397
12. De dolo in legibus & ſtatutis. 401
13. De dolo contra legem. 406
14. De dolo in iuramento. 413
15. De dolo in reſcriptis. 429

LIBER QVARTVS, IN QVO effectus proficiſcentes ex dolo, veluti actio, exceptio, replicario pœna doli, probatio atq; purgatio eiuſdem pertractantur. 436.

Cap. 1. de actione doli. 438
2. De Exceptione doli. 470
3. De Replicatione doli. 497
4. De pœna doli. 503
5. De dolo in voluntatibus. fol. 515
6. De pœna doli in iudiciis. 517
7. De pœna doli in aliis dotibus. 521
8. De probatione doli. 526
9. De purgatione doli. 542

LIBER QVINTVS, IN QVO de cognatis doli, nempe culpa, de fraude, de mendacio, de perfidia, de Calumnia, de mala fide, de mora, de ſimulatione diſſeritur. 553.

Cap. 1. De culpa. 555
2. De lata culpa. 558
3. De leui culpa. 575
4. De leuiſſima culpa. 583
5. De fraude. 554
6. De fraude contra Creditores. fol. 508
7. Quæ remedia competant creditoribus fraudatis. 615
8. Quid agere creditores fraudatos oporteat, vt remedia reuocatoria poſſint intentare, eorumq; beneficio gaudere. 631
9. De fraude contra patronos. 642
10 De fraude parentum adverſus liberos, & liberorum contra parentes. 648
11. De fraude tam contra legem, quam adverſus fiſcum. 451
12. De Mendacio. 654
13. De variis quæſtionibus ad mendacium pertinentibus. 658

15 De

14. De pœna mendacii negatiui. 665
15. De pœnà mendacii affirmatiui. 687
16. De Calumnia. 691
17. De Cauillatione. 695
18. De prauaricatione & Tergiverſatione.
19. De Perfidia. 700
20. De Mala fide. 701
21. De Contumacia. 703
22. De mora. 706
23. De ſimulatione. 711

LIBER SEXTVS ET VLTImus de Regulis doli. 715.

DE Regulis doli affirmatiuis. 715
Regula. 1. Dolis & malitiis eſt obuiandum. 715
2. Dolus ab omni diſpoſitione cenſetur ſemper exceptus. 716
3. Dolum facere & locupletari cum alterius iniuria æquiparantur. 718
4. Dolus in committendo maior eſt, quam in omittendo. 720
4. Dolus obligat facientes in ſolidum. 721
6. Dolus præteritus poteſt remitti, futurus non poteſt. 722
7. Actio doli competit, quando aliæ eſſant actiones. 723
8. Contra doloſum iuratur in litem. 725
9. Dolus dans cauſam annullat, dolus autem incidens reſcindit conuentiones. 726
10. Actio doli tollitur biennio: Exceptio verò perpetuò competit. 727
11. Actio doli irrogat infamiã cõdemnato. 728
12. Dolus præponderat culpæ. 730
13. Qualibet cauſa excuſat à dolo. 731
14. Cuius qui dolo grauatur, eiuſdem debet ſumptibus releuari. 734
15. Dolus cum dolo compenſatur. 736
16. Dolo facit, qui petit, quod reſtituturus eſt. 744
17. Qui dolo deſiit poſsidere habetur pro poſſeſſore. 748
18. Qui dolum allegat probare debet. fol. 755
19. Qui contra iura mercatur præſumitur in dolo. 754
20. Doloſus, quæ prius habet priuilegia perdit. 755
21. Dolus ſerui obligat dominum. 756
22. Dolus debitoris nocet creditoribus in iure quærendo. 757
23. Dolus defuncti nocet hæredi. 758
24. Ex doloſo conſilio competit actio doli. 759
25. In dolo eſt qui petit id, quod aliqua illi di poteſt exceptione. 762
26. Stipulatio dolum malum abeſſe, abſuturumque eſſe promiſſorem, & eius hæredem tantum obligat. 762
27. Conſtitutio pœnam capitalem imponens, habet tacitam clauſulam, ſi dolo commiſſum ſit delictum. 763
28. Dolus ex propoſito, & dolus reipſa æquiparantur. 764
29. Dolus ſemper præſumitur in eo, qui ſemel fuit verſatus in dolo. 763
30 Exceptio doli, ſuccedens in locum alterius exceptionis, regulatur ſecundum naturam illius, in cuius locum ſuccedit. 766
31. Qui iuſtam aliquam exceptionem habet, tutus eſt etiam exceptione doli. 767
32. Petens ſine cauſa, eſt in dolo. 767
33. In pari cauſa doli, melior eſt conditio poſſidentis. 768
34. Dolus non infer... r ſcienti & volenti. 769
35. Quoties dolus p... ſt purgari actione ex eo contractu, in quo eſt commiſſus non datur actio doli. 771
36. Dolus vnius nocere alteri non debet. 772
37. Ex ſuo dolo nemo debet lucrifacere. 773
38. Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere. 775
39. Non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non obtemperat. 777
40. Non videtur dolo facere, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere. 780
41. Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere. 780
42. Nullus videtur dolo facere, qui iure ſuo vtitur. 782
43. Creditor ſuum recipiens dolum non committit. 783
44. Dolus non debet eſſe impunitus. 783
45. Doli clauſula non refertur ad eas partes de quibus nominatim cautum eſt. 784
46. Exceptio doli, quæ nocebat deleganti, non officit ei, cui fit delegatio. 785
47. Doli exceptio non nocet his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur. 786
48. Dolum ſuum vel authoris allegans, n... debet audiri. 786
49. Dolus & fraus non conſiderantur ab euentu. 788
50. Heres dolo non caret, ſi poſt motam controuerſiam hæreditatis legata ſine cautione ſoluit. 789
51. Dolus non præſumitur, niſi probetur, & inter duos dolos præſumitur minor dolus. 791
52. Idolus doli mali. 791

INDEX ORATIONVM EIVSDEM AVTHORIS, AB EO SELECTArum, quæ poſt huius Operis finem ſubiectæ fuerunt.

SENIS HABITÆ.

I.	*In Doctoratu Domini Hippolyti Picolominti Senenſis. fol.*	794
II.	*In Doctoratu Dn. Marii Coſcii Senenſis.*	795
III.	*In Doctoratu Dn. Franciſci Accariſii Senenſis.*	797
IIII.	*In Doctoratu Dn. Iacobi Petruccii Senenſis.*	798
V.	*Præfatio prouerbialis ad ſcholaſticos.*	801

MACERATÆ HABITÆ.

VI.	*In Doctoratu Dn. Valerii Hepil Aſsiſienſis Conſiliarii triumphantis. fol.*	802
VII.	*In Doctoratu D. Angeli Gentilomii de Montepheltro.*	805
VIII.	*In Doctoratu Dn. Æmilii Piſsimi.*	806
IX.	*In Doctoratu Dn. Iohannis Baptiſtæ Ferri Maceratenſis.*	808
X.	*In Doctoratu Dn. Albaneſii de Albaneſiis.*	810
XI.	*In Doctoratu Dn. Theodori Cellini Fulginenſis.*	811
XII.	*In Doctoratu Dn. Cæſaris Alliati Siculi.*	812
XIII.	*In Doctoratu Dn. Martii.*	812
XIIII.	*In Doctoratu Illuſtriſsimi Comitis Nicolai de Marciano.*	813
XV.	*In Doctoratu Dn. Cæſaris Mercurii de Monte aboddo.*	814
XVI.	*In Doctoratu Dn. Marii Antonini Maceratenſis.*	815
XVII.	*In Doctoratu Dn. Fabii Grandi ex oppido Sancti Viti.*	817
XVIII.	*In Doctoratu Dn. Horatii Carbonii Maceratenſis.*	818
XIX.	*In Digreſſu Iohannis Georgii, & Iohannis Iacobi Germanorum.*	819
XX.	*Oratio de laudibus Hieronymi Bouii Epiſcopi Camertini.*	820

CELSI

CELSI BARGALII

IVRISCONS. SENENS. TRACTATVS VTILISSIMVS

De Dolo.

PRÆFATIO.

1 *AD moralem Philoſophum pertinet non modo virtutem, ſed etiam vitium cognoſcere.*
2 *Medici officium, antidoti, & veneni habere notitiam.*
3 *Iuriſconſulti munus, & Dialectici quodnam ſit.*
4 *Eiuſdem facultatis eſt, conſiderare oppoſita.*
5 *Iuriſconſulti definitio.*
6 *Iuriſconſulti officium eſt dolum cognoſcere.*
7 *Officium ſapientis, quodnam ſit.*
8 *Ducis quæ ſit præcipua commendatio.*
9 *Dolus eſt Iuriſconſultis quod Medicis venenum; Philoſophis moralibus vitium, Dialecticis Elenchus.*
10 *Iuriſconſultus eſt Medicus, Philoſophus, & Dialecticus.*
11 *Dolus laqueus; ſcorpio.*
12 *De dolo tractatum nemo adhuc compoſuit.*
13 *Exhibere, Quid ſit.*
14 *Perſius ex vno libro magnam laudem conſequutus eſt.*
15 *Scriptorum in propria laude vitium.*
16 *Plinii ſententia nobilis.*
17 *Vtilitas huius operis.*
18 *Vtilitas Diuiſionis, ex Quintiliano.*
19 *Diuiſio operis in ſex partes.*

MORALIS Philoſophus ad humanam illam, quam cupi-
de ſemper inquirit fœlicitatem conſequendam, debet
1 non modo virtutis pulchritudinem † intueri; ſed vitii
quoque deformitatem reſpicere: atque vtriuſque bene
2 cognouiſſe naturam. † Medici officium eſt, vt in ægris
corporibus ſanitatem inducat, & conſeruet inductam,
non tantum ſalubrium: ſed lęthalium quoque herbarum;
& non ſolum antidoti, ſed etiam veneni perfectam ha-
3 bere notitiam. Dialecticus † veritatem, cuius maxime eſt
ſollicitus, haud recte inquireret, ſi præter demonſtratio-
nem, argumentumque topicum, non litigioſum quo-
4 que ſyllogiſmum intelligeret. cuiuſque enim facultatis eſt conſiderare oppoſita. †
Ideo Iuriſconſultus quoque Iuſtitiam, cuius merito Sacerdos appellatur, rite colere;
5 æqui bonique notitiam profiteri † non poſſet, nec Sanctum ſuum, & venerabile no-
men ſuſtinere; ſi legum, & conſuetudinis eius, qua priuati in Ciuitate vtuntur, & ad
6 agendum, & ad reſpondendum tantũmodo peritus eſſet; & non † omnem etiam do-
lum, fallaciam, machinationem denique omnem cognoſceret. nam iudicando deci-
pi, conſulendo falli, & circumueniri iura condendo poſſet facillimè, cum multæ ſint
7 hominum latebræ multiq; receſſus. Et ob id iniuria ſibi vindicaret nomen † Iuriſcon-
ſulti, quippe ſicut ſapientis eſt, primũ non mentiri: mox poſſe manifeſtare mentien-
tes, vt magna authoritate dixit Philoſophus in Ethicis, ita Iuriſprudentis in primis
non committere dolum; deinde ſua prudentia, quæ eſt rerum diuinarum, & huma-
8 narum ſcientia, doloſos poſſe detegere, & quemadmodũ optimi Ducis prima † vide-
batur Ariſtidi commendatio, præſcire hoſtium conſilia; ſic quoque egregii Iuriſperi-
ti eſt, malorum hominum, qui pernicioſi ſunt hoſtes Ciuitatis, dolos explorare, legẽ

ne committantur præcauere; cõmiſſos autem iuſta pœna punire, ita ſit, vt quod Medi-
9 cis eſt venenum, moralibus vitium, Dialecticis † eſt Elenchus; hoc Iuriſconſultis eſt
10 dolus, neq; profecto mirum: quemadmodum Iuriſconſultus eſt medicus † animi, cu-
ius venenum eſt dolus, eſt præterea Philoſophus morum, leges ferendo, conſulendo,
iudicando mores hominum componit, quorum corruptor eſt dolus: & tandem con-
uenit ei nomen Dialectici; propterea quod ad æqualitatem inter ciues conſeruandã,
interdum geometrico, nonnunquam Arithmetico medio, quaſi validiſſimo argumẽ-
to vtitur. Meritò itaq; in hanc curam, & cogitationem debet totus incumbere, vt doli
naturam, vires, effectus teneat quàm planiſſimè & ſciat quo pacto illum veluti laque-
11 um effugere, aut ceu ſcorpionem euitare † oporteat; ne ſimplices homines incautoſq;
ciues capere valeat, aut interimere. Cum verò de ſecundo hoc iuriſconſulti officio ad
12 hanc vſq; diem (quod viderim) ſcripſerit † nemo; de primo verò multi multa egregiè
literis cõmendauerint; operæ precium me facturũ putaui, ſi ex multis iuris noſtri par-
tibus, diuerſiſq; noſtrorũ interpretum cõmentariis, veluti ex viridiſſimis pratis flores
in vnum faſciculum colligerem; tractatum nempe doli componerem, ad ſtudioſorũ
vtilitatẽ darem in lucem Quem multis vigiliis annuente Deo cõfectum, tibi benigne
13 Lector, exhibeo, hoc eſt, vt *Paul. ait in l. 2. ff. ad exhibend.* † in publico poteſtatem facio,
experiundi nunquid enixæ meæ voluntati, quam habui promouendi aliorum ſtu-
dia, ſaltem ex aliqua parte reſpondeat effectus. mecum certe agi putauero præclariſ-
ſime, ſi illa, quæ in nobis fuit ab initio, & perſeuerauit vſque in finem, iuuandi cu-
piditas, noſtrum hoc excuſabit opus; quod nec gloria poteſt extollere, nec fama, ne-
que enim tanti hunc librum facio meum, vt ab eius virtute, ſperem obtinere, quod
14 Perſium † ex ſuo conſequutum affirmat *Martialis*

Sæpius in libro memoratur Perſius vno,
Quam leuis in tota Marſus Amazzonide.

Et Quintil. dixit multum, & veræ gloriæ quamuis vno libro Perſius meruit, nec
15 in eo ita mihi plaudo, † vt timeam in illud Horatianum incidere:

Gaudent ſcribentes, & ſe venerantur, & vltro
Si taceas, laudant, quicquid ſcripſere beati.

16 Hoc plane non deſpero † conuenire illi Plinii ſententiam, Nullum librum eſſe
tam malum, quin aliqua ex parte prodeſſe poſſit, eaque ratione non dedigneris obſe-
ero hunc DOLI libellum, ſincera mente tibi oblatum, legere ſine dolo, quod ſi
17 initio pro tua humanitate feceris, ſpero in progreſſu, pro † lectionis vtilitate factu-
rum te eſſe libentius, quòd non modo doli fallacias, machinationes, iuſtum odi-
um, quo lex odit illum, ac pœnas, quibus eum acerrime plecti dilucide intelliges
(id quod eſt per ſe præclarum) verum etiam quàm frequens, & quotidianus ſit eius
vſus in foro, & quantum ſit vtilis in ſcholâ, vbi iuriſconſulti munus illuſtre perfici-
18 tur, planè ſenties. Porrò autem, cum † materia, ſicut Quintilianus admonet, quæ
exponenda eſt, diuiſione ſit illuſtrior, & is qui legit intentiòr, ac docilior redditur,
ſi ſciuerit nõ ſolum quid tractandum, ſed & quo ordine exponendum ſit. Vniuerſum
19 hoc, qualecunque eſt, opus in ſex partes † diſtribuimus; ſingulas partes, ſingulis libris
complectentes.

Prima, itaque, etymologiam Doli; generalèm eius definitionem; ſummam-
que diuiſionem ipſius continet: boni præterea doli materiam pluribus quæſtioni-
bus explicat.

Secunda, Definitionem doli mali, atque illius multiplicem partitionem com-
plectitur.

Tertia, indicat perſonas, quæ dolum faciunt, ac res illas declarat, in quibus
dolus ſolet committi.

Quarta, oſtendit effectus proficiſcentes ex dolo, actionem, ſcil. exceptionem,
replicationem, & pœnam doli; nec non quo pacto probari Dolus, & probatus pur-
gari debeat, exponit.

Quinta, de cognatis & affinibus Doli; nempè de culpa, fraude, mendacio, ca-
lumnia, & aliis id genus multis, accurate diſputat.

Sexta, varias regulas in materia Doli; congerit, enucleatq; congeſtas.

Harum vero partium antequam enucleationem iuxta propoſitum ordinem; &
declarationem ingrediar; Deum optimum maximum precor humiliter (quod fecit
Eſdræ)

Eſdræ) vt accendat in corde meo lucernam intellectus, quæ non extinguatur quo ad vſque finiantur, quæ incœpi ſcribere.

LIBER PRIMVS.

Quid ſit Dolus Cap. I.

1 *Plato magna doctrina & authoritatis apud Græcos.*

2 *Vlpianus à Modeſtino Iureconſulto, ab Alexandro, à Diocletiano, à Iuſtiniano laudatur.*

3 *Galeni opinio de definitione confutata.*

4 *In quolibet tractatu, prima debet eſſe quæſtio definitionis etiam ex Iuriſcon. ſententia.*

5 *Modeſtinus diſcipulus Vlpiani.*

6 *Definire non modo ad Philoſophum, ſed etiam ad Iuriſcon. pertinet.*

7 *Duplex eſt definitio, nominis & rei.*

8 *Vtrum nominis ſit negligenda, diſputatio.*

9 *Galeni opinio de nominis diſputatione reiicitur.*

10 *Vtilitas diſputationis nominis.*

11 *Iuriſconſulti de verborum proprietate ſunt maxime ſolliciti.*

12 *Diſputatio nominis pertinacibus relinquenda, quomodo intelligatur.*

13 *Galenus defenſus à contrarietate.*

14 *Etymologia Doli non inuenitur apud leges.*

15 *Dolus, vox græca ſiue à verbo græco deducta, quod ſignificat ligare, & capere.*

16 *Alia Doli etymologia, Dolus à dolando dictus; dolare ſignificat diminuere.*

17 *Dolones, quid ſint.*

18 *Dolus, eſt nomen generis.*

19 *Difficilis eſt ars bene diffiniendi.*

20 *Gallus, Aquilius, Seruius, Labeo, Vlpianus, non dolum in genere definiunt, ſed in ſpecie dolum malum.*

21 *Doli definitio ex intentione Authoris.*

22 *In furto quando adſit ſimulatio.*

23 *Seruius defenditur à reprehenſione Labeonis in* l. 1. ff. de dolo.

24 *Labeonis reprehenſio contra Seruium, in qua parte vera ſit.*

25 *Dolus innominatus, de quo in edicto Prætoris, ſemper eſt in ſimulatione.*

26 *Doloſus Taurus, Doloſi cineres.*

27 *Definitio doli mali data à Gallo Aquilio.*

28 *Diſsimulatio non ſemper eſt mala.*

29 *Doli ſecunda definitio Authoris.*

30 *Doli, tertia definitio, ex D. Thoma.*

TRACTATVRVS de Dolo, ab eius definitione ducendum exordium arbitror; tum quia in omni bene
1 ordinato ſermone (vt dicebat magnæ apud Græcos † doctrinæ & authoritatis Plato) definitionis princeps eſt quæſtio; tum enim quia Vlpianus, quem † Iuriſcon-
2 ſultorum præſtantiſſimum Modeſtinus appellat, in egregio illo ſuo de excuſationibus libello; Imperat. Alexand. *in l. 4. Cod. de contrahend. ſtipulat. & in l. 4. C. locati.* parentē, & amicum ſuum vocat, Diocletianus *in l. Diuo Marco Cod. de quæſt.* prudentiſſimum, Iuſtinianus *in l. vlt. Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* diſertiſſimum, & *in l. vnic. § ne autem. Cod. de Cad. Toll.* ſummi ingenii virum nominat, vt merito omnis eius actio mea debeat eſſe inſtructio, edictū Prætoris interpretaturus, inquirit ante omnia cum Labeone atque Sulpitio quid ſit Dolus. Nec mihi con-
3 uenit hoc loco cum Galeno, † qui de pulſuum differentiis (ſicut eum refert *Tiraq. in 1. quæſt. 1. Primog.*) monet ne quis ſeſe conīciat in definitiones; quoniam ad tradendas diſciplinas non eſt opus, vt ipſe ait, definitione eſſentiali; & illa quæ notionalis dicitur, his qui rem cognoſcunt, eſt ſuperuacua, ignorantibus autem non neceſſaria: Quippe diſplicet hoc Ariſtoteli quem tanquam fontem intellectus noſtræ leges

ſequntur *Bal. in l. fin. C. de fideicom. libert.* is enim *lib. 1. ethicorũ*, eſt de definitione valde ſol-
4 licitus, deinde aduerſatur † rationi. quæ principio, rei de qua eſt tractandum notitiam
poſtulat; nemo attamen melius videtur rem noſcere, quã qui poſſit quid illa ſit aptè &
breuiter explicare. *Agricola de inuent. diale.* quem citat *Euerard. in loco à definitione*, ac
5 demum diſſentit a Modeſtino eiuſdem Vlpian. diſcipulo. ſtudioſum † enim ſuum
nuncupat.

Qui *in l. 1. ff. de teſtam. & in l. 1. ff. de ritu Nupt.* ſuum cœpit de Teſt. & de Nupt.
à definitione tractatum; id quod obſeruatum eſt ab alijs Iuriſconſultis *in l. 1. ff. de ſpon-
ſa in l. 1. ff. de poſit.* & probauit *Iuſtinianus in titulo de Iuſt. & iure; de oblig. de teſtam. de action.*
vt propterea minime mirandum ſit grauiſſimos noſtræ ætatis viros propoſitæ ſibi
ad tractandum materiæ principium, à definitione duxiſſe: nempe *Bald. de præſcript.
Vant. de Nullit. Neguſat. de Pignor. Riminal. de donat.* Qui omnem tractatum eſſe à
definitione inchoandum, non dubitat aſſerere. Inueſtiganda igitur nobis eſt de-
finitio Doli tanto libentius, quanto *Bald.* ſcribit *in l. prima per illum text. ff. de Dolo*,
6 non modo Philoſophi eſſe proprium † officium definire, verum etiam Iuriſconſulti.
Porro autem cum res quælibet duplici modo conſueuerit definiri ſcilicet reſpectu
7 nominis, quæ definitio, † notatio, vel etymologia vocatur, & reſpectu rei; quæ ſub-
ſtantiæ definitio, nuncupatur; vtroq; modo dolum definiemus: ab ea quæ nominis
dicitur incipientes, ſolet enim ordine præcedere. *Ariſtotel. 1. moral. cap. 4.* Stoi-
8 ci, † qui ſemper a nomine dixerunt inchoandum. *Vlpian. in l. prima ff. de pact. in l.
1. ff. de Iuſt. & iure in l. 1. ff. ſi cert. pet. in l. 5. in fin. ff. de Pecul. Paul. in l. 1. ff. de fid. in-
ſtrument. Caius in l. 1. ff. Qui ſatiſdare cogant. in l. 1. ff. de furt.* quanquam etiam non me
lateat iuris noſtri conditores aliquando definitionem rei præpoſuiſſe, vt *in l. 1. ff.
de Nouat. in l. 1. ff. Depoſit. ac in tit. Inſtitut. de tutel. in §. 1. inſtitut. de obligat. quæ ex delict.
naſc. l. 1. & 2. ff. de ſponſ.* Nec obijciat aliquis vanam eſſe nominum diſputationem
per *tex. in l. fin. Cod. de conſt. pecu.* ibi (ſed vt ſubtilitati eorum ſatisfiat qui non ſenſum ſed
vana nominum vocabula amplecti deſiderant) & notant eo loci Bal. & Salic. & pro-
pterea relinquendam eſſe pertinacibus, ex authoritate Cicero dixit *gloſſa in Rub.
9 ff. ſolut. matrimonio*; Nec non *Galenus † de differentiis febrium*, relatus *à Tiraquell. de No-
bilit. cap. 31. numero 460.* ſcriptum reliquit, nullam eſſe ſibi curam nominum, ſed
illa exemplo Platonis contemnere, rerumque ſcientiam tenere; nominibus enim
ſiue propriè vtare, ſiue impropriè ad ægrotos id parum pertinet: cum ſcire me-
dicinam ſit non verba tenere, ſed vim ac poteſtatem habere. Quod mirifice con-
venit Iuriſconſ. quibus compertum eſt quod ſcire leges non eſt callere verba ea-
rum; ſed vim; *l. ſcire leges ff. de legibus* ideoque ad pondera rerum penetrandum, non
ad verborum amœnitates diuerſitandum, & ſanguinem medullamque introſpicien-
dam eſſe; omiſſa cute ac verborum cortice, dixit ille ſapiens Quo factum eſt, vt error
in nomine non ſoleat diſpoſitioni vitium afferre *l. 4. vbi Iaſon quomodo ex quib. caſibus
prædes* late declarat *ff. de leg. 1.* Nemo inquam hæc opponat, quippe cum bene intel-
10 lecta ſine magno negocio diluantur. Etenim vtiliſſima vere eſt † nominum, verbo-
rumq; accurata interpretatio, ſiquidem viam ad rerum cognitionem ſternit, & pro-
pterea *Ariſt. 4. Phyſic.* ſcire quid nominis principium dicit eſſe doctrinæ. Alius ve-
ro tradit appellationes rerum vim illarum exprimere. Plato exiſtimat in Cratilo eum
bene res noſſe, qui nomina ipſarum nouerit. Quam ob cauſam Antiſtius Labeo
Iuriſconſultus celeberrimi nominis latinarum vocum origine, atque interpretatione
ad enodandos implicatos Iuris ciuilis nodos vtebatur, ſicut retulit *Gell. lib. 13. c. 10. noct.
Att.* Cæteri quoque iuris authores de verborum, & rerum ſignificatione diligentiſſi-
11 me ſcripſerunt † vt dilucide apparet ex *titulo de verb. ſignificatione in Pand. & in Codic.*
quin etiam *tractat. de leg. 1. 2. & 3.* nec *titulus de auro, & argento leg. de tritico, vino, &
oleo legato*: & alii id genus multi nihil aliud, quam verborum vim, ſenſum, ac pro-
prietatem declarant: hinc Iuriſconſultorũ circa verborum naturam ſummũ eſſe labo-
rem *Quintil.* dixit *prope fin. lib 1. Inſtitut.* præcipue vero nominum etymologiam fu-
iſſe inſectatos tum ex ſupradictis locis eſt perſpicuum, tum ex *l. 1. ff. ſi cert. pet.* ex
*l. 1. ff. de acq. poſſ. l. notionem §. inſtrumentorum l. auguris l. 2. Alphenus l. pupillus §. territorium
ff. de verb ſignif.*

Non vrgent allegata ex aduerſo, quandoquidem toties vera ſunt quoties rei de
12 qua agit᷒, notitiã aliunde noſcamus, nimirũ ab effectu, vel ab aliqua demõſtratione,
quæ

quæ vice nominis fungatur *l.certum ff.ſi cert.pet.* id quod perraro accidit, cũ nomen
dictum ſit, quaſi nouimen, ſc. quia rem notam faciat, cuius naturæ & ſubſtantiæ de-
monſtrandæ cuaſa fruſtra inuentum fuiſſet, ſi illo neglecto, verũ rerum ſenſum, poſ-
ſint homines haurire, hoc itaque caſu, quando rei nota ſit qualitas, nihil eſt quod mul-
tum de nomine laboremus & ita intelligitur *Inſtitut. in ſua Conſt.C. de conſtit.pecun.* vt
illa verba lex non obſcure declarat (ſed poſſibile eſt omnes res in pecuniam con-
uerti, ſi enim certa domus, vel certus ager, vel curpus homo, vel alia res quæ expreſſa
eſt in conſtituendis rebus ponatur. quid diſtat a nomine pecuniæ) alioquin ſibi repu-
gnaret cum in §. *eſt, & aliud Inſtitut. de Donat.* ſtudeat nomina, efficere rebus conſe-
quentia, & in §. 3. *Inſtitut. quib. mod. Teſt. infirm.* ſingulas cauſas ſingulis appellatio-
nibus diſtinguendas eſſe definiat, ſuffragatur noſtræ ſolutioni *l. ad recognoſcendam C.
de ingen. & manu* ex §. *ſi quis in nomine. Inſt. t. de leg.* ex *l. ſi in nomine. ff. de dot. præleg. §. fin. l. r.
ff. de adempt.* confirmo ex *Quintiliano libr. 3. cap. 6.* ibi; non intereſt diſcentium, quibus
quidque nominibus appelletur, modo res ipſa manifeſta ſit, ex *lib. 5. cap.* 10. Non ſum
inquit, de nominibus anxius vocet enim vt voluerit quiſque dum vis eorum nota ſit,
13 & perſpicua. In hunc quoque ſenſum † accipiendum dictum Galeni ne videatur à ſe
ipſo diſſentire, quando in *libro 1. de differentiis pulſuum* tradit, occupationem circa no-
mina nobis etiam inuitis eſſe neceſſariã; quod palam etiã fecit in libris, quos de nomi-
nibus medicinalibus ſcripſit, indicãs ſanguinem quidem & medullam introſpicien-
dam eſſe, quemadmodum paulò ſupra dictum, ſed ad illam ſine cute, & vel cortice,
non poſſe proueniri. Nam, vt eſt apud Plautum; Qui è nuce nucleum vult comede-
re, nucem frangat oportet; ſimiliter qui velit ex libris ſententias eruere, verosque ſen-
ſus elicere, operæ precium eſt, vt corticem nominum verborumq; ante rumpat, ſiqui-
dem tunc panduntur interiora, cum exteriora pateſcunt; ſed vt iam è ſemita, in viam
redeamus; Etymon Doli inueſtigemus. Cum verò, nec noſtræ leges, nec illarum in-
14 terpretes quos viderim; † illud deduxerunt, ab aliis probatis authoribus mutuo acci-
15 pere neceſſe eſt, & præcipue à Græcis. Dolus enim græca vox eſt deducta † à verbo
Deo, quod ſignificat ligare propterea quod homines dolo inducti ſępe ligãtur obliga-
tionem aliquam ſuſcipientes, vnde facile non poſſint explicari; Deriuatur etiam ab
alio verbo græce Delo, quod ſignificat allicere, & veluti eſca quadam capere, capi-
untur enim qui dolo decipiuntur; quare, capti dicuntur, qui dolo circumueniuntur
l. 3. §. ergo l. verum §. ſciendum ff. de minor. l. quæro, ibi; alioquin emptor capiatur *ff. de act.
empt.* Virg. 2. Æneidos.

Talibus inſidiis periurique arte Sinonis
Credita res, captique dolis, lacrimisque locati,

Et Cydippe Acontio apud Ouidium.

Verba quid exultas, tua ſi mihi verba dederunt,
Sumque parum prudens capta puella dolis.

A verbo itaque Dolos, dictus eſt latine dolus, ſicut à verbo græco Theophilos;
dicitur latine Theophilus; & hoc verbo vtuntur Græci ad ſignificandam omnẽ ſpeciẽ
deceptionis, vel fraudis; tam in rebus grauibus, quam in leuibus, omnem fallaciã
16 lenociniũ, vtcunq; ſit, ſerio adhibitũ, vel ioco. Dolũ propterea † ſunt qui à dolando di-
ctum aſſeuerent, id eſt, diminuendo, quippe dolare eſt diminuere, vt apud fabros;
cum materiæ complanatur aſperitas; hinc dolatus, id eſt, leuigatus. *Iuuenalis* Dolato
confiſus ligno, & *cap. 6. Gen.* dixit Dominus ad Noe, fac tibi Arcam de lignis leuigatis;
quaſi quod dolus diminuat eum qui decipitur. Inde Dolones, id eſt, virgæ, ſiue conti;
17 in quibus tanquã in vaginis † latent pugiones, dicti à fallendo, quod decipiant ferro,
cum præ ſe ferant ſpeciem ligni; *Suetonius in Claud. cap. 13.* reperti ſunt equeſtis ordinis
duo, cum dolone, ac venatorio cultro & *Virg. in Æneid.*

— leueſque portant in bella Dolones.

Eſt in hunc ſenſum tex. *in l. 1. §. 2. in t. dolone,* non dolare, vt prius legebatur cor-
rupte: & *l. 53. §. poſt. ad legem Aquil.* ibi illi flagello, quod in manu habebat, in quo dolon
inerat, verberare Tabernarium cœperat Budæus eo loco exponit, Dolon eſt flagel-
lum, intra cuius virgam latet pugio, quicquid Accurſ. dicat.

Hactenus quo ad nominis definitionem; ſuccedit ex ord. illa, quę rei dicitur, ſiue
ſubſtantiæ, & ſane cum dolus ſit nomen generis, ſicut adoptio, cognatio, & iuriſd:
18 † boni maliq; doli ſpecies continens *l. 1. §. 1.* ibi veteres etiam bonum dolum dicebant

ff de dolo Bal. Iaſon & alii in l. in riſg. §. ſed ſi fraudandi ff. de pact. Fort. Garſia de vlt fine iuris can. num. 279 *verb.* item conſidera *Bon. de Curt. in ſuo tract. de nobilit. part.* 6. *num.* 8. in eo ſen-
ſu acceptum definiemus, ſeu potius deſcribemus quando per difficilis eſt ars vera de-
91 finiendi † & vt eam numeris omnibus abſoluas magnum vſum poſtulat, vt ait *Tira-
quel. in* 1. *quæſt. Primog. in* 1. eò magis quod nemo ex iuris noſtri Authorib ita ſumptum
20 dolum definit; Etenim G. Aquil. Seruius Sulpitius † Labeo, Vlpian⁹ doli mali dumtaxat
definitionem tradunt *Cic. lib.* 3 *de off* & in *Topicis*, & conſt. ex *l.* 1 *ff. de Dolo.*

Dolus itaq; ſimpliciter conſideratus, non ineleganter videtur ita definiri, Dolus
21 eſt † iuuandi nocendique cauſa adhibita ſimulatio; Genus erit ſimulatio, cætera quę
ſequuntur verba, formam, ſeu mauis ſpecificam differentiam conſtituunt, ſiquidem
nullus eſt dol⁹ qui aut iuuādi cauſa, cuiuſmodi eſt dolus bonus, aut nocēdi, qualis dolus
mal⁹ nō adhibeatur; nec officit obiectio Labeonis in *l.* 1. §. 1. *ff. de dolo*, nēpe dolū reperiri
etiā abſq; ſimulatione, vt in furto rapina iuxta exemplū *gl. ibi* nam dolū accipimus, put
in Edicto Prętoris ſcilicet, qui nō cadit in ſpecialē nomē delicti, nec ſpecialē producat
act. *d. l.* 1. *in verb ſi de his alia actio non erit.* in quo dolo innominato, ſemper ineſt ſimula-
tio, nā etſi in furto, rapina, & ſimilib⁹, inſit dolus, in tantū quod abſq; dolo non cōmit-
tantur, *l.* 1 *ff. de furt* §. 1. *Inſt. de obl quæ ex delict. naſ.* §. *gall n. Inſt. de actio.* ideoq; datur con-
tra furem iuramentum in litera *Plot. in l. ſi quando num.* 189. *C. vnde vi. Pariſ. conſ.* 109. *lib.*
3. *Clar. in* §. *furtum. verbo. item contra.* tamen furtum, aut rapina, non eſt dolus; Addo in
22 furto ſaltem † occulto ſimulationem ineſſe, item in eo quod non incipit a delicto, ſed
a contractu; vt ſi depoſitarius, vel commodatarius vtatur re commodata ad aliū vſum,
quam acceperit *l. ſi quis re ſibi commodata l. fullo l. ſi pignore l. qui iumenta ff. de furt.* non po-
teſt negari ſimulatio, cū ſimulet ſe ad vnum vſum rem accipere, & conuertat in alium;
23 † Quibus cōſequens eſt Sulpitiū male reprehenſum a Labeone in ea parte, quod detur
dolus ſine ſimulatione: nam Sulp. dolum prout edicto Prætoris continetur definiuit,
24 † & vera eſt in alia parte tantum quod reperiatur ſimulatio ſine dolo malo, nempe
25 cum dolum bonum facimus † rem noſtram, vel alterius defendētes *d. l.* 1. ibi: ſicut faci-
unt, qui per huiuſmodi ſimulationē tuentur ſua, vel aliena, proinde noſtra definitio ę-
qualis videtur cum ſuo definito, vtrumq; dolum comprehendens, quippe in vtroque
26 adeſt ſimulatio. † Doloſum taurum vocat. *Horat. lib.* 3. *Carm.* quando Iuppiter ſuſtulit
Europam. Ode incip. Impios Părre.

Sic Euterpe niueum doloſo
Credit Tauro latus,

Et doloſum cinerem nuncupat *lib.* 2. *carm. ode* 1. cinerem illum, qui abſconditum con-
tinet ignem.

Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractas, incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo.

27 Conficitur etiam ex ante dictis † Aquilianam illam definitionem doli mali re-
latam à *Cic.* 3 *de off.* vt ſit dolus mal⁹ cum aliud agitur, aliud ſimulatur, non eſſe proban-
dam: quamuis Cic. eo loco Gallum virum definiendi peritum appellat; anguſtior eſt
namq; ſuo definito, quando certum eſt dari ſimulationē ſine dolo malo, cui proximum
eſt, nec illud eſſe verum quod idem Tull. eo loco inferebat; Ex omni vita ſimulatio-
28 nem, diſſimulationemq; tollendam: quippe illam tollere, † quæ dolum bonum com-
prehendit perniciosum eſt, vtpote quæ noſtra tuetur, & aliena *d. l.* 1. §. *non fuit*, ibi, &
pro ſolertia, & *Bart. d. loco* virtutem appellat, nec tamen eloquentiæ pater debet re-
prehendi, quando ſub conditione loquitur, non abſolute his verbis. Quod ſi Aqui-
liana definitio vera eſt, ex omni vita ſimulatio, diſſimulatioq; tollenda eſt, & vt coro-
nidem huic cap. imponamus, aliter quoq; dolum deſcribentes dicimus: Dolus eſt ad
nocēdum iuuandumq; machinatio; ſeu mauis loco machinationis ponere fallaciam,
29 vt † Dolus pro genere machinationē habeat, vel fallaciam. reliqua a. verba exponen-
da ſunt, vt in præcedenti definitione, ſed non eſt prætermittenda, alia definitio *D. Tho-
30 mæ* † 2. *ſecunda quæſt.* 45. *art.* 4. Dolus eſt, inquit, executio aſtutiæ, qua excogitatæ fuerūt
viæ non bonæ ad exequendum aliquem finem bonū, vel malum; nam videtur vtrūq;
dolum continere, vt illis verbis finem bonum, vel malum, & nomen aſtutiæ vtriq; do-
lo conuenit, ideò manet loco generis.

Dolus quotuplex ſit Cap. II.

1 *Definitioni ſuccedit diuiſio.* 2 *Definire quid ſit.*

3 *Vtilitas*

3 *Vtilitas diuiſionis quanta ſit.*
4 *Iuris noſtri Authores à definitione, progrediuntur ad diuiſionem.*
5 *Doli duæ ſunt ſpecies, boni ſc. & mali.*
6 *Doli diuiſio exemplis probatur, & ratione.*
7 *Venenum bonum, & malum; & declarat vtrumque.*
8 *Conſilium bonum, & malum; exponiturque vnum, & alterum.*
9 *Bonis, & malis artibus.*
10 *Ludus bonus, & malus; vterque explicatur.*
11 *Bona, & mala fides; vna, & altera definitur.*
12 *Bonum, & malum odium; vtrius, & alterius effertur declaratio.*
13 *Ira bona, & mala; enucleantur ambæ.*
14 *Bona, & mala Zelotypia ibidem; quid vnaquæque ſit.*
15 *Homo animal zelotypum.*
16 *Ratio cur reperiatur bonus, & malus dolus; quæ etiam valet ad explicandum cur bonum, & malum conſilium detur.*
17 *Cur bona, & mala ira; bonum, & malum odium.*
18 *Ratio cur inueniatur bonum, & malum venenum.*

DEfinitioni doli, quæ ſuperiori capite continetur, coniuncta eſt eius diuiſio: nam belle tradit *Rodolph. Agricol. de inuent. dialectica cap. 7.* cum quid ſit vnum definie-
1 ris, proximum † eſt deinde quotuplex ſit oſtendas: perquam vtilis eſt enim diuiden-
di ratio, ſicut idem affirmat eodem loco, ad rei ſcilicet quæ diuiditur naturam de-
2 monſtrandam; tum etiam ad definiendum. Quippe † definire, non videtur eſſe ali-
ud, quam ex genere per differentias diuiſo, in ſpecies deſcendere; præcipue verò ad
3 diſſerendi diſputandique copiam. Conferunt etiam, quæ † de vtilitate diuiſionis ſcri-
bit *Accur. in proœm. Inſtit. § igitur poſt quinquaginta. in ver. eaſdem.* ſed & hunc ordinem
4 ſeruaſſe † antiquos Iuriſconſultos palam fit ex *l. 1. & 2. ff. de furt. ex l. 1. § huius ſtudii. ff. de*
iuſtit. & iure. & Iuſtin. in ſuis Inſtitutionibus raro illum neglexiſſe perſpicuum eſt ex
§. 1. & 2. Inſtit. de obligat. §. 1. & 2. Inſtit. de act. §. 1. & 2. Inſtit. de obligat. quæ de delicto naſ.
§. 1. & 2. Inſtit. de interd. §. finali. Inſtit. de iuſtit. & iure. Quem imitantes *Neguſ. de pignor.*
Vant. de nullit. Balb. de præſcript. a definitione progrediuntur ad diuiſionem. Doli ita-
5 que ſumma † diuiſio in duas ſpecies deducitur, aut enim bonus dolus eſt, aut malus *l.*
1. §. non fuit. ff. de dolo. (ibi quando veteres etiam bonum dolum dicebant, & pro ſo-
lertia hoc nomen accipiebant) not. ibi *Bartol & in l. quod Nerua. num. 3. & 4. ff. depoſit.*
Iaſ. in l. mora. num. 4. ff. ſolut. matrimon. Corne. conſilio 52. numero 30. volum. 2. & conſil. 6. col.
1. vol 3. Tiraquel. in præfatione retract. nu. 71. verb. & his quoque fit. Fort. Garg. de vltimo fine
iuris Canon. nu. 274. & ſeq. Pariſ conſ. 67. num. 58. vol. 3. Bald. contro. 396. colum. 2. ver. reſpon-
deo. libro 4. Barbat. l. 1. §. ſi ſtipulantis colu. 5. ver. vnde contra. ff. de verborum obligat. Canon. in
rubr. extra de dolo, & contumacia. Abbas in cap. noſtra num. 7. de ſepultur. Et non modò
6 authoritate probatur, hæc doli partitio, ſicut oſtēdi, verum etiam exemplis † & ratio-
7 ne confirmatur, & vt ab illis incipiam, dicitur in iure bonum, & malum † venenum
l. qui venenum. ff. de verb. ſignific. in qua Caius ait qui venenum dicit adiicere debet bo-
num an malum ſit, nam & medicamenta venena ſunt, & apud Græcos tam medica-
menta; quàm quæ nocent, hoc nomine continentur, ſicut *Homerus* admonet:

Commoda conſulte medica compoſita ſub arte,
Multa legens Pharia, ſolers tellure venena
Noxia permiſtim carpens quoque commoda multa.

Quare adiectione alterius nominis inter vtramque diſtinctionem fieri, idem Caius *citata l. ſcribit.* nec ſimpliciter venenum appellatum facile inuenies, ſiue ad bonos authores, ſiue ad leges noſtras reſpexeris. Virgil. *lib. 1. Georg.* malum virus nuncupat; & *Seruius* ibi inquit, bene addidit malum; nam virus bonum eſt, & malum, vt venenum; quod idem eſt, conuenit *l. 2. ff. ad l. Aquil. l. quod ſæpe. §. qui venena mali. ff. de contra. empt. l. 4. §. primo. ff. famil. erciſcund.* iuncta *gloſ. l. 7 ff. ad legem Pompeiam. l. 3 ff. de ſicariis. Capoll. conſilio vltimo, Grammat. conſilio 30. num. 38. &* Deciſio. 2. *numero 33. Abbas conſilio 72. Alexan. conſil. 115. volu. 3. Alciat. in d. l. qui venenum.* vt igitur bonum, & malum inuenitur
in iure venenum, ita quoque non eſt abſurdum, malum, & bonum dolum reperiri:
8 Cui accedit conſilium † quod etiam bonum, & malum appellatum licet inuenire. *l.*
prima, ff. de ſeruo corrupt. l. ſæpe. ff de verborum ſignification. & factus eſt locus adagio:
Malum conſilium, conſultori peſſimum; in eos ſolitum vſurpari, in quorum caput
recidit, quod aliis perperam conſuluerunt: quemadmodum accidiſſe lupo

Digitized by Google

græcus Apologus non inuenuſtus memorat, à quo videtur prouerbii origo fluxiſſe, & *Plut.* refert carmen.

Damna parans aliis, proprio parat epati damna;

9 Non abſimile eſt quod circumfertur in Auguriis; Bonis, & † malis auibus, cum rem feliciter, aut ſecus cedere ſignificamus; ab Augurum obſeruatione ſumptum *Horat. in odis.*

Mala ſoluta Nauis Exit alite.

10 Ludus quoque aut † bonus dicitur, aut malus: & ſanè bonus eſt, qui fit ad honeſtam animi recreationem, ſine vlla mala circumſtantia; conſiſtens in factis, & verbis: cum fit verbis iocus appellatur; cum factis, ludus vocatur, & eſt virtus, quam *Ariſtot.* Eutrapeliam vocat, & iacet inter exceſſum inordinatum ludendi, & inter defectum inordinatũ ab eo abſtinẽdi. *D. Thom. 2. ſecunda Quæſt. 168. art. 3. & 4.* ludo enim, & ioco parce condienda eſt vita, ac ſale cibi, ſicut admonet *Cicero 1. de off.* ludus vero malus eſt, qui lege prohibetur *l. 1. ff. de aleæ luſu & aleat.* quæ pœnas contra ludentes, & receptatores eorum ſcriptas à Prætore commemorat, & in *l. 2 ſub eod. tit.* ludum bonum eſſe declarat, quem virtutis exercendæ cauſa iuuenes frequentant, haſta, vel pila, ſaliendo, luctando, pugnando ludentes, vt *Caccialup. & alii.* qui de ludo ſcripſere, vno

11 ore teſtantur. Bonæ † inſuper & malę fidei vbique iura noſtra meminerunt, vt in *l. bona fides ff. deposit. in l. bonam fidem C. de act. & oblig. l. 3. in fin. ff. pro ſoc* quibus locis ſignificat quicquid contrariũ eſt fraudi vel dolo, & in hoc ſenſu intelligit regula ex qualitate perſonarum præſumi bonam, aut malam fidem, *Bald. in l. cum his §. tranſactum* per illum *tex ff. de tranſact. l. creditores ff. de priuileg. cred.* item, & illa quod bonam fidem tenemur agnoſcere. *l quoties §. ſicut ff. de admin. tutorum Albert. in l. præſes in pr. C. de tranſact. Tiraq in l. ſi vnquam in t. donat. largit ut numero 202. C. de reuoc. donat.* Bona fides interdum ſignificat animi ſcientiam, vel ignorantiam; quoties rem quã poſſidemus, noſtram eſſe exiſtimamus, vel ignoramus alienam *l. 3. ff. ad Flau. de plagiar.* hinc bonę fidei poſſeſſio *l. qua ratione §. ſed non vti ff. de acq. rerum dominio. ſed et ſi ff. de publ. in rem act. l. bonæ fidei ff. de verb. ſig.* qui ignorat rem alienam eſſe, aut putauit eum qui vendidit habuiſſe ius vendendi. Quemadmodum à contrario mala fides dicitur conſcientia rei alienæ, & malę fidei poſſeſſio qui ſcit rem alienam eſſe, aut qui vendidit ius non habens vendendi, & ita ſumitur bonæ, & malæ fidei poſſeſſio *in tit. ff. de vſucap. in tit. de vſucap. transform. C. in tit. de longi tempor. præſcript. & ſimil.* ſic dicimus bona fide poſſidentem hæreditatem non reddere culpæ rationem, quaſi rem ſuam neglexerit. *ſed ſi lege §. conſuluit ff. de poſit. hæred l. ſiquid poſſeſſio. §. ſicut eodem tit. Tiraq de retractu conſanguineo ad fi-*

12 *nem tit. numero 70.* His accedunt † bonum, & malum odium, bona, & mala ira; bona, & mala Zelotipia. Odium malum quando aliquis deliberatè odit Deum, quod quidem èx genere ſuo eſt maximum peccatorum ſecundũ *D. Thomam 2. ſecunda Quæſt. 34. art. 2.* ratio eſt quia ſicut amor Dei eſt actus maximè bonus *cap. 2. charitas de pœnit. diſt. 2* ita odium ei contrarium continet actum maximè malum; cùm actus, qui opponitur rei ſummè bonæ, ſit ſummè malus, per *Ariſtot. 2. Ethicorum.* Odium quoque contra proximum eſt malum, in tantum, vt homicidio actuali comparet illud D. *Iacobus in ſua Epiſtola Canon.* dicens. Qui odit fratrẽ ſuum homicida eſt, & prohibeatur in illo pręcepto decalogi (nõ occides) & *D. Chryſoſt. ſupra Matth. Hom. 13.* odium, inquit, eſt ſpiritus tenebrarũ: & *Hom. 43.* Odium omne malum ſuggerit: Bonum vero odium eſt dum non odimus hominem, ſed eius peccata; ſicut dixit *Leo Papa*: Odio habeantur peccata, non homines: queãdmodum non poteſt Deum amare, qui hominem odit: & ſicut Rex in imagine ſua honoratur, ſic Deus in homine diligitur, & oditur, vt author eſt *D. Chryſoſtomus 22. Hom. ſupra Matthæum.* Ira † mala eſt, quæ vt ait *Ariſt. 2. Ethicorum*

13 factiua eſt odii & inimicitiæ, & vt *Saluſt. inquit, de bello Iugurt.* ira, & cupido ſunt conſultores peſſimi, de eadem *Ouid. lib. 1. Amor.*

Sed nunquam dederis ſpacioſum tempus in iram;
Sæpe ſimultates ira morata facit.

Sic & *D. Auguſti.* ait *in Epiſt.* quemadmodum acetum corrumpit vas, ſi diutius ibi fuerit; ſic ira corrumpit cor, ſi in alterum diem durauerit, de hac loquitur tex. in *l. in ipſius. famil. herciſc. & in l. 1. in pr. ff. de ædilit. edict.* dum ira diſpoſitionem teſtamento factã

faci.e reuocari,& iracundum ſeruum tanquam vitioſum poſſe conſtituit redhiberi:
ira quoque bona eſt, imo, vt tradit Ariſt. ſæpe neceſſaria, nec quiſquam ſine illa po-
teſt expugnari, niſi illa impleat animum, & Spiritum accendat vtendum tamen il-
la eſt, non vt Duce, ſed vt milite. de eadem ſentit *Seneca libro ſecundo, de ira:* dicens ira-
ſcendum eſt ſapienti, quātum ſcelerum indignitas exigit. ſiquidem iraſcens peccatis
14 miſericors eſt. *Chryſtom. ſup. Epiſt. ad Corinth. Hom.* 14. Tandem eſt zelotipia bona † &
mala, *gloſſ. in c. 2. de offic. cuſtod.* inquiens dari malam, & bonam zelotipiam, non ſecus
ac dolum bonum, & malum, eſt autē mala zelotipia ſecūdū *Chryſippū*, ęgritudo animi
ex eo proueniens, quod timeas, ne adſit alteri, quod cum nemine velis habere com-
mune. de qua copioſe more ſuo *Tiraq. in l. 16. Connub. num. 1. cum mult. ſeq.* in quo vitio
15 propenſi maxime ſunt homines, adeo vt animal † zelotipum inprimis eſſe dicatur,
quoniam ita amare ſolet rem quampiam, vt valde ſollicitus ſit, ne quis alius ea fru-
atur, eod: *Tiraq. teſte in l. 15. connub. num.* 28. & 33. vbi palam fit, mulieres præcipue in
id vitium ferri præcipites, nec mirum, quoniam *Salomon prouerb. cap. 6.* Zelus ait, &
furor non parcet in die vindictæ; nec acquieſcet cuiuſque precibus, nec recipiet pro
redemptione dona plurima. de hac eſt text. in *nouellis conſt.* 107. loquens denuo, qui
Spiritu zelotypiæ vexatur; quod ſuſpectam habet vxorem de adulterio. Bona vero ze-
lotipia eſt, quæ ex deſiderio virtutis naſcitur, aut alterius cuiuſpiam boni, veluti ne
publica quies quorundam hominum improbitate perturbetur, vel ne quiſpiam ſci-
entia, doctrinaque præſtet: magis, quęque æmulatio poteſt non ineleganter applica-
ri. Quippe apud Græcos zelotypia verbi etymologia æmulatio eſt. Secundum hanc
Deus Opt. Max. in ſacris litteris zelotes dicitur *Exod. cap. 20. Deut. cap. 5.* Quod ipſe ſo-
lus velit amari; nec patiatur quicquam præter ipſum amari, niſi propter ipſum quo-
que ametur, de eadē ſentit Propheta, cum dicit: Zelus domus tuæ comedit me, & ibi
zelaui pacem peccatorum videns. ſi igitur tot ſunt nomina, quod hactenus oſtendi-
mus, in quibus boni, & mali ſignificatio eſt; mirum eſſe non debet, ſi dolus, de quo
ſtimus initio loquuti in bonum, & malum quoque ſenſum capiatur. Cuius ſane rei
16 præſtat † afferre rationem. Vna vero videtur ſatis probabilis, quam tenebo donec me-
lior occurrat cogitanti, nempe quia cum dolus in animo conſiſtat *Doct. in l. Dolum. C.*
17 *de dolo anim* Quædem paſſio ſiue affectio eſt, non ſecus ac ita † amor, odium, ſpes, de-
ſiderium. paſſiones vero, ſiue affectiones animi ſi ratione moderātur, bonæ ſunt, ſin a-
liter malæ; & omnis actus exterior, qui ex his proficiſcitur rationi recte conformis,
eſt bonus; diſſonans illi malus eſt. quicquid dixerint Stoici exiſtimantes omnes ani-
mi paſſiones eſſe malas. Nam eorum aut falſa eſt opinio, aut certe intelligenda de paſ-
ſionibus à recta ratione diſſonantibus, ſicut explicat *D. Tom. 2. ſecūda queſt.* 24. *art.* 2 &
ideo amor bonus eſt, & malus, deſiderium bonum, & malum; odium ſimiliter bonum
& malum; conſilium itidem bonum, & malum non minus, quā dolus pro vt recte ra-
tioni conſentiant, vel diſcordent ab illa, & licet hæc ratio non conueniat. veneno,
18 cum dicatur bonum, & malum, tamen nec illud procedit ſine ratione † quam expri-
mit Iuriſcon. in *l. qui venenum ff. de verbor. ſignificat.* Quia eo nomine contineatur omne
quod cum eſt adhibitum, naturam eius, cui adhibitum eſſet, mutat. Ideoque ſicut ad-
iectione alterius qualitatis, vnum venenum ab altero diſtinguimus, ita vnum dolum
adiectione alterius qualitatis ab altero ſeparamus *d. l. 1. ff. de Dolo.*

De Bono Dolo Cap. III.

1 *Cur nam author incipiat à dolo bono.*
2 *Qui de bono dolo loquuntur.*
3 *Quo ordine procedat author in materia doli boni.*
4 *Quid ſit dolus bonus, ex definitione Authoris.*
5 *Exempla doli boni.*
6 *Dolus bonus beati Athanaſii contra Sicarios ad declarandum definitionem.*
7 *Dolo bono, licet malum excludere, et fallere fallentem.*
8 *Dolo bono licet cum bannito negociari.*
9 *Medici dolo bono vtuntur ad fallendos pueros ægrotos, & Philoſophi ad rudis homines docendos.*
10 *Dolus bonus quo vſus fuit B. Abbi*

Arſenius, ad conuertendam Meretricem.

11 *Declaratio definitionis doli.*

12 *Codri Regis, pro ſalute Reipublicæ bonus dolus.*

13 *Doli boni exemplum pro ſalute Roman. Reipub.*

14 *Caroli II. Imperatoris dolus bonus pro iuſtitia.*

15 *Pro religione dolus bonus.*

16 *Origo doli boni à natura fluxit, ipſa enim cum ad proprium, tum ad amicorum, & propinquorũ, tum ad Reipub. vtilitatem, tum ad religionem iuuandam, bonum dolum ſuadet.*

17 *Iuuenes cur bonæ indolis multis vocentur.*

18 *Dolus bonus late patet, & in contractibus reperitur, in vltimis voluntatibus, & in iudiciis.*

19 *Dolus bonus quando committatur in teſtamento & quos pariat effectus.*

DE vtroque igitur dolo tractaturi, ab eo, quem bonum appellant, incipere quodammodo compellimur, ſicut enim bonum in electione ſemper eſt præferen-
1 dum malo; ita bonus dolus in expoſitione † priorem ſibi merito locum vendicat; de
2 quo † *Bartol. Angel. & alii in d. l. 1. §. non fuit. ff. eod.* & ibi *gloſſ. in verb. ſeruant. Azzo in ſum. Cod. eod. Cagn. & Dec. in l. ea eſt natura. Cautil. ff. de reg. iuris. Iaſ. in l. mora num. 4. ff. ſol. matr. Caboll. Coſta in verbo doli. Capra reg. 87. num. 48. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 27.* & ibi apoſt. *Tiraquell. in præfatione retract. num. 64. & ſeq. Ang. in §. præterea num. 36. inſtit. de act. Neuizz. in ſilu. nuptiali num. 135. part. 4. verb. eſt nubendum. Bartol. in authen. ingreſſi, n. 22. C. de ſacro. eccleſ. Imol. in l. Captatorias. ff. de hæred. inſt. Corn. conſ. 6. n. 4. & vol. 3. conſ. 52. n. 3. vol. 2. Pariſ. conſ. 67. n. 28. vol. 3. Deciſ. Delphin. 755. prout & Bened. in c. Rainutius de teſt. Hoſt. & alii in tit. extr. de dolo & contumacia. Abb. in c. in natura num. 70. & de ſepultur. Fel. in c. afferte extr. d. præſumpt. Mar. Soci. in c. ſi quis numer. 4. de homici. gloſſ. in c. 1. in t. ſimula-*
3 *uit. ext. de eo quod metus cauſa.* Exordiamur itaque à definitione, † tradituri poſtea diuiſionem eiuſdem, & licet nemo, quem inuenerim ex noſtris, quidnam ſit dolus bonus, definitione, aut deſcriptione declarauerit, tentabo tamen ſi non ad viuum exprimere; ſaltem aliquo modo adumbrare veram imaginem doli boni hoc modo:
4 † Dolus bonus eſt ſeipſum, vel alterum, proprias res, vel alienas iuuandi, inuenta ſimulatio. Quæ definitio plane colligitur ex *d. l. 1. §. 1.* in illis verbis (ſicut faciunt, qui huiuſmodi diſſimulatione ſeruant, & tuentur ſua, vel aliena) vel alio modo. Bonus dolus eſt priuatim, vel publicè iuuandi facta ſimulatio, ſiue malis dicere, fictio,
5 aut commentum, vel aſtutia; priuatim vbi quis † ſeipſum, vel alium, propria bona, vel aliena, priuata tamen ſeruat atque defendit; excogitata aliqua ſimulatione, ſicut
6 ſcriptum legimus de B. Athanaſio, qui † cum à Iuliani Apoſtatæ ſatellitibus conquireretur ad necem; qua fugiebat nauicula conuerſa in contrariam fluminis partem, his qui ſe inſequebantur ex induſtria occurrit, & quærentibus nunquid de Athanaſio ſciret, reſpondit, ſe non longe illum naui euntem vidiſſe, atque ita illos contra-
7 rium curſum tenentes effugit, ac ita bono dolo quod permiſſum eſt, malum † excluſit. *Pariſ. conſ. 67. n. 58. vol. 3.* ex hac definitione infertur ad doct. *Soci. ſenior. in Rub. ff. de verb.*
8 *oblig. & in l. 1. numer. 14. eod. titul.* Quod tractans † cum bannito ad bonum finem, vt eum dimoueret à peccato, nempe ad vxorem ducendam, dimiſſa prius concubina, non incidit in pœnam banni, vel ſtatuti. Alia prætereà exempla doli boni recenſet, *Azzo in ſum. C. eod. Hoſt. in t. extr. eod.* quibus fit perſpicuum ex hac diſſimulatione quam dolum bonum appellamus, noſtra ſæpe, & aliena in tuto collocari, id quod *Bal. d. l. 1. §. dolum malum.* oſtendit his verſibus

Tutius vt agerem laici ſub imagine Romam,
Fas fuit vt ſinerem luxuriare comam.

Conuenit text. in *l. doli clauſula in fin. ff. de nouat.* ibi etiam ſi ſciat, diſſimulare debet, celebre etiam in hanc ſpeciem doli boni exemplum præbuit Abbas Arſenius,
9 † Qui famoſam ſuæ tempeſtatis meretricem Ieſu Chriſto lucraturus, depoſito proprio habitu, nouoque ſumpto veſtitu, in oſtio domus inuentam cœpit auri non parua quantitate demonſtrata, ad turpem voluptatem inuitare; ea tamen conditione, vt nullus poſſet oſcula intueri, vel amplexus. annuit bona mulier, ſanctoque viro vna ſecum in interiori thalamo producto, inquit, hic nos ſolus Deus viſurus eſt; tum B. Arſenius, ergo in Dei optimi maximi præſentia agẽdum nobis eſt tam turpe facinus; & tu qui in atrio nõ auderes quemquam, ne te homines intuerẽtur, amplexari,

hon

non dubitas Deo ſpectante tam fœdè peccare, alioſq; tecum ad peccandum allicere,
propriam ſimul, & aliorum animas perdituram infelix mulier, cogita, quod benigni-
tas Creatoris te ad pœnitentiam adducit, cogita quæ te pœnę maneant, niſi mores, vi-
tamque in melius mutaueris. Ego ſum Abbas Arſen. qui non corpus tuum utpote
ſterquilinium niue coopertum, & ſepulchrum dealbatum, ſed animam tuam Salua-
tori, qui eam ſuo proprio ſanguine redemit acquiſiturus acceſſi; Quibus verbis acu-
to telo vulnerata fœmina, nec non viri ſancti, quem initio non cognouerat præſen-
tia commota, & ſpiritus ſancti gratia cooperante, veniam petiit. Medici quoque bo-
10 no hoc dolo nonnunquam vtuntur, † vt inquit Lucretius

Sed velut pueris abſynthia tetra medentes,
Cum dare conantur; prius ora pocula circum
Contingunt melle dulci, flauoque liquore.

Et *Maximus Tyrius ſermone* 29. dicit ſicut Medici cum faſtidientibus ægrotis
porrecturi ſunt ſaporis amari medicamentum; dulci ipſum liquore aſpergunt, ſa-
lutarē amaritudinem tegentes, eundum dolum bonum, adhibuerunt veteres phi-
loſophantes, vt antiquorum hominum rudes animos ad percipiendam diſciplinam
allicerent. nam ſalutares ſententias, ſanctaq; documenta fabularū velis contegebant;
11 ac carminum ſuauitate molliebant: ſequitur † in definitione illud verbum (vel pu-
blice iuuandi) vt ſunt hi, qui pro Patria contra hoſtes vel pro iuſtitia, vel pro religio-
ne aliud agunt, aliud ſimulant: de quo eſt text. *ſingularis in cap. inuiſtem* 22. *quæſt.* 2.
quam rem egregiam calliditatem, & ab omni prorſus reprehenſione remotam di-
12 cit *Valer. lib. 7. cap. 4.* immo ſumma laude dignam eſſe oſtendit † Codrus Rex Athen.
qui vt patriam tueretur ab hoſtibus; ſciens eos ab ipſius Regis cæde abſtinere, quod
in eius vita ſita eſſet contra Atticos victoria; depoſitis inſignibus imperii, familiarem
cultum induit, ac pabulantium globo ſeſe obiiciens, vnum ex his falce percuſſum
in cædem ſuam compulit, atque ita dolo bono Regis, ne Athenæ occiderent, effe-
ctum eſt, ſicut ſcriptum extat apud *Valer. lib. 5. cap. 6.* Memorabile etiam doli boni mo-
13 nimentum reliquit † Metellus; qui cum bellum in Hiſpania aduerſus Celtiberos gere-
ret, vrbemque Trebiam caput eius gentis viribus expugnare non poſſet, intra pectus
ſuum multum, ac diu conſiliis agitatis, viam reperit, qua propoſitum ad exitum per-
duceret, nam itinera magno impetu ingrediebatur. alias, atque alias regiones pete-
bat, hos obſidebat montes, paulo poſt ad illos tranſgrediebatur, & poſtquam exerci-
tum ſuum ignorantia, & totam Celtiberiam errore implicauit, cum alio curſum di-
rexiſſet; ſubito ad Trebiam reflexit, eamq; inopinatam, & attonitam oppreſſit; adeò
quod, ait Valerius, niſi mentem ſuam dolos ſcrutari coegiſſet, ad vltimam ei ſene-
ctutem apud mœnia Trebiæ armato ſedendum foret. Nec poſſum præterire exco-
14 gitatum à Carolo 2. imperatore pro † iuſtitia dolum; quo nocentem puniret, & inno-
centem abſolueret: Accuſabantur pater, & filius homicidii certumque erat alterum
eorum id facinus perpetraſſe; ſed vter id feciſſet incertum, vafro conſilio iuſſit fili-
um ſuſpendi; quod reſciſcens pater; filium à morte vindicaturus, in ſe pœnam tran-
ſtulit, ſponte crimen confeſſus: ideoque ſuſpenſus eſt, liberato filio, vt retulit *And.
de Iſer. in cap. 1. §. publici latrones ad fin. titu. de pace tenenda: Barbat. in c. in præſentia de pro-
bat. & in l. cū acutiſſ. col. 23. C. de fideicom. Pariſ. à Puteo de ſyndicat. art. pen. Iaſ. in repet. l. ſi is qui
pro emptione col. 42. ff. de Vſucap. Martin. l. 1. col. pen. de Quæſt. Tiraq. in præfat. l. ſi vn-
15 quam numero* 8. *l. de reuoc. donat.* † Pro religione, dolo bono vſi ſunt multi ſancti Mar-
tyres, & his temporibus vtuntur, plerique religioſi ex vtiliſſima Chriſtiano orbi ſo-
cietate Ieſu, qui in Angliam ſeculari habitu incedunt, vt tutius fidelium iuuare ani-
mas poſſint, huc refero ſimulatam Solonis inſaniam; Lycurgi reditum; Bruti ſtul-
titiam; & ſimiliā multa tradita à *Rebuffo in l. latæ culpa* 213. *ff. de verb. ſignificatione;*
16 ſiquis vero de origine doli boni inquirat, eam à Naturæ fonte † fluere vt arbitror,
inueniet, eaque ſuadente illum exercent homines. Quippe nos ipſos tueri, primum
docet *l. vt vim ff. de Iuſtit. & iure.* vbi Doct. & in *l. 1. C. vnde vi. Cicero 1. de offic.
& in oratione pro Milon.* hæc eſt non ſcripta, ſed nata lex: quam ab ipſo fonte Naturæ
arripuimus, vt ſi quando vita noſtra in hoſtes, aut latrones inciderit, omnis ſit hone-
ſta ratio expediendæ ſalutis; dolus autem bonus nos noſtraque tuetur *d. l.* 1. §. 1.

de Dolo,vt contigit Hannibali Pænorum Duci. Qui nauali prælio victus,timens claſſis
amiſſæ pœnas dare,offenſam bono dolo auertit, vt author eſt *Valer.lib.7.c.3.* Nam ex
illa infelici pugna priuſquam cladis nuncius domum perueniret, quẽdam ex amicis
compoſitum,& ornatum Carthaginem miſit,qui poſtquam ciuitatis eius curiam in-
trauit,conſulit,inquit,vos Hannibal, cum Dux Romanorum magnas ſecum mariti-
mas trahẽs copias aduenerit,an cum eo confligere debeat: acclamauit vniuerſus Se-
natus non eſſe dubium quin oporteret, tum ille,conflixit,inquit, & ſuperatus eſt, ita
liberum his non reliquit id factum damnare,quòd ipſi fieri debuiſſe iudicarãt. Cum
etiam cognationem inter homines natura conſtituerit *d. l. vtrum.* eadem ſuadet ad
propinquorum tutelam amicorumque præſidium dolos excogitare, vt *gloſſ. in d.l.1.
§.1.* reddit exemplo conſpicuum. Accidit quoque,quod ſicut ad religionem impellit,
ita ad patriæ charitatem *l.veluti.ff.de iuſt.& iur. Cicero lib.1.de natura Deorum.* Itaque pro
ſalute Patriæ,vel pro religionis cultu dolum boni ſuggerit, quo aduerſus hoſtes me-
morabile aliquod facinus moliamur,vel religionis cultum amplectamur, *d.c. vtilem
22.quæſt.2.* Adeò vero dolus plerunque ſonat in bonam partem vt *Azzo in ſum. Cod.eo-
dem titul. & Hoſt.ext.de dolo,& contumacia*, dixerint, bonam indolem iuuenis, à bono
17 dolo appellatam; vt cum pronunciamus iuuenem † aliquem bonæ indolis eſſe, ſigni-
18 ficamus bonum dolum habere. Præterea dolus bonus † tam latè patet vt in contracti-
bus ſæpe inueniatur, in vltimis voluntatibus, nec non in iudiciis, & ſane quo ad con-
tractus,& actus inter viuos eſt *l.1.§.non fuit ff.eod. Corn.conſ.8.lit.c.vol.3.* reſpectu vlti-
marum voluntatum eſt tex. *in l.recuſare.§. Titius. ff.ad Trebell.* quem ad hoc not. *Bellon.
§.ſed quia n.3.Inſt.de fideicõ.hered.* cõuenit text. in *l.18.ff.de liberi.& poſth.in l.12.& l.47 ff.
de bon.libert.* in quibus agitur de illa exhæredatione quæ dicitur fieri non notæ cauſa
19 † ſed bono conſilio, etenim teſtator aliud agit, aliud ſimulat, videtur namq; heredi-
tatem voluiſſe auferre, dum agit, vt tutius conſeruetur in eo, cui vult eſſe conſultum,
dum a lubrico ætatis, quæ ſæpe ſua imbecillitate iuuenes in grauiſsimos errores im-
pellit; vel à furoris,& demẽtiæ periculo, ſimulata exheredatione defendit: bono autẽ
dolo facta filii exheredatio videtur, quando teſtator grauauit ſcriptum heredem re-
ſtituere filio poſt certum tẽpus totam, vel ſaltem legitimam hereditatis Iaſ. in *l. multi
non notæ cauſa.ff.de lib.& poſthu. Vaſq.de ſucceſſ.progreſſu.§.14.* per tex. *in l. Seius Saturninus.
ff.ad Trebell* & talis heres appellatur fiduciarius, nec detrahit quartã, & aduerſus hoc
teſtamentum non datur querela per *l.fideicommiſſum §. vltimo ff. ad Trebell.* & ibi *Rom.
& Imol.Iaſ.in d.l.multi ex l.filius matrem.Cod.de inoff.Teſt.nota.* 4. iſto dolo bono vitiatur
teſtamentum. *Bal.in l.1.col.vlt.C.ſi quis aliq.teſt.prohibuer. in iudicio.* vt quando iudex ex
bono dolo inducit reum ad confeſsionem delicti. Exemplo Alexandri 3.Pont.& Ca-
roli 2.Imperatoris.

Diuiſio doli boni Cap. IV.

1 *Prima doli boni diuiſio ab effectu.*
2 *Secunda Diuiſio à fine.*
3 *Tertia Diuiſio à re, in qua dolus committitur bonus.*
4 *Subdiuiſio doli boni.*
5 *Deus lux, veritas, maieſtas, pietas, ſalus, principium.*
6 *Deus vtrum vtatur bono dolo.*
7 *Rationes, quibus oſtenditur opinio negatiua.*
8 *Argumenta quibus probatur contraria ſententia,& verior.*
9 *Saluator humani generis dolo bono aliquando eſt vſus.*
10 *Angeli dolum bonum quandoque commiſerunt.*
11 *Patriarcha Ioſeph bono dolo non abſtinuit.*
12 *Prophetæ quoque bonum dolum, non ſpreuerunt.*
13 *Dauid dolo bono Nathan Prophetæ conuerſus eſt ad Dominum.*
14 *Salomon ob dolum bonum, veram matrem inuenit infantis viui.*
15 *Paul. Apoſtolus dolo bono gloriatur decepiſſe Corinthios.*
16 *Alex.3. ſummus Pontifex dolo bono mediantè ſimoniacum Epiſcopum detegit.*
17 *Simplicitas ſumitur bifariam.*
18 *Dolus ſæpe verbo committitur.*
19 *Mendacium materialiter, & formaliter bonum, & malum.*

VIdimus quid ſit dolus bonus: intueamur quotuplex ſit, & ſane nullam huius doli
datam a Doctoribus diuiſionem reperiens, ipſe quo nam pacto diuidẽdum putem,
paucis

1 paucis aperio. Prima itaque diuiſio, vt mihi videtur, ſumi poteſt ab † effectu, diducen-
do eam in duas ſpecies. Nam altera eſt ſpecies doli, qua nos, & noſtra tuemur; altera,
qua alios defendimus, & aliena *l.1.§.1. in illis verbis, ſicut faciunt.* paulo ſupra memora-
2 ta. ſecunda diuiſio eſt ſumpta à fine † & duplex eſt dolus, alius nempe ad priuatam, a-
lius ad publicam vtilitatem inuentus. Sicut palam eſt ex data à nobis ſupra definitio-
ne doli; & probant iam relata exempla, confert *d.l.1. §. non fuit. in tit. maxime. ſi aduerſus*
3 *hoſtem latronemq́.* Rurſus & tertio diſtribui poteſt dolus a re † in qua dolus committi-
tur, cuius etiã ſunt duæ ſpecies. Nempe dolus, aut in re temporali commiſſus, aut in re
ſpirituali; vt ſiquis dolo induxerit aliquem ad ingrediendam religionem *Bart. in auth.
ingreſſi n. 22. C. de ſacroſ. eccl. Capra in reg. 67. n. 48. Bened. in c. Rayn. de teſt. ext. Alb. in c. 1. & 2.
de his quæ vi metuſue. cauſa. in deciſ. Delph. 755. in 2. par. Fort. Garg. de vlt. fine iuris cano. n. 281.*
4 Sed illa ſpecies doli in re temporali, non ineleganter ſubdiuiditur † in tres ſpecies:
Etenim, aut committitur in contractibus, ſiue in actu inter viuos; aut in vltimis vo-
luntatibus, aut in iudiciis vt ſuperius oſtendimus. Ex iam traditis diuiſionibus atq; ex
ſecunda præſertim quod dolus, aut publice, aut priuatim ſimulando proſit, dedu-
cuntur multæ quæſtiones, quæ dignum tractatum habent, quarum illa eſt omnium
conſenſu principalis: Vtrum ſc. Deus optimus maximus qui publicè, & priuatè pro-
deſt, & à quo bona cuncta procedunt, qui nos cuſtodit, vt pupillam oculi ſui; Quique
5 ſicut ſcriptum reliquit *D. Bernardus de conſid. libr. 5.* amat, vt caritas, nouit † vt veritas;
ſed & vt æquitas, dominatur, vt maieſtas, regit, vt principiũ, tuetur, vt ſalus, operatur,
6 vt virtus, reuelat, vt lux, aſſiſtit, vt pietas; vtrum inquam vtatur aliquando bono † do-
lo. Excitat ſane quæſtionem *Bart. in d. l. 1. §. non fuit contentus ff. de dolo,* attingit eam *Garg.
de vlt. fine iur. canon. num. 81. & ſeq.* conſtanter affirmatiuam ſententiam probat. tractat
eam *Archid. in d. c. vtilem. Gemin. in c. ſi in quemcunque 2. quæſt. 1. Fel. in c. afferte. ext. de præ-
7 ſumpt. in 1. not.* Et ſane opinio negatiua † videtur ad veritatem propenſior. Primo quia
Deus ſimplex eſt, vt *D. Bernardus ad fratres ſermone 3. Fort. Garg. nup. citato loco.* Ideoq;
ſimplicitatem amat, dolus vero etiam bonus continet ſimulationem, ſicut ex defini-
tione perſpicuum eſt, quare ſimplex nõ eſt, ſecundò ſuffragatur, quod apud Iſaiam de
illo ſcriptum legimus, peccatum ſcilicet non feciſſe, nec dolum fuiſſe inuentum in o-
re eius. Igitur, nec quidem dolum bonum propter orationem indefinitam, quæ vni-
uerſali æquipollet *l. ſi pluribus,* vbi *Bart. & doct. ff. de leg. 1. Did. lib. reſol. cap. 3.* Tertio cõfert:
quod in dolo bono ſæpe mendacium ineſt, vt cum aduerſus hoſtes machinamur ali-
quid vel contra latrones, d. *l. 1. §. non fuit. ff. de dolo:* At mendaciũ in ſolũ hominẽ cadit,
iuxta illud: omnis homo mendax, & in patrẽ mendacii Diabolũ, Ideoque maxime de-
teſtabile eſt, cuiuſcunque ſit generis vt *22. quæſt. 2. per tot.* Deus autem veritas eſt, & ſo-
lus veritatis Doctor, vt tradit *Auguſt. lib. 6. confeſſ. cap. 6.* Rurſus 4. loco eandem ſenten-
tiam munit, quod in dolo bono videtur ineſſe peccatum ſaltem veniale, ſicut non ob-
ſcure colligitur ex definitione doli tradita à *Caiet. in ſua ſumma in tit. de dolo.* relata a *Cag.
in l. nihil dolo. ff. de reg. iur.* liquidè, ait, dolus eſt aſtutiæ executio, ſiue p verba, ſiue p facta
ad decipiendum ordinata, & eſt peccatum veræ prudentiæ contrariũ, quandoq; mor-
tale, quandoq; veniale, vt cum intenditur deceptio iocoſa. peccatum autẽ quamtum-
cumq; veniale longiſſime eſt a Deo. verum a ſentẽtia Bart. non eſt recedendum, ex ea
8 † primum ratione quam ipſe adducit in *d. §. non fuit.* Nempe dolus eſt bonus, Deus
autem omnem bonitatem operatur, bonitas propria eſt Dei, in tantum, quod ipſe do-
lus bonus eſt, teſtis eſt *Pſalm. 135.* dicens, confitemini Domino quoniam bonus, & *1.
Sapient.* ſentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. D. *Au-
guſtin. contra Manich.* ſummum bonum eſt, ſine quo vir bonus eſſe non poteſt ex ſen-
tentia *Senecæ epiſtol. 4.* proinde qui boni ſunt imago Dei ſunt; quemadmodum *Diogen.
Laert.* ſapienter commemorat, quare ſi omne bonum operatur *Ariſtot. 6. eth.* ergo &
dolum bonum, vt non iniuria dixerit *Æſchilus Poeta.* relatus à *Cal. Rhodigin. lib. 11. cap. 1.*
& ib. *Alciato in l. ea eſt natura cauillat. ff. de verborum ſignificat.* fraude iuſta non abſtinet
Deus.

Secundo, dolus bonus eſt virtus *l. 1. §. non fuit de dolo.* Deus autem potens eſt o-
perari omnem virtutem ipſe enim Deus eſt virtus *Pſal. 45.* & ipſe fecit virtutem, *Pſal.
115.* ibi. dextera Domini fecit virtutem.

Tertio, iuuat eandem ſententiam, Experientia, quæ dicitur rerum magiſtra *l. qui
Romæ. ff. de verb. oblig.* & ibi *Iaſ.* qua oſtenditur Deum quandoq; vſum fuiſſe dolo bono,
atq; ita verum eſſe ſermonem: Quoniam cõcordat cum rebus ſenſatis *l. milites. in ver.*

oportet. C. de quaſt. Iaſ. in d. l. qui Roma. §. Callimachus. Euerard. in loco à vero ſimili num. 10. e-
tenim *c. 22. Gen.* dixit Abrahã tolle filium tuum vnigenitum, quẽ diligis Iſaach, & vade
in terram viſionis atq; ibi offeres eum in holocauſtum ſupra vnum montium, quem
monſtrauero tibi, quem nolebat Deus à patre imolari filium vt ait D. *Ambroſius relatus*
c. 20. infra 22. quaſt. 2. nec impleri hoc munus nolebat; qui ouem pro filio imolandum
obtulit; ſed tentabat affectum patris, ſi Dei præcepta filio præferret; ſimulauit igitur
filii holocauſtum (& ſimulationem hanc fuiſſe dicit *Fel. in c. afferte in 1. not. de pra-*
ſumpt.) vt patri benediceret, illiusq; ſemen multiplicaret, ſicut ſtellas cæli, & velut are-
nam, quæ eſt in littore maris. Quarto confirmatur ex his quæ habentur *in d. c. vtilem*
22. quaſt. 2. nam loquens ibi D. Hieronymus de ſalute. D. noſtro Ieſu Chriſto ait, non
habens peccatum, nec carnem peccati, ſimulationem peccatricis carnis aſſumpſit,
vt condemnans in carne pecatum, nos in ſe faceret iuſtitiam Dei, & *gloſſ. ibi in verb. ſi-*
mulationem. afferens rationem illius ſimulationis, inquit, vt falleret Diabolum, dit e-
nim D. *Auguſtin.* ſi diabolus eum filium Dei ſciuiſſet, numquam eum à Iudæis occidi
paſſus eſſet. Fuit ergo ſimulatio aduerſus hoſtem, merito Dolus bonus apparuit;
9 quo Dei filius † videtur etiam fuiſſe vſus, quando ſe præſentauit duobus diſcipulis
euntibus in Emaus; & prope caſtellum ambulantibus finxit ſe longius ire; vt ſcilicet
rogatus maneret, ac veritatem ſuæ reſurrectionis manifeſtius oſtenderet in fractione
panis. Quinto adſtipulatur, quod ſummi Dei miniſtri, ab hoc dolo non abſtinuerant
10 ſcil. Angeli † ſancti exemplum illius imitantes, docet Raphael Angelus qui in ſpecie
iuuenis præcincti; & quaſi parati ad ambulandum; obtulit ſeſe Thobiæ filio in ciui-
tatem Medoram iuſſu paterno proficiſcenti, ſimulauitq; ſe Azzariam Ananiæ magni
filium; promittens ſanum ducere puerum, & ſanum reducere patri ſuo; vt legitur
11 *Thob. cap. 5.* Amicos quoq; Dei ita factitaſſe, exemplo eſt in primis magnus ille † Patri-
archa Ioſeph, ſecundus Rex Ægypti, *quando cap. 44. Gen.* relato in *capite cauſ. 22. quaſt. 2.*
præcepit diſpenſatori, vt ſcyphum ſuum argenteum, & precium, quod dederunt
tritici eius fratres, poneret in ore ſacci iunioris; quo fratribus ſuis ſe daret poſtea co-
12 gnoſcendum. Conſtat etiam ex propheta † Nathan, quando vt in *cap. 12. Reg.* facta
13 illa ſimulatione diuitis præripientis pauperi vnicam ouem, Dauid regem † ad agni-
14 tionem ſui peccati leniter perduxit. Notiſſimum eſt etiam exemplum eius † filii Sa-
lomonis, quando in iudicio mulierum excogitata fallacia, iuſſit diuidi infantẽ viuũ vt
veram matrem deprehenderet *lib. 3. cap. 3. Reg. cap. afferte* vbi *Fely. extr. de praſumpt.*
15 Præteriri quoque non debet D. *Paulus qui 2. ad* † *Corinth.* gloriatur quodam-
modo, quod bono dolo deceperit illos, dicens *cap. 12.* Ego vos non grauaui, ſed
cum eſſem aſtutus, dolo vos decepi. Refert *Tiraq. de Retractu conſanguineo in præfat. nu.*
16 71. Eodem quoque dolo bono vſum † legimus Alexand. 3. Pontificem maximum
conciuem meum, vt inquit *Archid. in d. c. vtilem & in d. c. afferte. Iaſon in l. ſi mora nu.*
4. ff. ſolutio. matrim. nam accuſatum Epiſcopum Simoniacæ prauitatis habens præ
manibus, promiſit ſecrete ſe cum illo diſpenſaturum, ſi palam delictum fateretur, &
confeſſum, deinde coram Cardinalibus depoſuit, & fuit valde laudatus ſecundum
Archid. *d. loco*; vbi amplius dicit, quod ſi quis cum Saracenis conueniret illorum fi-
dem ſequi, quo illam cognoſceret, & cognitam deinde confunderet, non peccaret:
imo mereretur, ſicut aſſerit etiam *Gemin. in cap. nos in quemque 2. quaſt. 1.* cum itaque
Deus per ſe, per miniſtros, per amicos, vicarios ſuos dolo bono quandoque ſit vſus;
hæc opinio vtraque manu videtur tenenda; vtpote melioribus munita rationibus,
& pluribus authoribus comprobata ſiquidem vltra Bart. commendat *Archid. Gemin.*
& Fely. in locis ante citatis.

Nec vrgent allegata ex adverſo & primum quidem euertitur: quẽadmodum ſim-
17 plicitas bifariam ſumitur, † altera eſt, quæ opponitur dolo malo, *tex. in c. ſi cupis 10. quaſt.*
1. ibi, habeto ſimplicitatem columbæ, nec cuiquam machineris dolos. ſicut & illa quæ
dicitur veritatis amica. *c. veritatis ex. de iureiur. Bellon. in d. §. quia nu. 2. ver. ſimplicitas. Inſt.*
de fideicom. hæred. atq; ita rectitudinem animi ſignificat; vt per Plateam relatũ ibi à Bel-
lono, remotam à malitia, & iſta ſimplicitas cadit in Deo, ſed non excludit bonam ſimu-
lationem, quæ virtus eſt, & ſolertia nuncupatur. Altera eſt ſimplicitas prudentiæ, &
diſcretioni contraria, & fatuitas non iniuria vocatur, de quia in *l. ſeruus. ff. quod vi*
aut clam. l. reg. ff. de iuris, & facti ignor. & iſta longiſſima eſt à Deo, in quo prior illa
reperitur; & excluditur illa duplicitas, quæ malitiam arguit, ſecundum quoque ar-
gumentum tanquam vas figuli confringitur, ſiquidem dolum malum intelligit Iſaias,

vt plane

vt plane colligitur ex illo adiuncto,qui peccatum non fecit &c. voluit nanque inſinu-
18 are,nec facto deliquiſſe,nec verbo,quo plerumque dolus committitur † vt *pſalmo 14.*
Qui loquitur veritatem in corde ſuo,& dolum non egit in lingua ſua;& *pſalmo 90.* cu-
ius maledictione os plenum eſt amaritudine,& dolo,& *pſalmo 35.* verba oris eius ini-
quitas,& dolus *Butrius in c. ſup. litteris col. 2. ext. de reſcript. Blaſius Parad. & diſputationum c.*
19 *2. Ad III.* ſolutio ſit,reperiri etiam bonũ mendaciũ † ſicut & dolum bonum, & ream
linguam,non niſi rea mens facit *c. ſin. 22. quæſt. 2. & Euripid.* lingua iuraui,mentem iniu-
ratam gero;& ſic quod mẽdacium ineſt,ſanè materialiter ineſt non formaliter; immò
vt plurimum in dolo bono non dicitur mendacium,ſed occultatur verum *c. quæretur.*
ibi.ſed voluit veritatem celari,non mendacium dici. *22. quæſt. 2.* Tandem non officit
vltimum ſiquidem *Caiet.* definitio eſt doli mali, palam eſt dum ait dolum eſſe pec-
catum veræ prudentiæ contrarium,nam dolus bonus eſt coniunctus prudentiæ & ſo-
lertiæ *dicitur l. 1. §. non fuit*,& quæ maior prudentia,quam in dolo Salomonis *in d. c. afferte*,& Regis Iſrael nomine Iehu. de quo in *c. vtilem. 22. quæſt. 2.* confirmatur, Quia cum
dolus ſit bonus non poteſt habere peccatum,in quo nulla bonitas reperitur.

De dolo bono in temporalibus Cap. V.

1 *Vtrum hoſti fides data,ſit ſeruanda.*
2 *Hoſtis appellatione multa continentur: & vnde hoſtis appelletur.*
3 *Hoſtis quo modo accipiatur in hac quæſtione ſeruandæ fidei.*
4 *Hoſti fides aliquando à priuata, aliquando à publica perſona committitur, tum de re publica, tum de re priuata.*
5 *Hoſti fidem non eſſe ſeruandam,probatur, authoritate,iure,& ratione.*
6 *Ageſilai dictum.*
7 *Furij Camilli egregium facinus; & Cleomenis Philoſophi ſententia militaris.*
8 *Virgilij locus,& Homeri.*
9 *Hoſti fides non eſt ſeruanda de iure diuino naturali,ciuili,& canonico: ſed contraria paulo infra.*
10 *Multiplex ratio,non ſeruãdæ fidei hoſtibus.*
11 *Hoſti fidem eſſe cuſtodiendam,confirmatur authoritate,iure,& ratione.*
12 *Populus Romanus domitor Regum.*
13 *Gallorum Regis Iohannis, fides . . um hoſte, & M. Attilij Reguli.*
14 *Pompeius filius magni Pompei, hoſti ſidem ſeruauit.*
15 *Ex Philoſophorum ſententia fides data hoſti eſt ſeruanda, itidem teſtimonio Poetarum.*
16 *Hoſti fides cuſtodienda eſt iure diuino,naturali,ciuili,atq; canonico.*
17 *Multiplex ratio ſeruandæ fidei, hoſtibus præſtitæ.*
18 *Euertuntur argumenta opinionis cõtrariæ.*
19 *Ampliatio dictæ opinionis affirmatiuæ.*
20 *Limitationes eiuſdem.*
21 *Iuſtum bellum,quod nam ſit: nempe ſi authoritas Principis, & iuſta cauſa fuerit indicendi bellum.*
22 *Iuſta cauſa belli indicendi multiplex.*
23 *Vtrum contra infideles ſit iuſta belli cauſa, ex hoc tantum quod ſint infideles.*
24 *Infidelitas non priuat dominio infideles.*
25 *Diſtinctio in dicto articulo.*
26 *Iuſta cauſa gerendi bellum contra Turcas.*
27 *Nõ licet frãgere iuſiurãdũ datum hoſtibus.*
28 *Vtrum hoſti liceat dare pecunias ad vſurã.*
29 *Vſura fingitur bellua, quæ quotidie argentum generat,& pecuniã addit pecuniæ.*
30 *Vtrum liceat mulierem hoſtis adulterare, ſine peccato.*

COnſtat ex vltima data à nobis doli boni diuiſione,alium in re temporali commit-
ti,alium in ſpirituali,quatenus de vno,& de altero propoſita eſt diſputatio, priori
loco;de dolo in temporalibus diſſerendum eſt,Qui aut à publica perſona fit,aut à pri-
uata;videamus de dolo publicæ perſonæ,tractaturi poſtea de dolo priuatæ,& ſanè ad
dolum pub. perſonæ pertinet illa quæſtio,& priorem locum ſibi vendicat. Vtrum Ho-
1 ſti fides data,ſit ſeruanda,† nam cum *Vlp. d. l. 1.* definiat eſſe licitũ aduerſus hoſtes ma-
chinari,nõ iniuria ſit locus propoſitę dubitationi quę vt clarior reddatur,& illuſtrior;
2 bene eſt in limine exponere,Quid ſit Hoſtis;cum variè ſint huius † nominis acceptio-
nes.ſiquidem *Cic. 1. de off* & *Feſtus* inquiũt, peregrinum hac appellatione ſolitos eſſe ſi-
gnificare antiquos,feudiſtæ hoſtẽ,caſtra & exercitũ vocant,in *l. 12. tabularum*. aduer-
ſariũ litigantẽ hoſtis oſtendebat,ſi ſtatus dies ſit,cum hoſte venito. In hoc vero articu-
3 lo hoſtẽ intelligimus,quem definit *Iuriſcon.* † *in l. hoſtes ff. de verb ſig. in l. quos nos. ff. eodem titulo in l. hoſtes. ff. de capt.* vbi hoſtes ſunt,qui populo Romano publice bellũ indixerũt;
vel quibus à populo Romano eſt publice bellũ indictũ, cæteri latrones aut prædones

ſunt. Appellatus verò eſt hoſtis ab hoſtio; quod eſt æquo, tum quia hoſtes ſuis, vt nos
noſtris vtentes legibus pares nobis videntur; tum etiã quia in conflictu ex æqna cauſa
pugnã adire ſolent; Ideoq; non inelegans eſt translatio ad litigatores quos ſupradixi-
mus hoſtes nuncupari, nam pari iure de eadẽ cauſa contẽdunt, vt victoriã conſequã-
tur. Et victos, ac victores dicimus maxime cum vulgatam reg. pronunciamus, victum
victori in expenſis condẽnari *l. properandam. §. ſin autem alterutra C. de Iud. C. ſi C. de fruct.*
& lit. expenſ. c. calumniam de panu. huius quæſtionis duæ ſunt poſitiones Altera quando
fides eſt hoſti præſtita à publica perſona, & de re publica vt a duce belli iuxta *l. conuen-*
4 *tionum, & ibi Bart. Iaſ. & alii ff. de pact.* Altera † eſt quando priuatus nẽpe miles, vel alius
ſimilis de re priuata priuatim dederit hoſti fidem, ſiquidem fides de republica præſti-
ta a priuato nullius eſt momenti; nec obligationẽ inducit *l. iuris g. §. ſi paciſcar. ff. de pact.*
iuris gentium ſc. nec ex prætorio. *ff de reg. iur. l. ius publicũ. ff. de pact.* In primo caſu articulũ
diſputantes videamus an ſententia negatiua validis muniatur argumentis.

5 Probatur autem authoritate, iure, & ratione † Authoritas, cuius ſolet in iure va-
lidum eſſe fundamentum *l. antiqui. ff. ſi pars hered. pet. l. ſeptimo menſe. ff de ſtatu hom. l. ſi pa-*
ter ff. de ſol. c. omnes principes, vbi *Io. Andr. de maior. & obed.* eſt autem Regum, Ducum,
6 Philoſophorum, & Poetarum, & vt à Regibus incipiam, Ageſilaus † Lacædemonio-
rum Rex ſicut refert *Plut. in Laconicis* dicebat; fœdera rũpere & hoſtibus imponere non
modo laude dignum; ſed & iucundum, & lucroſum eſſe, quoniam nullo diſcrimine
virtutis, ac doli proſperi omnes laudari debent bellorum euentus, ſicut etiã ſentiebat
Antigonus qui interrogatus quo modo oporteret hoſtes aggredi; aut dolo reſpondit,
7 aut vi Secundo confirmat Furiũ Camilli egregiũ † facinus, & memorabile nam cũ Gal-
li vrbe capta & diu Capitolio obſeſſo fœdus cũ Romanis feciſſent, & iuxta cõuentio-
nem iam pacta ſoluerentur; ſuperueniens Camillus cũ exercitu pacem fregit, pecu-
niam refundi vetuit, & intra ipſa vrbis mænia hoſtibus ad vltimã necem profligatis
patriæ, labentem tum dignitatẽ, tum libertatẽ reſtituit Tertio ſuffragatur Cleomenis
Philoſophi militaris illa ſententia, quippe interrogatus, quid oporteret Regem bonum
agere? reſpondit amicis quidem benefacere, hoſtibus autẽ male. fidẽ igitur eis eſſe frã-
8 gendã non obſcure inſinuabat; Quarto conuenit his notiſſimus Virg locus † latinorũ
Poetarũ principis *§. ſed ius quidem ciuile inſtit. de iure naturali gen. & ciu.* cuius authoritatẽ
citat *Marc. in l. 6. ff. de rerum diuiſ.* dum Æneidis libro inquit, Dolus, an virtus quis in ho-
ſte requirat, recenſet *Iaſon. in l. ſi rem. ff. de præſcrips. verbis* & *Dec. in l. ea eſt natura ff. de reg.*
iur. ſimilis eſt ſententia *Homeri 1. Odyſſ* Quemadmodũ Brotos in domibus ſuis occidat
vel dolo, vel palã. Secundo principaliter eadẽ ſententia defenditur, iure nẽpe diuino,
9 naturali, ciuili, atq; † canonico Et vt à præſtantiori ducã exordiũ, confert ſacra pagina
lib. 4. c. 10. Regum relata in *c. vtile 22. quæſt. 2.* vbi Iehu Rex Iſrael, vt occideret Prophetas
Baal populi Iſraelitici hoſtes inſidioſe ſicut ait ſcriptura conuocauit eos in templũ, di-
cens: ſacrificiũ hodie grande eſt mihi quo Baal colã veniant igitur omnes vt ſanctifi-
cent diem ſolemnem. Ad ſtipulatur ius naturale *§. ſingulorum inſt. de rer. diuiſ.* ſcilicet
bona fides *ff depoſ.* vbi res depoſitæ licet ſint reſtituendæ deponenti, tamẽ ibi aduerſus
ius gentium Reipub non hoſti eſt facienda reſtitutio; tertio conuenit ius ciuile per *d.*
l. 1. §. non fuit contentus, dum ait Vlpianus bonũ dolum eſſe: ſiquis aduerſus hoſtes, latro-
neſq; machinetur, in quo expendo hoſtes, & latrones, quo ad machinationẽ æquipa-
rari Latronibus autem fidem non eſſe ſeruandam, affirmat *Cic. 3. de off.* obſeruo quoq;
dolum bonũ eſſe in machinatione aduerſus hoſtes, merito vt bonum dolum, id eſt, ſo-
lertiã adhibeamus, fidem frangere non dubitemus, ſimilis eſt tex. in *l. nihil. ff. de capt.* ni-
hil intereſt inquit *Florent.* quoquo modo captiuus reuerſus ſit, vt poſtliminiũ habeat,
vtrum dimiſſus, an vi vel fallacia, hoſtium poteſtatem euaſerit, atque ita ſupponit ius
eſſe dolo atque fallacia aduerſus hoſtes vti; Apertius probat *Imp. in l. 2. C. de Commer. &*
Mercat dum ſuo reſcripto interdicit aurum pro redemptione captiuorum ſeruorum 1
promiſſum ad Barbaros deferre, graue ſupplicium illis imponens, qui contrafecerint,
accedit tandem ius canonicum in *c. dominus 23. quæſt* 2. ſic enim ait cum iuſtum bellũ 2
ſuſceperis. vtrum aperte pugnes, an ex inſidiis nihil ad iuſtitiam intereſt: quoniã Do-
minus in ſacra veteri pagina dicit ad Ieſu Naue, vt cõſtituat retrorſus inſidias, id eſt, in-
ſidiantes bellatores ad inſidiandũ hoſtibus quare *gloſſ. ibi in verbo ex inſidiis notabiliter*
ait quod ſi aduocatus bonam cauſam habeat, licite poteſt aduerſariũ decipere argu- 3
mento *c. 1. quarta quæſt. 4* de qua nos paulo infra; Tertio eandem ſentẽtiam adiuuat ra-
tio, quæ æqui valet legi *C. cum ratio. ff. de bon. damnat. Iaſ. in l. quamuis. ff. de in ius voc. & c.*
fin. ext.

Digitized by Google

10 *ſin.ext.de præſcr.* † eaque eſt triplex prior vero deducitur ex *l.iuriſg.§.prætor ait.ff.de pact.*
in qua prætor negat ſe illa pacta ſeruaturum, quæ vi, aut metu facta ſunt, & quis dubi-
tat promiſſiones factas hoſti, metu vel vi plerunque fieri? ſecunda eſt ex *l.1.ff.de bon.eo-*
rum qui ſibi mort.conſc. quæ definit indulgendum eſſe eis, qui qualitercunque ſanguine
ſuum redemerint, qua ratione impulſi *Doct.in l.tranſigere.Cod.de tranſact.* dicunt, con-
ceſſam eſſe tranſactionem in cauſa ſanguinis, conceditur ergo fallaciis vitam noſtram
& bona noſtra, quæ vitæ comparantur ab hoſtibus redimere. Tertia ratio ſumitur ex
ipſomet fonte naturæ, cuius celebris eſt explicatio apud *Tull.in oratione Milonian.* eſt,
inquit, hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, aut legimus, verum ex na-
tura ipſa arripuimus; vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias ſi in vim, ſi in tela latronũ, ini-
micorumque incidiſſet, honeſta omnis eſſet ratio expediendæ ſalutis, facit *l.vt vim.ff.*
de iuſt.& iure not. in *l.1.Cod.vnde vi.*

Plane contraria ſententia, ſiue de belli Duce (de quo præcipuè eſt inſtituta diſpu-
tatio) ſiue de priuato loquamur. ſicut ad veritatem propenſior eſt, ita quoque videtur
eſſe receptior *Iaſ.in l.conuentionum nu.3.Bal Bartol. Alber. Rom.Salye.* huius opinionis al-
legatis *ff.de pact.* Quod vero pertinet ad perſonam priuatam *Hottom.quæſt.illuſtr.q.2.* cui
ſuffragatur tex.in *c.noli 23.quæſt.1.* ibi hoſti etiam ſeruanda fides, & *Cicer.1.de off.* inquit,
quæ ſiquid ſinguli temporibus adducti hoſti promiſerunt, & in eo ipſo fides ſeruanda,
quicquid dixerunt *Bart.& Iaſ.in d.l.conuentionum.* ſoluentes contrarium ex *l.1.§.non fuit.*
11 *ff.de dolo* probatur autem hæc opinio iiſdem argumentis nempe † authoritate, iure, at-
que ratione; & authoritate quidem regum, Ducum, Philoſophorum, Poetarum. Atq;
12 à Regibus primum initium capiens de populo Romano dicam † qui cum regum do-
mitor fuerit, inter reges non iniuria connumeratur, præſertim cum reges, tum virtu-
te, tum imperio ſuperauerit. Is inita pace cum Porſena Etruſcorum rege, obſidioneq;
ſoluta celebratæ pacis pignus obſides, 10. patritiorum filios vtriuſque ſexus accepit,
facta autem virginibus balneandi copia; quia cuſtodes honoris cauſa ſeceſſerant il-
læ nudæ Clelia traiecto amne, penè omnes Romã abierunt. in eis Valerii conſulis fi-
lia erat; qui ſuperato paternę caritatis affectu ſenatui perſuaſit, vt virgines ad Porſenã
13 mitterentur: ita publica fides hoſti data manſit illæſa. Gallorũ quoq; † Rex Iohannes
huius nominis primus, prælio victus, captuſque ab Odoardo Britanorũ Rege, poſtea-
quam magna vi auri, nec non oppidis quibuſdam redemptionẽ ſuam pactus, data fide
ad ea cõparanda, quæ ex pactione debebat, in Galliam redire permiſſus eſt; cæterũ cũ
cognouiſſet ex ea re nimium regnum diminui, fidem hoſti datam ſeruaturus in Brita-
niam reuerſus eſt; eiuſdem ſententiæ conſul & Dux Romanorum M. Attilius regulus
ad ſupplicium redire maluit, quam hoſti fidem datam fallere, vt ait *Cic.1.de off. & Iuriſ-*
con. in l.poſtliminium ius ff.de capt. docens ad Attilium non videri poſt liminio rediiſſe: quia
iurauerat ſe Carthaginem reuerſurum. Non minor etiam alterius Ducis fides enituit,
14 Pompei † ſc. Magni illius Pompeii filii, nam cũ diu poſt patris mortẽ, & C. Cęſaris obi-
tum cum Octauio, & Antonio Triũuiris bello decertaſſet; facta tandem pax fuit: data,
acceptaque fide per legatos ad cœnam inuitatos Antonium, & Octauium excepit in
ſua triremi; & dum epulis opera intẽderetur Menodorus Pompeianæ claſſis præfectus
dixit Pomponio meminiſſe in triremi ſua habere ea, per quæ fraternam fratriſque ne-
cem vlciſceretur, inſuper imperio toto potiri poſſe. reſpondit; fidem hoſti datam, ſan-
guinis ſui vltioni, atque imperio populi Rom. anteferre horum ducum egregiã fidẽ
15 † Philoſophorum grauiſſimus cõfirmauit *Cic.relatus in l. Cic.ff.de pæn.* non minus Phi-
loſophiæ ſecum clarus, quam oratoria facultate celebris in loco paulo ſupra à nobis
relato & *Senec. epiſt.89.* fides inquit ſanctiſſimũ humani pectoris bonum eſt, nulla ne-
ceſſitatę ad fallendũ cogitur, nullo corrumpitur præmio: ſimile eſt ex Poetis teſtimo-
nium, tanto aliis validius, quanto diuino quodam ſpiritu canere exiſtimantur. *Ouid.*

Eſt Deus in nobis agitante caleſcimus illo.

Vt merito illis multum noſtræ leges tribuant, vt in *tit.inſt.de Donat. tit. de empt. & vẽd.*
fidem autem hoſti eſſe ſeruandam *Silius Italicus ait.*

Multo optimus ille
Militiæ, cui poſtremum eſt, primumq; tueri.
Inter bella fidem.

& alibi.

Fœdera mortales ſæuo ne rumpite ferro,
Sed caſtam ſeruate fidem.

16 Secundo loco hæc eadem ſententia communitur iure diuino, naturali, ciuili; atque † canonico, & quo ad primum perſpicuũ eſt ex Ioſue, qui loco Moyſi Dux populi Hebræi fuit conſtitutus, & cuius oratione ſol, & luna ſteterunt, cũ miſſus eſſet ab Auguſto ad liberandos Gaboanitas, iuſiurandũ a Gabaonitis vi & fraude extortũ ſeruauit, quid autem credimus facturum legitimis hoſtibus, ſi fraudulentibus putauit fidẽ ſeruandam? ſecundo, de iure naturali fidem eſſe cuſtodiendam, docet tex. in *l. fin. ff. de legatio.* ibi; ſi quis legatum hoſtium pulſaſſet, contra ius gentium id commiſſum eſſe exiſtimatur, itaq; eum qui legatũ pulſaſſet Q. Mutius dedi hoſtibus, quorum erant legati, reſpondit vtilius, etiam cõfirmat *l. bona fides. ff. depoſit. ibi*, ſi tantũ naturale ius, & gentium intueamur latroni, & perduellionis reo depoſitum eſt reſtituendum; quanto ergo magis legitimo hoſti? Iure deinde ciuili conſtat per *l. nam & ſeruum. ff. de negoc. geſt.* in qua ſoluens precium pro redemptione captiuorũ hoſtibus illis, quibus captiui promiſerunt ſe redituros, habet cõtra eos negociorum geſtorum actionẽ, id quod manifeſte probat illos, qui fidem aſtrinxerunt hoſti ſe redituros, niſi precium redemptionis afferrent, obligatos fuiſſe: alioquin denegaretur negociorum geſtorum actio, tanquam ſi ſoluiſſet indebitum *l. ſi. quis ff. de neg. geſt.* munitur etiã *l. 5. ff. de pact.* quæ loquitur in perſona publica tandem hanc ſententiam adiuuat ius canon. per *tex. in c. noli 23. quæſt. 1.* ibi; fides enim quando promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt, contra quẽ bellũ geritur ad quod obtinet etiam in priuato, vt tradit *Paul. Lancell. lib. 2. de reg. iur. can.* cui patrocinatur egregium factum Senatus Romani relatum à *Cic. 1. de off.* Nam pacti erãt aliqui captiui ſe redituros, niſi permutationem obtinuiſſent, aut precium redemptionis attuliſſent; vnus quaſi rei vnius oblitus paulo poſt reuerſus eſt ad hoſtes, ſe a fide data liberum eſſe credens; ſed fraude cognita, Senatus reddendum hoſtibus cenſuit.

17 Tertio eſt in hanc ſententiam euidentiſſima ratio, nempe † quia fides eſt iuſtitiæ fundamentum, *Cic. 1. de off.* iuſtitia autem debetur etiã inimicis, ſicut dixit *in epiſtolis D. Ambroſius*, & probat definitio *iuſtitia in l. iuſtitia. ff de iuſtit. & iur. §. 1. inſt. ead. in illis verbis, ius ſuum cuique tribuens*. quę ſua generalitate hoſtes quoque cõprehendunt, patet idipſum ex definitione *Cic.* iuſtitia eſt virtus ſuam cuiq; tribuẽs dignitatẽ, cuique, ergo, & hoſti, nec non ex ea, quam tradit *Ariſt.* eſt animi habitus, qui tribuit quod ſuum eſt cuique. At hoſtis eſt quod ei promiſſum eſt, ſi igitur hoſtibus iuſtitia eſt facienda, ergo fides ſeruanda, quæ eſt iuſtitiæ fundamentum. Accedit ſecunda ratio quoniam hoſtis, ſicut initio expoſitum fuit, appellatus eſt ab hoſtio, quod eſt æquo, & parem facio; æqualitatem, paritatemque denotans, pares enim nobis ſunt, ſuis ſicut nos noſtris legibus vtentes, ſi pares ſunt, par, & æquale ius cum illis ſeruãdum eſt, ac inter nos ipſos ſeruari ſolet; fides autem nobis inter nos cuſtoditur, igitur, & hoſtibus cuſtodiẽda: pares enim ſunt cauſæ, & æquales perſonæ not. in *l. Pomp. ſcribit. ff. de neg. geſt. l. ſi ſocer a genero ubi gloſſ. & Bal. ff. ſol. mat.* tertio confirmatur, quia ſi non eſſet ſeruanda fides inter hoſtes; nec iura belli eſſent cuſtodiẽda: quæ tota conſiſtunt in fide, & iuſtitia belli pręcipue colenda; declarat vniuerſus *tit. de re militari & tit. ff. de capt. & c. 1. cum ſeq. 23. quæſt. 2.* & inde fit ſatis apertum, quod iura belli ſunt de iure gentium *Lex hoc iure. ff. de iuſt. & iure §. ius autẽ gentiũ inſt. de iure naturali*, &c. alioquin nec fœdera firma manerent, induciæ non eſſent ratæ, nec tutæ legationes, ſine quibus nequit conſiſtere bellum; hanc ſententiam & in priuato veriorem dicit *Cagn. in l. ea eſt natura nu. 20. & ibi Dec. ff. de reg. iur.* & late perſequitur *Garg. in l. conuentionum. ff. de pact.*

18 Proximum nunc eſt ex ordine vt reſpondeamus † his quæ fuerunt deducta in contrarium; & ad primum de authoritate Ageſilai, aperta eſt ſolutio fidem enim fregerat Tiſſapherni quia ille prius fidem ſibi violauerat, vt refert *Plut. citato loco*, nec turpe putauit Ageſilaus dolis illũ petere, qui violato fœdere, Deos fefelliſſet, & homines, & vulgari illa regula defenditur; quod frangenti fidem fides frangatur eidem *l. quare. §. interlocutorem. ff. locat. c. eſto ſubiectus diſt. 95. c. peruenit extr. de iure iur.* & in hoc præcipuè caſu limitatur cõmunis hęc concluſio: nempe quãdo prius hoſtis fidem nobis fefelliſſet, facinus quoque Camilli non obeſt. quoniam cum fuiſſet electus dictator, omnes alii Magiſtratus deponunt imperatorem vt author eſt *Plut. in vita Fabii*, & paſſim ex Liuio colligitur, illi igitur iuriſdictione carentes pacem cum Gallis fecerũt; quę nullo iure valebat; & hanc fuiſſe cauſam rupti fœderis memorat *Liuius, lib. Decad.* neq; enim fidẽ rite datam fregiſſet Camillus, qui *Faliſcos* noluit dolo ſuperare, cũ poſſet oblata occaſione à Pædagogo, qui pueros nobiliſſimos illius ciuitatis ad Camillum aſtu perduxerat in caſtra, quo pignore ciues, & vrbẽ ad deditionẽ compellere, ſine dubio

potuiſſet;

Digitized by Google

potuiſſet;& tamen vinctum magiſtrum, puerorũ tradidit poteſtati, eoſq; parentibus
reſtituit incolumes. Philoſopho Cleomeni Ariſto Philoſophus reſpondit, quanto me-
lius inquiẽs ſi ex inimicis, amicos reddidiſſes. Quod reſponſum, & Crœſo dediſſe So-
cratem tradunt, glorianti, quod ex regno duo maxima eſſet cõſequutus; amicis bene-
facere, & inimicis male; rectius egiſſes ait, ſi & illos amicos adiũxiſſes. Locus Virg. e-
uitatur; ſiquidem dolus aduerſus hoſtes eſt permiſſus, ſed non perfidia; quæ commit-
titur cum fides hoſti data frangitur, ideoque ante fidem præſtitam nihil prohibet do-
lo vti, ea vero conceſſa, ſi violatur, incipit eſſe perfidia, quæ improbatur, *Dec. & Cagn.
in d.l. ea eſt natura nu. 29. Hottom. d. quaſt. 7. & Cagn. d.l. ea eſt.* aliam ſolutionẽ *afferunt quod*
ſc. Poeta non ex ore ſuo ſapienti, ſed ex mente loquentis hominis, & paſſionatẽ cecinit.
Secundum quoque fundamẽtum in iure conſiſtẽs ſine negocio cõmouetur, & quod
attinet ad ius diuinũ ante pedes ſolutio eſt, propterea quod Rex Iſrael nullã dederat fi-
dem Prophetis Baal. ſed iuſſu Domini Dei ſui illos occiſurus, aſture, & callide vocauit
in templum ſub obtentu ſacrificii, ideoq; & in *d.c. vtilem.* Regis hanc vtilem ſimula-
tionem applicat ad ius naturale. *Ex l. bona fides depoſ.* reſpõſio eſt in aperto, quippe quia
tex. concludit in fine, depoſitum latroni, vel perduellionis Reo minime reſtituendũ,
& illud merum ius gentium temperandum eſſe cum præceptis ciuilibus, atque præ-
toris, cum non ſint ibi legitimi hoſtes, ſed latrones, vel damnati ad mortem; ad ius ci-
uile ex *d.l. 1. §. non fuit de dolo, & ex l. nihil ff. de capt.* *ſolutio.* non eſt in abſcondito, nõ qui-
dem ex intentione *Bart. & Iaſ. in d.l. 5. ff. de pact.* habere locum eas leges in priuato, cui
licet fidem frangere, oſtendimus enim contrarium, & probatur, quoniam ſi fidẽ fran-
gere turpe eſt in Duce, non poteſt eſſe honeſtum in priuato milite: & quod delictũ eſt
in vno, non poteſt in alio tanquam virtus landari, rectius igitur ſoluitur nodus dicen-
do, dolum in hoſte, tum Duci, tum priuato eſſe permiſſum ante fidem præſtitam, po-
ſtea prohibitum, quando non amplius agitur de dolo, ſed de perfidia, & in his quoque
terminis procedit ius canonicum in *d.c. Dominus*, id quod fit inde manifeſtum quia *d.
c. noli 23. quaſt. 1.* in quo dicitur fidem datam hoſti ſeruandam eſſe & *d.c. Dominus.* ſunt
ex *D. Auguſtino ex epiſt. ad Boniface*, quare aut D. Auguſtinus ſibi non conſtat, aut ille lo-
cus eam declarationem recipit. *Lex 2. C. de commer. & Mercat.* vim non habet ſiquidem
ibi Imp. prohibet mercaturã cum hoſtibus Populi Romani ea ſpeciali ratione, ne alie-
ni regni (quod non conuenit) ſcrutentur arcana. euitantur etiam rationes, & ad primũ
ex *§. prætor ait.* non eſt ſupra ſpem difficultas accommodare reſponſum, ſcilicet nos de
illis pactis diſputare, quæ nec vi, nec metu facta ſint, id quod crebro poteſt continge-
re, vt in promiſſione pro redimendis captiuis, in conuentione induciarum, in permu-
tatione captiuorum tolluntur quoque duæ ſequentes rationes, nimirum quia proce-
dunt quoties aliquis in diſcrimine vitæ, conſtitutus vitam, corpuſque ſuum defenſu-
rus hoſtem aggreſſorem interficit, & in his terminis loquitur non modo *l. vt vim. ff. de
iuſt. & iure, & l. 1. ff. de his, qui ſibi mort. conſ.* ſed & *Cic. in Milomana.* vt enim perſuade-
ret iudici Clodium iuſte fuiſſe à Milone interfectum dilucide oſtendit Clodium, in-
ſidias ſtruxiſſe Miloni, necemque paraſſe, ceſſat vero hæc ratio in quæſtione noſtra,
in qua ſiue captiuus promiſerat precium redemptionis ſuæ, ſecurus erat, nam tempo-
re promiſſionis ira belli pepercerat, & ſeruatus erat vt in *§. ſerui autem. inſt. de iure perſo-
narum.* ſiue publice erat data fides, pro induciis, vel pro fœdere nullum vertebatur di-
19 ſcrimen vitæ. †. Ampliatur concluſio quo ad fidem datam à perſona publica & de re
publica, vt eam teneatur non modo illæſam cuſtodire intra ſuum territorium, ſed etiã
extra *Bal. in l. illicitas §. ne potentioris col. 2.* & ibi *Alex. col. 4. de off. præſid. Ang. conſ. 303. Iaſ.* qui
prædictos refert in *d.l. 5. nu. 3. ff. de pact.* non videtur eſſe, quia alioquin facile commit-
teretur fraus & per indirectum frangeretur fides, exemplo illius, qui vt *Cic. ait 1. de off.*
factis aliquot dierum induciis populabatur agros, dierum non noctium pactas eſſe in-
ducias affirmans, ſiquidem tranſeuntibus hoſtibus in quibus inita pax eſſet per alienũ
territorium pararentur inſidiæ, & qui hoſti numeraſſet precium ſuæ redemptionis
per excogitatam machinationem in alieno territorio non difficulter eriperet. Quare
non debet per indirectum concedi *capit. cum quod vna via de reg. iur. l. ſcire oportet. §. ſi
mater. ff. de tutor. & Curat. dat. ab his. l. 3. §. liberti l. ſi poſt mortem. § ex hereditate. ff. de bo-
norum poſſ. contr. tabul. Dyn. in dict. capitul. cum quod.* vbi declarat habere locum
cum prohibitio fit in odium prohibiti atq; ita conciliat multa iura, quibus videbatur
20 illa regula deſtrui † limitatur autẽ ſi hoſtis prior fidem fregiſſet, tunc enim poteſt ſine

crimine fides eidem frangi vt diximus paulo ſupra reſpondentes fundamentis cōtra-
riis partis per *tex. in l. cum proponas l. 2. C. de pact.* quam *Bart. Bal. & Doct.* ſumant hoc mo-
do frangenti fidem fides frangatur eidem *l. qui fidem. ff. de tranſact. Fel. in c. ſicut in extr.
de fid. inſtr. Soc. conſ. 213. vol. 2.* Quippe ſicut non eſt dignus legis auxilio qui committit
in legem *l. non dubium. Cod. de legibus* ita fidei alienæ non debet implorare præſidiū, qui
contra propriam fidem venerit *Dyn. in reg. fruſtra ſibi de reg. iur. in 6.* & tacitam conditio-
nem videtur habere conuentio, ſi aduerſarius fidem ſeruauerit; & adeo eſt vera limi-
tatio, vt vendicet ſibi locum, etiam ſi iuriſiurandi religio ad fidem acceſſiſſet *gloſ. pen. in
§. 1. de noua forma fidelit.* quia traditum eſt vaſallum non aſtringi ad fidem ſeruandā cum
Dominus quod promiſerit non obſeruat, etenim in iure iurando tacita ineſt condi-
tio, ſi is cui datur non violauerit fidem argumento *l. quidam cum filium. ff. de verb. obligat.
l. quæro. §. inter locatorem ff. locat. Cagn. in l. ea eſt natura numer. 17. ff. de reg. iur. Abb. in capit.
ext. de iureiur.* & in *conſ. 61. videtur. volum. 2. Rom. conſ. 244. pro euidentia Deci conſ. 245.
numer. 4. Bauer. de iuramento priuil. 72. Hipp. ſing. 155.* vbi ad prædictam Reg. affert qua-
tuor fallentias datas à *Iacobo de ſancto Georgio* & ipſe *eodem loco* addit quintam *Soc. in reg.
149.* affert 7. fallentias *Fely. in capitul. peruenit d. 2. de iure iur. Alex. in l. vt reſponſum Codic.
de tranſact.*

Limitatur quoque ſicut initio conſtituiſſe videmur, vt procedat in legitimis ho-
ſtibus, ac iuſto bello. *l. hoſtes ff. de verb ſignif. l. hoſtes. ff. de capt.* ſecus ſi arma gerantur con-
tra latrones, atque piratas. *l. 1. §. 1. ff. de Dolo Marſ. ſing. 177. Cagnol. in dict. l. ea eſt natura nu-
mero 17. ff. de reg. iur.* neque enim veri, ac legitimi ſunt hoſtes, quemadmodum, nec cū
21 illis iuſtum bellum geritur, nam duplici ratione iuſtum † bellum definitur; nempe ex
authoritate indicentis nec non ex rationabilibus indicendi cauſis; competit autem ius
indicendi regi, imperatori, Pontifici, & principi non recognoſcenti ſuperiorem *Innoc.
in cap. olim. & populo extr. de reſtit. ſpol. 66. Abb. in cap. ſicut de iure iur. nu. 7. gloſſ. & Doct. in cap.
in ſumma 23. quæſt. 2. Bart. in l. hoſtes num. 14. ff. de capt.* & ita ſe habere com. opinio affir-
mat *Did. in reg. peccatum part. 2. §. 9. numer. 1.* vbi multos in hanc ſententiam Theologos
22 deducit, iuſta vero cauſa non vnica allegatur, ſed † multiplex; quarum illa præcipua
cenſetur quod bellum fiat ad defenſionem reip. ne illa à Tyrāno per vim opprimatur,
nec non ad defenſionem proprii imperii, & prouinciarum ad id pertinentium quaſi
fiat ad euictionem perſonarum, & rerum argumento *d. cap. olim, & d. l. vt vim iuncta l. 1.
Cod. vnde vi l. furem. Cod. ad l. Corne. de ſicar. l. itaque. ff. ad l. Aquil.* ſecūda probatiſſima cau-
ſa videtur quoties bellum geritur ad vlciſcendas iniurias inique illatas *Cicer. 1. de of. D.
Auguſt. libr. 6 quæſt. in 10. quæſt.* ſuper Ioſue iuſta inquit, bella ſolent definiri, quæ vlci-
ſcuntur iniurias *Azo, & gloſſ in l nullus. Codic. de iud. Alexand. & Iaſ in l. miles. §. qui iudi-
cata. ff de re iud. Fely. in capit. 2. de homic. Panormitan. in capit. 1. numer. 40. Cod. de iud.* tertia
proponitur iuſta belli cauſa contumacia, ſeu rebellio inique recuſantium imperium
cum ſubditi aduerſus Principem inſurgunt ei recuſantes obedire, tametſi fuerint
admoniti; ratio eſt, quoniam nō ſolum Principi, ſed Deo quoque fit grauis iniuria *ca-
pit. olim extr. de cenſur.* vbi reſiſtens poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, quare in *capit. 2. re-
gum.* Dauid bellum mouit aduerſus Seba filium Prochi propterea quod populum cō-
mouerat, vt a Dauid Rege ad ipſum deficeret; Hoc ipſum conſtat ex *Ariſtot. lib. 7. cap.
14. Polit.* ad finem vbi bellum iuſtum eſſe cenſet, quo rediguntur in ſeruitutē hi, quos
ſeruire oportet, atque his, qui ſeruitute digni ſunt, legitime dominentur, licet *Innocen.
in dict. capit. olim d. 2. de reſt. ſpol.* potius eſſe executionem iuriſdictionis, & punitionem
rebellium, quod bellum dicat ideoque concludit captos in hoc bello non fieri ſeruos
capientium confert *text. in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. l. ſiquis ingenu. §. 1.
in ciuilibus. ff. de capt.* His quarta adiungitur cauſa cum bellum indicitur ad repetendas
res, quæ per violentiam ab hoſtibus detinentur *dicto capitulo ſecundo regum*, in quo Da-
uid mortuo Saulo geſſit bellum contra eius filium, qui occupare nitebatur Regnum
Iſrael, quod Dominus per Samuelem Prophetam tradiderat Dauidi, *Couarru. dicto ca-
pitulo peccatum part. 2. §. 9. numero quarto*, vbi ſubnectit. Quinta iuſtum bellum gerendi
cauſa eſt ob illatam nobis iniuriam in tranſitu per territorium alterius, ſi modo tran-
ſitus ille erat innoxius Domino territorii; quia iure humanæ ſocietatis debetur, eamq;
cauſam ait probari ſacra hiſtoria *Numer. cap. 21.* quo loco ſcriptum eſt filios Iſrael pu-
gnaſſe contra Reges Amorręorum propterea quod illis noluerant concedere tranſitū
innoxium ad terram, quam illis promiſerat Dominus, facit *tex. in c. vlt. 23. quæſt. 2.* dixit

Iaſ. in

Laſ. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Putant etiam plerique iuſtam eſſe belli cauſam, atque
23 ita ſextam conſtituunt, ſi aduerſus infideles † contigamus, quaſi ipſa infidelitas iu-
ſtum bellum faciat,& legitimos hoſtes conſtituat *Hoſt. & Panorm. in c. quod ſuper his ext.*
de voto Oldr. conſ. 71 illa adducti ratione, quod ob crimẽ infidelitatis Deus auferat illis
Regnum,& in Chriſtianos transferat iuxta illud *Matthæi* auferetur à vobis Regnum
Dei,& dabitur genti facienti fructum eius,*& c. 10. Eccleſiaſt.* Regnum à gente in Gentẽ
transferetur propter iniuſtitias. *Didon. in allegata regula peccatum part. 2. §. 15.* ſed nihi-
lominus contrarium probauit bellum nempe quod aduerſus infideles hoc ſolo quod
ſint tales, nec cum Authoritate imperatoris, vel Papæ iuſtè poſſit indici probans ex *l.*
Chriſtianis. C. de pagan. & ſacra pag *ex capit. diſpar. 23. quæſt. 8.* vbi definitum eſt bellum
aduerſus Saracenos, tunc iuſtè geri a Chriſtianis, cum Saraceni Chriſtianos perſe-
quuntur, eoſque ex vrbibus pellunt; Non igitur eo ſolo quòd Saraceni ſint, iuſtè ad-
24 uerſus eos bellum geritur, probatur etiam quoniam infidelitas † non priuat infideles
Dominio, quod habent ſcilicet iure humano, vel habuerũt ante legem Euang. in Re-
gnis,& prouinciis vt plane colligitur *c. 2. Daniel.* in quo extat præclarum ea de re teſti-
monium. erat Nabucdonoſor infidelis, & tamen ei dicitur à Daniele tu Rex Regum
es,& Deus Cæli Regnum, & fortitudinem,& imperium, & gloriam dedit tibi, hoc i-
pſum obſeruauit *D. Thomas. 22. quæſt. 10. artic. 10 & placuit. Innoc. & Card. in d. c. quod ſuper*
25 *his, ex de voto*, quemadmodum recenſet ibi Did.& reſpondet † contrariis quatuor cõ-
ſiderans caſus ex Theologorum,& Canon. intentione, in quibus iuſte contra infide-
26 les bellum geritur, quorum ille primus † eſt cum infideles occupãt,& detinẽt prouin-
cias, quæ olim ad Chriſtianorum Principum iuriſdictionem pertinebant, etenim ad
recuperandas amiſſas prouincias iuſtiſſime Chriſtiani armis impetunt, cui conſequẽs
eſt iuſtam eſſe contra Turcas belli cauſam Chriſtianis Principibus, cũ innumerabiles
prouincias Chriſtiani olim Imperii inuaſerint; ſecundus eſt caſus quãdo infideles of-
fendunt Chriſtianos eoſq; perſequũtur. licet enim eos moleſtare bello defenſiuo, nec
non etiã vindicatiuo ad ſatisfactionẽ & vindictã iniuriarũ, quas intulere Chriſtianis.
tertius eſt caſus ſi infidelis ſubditus Chriſtiano Principi, eius imperiũ & leges detre-
ctet, eo ſiquidẽ caſu conceſſũ eſt Principi illũ bello perſequi. quartus eſt caſus quoties
fidẽ noſtram Catholicam infeſtant, prauiſque perſuaſionibus impediunt legis Euan-
gelicæ liberã prædicationẽ prohibentes, ratio eſt quoniam fit Chriſtianis iniuria qui
habent ius prædicandi Euangelium per vniuerſum orbem, iuxta illùd; euntes prædi-
cate Euangelium omni creaturæ, cui conſonat illud in omnem terram exiuit ſonus
eorum,& in finẽ orbis terræ verba eorum ex quibus deduci facile poteſt eaſdem eſſe
iuſtas belli cauſas non modo contra infideles, ſed etiam contra quoſcunque alios, re-
lari namque caſus iuſtum bellum contra quemcunque Principem Chriſtianum con-
ſtituerent.

Plane, vt ad quæſtionem principalem quaſi ex ſemita in viam redeamus ſtante
opinione, quã veriorẽ dixit *Cagnol. in l. ea eſt natura ff de reg. iur.* vt ſcilicet priuato quoq;
homini nedũ publico fides hoſti data ſit ſeruanda infertur falſam eſſe ſententiam exi-
27 ſtimantium iuſiurandum hoſtibus præſtitum poſſe frangi inter quos † videtur fuiſſe
Neuizan ſylua nupt. lib. 4. in tit. non eſt nubendum nu 135. cum plus eſſe videatur fidem ab-
ſtringere cum iuramento quã ſimpliciter promittere propter reuerentiam religionis
Bauer. in ſuo trac. de iur. Euerard. in loco à vi, & energia iuram. Seraph ſenenſ. in egregio ſuo tract.
de iuram. dum multa ſignificantia colligunt; quæ fauore obtinent iuramenti non vali-
tura quoties non intercederet iuriſiurandi religio. Si itaque ſimpliciter hoſti fides ac-
commodata debet cuſtodiri lõge magis iurata *auth. multò magis C. de ſacro. Eccleſiis*, præ-
ſertim cum iuramentum ſit toties ſeruandum, quoties poteſt ſine peccato obſeruari *c.*
cum dilectus extr. quod metus cauſa c. ſi vero ext. de iur. iur. c. quamuis de pact. in ſexto.

Illud vero paulo maiorem dubitationem habet, vtrum hoſti liceat fœnerari ſine
28 peccato quod plerique non inficiantur, quaſi quod quemadmodum eſt conceſſum
illum occidere multo magis ſit permiſſum in ære,& facultaribus lædere,& ſi recte in-
fertur iniuria, recte,& patrimoniũ eius diminuitur adiuuat præterea ICtorũ ſentẽtiã.
Quod vſura furtũ eſt,& rapina *c. ſiquis, & c. ſeq. 14. q. 4.* in hoſtes autẽ furtũ & rapinã ex-
ercere nõ eſt prohibitũ, cũ in bello capta fiant capientiũ *§. itẽ ea quæ ab hoſtibus inſt. de rer.*
diu. Doct. in l. 1. ff. de acq poſſ & in *tit ff. de acq. rer. dom. in tit. ff. de capt.* Adſtipulatur prędictis
ſacra pagina in *c. 22. Exod. & c. 25. Leu. in* 1. dicit Domin⁹, ſi pecunias dederis mutuo po-
pulo meo qui habitat tecũ nõ opprimes vſuris, illa verba populo meo nõ verificatur in

populo infideli,in ſecundo habetur Pecunias non dabis fratri tuo ad vſurã,hoſtis autem infidelis non eſt frater,immo ethnicus,& publicanus petens à te vitam,& ſanguinem, verum & hoc caſu æquius eſſe puto vſuram interdici. Primum, Quia rationes prohibendæ vſuræ conueniũt,& hoſti,& illa præcipue congruit,quam adducit *Ariſt. lib.1.cap.6. Polit.& lib.5. Ethicorum.* Artem vſurariam inquit merito reprobari cum petat Quæſtum a nummo,qui non eſt ad hoc conſtitutus,ſed commutationis gratia inductus *l.1.ff.de contrah.empt.§.item pretium.Inſtit.de empt.& vend.l.1.ff.de rerum permut.*
29 Ideoq; recte fingitur ab Ariſtophane vſura † bellua quædam,quæ argentum quotidie generat,pecunias iugiter addens pecuniæ. Accedit quod vſura vtriuſque ſacri teſtamenti præcepto damnatur *c.ſupra eo.41.de vſur.c.quia in omnibus.eod.tit.*& nihil eſt clarius Euangelio.dict. Mutuũ dantes nihil inde ſperãtes;Amplius dico vſurarũ conuentionem eſſe ſua natura prohibitam; quam perſona hoſtilis non reddet licitam; præſertim cum illa prohibitio magis dantem reſpiciat, quã accipientem ad vſuras,& ſic-
30 ut nullus aſſereret licitum eſſe † adulterium,cum muliere hoſtium,quoniam adulterium eſt iure diuino,& naturæ interdictum,idem iuris in vſura, quæ vtroque iure eſt prohibita; Nec quicquam ius belli videtur poſſe hic operari, vt agit quo ad captiuos, quo ad libertatem,& ſeruitutem,quo ad fœdera,& ad inducias cum iſtæ conuentiones neceſſitate quadam dicantur inuentæ §.*ius autem gentium inſt.de iur. naturali.l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.* Quæ certe neceſſitas ceſſat in vſura cum ſola auri fame ſit inuenta, ideoque conſtitutio vſuræ inter leges iuriſgentium non inuenitur, imo natura prohibetur. Nec aduerſantur quæ deducta ſunt in contrarium, & primum euertitur:hoſtis iure occiditur,pro ſui ipſius corporis,vel Reip. defenſione,quoniam natura permittit & belli conſtitutio,ſed in vſura ius belli nihil conſtituit,& natura vetat.ſecundum nõ vrget vſuram eſſe furtum,quod cõtra hoſtes eſt permiſſum; quippe quod hoſti eripitur, non debet furtum nuncupari, cum iure fiat, & leges nunquam furtum appellent, ſed occupationem §.*prætereaque ab hoſtibus.rerum diuiſ.*& in vniuerſo *titulo de acq. rerum dom.111.* negotiũ non faciunt citatæ ex ſacra pagina Authoritates,primum quia quandoque geritur bellum iuſtum inter Chriſtianos vt ſupra eſt explicatum, quibus conueniunt illa verba Domini(populo meo)& illa(fratri tuo)ſicut eſt clarius,quam egeat probatione, ſed etſi contra infideles decertatur,eadem verba conueniunt: quoniam Dominus dixit per *Iſai.cap.18.* animæ omnes meæ ſunt,& merito cum omnium ipſe ſit Creator,& rector,vt eius Propheta *Dauid pſal.24.*ait;Domini eſt terra, & plenitudo eius Orbis terrarum,& vniuerſi qui habitant in eo.

De eodem dolo bono Publicæ perſonæ Cap.VI.

1 *Banniti ſunt hoſtes Ciuitatis, & poſſunt impune offendi.*
2 *Vtrum ſaluus conductus datus bannitis ſit ſeruandus pro negatiua.*
3 *Homicidis,adulteris, virginumque raptoribus non eſt danda fides, nec data ſeruanda.*
4 *Cic.locus qui ſit Pirata.*
5 *Senatus ius facere poteſt,& quare,eſt enim pars corporis principis.*
6 *Senatus Subaudiæ fidem non ſeruauit latroni.*
7 *Leo X. Pont.Max. Bannito fidem non ſeruauit.*
8 *Lyſandri dictum.*
9 *Pactum à Communi vtilitate remotum non valet.*
10 *Opinio affirmatiua quod Bannitis debeat ſeruari publice data fides eſt cõprobata.*
11 *In Principe nihil magis refulget, quam recta fides, & Princeps miniſter eſt, & imago Dei.*
12 *Nemo ſub publica fide decipiendus.*
13 *Quintiliani ſentẽtia de iud ee,& Principe.*
14 *Fides tantũ debet valere apud Principem, quantum iuramentum apud priuatum, & quæ ſit ratio.*
15 *Princeps etiam latroni datam fidem debet ſeruare.*
16 *Princeps debet ſubditos præcedere non dolo,ſed prudentia.*
17 *Mendacis pæna eſt, vt poſtea verum dicenti non credatur.*
18 *Sixtus Quintus* Pont. *Max. datam fidem latronibus ſeruauit.*
19 *Exemplis non eſt iudicandum.*
20 *Senatus Romanus publice datam fidem ſeruauit.*
21 Deus *tarditatem ſupplicii grauitate compenſat.*
22 *Qui pro peccatis non luit pœnam in hoc ſeculo,pendet in futuro ſacrorum,& Ethnicorum teſtimonio virorum.*
23 *Limitatio prædicta opinionis affirmatiua*

eum ratione limitationis.

24 *Minor non habet imperium in Maiorem.*

25 *Actus nullus, nullum producit effectum.*

26 *Vtrum ſi ad inueniendum occultos latrones, fuerit publice promiſſa impunitas, ſi quis ſe reuelaret, & omnes vnus poſt alium ſe reuelauerit, omnibus ſit danda venia.*

27 *Pramium ſi fuerit propoſitum ei, qui vexillum hoſtium acciperet intelligitur de prima captura.*

28 *Actus agentium non operatur vltra intentionem eorum.*

29 *Legis diſpoſitio intelligitur toties, quoties opus erit.*

30 *Semper eſt facienda illa interpretatio per quam euitatur fraus, vel dolus.*

31 *Nemini dolus ſuus debet patrocinari.*

32 *Reg* l. boues. §. hoc ſermone. ff. de ver. ſign. *In quibus terminis procedat, &* l. ſemper. *loquitur, ſemper in veridi obſeruantia.*

33 *Frater, qui ſemel dotauit ſororem, non tenetur iterum dotare, licet ſoror ſine dolo dotem perdiderit.*

34 *Pater tenetur iterum dotare filiam, ſi abſq; dolo amiſerit dotem.*

35 *Pramium propoſitum, ei qui ceperit vexillum hoſtium duobus eodem tempore capientibus, debetur omnibus idem iuris, ſi inter currentes ad brauium duo ſimul peruenerint ad metam, vel duo eodem tempore vallum hoſtium conſcenderint.*

36 *Quid iuris quando pramium ſit indiuiduum, an ſit locus gratificationi.*

37 *Vtrum iudex fidem impunitatis datam Deo ſi confiteatur peccatum teneatur ſeruare.*

38 *Iudex quando pœnam legibus ſtatutam augere poſſit, vel minuere.*

39 *Confeſſio dolo extorta non valet ad condemnationem.*

40 *Confeſſio metu facta, vel dolo, aquiparantur.*

41 *Dolus opponitur prudentia, & debet eſſe talis quod falleret prudentem virum.*

42 *Dictum Alcibiadis.*

43 *Confeſſio habita in tormentis non valet, niſi fuerit ex interuallo ratificata.*

44 *Iudex non tenetur promiſſionem impunitatis ſeruare.*

45 *In malis promiſſis non expedit fidem ſeruare.*

46 *Alex. III. ſummus Pont. promiſſum non ſeruauit epiſcopo Simoniaco.*

47 *Pro eruenda veritate licet reos ſubiicere tormentis.*

48 *Iudex non poteſt remittere pœnã, & qua ſit ratio.*

49 *Iudex non debet eſſe, nec clementior lege, nec ſeuerior.*

50 *Et pœnam non poteſt permutare.*

51 *Impunitatis promiſſio ſæpe inducit reum ad confitendum.*

52 *Diſtinctio in articulo an iudex poſſit, & debeat fidem impunitatis ſeruare.*

53 *Iudex vir bonus eſt, & viri boni nomen in iure ad iudicem plerumque refertur.*

54 *Duareni opinio circa promiſſionem impunitatis factam Reo.*

55 *Iudex promittens impunitatem promittit factum alienum.*

56 *Contractus eſt inutilis multis modis, nempe ratione rei, ratione perſona, ratione publica vtilitatis.*

57 *Alia diſtinctio in promiſſione impunitatis Iulii Clar.*

58 *Alia diſtinctio Viuii in eadem cauſa.*

59 *Iudex Reo ad Eccleſiam fugienti promiſit in priſtinum illum locum reſtituere, ſi ad ſe veniret, an teneatur fidem ſeruare.*

1 CVm bannITI ſint velut hoſtes † ciuitatis maxime quando impune poſſint offendi *Iaſ. in l. in ſuis. nu. 27. ff. de lib. & poſthum. Doct. in l. 1. C. de hared. Inſtit.* & in *l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure.* non ab re poſtquam de veris hoſtibus, verba fecimus, nunc de his tractandum proponimus, quærentes vtrum his præſtita fides à Principe, vel à iudice ſit ſeruanda; an vero quaſi dolus bonus videatur contra illos machinari, non ſit imputandum promittenti, niſi ſteterit promiſſis, exemplum eſt ex traditis à *Bart. in. l. is qui reus num. 12. ff. de publ. iud.* Bannitus ex vno delicto fuit poſt bannum de nouo crimine
2 accuſatus; Princeps præſtitit † ſecuritatem, tum, vt ſe poſſit purgare, tum vt facilius rei veritas, quo ad alios inquiſitos detegatur; Nunquid ſine labe promittentis poſſit data fides frangi, vel ſumatur exemplum à Iaſ. in *l. conuentionum. num. 5. ff. de pact.* Quod cum in ciuitate à plurib. committerentur homicidia, vel latrocinia, & ignorarentur latrones, & homicidæ; fuit ad inueniendum delinquẽtes impunitas promiſſa ei qui primo ſe, ſociosque reuelaret, & ſanè frangi poſſe fidem verius eſſe videtur ex multis; & primo quidẽ per tex. *in Auth. de mand. prin. §. ſed neq. &* in *§. neq. maxi. iuncta gl. in ver.*

3 *neque expreſſum eſt in eo. §. homicidis.* † *Adulteris, virginumque raptoribus cautelam minime*
tribuendam eſſe, & *Accurſ.* ibi inquit, & ſi dederis non ſerues. quippe q̃ nõ poterit con-
tra te legem, vel Iuſtitiam inuocare quàm contempſit arg. *l. auxilium. ff. de minor.*

Secundo ſuffragatur *l. 1. §. non fuit. ff. de dolo.* in quo ſolertia appellaẽ, & bonus do-
lus dicitur contra hoſtes, & latrones machinari, & ſibi imputet, qui ſub illa fide ve-
nit, cum non debuerit ſe ſe proprio inimico credere *c. ex tranſmiſſa, de reſtit. ſpoliat. c. ac-
cedens. extr. vt lite non conteſt.*

Tertio accedit his egregius *Cic.* locus in *3. de off.* relatus à *Cagnol. in l. ea eſt natura,
num. 17. ver. pro opinione tamen. ff. de reg. iur.* ſi prædonibus ait pactum pro capite pre-
4 cium non attuleris, nulla fraus eſt ne ſi iuratus quidem id non feceris, nam Pirata †
non eſt ex perduellionum numero definitus, ſed cõmunis hoſtis omnium, cum hoc non
fides eſſe debet, non iuſiurandum commune.

Quarto quod exemplo fit iure fieri dicitur *l. fin. iunct. gloſ. c. in cauſis.* & ibi *Fely.* &
5 Doct. *de re iud* argum. *c. crimina de colluſ. deteg.* Senatus enim ſereniſſimi Ducis † Sabau-
diæ, ſicut refert *Cagnol. d. l. ea eſt. nu. 18.* qui videtur poſſe legem facere argum. *l. non am-
bigitur. ff. de leg.* quoniam eſt pars corporis Principis *l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.* & de nu-
6 mero Senatorum eſt Principe *l. vir Senatorum. C. de dignit. lib. 12.* Cum dediſſet ſaluum †
conductum inſigni latroni, & ſeditioſo, & is ſub fiducia ſecuritatis venit in ciuitatem
Taurini, in qua ſtatim captus fuit, & ſupplicio traditus, ſaluo conductu ad eius collum
7 appenſo. Id quod feciſſe Leonem X. Pont. † max. contra Nobilem ciuem Peruſinum
8 memoriæ proditum eſt, & defenditur ex naturali ſentẽtia Lyſandri, † qui cum probro
dari ſibi audiret, quod pleraq; aſtutia ſimul, & dolo gereret, non palã virtute confice-
ret, ridens dixit; vbi quod vellet non aſſequeretur Leonis exuuium, ibi vulpinũ appli-
candum eſſe: non ſecus igitur in ſpecie noſtra, in qua verſatur publica vtilitas pro deli-
ctorum pœna *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* Quarto quoties pactum a cõmuni vtilitate
9 remotũ † eſt, non valet *l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar.* cum ibi not. *ff. de pact.* at certũ eſt hanc
ſecuritatẽ eſſe remotam a publica vtilitate, quæ deſiderat malis hominũ purgari pro-
uinciam *l. congruit. ff. de off. Præſid. l. 1. ff. de off. præfect. Vigil.* Contrariam ſententiam pro-
bant Dd. & *Cag. in d. l. ea eſt natura. ff. de reg. iur. Marſ. in prac. crim. §. poſtquam. col. 2. & conſ.
52. col. 4.* dicẽs iuri, & æquitati eſſe conſentaneam *Pariſ. conſ. 68. col. 18. n. 177. vol. 4. Iaſ. in
l. conuentionum. col. 2. ff. de pact. Bart. in l. is qui. Renſ. n. 12. cum ſeq. ff. de publ. iud.* vbi Apoſtil.
multa cumulat, *Rom. in l. recuſare. §. ſi quis alio ff. ad Trebell.* & in *l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acq poſſ.*
10 adeo, vt videatur hæc opinio frequentiori calculo probata † teſte *Cagn. d. loco n. 19.* di-
cit enim com. eſſe & tenendam, & Dec. ibi ait eſſe veriorem. Primum, Quia iſte ban-
nitus, etſi vere hoſtis eſſet, deberet illi tamen fides ſeruari arg. *l. 1. ff. de pact. §. prætor ait.
l. iuriſgentium. ff. eod. tit. l. 1. ff. de conſt. pecu.* quæ generaliter loquuntur, & indiſtincte, &
ideo locus eſt regulæ *l. de precio ff. de public. in rem act.* & in terminis eſt *text. in d. c. noli 23.*
11 *quæſt. 1.* Secundo in Principe † nihil eſt quod magis refulgeat quam recta fides *Marſ.
conſ. 207.* relatus a *Cagnol. d. n. 19.* & Principes Miniſtri ſunt Dei *Anſelmus in epiſt. Paul.
ad Rom.* ad curam, & ſalutem hominum deſtinati, vt bona quæ Deus illis largitur par-
tim diſtribuant, partim ſeruent ſicut *Plut.* ait de Doct. *Princip.* immo vt idem ſcriptum
reliquit de *diſciplina Philoſ.* Deorum ſunt diſcipuli, & Dei imago appellantur, Deus ve-
ro præſtitam ſemel fidem nunquam deſerit. iuxta illud, cœlum & terra tranſibũt ver-
ba autem mea non tranſibunt. & alibi Deus verax eſt, conuenit ergo tales eius eſſe di-
ſcipulos, atq; miniſtros. Tertio munit eandem ſententiam reg. Quod nemo eſt deci-
12 piendus † ſub publica fide *l. 1. C. de his qui veniam ætat.* ne proficiſcantur iniuriæ, vnde
iura debent oriri *l. meminerint. l. vnde vi. 4.* ſuffragatur doctrina *Bart. in d. l. is qui reus. nu-
mero 12. in fin.* dum ait ad inueſtigandum crimen plurimum conferre qua trepidatio-
ne reus, quo vultu loquatur *l. de minore. §. tormẽta. ff. de quæſtio. l. 3 ff. de teſtib.* ibi tu melius,
& propterea ad inueniendam veritatis fidem debet dari, & ſeruari fidantia, Quippe
13 vt ait *Quintilianus libro* 8. † Princeps, & Iudex qui vult omnia ſcire, neceſſe eſt mul-
ta ignoſcat. Nec officiunt allegata ex aduerſo, & ad primum reſpondet, *Bart. in l. is qui
reus nu. 12.* agi in eo tex. de fidantia (verbum eſt *Bart.*) data a parte, noſtra quæſtio eſt
in ſaluo conducto præſtito a ſuperiore. Rurſus fidantia ibi conceſſa eſt ne cognoſca-
tur de delicto in ſpecie, noſtra fides data fuit vt detegatur delictũ, quod fieri poſſe, tum
ex antedictis probatum eſt, tum ille tex. confirmat iuncta gloſ. & laudat *Old. in terminis,*
quando bannitus ſit reus crimine, ad cuius defenſionẽ nõ poteſt interuenire Procur.
iuxta

iuxta *l. fin. §. ad crimen ff. de public. iud. II.* quoque argumentum deſtruitur, tanquam cera
à facie ignis, procedit enim ex *Dec. & Cagn.* ſententia quãdo nulla eſt data fides, cũ hic
certum ſit publice fidem exhibitam, nec aduerſatur quod non debuit Bann. ſe com-
mittere fragilitati cautionis, quippe tãtum valet, ſola fides apud principem, quantum
14 † iuramẽtum apud priuatos, quemadmodum dicere ſolitum accepimus Alphonſum
Neapolit. Regem *authore Panormitano de rebus geſt. Alphon. lib. 1.* & recte quidem cum
Princeps rationem ſuæ potentiæ ad obſeruantiam conuentionis apud iudicum tribu-
nal compelli non poſſit, Tertiũ etiam confringitur tanquam vas figuli; quandoqui-
dem de latrone inſigni, & publico loquitur Cicero aduerſus quem iura armantur
gladio vltore, multaque contra communes iuris regulas ſunt inducta *l. capitalium §.
graſſatores & §. famoſos ff. de pœnis Auth. vt nulli iudicum §. pro furto l. famoſi ad l. Iul. Maieſt.
l. 3. ff. de offic. præfect. Virgil. l. prouinciarum C. de feriis*, qua ſancitur contra inſignes latro-
nes poſſe etiam in die Paſchæ procedi, & vt ibi *ait Bald.* qualibet die ad furcam ſuſpen-
di, & vere cum his latronibus publicis non eſt fides, non eſt iuramentum comm. quia
ſunt omnium communes hoſtes, nos vero ſupponimus bannitum non publicum la-
tronem, cui obſtet bannum non publici infamia latrocinii. Bannitus autem non eſt
15 hoſtis cõmunis. Præterea & in latrone † fidẽ datam à principe inuiolabiliter cuſtodi-
endam non dubito, alioquin poſſet inſimulari perfidię, nec quid mereatur ille, cui da-
16 tur fides, ſpectandum eſt; ſed quid deceat illum qui dedit; nam † Princeps ſubditos
præcedere debet prudentia nõ dolo, cui ratio adſtipulatur efficaciſſima. Quẽadmodũ
creditur princeps, non temere, ſed ex Reip. vtilitate fidem præſtitiſſe ad detegendum
grauius crimen & ad prodendos ſceleris ſocios; quod ſi liceret fidem frangere non
17 poſſet in poſterum, (nemine illius fidem ſequente) cum mendacis illa ſit pœna; vt †
nec ei vera credãtur, occulta delicta, ignotoſque graſſatores inuenire, vt in alia Queſt.
18 tradit *Iaſ. in l. verba n. 5. ff. de pact.* nec tam facile Sixtus Quint. † Pont. Max. Bannitos,
& latrones à prouincia Piræni deturbaſſet, quam miris modis vexauerant vſque ad
annum 1585. niſi datam fidem his ſeruaſſet, qui conſocios interemiſſent, & promiſſa
præmia præſtitiſſet, licet itaque illi digni ſint, quibus fides frangatur, intereſt tamen
Reipub. rationem maioris boni inuiolatam cuſtodiri q̃a de exemplo ſenatus Pedem.
ſine negotio commouetur, tum quia vt ait *Cag. d. loco*, illud factum multi damnarunt.
19 tum † quia exemplis non eſt iudicandum, quæ prodita ſunt tv. inferiore principe *l.
nemo C. de ſent. & interlocut. in lud. Iaſ. in l. Marcellus num. 26. ff. Ad Trebell. Euerhard. in loco*
20 *ab authoritate numer.* 5. Confirmatur quando Senatus † Rom. de quo veriloquitur *l. non
ambigitur*, & qui vicem populi tenebat in lege condenda §. *Senatuſconſultum Inſt. de iu-
re naturali &c. l. 2. §. Senatus ff. de reg. iur.* ſæpiſſime datam fidem hoſtibus ſeruauit etiã
his qui fidem prius non cuſtodiſſent, ſicut literis commendauit *Valer. Max. lib. 6. cap. 6.*
Vltimum quoque facile diluitur ex ante dictis; ſiquidem probatum eſt in ſolutione
præcedentis argumenti hoc pactum fidei promiſſæ non eſſe à communi vtilitate re-
motum, immo ſecundum Reipub. vtilitatem; præſertim, cum data fides non dimit-
tat crimina, ſed ignoſcat ad tempus, nec remanent propterea impunita, ſed tantũ dif-
21 fertur ſupplicium, cuius † tarditatem ſolet Deus grauitate compenſare, & qui viuen-
22 tes non ſenſerint peccatorum pœnam non †. effugient illam poſt mortem; *Virg. in
Æneidos.*

Gnoſſius hæc Rhadamantus habet duriſſima regna.
Caſtigatque auditque dolos ſubigitque fateri.
Quæ quiſque apud ſuperos furto lætatus inani.
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula noctem.

Proinde *D. Auguſtin.* admonet, *in quæſt. de vtroq. teſta.* quando impunita non debẽt
eſſe peccata puniantur à te; ne tu pro illis puniaris; peccata tua iudicem te habeant,
non patronum.

Hæc vero cõmunis concl. limitanda † eſt vt procedat tantum, quando ſaluus con-
23 ductus datus ſit Bannito per eum iudicem, cuius ſententia incidit in bannum, aut ſal-
tem promulgata ſit ſententia banni ab inferiore illius, qui præſtat ſecuritatem; ceterũ
ſi inferior concederet saluũ conductũ pro illo banno; q. enunciatũ eſſet à ſuperiorib.
24 non teneretur † ſeruare etiam iureiur. munitum *Bart. Bald. Ang. relati à Iaſ. in d. l. con-
25 uentionũ n. 5. de pact.* cuius limitationis ratio eſt ante pedes tum quia actus † nullus, nul-
lum parit effectum, tum quia paria ſunt aliq̃d non eſſe factum, vel nulliter geſtum *l.
quoties ff. qui ſatiſdare coguntur l. ſerre oportet §. ſufficit ff. de excuſ. tutor l. 4. §. cõdemnatum ff. de*

tion

re iud. Iaſ. in d. l. quoties. & in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & ratio rationis videatur, quoniã
minor non habet imperium in maiorem *l. minor magiſtratus ff. de minor l. 3. l. vlt. cum l. ſe-
quenti ff. de arbitr. verb. minor naturaliter tenetur ſeruire maiori Iaſ. in l. cũ quo. n. 34. in 2. lectu.
ff. ſi cert. pet.* aut ſaltem reuerentiã maximam præſtare, late *Tiraq. de iure primogen. in præ-
fat. nu. 141. & 143.*

Ex hac communi cõcluſ. fidem bannito datã eſſe cuſtodiendã infert *Iaſ. in d. l. con-
uentionum nos,* ex mente *Fulgoſ. in l. fin. §. ſed quia col. 2. de iure deliber.* ad quęſtionem, quam
dicit accidiſſe de facto in Ciuitate Venetiarum, in qua cum eſſent nefarii quidam ho-
mines, qui per vicos minus frequentatos, & à commercio ciuium remotos viato-
res ſpoliarent, ac ſæpe etiam occiderent, Sereniſſ. Reſp. Venetianorum (occultabant
enim ſe latrones, vt pœne videretur impoſſibile illos inuẽire) publico præcepit edicto;
Quod ſi quis ex eis reuelaret conſocios impunitus abiret, ac mille ducatorum pręmiũ
ferret, acceſſit vnus & de ſociis rempubl. fecit certiorẽ, mox deinde ante quam cape-
rentur, venerunt vnus poſt alium ſe ipſos, ac ſocios prodentes fuit nõ mediocriter di-
26 ſceptatum; vtrum fides eſſet ſeruanda, et ſi debet ſeruari; numquid omnibus † ſit cu-
ſtodienda; *Iaſ. citato loco,* inquit, *Fulgoſ.* mouere quęſtionẽ; ſed ad Inſtar Solis Mẽſis Mar-
tii non reſoluere, ipſe vero quo ad 1. partem Diſp. non dubitat quin debeat Senatus il-
læſam fidem cuſtodire quoniam frequentiori calculò Doctorum probatum eſt fidem
publicę pſtitã eſſe ſeruandã pſertim in hac ſpecie; ſiquidem fruſtrata ſemel fide nullus
in poſterum veniret ad propalãdum, vt dixit *Durantes in d. l. conuentionum ff. de pact.* arg.
tex. in l. ſi quid minor §. non ſemper ff. de minor. quam quidem rationem eſſe dicit, & ſubdit:
adeſſe rationem quoq; naturalem fidei ſeruãdæ *l. 1. ff. de pact.* Planè quod attinet ad ſe-
cundam dubitationem, an ſit omnib. ignoſcendum concludit negatiue dicens. Pri-
mo tantum ſecuritatem eſſe ſeruandam, & pręmium tribuendũ adductus ex reg. *l. bo-
ues §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif. & l. dotis promiſſio, &* ibi *Bart. ff. de iure dot.* nempe ſermo-
nem ſimpliciter prolatũ de primo intelligi, id eſt; primo atq; vnico actu conſumi atq;
finire, ita vt amplius locum non habeat, eamq; in omni diſpoſitione locũ habere tradit
*Alex. conſ. 16. breuiter in caſu præmiſſo col. 2. n. 9. lib. 4. Curt. Iun. conſ. 132. Iaſ. conſ. 36. in cauſa
mota col. vlt. lib. 3.* inquiens omni materiæ conuenire, ſicut copioſe tradit *Tiraq. in d. §.
hoc ſermone.* Deinde ſecundo loco confirmat ex doct. *Bar. in l. hoc artic. col. vlt. de hered. in-
ſtit.* quam laudat *Alex. d. conſ. 16. n. 4. Not. in repetit. Clem. ſæpe in princ. col. 6. ver. hoc dictum
27 de verb. ſignif.* Quod ſi ſtatutum ſit pręmiũ ei, qui vexillum † hoſtium acciperet, intelli-
gitur de prima captura ita quod ſi plures ſimul capiant, vnũ pręmiũ debet præſtari di-
ſtribuendũ inter omnes non ſingulis vnum in ſolidum; Verum eſt idem fundamentũ
cum primo quẽadmodũ doctrina *Bar.* nititur *in alleg. §. hoc ſermone. Addo vltra Iaſ. 3. loco;*
quod per primã reuelationẽ ſatisfactũ eſt intẽtione ſenatus, quæ fuit habere notitiam
28 latronũ, vnde † ſuccedit diſp. *l. non omnino ff. ſi cert. pet.* & confirmatur, quia legis diſp. in-
telligitur, quoties opus erit *Raphael. Cum. conſ. 14. ſtatutũ. dictas* per *tex. in l. veluti §. 1. de e-
dend.* & ideò ſtante ſtatuto, vt de cõtrouerſiis inter conſang. debeat fieri cõpromiſſum;
ſemel fuit factũ, & per eum lis deciſa, nõ eſt iterum faciendũ, quia ſatisfactum eſt in-
29 tentioni ſtatuentiũ, quę eſt dirimere lites, nec amplius op⁹ † eſt cõpromiſſo *Tiraq* mul-
ta cumulãs in *l. boues §. hoc ſerm. limit. n. 3.* ſuffragatur quod ſicut durante ratione ſtatuti
durat & ipſum ſtatutũ *diſp. l. 2. §. vlt. ff. de donat. l. veluti §. hac vox* iũcta *l præced. in §. præt.
ff. de eden.* ita quoq; ceſſante ratione debet ceſſare ſtatutũ. Accedit quod non leuis da-
retur occaſio fraudis, facile enim conuenirent iſti ad præmiorum multiplicationẽ, &
30 vnus poſt alium detegeret ſocios, illa ſemper facienda eſt interpret. per quam † euita-
tur fraus *l. 8. §. tranſact. aliment. l. 9. §. qui per fallaciam ff. de tranſact. Tiraq. de leg. Connub. gl.
5. n. 6. n. 115. & 192.* vbi multa cumulando oſtendit eſſe inducta aduerſus Iuris reg. ne
lex circũueniatur, quæ interpretationẽ ſuadet, & illa regula q. nemini debet ſuus † do-
31 lus patrocinari *l. verum §. hoc quoq; ff. pro ſocio l. ne ex dolo ff. de dolo & c. ex literis ext. de Dolo,
& contu. Alba. conſ. 9. n. 11.* & vulgo receptũ eſt fraudibus eſſe obviandũ. *l. in fundo ff. de rei
vẽdit. not. gl. in c. cupientes in verb. malignantiũ. de elect. in 6. & in c. dominus noſter 14. quæſt. 2.*

Cæterum videtur prædictis obſtare quod *Iaſ.* opimo ſubnixa eſt in *fundamento 7. §.
32 hoc ſermone* †. cuius regula procedit in diſpoſitione hominis non legis, vel ſtatuti aut e-
dictis per *tex. in d. l. veluti §. hac vox, &* ibi *Cyn. Bald. & Iaſon. Roman. conſilio 504. Socin.
conſil. 5. ſuprascriptis col. 3. verb. confirmatur iſta ratio libro 4. Dec. conſil. 287. & 512.* latiſ-
ſime, *Tiraquel. dicta limitatione 9.* noſtra autem diſputatio eſt in edicto ſenatus, &
ſic in lege *l. non ambigitur. ff. de legibus.* Cuius natura eſt, vt perpetuo diſponat

non

non vna, vel altera vice, ne ſit mutila, aut imperfecta *l. 1. l. de his quibus vt indign.* nec
non vt perpetuo loquatur *l.1. ff. de cond. ex l. Bart. in l. vlt. ante finem ff. de legator.* & ſem-
per in obſeruantia viridi exiſtat, & etiamſi loqueretur per verbum præſentis tem-
poris ad futura porrigitur ex dicta ratione *Bar. in l. ſi ita eſſet act. 1. verbo circa 1. ff. de aur. &
arg. leg. 1 1 1.* nō leuiter obſtat quod reg. *d. §. hoc ſermone.* ceſſat in diſpoſitione lucratiua,
& obtinet in conceſſione onerōſa *Tiraq. ibi in 27. limitatione.* Quare *Alex. in l. diuortio §.
ob donationes col. 3. verb. 2. limitat. ff. ſolut. matrim.* reſtringit dictum Baldi dicentis, quod
ſi quis vendit fructus cuiuſpiam horti in quo bis fructus colligantur in anno, intelli-
gitur tantum de primis vt ſc. procedat in titulo oneroſo, in quo ipſe Bald. loquitur, ſe-
cus in lucratiuo, nam tunc inquit perpetuo intelligitur *per l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrban.
prædiorum.* vt vt tamen res ſit *Iaſ.* ſententia conſtanter tenenda eſt tum ex ratione i-
pſius, tum ex regulis noſtris quibus nihil officiunt oppoſita, ſicut nec *Iaſ.* ratiocinatio-
nē conuellunt; & ad primum ſolutio in conſpectu eſt, nempe dicta limitatio procedit
in diſpoſitione legis communis in qua verificātur allegatę rationes limitationis, quod
natura legis eſt perpetuo prouidere, ſemper loqui, atque in viridi eſſe obſeruantia, ſe-
cus ſi ex ſpeciali legis beneficio quidpiam competat, vt accidit in propoſito quod e-
nim latrones ſe ipſos prodētes, reddantur immunes, immo præmium pro pœna, con-
ſequantur ſpeciali Senatus beneficio eſt inductum, atque hinc eſt quod frater, qui
33 ſpecialiter tenetur † inopem dotare ſororem not. *in l. cū plures §. cum tutor. ff. de admin.
tutorum & in l. non omni C. eod. tit. Tiraq. in tract. primog. quaſt. 62.* ſi ſemel eam dotauerit,
non tenetur amplius dotare, & ſi nullo ſororis dolo, aut culpa dos amiſſa fuerit *Bartol.
in l. ſi cum dotem §. 1. ff. ſolut. matrim.* & apertius *Bal. in l. vlt. act. 2. verbo. ſed numquid eo caſu.
C. de dotis promiſ.* ex *l. ſi ſocius pro filio ff. pro ſocio*, & apertiſſimè in *authe. quod locum*, & ibi
quoque *Roma. conſ. 2. verbo item inducitur C. de collat.* At pater qui iure communi dotare
34 filiam † tenetur. *l. fin. C. de dot. promiſ. auth. ſed quamuis C. de rei vxor. act.* iterum dotabit
eam quæ nullo ſuo dolo, aut culpa dotem amiſerit *l. qui liberos ff. de ritu nupt. Bart. in d. l.
ſi cum dotem. §. 1. Tiraq. d. § hoc ſermone limita. num. 4. & numer. 14.* dicens hoc modo con-
ciliari multas leges, quæ inuicem diſſentire videntur ex mente *Socin. conſ. 5. col. 3. verbo.
ad 2. reſponde. cum multis ſeq. lib. 4*, ſecundus quoque nodus non eſt Herculeus, primum
quia illa differentia tituli lucratiui, & oneroſi, fundata eſt in dicto Alexandri, Qui pa-
rum ſibi ipſi conſtat ſicut rectè oſtendit *Tiraq. d. §. hoc ſermone d. limit. 29. n. 2. in fin. & n.*
30. Amplius dico nos eſſe in cauſa oneroſa non lucratiua, etenim cauſa principalis ſpe-
ctanda eſt edicti vel banni quæ non fuit principaliter conferre lucrum ſceleſtis ho-
minibus, ſed ad purgandam facinoroſis hominibus ciuitatem præmium dare, & cum
non ſperaret Senatus nepharios inuenire mercedem inuentoribus promiſit, ita fit vt
talē inuentionem ex titulo oneroſo Venetorum Reſpublica cōſequatur, proinde iure
fit locus *d. §. hoc ſermone.* & incolumis remanet prior cōcluſio; quam crederē eſſe limi-
tandam, ſeu declarandam, vt ſc. omnes debeant euadere ſupplicium & inſuper fer-
re præmium ſi omnes ſimul ſeſe deferrent: nam verba edicti conueniunt (ſi quis re-
uelauerit ſocios) vna eſt enim omnium delatio inuicem, ſed deferentium quoniam
ſinguli reuelant ſocios, nec læditur diſpoſitio. §. *hoc ſermone*: quippe vnum datur præ-
mium diuidendum inter omnes. Et vna immunitas, à pœna, namque cum ſit indiui-
dua conceditur in ſolidum. Probatur à ſimili per Doct. *Bar. in d. l. hoc artic. numero nono,
ff. de hæred. Inſt.* Nempe facto edicto à Lucenſibus, vt quicunque cœperit primus Ve-
35 xillum Florentinorum † cum quibus bellum gerebant eo tempore quo Bart. Piſis le-
gebat, centum præmii loco ferat, ſi duo ſimul cœperunt, ita vt cognoſci nequeat vter
eorum primus cœperit, ambo debent præmium ferre non quidem in ſolidum, ſed
totum ſimul, hoc quo ad lucrum pecuniarium quod recipit diuiſionem, ſed quo ad
immunitatem pœnæ cum non patiatur diuiſionem, præſtatur in ſolidum, quem-
admodum in non diſſimili ſpecie de currentibus ad brauium dixit *Ioſeph Montard.
Vercell. in rub. C. publicæ latit volu. conſul. lib. 12. verbo nunc aliam fol. 70. Alber. in proem. ff.
rum in. §. diſcipuli* & in 1. *parte ſtatutorum quaſt.* 107. Quibus recte conuenit ſententia
ſuperioris Affricani, nam cum ex ſuo edicto dandum eſſet præmium muralis coronæ
illi qui primus murum vrbis nouę Carthaginis conſcendiſſet duobus hunc honorem
repetentibus in re dubia, vtrumque Scipio corona donauit. teſtes ſunt *Liuius de bello
Punico d. libro ſexto, Plut. in vita Scipionis. Alciatus in l. 1. ff. de verbor. ſignific.* quam Aphri-
cani ſententiam puto etiam Bartolo noſtrò placuiſſe, cum in *dict. l. hoc articulo in ead.
quaſtion.* de aſcenſione murorum illud ipſum quod Aphricanus de iure reſpōdet per

Digitized by Google

exemplum ponit *Dionyſius Halicarn. lib. 7. antiquit. Roman.* cum apud Canones alio-
quando dubitaretur, vtri ex duobus Ariſtodemo, an Hippomedonti corona daretur,
cenſuerunt ſeniores vtrique eum honorem impertiendum, & ſiquis obiiciat quod ita
dicendo fruſtrabitur ſtatuentium intentio, quæ fuit nephatios punire, reſponde id
eſſe tollerabilius quam contra fidem omnes interficere, cum vni magis, quam alteri
venia dari non poſſit, præterea hoc aſſequuntur ſtatuentes, quod illi in futurum non
committent delicta, nec popul. ſentiet amplius iniuriam, ſiquidem obtenta ve-
nia non eſt veriſimile eos cum diſcrimine vitæ iterum peccaturos, & ſi modo pœnam
effugiunt, non euitabunt in poſterum, cum peccatum trahat vi ſua peccatorem ad
pœnam, nec vllum delictum ſit inultum, ſicut nec vllum bonum irremuneratum
ex Theologorum ſententia rurſus, & allegant doctrinam *Baldi in l. cum inter C. de fi-
deicomiſſ. libert. poſt med. in proœm. ſſorum.* Quod cum eſt propoſitum præmium ei qui
36 primus hoſtium caſtra ſit ingreſſus, & præmium ſit indiuiduum locus † erit gratifica-
tioni ſi plures ſunt ſimul ingreſſi, ergo idem in ſpecie noſtra in qua præmium eſt in-
diuiduum, poterit Senatus vni gratificari, & cæteros punire, reſpondetur aliam ſen-
tentiam quod immo præſtetur omnibus, eſſe longe æquiorem & pluribus authoribus
munitam; Inſuper loquitur *Bald.* in proœm. de indiuiduo tali indiuiduitate, vt non
poſſit ſimul dari duobus, veluti ſi vnus ſit tantum tribunus in exercitu promiſſumque
ſit præmiũ tribunatus, ei qui primus caſtra inimicorũ eſſet ingreſſus, præmiũ verò im-
munitatis poteſt eod. tempore pluribus cõcedi q̃ certius eſt, quam oporteat probare.

His proxima eſt vetus illa dubitatio iudex cum non poſſet tormentis, aut teſti-
bus inducere reum ad confeſſionem delicti, fidem ei dedit impunitatis, ſi confiteretur
37 † peccatum facta eſt confeſſio ſpe veniæ propoſita an poſſit quaſi dolo bono vſus
frangere fidem, ac merita pœna afficere, Tractant articulum vtriuſque fori aduocati;
ex Legiſtis, *Dec. Cagn. in l. ea eſt natura ff. de reg. iur. Duaren. fortiſſ. & alii in l. conuentionum
ff. de pact. Marſ. ſing. 201. num. 4. Imol. conſ. 109. viſo. Pariſ. de Syndic. in c. de torturis verbo
ſequitur quæſtio quotidiana, &c. Saluus conductus, Iacob. Beluis in practica criminal. in titulo de
quæſt. num. 140. Cuccal. in add. ad Decium in d. l. ea eſt. cum multis citatis à Vinio lib. 1. Com. o-
pin. in verbo Iudex promittens*, ex Canoniſtis *Fel. in c. afferte de præſump. in c. accedẽs. extra. vt
lite non conteſt. Archid. & Gemin. in c. vtilem 22. quæſt. 1. & in c. quilibet eadem quæſtione.* & in
c. noli in quemq. 2. quæſt. 1. Porro autem fidem à iudice eſſe ſeruandam communem di-
cit *Cagnol. num. 18. & Dec.* appellat veriorem ſententiam. Primo quia fides data eſt cu-
ſtodienda *l. 1. in 1. lib. iuriſgentium §. prætor ait ff. de pact. l. 1. ff. de conſt. pecun.* etiam hoſti *c.
noli 23. quæſt. 1.* maximè ſi perſona quæ ſuam fidem aſtrinxit ſit perſona publica cuiuſ-
modi eſt iudex, & nihil magis fulget in ſuperiore quã recta fides. *l. inter claras. C. de ſum-
ma Trinit. & fi. de Catho.* Sed euitatur hoc argumentum, quando obtinet in his quę ſunt
in poteſtate promittentis, at pœnæ remiſſio non eſt in poteſtate iudicis, Sed legis, &
principis *l. 1. ff. ad Turpilia.* cum multis infra deducendis. Secundo munitur ea ra-
38 tione quod in iudicantis authoritate, poſitum † eſt augere, minuere, & in totum etiam
remittere pœnam, *l. etſi ſeuerior C. ex quibus cauſis infam. irrogatur*, & ibi *gloſſ. & Doct.* ho-
die vbi *Bartol. ff. de pœnis. Bald. conſ. 34. caſus eſt talis, Guido lib. 1. Innocent. in c. de conſtit.* it:
eſt text. in *l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his qui not. infam. l. 2. verbo & ſi perſona. C. vt infra
cert. tempus. c. quoniam frequentior §. vltimo extr. vt lite non conteſt. l. non omnes ff. de re mi-
lit. Tiraq.* multa cumulans *in præfat. de pœnis leg. numer. 16. 17. & 18.* Verum ſolutio
eſt in promtu quippe iudex eam poteſtatem habet, ex magna cauſa non pro arbi-
trio, alioquin & liceret quandocunque vellet; Reum impune dimittere contra *l. ita
vulneratus ff. ad l. Aquil* nec dicat quiſpiam magnam adeſſe cauſam: ſcilicet cõfeſſionis
neq; enim eſt iure probata, ſed eſt vel atrocitas facinoris ad deterrẽdos homines cum
pœnam auget, vel cauſa virtutis cum illam diminuit, ſicut dictis iuribus continetur.
Tertio *Imol. conſ. 109: Cagn. d. l. ea eſt num. 17:* arguunt ex not. in *c. hanc ext. de renunciat.*
in quo nemo debet ſuſtinere diſpendium, vnde miſericordiam conuenit expectare,
& gloſ. inquit decepto, ex alterius promiſſione ſubueniendum eſſe conuenit *l. item ſi
precio §. fin. iuncta gloſſ. in verbo circumſcribere.* & *l. ſeq. ff. locat.* ſed eodem modo diluitur,
nempe q̃ ſi eſſet in poteſtate iudicis facere pœnæ remiſſionẽ, deberet vtiq; fidẽ ſeruare,
39 *Imol. eo. loco* ait hãc cõfeſſionẽ eſſe dolo † extortã, quãdo ex impũitatis promiſſ. ema-
nauit, & doloſe verſat⁹ iudex videt̃, & machinationẽ adhibuiſſe ad aliũ decipiẽdũ cũ
aliud egerit, aliud ſimulauerit *l. 1. §. 1. ff. de dolo*; confeſſio autem dolo extorta, non valet
ad condemnationem cõfitentis ſicut nec iuramẽtũ dolo extortum non nocet iuranti

c. cum contingat de iureiur. c. quamuis de pact. in 6. loco probatur. Quia confeſſio dolo ex-
40 torta † comparatur ei, quæ eſt facta metu, ad not. *in d.c. cum contingat*, metu autẽ elicita
confeſſio non officit confitenti: not. *in l. 1. ff. de Cuſtod. reorum.* Commouetur autẽ fun-
damentum, quippe vt dolo facta confeſſio videatur, debet talis fuiſſe dolus qui cade-
ret in prudentem virum. Doct. *in l. cum poſtea C. de pact.* in *l. interpoſitas C. de tranſact. Can.
in cap. cum dilectus. extr. quod metus cauſa*, quemadmodum neceſſe eſt in metu vt cadat
in cõſtantẽ virum, quo dici poſſit metu extorta *l. 6. ff. de eo quod metus cauſa l. vani timoris*
41 *ff. de reg. iur.* ratio eſt quia dolus † opponitur prudentiæ, ſicut dixit *Caiet. in ſua ſumma in
titulo dolus. relatus à Cag. in l. nihil dolo ff. de reg. iur.* At iſta promiſſio doloſa prudentem vi-
rũ nõ deciperet quia nemo eſt, qui neſciat, iudicem cũctari, rimari, & vt veritatem in-
ueniat nihil intentatum relinquere, & quod caput eſt, illum reorũ eſſe inimicum, vn-
42 de celebre eſt dictum Alcib. † Qui interroganti, reſpondit, nulli temere credere, ner-
uos, & artus eſſe ſapientiæ. Nec bene comparatur eiuſmodi confeſſio illi quæ me-
tu ſequuta eſt tormentorum, nam tortura dicitur grauior pœna, quam vtriuſq; ma-
nus abſciſſio *Pariſ. de ſyndic. in v. tortura.* etiam confert *tex. in l. 1. §. ſiquis vltro ff. de quaſt.
l. de minor. §. tormenta. eodem tit.* adeo vt confeſſio habita in tormentis, non valeat niſi
43 fuerit ex interuallo ratificata, † *Marſil. in ſingulari 56. Bart. in l. pen. ff. de quaſt.* & ibi com.
Doct. nec nõ *in l. 1. C. de cõfeſſ. Abb. in c. qualiter & quãdo, & c. l. 2. in fin. ext. de accuſ.* pſumitur
enim metu tormentorum facta magis, quã ex veritate, atq; ex his patet etiam quod
poſſet allegari, hanc cõfeſſionem per errorem eſſe factam, ſcilicet ſub fide iudicis pro-
mittentis ex not. à *Iaſ. in l. error col. 5. C. de iur. & fact. ignoran.* & tanquam inualidum non
nocere, quippe per imprudentiam videtur emiſſa magis quã per errorem. Contrarias
vero partes *Cynus* velut Coriphæus probauit in *l. præſenti C. qui ad Eccleſiã confug.* eiuſq;
opinionem frequentius eſſe receptam inquit *Alciat. in l. natura ff. de verb. ſig.* item *appo-
ſtill. ad Dec. in d. l. ea eſt natura, Viu. dict. loco & Clar. §. fin. quaſt. 55. verb. circa pr.* dicens ſuſpi-
cari hanc magis eſſe com. ſed contrariã æquiorem, ſicut etiã appellat magis receptam
Boſſ. in tit. de Confeſſ. per torturam num. 12. cui fauet in primis quod iudici ad inueſtigan-
dam veritatis fidem, licet vti cauillationibus, vel ſimulationibus, argumẽto *c. afferte, 6.
ext. de præſumpt* dicitur enim vtilis ſimulatio *d. c. vtilem 22. quaſt. 2. & c. non enim volebat
eadem quaſt.* Sed reiicitur tanquam puluis ante faciẽ venti, quoniam in propoſita ſpe-
cie deceptio eſt, & perfidia potius iudicis quã ſimulatio ideò *Clar. d. quaſt. 55. & Duar.
d. l. conuentionum*, inquiunt non bene conuenire Salomonis exemplum. Quippe ni-
hil in iudicio mulierum promiſerat, atque ita vere ſimulatione vſus non mendacium
dixit, quod in vniuerſa illa *cauſa 22.* improbatur. Secundo iuuat eandem ſententiam
vulg. regula, Quod in malis promiſſis, non expedit fidem ſeruare *c. in malis, & ibi Dyn.
de regul. iur. in 6. l. generaliter & l. veluti ff. de verb. ſignificat.* etiam ſi interuẽerit iuramẽtũ
Dyn. in c. non eſt obligatorium de reg. iur. in 6. & talis eſt præſens impunitatis promiſſio
44 cum aduerſetur publicæ † vtilitati *l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* Proinde, nec iuramento
muniatur *Bar. in l. ſi quis 1. eo. ff. de fideiuſſor.* Verũ confringitur faciliime negando malũ
id eſſe promiſſi genus *l. v. §. in cauſa verb. ſed neq; paſſim ff. de quaſt.* à cõtrario ſenſu, indi-
cat enim propter confeſſionem poſſe impunitatem concedi, imo quandoq; maxime
vtile eſſe eius generis pmiſſionem oſtendit *Duaren. in d. l. cõuentionũ ff. de pact.* & cõpro-
bat exemplo ſenatus Rom. qui promiſſam à Cicerone conſule veniam illis, qui con-
iurationem detexerant, ratam habendam putauit, amplius dicit idem *Duarenus*, quod
bonus iudex vti debet ea promiſſ. non quidem ad condemnationem, ſed ad indicium
p inueſtigãda veritatis fidẽ, ſiquidẽ ex illa confeſſione poſſunt multa circa teſtes, cir-
ca complices, circa locum, vel tempus addiſcere. Quibus reum deinceps non difficul-
45 ter conuincat amplius, & illa reg. procedit in ſponſionẽ † de re turpi, vt hominem oc-
cidere, aut adulterium committere *d. l. generaliter, & §. quod turpiter Inſt. de inutil. ſtipul.*
in hoc vero veniæ promiſſo, nemo dixerit turpitudinem ineſſe. Tertio adſtipulatur
46 ſentẽtia Alex. 3. † Summi Pont. quæ cum principis fuerit vim legis debet in omni caſu
habere *l. fin. C. de leg. l. 1. ff. de conſt. Princip. §. ſed quod principi. Inſt. de iure naturali* & proinde
trita illa in ſcholis regula, exemplis nõ eſſe iudicandũ, ceſſat in ſentẽtia principis. *Euer-
hard. in loco ab Auth. nu. 7.* ille vero, vt refert *Iaſ. in l. ſi mora ff. ſol. matr.* & nos diximus ſup.
Epiſcopo Simoniaco datam fidem non ſeruauit. Plane reſoluendo dicitur, vnicum
eſſe exemplum quod nec laude dignum eſſe ait *Alciat. in l. ff. de verb. ſignif.* & multa poſ-
ſent ex aduerſo allegari in quibus fidem præſtitã principes obſeruarũt naturalem ra-
tionem ſequuti, quæ ſuadet fidẽ ſeruare, & ciuilem prudẽtiã amplexi, ne alii in ſimili

cauſa fiant tardiores ad reuelandum de fide principis parum confiſi, & cum multi ſint
qui dubitent de minore iudice in principe tamen omnes conſentiunt habendam eſſe
rationem fidei *Clar. in d. quæſt 55. Duaren. d. l. conuentionum.*

47 Quarto plurimum confert quod pro inuenienda veritate licet reos torquere †
& aliis tormentis ſubiicere *l. 1. & ſeq. ff. de quæſt*, quanto magis igitur permiſſum eſt blã-
ditiis, & bonis verbis allicere reum ad confitendum præſertim cum nihil referat quo-
modo veritas habeatur dummodo habeatur, argumento *l. cum ſeruus ff. de verb. obligat.*
ſed euertitur, quia lõge diuerſa ratio eſt inter impunitatis promiſſionem, & torturam,
etenim iſta probata eſt á lege, tanquam legitimus modus eruendæ veritatis, & fuit
inuenta in defectum probationum *Ang. in l. fin. nu. 4. & 5. C. de quæſt. Boer deciſ. 163. n. 1.*
& ideo ſi poſſet aliunde veritas probari, non eſſet Reus torquendus *Marſ. in l. 1. nu. 7.*
ff. de quæſt. Did. Pract. quæſt. 23. quæſt. Clar. d. §. fin. quæſt. 64. verbo debet etiam Marant. de ord.
Iud. part. 6. in titulo de quæſt. Et in ea non poteſt dici reus deceptus, ſi moderata fuit, &
conformis indiciis *d. l. de minore § tormenta Clar. d. §. fin. quæſt. 64 verbo debet igitur*, pro-
inde ſibi imputet ſi confitéatur, Cæterum in promiſſione veniæ ſecus, facile enim ho-
mines credunt quod volunt *Cæſar libr. 1. comment.* falſum eſt præterea non curari de
modo inueniendæ veritatis, nam explorati iuris eſt confeſſionem factam ſine legiti-
mis indiciis inutilem eſſe, quamuis poſtea ratificatam *Marſ.* dicens *com. opin. ſing. 55. in*
pr. Bart. in ſuo tract. de quæſt. in tit. plenius col. 12. Ang. Imol. Caſtr. in l. qui aliena §. Celſus ff. de
acq. hered. Sed facta cum legitimis indiciis, & ratificata ext. tormenta valet ad conde-
mnandum *Marant.* vbi ſupra *Bart. & alii in citato loco.* & d. *l. ſeruus.* loquitur in diuerſis ter-
minis. Quinto tandem, & vltimo loco pro hac ſententia veluti palmarium argumen-
48 tum eſt, quod etiamſi iudex teneatur maxime fidem ſeruare tamẽ remittere † pœnam
non poteſt, quia in ſua poteſtate non eſt *l. 1. ff. ad Turpil. l. ordine ad Municip. l. ſi operam C.*
de pœnis l. ſi qua pœna ff. de verb. ſig. abſurdum enim eſſet vt inferior tolleret, aut mutaret
legem inferioris, tot vigiliis, & laboribus conditam, argumento *l. ſi quando C. de in offic.*
teſt. c. inferior 2. diſtinct. c. eccleſia veſtra de elect. tradit *D. Thom. 2. ſecundæ quæſt. 67.* dicẽs du-
plici ratione iudicẽ impediri, ne reũ à pœna iure ſtatuta liberet prima ex parte accuſa-
toris cuius plærũq; intereſt condẽnari, ſecũda ex parte Reip. cui etiã eſt inutile deli-
cta non remanere impunita, & ideo inquit in his, quæ determinata ſunt ſecundũ legẽ
diuinam, vel humanam, non eſt iudicis miſericordiam facere, cui conſonat *§. oportet*
49 *in auth. de iud.* in quo iudex non † debet eſſe clementior lege, ſicut à contrario non de-
bet eſſe lege ſeuerior *Bald. conſ. 296. quæritur vtrum. libr. 3. col. 1.* & prædicta adeo ſunt
vera, vt ne commutare pœnam legis iudici ſit conceſſum, & aduerſus eam talia mo-
lientem plurimæ, & grauiſſimę ſunt ſtatutę pœnæ, quas copioſè refert *Tiraq. in præf. de*
pœnis nu. 8. cum multis ſeq. Et celebris eſt illa *Salomonis ſententia in Prouerb.* Qui iuſtificat
impium, & qui condemnat innocentẽ æquè abominabilis eſt Domino. Reip. ſit quod
50 licet nõ poſsit condẽnare, aut permutare pœnã, † nõ ſequitur igit illũ debet condẽnare,
quãdoquidẽ nõ eſt legitima cõfeſſio, quare nõ debet valere ad cõdẽnationẽ, latiſſime
Ioſ. in l. error C. de iur. & fact. ignor. dicens non omnẽ confeſſionẽ præiudicare confitenti ſi-
quidẽ dolo videtur extorta, & eo quidẽ dolo, q. cadat in prudentẽ virũ (quicquid ſupra-
51 dictũ ſit in ſolutione argumentorũ) tũ quia homines natura proni † ſunt ad credendũ
id q. maxime cupiũt & *vt ille Poeta* dixit, Miſer homo ſolet facile his quæ deſiderat fidẽ
preſtare, tũ quia facile quiſq; adducitur vt credat in manu iudicis conſtitutã nõ minus
indulgentiã eſſe q̃ pœnã, & Iuriſcon. tantũ eſt ſcire pœnã nõ eſſe in arbitrio iudicantis,
ſed legis, & *Duar. d. l. conuentionum* ait, eum qui in atrocis alicuius pœnæ diſcrimine eſt
conſtitutus nõ facinoris conſcientiã magis, quam iſtius promiſſionis fiducia cõfiteri.

52 Pro cõcluſione tres mihi videtur caſus † diſtinguẽdi, & I. aut q̃rimus vtrũ iudex de-
beat ad eruendã veritatẽ impunitatis promiſſionẽ facere II. eſt an quãdo ita fidẽ ſuã ad
ſtrinxerit teneat illæſã cuſtodire, III. eſt caſus dato q. nõ poſſit ne ord pœna punire, pro-
inde, ac ſi teſtib. eſſet cõuictus; ad primã dubitationẽ reſpõdeo tutius, & æquus mihi vi-
deri, vt ab id genus ſpõſionib. iudex abſtineat vt dixit *Iacob. in ſua praxi crimin. in rub. de*
quæſt. Viu. in loco ſup. citato Clar. de quæſt. 55. verb. circa 1. Cag. & Dec. in d. l. ea eſt. Did li. 1. c. 2.
n. 16. variarũ reſolut. & propterea Senatus Mediolanẽ. vt ibidẽ *Clar.* retulit mulierẽ quãdã
blãditiis iudicis crimẽ confeſſã ab ord. illius delicti pœna liberauit extraord. irrogata,
53 & iure quidẽ, quoniã iudex vir † bonus eſt *l. cõtinuus ff. d. l. obl. in §. cũ ita* ibi totã rẽ ad iu-
dicẽ i. ad virũ bonũ *l. ſed ſi vnius § prætor ait ff. de iniur* ibi prętor ait, arbitratio iudicis quaſi
boni viri *l. cetera §. 2. ff. famil. herciſc.* nihil aũt magis videtur alienũ à bono viro, dolo, aut
fraude,

Digitized by Google

fraude, & non aliter ꝑpter calumniantium iniquitatẽ expellere quæ legitimos trami-
tes *§.1. inſt. proœm. et maxim.* debet leges obſeruare iuxta illud *Hor. lib. 1. Epiſt. ad Quintum.*

Vir bonus eſt quis.
Qui conſulta patrum qui leges, iuraq; ſeruat,
Quo multæ magnæq; ſecantur iudice lites.

54 Plane *Duarenus* † *d. l. conuentionum* hunc modum inueniendæ veritatis ſpernen-
dum non putat, non quidem animo condemnandi reum ex illa confeſſione, ſed ad in-
quirendum indicia, quibus facilius ad cognitionem facti queat perueniri, cæterum
nec laudabilem hãc perquirendę veritatis formam iudico; Quippe acceſſorium eſt e-
iuſdem naturæ, cuius eſt principale, proinde illud ſequitur *c. acceſſorium de reg. iur. in 6. c.*
ſupra gratia de offic. deleg. in 6. Bal. conſ. 30. in 1. vol. 1. ſiue inducendo, ſiue confirmando, ſi-
ue tollendo principali tractetur *Dyn. in d. c. acceſſorium*, cum itaque principalis confeſ-
ſio ſit captioſa dolo extorta, talis eſt omnis probatio, quę inde profecta eſt, & quemad-
modum illa prohibita eſt, ita nec iſta conceſſa eſſe debet argumento *l. inter ff. de ſponſ.*
Ad ſecundum reſpondens dico, quod iudex qui fidem interpoſuit tenetur eam ex
parte ſui cuſtodire, argumento *l. 1. ff. de conſt. pec. c. quod ſemel placuit. de reg. iur. in 6. l. 1. ff. de*
pact. l. non minorem. C. de tranſact. cæterum ex parte Rei promiſſæ obligatio eſt inutilis:
55 quia rem non ſui arbitrii promiſit *d. l. 1. ff. ad Turpil.* ſed factum † alienũ ſpopondit, quã-
do remiſſionem eſt pollicitus, facti vero alicui ſponſio inutilis eſt. *l. Stip. iſta § 1. ff de ver.*
oblig. Bart. in l. ſi duo §. hac autem ff de conſt. pecun. Dec. conſ. 2. nec quidem mirum, nam ſæpe
56 contractus eſt inutilis ratione rei ſuper qua interponitur, nunſecus † ac ratione per-
ſonæ quæ contrahit, vel formæ; quæ adhibetur, vel publicę vtilitatis ex ſingular. Doct.
Bart. in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vend. & in l. ſi quis prin. eo. ff. de fideiuſſ.
Ad tertium nunquid debeat, vel poſſit, pœnam illam irrogare, quę foret irrogan-
da, ſi Reus legitime eſſet confeſſus *Appoſt. ad Dec. in d. l. ea eſt in vlt. appoſt.* diſtinguit in-
quiens in foro cõtentioſo poſſe, & debere d. pœnam eandem infligere, in foro autem
animæ nequaquam, quoniam tenetur fidem ſemel præſtitam ſeruare, admonetq; iu-
dices, ne huiuſcemodi promiſſiones faciant in perniciem animarum ſuarum: Verum
obſtat quod tradit *Fely. in d. c. & afferte. Viuius libro 1. in tit. iudex promittens.* nempe iudi-
cia poſſe damnare Reum ex promiſſione impunitatis confeſſum ſine timore peccati,
& recte, nam iudex non proprio motu; ſed legis obtemperans præcepto condem-
nnat, quæ a ex neceſſitate fiunt nec laudem merẽtur, nec pœnam. *Azzo in ſumm. de pœ-*
nis ratio eſt quia neceſſitas excludit delictum, ergo & pœnam: Accedit ſecundo quod
cum non ſit in poteſtate iudicis pœnam remittere. ſicut conſpicuum eſt ex antedictis
nullo modo debet eſſe obligatus in foro animæ, cum impoſſibilium nulla ſit obligatio
l. ſi ſtipulor. in 1. reſp. ff. de verb. oblig. c. nemo poteſt & c. ad impoſſibile de reg. iur. in 6. l. impoſſibi-
lium ff. de reg. iur. adeò, vt nec pœna promiſſa in obligatione impoſſibili, committatur
Dyn. in d. reg. nemo num. 15.
57 Quare † *Iulius Clar. in d. quæſt. 55. §. fi.* aliter diſtinguens ait aut Iudex promittens
Reo impunitatem, eſt talis, vt pœnam poſſit condonare, velut Princeps, qui legibus eſt
ſolutus *l. digna vox cum ibi nat. C. de legib. §. fin. Inſtit. quibus mod. teſt. infirmentur*, & debet
fidem ſeruare, cum rem ſui arbitrii, & poteſtatis ſpoponderit, & quemadmodum non
decent ſtultum verba compoſita, ita nec principem labium mentiens *Boſſ. in tit. de tortu-*
ra. dicens quod ſemper vidit, ita ſeruari, etiam ab his qui à Principe talem authorita-
tem haberent: aut eſt inferior à Principe, in quo verificantur verba *d. l. 1. ff. ad Turpil.*
quod ſcilicet pœnæ perſequutio non eſt in arbitrio iudicantis, & non licet pœnam
condonare, & ſubuertit *Clarus*, quod nunquã hunc condemnaret ordinaria pœnã de-
licti, niſi aliis quoq; indiciis foret grauatus, verum æquior videtur opinio, vt nullo pa-
cto ex huiuſmodi confeſſione de dolo extorta ſit condemnatus, quemadmodum nec
ex alia confeſſione illegitime condemnaretur, quando ex hac ſola impunitatis ſpe e-
manaſſet confeſſio *Alciat. 3. reg. præſumpt. 27. in fin.* Alia eſt diſtinctio Com. ſuffragio re-
58 cepta † quã retulit *Viuius loco nup. cit.* Quippe aut Reus quãdo eſt factus certior iudicẽ
fidem non ſeruaturũ, reuocat confeſſionem ſuam, quaſi ſub conditione emiſſam, vel
ſpe promiſſionis, non conſciẽtia ſceleris habitã, ad effugiendum tędium Carcerum, &
pro tormẽtorũ liberatione factũ, & nõ debet ſubire cõdẽnationẽ ꝑinde ac ſi cõfeſſus nõ
eſſet, ne ſimplices homines fraude iudic. incidãt in ſcyllã cupiẽtes euitare Carybdin. Et
ne iudicãtes omiſſo legũ tramite, machinationib. & dolis Reos circũueniant, aut v. Re-
us, ꝗuis cognita iudicis fallacia, & ita ſua ſpe fruſtrat⁹ ꝑſeuerauit in cõfeſſione; & poterit

omnium conſenſu damnari, *Didac. lib. 1. cap. 2. num. 16. variarum reſolut.* illa vt mihi videtur, ratione, quando dolus iudicis adhibitus in promittendo cenſetur purgatus in perſeuerando ex parte rei, neq; enim creditur dolo circumuentus, qui ita perſeuerat, vt accidit à ſimili, cum quis metu promiſſam pecuniam poſteà ſponte ſoluit, perdit enim actionem quod metus cauſa per ſpontaneam ſolutionem metu purgato; infertur quoq; ex ſuperioribus ad quæſtionem, quam excitat *Fortun. Garg. d. l. conuentionum*
29 *nu. 15.* vtrum † iudex qui Reo fugienti ad eccleſiam fidem præſtitit, quò ab eccleſia abduceret, ſe in priſtinũ illum locum repoſiturũ, teneatur ſtare promiſſis, & teneri, cũ reſpondit: quia ſc. non delicti impunitatem pollicitus eſt, id quod non erat in eius poteſtate, ſed reſtitutionem in eccleſiam, quam ſalua iuſtitia præſtare poteſt, ſiquidem ex illa reus quandoq; diſcedet, & facile capietur. argu. *not. in c. debitores. extr. de iureiur.* atq; ita in contingentia facti obſeruaſſe quendam Hiſpaniæ Comitem & certe alicuius Prouinciæ præſidem commemorat.

De Dolo bono priuatæ perſonæ, Cap. VII.

1 *Vtrum Aduocatus in lite iuſta poſſit ad obtinendam victoriã vti dolo, vel fraude, pro negatiua.*
2 *Qui ſit Aduocat⁹, & an differat à Patrono.*
3 *Cauillationes reijciuntur à lege, & iudicis officio repelluntur.*
4 *Iuramentũ Aduocati in principio cauſæ.*
5 *Non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, immò malum bono vincendum eſt.*
6 *Non poſſum, nec debeo falſum inſtru. ſolutionis producere aduerſum eũ, qui falſum inſtrumentum mutui cõtra me producit, nec poſſum ſine timore periurij dicere, me nihil recepiſſe ab illo, cui vere ſolui.*
7 *Cõmunis eſt opinio, quod* Aduocatus *in bona lite poſſit uti fraudib. & cauillationib.*
8 *Argumenta communis ſententiæ, quæ refellitur* num. 14. & num. 20.
9 *Iudicium eſt velut bellum, in quo litigantes dicuntur aduerſarij, & Aduocati vocantur milites.*
10 *Solutio argumentorum contrariæ partis.*
11 Clauũ *clauo trudere, malis cohærent mala, malos ad mala. Prouerbia ſimilia.*
12 A*mpliatio concluſionis in Procuratore.*
13 *Iudex interdum futili mouetur argumento, qui valido non adducitur.*
14 *Communis opinio reprobatur, & ibi ſunt rationes, cum ſeq.*
15 *Veritatis quantæ ſint vires.*
16 *Iuſta cauſa, iuſtis rationibus vincenda.*
17 *Cauillatio tribus modis ſumitur.*
10 *Subtilitates ſunt in duplici differẽtia. Quarum aliæ improbãtur in iure, aliæ recipiuntur, quib. qui vtũtur ſubtilitatib. laudem acquirũt, vt Papinianus; & primos honores inter Aduocatos gerunt.*
19 *Argumentum ab enumeratione partium, validum eſt in iure.*
20 *Refelluntur argumenta cõmun. ſententiæ.*
21 *Scriptus hæres nõ poteſt repudiare ex teſtamento, vt adeat ab inteſtato, declaro vt (inf.*
22 *Regula dolo facit, &c.*
23 *In pari dolo potior eſt cauſa poſſidentis.*
24 *Vtrum, qui pacem facit cum Bannito, poſſit quaſi bono dolo vſus, illam frangere.*
25 *Qui ſint Banniti, ex ſententia Alciati.*
26 *Bannitus æquiparatur excõmun. & quare.*
27 *Apoſynagogi qui apud Hebræos.*
28 *Differẽtia inter Bannitũ, & excõmunicatũ.*
29 *Bannitorum duæ ſunt ſpecies, nam alij impune poſſunt offendi, alij nequaquam, ſed minor offendenti pœna imponitur.*
30 *Quæſtio de Bannito, qui poteſt impune offendi habet duo capita.*
31 *An faciens pacem cum inimico ſuo, qui poſtea fuit ex ſuo delicto poſitus in banno, poſſit ſine timore violatæ pacis illum interficere, pro negatiua.*
32 *Qui poteſt facere actũ nomine ſuo, & nomine alieno, & fecit, creditur in dubio feciſſe nomine ſuo proprio.*
33 *Facultas conceſſa vniuerſis de iure publico non poteſt tolli quo ad omnes; ſed quo ad promittentem.*
34 *Opinio affirmatiua in hac quæſtione cum rationibus.*
35 *Bannitus non eſt ciuis, & qui illum occidit, dicitur facere tanquam miniſter legis.*
36 *Aduerſus eum, qui prior pacem fregit impune frangitur pax, &* Bannitus *eſt inimicus ſuis ciuibus factus.*
37 *Nemo in dubio præſumitur delinquere.*
38 *Ius occidendi Bannitum, eſt ius publicum, cui non poteſt renunciari &* num. 63.
39 Bannitus *perdit omnia iura ſua ciuitatis, ſc. quæ faciunt in eius fauorem, nõ quæ tendunt in eius perniciem.*
40 Bannitus *non perdit iura de iure gentium, nec iura ciuitatis Romanæ.*
41 *Ius occidendi bannitum, competit omnibus de ciuitate, vt vniuerſis.*
42 *Ciuis eſt membrum ciuitatis.*
43 *Fides hoſti data à priuato eſt ſeruanda in his, quæ priuati ſunt iuris, ſiue per contractum iuris gentium.*

44 *Vtrum*

44 *Vtrum iniuſtum vectigal frandare liceat, quaſi bonus Dolus ſit.*

45 *Duplex eſt vectigal. alterum quod pro rebus inuectis, vel euectis ex ciuitate ſoluitur, alterum quod reipub. pendi ſolet, ex prædiis conductis.*

46 *Principes iuſtũ vectigal exigunt. Quia in hoc ſunt tanquam Dei miniſtri propter labores quos ſuſtinẽt pro ciuiũ vtilitate.*

47 *Improbe agunt ſubditi, ſi iuſtum vectigal fraudãt, & peccant mortaliter, & tenẽtur ad reſtitutionem.*

48 *Iniuſtum vectigal quodnam ſit.*

49 *Communis eſt opinio poſſe fraudari iniuſtum vectigal ſine peccato, quia fraus principis in imponendo iniquo vectigali poteſt fraude repelli.*

50 *Intellectus ad* c. omnis anima. extra de cenſibus.

51 *Inique carceratus poteſt licite, aliqua excogitata fraude frugere.*

52 *Damnatus ad mortem ſi iuſta ſit condemnatio, non debet ſi poßit aufugere, & peccat mortaliter aufugiens.*

53 *Vtrum in curſu ad brauium, licitũ ſit fraude quaſi dolo bono vti: & 63. 67.*

54 *Brauium quod ſit.*

55 *Variis præmiis afficiebantur, qui in curſu, vel in ſtadio vincebant.*

56 *Varia ludorum genera de quibus in legibus noſtris.*

57 *Pancratiũ quid eſſet, qui pedibus velociter currens, qui Paleſtricus, qui pugil eſt atq; duobus ex his locis præcellit omnes, Pancraſticus dicitur, qui omnib. Pentathlus. Primus ex tribus Dromicus dicitur, ſiue carcer, ſecũdus qui luctator, tertius pugil. Prima Pẽtathlus erat qui generib. quinq; ludorum eadem die pugnaſſet, nempe haſta, diſco, ſaltu, iaculatione, luctatione.*

58 *Intellectus ad* l. hac actione §. ſi colluctationis. ff. ad l. Aquil.

59 *Locus Quintiliani, & Gellii declaratus.*

60 *Honor præmium virtutis eſt.*

61 *Brauium à quo primum ſit institutum, & eius origo ad Herculem videtur referenda.*

62 *Paleſtra inuentor Hercules.*

63 *Brauium duplex ſpirituale, ſc. & temporale.*

64 *Temporale brauium itidem duplex. ſc. alterum, quod proponitur iis, qui pedeſtres currunt, alterum iis, qui inſidentes equis curſum conciṫant.*

65 *Multæ leges de vtroq; brauio loquuntur.*

66 *Cum plures in certamine curſus tenderent ad brauiũ, alter porrecta manu ſupra caput alterius equi, frenum ab eius manu deduxit, atq; ita citius ad metam peruenit, an huius doli tanquam boni ſit, debeat ferre præmium.*

67 *Fauent doloſo ſex rationes cum numeris ſequentibus, & legis authoritas.*

68 *Pugnant contra eum plures rationes.*

69 *An ſi certatur inter aliquos virtutis gratia, & inter eos ſponſio facta ſit, an poßit ab vno ex certantibus interponi impedimentum.*

70 *Doctrina* Bar. in l. pen. C. de ſpectacul. lib. 12. *declarata.*

71 *Multum intereſt quando ludentibus datum eſt impedimentum, an is qui dedit, ſit extra ludum, an de ludentibus.*

72 *Cicero iuris ciuilis admodum peritus fuit.*

73 *Concluſio contra eum qui frenum ex capite alterius equi depulit.*

74 *Euertuntur argumenta contraria.*

75 *Quæſtio de ludo alearum. An ſc. qui in primis aleis habeant punctum, ſiue maiorẽ numerum, qui poßit haberi, licite augeat ſponſionem.*

76 *Ludi definitio, & declaratio definitionis.*

77 *Ludus cauſa recreationis, omnibus eſt permiſſus.*

78 *Ludus neceſſarius eſt, ad vitam hominis.*

79 *Ludi, aut publici, aut priuati.*

80 *Acquiſita in ludo illicito, dummodo non ſit adhibitus dolus, non ſunt in animæ iudicio reſtituenda.*

81 *Rationes in fauorem eius, contra quem eſt facta auctio ſponſionis.*

82 *In omnibus ludis ſunt certæ leges, quas debent inter ſe ludentes cuſtodire.*

83 *Rationes in fauorem augentis ſponſionem.*

84 *Euertuntur argumenta contraria.*

EGimus ſatis, vt arbitror, diligẽter de bono dolo à publica perſona commiſſo, proximum eſt, vt de illo diſſeramus, quo priuati homines aliquando vtuntur, & primũ de eo quẽ cauſarum patroni ad iuſtę cauſę patrociniũ adhibẽt *Doct. max. Dec. & Cagn. in l. ea eſt natura. ff. de reg. iur. Alc. reg. 3. præſump. 27. Bologn. auth. habita col. 44. C. ne filius pro patr. Tiraq. in præfat. retract. conſang. num. 70. verb. & ideo Didac. lib. 1. c. 2. in pr. reſolutionum*
1 *Dec. conſ. 690. col. 1. Ancor. conſ. 125. Corn. conſ. 6. vol. 3.* Quærunt vtrum aduocatus † in
bona iuſtaque lite aduerſariorum cauillationes, & malitias aliis cauillationibus, &
malitiis repellere licitè poſſit, quaſi dolo bono cõtra hoſtem vſus. Aduocatum hic in-
2 telligo, quem † definit *Vlpian. in l. 1. §. Aduocatus. ff. de variis & extr. cognit.* nempe qui cauſis ãgẽdis quoquo ſtudio operatur, nõ tamen eũ, qui pro tractatu nõ ad futurus cauſis

honorarium acceperit Aduocatorum numero pono, ſicut explicat *Aſconius Pedianus 1. in Verrem*; qui ius in iudicio ſuggerit, & præſentiá ſuam amico commodat, ſiue vt placet *Imp. in l. quiſquis C. de poſtula.* qui iurgantibus in iudicio patrociniũ præſtat. Nec eũ ſeparo à Patrono, *l. velamento C. de poſtulando l. aduocati iuncta Rub. C. de Aduoc. diuerſorum iud.* vtetur ergo malitiis, & cauillationibus ad obtinendã victoriã in bona, iuſtaq; cauſa; & ſanè non poſſẽ non leuibus argumentis oſtenditur, eorumq; primum eſt quod
3 cauillat: odit, & improbat † ext. vt in *l. 2. ff. de regul. Caton. ibi an Cauillamur. i. per cauillat. & fallaciam argumentamur. l. fin. C. de legib.* ibi quam ſubtilitatem tam riſimus, augetur vis argumenti, quando iudex debet eas ex officio ſuo repellere argumento *l. actio. ff. de negotiis geſt. l. ſicut. §. pro debito. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſol.* 11. deducitur ex *l.*
4 *rem non nouam. §. patroni. C. de iud.* ibi iuramentum præſtat. † quod omni quidẽ virtute ſua, omniq; ope, quod verum, & iuſtum exiſtimauerint clientibus ſuis inferre procurabunt, & ibi, vel ex mendacibus allegationib. incidet ergo in periuriũ, ſi cauillationib. & nimiis ſubtilitatib. indulſerit Aduocatus, cauillationes enim ſunt iniuſtæ & aduerſantur veritati, ſiquidẽ ea eſt natura cauillationis, vt per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt perducatur *d. l. ea eſt.* Tertium accedit funda-
5 mentũ quod non ſunt facienda † mala, vt eueniant bona *Nauar. lib. 1. Manual. cap.* 11. *n.* 19. dicens maleficium, aut incantationem alio maleficio, vel incantatione, non poſſe licite diſſolui, ſicut tradit *D. Thom. 4. diſtin. 34. quæſt. 1. art. 3. arg. l. nullus, & l. nemo C. de maleſic. & D. Paul. ad Roman. c. 12.* ibi; nullum malũ pro malo reddentes, malum bono dicit eſſe vincendũ, & *Salom. prouer. c. 20.* ne dicas reddam malũ pro bono. Quarto vehementer vrget, *Bal. doct. in Rub. C. de fide inſtrum. act. pen. verb. incidẽter.* quæritur, refert, & ſequitur *Iaſ. in §. bonæ fidei. col. pen. inſt. de act. Bellou. in §. ſed quia n. 2. Inſt. de fideicom. hæred.* quod ſi tu produceres in iudicio contra me falſum inſtrumentũ mutui, non poſſum
6 exhibere aduerſus te falſum inſtrumentum † ſolutionis. aliâs vterq; noſtrum puniretur de falſo; quare, nec Chriſtianum, nec prudens cõſil. illius Aduocati fuit, qui monuit vt fertur, ſuum clientẽ, vt per falſos teſtes probaret ſe ſoluiſſe illam pecuniã; quã ſibi mutuo datam eſſe per falſos itidẽ teſtes fuerat ab Aduerſario probatũ, ſuaſit namq; peccatum nimis in foro animæ pertimendũ, & ſubiecit periculo pœnæ falſi, ſi detecta fuiſſet rei veritas. Hinc etiã deducitur nõ recte ſenſiſſe. *Dec. in d. l. ea eſt. ff. de reg. iur.* quando ex mẽte *Butri. in c. 1. ext. de mutui petitio*; quod ſi vere quã mutuaueras pecuniã tibi reſtitui, poſſum cũ iuramẽto affirmare à te nihil recepiſſe, quippe improbant Doct. in *l. manifeſtè. ff. de iureiur. max. Iaſ. numer. 7.* quando falſum eſt nihil me recepiſſe, docentes illam cautelam, quam laudat *Cagn. d. l. ea eſt num.* 13. vt iuret nihil ſe recepiſſe, ex quo ſit obligatus.

Alia tamen ſententia vno omnium ore probatur, nam Doct. initio diſputationis allegati nomine prorſus diſſentienti illam amplectuntur dicentes conceſſum Aduo-
7 cato in cauſa iuſta † Aduerſarium Cauillis, & malitiis conuincere, & aduerſus malitiam, cum malitia reſiſtere communis opinionis eſt teſtis *Alc. in l. natura nu. 11. ff. de verb.*
8 *ſignif.* † Primum ex gloſſ. magiſtr. ad quam velut ad ſacram ancoram confugiunt ſcribentes in *c. cupientes. in verb. maliguantium de elect. in 6. in c. dominus noſter. in 1. gloſ. ſecunda quæſt. 2.* & monetur ex illa regula. Quod malitiis eſt obuiandum *l. in fundo iuncta gloſſ. ff. de rei vend.* & iuxta illud Ouidianum.

Iudice me fraus conceſſam eſt repellere fraudem.

Conferunt huic ſententiæ multa iura deducta à *Tiraquell. in loco ſupra ſcripto n. 67. inf. nempe l. ſeruus dotalis. ff. ſol. matrimon. l. quæſitum. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi vſusfructus. ff. de iure doti.* ſed omnium maximè hunc ſenſum adiuuant tria iura, primum *in l. cum pater Titio. ff. de leg. 2.* vbi hæres inſtitutus à fratre, & indebite grauatus fideicommiſſo poteſt repudiata ſucceſſione ex teſtamẽto, adire hæreditatem ab inteſtato contra *reg. l. 1. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* quoniam inquit Iuriſconſ. non dolo videtur feciſſe cum fraudem excluſerit, Secundum in *l. 1. Cod. de Caduc.* vbi cum odioſa eſſet vetus de caducis diſpoſitio, antiqui prudentes multas excogitauerunt cautiones ad euitanda caduca, ibi ipſis prudentibus viris diſplicebant multas inuenientibus vias per quas caducum ne fieret. Tertium eſt in *l. vltim. §. fin. ff. de dolo malo ex quo not. Bald* eum qui per dolum, vel mendacium, quod ſuum eſt, recuperauerit non teneri ad reſtitutionem, &
9 Tiraquel. multas ad idem authoritates congerit *num. 70.* Quibus præterea † multum ſuffragatur, Quod iudicium eſt velut bellum, vnde litigantes paſſim aduerſarii dicuntur in iure, & milites appellantur Advocati *d. l. Aduocati,* atque ea ratione habent

pecu-

peculium quaſi Caſtrenſe §.1. *Inſtitu.per quas perſon. nob. acqu.* Vt igitur in armato bello
quando eſt iuſte ſumptum aperte pugnes, an ex inſidiis, nihil intereſt, de Doctoribus
10 tantundem reſpondendum eſt in bello togato.† Atqui his non pugnant allegata ex
aduerſo, & inprimis reg. quæ prohibet ſubtilitates, & cauillationes afferre, ceſſat quã-
11 do illis ad repellendas inimicorum cauillationes vtimur † quippe eſt velut clauũ cla-
uo trudere ſicut eſt in adagio, & malis cohærent mala, teſte *Philoſopha lib.5.cap.Pen.po-
lit.* vbi reddens rationem, cur nam Tyrannis amici ſint improbi, & adulatores, inquit
hoc demum illis vtiles eſſe quippe malos ad mala, eodemq; modo reſoluitur difficul-
tas ex *dict. l. rem non nouam*, quoniam vbi malus eſt dolus ibi malus quærendus eſt &c.
iuxta vulgare prouerbium, cui congruit illud *Sophoclis.*

Remedia amaro, bilem amaram diluunt.

Nec abſimile eſt quod vulgo iactatur malum malo mederi, 3. vero argumentatio
procedit in foro animæ, non autem in iſto, quam vocant exteriorẽ; Vltimum quoque
non vrget quamuis ſit palmarium, nempe quia allegata communis opinio toties eſt
vera quoties nihil ſit conceſſum falſitatis *Bellon.in d.§.quia Cagn.d.l.ea eſt: Tir.aq.citata nu.*
12 *7a.* ita declarantes ex mente *gloſſ.in d.c.cupientes.*† Atq; iſta concl. (vt meum eſt iudiciũ)
vindicabit ſibi locum in procuratore, qui licet in multis iuris partibus differat ab ad-
uocato, & alius ſit titul. de Procurat. Alius de Aduocat. diuerſorum Iud. & tradit gloſſ.
commun. probata in *Rub.* vbi *etiam Iaſ.C.de Procur.* tamen quoad hanc cauſam nullam
video diſcriminis rationem, merito eadem debet eſſe iuris diſpoſitio *l.illud ff.ad l.Aquil.
l.a Titio ff.de verb.obl.l.fi.C.ad l. Falcid.* Verũ & ſi hæc opinio vſq; adeo ꝓbetur a noſtris
vt etiam pro conſilio tradant plurimas ſemper rationes iudicibus afferendas, veriſque
falſas immiſcendas, quod plerique in docti, qui iuſto argumento fidem non adhibent,
13 futili † mouentur, quemadmodum dixit *Alciat.in d.l. natura cauillationis num. 11.* atta-
men eam laudare non poſſum, præſertim cum vir ille doctiſſ. explodendam putet,
14 & conſonantem inueniam *Did.lib.1.cap.2.Reſolut.* † Siquidem ait Alcia. nunquam
conuenire graui, bonoque viro magis victoriam, quam veritatem quærere; & qui vi-
ctoriæ potius, quam veritatis eſt ſollicitus, incidit in vitium prudentiæ contrarium, &
15 iuſta cauſa, † iuſtis eſt argumentis vincenda, præſertim cum tanta ſit veritatis †. vis, &
16 potentia, authore *Tull.in Catilinam* vt nullis machinis, aut arte poſſit ſubuerti, & ſe i-
pſam ſine patrono tueatur, atque defendat; non igitur ſunt neceſſariæ cauillationes
aut nimię ſubtilitates, & vt de cauillationibus primum eloquar, oſtendi paulo ſupra
17 *per tex.in l.ea eſt.de reg.iur.* in his falſitatem ineſſe, tribus nanque modis † cauillatio ac-
cipitur, & in his omnibus falſitas reperitur, vt per *Alciat.d.l.ea eſt.* Cauillatur, inquit, qui
calumnioſe agit, qui aduerſariũ ſermone captat, & qui ſciens falſa prodit, vt ſuã ſen-
tentiam tueatur, ſpecialius vero cauillari dicitur, qui eo aſſumpto, quod euidenter eſt
verũ, diſſimiliter arreptis terminis quod falſum eſt infert, ipſi vero Doct. conſentiunt
nihil falſi miſcendũ eſſe, ſicut nuper eſt dictum in ſolutione vltimæ argumentationis,
fateantur ergo neceſſe eſt abſtinendum eſſe à cauillationibus.

Quod attinet ad ſubtilitates, aut de his quærimus; quas lex vanas, nimiaſq; ap-
pellans irridet, & abiicit, de quibus diximus in *1.arg.oper.contra com.* & tunc nullo mo-
do ſunt adhibendæ, vel quia his aduerſarius non vtatur, atque ita cenſer non clauum
trudendũ clauo, vel quia licet illas propoſuerit; Iudex ex officio ſuo repellet; ſi vero de
18 his loquamur, quæ ſunt veræ, & reales † ſubtilitates, legis, vel rationis fundamẽto ſub
nixæ, & quæ viris, qui illas excogitat laudem non minimam adferãt, vt Papiniano *in l.
cum acutiſſ.C.de fideicom.* & ad inueſtigandã in vnoquoque negotio iuſtitiam, ex circũ-
ſtantiis factorum, & perſonarum laborare ſolet in iudiciis, de qua in *l. ſi ita fuerit §. fin.*
ibi per ſubtilitatem iudicialem *ff.de rebus dubiis l.ſi tibi ff.ſi certum petat.* ibi. ſed hæc intel-
ligenda ſunt per ſubtilitatẽ verborum *l.ita vulneratus §.vlt.ff.ad l. Aquil.* ibi *ſubtilem ra-
tionem l.ſi fundus §.ſi pluris ff.de pignor.* ibi quod ego quantum ad iuris ſubtilitatum pro-
bo. & hoc caſu nemini dubium eſt, conceſſum aduocatis paſſim eas in omni caſu de-
ducere, in tantũ vt ii demũ priorem locum honoris occupẽt, qui ſciũt illis vti; & de his
19 non eſt diſputatio noſtra, proinde à partib. ni fallor benè † enumeratis, quod genus
arg. ſtabile, firmumq; eſt in iure §.1.& 2.*Inſt.de obl. Quæ ex quaſi delicta. Euerard.in loco
ab enumeratione partium* probatum eſt non decere Aduocatũ in bona cauſa cauill. ſu-
mere, quicquid com. voto ſtatuãt interpretes. Quorũ ſententiã minime adiuuãt iura
20 citata, vere, n. † in his agit de ſubtilitatib. quas ſup. poſuimus in 2. gradu, & reales appel-
lamus, & nulla in his cauillatio, nullaque ſubtilitas ſcrupuloſa continetur, quando-

vbi

quidem ſicut in aliis iuris articulis, aut irridentur, aut reiiciuntur, ita ibi non proba-
rentur. Et vt cæteros omittam, quia ſunt paulo clariores paucis agam *de §. Titio.* in
quo ſuppono vnum quod eſt teſtatiſſimum per *l. 1. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* Quod ſcilicet
21 ſcriptus † hæres non poteſt repudiare ex teſtamento aditurus ab inteſtato ad
hoc, vt illos circumueniat, quibus aliquid ex iudicio defuncti deberi potuit, ſi non ab
inteſtato poſſideretur hereditas, hæc ratio ceſſat in eo text. ſiquidem repudiando
ex teſtamento nemini fit iniuria & maximum commodum accedit repudianti, quan-
do per viam repudiationis peruenit ad fideicōmiſſum ex alterius teſtamento, nō eius,
cuius hæreditatē teſtamentariam repudiauit ꝙ ex iniquitate ſecundi teſtatoris erat a-
miſſurus, ſi illius adiiſſet hæreditatē ex teſtamento. Minimū quoque vrget quod alle-
gauimus ex *Bal. in l. fin. ff. de Dolo*, cum multis deductis à *Tiraq. de poen. nu. 7c.* tum quia
Bald. in lib. meo non dicit, tum quia ſi diceret apertiſſima eſſet ſolutio. Nam cum rem
meam dolo ſum adeptus, quam alius à me petat, ille ſic petens in dolo eſt; ſiqui-
22 dem ſtatim eſſet reſtituturus † *c. dolo facit, de reg. iur. in 6. l. dolo de except. dolo, l. in condemna-
tione. §. dolo. ff. de reg. iur.* quando autem vtraq; pars eſt in dolo potior habetur cauſa poſ-
23 ſidentis † *l. ſi ob turpem §. porro autem ff. de cond. ob turp. cauſ. l. 2. l. fi. ff. de cond. ſine cauſ. l. ſi pro-
curator ff. de except. doli l. cum par delictum. & l. impar. cauſ. ff. de reg. iur.*

Ad bonum dolum priuati, ptinet ēt illa quæſtio nobilis de eo, qui pacem fecerit cū
24 bannito † an quaſi dolo bono vſurus poſſit illam frangere bannitum occidendo, aut
vulnerando, ita vt in pœnam ſtatuti, aut conuentionis non incidat, finge ſtatutū eſſe
in ciuitate, quo certa inponitur pœna frangenti pacem, itidem & aliud ſtatutū repe-
riri, vt banniti de homicidio impune poſſint interfici, pacem itaque feci cum bannito;
ac illum poſtea necaui. Vtrum teneatur ſubire pœnam frangentis pacem; libet hoc
25 loco priusquam diſputationem ingrediar explicare, qui dicantur banniti, † & quot
ſint ſpecies eorum, priorem dubitationem declarat *Alciat. lib. 2. cap. 2. Parerg.* inquiens
apud Græcos eos, qui homicidium non ſponte commiſiſſent, amiſſis bonis iudiciali
ſententia per annum exulare ſolitos, quod exilii genus græco quondam verbo appel-
labatur, quod latine ſubannationem ſonat, à qua ſubannatione, inquit, dictos videri
poſſe bannitos, ita vt bannitus quaſi abbannitus, quia in exilium annum exactus eſt,
ſicut idem *Alciatus de ſingulari certa. cap. 23.* diſerte ſcriptum reliquit, eodemque loco
26 bannitum excommunicatum vocat, nec equidem mirum cum excommunicato † cō-
paretur in iure, vt per *Io. de Arnon. ſingulari 27. num. 71. Bart. in quaſt. Lucana Ciuitatis nu.
2. verb. nono probatur. Abbas in c. voluntate de ſent. excomun.* ea vt arbitror ratione, quod ſi-
cut excōm. ſunt priuati à Com. fidelium *c. nihil ex 11. quaſt. 3.* & apud Hebræos olim
27 † Apoſynagogi dicebantur, quaſi ſynagoga eiecti, ita bānitos à cōmunione ſuorū Ciui-
um ſeparatos, rurſus ſicut excōmunicatio propter cōtumaciam contingit *c. ex parte &
1. ext. de verb. ſignif.* ita & bannum ratione contumaciæ promulgatur, atque hinc etiā
fit ꝙ quemadmodū excōmunicatus non poteſt in Eccleſia ſepeliri *c. ſacris extr. de ſent.
excommun. c. fin. vbi Doct. extr. de ſepult.* Ita bannitus nō poteſt ſepeliri in Ciuitate, ex qua
eſt Bannitus, *Bart. ſingulari 53. inter ſingul. Doct. argumento tex. in l. ſi quis inſulam ff. de
Cadau. punit.* quam legem dicit eſſe notabilem, quia non reperitur alibi; nam depor-
tatus inſulam in inconſulto Principe nō eſt in ſua ciuitate ſepeliendus, & ratio eſſe vi-
detur, quod quando cum in vita non poſſit in ciuitate morari, nec mortuus mane-
re debeat in ea, & ſicut excommunicatis, nec viuis, nec mortuis communicamus
de ſacris, pari ratione ciues cum bannito, ſiue mortuo, ſiue viuo non debent com-
municare, ideo nec ad ſepulturam recipere, non tamen tanta eſt ſimilitudo vt per o-
28 mnia liceat de excommunicato ducere argumentum ad bannitum, etenim † excom-
municatus à iudice competenti, vbique eſt excommunicatus, & Bannitus niſi quoad
territorium bannientis, cum extra nō poſſit impune offendi. *Ancor. in c. Canonum ſtatut.
eſt de conſt.* latè *Modern. Repetentes in l. 2. col. 2. fall. ff. de iuriſd. om. iud. Imo. in clem. paſtor. col.*
4. Iud. ratio verę differentiæ eſt pulcherrima, quippe excōmun. fit circa animam, quæ
non circumſcribitur loco, *gloſſa in c. Epiſcopum 10. quaſt. 2. Innocent. & alii in c. fin. ext. de
foro comp. Iohannes de Arnonio ſingulari 27. num. 2.* ſunt & aliæ differentiæ quibus ſeparan-
tur ad inuicem, vt p *Bart. de quaſt. Lucana Ciuitatis verb. ſaluatoris domini num. 4.* Vt vero
ſecundum aggrediamur, bāniti ſunt in duplici differētia alii nempe qui poſſunt occidi
29 impune, † & dicantur eſſe extra protectionem iuris *Mant. ſingulari 136.* vbi ex multis
pœnis bannitorum probat id genus hominum eſſe legibus odioſum, alio etiam modo
dicuntur extra protectionem cōmunitatis *Bal. in l. 1. C. ſi pendente appell. mors interuener.*

id ve-

id vero accidit, quando ſtatuto expreſſum eſt. Alij vero ſunt qui non offenduntur im-
pune, ſed tamen minori pœna plectitur occidens q̃ ſi alium nõ bannitum interficeret
30 *Bar. de diſputatione Lucanæ verb. ſaluat. n. 13.* Prima ſpecies ad nos pertinet, † quæ duas ha-
bet partes, vt per *Bal. l. in. Licin. §. ſi pacíſcar. ff. de pact. Card. Alban. in Rub. & l. 1. ff. de Dolo
Marſ. ſingulari 32*, incipit, ſæpius. Prior eſt quando feci pacem cum inimico nondum
bannito, ſed qui paulo poſt cõmiſſo graui delicto incidit in bannum nunquid illum
occidendo cõmiſſa dicatur pœna, tum ſtatuti loquentis de pace rupta, tum pœna con-
uentionalis. Poſterior vero pars diſputationis eſt quando contraxi pacem, cum parti-
culari meo inimico, tũc temporis bannito, mox deinde nacta opportunitate ipſum in-
terficio numquid feram impune, an potius in ſtatutariam, vel cõuentionalem pœnam
31 incidam? †

Ad primam dubitationem videtur reſpondendum locum eſſe pœnæ eo argu-
mento quod præſumor, vt inimicum occidiſſe magis, quã vt bannitum, & ad vindi-
ctam potius priuatam, q̃ publicam, nam quando quis poteſt facere actum nomine
32 ꝓprio & † nomine alieno, creditur in dubio facere nomine ꝓprio *in l. Papinianus ff. mãd.
l. & magis ff. de ſolut.* Sed poterã occidere nomine meo, nẽpe ratione priuatæ vindictæ,
& nomine Reip. nempe pro vindictã publica, igitur atq; inde fit quod occidens banni-
tum ad propriam vindictã non conſequitur præmium propoſitum occidentibus ban-
nitos; *Petrus ſingulari 14. num. 4.* Idipſum videtur ſtatuendum in ſecundo quæſito, nam
facultas pluribus, vt vniuerſis conceſſa de iure publico licet priuatorum pactionibus
tolli non poſſit quantum ad omnes, tollitur tamen quantum ad ipſum promitten-
33 tem, † vt ſcil. ipſe contra promiſſionem venire non poſſit *l. venditor ff. Com. præd. in l.*
confert in *l. profundum ff. de ſeruit. ruſti. præd.* Quare licet poteſtas occidendi bannitum
ſit à iure publico; Ideoq; renunciatio facta non valeat *l. ius pub ff. de pact. l. nec ex prætorio
ff. de reg. iur.* eſt verum quantum ad omnes non reſpectu promittentis; Contrarium
tamen ſequitur *Bald. in l. iuriſgent. §. ſi paciſcar.* dicens in vtroq; caſu ceſſare pœnam; tã
conuentionalem, quam ſtatutariam, & ſecundum ſuam opinionem iudicatum eſſe
34 Florentiæ, atq; eius opinio probatur, quoad primum † dubium ex doctrina *Bartol. in
l. qui ſeruum ff. de verbo. obligat.* vbi ponit quæſt. in terminis, & aduerſus Oldradum con-
cludens ait, in pœnam non incidere quoniam promittens non offendere intelligi-
tur, niſi lege promittente, argumento *l. Quæro §. interlocutorem ff. locati*, ratio ait Bald.
Quia non videtur cogitatum quod poſſet exbanniri, nec veroſimile eſt, vt ego conſi-
dero, quod voluerit ſe obligare ad non offendendum in caſu ſuperuenientis banni,
cum ſit contra publicam vtilitatem; Accedit quod promiſi nõ offendere Ciuẽ, quãdo
35 autem incidit in bannum, deſinit eſſe † ciuis, immo fit hoſtis ciuitatis, vt ergo hoſtis, ſic
& iſte ſine pœna iure occiditur; Eo magis quod non ego; ſed vt legis miniſter vide-
or occidere *Bald. in l. reos Cod. de Accuſat.* confirmo noua ratione, ſi noua ſuper veniret
cauſa priuata, & ipſum offenderem, non committerem pœnam *Marſ. ſingul. 204. nu-
mer. 2. D. Anth. & Imol. c. 2. de renunciat* ergo longe magis pœnam euitabo, ex noua ſu-
perueniente cauſa publica, ideoq; non miror doct. omnes eſſe concordes in fauorem
occidentis, vt dicit *Bald. in citat. l. iuriſg. §. ſi paciſcar. ff. de pact.* Quorum plurimos cõge-
rit *Apoſt. ad Bart. in d. l. qui ſeruum*, & longe plures cumulat *Marſ. ſingulari 352.* ſæpius vi-
di. Quibus, & ipſe accedens munio illorum ſententiam nouo argumento. Etenim vbi
36 bannitus poſtquam incidit in bannum, atque ita factus eſt hoſtis ciuitatis, prior ipſi †
pacem fregit, nam cum euaſerit hoſtis, factus eſt omnibus ciuibus inimicus & mihi in
conſequentiam; Aduerſus autem eum qui prior frangit pacem poteſt pax rumpi, *gloſſa
& doct. in l. cum proponas Cod. de pact. Ioan. Andr. in c. fruſtra de regulis iuris in 6. Speculat in
titulo de treuga, & pace in primo Alex. conſ. 96. ante fin. vol. ſexto. latiſſime Marſ. ſingulari
337.* ſequutis homicidiis. Quibus ſuffragatur, quod cum factus ſit mihi inimicus, deſi-
nit eſſe pax inter nos, frangere itaq; illam non videbor, cum non entis nullæ ſint qua-
litates *l. decem ff. de verb. oblig.*

Nec huic ſententiæ repugnat fundamentum ſupra deductum, tum quia dilui-
tur ex hac poſteriore argumentatione, tum quia in dubio credor feciſſe nomine alie-
37 no ad publicam vindictam, ſiquidem nemo creditur delinquere † *l. merito ff. pro
ſoc.* ſed ſi præſumeretur occidiſſe ad vindictam priuatam, præſumeretur deliquiſſe,
nec officit regula *l. Papinianus ff. mandat. & l. magis ff. de ſol. quando fallit*, quando
per hoc quis præſumeretur deliquiſſe; vt in propoſito *Petrus Gerardus ſingulari 14.*

num.11.& 12. dicens eſſe not. limit. Rurſus ſententia *Bald.* quæ pluribus ſuffragiis recepta
eſt defenditur in *2. capite vulgari* illa ratione, quod ſcilicet ius occidendi bannitum
38 eſt ius publicum, cui † non poteſt renunciari pacto priuatorum *l. ius publicum cauſa*
vulg. ff. de pact. nec etiam cum iuramento, vt cum oppoſitione pœnæ *Bald. in §. ſi pacti-*
ſcar. d. l. 1. l. iuriſgent. Munitur etiam ex dictis *Bart. in ſæpe alleg. quæſt. Lucanæ ciuitatis verb.*
ſaluat. nu. 5. & n. 8. inquit enim Bartolus, quod Bannitus eſt hoſtis ciuitatis, & ei bellum
indixit promittendo impune occidi, & conſtituit officiales & miniſtros ad illum ca-
piendum, deinde quia ſubditus ſe rebellans à Domino dicitur hoſtis argumento *l. ſi*
ſeruus. de his qui ad eccleſ. confug. in fin. bannitus autem rebellauit à ſua ciuitate igitur ho-
ſtis. Qui cõtra fidem datam a priuato poteſt decipi, nec quiſquam niſi perſona publi-
ca tenetur fidem ſeruare *l. conuentionum ff. de pact. not. Bart. & alii in l. 1. §. non fuit ff. de do-*
lo, ſecundũ declarationem de qua infra, interficitur ergo impune; Tertio arguit *Bar.*
bannitus prodit iura ſuæ ciuitatis, vt certius eſt quam opus ſit probare, perdit ergo il-
lud ius ita vt frangẽs pacem tali pœna plectatur, in eo ergo non poteſt fieri fundamen-
tum, nec obiciatur quod perdat etiam, & aliud ius ſtatutum quod bannitus impune
39 poſſit occidi cum omnia iura, perdat, † quandoquidem amittit illa tum quæ commo-
dum illius reſpiciunt, non quæ tẽdunt ad eius perniciẽ, alioqui ſuperuacua eſſent ſta-
tuta; quæ bannitis pœnas infligunt *Bar. 7. verb. ſaluatoris n. 8.* dicens quo ad pœnam ſta-
tuti eſſe indubitatum ex ratione prædicta, & pluſculum difficultatis reperiri quo ad
pœnam conuentionalem, vtrum ſcilicet ipſa ſit commiſſa, quippe ſi pacto, vel ſtipula-
tione promiſſa ſit firma cenſetur, pactum enim iuriſgentium eſt, & ſtipulatio iuris
ciu. Romanorum, bannitus autem, nec iura gentium, nec iura, quæ ſunt com. ciuita-
40 tis Romanæ † perdit, ſed ſuæ ciuitatis tantum, *doct. in l. 1. C. de hæred. Inſtitut. in l. quod ergo*
§ ſi hæres ff. de leg. 1. Syluest. Aldobrand. in §. item relegati. Inſt. quibus mod. ius patri pot. ſol. Bart.
citato loco n. 8. & ideo bannitus dictæ obligationis conuentionalis eſt capax, merito is
qui contrafacit, eſt puniendus. Verum tamen hoc non ſufficit ad hoc vt valeat ob-
ligatio, ſed opus eſt vt promittens ſeſe poſſit obligare, & quod res eiuſmodi promitta-
tur, quę venire in obligationem poſſit, horum neutrum contingit hic; Nam ciuis ban-
nito nõ potuit obligari, inſuper illa obligatio dirigitur contra publicam vtilitatem ci-
uitatis imponentis bannum, cui ſicut prædiximus non poteſt renunciari merito, nec
principalis valuit ſcilicet de pace, nec acceſſoria de pœna *d. l. iuriſg. § ſi pacisſcar. & §. ge-*
neraliter ff. de pact. l. non dubium, & ibi not. Cod. de legibus l. pacta quæ contra C. de pact. Qui-
bus nõ refragatur obiectum ſumptum ex *l. vend. ff. Com. præd.* primo quoniã in ea vtet-
que contrahens erat capax obligationis, hic vero ſecus ibi ex illa promiſſione non læ-
debatur niſi ius promittentis hic etiam ius publicum. Tertio ius de quo in *gl.* compe-
41 tebat pluribus, vt ſingulis, ius autem occidendi bannitos competit pluribus † vt vni-
uerſis eiuſdem ciuitatis, quia non Titio, vel Mæuio, vt tali, ſed vt ciuibus eiuſdem
ciuitatis datur facultas occidendi, merito ibi valet renunciatio, hic vero non te-
net.

Nec prædictis quiſpiam opponat quod fides hoſti data ſit ſeruanda *c. Dominus*
23. diſtinct. cum his quæ ſupra copioſe diximus, ideoque, & bannito, qui *Bartolo* etiam
conſentiente hoſtis eſt ciuitatis, ſiquidem procedit in his quæ ſunt iuris priuati, vt
in precio redemptionis in promiſſione de redeundo, ſi precium non ſoluatur non in
illis, quæ ad ius publicum ſpectant, eiuſmodi eſt pacem facere, & incolumitatem hoſti
promittere, quoniam repugnat rationi quod vniuerſa ciuitas ſit inimica, & mortem
42 hoſtis expetat, vnum autem membrum † ciuitatis, talis enim eſt vnus ciuis q̃ vitam, &
pacem ſpondeat, addo hic ciuis, qui ita pacem contrahit, publicum officium Ducis,
vel Imperatoris quantum in ſe eſt turpat: ad not. *in d. l. conuentionum ff. de pact.* Quare
pax facta cum bannito nullius erit valoris, eaq; ratione intercidet promiſſio pœnalis,
cum tanquam acceſſoria corruat ſuo deficienti principali *c. acceſſorium.* vbi *Dyn. de reg.*
iur. in 6. l. cum principalis ff. eod. l. nihil dolo. §. 1. eod. tit. In his itaque quæ ſunt iuris priuati
43 promiſſio erit bannito ſeruanda, † cum res quæ promiſſa fuit venire in obligatio-
nem poſſit, & eorum quæ iurisgentium ſunt, vel iuris ciu. Roman. ſit capax. vt conſtat
ex antedictis, hinc *Marſ. ſingulari 352. ex* mente *Bald. & Salyc.* ait quod ſi facultas oc-
cidendi bannitum competeret iure priuato, poſſet ei per pactum renunciare, & id
ipſum confirmat, & dicit eſſe notandum in *ſua pract. crimin. cart. 166.*

Supra

44 Supradictis ſimilis eſt quæſtio vtrum † doli boni munus ſit iniuſtum, atq; iniquum
vectigal, calliditate, aut verſutia fraudare, dixi iniuſtum quoniam reſpectu iuſti ve-
45 ctigalis expeditum non licere, eſt autem duplex † vectigal alterũ quidem, quod pro re-
bus in ciuitatẽ inuectis, vel ex ea euectis ſoluitur, olim octaua pars erat debita, *glo. præ-
ſtatione C. de vectigal.* hodie pro arbitrio conſtituentium. Alterum eſt quod reip. ex fun-
dis, & prædiis à cõductoribus præſtatur *l. 1. ff. ſi ager vectig. vel emphit. pet. l. eum qui vecti-
gal.* & ibi *Alciat. ff. de verb. ſignif.* & in *lib. 3. diſputat. cap.* 10. atque hinc fundi vectigales di-
46 cuntur, qui Principi tributum pendere tenentur, iuſte enim † Principes tributa im-
ponunt, & iuſte ſubditi illa perſoluunt, quoniam, vt inquit *Paul. ad* Rom. 13. Miniſtri
Dei ſunt, in hoc ipſum ei ſeruientes, plurimos namque labores Princeps ſubit pro
populo cũ proſpiciat rebus publicis, regnum bello & armis defendat, annonam pro-
curet, ac ciuium ſaluti, quaſi pater filiorum incolumitati ſemper inuigilet; iure igi-
tur vectigal exigit, ſiquidem dignus eſt mercenarius qui operatur mercede ſua, ſicut
47 *Lucæ cap.* 10. continetur, proinde † improbe agerent ſubditi, ſi fraude, aut ſimulatio-
ne debito iuſtoque tributo Principem fraudarent, tenerenturque ſub mortali pecca-
to ad reſtitutionem, vt copioſe *Did. in reg. peccatum in 2. part. §. 5. numer. 4. verb. id-
circo quæſtione.* verum non leuis videtur eſſe quæſtio, an bono dolo adducti dicantur
hi, qui iniuſtum vectigal quacunque poſſunt arte deludunt, Iniuſtum autem vecti-
48 gal dicitur altero de duobus † modis, vel quia ſit impoſitum ab eo, qui ius imponen-
di non habeat, nempe ſi à Principe qui recognoſcat ſuperiorem. *l. vectig. Cod. vectig.
noua. Bartol. & Dd. in l. placet C. de ſacroſ. Eccleſiis.* vel quia non ad expenſas neceſſarias
defenſioni, & adminiſtrationi reipub. iuſtamque labotis mercedem ſed potius ad
luxum, ſiue ad delicias. *Did. d. loco num. 4. & 5. verb. quod ſi vectigal.* & ſane fraudari non
poſſe, nec bonum dolum in hac ſimulatione contineri, ſed malum probatur *ex cap. o-
mnis anima extr. de cenſibus.* omnis anima, inquit, poteſtatibus ſublimiorib. ſubdita ſit, nõ
enim eſt poteſtas infra Deo, itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, vet. ex
l. 1. ff. de conſtit. Princip. §. ſed quod Principi Inſt. de iure naturali &c. vbi quod Principi placet
vim legis habet, ipſe iudicat, & non iudicatur in auth de Cõſul. nemoq; debet imperi-
alẽ ſenium contemnere *l. fin. C. de legib.* 111. lex quamuis dura ſeruanda eſt *l. proſpexit. ff.*
49 *qui & à quib.* Cęterũ in contrariam ſententiam cõm. ſuffragio itum eſt † *Did. allegato loco
n. 5 i. quod ſi vect.* dicens à Bar. 1. excogitatũ in *l. vect. ff. d. publican. & vect.* eamq; deinceps
frequentiſſimo omnium conſenſu poſteriores Dd. eſſe locutos confirmatur ex cumu-
latis à *Tiraq. in præfat. retract. conſang. n.* 68. vbi innumeros vtriuſq; fori rogatos, enume-
rat huius ſententiæ aſſertores & nullum contradictorem deducẽs. Ratio vero eſt quia
Princeps iniuſtum vectig. imponens primus peccat & ſuos ſubditos defraudat, vt pa-
lam eſt, & fraus poteſt fraude repelli, ſicut clauum clauo trudimus, & ratio rationis vi-
detur, quoniam non eſt dolo vti ſed fraudem excludere intentio. n. ſimulantis non eſt
principẽ dolo circumuenire, ſed damnum euitare. *Tiraq. d. loco numer. 69. per text. in l.
cum pater. §. Titio. ff. leg. 1.* ibi *non dolo fecit, fraudem excluſit.*

Allegatis autem in contrarium nec ardua, nec difficilis eſt reſponſio, primum, e-
50 nim & ſecundum obiectum † diluitur, quippe quia procedit quoties principis ordi-
natio iuſta ſit, & æquum ſuperioris placitum, argument. *tex. in c. erit lex diſtinct. 4. & pro-
uerb. cap.* 8. per me Reges regnant, & conditores legum iuſta decernunt, Tertia habet
locum in lege dura non autem iniqua, & iniuſta quia non dicit lex quãuis iniqua &c.
Huic non aſſimile eſt quod addit *Tiraq. citato loco* ad comprobationem prædictæ con-
51 cluſionis, nempe eum qui inique † detinetur in carcere poſſe clanculum aliqua frau-
de, vel ſimulatione compoſita, licite fugam capere ex gloſſ. mag in clem. paſtoralis. *in
tit. per violentiam de ſent. extra iud. quam commun. probant omnes & Iuriſt.* ſequuntur quos
copioſe congerit *Tiraq. d. num. 69.* & inter eos *Iaſ. in 2. lect. l. adminiſtrandi ff. de iureiuran.
in 1. lect. num. 61 in 2. num. 175.* vbi refert *Bartol. in l. relegati. ff. de pœnis*, dicentem ex The-
52 olog. ſententia damnatum ad mortem † ex iuſta & probata legibus cauſa peccare mor-
taliter, ſi aufugiat, ſecus ſi iniuſta eſſet ſententia, conceſſum enim eſſet tunc fuga ſan-
guinem ſuum redimere argum. *l. 1. ff. de bonis eorum qui ante ſent. l. tranſigere vbi Doct. l. d.
tranſact.* quod ſane tot dignum eſt, imo ſi data opportunitate nõ fugeret, peccaret. *Di-
dac. lib 1. cap. 2. num. 15.* ſexto eadem ratione cum ſeq. vbi de eo qui iuſte damnatus ſit,
videtur ſentire contrarium ſi non aufugiat.

Fit præterea locus conuiuali quæſt. occaſione eiuſdem doli boni; cum plures in
53 certamine curſus tenderent ad brauium duo † cęteros prętervecti erãt quorum alter,

vt alterum ſuperaret, manu porrecta ſuper caput alterius equi frenum ab eius ore, & collo deduxit, factumque eſt vt cu Seſſor equi regendi poteſtatē non haberet curſum tardius perficeret, atque ita Adverſarius dolo deiecti freni, citius metam contigit, ſeruus ad deſtinatum locum ſine illo dolo venturus, in dubium reuocatur, an boni huius doli ferre præmium debeat, in cuius rei diſputatione libet primum declarare quid ſit brauium. Deinde à quo primum inſtitutum, mox quotuplex ſit, & de quo ſit nobis inſtituta diſceptatio, priori dubitationi reſpōdens dico, quod etſi à nemine definitum aut deſcriptum brauium inuenerim, tamen poteſt hoc modo, non ineleganter deſcri-
54 bi† Brauium eſt præmium in certamine curſus in ſignum honoris velociori præſtari ſolitum. dixi præmium ſimpliciter, nec qualitatem adieci, quoniam varium fuit pro
55 temporum & locorum varietate, † etenim in Olympia, qui vincebant coronabantur oleaſtro, in Pythiis lauro, & ante quam laurus eſſet, eſculea corona donabatur, *Ouidius 11. Metamorphos.*

Hic Iuuenum, quicunque manu, pedibusue, rotaue
Vicerat, eſculeæ capiebat frondis honorem.

Mox ſuccedente tempore certis rebus ad arbitrium proponentis victores donabantur quemadmodum aperte conſtat ex *Marone* v. *Æneidos.*

Primus equum Phaleris inſignem victor habeto,
Alter Amazzoniam pharetram, plenamque ſagittis, etc.

Noſtris vero temporibus pallium paſſim proponi ſolet, vel ſericeum, vel laneum pro dignitate offerentis, vel pro qualitate currentium. Dixi in certamine curſus, vt diſtin-
56 guerem ab aliis præmiis. quæ in diuerſis generibus conſtituuntur, † nempe pugilum, colluctationis, pancraſtii, de quibus in *l. hac actione, ff. ad l. Aquil.* item ſaltus, diſci, iaculi
57 iaciēdi *l. ſolent. ff. de alea luſu.* Admonet hic locus, vt explicem quid Pancratium† ſit, tum quia præſtat intellectum *d. §. ſi colluctationis*, tum quia Gellii lepidam quandam hiſtoriam declarat, & Quintil. nobilem ſententiam exponit: petenda eſt autem huius nominis interpretatio a *Cælio Rhodig. antiq. lectio libro* 13. *cap.* 30. qui ad mentem *Ariſtotel. z Rhetoric.* atque ex propriis verbis ipſius ita interpretatur, qui pedibus, diu ac certiſſime mouetur, Dromicus eſt ſiue curſor, qui Aduerſarium premere, ac retinere valet, Paleſtricus i luctator, qui vero plagas impingere poteſt pugil ac percuſſor, qui his duobus præcellit Pancraſticus, qui his omnibus Pentathlus. *Barbarus in annot. Plini. lib.* 34. *cap.* 8. videtur his addere, vt Pancraſtici nomen conueniat opus eſſe ea die, pugnis, & lucta certare & inſuper victoriam reportare, Pentathlao vero ſatis erat, vt generibus illis quinq; pugnaret eodem die nempe diſco haſta, ſaltu, iaculatio-
58 ne, luctatione in quibus certari virtutis gratia reſpōdit Iuriſcon. in *d. l. ſolent* atq; ex his
59 creditur planus† ſenſus. §. *ſi in colluctatione*, nec eſt obſcurum quid ſenſerit† *Quintil. in* 1. *Orat. inſtit. in illis verbis Peritus.* non ſi docendum Pancraſtiaſtem ſuſceperit, pugno ferire, vel calce tantum, aut nexus modo, at & in his ictus aliquos docebit, ſed omnia quæ ſunt eius certaminis, facile etiam intelligitur *Gell. lib.* 3. *cap.* 15. Diagorę celebratam hiſtoriam referens, ait enim Diagoras tres filios adoleſcentes habuit, vnum pugilem, Alterum Pancraſtiaſtem, tertium luctatorem eoſq; omnes vidit vincere, coronariq; eodem Olympiæ die præ gaudio in manibus filiorum animam efflauit Dixi in ſignum honoris, quia gratia virtutis certatur *d. l. ſolent*, honor autem præ-
60 mium, & argumentum virtutis † eſt *Ariſt.* 4. *Ethic. &* 1. *Rhetor.* honor inquit eſt bene facti, ac operationis ſignum vt etiam *Virg. lib.* v. *Æneid.*

Gnoſia bina dabo, leuato lucida ferro
Spicula, celataque argento ferre bipennem:
Omnibus hic erit honor vnus. & paulo infra:
Sic ait, & geminum pugna proponit honorem.

Veniens modo ad ſecundum, dico, cum eodem *Rhodig. lib.* 13. *cap.* 17. ad Her-
61 culem referri † ſacri huius certaminis originem, & ab eo Olympia nuncupatum, quia is cum ex Creta inſula cum fratribus ſuis in Olympiam veniſſet, Peoneto, Epimede, Iaſio, Idaomnium nexu maximus exiſtens Hercules ad currendi certamen victorem coronauit Oleaſtro ramo, & quinto quoq; anno inſtituit celebrari quod fratres quin-
62 que num. fuerint. Ab eodem quoq; inſtitutum fuiſſe paleſtram videtur † innuere idē *Celius Rhod.* & narrat cū in paleſtrā Hercules multos prolectaret, nec auderet aliquis, cū eo congredi, luctatorē aſſimulans Iupp. illi ſe obtulit, cūq; mutuis diu ſtetiſſet victoria

a filio

63 filio demum ſe aperuit pater. duplex autem eſſe brauium reperio, † alterum ſpirituale, quod omnibus hominibus ſummi Dei beneficio in hoc ſtadio mundi currẽtibus propoſitum eſt, iuxta illud: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, atq; ad agnitionem veritatis venire, quod *D. Paul. 3. Philip.* brauium diuinę vocationis appellat. Alterum eſt temporale, quod inter homines alicuius ciuitatis, vel Prouinciæ, Lætitiæ tempore, vel ſtatis anni temporibus a ſuperiore aliquo nempe Magiſtratu, vel principe ſolet proponi *l. pen. C. de ſpectac. libro* 12. cuius meminit *Bartol. & poſt eum Iaſon Alex. & alii in l. 1. §. item adquirimus, & §. per eum ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. qui fundum ff. quemadmodum ſeruitus amittatur in l. 1. §. quaſitum ff. de aqua quotid. & aſtiu. idem Bart. in l. pen. C. de ſpectacul. &*
64 *ſcenic. lib.* 12. Hoc vero alterum bifariam diuiditur, † aut enim pedeſtres homines currunt, cuius exemplum ponit *Virg. 5. Æneid.* facit *text. in d. l. ſolent ibi, vel currendo*, aut equis vel curribus inſidẽtes, de quo brauio præcipue tractant. *Bar. & alii, dd. locis.* quęrentes an ſi vnus equus excuſſo ſeſſore, primus & ſolus peruenerit ad metam deinde a-
65 lius cum ſeſſore acceſſerit, cui pręmium deferendum † ſit, de eodem eſt *tex. in l. plenum §. equitis ff. de vſu & habit. ibi: equitus legato vſu*, ſi forte auriga fuit, cui vſus equorum relictus eſt, non puto Circenſibus iis vſurũ *text. eſt etiam in l. apud laborem ff. de praſcript. verbis*, in qua ait Iuriſcõſultus, ſi ego equum meum venalem tibi volenti emere experiundũ dedero, tuq; deſultor cum eo cucurreris, & viceris, deinde emere nolueris mercedem certaminis, vnà cum equo reddere debes, ad idem eſt quoq; *tex. in l. fin. C. de ſpectac.* ibi: nemo iudicum ex quacunq; ciuitate in aliud oppidum, vel ex eo prouinciæ ſolo, equos curules aurigas tenet traducere. his ſimilis & alius *text. in l. ſcire debemus ff. de verb. obl. in l. pecuniam §. quadrig. ff. de leg. 2.*

De temporali itaque brauio, legibus, & rationibus nobis diſſerendum eſt; ad ſpirituale autem fide, ſpe, caritate, & humilitate ſemper aſpirandum, reperio propoſitum articulum in terminis tractatum per *Ioſephum Montardum Vercellens. in Rub.* (vt publicę letitiæ, vel conſulum nunciatores *libro 12. propoſito fin. §. 71. nu. 4. verb. duo ſint.*
66 qui in fauorem deficientis † frenum ab ore alterius, equi multa deducit, † & primo vul-
67 gat. *Virgilii verſum, Dolus an virtus quis in hoſte requirat*, multis exemplis munitum maxime vero Troianorũ, qui Clypeos, Galeas, & arma Græcorum induti per agmina ipſorum procedentes ignoti multos interemerunt, Quod & fecerunt Eurial. & Nyſus apud *Virg. lib. 9.* dum Rutulorum Latinorumq; exercitus vino, ſomnoq; ſepultus iacebat in campis.

Sic memorat, vocemq; premit, ſimul enſe ſuperbum
Rhamnetem aggreditur.

Tum caput ipſi aufert domino truncumque reliquit, ſanguine ſingultãtem. Secundo quia hæc pugna conditionalis videtur ſc. ſi vicerit eorum aliquis, ſed licet reſiſtere, ne vincatur argumento *l. vt vim ff. de Iuſt. & iure*, in terminis eſt gl. *in l. in executione §. ff. de verb. obl.* dicentis in certamine iaciendi iaculum poſſe impediri ne vincatur. Tertio quemadmodum cum pugna fit conditionalis ſufficit conditionem ipſo facto impleri *l. Maeuius ff. de cond. & demonſt.* tv. ex *l. 1. §. nõ fuit ff. de dolo* quæ definit adverſus hoſtes cõceſſum eſſe machinationem, & virtutis nomen, v. vltra ipſum ſuffragatur ſententia *Virg. in perſona Æneæ lib. 5. Æneid.* nã ille max. Teucrorum ductor ſuccumbenti per dolum alterius promiſſum præmium denegat, atq; concedit illi, qui non propria virtute, ſed aliena malitia vicerat.

Emicat Eurialus, & munere victor Amici
Prima tenet plauſuq; volat fremituq; ſecundo tum;
Magnũ ſaltus clamoribus implet
Ereptumque dolo reddi ſibi poſcit honorem,
Tum pater Æneas veſtra inquit munera vobis
Certa manent pueri, & palmam mouet ordine nemo
Me liceat caſum miſerari inſontis Amici.

Quibus conuenit curſus Hyppomanis, & Adantę Virg. apud *Ouid. libro Metamorph.* Quippe iuuenis amans, vt fuit à Venere edoctus, iactu triũ aureorum pomorũ puellam in illis colligendis morantem atteuerit, ſine illo dolo poſtremus in curſu futurus, & tamen victor declaratus pręmii loco (vt erat cõuentũ inter eos) Virginis nuptias eſt conſequutus. vt. ex *l. qua act. §. ſi in colluctatione ff. ad l. Aquil.* in qua damnũ datum non eſt emendandũ. Quia gloriæ, & virtutis non iniuriæ gratia damnum videtur illatum, noluit enim iniuriam facere qui frenum deiecit, ſed acquirendæ gloriæ cauſa

Vltimo quoniam vigilantibus non dormientibus iura ſubueniunt *l. pupillus §. de his ff. quæ in fraud. cred. &. l. vt perfectus, & l. vlt. C. de annal. except.* qui ſancit differentiam eſſe de-
bere inter deſides, & vigilantes, ideoq; infertur ad praxim. quod ſi caueatur ſtatuto, vt
in aliquo caſu nulla currat præſcriptio, videtur tolli tantum præſcriptio longi tempo-
ris X. vel XX. annorum, non etiam longiſſimi temporis nam contra deſides & ſui iu-
ris contemptores introductæ ſunt huiuſmodi præſcriptiones *Tiraq. multa cumulans in retract. conuent. §. 1. glo. 2. num. 12.* Neglexit autem iſte bene aptatum equo ſuo frenum
habere, & bene colligatum, non aliter caſurū fuiſſe malitia Aduerſarii, ferat ergo ſuæ
68 negligentiæ pœnam, & ille vigilantię premium conſequatur. † Contrariam ſententi-
am probant *d. Modernus in Alleg. Rubr. C. vt publ. lætitia*, vel conſuli argumento tex. in *l. qui foueas in l. ſi explagis §. cum pila ff. ad l. Aquil.* ſed prior ille locus, tanquam a materia
noſtra nimis remotus poteſt contemni. & rei magis cohæret ſecundus, ſed tamen fa-
cile euitatur, quoniam ille ſeruus q̄ pulſum crus fregit non erat de ludentibus, vt col-
ligitur, ex verbis tex; Quicquid dixerit gloſſa ſupponit enim tex. ludentes eſſe liberos;
Et dixit quidam ex his ſeruulum & c. *quod ſi fuiſſet de ludentibus tex. non tacuiſſet, ſicut non reticuit in d. §. ſi in colluctatione*, & patet ex *l. item mela in 1. eod. tit. quam glo.* allegat pro con-
cordanti in *d. §. cum pila*, vbi ſeruus non erat de ludentibus. Secundo quoq; loco ratio
citatur ſi inter aliquos certatur virtutis gratia, & inter eos ſponſio facta ſit interponēs
impedimentum quo alter non certet. viciſſe non dicitur *l. ſolet ff. de alea luſu, & aleatoribus*, quæ nihil probat & *l. in exequutione §. fin. ff. de verb. obl.* vbi obligatus ſub conditio-
ne ſi præſtiterit impedimentum perinde tenetur, ac ſi impleta conditio fuiſſet verum
facile commouetur, quia is qui currit non eſt alteri conditionaliter obligatus, deinde
vbi glo. declarat, & laudat Iaſ. ex mente Doctorum ſi in ludo, ſit aliquis conditionali-
ter obligatus, puta ſi me viceris, diſco; paleſtra, vel ſaltu, iuxta *l. ſolent, & d. §. ſi in colluctatione*, decem
69 † dabo. poſſum tamen impedire ne vincas, dummodo per actum virtutis
impediam reſiſtendo totis viribus, aut omni quia potero pertinacia currēdo, vt in caſu
præſenti induſtria enim & magna celeritas fuit, ſic frenum diſcutere, ſed hoc dictum
ſit ex abundanti quādoquidē ſumus extra terminos *d. l. in exequutione*, neq; enim quiſ-
q; currentum eſt currentibus obligatus, ſed obligatio eſt contracta inter dominum
qui brauium attulit & illum qui citius metam contigerit.

Tertio loco vltra præfatos Modernos confert huic ſententię doctrina Bart. à ne-
70 mine quod viderim ponderata *in l. pen. † & fin. C. de ſpectac. lib. 12.* nota iſtam legem cō-
tra eos qui Raganticos exiſtentes ſupra equos currentes ad brauium faciendo ire illos
ad alium locum deterrēdo, equum currentem ad brauium, vel faciendo eum cadere,
vel equum ne currat, quod punitur tamquam legis violator, hic vero impediuit, ne
curreret recta via, cum ſine freno regere equum non poſſit, fecit etiam quantum in i-
pſo fuit, vt ſeſſor caderet, cum deiecto freno non valeat gubernare; Verum euertitur
obex dicendo Bart. doctrinam habere locum in his qui non ſunt in numero currentium,
71 ſed † extra ludum, & in his terminis Bart. loqui ſit manifeſtum quod non bene infer-
retur iudicibus qui non ludunt ad ludentes, recte autem currit illatio ad alios extra lu-
dum poſitos; Cæterum quamuis allegatæ rationes fragiles ſint, aliis tamen validiori-
bus adductus adhæreo huic poſteriori ſententiæ pro vt eſt grauiſſima. *Cic.* authoritate
qui *in 3. off.* in hæc verba loquitur, vt & qui in ſtadio currit, eniti, & cōtendere debet vt
vincat ſupplantare eum qui cum certet, aut manu depellere nullo modo debet, ſic in
vita ſua ſibi queq; petere quod pertineat ad vſum non iniquū eſt, alteri diripere ius nō
eſt, ex qua ſimilitudine infero, ſicut ſemper iniuſtum eſt, alteri ius ſuum diripere, ita
ſemper iniquum eum cum quo certes ſupplātare, aut depellere. Ciceroni autem non
72 minus † videtur tribuendum quā Iuriſc. nam Iuriſc. & quidem eruditū ſeſe oſtendit
in *libris ſuis de legibus, itē de Repub.* Quis enim de legibus ſcribere tam accurate potuiſſet,
niſi maxima foret iuriſprudentia ornatus? eandem peritiam in *libris Topc.* patefecit,
in quibus argument. locos iuris ciuilis exemplis illuſtrat, in *oratione pro Milone*, tractat
materiam *legis, vt vim. ff. de iuſt. & iure. in orationibus in Verrem* de iuriſdictione, & edicto
prætoris diſputat acutiſſime. *In libris de oratore, & de inuentione*, omnia complet præ-
ceptis & exemplis iuris ciuilis, & ibidem de bono, & æquo, quod iuris noſtri funda-
73 mentum eſt diſſerit ſapientiſſime. † Accedit ſecūdo quod id genus certaminis virtutē
continet, quando virtutis, & glorię cauſa pugnatur *d. l. qua actione §. ſi colluctationis, & d. l. ſolet*, nō decet ergo actū fraudis & malitiæ intermiſcere; qualis apparet act⁹. deiectio-
nis freni, licet n fiat cū induſtria in ſe tamen habet fraudem, induſtria eſt etiam aliqui

murum

Digitized by Google

murũ cõſcendere, ſi tamen aſcẽdens furetur in domo, fraudi nõ induſtriæ aſcribitur, ſed virtutis actibus aſpirandum eſt ad victoriam, nempe meliorẽ partẽ ſtadii accipere, velociorem, dociliòremq; equum eligere, antequam dies currendi venerit, de equo ſępius periculum facere, Quid ſi ſeſſor alterius equi, nõ frenum, ſed ſeſſorem depelleret alterius equi, aut frangeret baculo crus equi, credo neminem daturũ, illi pręmium illa ratione quod in ludo virtutis, virtute non fraude certare oportet. quis autem negauerit in deiectione freni fraudem contineri, velociori promittitur brauium nõ callidiori, & ei qui virtutis velocitatis prior metam attigerit, Tertio licet reſiſtere, ne aduerſarius vincat, ſed per actum virtutis *Iaſ. gloſſ. & alii in d. l. in executione §. fin.* virtus autem conſiſtit in curſu, & in his quæ ex natura ludi adiuuãt curſum, vt exemplis doctorum ibi apertiſſimum eſt, nemo vero dixerit actum illum deiectionis pertinere ad virtutem, cum ſit potius ſupplantatio vt in primo argumento ex Cic. authoritate, atq; ita fraudibus occurritur.

Fundamenta autem contraria facile commouentur, & primum diluitur per Modernos in *d. Rub.* quoniam procedit in vero bello, & inter veros hoſtes, non in bello vmbratili, & inter vmbratiles hoſtes, qui virtutis cauſa decertant, & allegat. *Parid. de Put. in tract. de re milit. in quæſt. de prouocat.* in bello autem vero, pugna ſuſcipitur cauſa dominandi, vt ait *Salluſt. de coniur. Catil.* vbi bellorum cauſa dominandi libido, vel ad defenſionem rerum noſtrarum vt quiete, & pacifice poſſideamus illas *Cic. 1. de off.* bella ſuſcipienda ſunt, vt in pace ſine iniuria viuatur, & Di. *Auguſt.* bellum geritur, vt pax acquiratur nec quæritur in bello, quis magis honore ſit dignus, ſed quis debeat imperare. Idem *Cic. 1. de off.* referens dominium Pyrrhi ibi: nõ aurum poſco, &c. ſecundum euertitur quia licet reſiſtere, ne vincatur ſed per actum virtutis vt dictum eſt, non fraudis. Tertium deſtruitur velut cera ante faciem ignis, negando hanc pugnam eſſe mere conditionalem, ſi vicerit quippe ſubintelligitur ſi modo vincatur ſecundũ naturam ludi, nimirum per actionem virtutis, ſicut eſt certamen virtutis *d. l. ſolent*, diſpoſitio autem promittentis brauium accipitur ſecundum naturam actus argumento *l. cum quid ff. ſi cert. pet. l. 3. cum ibi not. ff. de leg. 1.* alioquin ſi liceret quoquomodo impleri conditionem ſequerentur multa inconuenientia, de quibus in ſecũdo noſtræ opinionis fundamento. Quarto argumento ſatisfactũ eſt ex ſolutione data ad primũ. Quinto occurritur dupliciter, & primo quando impedimentum illatum Salio metam iam iam contingenti, non emanauit ab Eurialo victore, ſed à Niſo vno ex currentibus, qui depulit Salium, vt faueret Eurialo amico ipſo tamen ignorante patet ex illis verſ.

Non tamen Euriali, non ille oblitus amorum.
Nam ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens,

Secundo quoniam ſi datum primum præmium fuiſſet Salio ſecundum erat dandum Eurialo, qui verè poſt Salium propinquior erat termino, atq; ita relictus erat ſine præmio Diores, qui proximior poſt Eurialũ venerat. At veniente Eurialo ipſe quoq; ſecundum præmium acquirebat, quare hoc ſentiens,

Magna proclamat voce Diores
Qui ſubiit palmæ fruſtraq; ad præmia venit,
Vltima ſi primi Salio reddantur honores.

Negotium etiam non facit *locus Ouidianus.* Euitatur enim multifariam, & ante omnia quia fuit in poteſtate puellæ non colligere poma, ſed curſum perficere, & ideo ſuæ cupiditati imputet, volenti enim non fit iniuria, nec dolus vllus infertur. *Rom. & alii in l. cum donationis. C. de tranſact. Soc. conſ. 42. lib. 4. Tobias conſ. 61. nu. 10. 11.* Inuectima- mans de ſalute ſua contendebat ſi quidem victus erat ex conuentione moriturus, quamobrem licuit ſanguinem ſuum quocunque modo redimere *l. 1. ff. de bon. eorum qui ſibi mort. &c. & Doct. in l. tranſigere Cod. de tranſaction.* Tertio quoniam ibi agebatur cauſa matrimonii, cui ſemper fauendum eſt ad not. in *l. 1. ff. ſol. matrimonio.* Sextum obiectum ſoluitur ex argumentis contrariæ partis quippe oſtendimus frenum deiicere non eſſe actum virtutis. vltimum tandem fundamentum tollitur, quia non in dormiente ſumus, aut negligente, ſed magis in decepto, cui ſuccurrendum eſſe definit tex. *l. in eo §. mulieribus, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. l. 2. §. verba ff. ad Velleianum. l. penultim. Cod. ſi minor, maiorem ſe dixerit. c. inter dilectos extra de donation.* negligens autem, vel dormiens fuiſſet dominus equi ſi frenum ſua ſponte cecidiſſet, aut fractum eſſet.

Non puto etiam prætereundam ſilentio aliam quæſtionem iucundam ſanè, &
75 ad veniendum in foro procliuem † quippe ad ludum pertinet, in quo dolus bonus
interdum verſatur, quamuis ſæpius inueniatur malus in eo, magna cum iuuenum ia-
ctura, vt experientia compertiſſimum eſt. Dubitatio vero ita ſe habet, vnus ex luden-
tibus habens in ſuis aleis numerum, qui poteſt, in eo ludo contingere, omnium ma-
ximum, adeò vt penes ipſum certa ſit ludi victoria, auget ſponſionem & præmium du-
plicat victoriæ ſi placeat ſociis, quorum alter rei ignarus, & credens ſe ſatis amplum
habere numerum conditionem acceptauit augmenti, & detectis manifeſtatiſque a-
leis ſe victum agnouit, quæſtionis eſt, vtrumnus, qui in clara apertaque victoria non
dubitauit duplare ſponſionē debeat quaſi doloſe verſatus dictum augmentum in a-
nimæ ſud. reſtituere, an vero quia potius ſit dolus bonus non teneatur. Priuſquam di-
ſputationem ingrediar cuiuſdam præludii loco declarandum arbitror ante omnia,
quid ſit ludus, neminem autem reperiens noſtrorum auorum, qui iſtam, quam quæ-
76 rimus definitionem afferat, puto ſic craſſa Minerua definiendum; Ludus † eſt actus à
pluribus lucri, recreationis, vel virtutis cauſa celebratus, dicitur à pluribus quoniam
nemo ſolus ludit, ſicut eſt apud noſtrates in adagio de eo, quem volunt indicare lu-
dis oblectari, nemo vidit vnquam ludere ſolum (lucri) vt accidit in ludo taxillorum,
alearumue magna aliqua ſumma pecuniæ propoſita, nam ludi non ſufficeret ad ar-
guendam cupiditatem lucri, niſi quantitas vel eximia rei qualitas interueniret, nem-
pe in re modici valoris non debet præſumi lucrandi voluntas, Id vero ludi genus non
modo diuino iure prohibitum eſt, ſed etiam humano, not. Doct. in *l. decernimus C. de E-
piſc. & Cleric. & in §. illud in proœm. digeſtorū. in l. 1. & fin. ff. de alea luſu, & aleatoribus* & non
ſolum laicis, de quibus prædict. iura loquuntur, ſed etiam Clericis *c. Epiſcopus 35. di-
ſtinct.* in quo pœnæ Clericorum ludentium enumerantur *c. Clerici, & ibi Abb. col. 6. ext.
de vit. & honeſt. Clericorum.* Dixi recreationis, quando ſcilicet ſtudiis, aut negocii, ferē-
tibus, vel aliis defeſſi ludimus, quo recreati alacriores ad laborē, & acutiores ſurgamus
ad ſtudia, id vero tum præcipue aſſequimur, cum de re leui in loco, & tempore opor-
tuno, breuique ſpatio ludum aliquem exerceamus, quæ ſpecies ludi, vſque adeò con-
77 ceſſa † eſt, vt virtus etiam Eutrapeliæ appelletur à Philoſopho, à quò monemur etiam
illum adhibere, id quod etiam facit *Auſonius*.

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Vt poſſis animo, quemuis ſufferre laborem:

Nam, vt *Ouid.* ait.

Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Et Ariſt. X. Ethicorum ait, cum non poſſint homines continuò operari, indigent †
78 requie, ludumque ait in vita eſſe neceſſarium, de hoc ludo eſt text. in *l. quod in conuiuio
in 1. ff. alea luſu.* Qui non ſolum ad priuatorum ciuium recreationem inuentus eſt,
ſed ad totius populi oblectamentum inductus, vt palam eſt ex Scenicis ludis, de qui-
bus in *tit. C. de ſpect. & Scen. lib. 12. & in l. 2. §. ait prætor qui in ſcenam ff. de his qui not. infam.*
Eſt autem Scena, vt ibi *Labeo* definit quæ ludorum faciendorum cauſa quolibet loco,
79 vbi quis conſiſtat, moueaturque ſpectaculum ſui præbiturus poſita ſit in publico † pri-
uatoue rurſus apparet ex circenſibus ludis, & Theatralibus, quorum mentio eſt in *l.
plenum. §. equitiu. ff. de vſu, & habit. in l. 1. ff. de muner. & honor. in l. 122. ff. de leg. 1. l. pen. C. de
Diuort. & repud.* Dixi virtutis quoniam eius ſæpe exercendæ cauſa ludimus cum præ-
cipue corpore laboramus, vel lucta, curſu, haſta *l. ſolent obl. ſeq. ff. de alea luſu l. hac actione
§. ſi in colluctatione ff. ad l. Aquil.* In primo autem genere ludi, verſatur noſtra diſputatio
80 ex tribus modo enumeratis, quod tamen, & ſi illicitum ſit, † & lege improbatum tamē
quæ in eo ſunt acquiſita minime veniunt in foro animæ reſtituenda, dummodo non
ſit commiſſa fraus, ſicut frequentiorem dicit eſſe Theologorum ſententiam *Did. in re-
pectitione part. 2. §. quarto num. 2.* Ea ratione quod ludus alearum, eſt quidam inter lu-
dentes contractus conditionalis, quo inter eos conuenit, vt cui alea iſto, vel illo modo
contigerit teneatur alter oppoſitam pecuniam reddere, igitur, quod ex libera eius vo-
luntate acquiſierit non tenebitur reſtituere etſi ludendi cauſa conuentum fuit, argu-
mento *l. 1. §. ſi conuenerit ff. Depoſit. cap. 1. ext. d. pact. cano. in c. pen. extr. de vita, & honeſt. Cle-
ricorum,* Si modo in eo non ſit dolus adhibitus ab eo quod ſupra lucratus *D. Thom. 2. ſe-
cunda quæſt. 32. art. 7. ex notiſſ. reg.* Quod fraus, & dolus non debet cuiquam patro-
cinari, text. eſt in *l. neque ff. de dolo, Albi conſ. 9. num. 7. Bocr. conſ. 40. nu. 41.* Et quo ad do-
lum malum res expedita eſt, merito igitur dubitamus de dolo bono iuxta propoſitam

ſpeciem

ſpeciem quam deducit *Did.d.loco nn.5.verb.* hinc pulchra. Et in primis arguit pro ſen-
81 tentia affirmatiua † ex Bartoli egregia doctrina *in l. quero ff.de action. empt.* in qua ſcri-
ptum reliquit vendentem alteri frumentum certo precio tempore quidem vendi-
tionis iuſto ſcientem tamen ſecrete, & occulte, à Senatu decretum eſſe, vt prope di-
em maiori precio vendatur, ſi emptor decreti huius ignarus emerit, obligatum eſſe
emptori quantum eius intereſſit maiori precio emiſſe, & idem tenet in animæ iudicio
Corrad.de contractibus quaeſt.62. Ioann.à Medin.de reſtit.quaeſt.35. nam venditor certus de
precii diminutione, tenetur ignoranti ob ſuam malam fidem, confirmat etiam au-
thoritate *Ciceronis in 3. de offic.* Qui in hac prorſus diſceptatione fraudem indicat eſſe
in hac venditione niſi venditor quod ſciuit manifeſtum fecerit emptoribus; & ideo
non eſſe honeſti Ciuis officium conuentionem dolo tractari, Ergo fraudulenter ſe
gerit in ludo, qui augendo ſponſionem ad certum lucrum adſpirauit ſine timore
aut periculo iacturæ. ſecundo ad ſtipulatur huic ſententiæ, quod in ludo tunc videtur
iuſta acquiſitio quando lucramur ex dubio euentu, id eſt, quando hic ſtatus eſt ludi,
vt non minus iacturæ, quam lucri periculum, ſubeſt, argument. *l.in naue Saupleii.* & ibi
*Caſtr.ff.locat.in c.nauigants extr.de iur.in l.*Titio.*ff.de verb. obligat.* & ratio eſt aperta; quia
æqualis eſſe debet conditio contrahentium, vt ſcilicet vterque poſſit acquirere vel
neuter *l.Alphonſus à Caſtro de poteſt. legis pœnalis c.2.Concl.2* dicas quod ſicut ludens cum
filiofam. qui non habet liberam rerum adminiſtrationem tenetur ad reſtitutionem
patri in cuius eſt poteſtate; Ita quoque filius vincendo tenetur illi reſtituere, quamuis
eſſet maior, & ſui Iuris.

Contrariam tamen ſententiam *Didac.* putat veriorem, & ad illam firmiter mu-
niendam iacit ſolidum fundamentum, nempe ludum, tam alearum, tam etiam taxil-
82 lorum ſuas † habere leges, ſuamque naturam, vt accidit in quolibet contractu eam-
que naturam eſſe ſeruandam, eaſque leges cuſtodiendas per gloſſ. mag. in *l.in executio-
ne.§.fin.ff.de verb. obligat. in l.in iure ciuili ff.de verb.obligat. l.ſi rem.§.vltim.ff.de præſcript.
verb.in l.ſi ex plagiis.§ fin.ff.ad l.* Aquil. *Iaſ.d,§ fin.* veluti aleas non eſſe ſignatas, taxillos nõ
eſſe falſatos, vt non plures vel pauciores dentur aleæ, quam natura ludi requirat, aut
83 taxillos non fraudulenter iactando † ſiquidem horum vnum facere eſt dolum malum
adhibere, ſed qui ſeruata ludi natura, dolo & verſutia vincat, iuſta potitur victoria
argumento *l.1.§.non fuit. ff. de Dolo,* quandoquidem dolus eſt bonus, exemplum in
ludo alearum iuſtam prius, quam illam iacturæ aleam ſubire, & cum aleam aduerſarii
poſſem capere, de induſtria nolle capere vt ipſum ita alliciens tutius ſuperem; In ludo
taxillorum manum aduerſarii hac potius vice quam alia retinere, bono tribuen-
dum eſt, quippe non violantur leges ludi; ſicut euenit in natura, naturalis etenim lex
ex tacito vtriuſque conſenſu hanc conditionem habet, vt cuique ludentium conce-
datur, ad ſponſionem augendam, aduerſarium inuitare, modo nulla alia fraus lateat,
& ita inquit tenere *Ioan.a Med.de reſtit quaeſt.22.& Decius conſ.115.* & ratio, vt mihi vide-
tur, eſſe poteſt, quoniam maximus ille punctus potuit & aduerſario contingere, & for-
ſitan paulo poſt eueniet, cum ſit in arbitrio fortunæ, rurſus cogitare potuit me animo
deterrendi augere velle ſponſionem, & ſibi imputet quod conditionem augen-
dæ ſponſionis acceptauerit, ideoque his rationibus motus Didaco puto adhæ-
rendum.

84 Non faciunt negotium alleg. in contrarium † & ad Bartol. doctrinam aperta
eſt reſponſio *ex D. Thoma ſecunda ſecundæ quaeſt. 77. art. 1.* Emptione ſcilicet non teneri,
quamuis malefecerit, & talis denunciatio eſſet cuiuſdam perfecti hominis magis;
quam ordinarii ciuis. Secundo quoniam, vt mei iudicii eſt, diſſimilis caſus apparet, ſi-
quidẽ emptor nõ potuit, nec debuit veroſimiliter cogitare precii diminutionẽ ſuperi-
oris decreto, in terminis vero noſtris potuit vero ſimiliter ex natura ludi, & ex arbitrio
fortunæ de maiori numero meditari: Ad rem etiam non pertinet Secundum, etenim
licet valeat conuentio, cuius lucrum, vel damnum pendet à futuro euentu, deductis
iuribus, non tamen inde ſequitur emolumentum ex certo euentu, non poſſe contin-
gere vt explicat *Did. loco de quo ſupra numero 2 verb.* & ne fortaſſis vſque in finem. præ-
terea conſidero, & in hac ſpecie adeſſe futurum euentum ſaltem in
genere, quia ſimilem ſortis aleam potuit ſubire aduerſarius,
& alia vice fortaſſe ſubibit, damnum facile com-
penſaturus.

De Dolo bono in Spiritualibus, Cap. VIII.

1 *Duæ queſtiones principales tractantur in hoc cap. & quæ ſint.*
2 *Spiritualia differũt in multis à temporalibus.*
3 *Spirituale, quod nam ſit, vnde appelletur.*
4 *Matrimonium ſacramentum eſt nouæ legis, ſpiritualibus annumeratur, & gratiam confert.*
5 *Vtrum dolus dans cauſam Matrimonio vitiet illud.*
6 *Opinio negatiua magis communis eſt.*
7 *Valet argumentum de Matrimonio ſpirituali ad carnale.*
8 *Diſtractus eſt eius naturæ, cuius eſt contractus.*
9 *Contrahens matrimonium cum pacto quod à ſocero inſtituatur hæres non poteſt diſtrahere coniugium etiam ſi pactum inſtitutionis non ſeruetur.*
10 *Iuuenis dolo inductus ad contrahendum matrimonium cum muliere quaſi valde eſſet diues, fraude reperta, non poteſt dirimere nuptias.*
11 *Matrimonium ad ſolatium virorum eſt inductum, & nomen vxoris non eſt magis dignitatis quam voluptatis.*
12 *Apud Hebræos qui ducebat vxorem, habebat annuam vacationem à bello, vt cũ coniuge ſua lætaretur.*
13 *Sententia Salomonis de viro, & vxore.*
14 *Fœminæ honoris, & dignitatis maritalis, ſiunt participes.*
15 *Pudicitia ſemel amiſſa reſtitui non poteſt.*
16 *Iacob Patriarcha, Lyam, & Rachelem vxorem habuit.*
17 *Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei annullat ipſo iure.*
18 *Contractus matrimonii eſt bonæ fidei.*
19 *Regula comprehendit perſonas, & cauſas etiam priuilegiatas, niſi in eo, de quo agitur ſint ſpecialiter priuilegiata.*
20 *Noua ratio cur matrimonii contractus ſit bonæ fidei, ſcil. quia contrahebatur per emptionem & venditionem quæ eſt bonæ fidei.*
21 *Matrimonium tribus modis celebrari ſolitum apud Romanos.*
22 *Vxores Romæ maritos emebant, contra apud pleroſque populos vxores emebantur à maritis.*
23 *Matrimonium metu contractum, nullum eſt, & quare.*
24 *Dolo deceptus in conditione perſonæ poteſt dirimere matrimonium, fallit numer. 38.*
25 *Deceptus in contractu matrimonii grauius læditur, quam in alio contractu.*
26 *Concedebatur ratione deformitatis repudium.*
27 *Deformitas odioſa, & mali ominis apud antiquos.*
28 *Occurſus Æthiopis Imperat. Septimio prænunciauit mortem.*
29 *Lepida vxoris definitio ex Simonide.*
30 *Alia vxoris definitio ex Rudolpho.*
31 *Diſtinctio pro ſolutione quæſtionis an dolus annullet matrimonium.*
32 *Error in perſona, vel in conditione perſonæ Matrimonium vitiat, & quæ ſit ratio.*
33 *Non eſt vera ratio quod matrimonium propter dolum non dirimatur quia ſit dolus bonus* & num. 59.
34 *Dolus in matrimonio, non circa perſonam, ſed circa qualitatem, vel circa fortunam perſonæ non vitiat, & ibi ratio.*
35 *Dolus circa qualitatem, vel circa fortunam perſonæ quomodo conſideretur.*
36 *Dotis titulus eſt oneroſus, & quare.*
37 *Dolus vel error circa fortunam, vel qualitatem vxoris non impedit conſenſum in perſona.*
38 *Dolus in perſona, vel in conditione perſonæ non dirimit matrimonium ſi fuerit dolo cognito perſeueratum in eo.*
39 *Non ſunt veræ rationes Doctorum, cur dolus dans cauſam matrimonio non annullet.*
40 *Si quis dolo alterius ſit ingreſſus religionem, vtrum poſſit ad ſeculum redire.*
41 *Opinio negatiua eſt magis communis.*
42 *Dolus annullat pactum, quando deceptus eſt in damno, non ſi melior eius efficiatur conditio.*
43 *Dolus velatus, eſt minor dolo aperto.*
44 *Deus vult militem voluntarium, & bonum, ita demum eſt tale, ſi ſit voluntarium.*
45 *Ad annullandum actum procedunt à pari dolus & violentia.*
46 *Violentus ingreſſus eſt nullus propter violentiam.*
47 *Diſtinctio in artic. Aut dolus eſt excluſiuus conſenſus, & vitiat ingreſſum religionis, aut non eſt excluſiuus, & nõ vitiat n.* 50. *& ibi: quod minori ingreſſo religionem poſt profeſſionem non competit reſtitutio.*
48 *Exempla quando dolus excludat conſenſum, & quando non excludat.*

49 Non

49 *Non eſt vera ratio quod vbi doloſus ingreſſus tenet, fiat, quia dol⁹ ſit bonus, hæc alia rationes doctorum, & intellectus regula multa facta tenent &c.*

50 *Dolus non annullans ingreſſum religionis, non excludit conſenſum.*

51 *Vbi dolus non vitiat ingreſſum, impedit acquiſitionem bonorum ingredientis monaſteriũ, quo minus pertineat ad Monachos, & vocantur ſucceſſores ab inteſtat.* & num. 55.

52 *Dolus Abbatis, vel Monachorum quibus coniecturis detegatur.*

53 *Valet interdum principale, licet non teneat acceſſorium propter diuerſitatem rationis.*

54 *Quando dolus non impedit matrimonium carnale, quoad vinculũ poteſt quoad dotem, vt ſuccurratur deceptis in dote.*

55 *Vtrum ad impediendam acquiſitionem bonorum Monachorum ſit neceſſarius dolus, Capituli an ſufficiat dolus ſuperioris vel Abbatis. & quando dolus Abbatis, vel prælati nocere poſſit monaſterio, ſc. in acquirendo.*

56 *Ingrediens monaſterium in fraudem matrimonii facit actum validum, & matrimonium diſſoluitur.*

57 *Ingrediens monaſterium in fraudem ſubſtituti non præiudicat ſubſtituto & remanet in monaſterio.*

58 *Dolus in ſpiritualibus, quando reſcinditur ſit reſciſſio officio iudicis.*

IN ea, quam initio conſtituimus doli boni diuiſione diximus, alium in temporalibus
committi, alium in ſpiritualibus. Egimus de priori, ſatis vt arbitror diligenter, proxi-
mum nunc eſt ex ordine, vt de poſteriori verba faciamus, in quo exponendo duas tantũ
1 quæſt. diſcutiemus † cæteris, quæ ad hanc materiam pertinent, inſigniores. Altera eſt
vtrum dolus dans cauſam contractui matrimonii illum reddat inutilem, an vero eo nõ
obſtante ſuſtineatur contractus: Altera vero nunquid dolo inductus ad ingrediendũ
religionẽ, poſſit prætextu doli ad ſeculũ redire, ex qua diſputatione intelligemus, an ſit
differẽtia inter dolum bonum adhibitum in temporalibus, & commiſſum in ſpiritua-
2 libus; deinde ſciemus numquid ſpiritualia, quæ in multis aliis iuris † articulis ſunt pri-
uilegiata (etenim non recipiunt ęſtimationem *Specu. tit. de 1. & 2. decreto. §. 30. 76. in ſumma*, & in illis transfertur dominium ſine tit. *Canon. in c. venerabilem*, & *in c. ad noſtram ext. de elect.*) ita quoque in hac parte aliq. priuilegium habeant; confert autem ad intelle-
ctum propoſitæ diſputationis declarare, quidnam ſit ſpirituale, & vnde appellatur; v-
trũq; ſuggerit nobis *Nauarrus in ſuo manu. c. 23. n 99. verb. hic locus videtur*, inquiens ſpiri-
3 tuale id omne dici † q. pertinet ad ſpiritũ, & addit ex mente *Canon. in c. conſulere extr. de Simon. nec non Theolog. in quarto diſt.* 25. ſpirituale eſſe donũ ſupra naturale à Deo datum
ad animarum ſalutem atq; hæc definitio quæ ſatis colligitur ex *c. gratia, & c. qui ſtudet 1. quæſt. 1. diffuſe ab eod. Nauarr.* declaratur *d. loco*, & in eo quod dicitur in definitione ſalu-
tem animarũ, inquit contineri quoq; ſacramenta, inter quæ Matrimonium eſſe o-
mnibus Chriſti fidelibus eſt notiſſimum, tum ex aliis multis, tum ex definitione ſa-
cramenti *Concilii Tridenti, ſeſſione 24. canone.* 1. cum à Domino noſtro fuerit inſtitutum
iuxta illud *D. Pauli* Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in
Eccleſia & gratiam confert quam immaculatus Agnus ſua nobis paſſione promeruit,
4 † merito itaq; ſpiritualib. adnumeratur, *gl. in c. dudum, in c. ex parte, in c. veniens, de conuerſ.*
5 coniungat *Bened. Capra conſil. 87. numer. 46. verb. nam. & dolus inductus.* † Accedentes
6 ergo ad priorem dubitationem dicimus ſecũdũ communem Doct. conſenſum † ex
dolo matrimonium non annullari teſtis eſt *Capra ſupra cito loco, Mant. ſing. 316. num. 4. Picus in l. pactum quod bona fide C. de pact. Alex. conſ. 99. vol. 3. Euerardus in ſua Centuria. in loco à Matrimon. ſpirituali &c. Sebaſtianus Medic. de fortuit. caſibus quæſt. 10 numer. 37. ex Canon. Butri. Imol. Abb. in cap. cum dilectus extr. de his, quæ vi metuſue cauſ. fiunt poſt gloſſ. in c. dudum, & in c. ex parte extr. de conuerſ. coniug. & ibi Innoc. Hoſt. in titulo de Dolo, & con-*
7 *tumacia. §. quæ ſit pœna.* Et probatur argumento ſumpto à matrimon. ſpirituali, †
ad matrimonium carnale, quod genus argumenti validum eſt, vt ex mente omnium
probat *Euerardus allegato loco per text in cap. quoniam frequenter. §. porro ex. vt lit. non conteſt. cap. inter corporalia, & cap. fin. de translat. Epiſcoporum Saly. & alii in auth. niſi rogati Cod. ad Trebell.* ingreſſus autem religionis, atque ita ſpirituale matrimonium
dolo alterius non vitiatur *dict. cap. dilectus*, in quo gloſſ. ita argumentatur textus
8 illi loquuntur de diſtractu, qui eiuſdem eſt naturæ, cuius eſt † contractus
Doctor. in leg. ab emptione. ff. de pactis adſtipulatur gloſſa *in leg. A Diuo Pio. ff. de ritu nuptiarum* dicens, dolo matrimonium non perimi, quippe bonus eſt

dolus, iuuat enim & non decipit, non abſimilis eſt *gloſſ. in c. dudum in tit. ſpecies in c. veni-
ens in verb. captioſe in c. 4. in verb. falſa ext. de Conuer. coniug.* Tertio iuuat eandem ſententi-
am doctrina, *Bald. in l. cum Archimidoram C. vt in poſſ. legat* quam refert, & ſequitur *Iaſ. in
l. pacta nouiſſ. C. de pact. col. 4. & in l. pactum quod dotali. Cod. eodem in tit. §. in actionum. Inſt. de
act. Mant. ſingulari 316. num. 3. Cagnol. in l. 2. num. 63. C. de reſcind. vend. Deciſ. Delphi. part.
9 2. deciſ. 755.* duxit aliquis filiam Titii in vxorem ſub ſpe pacti quod ſocer promiſerat †
illam hæredem facere, fruſtratus iuuenis illa ſpe volebat dirimere matrimonium,
ſed non eſſe audiendam, *Bald. ait*, cui conſonat *doct. Innoc. in d. cap. ex parte*, ſiquidem de-
finit nõ diſſolui coniugium, ſi mulier, quo iuuenem alliceret perſuaſerit illi malitioſe,
10 longe plures ſibi facultates † eſſe, quã deinde reipſa deceptus maritus inuenerit. Quar-
to, dolus tunc demum ſoluere debet contractum, quando damno aliquo afficit con-
trahentem, argumento *l. 1. in pr. ff. de dolo*, ibi ne illis malitia, ſit lucroſa vel iſtis ſimpli-
citas ſit damnoſa, Dolus autem ſuadens matrimonium non eſt eiuſmodi, quando
tendit ad acquirendum *l. in rebus Cod. de iure dot. l. doce ancillam C. de rei vendic.* & ad viro-
rum ſolatium inductum eſt, vxoriſque nomen non modo dignitatis, vt dixiſſe memo-
11 rant Ælium Verum Imperatorem ſed etiam voluptatis † id quod aperto ſacræ paginę
teſtimonio comprobatur, cum acceperit homo nuper vxorem, non procedat ad bel-
lum, nec ei quicquam neceſſitatis iniungatur publice, ſed vacabit ſine cauſa domi, vt
12 vno anno lætetur † cum vxore ſua, & *Faber. inſtit. de nupt.* citat in hanc ſententiã *Salom.
13 prouerb. cap. 5.* lætare inquit cum muliere adoleſcentiæ tuæ, † & in amore eius delectare
14 iugiter, ſiunt quoque vxores honoris, & dignitatis maritalis participes † *l. fœmina ff. de
Senator. l. cum de nuptiis & l. vlt. C. de nupt. l. vlt. C. de Incolis lib. 10 l. 1. & l. mulieres Cod. de di-
gnit. libr. 10.* Quarto dolus debet reſcindere conuentionem, quando res in priſtinum
15 ſtatum poteſt reſtitui † *arg. l. 7. §. ſi dolo, & l. 9. in pr. ff. de dolo.* Matrimonio vero con-
tracto cum iam ſit cognita mulier, reſtitui amplius amiſſa pudicitia non poteſt. *Ouid.*
Epiſt. 5.

Nulla reparabilis arte.
Lapſa pudicitia; deperit illa ſemel.

Et Imper. in l. 1. in pr. C. de rapt. Virg. ibi cum virginitas, vel caſtitas ſemel corrupta
reſtitui non poteſt. *D. Baſil.* Virginitas, ait, eſt naturalis, & amiſſa irrecuperabilis & *D.
Auguſt. de Chriſt. fide* inquit, cum omnia poſſit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt
poſt ruinam, nempe valet à pœna liberare, ſed nõ valet coronare corruptam vt ſiquid
in hac re eſſet obſcuritatis illuminari quaſi luce ſolis poſſet exemplo Iacob. *c. 29. Genes.*
16 relat. in *c. 1. verb. ſed obiicitur 29. quæſt.* nam hic non conſenſerat in Lyam, † ſed in Ra-
chelem, Lya fuit dolo ſoceri ſibi ſuppoſita, & tamen fuit legitimum coniugium, licet
Iacob libenter diſſoluiſſet illud, vt patet ex illis verbis *d. c. 29.* dixit ad Socerum ſuum,
quid eſt quod facere voluiſti nonne pro Rachele ſeruiui tibi, quare impoſuiſti mihi?
Sed aduerſus frequentiorem ſententiam, non minimũ vrget reg. probatiſſima quæ
17 definit ob dolũ contractus bonæ fidei diſſolui † & quidẽ ipſo iure *l. eleganter cum ibi not.
18 per Doct. ff. de dolo*, igitur, & contractus matrimonii cũ † ſit bonæ fidei § *fuerat Inſtit. de a-
ction.* & ibi *Ang. Iaſ. & alii, Alex. in l. ſi cum dotem §. ſi mulier ff. ſolut. matrim.* Regula enim
comprehendit cauſas, & perſonas quantumuis priuilegiatas; niſi ſpecialiter in eo,
19 de quo agitur † inueniantur priuilegiatæ *Dec. Cagnol. & alii in l. 1. ff. de regulis iuris*, ratio
vero cur matrimonium ſit bonæ fidei, non ea ſola mihi videtur, quam de cæteris con-
tractibus affert *Duaren. in l. in actionibus ff. de In lit. iur. num. 13. & 14.* ſed & illa vltra ſcri-
20 bentes, quoniam matrimonii contractus fiebat † per empt. & vendit. Quæ dubio pro-
21 cul eſt bonæ fidei *d. §. actionum Inſtitut. de action.* Etenim † tribus modis celebrabatur
matrimonium fere cum ſacerdotibus ſolis vſu, ſiue vſucapione ſed raro demum
per coemptionem, & iſte modus erat frequentiſſimus ad hunc morẽ reſpexit *Virg. lib.
1. Georg.* cum dixit:

Teq; ſibi generum Thetis emat omnibus vndis.

Vt *Seruius* commentator expoſuit, & rem omnem eleganter exponit *Sigon. lib. 1.
de antiquo iure Ciuium Romanorũ*, ſed & apud alias gentes hæc conſuetudo fuit emendi,
22 ſed è contrario. Romanæ namq; mulieres † virum emebant, verum aliarum gentium
Virgines, quib. mos iſte obſeruabatur, à maritis emebãtur, & Indi pari boum vxores
cõparabant, Græci quoq; in vicem ſibi coniuges emebant, author eſt *Ariſt. lib. 2. polit.
cap. 6.* refert *Tiraq.* multa cumulans in gloſſ. *Inſt. de donat.* ita matrimonium bonæ fidei
quoniam per emptionem contrahebatur, ſecundo loco huc pertinet quod matrimo-
hiuni

nium metu cõtractum nullum eſt, nec confirmatur præſtito iuramento *c. veniens ext. de ſponſal. c. cum delectus à contr. ſenſu extr. de his quæ vi. metusve.* ratio eſt quia matrimonia debent eſſe libera *c. requiſiſti c. cum ſolum de ſponſ.* nimirum quia ſolo conſenſu contrahuntur *c. ſufficit 27. quæſt. 2.* ergo & dolo contractum, quoniã & dolus impedit conſenſum, dolo enim captus erat, conſenſui autem, nihil eſt magis contrarium q̃ error *l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. Iud. l. alioqui ff. de contrah. emptione.* Tertio additur his tex. *in c. 2.*
24 *& in c. fin ext. de coniug.* ſeruorum, vbi dolo deceptus † in conditione perſonæ duxit vxorem Titiam Ancillam credens eſſe liberam, auditor volens diſtrahere connubium, ſiquis etiam contraheret cum Maria, credens contrahere cum Caterina, poteſt ſi velit illa dimiſſa ad alias nuptias conuolare *Didac. de ſponſalibus part. 2. cap. 3. §. 7. numer. 1.* congruit prædictis tex. *in l. à Diuo pro ff. de Ritu nupt.* in quò ſenator à libertina deceptus non tenetur ſtare matrimonio t v. ſi in aliis contractibus bonę fidei dolus annullat, longe magis matrimonii conuentionem debet dirimere quando longe plus incom-
25 modi, & detrimenti patitur, is qui dolo capitur † in matrimonio, & in hoc differt iſta ratiocinatio à priori, quippe illa procedit a pari, iſta ducta eſt de minori ad maius, in aliis namq; contractibus damnum irrogatur in bonis, At in matrimonio læditur primum libertas, nam, vt canit poëta.

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Sæpe deturpatur honor familiarum ſiquis plebeiam pro patricia, corruptamque duxerit pro virgine, frequenter facultatibus damnum irrogatur, ſi pauper pro diuite accipiatur coniux, ſæpiſſime affligitur animus, ſi turpis pro ſpecioſa, ſit traducenda. quæ pœna eſt adeo moleſta, q; antiquis Hebræis conceſſum eſſet propter deformi-
26 tatem repudium. † *Deuter. cap. 24.* & repetitur *cap. non ſatis 34. quæſt. 2.* ſi vxor (ait) non inuenerit gratiam in oculis viri propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudii, deformitatem etiam antiqui Romani ita abhorrebant, & deteſtabantur vt deformi
27 perſonæ occurriſſe infelix atque inauſpicatum † omen haberetur, hinc Imperator
28 Septimius Seuerus ex Æthiopis † cuiuſdam occurſu ingruere ſibi mortẽ concepit *Authore Ælio Spartiano in eius vita*, vt vero paucis verbis omnia quæ proueniunt ex inuito,
29 aut erroneo matrimonio incommoda colligam, vxoris definitionem † ſubiicio, quã alii *Secundo Philoſopho*, tribuunt alii *Simonidi*, & etiam inquit *Tiraquell.* eſſe veriſſimam *in l. 9. Connubial. numero 218.* Vxor eſt viri naufragium, Domus tempeſtas, quietis impedimentum, vitæ captiuitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, ſumptuoſum bellum, exornata ſcylla, animal malitioſum, & neceſſarium malum, quis igitur non dignum iudicet auxilio Prætoris illum qui dolo captus cupiat tot tantaque mala ſubterfugere. Vltimo loco has partes defendit alia vxoris definitio quam ele-
30 ganter tractat *Rhodolp.* † *Agric. de inueni. dialect.* Vxor inquit eſt mulier liberorũ cauſa legitime accepta, ex qua definitione certe deducitur vxorẽ nõ eſſe, q̃ nõ ſit legitime accepta, quis autem dixerit legitime accepiſſe vxorem, quam dolo inductus acceperit.

Quid igitur magis probandum? arbitror omnem controuerſiam eſſe diſtin-
31 ctione componendam duoſque caſus † principales conſtituendos Etenim primus eſt quando dolo captus fuit in perſona vxoris, veluti maligne perſuaſus fuit Claudiam eſſe Catherinam, quam ſibi cupiebat matrimonio copulare, & ſub nomine Cathari-
32 næ accepit illam; vel fuit deceptus † in conditione perſonæ, nempe dolo alterius adductus accepit Titiam ſeruilis conditionis cum crediſſet eſſe liberam, & in hoc caſu dirimitur matrimonium *Didac. d. §. ſeptimo cap. 3. Nauarr. Manual. cap. 22. num. 22. ex d. c. 2. & fin ext. de coniug. ſeruorum*, in quibus agitur de dolo commiſſo in conditione perſonæ, & *c. 1. 29. quæſt. 1.* vbi diſponitur de vtroque tam perſonæ quã conditionis; ratio eſt quo ad dolum perſonæ quia deficit conſenſus, qui eſt in matrimonio velut anima in corpore; non enim conſenſit in hanc, ſed in eam quam putabat, ſicut emtor non dicitur conſentire in aurichalcum, quem venditor aurum eſſe doloſe perſuadet *l. in venditionibus ff. de contrahend. empt. & d. c. 1. quæſt. 22.* In dolo autem circa perſonæ conditionem ratio videtur propter alium defectum in ſubſtãtiali actu matrimonii, nempe in mutua corporum poteſtate, ſerua enim vel ſeruus liberam nõ habet poteſtatem ſui corporis quam poſſit facere quemadmodum oportet marito, vel vxori *Did. d. loco n. 1. verb. 15.* autem qui contrahit ex authoritate *D. Thomæ 4. Diſt. quæſt. 7. col. 3.* ſenſit *Bened. Capra concl. 87. nu. 46. verb.* quod tamen dum inquit com. opin. veram non eſſe, vbi dolus eſſet talis, qui excluderet conſenſum; Inquiens ita ſentire *Imol. in d. c. cum delectus.* Ex quibus conficitur, veram non eſſe illam rationem Doctorum, vt dolus non diri-

33 mæ matrimonium quia bonus † ſit dolus non malus, nec illa quia caſtitas corrupta
nõ poſſit reſtitui, quippe ſtante illa, vel iſta ratione dolus in duobus ſupradictis caſi-
bus, tanquam bonus nõ officeret matrimoniis cum tamen apertiſſima iura ſint in cõ-
trarium, & in his terminis procedit poſterior hæc ſententia quam etiam tacitè admit-
tunt qui com. opin. ſequuntur dolo ſcilicet non dirimi matrimonia contracta, vt col-
ligitur ex *dicto loco, de quo ſupra num. 3.* Siquidem euitari non poſſunt allegata iura.

Secundus eſt caſus quando dolus intercesſit circa qualitatem, vel circa fortu-
34 nam perſonæ & tunc, ſiue iſte † dolus ſit incidens, ſiue dederit cauſam, vitium non af-
feret matrimonio *Did. vbi ſupra num. 3. verbo. ex his etiam gloſſ. Abbas Bald. in Rub. ext. de
Iud. gl. in d. l. à Diuo Pio* quam dixit ſingularem *Bald. in l. 1. colum. 2. plus valere quod agitur
Curt. Iun. in l. interpoſitas C. de tranſact.* & omnium fundamentum eſt in *d. c. 1. 29. queſt.*
35 *1.* in quo declaratur error, vel dolus fortunæ hoc modo: † ſi nubet pauperi putans do-
lo alterius eſſe diuitem iuxta exemplum Innocentii vel ſiquis conſentiret in prælatu-
ram alicuius Eccleſiæ quam circumuentus ab aliquo opulentam eſſe credebat, idem-
que iuris, ſi nobilem exiſtimauit vxorem dolo alterius circumuentus; quæ vere ple-
beia erat *Burg. in c. cum dilect. numer. 56. extr. de empt. & vend.* Qualitatis dolus circa mo-
res verſatur, vt in *d. cap. 1. in fin.* ſi meretricem duxero, vel corruptam, quam dolo alte-
rius caſtam eſſe exiſtimem, aut virginem, atque in hoc dolo fortunæ, vel qualitatis
accipienda eſt communis ſententia etiam ad mentem ipſorum Doctorum, vt plane
colligitur ex *Did d. n. 3.* Quam ſententiam ſicut ita reſtrictam veram eſſe arbitror, ita
falſam eſſe puto illam rationem quoniam ſcilicet ſic dolus ſit bonus ſiquidem text. in
d. c. 1. aliam rationem deducit, nimirum quia ſic dolus non excludit conſenſum, ibi
error fortunæ, & ibi non hæc, tum etiam quia ſi vera eſſet ratio communis nullus do-
lus matrimonium dirimeret, rurſus, nec illa quod ſemel corrupta caſtitas non poteſt
reſtitui, per eam enim omne matrimonium ſubſtineretur, Tertio quoniam humano
more loquendo, non eſt dolus bonus, cum tot onera ſint in matrimonio, tot incom-
moda liberorum, & amiſſæ libertatis, vt non iniuria titulus dotis oneroſus appelletur
36 † *l. pro oneribus C. de iure dot. Doct. in l. 1. ff. ſol. matrim.* Ratio vero rationis cur talis error
non excludat conſenſum redditur *a Did. in ſupra citato loco numer. 15.* dicens quia error
in qualitate, ſeu in fortuna non impedit conſenſum in illã fœminã, qui conſenſus eſt
coniugalis, & ſufficit, voluntas nempe mea eſt ducere Meuiam, licet cauſa, qua com-
pellor ad conſentiendum ſit erronea, vel doloſa, non eſt ergo hic error, circa illos a-
ctus, quia ſunt de ſubſtantia matrimonii, quando ad eſſe illius non pertinent nobilitas
37 pulcritudo † moreſve vxoris, aut mariti. Cõſtituo aũt ex antedictis duas concluſiones
prima eſt dolus in conditione perſonæ vel in pſona coniugis dirimit matrimonium,
fallit ſi dolo, erroreve cognito perſeueret deceptus in matrimonio, tunc enim redin-
38 tegratur † matrimoniũ, nõ quidẽ ex pcedenti conſenſu, qui nullus erat, ſed ex ſubſe-
quẽti volũtate, & ita pcedit q de Patriarcha Iacob, & de vxore Lya dictũ eſt, ſicut be-
ne reſpõdet tex. in *d. c. 1. 29. queſt. verb. his ita,* Iacob. n. placuit habere Lyã poſtquã ſibi
ſuppoſitã eſſe cognouit, & totidẽ annis ſeruire, vt pulchrã Rachelẽ lucrifaceret, vt ibi-
dẽ expreſsũ eſt, & ideo ſi deceptus ancillã duxero, & dolo poſtmodũ cognito, voluero
ſtare cũ illa, vires aſſumit matrimoniũ *c. 2. & c. fin. ext. de coniug. ſeruorũ.* Hæc concl. ita li-
mitata, põt ampliari vt pcedat, quãdo nullus eſt in matrimonio dolus adhibitus, ſed a-
lia intercesſit cauſa excluſiua cõſenſus ppter eandẽ rationẽ *d. c. 1. 29. queſt. 1.* Quo loco
generaliter de errrore pſonæ, vel cõditionis agitur; II. concluſio dolus circa qualitatẽ,
39 vel circa fortunã coniugũ nõ irritat matrimoniũ nõ quidẽ ex illis, † rationib. Docto-
rũ: quia dolus bonus &c. vel qa ſemel corrupta caſtitas &c. ſiquidẽ nõ procedit niſi in
muliere, & non ex parte viri; cæterum quoniam hic dolus non excludit cõſenſum; reie-
ctis autem dictis rationibus multa concidunt argumenta quæ fundabantur in illis.

Fit modo locus ſecundæ quæſtioni in qua diſputatur, vtrum ingreſſus Monaſte-
40 rii dolo alterius factus vitietur, adeo vt dolo deceptus poſſit † ad ſeculum redire, in
qua videtur ſupponendum fluxiſſe tempus probationis, nam eo non dum elapſo lice-
ret ingredienti ſine vllo doli prætextu; ex ſimplici pœnitentia ad ſecularem conuerſa-
tionẽ reditũ facere not. *Doct. in auth. ingreſſi C. de Sacro. Eccleſiis,* & in *c. ad Apoſtolicam & in*
41 *c. ad noſtram ext. de regular. c. non ſolũ eod. tit. li. 6.* Receptior opinio † negat occaſione doli
ingreſſum annullari *Capra reg. 87. nume. 48. Abb. Imol. Butr. in c. cum dilectus de his, quæ vi,
metuſue cauſ. Deciſ. Delphinatus 755. in 2. parte poſt conſilio. 124.* & ad eam adiuuandum
[illegible] affer-

afferturinprimis text.in *d.c.cum dilectus in verbo.non obſtante etiam dolo*, nam ait Pontifex
ſuæ fatuitati debet imputare, & ibi not, *Bellamer.in 3. not.* quod vbi ex parte vnius do-
lus, ex parte alterius concurrit fatuitas, iſta præponderat dolo, ſecuodo huius ſenten-
tentiæ fundamentum velut Achilles eſt in *c.dudum in verbo.quidam ipſam deceptione al-
lexerunt & ibi: ſeductus pariter, & illectus, iuncto verſ. De fratrum conſil.extr.de conuerſ.con-
iug.* nec non in *c.veniens in verb.captioſe iuncto verſ.ſup.reuocatione ipſius non eſt audienda c.
ex parte in verbo.quamuis falſa ſit cauſa eod. titul.de conuer.coniugat*, tertio velut palmarium
argumentum ducitur *ex c.conſtituit 20.quaeſt.3.ibi hi vero* qui illecti comam depoſue-
runt in eo, quod acceperunt perſeuerare coguntur, *vt ſupra verbo quoslibet homines cir-
cumuenientes*, quarto nō modo authoritate munita eſt, ſed etiam ratione, nempe quia
42 dolus toties reſcindit actum quoties damnoſus eſt † *Abb. in* d.*c.cum dilectus num.12. ar-
gumento l.1.ff.de dolo*, at in his terminis dolus non lædit deceptum, imò iuuat eum il-
lum Chriſto coniungat, *gloſſ. in d.cap.conſtituit & gloſſ. in d. c. dudum in verbo ſpes ait.*
Quia talis dolus eſt bonus, cum non decipiat nec ad malum inducat imo faciat con-
ditionem ingredientis longe meliorem, bonus autem dolus noo eſt prohibitus *gloſſ.in
d.c.ex parte*, & in *c. veniens.*

Contrarias partes illa in primis ratio, quaſi murus aheneus tuetur quod dolus ve-
43 latus † quamuis ſit leuior dolo aperto *Natt. conſ.17.volum.1. Alex.conſ.103.numer.3.
Vlp.* irritat ingreſſum religionis *c.1.& 2.extr. quod metus cauſ. Capra concluſ 87.num. 46.&
49.* igitur, & dolus verus per reg. Dialecticorum ſi de quo minus videtur ineſſe, & in-
eſt, ergo, & illud de quo magis *auth. multo magis C. de Sacro. Eccleſiis* ſecundo confert
quod Deus vult militem voluntarium *c.præſens 3.quaeſt.3.* iuxta illud pſalmographi vo-
44 luntarie ſacrificabo tibi, & bonum debet eſſe voluntarium non † coactum, nam vt
ait *D.Auguſt.lib.1.retractat.* voluntas eſt, qua peccatur, & qua bene viuitur, ceſſat au-
tem in eo, qui deceptus eſt, ſpontanea. Chriſto ſeruiendi voluntas; Tertio ad annul-
45 landum actum procedunt à pari dolus & violentia † *c.quamuis de pact. in 6.& c.cum con-
tingat.ext.de iur.iur.l.Iuriſgen.§.prætor ait ff.de pact. Dyn.in c.ſcienti de reg.iur.in 6.* Inqui-
ens quod doloſa perſuaſio eſt pluſquam violenta coactio *l.3.§.ſi quis volentem ff. de li-
ber.hom.exhibendo l.1.§.perſuadere ff. de ſeruo corrupto*, violentus autem ingreſſus reddi-
46 tur nullus † propter violentiam *c.4.vigeſima, quaeſt.prima.* Igitur, & propter dolum ir-
ritabitur. Quarto, Dolus in matrimonio carnali, quando eſt excluſiuus conſenſus in-
ducit nullitatem actus, vt in ſuperiori articulo probatum eſt, merito tantundē dicen-
dum eſt in ſpirituali cum rectè procedat de vno argumentum ad aliud. *auth.niſi rogati,
& ibi Doct.C.ad.Trebell.c.quoniam frequenter §.porro extr. vt lite non conteſt.* Quinto ma-
ior eſt ratio annullandi in dolo, quam in violentia, quippe in ea adeſt aliqua voluntas
quamuis coacta, verum in dolo nulla voluntas eſt, dolus enim arguit errorem ni-
hil eſt autem magis contrarium conſenſui quam error *l.ſi per errorem.ff. de Iuriſd. omn.
Iudicum.*

47 Vt autem rectè concludatur, puto † diſtinguendum ſic vt *in ſuper.articulo.* Aut
dolus eſt eiuſmodi, vt excludat ingredientis conſenſum, & non dubito poſteriorem
ſententiam tenere ex allegatis rationibus, exemplum autem doli remouentis conſen-
48 ſum † eſt, veluti ſi cuperet ingredi religionem fratrum obſeruantiæ & per dolum al-
terius circumuentus, ingreſſus fuerit religionem conuentualium quippe eſt ſimilis
ei, qui in matrimonio carnali, vellet docere Bertam in vxorem, & malitia alterius Sol-
pitiam duxerit pro Berta, Aut dolus eſt talis, vt ſua vi non videatur excluſiuus con-
ſenſus, & adhæreo communiori ſententiæ cuius exemplum eſt in eo qui ingreſſus eſt
Monaſterium Ciſtercienſium, quia dolo alterius perſuaſus fuit non paſſurum incen-
tiua carnis, vel quod in eo Monaſterio liceat Monachis veſci quocunque cibo: Ete-
nim hic dolus eſt quaſi in matrimonio carnali dolus in qualitate fortunæ, non cadens
in virum prudentem, & ita reſtringendam eſſe puto frequētiorem ſentētiam ex *Doct.
Abb.in d.c.cum dilectus n.13.* vbi *Butrio* conſonantem citat, nec non ex *deciſ.Delphin. in 2.
part.deciſ.755.qua* Felyn. *Imol.& alios* allegat concordantes *Benincaſa in tit.de act. §. omni-
um n.294.* inquiens ita tenere omnes Modernos; & in his terminis doli excludētis cō-
ſenſum ſentio accipiendū illam concl. de quia in *d.c.cum dilect.per gl. Abb. & Bal.* nec nō
per *Euerard.in loco à matrim.carnali &c.* Minori religionē ingreſſo poſt profeſſionē non
cōpetere in integrū reſtitut. non quia minor feciſſet ſuā conditionē meliorē vt tradūt
Doctores, vide *Odd.de reſtit. Part.2. quaeſt.61: art,5.* Sed q a cū nullus eſſet cōfeſſus, nullus
eſſet quoq; ingreſſus, atq; ita locus foret ord.remedio nullitatis, Idemque iuris, ſiquis

dolo conſenſus excluſiuo beneficiũ acceptaſſet nullius momenti eſſet acceptatio, &
ita interpretor Rebuff. in praxi benef. ſub titulo de cauſa reſignationis, verbo: non
refragatur. Ratio autem cur dolus in ſuprad. caſu, non irritat ingreſſum Monaſterii
ſecundum Doct. eſt, quoniam videtur dolus bonus non lædens, ſed faciens conditio-
nem ingredientis meliorem; verum illum tefellit *Benincaſa Inſt. de act. §. omnium nu-*
49 *mero 296.* eo argumento, quod † non licet committere etiam paruum peccatum, & venia-
le ad euitandum maius, vt *14. diſtinct. in Decreto*, Dolum vero committere, vſque adeò
peccatum eſt, vt ſit contra ius diuinum. merito itaq; vt ſequatur bonum religionis, nõ
eſt permittendum malum in doloſa perſuaſione, & deinceps nouam allegat rationem
ex reg. *l. patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, quod ſcilicet multa facta tenẽt, quę
prohibentur fieri ab initio, in quorum numero inquit ibi *Bartolus* eſt religio, matrimo-
nium, & ſimilia; ſed non videtur iuſta reprehenſio, ſiquidem dolus perſuadens, bonus
ſupponitur, in quo nullũ peccatũ eſt, cũ illo, nec Deus q natura eſt impeccabilis, inter-
dũ abſtineat ſicut oſtendimus, & *Deciſ. Afflict. loquentis in crim. falſi*, de malo dolo intelli-
gitur. Præterea nec puto ꝓbandũ rationẽ ipſius, primũ quia ea ſtante, nullũ matrimo-
niũ aut carnale, aut ſpirituale dirimeretur ob dolũ, nã ſemp opponeretur regula multa
facta tenẽt &c. deinde quoniã regula obtinet quãdo initiũ fuit legitimũ, & poſtea ſu-
peruenit aliqd extrinſecũ impedimentũ, vt cõſtat ex illa lege, in qua legitimo fuit cõ-
tractũ matrimoniũ, & mox ſucceſſit furor in perſona cõiugis, in ſpecie vero noſtra, in-
itium non fuit legitimum: probabilior itaq; eſt ratio ſuperius adducta (nimirum: quia
50 dolus ille excludit † cõſenſum quemadmodũ, colligitur ex *c. cum dilectus*) dum ibi Põ-
tifex inquit dolum eſſe tribuendum fatuitati Ciſterciẽſium: etenim ſi dolus fuiſſet ca-
dens in prudentem virum qui requiritur, vt deſtruat actum non tribueret fatuitati,
& ea verba, *Abbas*, declarans ait, quia falſo fuit illis perſuaſum aliquid contra ius diui-
num, vel cõtra ius naturale poſitiuum quod fatuum fuit credere in *c. dudum*, doli de-
ceptio fuit in perſuaſione quod liceebit ingreſſo comedere quoſcunq; cibos, quod erit
conceſſum retinere ſuum patrimonium. Ideoq; ſimilis dolus non cecidiſſet in virum
prudentem; quid igitur mirũ ſi non redditur nullus ingreſſus, & ibi principalis volũtas
fuit ſeruiẽdi Deo, vt palã eſt, & tãdẽ in aliis quoq; capitulis, aut dolus nõ eſt excluſiuus
cõſenſus, aut nõ eſt talis q cadat in virũ prudentẽ, ideoq; irritare matrimoniũ nõ valet.

Portò. a. Com. opinio ita declarata debet intelligi, quo ad ingreſſũ, vt ſcilicet non
51 vitietur ſpirituale matrimoniũ non autem quo † ad acquiſitionẽ bonorum faciendam
Monaſterio. Etenim ſi conſtiterit dolo Abbatis, vel Prælati iuuenẽ fuiſſe circũuentũ
quoniã ſpẽ direxerint in bona illius iuxta *d. c. conſtituit 20. quæſt. 1.* ibi: in auaritiã & tur-
pe lucrũ nõ in fructũ animarũ, bona acqrũtur veniẽtib. ab inteſtato nõ Religioni, cu-
ius habitũ aſſumpſerit & ibi res veris eorũ hæredibus reddantur, *Innoc. in d. c. dudũ*, cui
Doct. cõmuniter conſentiũt *teſte Bal. in auth. ſi qua mulier, col. fi. l. de ſacro. Eccleſiis, Capra d.*
concl. 87. n. 50, declarãs id eſſe verũ, quando Abbas, vel Prælatus, principaliter ob auari-
tiã, bonorũq; auiditatẽ iuuenẽ ſeduxiſſet ad religionẽ, vt non obſcure ſignificãt verba
d. c. conſtituit, & addit hunc dolũ probandũ eſſe cõiecturis, cũ directo probari nõ poſſit,
l. dolũ C. de dolo. vnã vero coniecturã eſſe putat, ſi facultates iuuenis notæ fuiſſent Abbati
vel † prælato, nec eſſet adoleſcẽs, egregię indolis, aut excellẽtis virtutis ex quibus col-
52 ligitur vnũ ſingulare nẽpe, validũ eſſe principale, nẽpe ingreſſũ, & nõ tenere acceſſoriũ
ob rationis diuerſitatẽ † *Dyn. in c. acceſſoriũ de reg. iur. in 6.* Id quod accidit etiam in ma-
53 trimonio carnali, ſiquidem conſiſtit matrimonium non obſtante dolo (ſecundum de-
clarationem factã) ſed ſuccurrit, quo ad dotem, vt placet *Al. Im. in l. ſi cum dotem. §. ſi mu-*
54 *lier. ff. ſol. mat. Capra de concl. 87.*

Q. 3. Sed hic belliſſime q̃ritur, vtrũ requiratur dolus tendens ad auaritiã totius Mo-
55 naſterii ita quod vniuerſum † capitulũ fuerit in culpa, an vero ſufficiat ſolius Abbatis,
vel ſuperioris dolus, vt ſc. bona nõ pertineãt ad cõuentũ, verũ ad ingrediẽtis hæredes:
Dominus Nicolaus in d. c. dudũ eſt in ea ſentẽtia vt credat dolũ totius Monaſterii eſſe ne-
ceſſariũ, ꝓpterea q delictũ Prælati non debet obeſſe Monaſterio *c. cum venerabilis ext.*
de except. c. ſi epiſcopum 16. quæſt. 6. ibi: Prælati delictum non debet redundare in Eccleſiã.

Contrariam tamen opinionem probat *Capra d. loco nu. 56. per tex. in d. c. conſtituit*,
ibi vt epiſcop. ſiue Abbates, I I. Quoniam alias comm. opinio nunquam, aut raro locum
haberet, ſi totius Monaſterii, & ita capitulariter exigeretur dolus, non vrget argumen-
tatio Nicolai quandoquidem procedit, ſi de damno agatur euitando, non ſi de lucro
captando, ſiquidem lucri, & damni non eſt par ratio *l. fin. Codic. de Codicillis gloſſ*

in l. poſt

in l. poſt legatum §. *qui accuſauit in verbo affueris ff. de. his quibus vt indig* Tandom vt huic ar-
ticulo finem imponamus, addimus prædictis duo quæ definit *deciſ. Delphin. in 2. part.*
56 *deciſ, 755.* primum eſt quod ſiquis ingrediatur Monaſterium in fraudem † ſubſtituti
valet profeſſio, nec præiudicatur ſubſtituto. Alterum eſt quod ſuſcipiens habitū Mo-
57 nachalem, in perniciem matrimonii, tenet ingreſſus, & matrimonium † diſſoluitur; &
in quibus caſibus diximus dolum in ſpiritualibus quæ geſta ſunt reſcindere, officio
58 iudicis fit reſciſſio † *Abb. in cap. cum inter extr. de renunciat.*

Appellatio doli vtrum in dubio referatur tantum ad dolum malum, & numquid dolus bonus ſit proprie dolus Cap. IX.

1 *Doli ſimplex appellatio ex opinione multorum refertur ad dolum malum.*
2 *Nomen induſtria ſonat in bonam partem.*
3 *Dolus proprie accipitur tãtum in malum, abuſiue autem in bonum ex* D. *Thoma.*
4 Dolus *bon⁹ nõ producit actionē ad agendū.*
5 *Veneni vocabulo; malum ſignificamus in dubio, ſed vide infra nu. 19.*
6 *Nomen famoſus, in dubio refertur ad malum, ſed vide* num. 18.
7 *Siquis accuſet aliquem de veneno, an debeat in libello accuſationis; exprimere venenum malum.*
8 *Alia opinio quod doli, vocabulum, ad bonum potius referatur quam ad malum.*
9 *Leges non ſine ratione, loquentes de dolo, faciunt adiectionem mali.*
10 *Authores latina lingua non vſurpãt ſolum nomen doli, ſed cum adiuncto mali.*
11 *Opinio Authoris in hoc articulo eſt, vt dolus ſua vi non referatur magis ad bonum quam ad malum; ſed vtrumq. contineat, ſicut teſtamentum non magis ad nuncupatiuum quã ad teſtamentum in ſcriptis, & Peculium non magis ad Caſtrenſe, quã ad quaſi Caſtrenſe &c.*
12 *Quãdo doli ſimplex appellatio refertur, aut ad malū, aut ad bonū nõ fit poteſtate verbi; ſed vel ex ſubiecta materia, vel ex aliquo adiuncto, vel ex qualitatē perſona loquentis, vel perſona de qua loquimur.*
13 Doli *ſimplex appellatio propter ſubiectam materiam ſonat in malum.*
14 *Ex perſona loquentis.*
15 *Ex perſona, de qua loquimur, vel contra quam loquimur.*
16 Dolus *ſimpliciter prolatus ex perſona loquentis ſonat in bonum.*
17 *Ex materia ſubiecta.*
18 *Ratione adiuncti.*
19 *Veneni appellatio, itē famoſi nomē, ex ſubiecta materia in bonam, & in malā partem accipitur.*
20 *Omnia nomina quæ duplicem ſenſum habent, & ad bonam, & ad malam ſignificationem poſſunt accõmodari, vtrum in bonam potius partem, quam in malam accipiantur ex ſubiecta materia, ex perſona; vel ex aliquo adiuncto cognoſcitur.*
21 *Amor, deſiderium, Ira, odium, triſtitia, ſpes in vtramq. partem ſumuntur ſcilicet bonam & malam, & ponuntur exempla.*
22 *Vtrum dolus bonus ſit proprie dolus.*
23 *Statuta cur ſint ſtricti iuris, duplex ratio deducitur.*
24 Dolus *bonus non eſt proprie dolus, ex opinione quorundam, quia in eo non eſt deceptio, ſed falſum eſt.*
25 *Cõtraria opinio quia dolus bonus eſt ſpecies doli, ſpecies autem æque proprie continētur ſub ſuo genere, redduntur inſtantia.*
26 *Multa ſpecies ſunt in iure ſub eodem genere comprehenſa, quarum aliqua proprie ſunt tales; aliqua vero improprie, vt donatio inter viuos, et donatio cauſa mortis; contractus vltro citroque obligatorii, & ex vno latere tantum, ſubſtitutio directa, & fideicom.*
27 *Qualitas bonitatū, vel malitia non mutat proprietatem hominis ita nec proprietatem doli.*
28 Definitio *doli continet vtrumque dolum;*
29 *Proprietas nominis ſumitur à definitione, ab Authoritate legis, ab etymologia.*

VT doli materiam abſoluamus, relinquitur propoſitarum quæſtionum explicatio.
In quarum prima inuenio grauiſſimos doctiſſimoſque viros reſpondentes do-
1 lum in dubio ſine adiuncto boni † in malam ſignificationem accipi. *Feſtus* ex antiquis
dixit doli vocabulo hodie in malo tantum vtimur, apud antiquos etiam in bono, ex
recentioribus; *Socinus in c. ſi quis numer. 4. extr. de homic.* dolus inquit ſimpliciter prola-
tus ſumitur in malam partem; cum adiuncto accipitur etiam in bonam; quemadmo-

2 dum vice verſa nomen induſtriæ † ſonat in bonam partem, niſi ratio adiuncti oſten-
3 dat contrariũ *D. Thomas 2. ſecunda quaſt. 45. art. 4.* ait dolus accipitur proprie tantũ † in
malo, abuſiue etiam in bono; *Parpat. in l. 1 ff. de acq. poſſ. Dec. conſi. 140. col. 2. Fortun. Garg.
de vlt. fine iuris can. numer. 417.* adeo quod iſta opinio plures ſuffragatores habet *Cag. l. o-
mnis definitio num. 68. ff. de reg. iur.* confirmatur primo ex R*ub. extr. de dolo, & contum. iun-
cto cap. 1.* vbi dolus ſimpliciter enunciatus eſt, & ſonat in malum, adeò vt Pontifex
prouideat de remedio. Secundo patrocinantur *l. 1. & 2. C. de dolo iuncta* R*ub. quæ inſcri-
bitur de dolo malo*, & illa iura definiunt ex dolo actionem dari, ergo dolus in dubio re-
4 fertur ad malum vt reſpondeant R*ub. max.* quia dolus † bonus non videtur produce-
re actionem ad agendum. Tertio conferunt *l. dolus emptoris C. de reſcind. vend. l. dolo C.
de inutili ſtipul. l. dolum Authoris C. de act. empt.* in quibus dolus ſimpliciter prolatus, re-
fertur ad malum, conuenit his illud pſalmographi in *Pſalmo 14.* ait enim, Domine quis
habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo, qui loquitur
veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua; Quarto, iuuat a ſimili quod
5 venenum † habet vtramque ſignificationẽ; boni ſc. & mali *l. qui venenũ* & ibi *Alciat. ff.
de verb. ſignific.* & tamen ſimpliciter prolatum ſonat in malum ex vulgari conſuetudi-
ne, & bonũ venenum medicamentum appellamus ſicut affirmat *Alc.* Quinto huc ſpe-
6 ctat quod hoc nomen † famoſum, tametſi in bonum quoque ſenſum accipiatur,
Auth. iurisiurandum quod præſtat. ab his. in verbo famoſiſſimis præfectis prætorio, & not. Accur.
confert *tex. in c. 6. Geneſis*, ibi, ſunt potentes à ſeculo viri famoſi; nihilominus in du-
bio in malam partem accipitur, vnde famoſos latrones dicimus, & famoſos fures *l. 3.
§. 1. ff. de officio præfect. Vigil. l. neque famoſi ff. ad l. Iul. Maieſt. l. capitulum § famoſos l. fin. ff.
de pœnis*, famoſas quoque actiones quæ infamiam irrogant *l. 1. ff. de his qui not. infam.
§. ex quibuſdam de pœn. temere litig.* famoſum carmen, quod in alterius iniuriam inſcri-
bitur *l. 21 ff. de teſtibus l. 6. §. generaliter ff. de iniur.* famoſa etiam iudicia, quæ damnatos
reddunt infames *l. 2. ff. de iniur.* famoſi quoque libelli; Qui famam alicuius ſugillant
in 1. C. de famos. libell. §. 1. Inſt. de iniur. l. 10. ff de pœn. famoſi homines qui ſunt infamia no-
tati *l. 2. §. fin. ff. de his qui not. infamia.* Sexto ſuffragatur regula, quod dolus eſt bonæ fi-
dei contrarius *l. 3 §. vlt. pro ſocio, Fortun Garg. in tract. de vlt. fine iuris canon. num. 417.* in-
ferens contra *Alex. in con. 203. vol. 2. & conſ. 116. vol. 4.* in quibus dicit ſe ſaluaſſe aliquos,
7 qui fuerunt accuſati de dolo, aut de veneno, & non erat expreſſum in accuſatione † de
dolo malo, aut de veneno malo nam ait id genus defenſionis propter communem v-
ſum loquendi, non eſſe bonum.

8 Ex adverſo, quod doli ſimplex appellatio referatur ad bonum, probatur. † *Epiſt. D.
Pauli ad Corinthos 2. cap. 12.* His verbis: ego vos non grauaui, ſed cum eſſem aſtutus do-
lo vos decepi, ſi dolus ſumeretur in malum Paulus non gloriaretur in eo. Secundo ad-
ſtipulatur quod ſi dolus ſimpliciter prolatus caperetur in deteriorem ſignificationem
9 fruſtra in legibus noſtris fieret † adiectio doli mali, vt in *Rub. ff & C. de dolo malo in Rub.
de dolo mali, & metus excep* cum legibus ſubiectis, Tertio latinæ linguæ Authores quoq;
cũ dolũ malum volũt demonſtrare, nunquam ſolo nomine doli vtuntur, ſed cum ad-
10 iuncto doli mali † *Terentius in Eunucho*, iam tum erat ſuſpicio dolo malo hæc fieri o-
mnia. *Cicero in oratione pro Flacco.* Adductus eſt in iudicium de dolo malo & illi verſ.
Poëtæ.

At niſi fallaces, tum patuere doli.

Id ipſum tradunt *Corne. Bal. & alii* citati à *Tiraq. in præfatione Retractus conſanguinei n. 71.*
11 Ego ſane † vt quod mei iudicii ſit interponam. Puto ſimplicem appellationem doli, ſua
vi non referri magis ad malum quam ad bonum, quoniã vtrumque continet, ſicut te-
ſtamenti vocabulum non refertur magis ad ſcriptum, quam ad nuncupatiuum, nec
peculii nomen ad caſtrenſe potius, quam ad quaſi caſtrenſe, præſertim cum doli ſim-
pliciter accepti definitio, omni dolo conueniat, cum in vtroq; adſit machinatio. *l. 1. §.
non fuit in verb. ſiquis aduerſus hoſtem, latronem ve machinetur*, iuncta definitione doli
mali, in qua machinatio ſtat loco generis, cum in vtroque adſit ſimulatio ſecundum
definitionẽ à nobis traditam, & hanc ſententiam aperte probat *Alexand. in ſupra ci-
tatis conſiliis* oſtendens, ita ſe obtinuiſſe in foro, quando igitur ſimplex appellatio do-
12 li, † aut ad malum refertur, aut ad bonum non fit poteſtate verbi, ſed, vel ex ſubie-
cta materia contingit, vel ex adiuncto, vel ex qualitate perſonæ loquentis, vel per-
13 ſonæ, de qua loquimur, exemplum, quo † ad materiam ſubiectam fit in *l. 1. & 2.
C. de dolo malo*, nam cum *Rub.* ſit concepta de dolo malo, neceſſe eſt quod leges illius de

dolo

dolo malo loquantur alioquin non congruerent titulo. idem vſu venit in *l. dolus emptoris in l. dolo, in l. dolum Authoris*, in quibus cum de annullando actu, vel de puniendo
dolo diſponatur; quis dubitat dolum in malam partem accipi, cum dolus bonus, nec
14 irritet actum, nec pœnam mereatur. Ex perſona † loquentis, exemplum affertur in
auth. iuſiurandum quod præſtatur ab his in quo iudex iurat ſe adminiſtraturum prouinciam
demandatam ab Imperatore ſine dolo, de malo vtique intelligimus, ſiquidem
bono dolo iudex poteſt vti argumento *c. afferte ext. de præſumpt. Doct. in l. ea eſt naturaſ. de reg. iur.*
Similiter ſi iudex criminalis dixerit in inquiſitione formata contra
15 reum dolo Titium † occidiſſe ex perſona contra quam loquimur, de dolo malo acci-
16 piendum eſt, A contrario in loco nuper citato D. *Pauli* ex perſona † loquentis bonum
dolum interpretamur, præterea ſi de dolo commiſſo contra hoſtes; vel contra La-
17 trones, verba faciamus nemo eſt qui ex materia ſubiecta † dolum bonum non accipiat,
& tantumdem dicimus in famoſi, aut in veneni vocabulo, etenim cur nomen fa-
18 moſi *in d. auth.* Iuſiurādum † ſimiliter in bonam partem certe ratione adiuncti Præfecturæ
quæ non niſi viris dignis concedi ſolet *l. 1. infra ff. de offic. præfect. prætor.* In Latronibus
autem, & furibus cur ſonat in malum, niſi ratione perſonæ quæ facinoroſa eſt,
cur libellus famoſus dicitur, niſi quia continet alterius infamiam, ſi dixero
19 Titium ſumpto veneno † ſanatū eſſe, in bonum ſenſum venenum intelligimus, ſi vero
contra alteram Titium potato veneno obiiſſe in deteriorem ſenſum venenum capimus,
cum illius prodeſſe, iſtius vero nocere ſit proprium atque hoc ipſum in omnibus
vocabulis accidit; quorum duplex eſt ſignificatus vt ſcilicet in bonam, vel malam
20 partem accipiantur, pro † vt vel ſubiecta materia vel perſona, vel adiunctum ſuadeant,
quemadmodum ſubiectis multis exemplis docet *Nauarrus in ſuo manual. in prælud.*
21 *ver. num. 4. & 3.* inquiens † amorem deſiderium, odium, iram, deſperationem, triſtitiam,
ſpem in vtramq; partem accipi bonam, ſc. & malam, & quando in iſtam, vel in illam
ſubiecta præcipuè materia explicabit. de amore bono, eſt illud *Prouerb. 29.* Qui
amat ſapientiam lætificat patrem ſuum, de malo *Eccleſiaſt. 10.* Nihil eſt iniquius, quā amare
pecunias; De bono deſiderio *Pſalm. 118.* Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes
tuas, de malo P*ſalm. 111.* deſiderium peccatorum peribit, de bono gaudio
Matthæus in Euangelio, intra in gaudium Domini tui, de malo *Iob. 20.* gaudiū Hypocritæ
inſtar puncti; de bono odio *Pſalm. 118.* iniquos odio habui, de malo, *Pſalm. 108.* odium,
pro dilectione mea, ecce manifeſte probari verbum diuerſæ ſignificationis
in hanc, vel in illam partem accipi, ſicut materia ſubiecta docet, & ita diluitur ſextum
argumentum ex *l. 3. ff. pro ſoc.* nam ille text. ex ſubiecta materia intelligitur de dolo
malo, cum dicat bonæ fidei contrarium eſſe, & ſocietatem annullare.

22 Sequitur declaratio alterius quæſtionis, nempe vtrum dolus bonus ſit proprie †
dolus, quæ dubitatio eſt ſanè vtilis ad intellectum ſtatutorum, in quibus fiat ſimplex
doli mentio, ſine adiuncto boni, vel mali, & materia ſit indifferens ita, vt in vtramq;
partem accipi poſſit, etenim ſi proprie dolus non eſſet non contineretur ſtatuto quod
23 propriè, & ſtrictè debet intelligi Doct. *in l. quicquid aſtringenda. ff. de verb. oblig.* & ratio †
eſt quia ſtatuta fiunt ad inſtar ſtipulationis per interrogationem & reſponſionem argument.
*§. lex eſt Inſt. de iure naturali gent. & ciuil. in l. 1. ff. de conſtitut. princip. Bart. in l. omnes
populi in 2. quæſt. princip. ff. de Iuſt. & iure*, altera ratio eſt, quoniam ſcriptura eſt de ſubſtātia
ſtatuti in hoc enim differt à conſuetudine. *§. ex non ſcripto Inſt. de iure naturali*, ſcriptura
autem non recipit, nec magis, nec minus *Tiraq. de leg. connub. gloſſ. 5. numer.* 43.
ibi, quoniam Stipulationem vero eſſe ſtricti iuris quia non ponitur in *§. actionum Inſt.*
clarius eſt quam egeat probatione.

In hoc art. *gl. in reg. ſcienti de reg. iur. in 6. & in c. conſtituit 20. quæſt. 1.* nec nō *Abbas in c. dilecti col. 2. de empt. & vend.* exiſtimant dolū bonū non eſſe propriū dolū, eo pcipuè argu-
24 mēto Quod qui dolum bonum paſſus eſt nō dicitur deceptus † & ita in dolo non ineſt
deceptio, quæ eſt de ſubſtātia doli, & ideò qui dolo alterius inductus beneficium acceptauerit,
non dicitur circumuentus nec etiam captus, ſi religionem aliquam fuerit
ingreſſus, cum meliorem fecerit ſuam cōditionem, verum fragilis eſt argumentatio,
quandoquidem, etiam in dolo bono reperitur deceptio *l. 1. §. 1. ff. de dolo*, ibi ſi aduerſus
hoſtes machinetur? Deceptus etiam fuit in religionis ingreſſum, ſed in bonum ceſſit
deceptio, non in malum; contrariam ſententiam palmaria quædam ratio defendit; ſi-
25 quidē dolus † genus duas ſpecies cōprehendens bonū, ſc. & malū *d. l. 1. §. nō fuit*, ſpecies

autem ſub eodem genere comprehenſæ, ęque omnes ſunt proprię ſpecies, cum genus
proprie de ſuis ſpecieb. prædicetur in eo q. quid: vt dialecticis notiſſima eſt regula &
Iuriſtis nō incognita in *l. omnis definitio ff. de reg. iur.* hinc teſtamentū ęque proprie dici-
tur de ſcripto, ac de nūcupatiuo cęterū ſolutio nō eſt in abſcondito, nēpe id genus ar-
gumēti firmū eſſe magis apud philoſophos, quā apud Iuriſtas, ad quorū normam diri-
gimus modō diſputationem noſtram. multæ enim ſunt in iure noſtro ad hoc argumē-
tum inſtantiæ eius conſequentiam tollentes argumento §. *pauonum Inſt. de rerum diuiſ.*
26 Etenim donatio tanquam genus continet duas † ſpecies, donationem ſcilicet inter vi-
uos, & cauſa mortis, & tamen earum vna tantum eſt propria donatio *l. 1. ff. de donat. in-
ter viuos.* Hæredis quoq; duæ ſunt ſpecies directus, & fideicōmiſſ. & tamen ſubſtitutio
fideicōmiſſaria eſt im ꝓpria ſpecies ſubſtitutiōis *Doct. in l. Centurio ff. de vul.* ſic Dominii
duę ſunt ſpecies, directū, & vtile, illud autem ſolum eſt proprie dominium ſecundum
Doct. ex l. 1. ff. ſi ager vectig. Bart. in l. ſi quis. in §. differ ff. de acquir. poſſ. Contractus duæ ſunt
ſpecies alia eſt, quando obligatio ex vno latere tantum, vt in mutuo, in donatione, alia
cum producit obligationē ex vtroq; latere, quæ proprie ſpecies eſt *l. Labeo ff. de verborū
ſignif.* Vſusfructus duæ ſunt ſpecies formalis, & cauſalis & tamē formalis tātū eſt ꝓpria
ſpecies *Doct. in §. 1. Inſt. de vſufructu.* In hanc poſteriorem ſententiam inclinat *Fort.
Garg. de vlt. fine iuris canon. n. 282.* vna, & altera adductus ratione. Prior eſt quia ſicut o-
mnes homines ſunt æque propriè tales, quamuis eorum aliqui ſunt boni, aliqui mali,
27 propterea quod illa qualitas bonitatis, vel malitię † non mutat ſubſtantiam, & proprie-
tatem: Quoniam eſt accidentalis in homine, ita in dolo ex puritate rationis non alte-
rat quidditatem doli. Secunda ratio eſt quod vterq; dolus continet deceptionem, &
ſimulationem ſiue dicere velis machinationem, quemadmodum, & nos ſupra proba-
uimus. Tertio confirmatur hæc opinio. Quæ nobis videtur ad veritatem propenſior à
28 definitione doli, quam ſupra nos aſſignauimus: competit enim æque dolo bono, & †
malo, proprietas autem nominis, aut ab Etymologia, aut ab authoritate legis aut à defi-
29 nitione † ſumitur; *Bart. & Doct. in l. 1. ff. ſi cert. pet.* idem *Bar. in l. omnes populi. in 6. quaſt. 1.
quæro vnde ſumatur. ff. de Inſtit. & iure, & in verb. l. librorum §. quod tamen Caſſius col. 3. &
4. ff. de leg. 3.* inquit ad oſtendendam proprietatem cæteris definitionem præferri.

De Idolo boni doli Cap. X.

1 *Declaratio Idoli, ſiue figura doli boni.*
2 *Salus, honeſtas, vtilitas publica, vel priuata dolum bonum antecedunt.*
3 *Solertia, induſtria, vigilantia, comites ſunt doli boni.*
4 *Laus, honor, gloria, bonum dolum ſequuntur.*

1 DOlus bonus eſt aſpectu virili, vultu ſereno, alatos pedes † habet, explicataſque manus, & quaſi ad aliquid agendum expeditas, virilis eſt aſpectus, quoniam viri tantum, & cordati homines non timidi hunc dolum committunt, ſerenus eſt vultus, quia turbata, commotaq; facie arduum eſt quemquam decipere, vtpote quæ latentis in animo ſecreti præbeat indicium, Alati ſunt pedes propterea quod velociter euitandum eſt, quod inſtat periculum, explicatæ manus quoniam non debent eſſe impeditę ad bonum, quod ſe ſe offert capiendum.

2 Duces boni doli ſunt, & illum antecedunt. Salus † honeſtas, publica & priuata vtilitas, nam ad ſalutem, vel ad honeſtatem, vel ad priuatum, vel ad publicum bonum reſpicimus, cum ad bonum dolum committendum inuitamur.

3 Comites eius ſunt ſolertia, induſtria, prudentia, vigilantia. † Etenim ſine iſtarum virtutum auxilio nihil vnquam ad optatum exitum dolus bonus perducit.

4 Dolum bonum ſequuntur, † laus, honor, & gloria, quippe qui, vel hoſtem decipiat, vel diſcrimen ſalutis, ac vitæ periculum effugiat, qui ſua tuetur, vel aliena, quæ præcipue ſunt doli boni operationes, laudem ſemper honorem, & gloriam acquirit, &c.

Explicit liber Primus.

TRACTA-

TRACTATVS DE DOLO LIBER SECVNDVS, IN QVO AGITVR TVM DE DEFINITIONE *tum de diuiſione Doli mali.*

Quid ſit Dolus Malus, Cap. I.

1 *In definitione doli mali Labeo Iuriſconſ. diſſentit à Sulpitio.*

2 *Vlpianus Iuriſcon. iudicat ſecundum Labeonem.*

3 *Seruius Sulpitius Ciceronis amicus proximum poſt eum locum tenebat in cauſis orandis, & alia multa de ipſo.*

4 *Tres fuerunt Labeones Iuriſconſulti præclariſſ. Antiſtius Labeo Pater & filius, & Domitius Labeo.*

5 *Quis ex trib. fuerit, qui Sulpitium in definiendo dolo reprehēdat incertum, quoniam ſolo nomine deſcribitur.*

6 *Antiſtius pater inter Auditores Seruii Sulpitii ponitur, & alia multa de illo.*

7 *Antiſtius filius Tuberonis, & Offilii diſcipulus, oblatum ab Auguſto cōſulatum reſpuit, totum annum ita ſtudiis diuiſerat, vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, & ſex menſibus ſecederet, quo conſcribendis libris operam daret, fuit author illius ſectæ Iuriſconſultorum, quos Caſsianos appellabant.*

8 *Domitius Labeo floruit ſub Adriani Imperatoris temporibus, & Epitomatus vnum epiſtolarum plures libros conſcripſit.*

9 *Vlpianus à compilatoribus, velut Iudex datus inter Sulpitium, & Labeonem in cōtrouerſia definitionis doli mali.*

10 *Vrbs Phœnicia in Syria fuit patria Vlpiani Iuriſconſuti.*

11 *Vlpianus Papiniani diſcipulus, & eius laudes.*

12 *Definitioni doli à Seruio traditæ duo opponit Labeo, nempe quod non competit omni definito, & quod conuenit alteri, quam definito.*

13 *Definitio Seruiana, defenditur à Cagnolo, ſed non tutis rationibus.*

14 *Eadem defenditur, nouiter ab authore contra primum obiectum.*

15 *Prætor in ſuo edicto de dolo, non comprehēdit omnem dolum, ſed illum pro quo nulla eſt nominatim actio prodita.*

16 *In furto, in homicidio, in adulterio, ſæpe reperitur ſimulatio, ita vt doli conueniat definitio.*

17 *Dolus in furto, rapina in homicidio, palam factis nō ſignificat ſimulationem, ſed ſtudioſum animum faciendi illa delicta, prauamque volantatem delinquendi.*

18 *Defenditur Sulpitius à ſecundo obiecto, & oſtenditur, quod definitio ipſius non competit dolo bono.*

19 *In dolo bono adeſt ſimulatio, iuuandi tantū cauſa non nocendi, nam id proprium eſt doli mali.*

20 *Dolus bonus, aut nō nocet, aut nocet ſecūdario, non principaliter ideo nō dicit̃ nocere.*

21 *Vlpianus in* l.1.ff.de dolo, *videtur reprēhendere definitionē Sulpitii dum approbat definitionē Labeonis, & in* l.iuriſg. §. pactor. verb. *dolo malo ait prætor. Sulpitium ſequitur.*

22 *Definitio doli data à Labeone, ſecundum Ricardum deterior eſt definitione Sulpitiana.*

23 *Definitio Labeonis videtur oppugnari ex tribus. Primo, quia non competit omni definito. Secundo, quia conuenit alteri, quā definito. Tertio, quia eſt data à cauſa finali non a formali.*

24 *Cagnol. non recte Labeonem tuetur, & de ſignificatione verborum in definitione doli mali.*

25 *Labeo iiſdem mediis defenditur, quib. Sulpitius, & de illo prouerbio; admirabiles in nectendis machinis Ægyptii.*

26 *Vtrum Vlpianus improbare videatur definitionem Sulpitii, negat Cagnol. ſed Doctores communiter affirmant.*

27 *Approbatio definitionis doli tradita per Labeonem magis eſt Compilatorum, quam Vlpiani, ſicut illorum ſunt, non Labeonis repræhenſiones contra Sulpitium ex opinione Rodulphi Prathei.*

28 *Varii definiendi modi à cauſa materiali, & formali ſimul, à ſola cauſa efficienti, à finali, & efficienti, & materiali, & finali, ab omnibus cauſis ſimul.*

29 *Duo alii definiendi modi: Alter per ſufficientem excluſionem aliarum ſpecierũ alter per negationem.*

30 *Declaratio verborum definitionis Doli remiſsiue, & num. 25. & illa verba Machinatio, fallacia, calliditas continent triplicem dolum, in faciendo, in dicendo, in tacendo veritatem.*

31 *Plures definitiones Doli, vltra Sulp. & Labeonem, à Baldo, à Socc. à Cuiacio, Bart. Iſidoro traditæ.*

32 *Dolus plures habet gradus, veluti maior eſt dolus occidere, quam furari, & maior dolus occidere virum vtilem Reip. quã facinoroſum, & minor dolus facere leue furtum, quã magnum furtum.*

33 *Dolus nunquam caret voluntate committentis, nec ignorantibus accidit, malitia quomodo ab errore cognoſcatur.*

34 *Scorpio terreſtris doli ſymbolũ, Itẽ laque°, et ham° ſunt eiuſdẽ doli Hieroglyphicũ. Perdix quoq; dolũ, & aſtutiã repræſentat.*

EGimus quantum exiguæ vires noſtræ tulerunt de bono dolo aggrediamur ex ordine doli mali expoſitionem, ab eius definitione incipientes, in qua grauis eſt in-
1 ter † Sulpitium & Labeonem, diſſenſio *in l. 1. ff. de dolo*, vbi Vlpianus quaſi honorarius
2 Arbiter conſtitutus † ſecundum Labeonem iudicat, cum vero litigantes ſint Illuſtres, Iudex quoque ſit ſplendidus, nec non cauſa de qua eſt iudicandum ſit præclara, recte facturum puto, ſi de illis prius verba fecero, mox deinde Sulpitii definitionem excuſſero, diſputans vtrum iure a Labeone reprehendatur tandem an iuſtum in fauo-
3 rem Labeonis ſit Vlpiani iudicium. Sulpitius itaque (vt ab † illo incipiam) adoleſcentiæ ſuæ annos eloquentiæ exercitationibus, & Philoſophiæ impendit, eiuſque adipiſcendæ gratia Rhodum eſt, cum Cic. profectus, quò cum ſemper poſtea coniunctiſſime vixit, ibique tantum profecit, vt proximum poſt Cic. locum teneret *l. 2. §. Seruius ff. de orig. iur.* ſed vel quia mallet in iure ciuili primum locum quam in eloq. Cicer. proximum obtinere, aut quod contumelia affectus à Q. Mutio P. Max. fuerit, nam cum Sulpitius datum iterum, atque iterum quoddam de iure reſponſum non intelligeret, dixit vir ille ſummus, turpe eſſe Patritio & nobili viro, & cauſas oranti ius in quo verſatur ignorare, ad ius Ciuile ſe contulit, Gallo Aquilio, & Lucilio Balbo præceptoribus vſus in iuris diſciplina ita præcelluit, vt non modo eiuſdem ætatis omnes, ſed eos etiam qui ante fuiſſent longe ſuperauerit, nec equidem iniuria, etenim licet iuris ciuilis magnum vſum multi ante Seruium habuerint, is tamen primus arte quadam eam ſcientiam pertractauit, Dialecticam nanque adhibuit, qua confuſum antea ius in partes diſtribueret, definiret, regulamque deniqué haberet, quã vera à falſis dignoſceret, Cum autem in legatione periiſſet, ſtatuam ei populus Romanus poſuit, & ſuo adhuc tempore extare pro roſtris Auguſti recenſet *Pomp. d. l. 1. §. Seruius* dicens centum octuaginta de iure ciuili libros conſcripſiſſe, innumeroſq; ſuæ diſciplinæ alumnos celeberrimos poſtea Iuriſconſultos euaſos, Quæſtura, Prætura, conſulatu, digniſſime functus eſt. Sulpitia ex qua natus eſt familia Romæ nobiliſſima & antiquiſſima fuit, ex qua originem duxit Galba Imperatore.

Sed iam ad Labeonem qui Sulpitium reprehendit noſtra dirigatur oratio ſane
4 tres Labeones † reperio de Iure ciuili optime meritos, Antiſtium ſcilicet patrem, & fi-
5 lium, & Domitium Labeonem, de quo vero Vlpianus, hic intelligat in ambiguo † eſt quando ſolo nomine deſcribitur relicto prænomine, quæ dubitatio nõ modo ad præſentem locum, ſed ad alios multos pertinere, in quibus ſententiæ, opiniones, reſponſaque Labeonis commemorantur vt in *l. Labeo. ff. de verb. ſignificat. item apud Labeonem ff. de iniuriis l. 39. & ſeq. ff. de condit. & demonſtrat.* Quas ll. *Cotta in ſuo memor.* nec non definitionem doli cæteraque omnia, quæ Trebonianus in libris Pandectarum inſeruit ſub nomine Labeonis, Antiſtio tribuenda cenſuit, ſed *Reual.* cuius ſententiam probat *Rutilius de vitis Iuriſcon.* Domitio refert accepta, verum cum nullam exploratam coniecturam iſtius, vel illius opinionis inuenerim, quæ in hanc magis quam in illam partem impellat liberum cuique ſuum iudicium relinquens ſingulorum breuiſſimam at neceſſariã tamen notitiam tradam. Antiſtius primo inter Aud. Ser. Sulp. ponitur. à *Pomp. d. l. 2. verb. ab hoc plurimi*, & iuris ciuilis ſapientia Illuſtris, vnus ex occiſoribus Iulii Cæſaris dictatoris fuit in Pharſalica pugna *d. l. Bruto*, cuius erat legatus iniquitate fortunæ ſuperat: locum in Tabernaculo ad ſui corporis modum effodit, &
6 a † proprio ſeruo, vltro iugulum offerens necem impetrauit, tentorium pro ſepulcro eligens, quo hoſtium manus effugeret.

Anti-

8 Domitius † autem Labeo, vt ad tertium veniamus floruit ſub Adriani temporibus li-
bros Epithomarum vnum epiſtolarum complures reliquit quiſquis ergo ex his Labeo
fuerit in definitione doli aduerſatur Sulpitio & quaſi ambo cauſam coram iudice Vl-
9 piano agant, inter eos ex mandato compilatorum † iudicat qui iudicem litigantibus
parem, ne dicam Iuris ſcientia, & dignitate ſuperiorem dederant; Etenim natus eſt
10 Phœniciæ † Syriæ Vrbe, ſicut ipſemet *in l. 1. ff. de Cenſibus.* teſtatum reliquit ſplendidiſ-
11 ſimam Coloniam appellans fuit, Papiniani diſcipulus † & poſtea in præfectura prætorio
Aſſeſſor. Conſiliarius Alex. Seueri, & Magiſter Serinii fuit, qui tantum Conſilio
prudentiæ, & bonitati tribuebat, vt nõ modo amici nomine, ſed etiam parentis appel-
latione illum publice in reſcriptis nominaret *l. 4. C. de contrah. ſtip. l. 4. ff. locati*, Præfectu-
ramq; prætorianorũ vltro illi daret, à quibus non multo poſt impie interfectus fuit, de
illius doctrina & ſapiẽtia extat Dioclet. Imp. teſtimoniũ in *l. à Diuo Marco C. de quaeſt.* nec
non Iuſtiniani *Imp. in l. vlt. C. de Inſt. & ſubſtit.* & *in l. vni. §. ne autem C. de Caduc.* in quibus
diſertiſſimi ingenii vir, & prudentiſſ. appellatus inuenitur.
Intueamur ergo doli mali definitionem traditam à Sulpitio ex intentione, & ve-
roſimile eſt Galli Aquilii ſui præceptoris qui ſicut primus inuenit de dolo malo formu-
las, primus etiam definiebat dolum, dicens dolum malum eſſe, cũ aliud agitur, aliud ſi-
mulatur ſicut retulit *Cic. 3. de off.* Seruius autem pautis mutatis ait machinationẽ quan-
dã eſſe alterius decipiẽdi, cũ aliud agitur aliud ſimulatur. Huic definitioni Labeo, duo
12 † opponit, primum eſt quod nõ competit omni definito, ſiquidem reperitur dolus al-
terius decipiendi cauſa adhibitus ſine vlla ſimulatione nempe vt declarat in furto, &
rapina, idem dici poteſt, & in homicidio. Secundum eſt quoniam conuenit alteri, quã
definito, nimirum dolo bono in quo etiam aliud agitur, aliud ſimulatur *d. l. 1. §. 1. verb.*
ſicut faciunt, & verb. maxime ſi aduerſus hoſtes. vt accidit in his, ait *tex.* Qui per huiuſmodi
diſſimulationem ſua tuentur, vel aliena? id quod videtur profectò ſingulare vt ſcilicet
vna, eadẽq; definitio nimis anguſta ſit nõ cõtinẽs omne definitũ, itẽ nimis ampla cõ-
13 plectẽs plus, q̃ definitũ, cæterũ licet neminẽ viderim p̃ter *Cagn.* † *in l. omnis definitio n. 66.*
& ſeq. ff. de reg. iur. qui Seruiũ à Labeone defendat, tamẽ arbitror nõ deſperatã eius eſſe
14 defenſionẽ, ex rationibus à Cagn. nõ cõſideratis, Is a. † diluit primum obiectum dicens
in furto, & rapina dolũ præſumptũ contineri, qui dolus eſt improprius, Sulpitius autẽ
proprium definit Secundo euertit, quia in his eſt potius vis, quam dolus, nam vis ab-
latiua dicitur, verum prima ſolutio non vndique tuta, quia dolus præſumptus eſt pro-
prius ex opinione multorũ (vt infra ſuo loco copioſius oſtendã) imo *Bar. in l. quod Nerua*,
inquit dolum præſumptum in hac definitione contineri; illud certum eſt in edicto
prætoris dolum præſumptum comprehendi, vt ex *tit. ff. de Dolo & de minoribus*, palam
eſſe poteſt in quibus ob verum dolum negat minori reſtitutionem: cõcedit autem ob
dolum præſumptum. Secundã etiam ſolutio eſt periculoſa, quippe dolus in his princi-
paliter attenditur, adeo quod dolo ceſſante, ceſſat furti actio *§. gallinarum. Inſt. de rerum*
diuiſ. l. 1. & 2. ff. de furt. §. 1. cum ſeq. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcuntur. Addo his adver-
ſus Cagn in furto, & rapina verum eſſe dolum, quoniam ſine malo animo non com-
mittuntur, Cæterũ quia contra furẽ non debet probari; ſed propter delictũ præſumi-
tur; donec oſtendatur cõtrarium, poteſt appellari hoc reſpectu præſumptus. Alteram
autem oppoſitionem *Cagn.* confutat *nu.* 67. animaduertendum ſiquidem ait ex men-
te Philoſophorum quod omnia verba definitionis per ſe ſumpta, latius patent re defi-
nita, ſed ſimul iuncta conuertuntur cum ea, & ideo quamuis ſimulatio per ſe ſepara-
tim accepta latius vagetur dolo malo; tamen accepta cum cæteris verbis definitionis
conuertitur, porro autem minorem propoſitionem, non confirmat Cagnol. nec me
iudice potuit, proptorea q; & iunctim accipiendo conuenit non modo dolo malo, ſed
etiam bono, in quo adeſt ſimulatio in decipiendo, & dolum illum committens dici-
tur machinari *d. l. 1. §. 1. in verbo aduerſus hoſtes machinatur*, quamobrem eſt adhuc in ſuo
robore vtraq; obiectio Labeonis.
15 Ad primam autem diluendam, † præmitto vnum, quod puto neminem eſſe ne-
gaturum nempe Seruium definire illum dolum malum duntaxat, quem ſuo edicto
prætor comprehendit, alioquin non inueniretur eius definito poſita ab Vlpiano in
edicti interpretatione, hoc ita conſtituto, Prætor in edicto non complectitur omnem
dolum malum, ſed illum tantum, pro quo nulla eſt prodita actio aduerſus doloſum
l. 1. in pr. ff. de dolo verba edicti inquit Vlpianus talia ſunt, quæ dolo malo facta eſſe di-
centur, & de his rebus alia actio non erit, & iuſta cauſa videbitur, iudicium dabo; Ergo
ſapit

dolum malum qui reperitur in furto, rapina, vel in alio nominato delicto, prætor non
amplectitur, quando de his eſt alia actio ſcilicet furti, bonorum raptorum, &c. igitur,
nec Seruius hunc dolum finiuit, ſed dolum prætoris in quo ſemper eſt ſimulatio, nul-
luſque dolus malus ex edicto prætoris datur abſque ſimulatione; Præterea conceſſo,
quod Sulpitius voluerit omnem dolum definire, adhuc eius definitio defenditur ac-
cipiendo dolum pro machinationibus, & fallacia, vt placet Labeoni, etenim in eo ſi-
mulatio ſemper inuenitur, & vbi non erit ſimulatio, ibi quoque non erit fallacia, aut
16 machinatio, quippe furta † ſi clàm fiant, & à domeſticis perſonis vt plerunque con-
tingit non carent ſimulatione. Homicidia quoque ſub nomine amicitiæ, adulteria
ſub pallio affinitatis, vel cognationis conteguntur, duo amici & propinqui in veſti-
mentis ouium ſunt lupi rapaces, quando etiam furta incipiunt à contractu, veluti ſi
Depoſitarius vendit, aut aliter vtitur, re depoſita, vel commendatarius re commoda-
ta, quis neget, aliud agi, aliud ſimulari, ſi vero furta, rapinæ, homicidia ſunt manifeſta;
atque ita ceſſet ſimulatio, non tamen ceſſat dolus, & ita datur ſine ſimulatione dolus,
contra Sulpitium. reſponde dolum dupliciter conſiderari, primo vt eſt machinatio
calliditas, & fallacia, & ſimulatio, & iſte dolus non reperitur in furto, vel rapina, & ita
in fauorem Sulpitii Secũdo ſumitur dolus pro animo, & ſtudioſa voluntate delinquẽ-
17 di, & dolus eſt in furto † & rapina *lege Cornelia ff. de ſicariis*. ibi qui ſe probauerit non oc-
cidendi animo hominem, à ſe percuſſum, & de hoc dolo non ſentit Seruius, ita vero
accipi dolum in furto, homicidio, &c. ſingulariter declarat ex mente Doct. *Hipp. Rim.
in l. 1. ff quod quiſque iur. n. 144. vbi Petrum caleſact. citat conſ. 92. col. 2. vol. 2. crim.* alioquin
ſequeretur, quod ſiquis denunciaret Titio, vt ſibi caueret quoniam vult eum oc-
cidere, & ita poſtea interficeret, non diceretur dolo occidiſſe, quoniam defuit ma-
chinatio, vel fallacia, tutus itaque videtur Seruius a primo telo Labeonis. experiamur
an poſſit defendi a ſecundo quod certe videtur iugulum premere nempe compete-
re eius definitionem dolo bono, in quo ſimulationem eſſe, diſerte oſtendit *Vlpianus
in l. 1. §. d. de dolo*, verum Clypeo veritatis repellitur quoniam Seruius definiendo non
18 dixit dolum ſimpliciter eſſe † ſimulationem quo caſu procederet argumentatio, ſed
dixit ſimulationem alterius decipiendi cauſa, & in his verbis continetur forma, ſiue
ſpecialis differẽtia doli mali, vt decipiat & machinetur in alterius perniciem. Dolus
autem bonus eſt ſimulatio, ſed non ad decipiendum, aut machinandum, verum ad ſe,
& ſua, vel aliena tuendum *d. l. 1. §. 1. verſ. ſicut faciunt qui tuentur ſua, vel aliena.* nam ad-
uerſus hoſtes, & latrones, non eſt principalis intentio nocendi illis, ſed nos noſtraque,
vel aliena tuendi, vt dictum eſt, vt patriam, parentes, amicos defendamus, confirmo
19 præterea in dolo bono † non eſſe ſimulationem cauſa nocendi apertiſſima ratione;
Dolus malus eſt contrarius dolo bono. Doli mali natura eſt nocere *d. l. 1. in princ.* Ergo
doli boni natura eſt prodeſſe, cum contrariorũ ſint contrarii effectus *l. fin. §. fin. ff. de leg.
3.* & licet in conſequentiam noceat dolus bonus hoſtibus, & latronibus, tamen atten-
dimus quod principaliter accidit & denominatio fit à principali *l. cum quæritur ff. de
20 ſtatu hom. Bart. in l. omnes pop. ff de Iuſt. & Iur.* dicens ſtatuta odioſa, vel fauorabilia ap-
pellari, pro vt principaliter ſunt inducta, vt in ſimili præſcriptio 30. annorum, eſt fauo-
rabilis præſcribenti, ſed quia principaliter eſt in odium negligentium, hoc ſolo voca-
tur odioſa *Doct. in l. Celſus ff. de vſucap. l. fin. ſ. de annal. except. cum vulg.* Atque ex his liqui-
do conſtat, niſi me fallit opinio Seruium fuiſſe iniuria reprehenſum à Labeone, & pro-
pterea iniuſte Vlpianum aduerſus eum iudicaſſe in qua pronunciatione eſt quod
21 mirer in Vlpiano nam tacite † improbat *d. l. 1. quod in l. Iuriſgen. §. pactor. ff. de pact.* aperte;
probat cum ait dolo initum pactũ videri quoties circum ſcribendi alterius cauſa aliud
agitur, aliud ſimulatur, idipſum enim affirmat Seruius citato loco, & quamuis *Cagn. in
l. omnis definitio de reg. iur.* concludat Seruium ab Vlpiano non reprehendi; nos paulo
infra oſtendimus id eſſe maxime controuerſum, & communiter improbari illud v-
num eſt, quod mihi Sulpitio videatur obſtare cum ſcilicet non definiſſe dolum in for-
mam definitionis per genus nimirum, & differentiam, verum facile poteſt in forma
definitionis conſtitui hoc modo: Dolus, malus eſt alterius circumueniendi machina-
tio, vel alterius circumueniendi ſimulatio.

Succedit ex ordine definitio Labeonis, cui etiam multa obiiciuntur in tantum
22 quod *Riccard. Vercell.* relatus † à *Cagnol. in l. omnis definitio numer. 68.* dicat longe melio-
rem eſſe definitionem Sulpitii, ſed leuiſſimis, vt mihi videtur rationibus. *Cagnol. ò aq.
ibi, & fortiſſ. Garg. de vlt. fine Iuris can. num. 289.* opponunt † primo quod competat alte-

tique

ti quã definito, nempe dolo bono, ſiquidem & in eo adeſt machinatio, calliditas, & fallacia ad circumueniendum hoſtem, vel latronem. Secundo officit quod non conueniat omni definito ſcilicet furto, rapinæ, propterea quod in his dolus ineſt ſine machinatione, calliditate, aut fallacia, cum palam, & ſub luce facta ſint, nam machinatio eſt ars decipiendi, verbo, vel facto. fallacia dicitur in verbis, ſiquidem fallaciæ dicuntur verba ad decipiendum compoſita, calliditas eſt aſtutia, & ad ingenium refertur. *Cagn. in l. fraudis inter princ. num. 5. ff. de reg. iur.* horum autem nullum cadit in manifeſto furto, in rapina, in publico homicidio, & tantum dolus ineſt; tertio opponitur q. data eſt hæc definitio a cauſa finali, ibi: ad decipiendum, & circumueniendum, ideoque non eſt aſſignata à ſubſtantia rei quæ continetur in materia, & forma, non in cauſa finali, quæ remota eſt à ſubſtantia rei, vt habitatio eſt cauſa finalis conſtruendæ domus, & tamen non eſt de ſubſtantia domus, idemque eſt in cauſa efficiente, quippe vt ait *Rudolphus* Agricola *lib. 1. de inuent.* Dialect. finis, & efficiens extra rem ſunt, ita etiam declarat *Cagnol. in d. l. omnis num. 41. verbo tu aduerte.* Ad euertendum primum fundamentũ Cagn. ſe ipſo videtur inferior, quandoquidem ait probari ab Vlpiano definitionem Labeonis, ſed non argumenta quibus Labeo Seruianam definitionem confutabat, quoniam ſi ea probaſſet argumenta, pariformiter Labeonis definitio deſtrue-
24 retur; & tamen paulo infra † *in verbo. ſed ratio, quæ magis*, inquit, quod Vlpianus commendauit definitionem Labeonis illa ratione quia abſque ſimulatione poteſt agi, vt quis circumueniat, quæ fuit vna ex duabus per quas Labeo, putauit infirmari definitionem Sulpitii, ergo Vlpianus non modo definitionem Labeonis damnauit, ſed eius argumenta. Quibus conſequens eſt infirmari definitionem Labeonis, vel ipſo Cagno. confitente; Propterea parui refert, vtrum Vlpianus argumenta Labeonis approbauerit nec ne, lis eſt inſpicere, nunquid Labeoni noceant, etenim ſi noceant, alia eſt quærenda ſolutio quam illa quod Vlpianus dictas argumentationes non laudauerit. Similiter nihil intereſt, an Vlpianus Sulpitii definitionem improbauerit, eſto enim quod non improbauerit, vt dicebat Cagn. ſequitur ne propterea bene definiſſe Labeonem, niſi aliunde clareſcat factas ei oppoſitiones non officere Ad ſecundum vero argumentum *Cagn. in d. verſ.* (Sed ratio quæ magis) reſpondet definitionem Labeonis non pati illam difficultatem, & propterea fuiſſe ab Vlpiano probatam, quod vero eam difficultatem non patiatur Cagno. nequaquam probat, & tamen probandum erat tanquam fundamentum ſuæ intentionis *l. ab ea parte & l. verius ff. de probat.* & nos ſupra in declaratione verborum definitionis oſtendimus contrarium. Et ſi vera eſt eorum verborum interpretatio, vt videtur veriſſima, non video vllam differentiam realem inter Labeonis, & Seruii definitionem, ſed ſolum in verborum compoſitione. Nam vtraque habet loco generis machinationem; vtraque continet ſimulationem ad fallendum, decipiendumque alterum adhibitam, ſiquidem tantumdem
25 important † illa verba Labeonis, calliditatem, fallaciam ad circumueniendum, quantum illa Sulpitii, cum aliud agitur, aliud ſimulatur. etenim calliditas, fallacia, non eſt ſine ſimulatione aliter ſi aperta fronte veniret, non eſſet calliditas, vel fallacia, confert gloſſ magiſtr. in *Litem ſi precio §. quemadmodum in verſ. circumſcribere*, dicens, falli, decipi, circumſcribi eſſe proprie cum aliqua ex parte dolus adhibetur *Cepoll. in l. Labeo §. cauſa huius numer. 5. ff. de ædilit. edict.* accedit vetus adagium (admirabiles in nectendis machinis Ægyptii) nam de verſutis, vt ait *Plaut.* & conſutis dolis dictitatum. & retorquetur in Sycophantas, & delatores, qui vera falſis permiſcendo nectunt calumnias.

Quamobrem ſequitur, priores illas oppoſitiones non eſſe ſolutas, quæ non minus Labeoni nocent, quam obeſſent Sulpitio, cæterum pari modo Labeo, à nobis defenditur, quo Seruium defendimus, nempe illum quoque definire dolum dumtaxat in edicto prætoris comprehenſum, nimirum dolum malum innominatum, non vero etiam nominatum, qui in furto, aut Rapina, vel homicidio continetur, rurſus quia Labeo, accipit dolum pront eſt fallacia, & machinatio non prout ſignificat malum animum committendi delictum, vt ſumitur, in furto, & in homicidio, *l. 1. C. ad l. Cornel l. 1. §. Diuus ff. eod. titul. Grauett. conſilio octauo, col. prima in fin.* Similiter ad alterum obiectum eadem eſt ſolutio ſimulationem contra hoſtes, vel Latrones, verbis definitionis non comprehendi, quando illa eſt ſimulatio, vt dictum eſt ad iuuandum principaliter nos ipſos; vel alios *l. prima. §. primo, ibi: ſicut faciunt. ſed*

machinatio, & fallacia Labeonis, eſt ad nocendum ſecundum natu ram ordinariam
doli mali.

Sed Vlpianus commendans definitionem Labeonis, vtrum videtur illam Sul-
26 pitii refellere. Doctores frequentius † putant Seruium ab Vlpiano reprehendi, ſicut
communis opinionis eſt talis *Cagnol. in dict. l. omnis numer. 68. verbo in propoſito noſtro*, &
quamuis Doctorum rationes non afferat, non ſunt tamen in obſcuro, nam ex dua-
bus definitionibus quæritur vtra ſit bona, Labeo ait Sulpitium non bene definiſſe,
proinde ille alio modo definit, ſubnectit Vlpianus, Labeonis definitio vera eſt, ergo
ab incluſione vnius *l. cum prætor. ff. de Iud.* alteram reiicit, eo magis quod ſi vel illam
quoque probaret, aut non reiiciendam duceret aliquo verbo indicaſſet, ſecundo ac-
cedit, quod ſi Labeo Sulpitium benè confutauit, non poſſet Vlpianus, & ipſe non e-
andem explodere, ſi verò malè confutaſſet, non reticuiſſet Vlpianus, alioquin pec-
caſſet non defendens male impugnatam definitionem Sulpitianam. Cagnol. autem
ab aliis diſſentit eo præcipue argumento quod Vlpianus probat definitionem Ser-
uii in *l. Iuriſgentium. §. pactorum ff. de pact.* igitur hic eam non improbat, ne videatur
ſibi repugnare, proinde cum miſterio dixit Labeonis definitio eſt vera, nec amplius
verbum addit, ſiquidem non inde infertur neceſſario, ergo Seruiana definitio eſt
falſa, neque enim iſtæ definitiones ſunt oppoſitę, vt ad veritatem vnius ſequatur fal-
ſitas alterius, nec aduerſatur, *l. cum prætor.* quandoquidem limitatur, quoties id
quod videtur excludi tacite per vnam legem, reperitur aperte incluſum in alia *Saly.
in l. de crimine in 2. oppoſ. Cod. de accuſat. Dect. conſil. 110. colum. 2. & conſil.* 190. quemad-
modum accidit in hac definitione Sulpitii, quæ non debet videri tacite improbata
in dict. l. 1. §. 1. de dolo. cum palam ſit commendata in *dict. l. Iuriſgentium.*

Ad conciliandam hanc antinomiam, *Rodulphus Pratheius in ſuo Lexicon. Iuriſ-
ciuil. & Canon. in verbo dolum malum.* ex intentione quorundam eſt in noua opinione,
27 videlicet reprehenſiones factas ad Sulpitianam definitionem. Compilatores † eſſe
Treboniani non Iuriſconſulti Labeonis, ſicut etiam approbatio definitionis Labeo-
nianæ non ab Vlpiano, ſed a Treboniano proficiſcitur, quæ ſi vera eſſent omnem
prorſus, de Vlpiano quæſtionem dirimerent, quam non eſt veroſimile diſcedere
ab ea definitione, quam alibi diſertè probauit, quæque ſuo tempore inter Iuriſcon.
obtinebat, nam *Paulus* qui cum Vlpiano ſub Alexan. Imperatore floruit, cauſam re-
cenſet *lib. 1. recept. ſentent. titul.* 8. Sed aliorum ſit iudicium, etenim ſiue iſta, ſiue il-
la opinio ſit probabilior, ad ſummam rei non magni refert, ſed nos expectat tertiæ op-
poſitionis reſolutio, in qua aduerſus Labeonem dicitur eius definitionem non eſſe
datam, à ſubſtantia rei, nempe à forma, & materia, ſed a cauſa finali; Defenſio au-
tem eſt in promptu; Nam optima eſt quidem illa definitio, quæ per materiam, & for-
mam, vtpote per cauſas ſubſtantiales traditur, verumtamen cum formarum maxi-
ma ſit nobis penuria, ſæpe definimus à cauſa efficiente, vel finali, hiſque defini-
tionibus, non modo Iuriſconſulti ſed & Philoſophi interdum vtũtur, immo, & Theo-
logi, vt illa, homo eſt creatura rationalis ad vitam æternam, & beatam à Deo creata,
28 † Ideoque ab his cauſis ſæpe datæ in iure definitiones reperiuntur, ita vt per omnes
quatuor cauſas aſſignatæ inueniantur, ſicut facile eſt oſtendere; Nam à ſola cauſa ef-
ficienti data videtur definitio legis §. *lex eſt*, item & plebiſcitum, §. *plebiſcitũ Inſt. de Iure
naturali gent. & Ciuil.* Secundo a materiali, & efficienti ſimul in *l. 1. ff. quod metus cauſ.* vbi
in definitione metus, trepidatio mentis eſt cauſa materialis, propter inſtantis, vel fu-
turi periculi cauſam, eſt cauſa efficiens, tertio à materiali, & formali ſimul in *l. 1. ff. de
teſtam.* vbi iuſta, id eſt, ſolemnis ſententia voluntatis noſtræ eſt materia, quæ etiam in
contractibus reperitur. De eo quod quis poſt mortem, & *c. forma eſt*, quarto à forma-
li ſola in *l. legatum ff. de leg. 2.* nam illa verba teſtimonio relicta continent formam, ſed
verius eſt ibi à formali, & materiali, quæ eſt in verbo donatio quædam. illa vero, ibi te-
ſtamento relicta, ſcilicet a Materiali, & finali *in l. 3. ff. de bonorum poſſ. 6.* ab efficienti, &
formali, vt *in §. ſacra Inſt. de rerum diuiſ.* in quo dictio, rite, formam denotat: verbum per
Pontifices, efficientem importat à finali tantum vt in §. 1. *Inſt. de action.* 8. ab efficienti,
finali, & materiali vt in §. 1. *Inſtit. de tutel. in l. 1. ff. eod. titul.* Materia eſt ibi vis, atque
poteſtas, finalis ibi: ad tuendum; efficiens ibi: à Iure Ciuili data &c. 9. Ab
omnibus cauſis ſimul in *l. 2. ff. de legibus.* efficiens eſt ibi inuentio, & Do-
num Dei, finalis ibi correctio voluntariorum cum illis Ciuitatis compoſitio,

forma

formæ ibi, ſecundum quas omnes, Materia ibi, decretum hominum ſapiẽtum eædem
quoque cauſæ conſpiciuntur in definitione poſita in *l. 1. ff. eod.* in qua prudentum viro-
rum conſultum ad cauſam pertinet efficientem, ſponſio reipub. ſecundum Bald. for-
mam denotat, commune præceptum præ ſe fert materiam, coërctio finem reſpicit,
cum vero non omnes leges delicta coerceant, vt ſunt quæ teſtamentis & contracti-
bus normam præſcribunt, arbitror Papinianum non legẽ abſolutè, quæ alias leges o-
mnes comprehendat ſua poteſtate, definiſſe, ſed legem, quam non ineptè criminа-
29 lem, licet appellare. † Alius tandem eſt definiendi modus, qui fit per ſufficientem
excluſionem aliarum ſpecierum, & per incluſionem vnius, vt in *l. mortis cauſa capio ff.
de donat. mort. cauſ.* Alioquin videtur dari definitio per negationem *l. 19. §. fin. in verbo
argentum ff. de auro. & argento legato.*

Reliquum nunc eſſet, ad vberiorem huius definitionis explanationem ſingula
30 eius verba † exponere, ſed quoniam diximus aliqua *ſupra num. 25.* & ſatis, ac nimirum
fortaſſis morati ſumus in ea, reiicio lectorem ad *Bart. in tract. de teſtibus numer. 100. verbo
dolus omnino.* Ad *Hoſt. in titulo de dolo, & contum. ad Alciat. lib. 9. cap. 2. Parerg.* & in *l. aliud
eſt fraus ff. de verbor. ſignificat. ad Alberic. in dict. in verbo* Dolus, *ad Cagnol. in l. fraudis in-
terpretatio ff. de reg. iur. ad Rodulphum Pratheium in Lexicon. in verbo dolum malum*, illud v-
num tamen non prætermiſero, quod cum dolus tribus modis committatur faciendo,
tacendo, dicendo, ſcilicet veritatem, primus dolus continetur in *verbo machinatio* ſe-
cundus in *verbo fallacia*, tertius in *vltimo verbo calliditas.*

Siquis vero, nec Seruii, nec Labeonis definitione contentus meliorem deſide-
ret, inquirat an plereque à noſtris Doctoribus inuentæ, vel à ſacris Theologis traditæ
31 magis arrideant † *Bald. in l. quæ fortuitis C. de pignor. act.* ita definit; Dolus eſt malitia in
alterius damnum prorumpens, & paulo infra dixit: Dolus eſt ars nocendi contra na-
turam, ideſt, contra amicitiam naturalem *argumento l. vt vim ff. de Iuſt. & iure Bart. Socc.
conſil. 159. & conſil. 160. volum. 2.* ait dolus eſt falſi aſſeueratio cum intentione fallendi,
quam definitionem probat *Roland. à Valle conſil. 49. numer. 27. volum. 1. Cuiacius in l. 1. ff.
de dolo*, inquit dolus eſt abſcondita mentis machinatio per *l. final. C. de litigioſ.* Item ait
Dolus eſt ratio vafra decipiendi alium alio nomine vacans. *Bartol. in l. quod Nerua ff.
depoſit.* definit eo modo, quo Labeo, vno tamen verbo addito (manifeſti) ad exclu-
dendum dolum præſumptum, ſicut refert *Auguſt. in §. præterea numer. 21. Inſt. de actio.
Dec. conſ. 110. & Plot. in l. ſi quando C. vnde vi.* Dolus eſt omittere id quod ex officio face-
re aſtringitur *Caſſan. conſil. 52. numer. 8.* Dolus eſt non ſolum cum fallendi cauſa ob-
ſcure loquimur, ſed cum inſidioſe diſſimulamus, *Caietanus* relatus *à Cagnol. in l. nihil
dolo ff. de reg. iur.* Dolus ait eſt aſtutiæ executio, ſiue per verba ſiue per facta ad decipi
endum, ordinata, & eſt peccatum veræ prudentiæ contrarium vt pulchre explicat
Bartol. in ſuo tract. de teſtibus num. 100. cum ſeq. Quocunque vero modo dolus malus ac-
cipiatur, nempe ſecundum Sulpitii Labeonis, vel noſtrorum definitionem habet
32 plures † gradus ex pulchra doctrina *Bald. in l. quæ fortuitis numer. 6. Cod. de pignor. act.*
vbi inquit in dolo eſſe gradus, etenim maior eſt dolus occidere hominem, quam fura-
ri, & maior dolus occidere ſanctum hominem, vel Reip. vtilem, quam Sycophantam,
ſicut maior eſt dolus facere magnum furtum, quam leue, & ideo inquit *Bald.* pœnæ
non ſunt vniformes *l. hodie ff. de pœnis l. 3. ff. de off. præfect. Vigil. l. ſiquid erit ff. de officio pro-
conſul. l. Ictus fuſtium ff. de infam. l. Liuia ff. de accuſ.* Similiter dolus, vt ſupra definitus non
33 poteſt eſſe abſque voluntate † facientis, nam quod ignorantibus accidit, dolus non
eſt, ſed imprudentia *l. ſiquis teſtimonium § fin. ff. ad l. Aquil. Bald. in d. l. quæ fortuitis num.
1. in fin.* vbi dicit quod malitia, quæ eſt idem ac dolus malus pertinet ad prauitatem
voluntatis, error autem ſine culpa pertinet ad defectum cognitionis, qua ratione
dicitur, quod finis culpæ eſt non intelligere, quod omnes intelligunt *l. lata culpa ff. de
verb. ſignif.* Doli autem mali non vnum erat apud antiquos Symbolum, ſed plura, ſiue
mauis dicere hyeroglyphica, quæ ex literarum monumẽtis, vſq; ad hæc tempora per-
34 uenerunt nempe † ſcorpio terreſtris vnde *Senarius Nicandri.*

Scorpius inſidias, parua ſub cute tetendit.

Laqueus, Hamus, & Perdix ſicut eleganter explicat *Pierius Valerianus.*

De multiplici ſpecie Doli mali, Cap. II.

1 *Multiplex eſt doli mali ſpecies.*
2 *Materia doli mali per eius diuiſionem fit illuſtrior.*
3 *Quomodo probetur, doli mali prima diuiſio.*
4 *Vtrum omnis dolus ſit præſumptus.*
5 *Opinio quorundam affirmatiua probatur.*
6 *Contraria opinio negatiua communior eſt, & verior.*
7 *Dolus præſumptus à lege non eget probatione.*
8 *Dolum alleganti incumbit onus probandi.*
9 *Minor reſtituitur in dolo præſumpto, & doli quædam præſumptiones, ſunt ita graues vt per eas probetur verus dolus.*
10 *Futurus dolus præſumptus poteſt remitti.*
11 *Præſumptionibus probatur, ergo præſumptum eſt non valet ſequela.*
12 *Paupertas, ſimulatio, tacita fides accommodata probantur coniecturis.*
13 *Dolus dependet ab animo, cuius ſolus Deus ſcrutator eſt.*
14 *Omnē dolum eſſe præſumptum, rectè dicimus reſpectu modi probandi, quia probatur omnis dolus præſumptionibus nō reſpectu ſua naturæ, ſecundum quam, aut verus eſt, aut præſumptus.*
15 *Dolus præſumptus duplex, aut reſpectu naturæ, & qualitatis, aut reſpectu probationis.*

EXpoſuimus quid ſit dolus malus, non tantum ex Sulpitii, & Labeonis ſententia
ſed etiam ex noſtrorum interpretum opinione, proximum eſt ex ordine vt mul-
1 tiplicem eius ſpeciem aggrediamur, neq; enim vnò modo diuiditur † dolus, verum
multifariam, multisq; modis quos eo libentius ſingulos proſequemur, quo propoſita
2 nobis materia ex illorum explicatione fiat illuſtrior. †

Prima igitur diuiſio doli mali, in duas ſpecies diducitur, ſiquidem Dolus malus, aut verus eſt, aut præſumptus.

Secunda diuiſio qua alius eſt Dolus apertus, alius velatus.

Tertia quoq; diuiſio duas ſpecies habet, Dolū ſc. de præterito, & Dolū de futuro.

Quarta diuiſio eſt bipartita, quia Dolus eſt vnus ex propoſito, Alius re ipſa.

Quinta diuiſio duplici ſpecie cōtēta eſt, nā ali⁹ eſt dol⁹ in omittēdo, ali⁹ in cōmittē-do.

Sexta diuiſio duas ſpecies continet Dolum ſc. incidentem, & dantem cauſam.

Septima diuiſio pariter duas ſpecies complectitur, dolū principalis, & dolū tertii.

Octaua diuiſio, quoniā dolus eſt duplex, nēpe dol⁹ Authoris, & dolus ſucceſſoris.

Nona diuiſio dolus vnus in re propria, alter in re aliena, alius in re communi.

Decima diuiſio dolus in dicendo, in faciendo, in tacendo.

Vndecima diuiſio dolus alius damnoſus, alius iocoſus.

Vt vero omnes iſtæ diuiſiones, eo quo ſunt ordine propoſitæ declarentur primam
accipimus exponendam inquirentes, primo vbi, & quo modo probetur; ſecundo an
3 bona ſit; tertio ſingula eius membra diſcutiemus, quo ad primum probatur † per *Bart.*
in l. quod Nerua n. 3. ff. depoſit. & in l. ſiquis id quod. ff. de iuriſd. omniū iud. per Caſtrenſ. & alios in
l. vbi exigitur. ff. de edend. per Pariſ. conſ. 49. n. 30. & 31. vol. 1. per Alex. in l. Dolum C. de Dolo. &
in conſ. 103. n. 3. vol 1. per Menoch. de arbitr. iud. cauſ. lib. 2. caſu 194. nu. 38. & de recuper. poſſeſſ.
remedio 15. n. 134. cū ſeq. per Sebaſt. Medicem. de fortuit. caſibus part. 1 quæſt. 10 quod attinet ad
ſecundum; Non deſunt qui hanc diuiſionem improbent, nempe *Milleus in Praxi cri-*
minali nu. 68. folio 195. & tangit eam *Bart. in d. l. quod Nerua num. 14. Rodulphus Pratheius in*
4 *ſuo lexicon. in verb. dolum malum* dicentes omnem dolum † eſſe præſumptum, atque ita
vnam non plures eſſe doli mali ſpecies; eo argumento quod præſumptionibus & indi-
5 ciis ſolum † probari poteſt *l. dolum, & ibi doct. C. de dolo, & in l. quoties § qui dolum. ff. de pro-*
bat. Iaſ. in l. ſiquis cum alter ff. de verb. oblig. Ruin. con. 4. num. 10. vol. 1. & conſ. 73. numer. 1.
numer. 9. eod. libr. Soc. conſ. 47. conſ. 59. vol 3. & hinc eſt quod leges vtuntur hoc modo lo-
quendi, Dolo facere videtur *l. ſi procuratorem. ff. mand* dolo carere non videtur, *ff. ad l.*
Falcid. l. dolo, quod verbum fictionem, aut præſumptionem ſignificat, Cæterum nō eſt
6 diſcedendum à Cōmun. Doctorum diuiſione † primo, Quia ſi omnis dolus eſſet præ-
ſumptus nullus dolus deberet probari, iuris enim præſumptio releuat ab onere pro-
7 bandi, & vt Caſtr ait in *d. l. dolum* dolus præſumptus eſt, qui ſine vlla probatione † præ-
8 ſumitur à lege, & tamē regula eſt quod dolū allegāti incūbit onus probādi † *d. l. quoties.*
§. 1. ff de probat Cōfirmatur ſecundo ex traditis a *Menochio de recuper. poſſ. remedio 15. n. 136.*
ait enim reg. illū dolū eſſe ꝓbandꝫ locū habere in dolo vero, tertio ſi dolus omnis eſſet
præſumptus, minor ſemp aduerſus dolū reſtitueretur in integrū, quoniam cōtra præ-

ſumptum

9 ſumptum † reſtitutionem habet. ſed pro aliquo dolo non reſtituitur *l. auxilium cum ibi*
not. ff. de minor. & nos infra dicemus, latius igitur reperitur aliquis dolus non præſump-
tus, IV. ſi omnis dolus eſſet præſumptus non daretur dolus, dolo grauiot, ſed conſe-
quens eſt falſum. *Cephal, conſ. 34.* vel primo igitur, & antecedens *Crau. conſ. 46. in 1. parte.*
Qninto licet probetur dolus præſumptionibus, tamen ſunt aliquæ ita graues vt per e-
as probetur dolum eſſe verum *Bart. in l. quod Nerua ff. depoſit. n. 14.* Sexto ſi omnis dolus
10 eſſet præſumptus, omnis futurus dolus † poſſet remitti, quippe quia omnis præſum-
ptus futurus dolus remittitur *Caſtrenſ. in l. ſi vnus §. illud ff. de pact.* ſed dolus aliquis futu-
rus non poteſt remitti *d. §.* illud merito non omnis dolus eſt præſumptus; Nec faciunt
negotia allegata ex aduerſo, imo ex eorum ſolutione cõſolidatur magis Doctorum o-
pinio quoniam non valet illatio, Dolus probatur præſumptionibus igitur eſt præſum-
11 ptus, † actus enim ſeparatus à probatione qua oſtenditur eſſe geſtus, vt ecce aliud eſt
teſtamentum aliud probatio teſtamenti; & ideo ſuccedit reg. *l. Papinianus ex vbi ff. de*
minor l. non hoc C. vnde cogn l. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. poſſeſſione, etenim cohe-
rent iſta ſimul quod dolus verus detur, & ſola præſumptione probetur ſicut ex ſubie-
12 ctis exemplis apparebit, paupertas † vera, & realis reperitur inter homines, & tamen
præſumptione probatur, Doct maxime *Bartol. in l. ſi conſtante ff. ſoluto matrimonio & in*
l. vbi adhuc C. de iure dot. Prætetea ſæpe accidit, vt heres accommodet tacitam fidem te-
ſtatoris in fraudem legis de reſtituenda hereditate incapaci, & tamen iſta tacita fides,
licet ſit vere accommodata probatur præſumptionibus *Doct. in l. vnic. C. de his qui ſe dif-*
ferunt. lib. 10. & *in l. fin. ff. de his quibus, vt indig.* ſimulatio quoq; in contractibus vere, &
realiter interdum committitur in *tit. C. plus valere quod agitur*, & tamen ſimulationis
probatio ſolis fit præſumptionibus, latè Cæpoll. in tract. ſimulat. verus itaque dolus re-
13 peritur, ceterum quoniam pendet ab animo, & voluntate, cuius ſcrutator † ſolus eſt
Deus, non poteſt directo probari, merito recipiuntur præſumptiuę probationes, quæ
tamen longe diſtant à dolo, cuius probationem faciunt. Non vrget etiam verbum vi-
detur, ſæpe enim veritatẽ im̃pbat §. *2. Inſt. de ex hered. lib. l. 2. ff. de liber. & poſth.* & in legi-
bus adductis agitur de prę ſumpto dolo, ideò vtũtur verbo videtur. Defendi tamen po-
teſt prior opinio ex pulchra doctrina *Bald. in l. quæ fortuitis C. de pig. act. nu.* 8. vbi ait du-
14 pliciter accipi dolum præſumptum, quandoque reſpectu † probationis quandoque
reſpectu proprię eſſentiæ, & qualitatis, de primo in *l. dolum C. de dolo* de 2. *in l. quod Ner-*
15 *ua ff. depoſit.* Ergo omnis dolus eſt præſumptus reſpectu probationis, † & ita ſoluit *Ce-*
phal. conſ. 34. num. 25. & conſ. 62. num. 27. & conſil. 142. num. 35. vol. 1.

De Dolo vero, & de Dolo præſumpto Diuiſio prima.

1 *Quid ſit Dolus verus & num. 6.*
2 *Vtrum dolus à perfidia differat num. 9.*
3 *Vtrum dolus ſit delictum.*
4 *Dolus verus, quo nam pacto differat à dolo præſumpto.*
5 Dolus *verus, aut nominatus eſt, aut innominatus, & rurſus innominatus duplex, alius qui criminaliter poteſt accuſari. Alius non poteſt, ſed producit actũ doli de qua principalis eſt tractatus.*
6 *Definitio veri doli, ſecundum* Doct. *qua ab Authore non probatur, &* Doctor. *intentio declaratur.*
7 Dolus *verus, quibus coniecturis detegatur, & quibus præſumptus.*
8 *Exempla veri doli.*
9 *An dolus differat à perfidia.*
10 *Vbi perfidia eſt, ibi mala fides, ubi mala fides, ibi dolus.*
11 Perfidia *eſt cum data fides rumpitur, & num. 14.*
12 *Damnatus iudicio contrario, non redditur infamis, quia non agitur de perfidia ſed de calculo.*
13 *Punica fides. prouerbium.*
14 *Locus Virgilii pro declaratione perfidia.*
15 Dolus *dicitur quoties malitia alterius alteri nocet, nec factum poteſt criminaliter accuſari; & ciuiliter nulla eſt actio prodita.*
16 *Contra perfidiam varia prodita ſunt actiones.*
17 *Locus Plutarchi ad declarationem perfidiæ, hoſtes fallere licet, ſed non frangere fædus.*
18 *Vbi perfidia eſt, ibi dolus, ſed non protinus vbi dolus, ibi perfidia.*
19 Dolus, *& mala fides, non conuertuntur.*

20 Vtrum dolus malus ſit delictum.

21 Delicti, & criminis differentia quæ ſit.

22 Dolus non videtur delictum, quia de illo, nec in titulo de publicis delict. nec in titulo de priuatis delictis agitur.

23 Dolus ex communi & vera ſententia delictum eſt, leges enim delictum, & crimen appellant. limita.

24 Ratio cur dolus ſit delictum; quoniam, ſc. eſt cauſa omnium delictorum.

25 Statutum loquens de delicto, vel de crimine dolum continet.

26 Actio ex dolo proficiſcens, dicitur venire ex delicto, & vbi ſumus in dolo, ſumus in odioſis.

27 Dolus eſt delictum, intellige dolus verus, non præſumptus ſecundum Caſtrenſem & quando dolus committitur in faciendo, non in omittendo.

28 Dolus velatus, & præſumptus æquiparantur.

29 Vtrum dolus verus, differat à præſumpto, & non differre probatur multis rationibus.

30 Dolus præſumptus in multis conuenit cum dolo vero. Primo in definitione. Secundo in producenda actione. Tertio in præſcriptione. Quarto, in eo quod vterq; poteſt remitti. Quinto, in exceptione. Sexto, in ratificatiõe negocii doloſe geſti. Septimo, quo ad iuramentũ in litem. Octauo, quo ad irrogandam infamiam. Nono, circa tollendam obligationem.

31 Dolus verus maxime differt à dolo præſumpto, & ſeparatam ab eo ſpeciem conſtituit.

32 Dolus enim verus diſtat, Primo, definitione. Secundo, quo ad obtinendam reſtitutionem in integrum.

33 Dolus præſumptus creditur eſſe leuior, & colligitur ex actis in omittendo, verus autem reputatur grauior, & deprehenditur ex actis in faciendo.

34 Dolus verus neminem excuſat, nec Ruſticum, nec mulierem, nec militẽ, ſecus dolus præſumtus, nã excuſat nõ ſolum prædictas perſonas, ſed etiam ignorantem in iure, Quarta differentia dolus verus nõ recipit probationem in contrarium, præſumptus autem ſic, quando ſc. eſt præſumptus ſola iuris præſumptiõne, ſecus ſi præſumptione iuris, & de iure. Quinto, dolus verus quandoq; criminaliter punitur, vt ſi incidit in crimen ſtellianatus, non autem præſumptus, Sexto, dolus verus futurus non poteſt remitti, ſecus autem præſumptus futurus. Septimo, Dolus verus eget probatione, ſed non præſumptus. Octauo, verus dolus impedit ratificationem contractus doloſi, ſi ratificans dolum ignorabat, non ita dolus præſumptus. Nono, dolus verus grauior reputatur præſumpto.

35 In dolo ſunt gradus, ſicut in culpa, nam qui minus nocet minor eſt, qui plus nocet grauior.

36 Communis opinio quid dolus verus differat à præſumpto, cum rationibus.

37 Similitudines, quæ inueniuntur inter dolum verum, & præſumptum ſunt genericæ.

38 Nam iſtæ duæ ſpecies doli conueniũt in ſuo genere, & tales ſunt ſimilitudines enumeratæ.

39 Teſtamentum nuncupatiuum, & in ſcriptis, differunt ſpecie, & tamen conueniunt in multis reſpectu generis teſtamenti.

40 Vtrum verus dolus excludat conſenſum eius, qui deceptus eſt.

41 Defectus conſenſus annullat omnem contractum etiam ſtricti iuris.

42 Contractus ſtricti iuris non irritatur propter dolum.

43 Dolus, & metus æquiparantur, declaro, n. 147. & num. 59. & 61.

44 Dolus excludit conſenſum ex communi opinione declara, vt infra num. 49.

45 Iuramentum, vt, aut dolo interpoſitum nõ repræſentat, minorem, maiorem.

46 Renunciatio l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. facta dolo non tenet.

47 Qui dolo circumuenitur errat, errantis autem non eſt conſenſus.

48 Dolus, & metus in multis differunt.

49 Dolus vt excludat conſenſum debet eſſe talis, qui falleret prudentem virum.

50 Dolus non omnem prorſus excludit conſenſum, ſed ſpecificum id quod exemplis illuſtratur.

51 In iuramento dolo extorto eſt neceſſaria abſolutio.

52 Simulatio ſicut & dolus excludit conſenſum.

53 Statutum vt contra Inſtrumentum non admittatur exceptio, non procedit in Inſtrumento ſimulato.

54 Contractus ſimulatus dicitur coloratus, depictus.

55 Violentia excludit conſenſum.

56 Violentia eſt neceſſitas impoſita contraria voluntati.

57 In violentia adeſt etiam dolus.

58 Dolus verus eſt in violentia, & in clandeſtinitate.

59 Violentia, turbatio, vel ſpoliatio facta

de man=

de mandato Iudicis caret dolo.

60 *Vtrum dolus, & metus æquiparentur, etiam aſſeruntur inter vtrunque differentiæ.*

61 Doli, *& metus multæ ſimilitudines.*

62 *Non bene ſumitur regula dolus, & metus æquiparantur.*

63 *Vtrum dolum committens in aliquo negocio, poſſit ad illud reſcindendum proprium dolum allegare.*

64 *Actus nullus poteſt improbari, etiam ſi improbantis detegatur turpitudo.*

65 *Actus doloſus, & ſimulatus æquiparantur.*

66 Dolum *proprium nemiuem poſſe allegare frequentius probant* Doct. *declaratio Authoris.*

67 T*urpitudinem ſuam nemini licet adducere, nec contra factum proprium venire.*

68 *Nemo debet ex ſuo dolo ſentire lucrum.*

69 *Nec proprius dolus, nec Authoris poteſt allegari quamuis ſingularis quod declara in titulo lucratiuo.*

70 Dolus *quando reddit actum ipſo iure nullum, poteſt à cõmittente allegari, ratio eſt quia defenſio fundatur in nullitate, non in dolo.*

71 *Simulatio poteſt allegari ab eo, qui illam fecit.*

72 Dolum *proprium non poſſe deduci quomodo procedat;* Author *explicat.*

73 *Regu. turpitudinem ſuam non poſſe allegari.*

74 T*urpitudo ſus iure allegatur, excipiendo, & replicando.*

75 *A part procedunt exceptio, & replicatio.*

76 *Dolus proprius per exceptionem allegatur, contra eum, qui doli particeps fuit item allegatur ad proprium damnum; & quãdo iam publicatus eſt; rurſus quando actus doloſus eſt nullus, quia ſit contra leges, vel quando excluderetur aduerſarius ipſo iure.*

77 *Vtrum minori propter verum dolum denegetur in integrum reſtitutio.*

78 *Minor propter mendacium non perdit reſtitutionem in integrum declarat infra.*

79 *Minor de dolo commiſſo incommodato non tenetur niſi ſit factus locupletior, declara.*

80 *Minor mulier, non petens liberis tutorem, non priuatur ſucceſſione quamuis ſit in dolo*

81 *Minor exercens hiſtrionicam artem, non ſubit pœnam infamiæ.*

82 *Validum eſt argumentum de contractibus ad delicta, & ſicut Iudex tenetur ſeruare ſtatutum vel conſuetudinem loci celebrati contractus, ita debet imponere pœnam ſecundum ſtatutum loci, in quo commiſſum eſt delictum.*

83 *Minori propter dolum reſtitutionem non concedi, receptior eſt opinio* Doctor. *ratio eſt.*

84 *Quia dolus delictum eſt, & quia.*

85 *Malitia ſupplet ætatem, errantibus non decipientibus ſubuenitur, malos mores infirmitas animi non excuſat, non eſt digna excuſatio ætatis inuocando legis auxilium propter commiſſum contra legem, & quia prætor qui per reſtitutionem vult ſuccurrere oppreſſis, faceret opprimentibus.*

86 *Quaſi canis ad Nilum, prouerbium.*

87 *Minor quo nam pacto, aduerſus mendacium reſtituatur, ex Bald. ex Ruyno.*

88 Mendacium *iure diuino improbatum eſt, & mendaces filii* Diaboli *vocantur.*

89 *Intellectus* l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum, verb. ſed ſi. ff. de minor. *vſque ad num.* 88.

90 *De contractibus ad delicta non valet argumentum quando expreſſe reperitur deciſum contrarium.*

91 *Minor in delictis reſtituitur, ſi Aduerſarius quoq; fuit in dolo.*

92 *Minor reſtituitur in delictis, ſi non ad impunitatem, ſaltem ad minorandam pœnam, etiamſi non petatur à minore.*

93 *Vtrum alicuius ludi maxime peritus, ſi prædicatione ſua ignorantia induxerit aliquem ad ludendum, & plurimum vicerit, an poſſit doli exceptione repelli.*

94 *Diſtingue in minore, & in maiore.*

95 *Peritus ludendi per ſimulationem ſuæ peritiæ induxit aliquem ad ludendum, & vicit, tenetur in foro animæ ad reſtitutionem.*

96 *Sponſionem faciens ſuper aliquo incerto futuro euentu; cum certo ſciret iam eueniſſe; tenetur in foro animæ ad reſtitutionẽ ei, qui ignorans ſponſionem accepit.*

97 *Si is, qui ignorabat certum euentum, prouocauit ad ſponſionem illum, qui certo ſciebat, an is teneatur ad reſtitutionem.*

98 *Vtrum dolus verus grauior ſit præſumptio.*

99 T*eſtis æque punitur de falſo, tacens verũ, ac dicens falſum.*

100 *Paria ſunt, ſeruum occidere, vel negligere infirinum.*

101 *Tam verus dolus, quam præſumptus infamat.*

102 *Dolum verum eſſe præſumpto grauiorem com. eſt opinio qua limitatur.*

103 *Dolus præſumptus ſe habet ad eſſe, & ad non eſſe.*

104 *Grauius eſt delictnm in faciendo, quam in omittendo.*

105 *Dolus præſumptus ſecundum Caſtr. non eſt maleficium.*

106 *Contra dolum præſumptum, quãdo detur Iuramentum in litem.*

107 *Dolus præſumptus iuris præſumptione illa qua dicitur iuris, & de iure non eſt leuior dolo vero.*

108 *Quid ſit præſumptio iuris, & de iure.*

109 *Aduerſus dolum præſumptam præſumptione iuris, & de iure non datur minori reſtitutio & conceditur quoque iuſiurandum in litem.*

110 *Exemplum doli præſumpti præſumptione iuris, & de iure.*

111 *Dolus verus, maior eſt dolo relato.*

112 *Vtrum dolus verus & præſumptus, quoad reſcindendum æquiparentur.*

113 *Mala fides vera grauior eſt mala fide præſumpta.*

114 *In criminalibus plus valet verus dolus ad condemnandum, quam præſumptus.*

115 *Contractus doloſe geſtus gemina ratificatione conualidatur ſi dolus erat præſumptus, non verus.*

116 *Dolum verum, & præſumptum æquiparari, quoad reſcindendum communiter recipitur, & declaratur.*

Iuris præſumptio eſt liquidiſſima probatio.

117 Reg. *ab omni diſpoſitione cenſetur dolus remotus, procedit etiam in dolo præſumpto.*

118 *Dolus præſumptus duplici modo poteſt venire in aliquo contractu ſcilicet propter immodicam læſionem, & propter omiſſionem ſolemnitatis.*

119 *Probatio per euidentiam nulla conſtitutione cenſetur excluſa.*

120 *Declaratio com. opinionis.*

021 *Omiſſio inſtitutionis hæredis, maior eſt defectus, quam omiſſio teſtium in teſtamento.*

122 *Homicidium veneno commiſſum grauius eſt quam ferro perpetratum.*

123 *In criminalibus eſt differentia inter verum dolum, & præſumptum.*

124 *Præſumptus dolus per præſumptam ratificationem remouetur.*

125 *Vtrum dolus verus ob eo, qui deceptus eſt. cenſeatur generali renunciatione remiſſus, in quo articulo diſtinguendi ſunt tres caſus, primus eſt quãdo generalis remiſſio eſt facta in actu inter viuos, ſecundus quando in vltima voluntate, tertius quando eſt facta in vltima voluntate, ſed per modum diſpoſitionis inter viuos.*

126 *Dolus in primo caſu non cenſetur generali renunciatione remiſſus ex com. ſententia, ſed declara per diſtinctionem, aut doloſo nihil adeſt, aut doloſo aliquid adeſt.*

127 *Si dolus ineſt liberationi cenſetur extorta dolo.*

128 *Dolus ex generali remiſſione videtur remiſſus inter viuos ſcilicet ex titulo oneroſo facta liberatione, limitatur, ſi doloſo aliquid adeſt, ſecundo fallit, ſi liberans veriſimiliter non cogitauit de Dolo, tertio ſi eſſet manifeſta impietas, fallit ſi doloſus non reſtituiſſet reliqua.*

129 *Dolus in vltima voluntate non cenſetur remiſſus generali remiſſione triplici ratione.*

130 *Dolus in vltima voluntate cenſetur quãdoque remiſſus ex generali remiſſione.*

131 *Dolus per liberationem in vltima voluntate factam, ſed per modum inter viuos non cenſetur in dubio remiſſus;*

COnſtat ex iam deductis in ſuperiori capitulo non omnem dolũ eſſe præſumptum
ſed verum quoque dolum inueniri, de quo diſputationem aggredientes videa-
1 mus † quid ſit dolus verus, Secũdo nunquid differat † à perfidia, tertio vtrum dolus ſit
2 delictum † quarto quò pacto ſeiungatur à dolo præſumpto † quinto proximas, ac co-
3 hærentes quæſtiones explicemus priorem autem dubitationem antequam abſoluam
4 præmitto vnum, his quæ ſumus dicturi lucem nõ minimam allaturum, nempe homi-
5 nem dolo malo aliquando maleficium committere † quod nominatum dicitur, propterea quod elegans eſt ei nomen à lege tributum veluti furtum, homicidium falſum, falſum non nunquam perpetrare delictum innominatum, cui lex certam appellationem nõ impoſuit, quoniam plura ſunt negocia, quam vocabula *l. 4 ff. de præſcript. verb.* & vt. *Seneca* ait rebus magis, quam nominibus abundamus, exemplum eſt ſi creditor in pignore quod accepit fuerit doloſe verſatus *l. 1. in fin. & l. tutor. §. 1. de pignorib.*

Inter-

Interdum dolus commiſſus adfert læſionem ex aliquo facto quod non poteſt crimi-
naliter accuſari vt in hominũ commerciis vſu venit, variiſq; Ciuiũ negotiis contingit,
de quibus integer titulus *ff. & Cod. de* Dolo. In prima ſpecie non doli, ſed furti, vel falſi
producitur actio, nimirum quia doli relicto nomine aliud aſſumpſit in ſecunda ſpe-
cie, doli etiam appellationem non retinet, ſed ſtellionatus vocatur, *Rub. cum nigro ff. de
crim. ſtellion. d. l. 1. l. tutor.* In vltimo vero caſu, doli nomine conſeruato actionem illam
producit, quæ paſſim in iure actio doli nuncupatur & datur, vbi alia actio deficit *l. 1.
ff. de dolo. Azzo. Cod. eod. num.* 4 Ad hunc dolum pertinet edictum prætoris quod *Vlpia-
nus in l.* 1. & alii interpretantur in *ll. ſeq. ff. de dolo.* Ad eundem reſpiciunt conſtitutiones
in *tit. C. de dolo*, ideoq; ad iſtum, tanquam ſagittæ ad Scopum & quaſi lineæ ad centrum
ſunt nobis omnes de dolo diſputationes dirigendæ.

Inquiramus ergo ſecundum præmiſſum ordinem quid ſit verus dolus, & ſi credi-
mus *Bart. in l. quod Nerua num.* 14. *ff. depoſ.* quem refert & probat. *Menoch. de Arbitr. Iud.*
6 *cauſ. cent. 2. caſu* 194. *num.* 35. & de recuperan. poſſeſſione *remedio* 15. *num.* 134. *& ſeq.* †
Eſt qui claris, & manifeſtis probationibus detegitur, vel vt dixit *Alex. in l. dolo. ff. ad l.
falcid.* eſt qui conſtat ex perſpicuis indiciis, Idem *Bar. in tract. de teſtib.* inter varios tract.
de teſt num. 108. ait ille dolus, verus eſt, de quo claræ præſumptiones habentur & iudex
in claram, & perfectam fidem adducitur, conuenit vt mihi videtur text. in *l. is ff. de Iud.*
ibi ſi euidens Caſtrens. in *d. l. quod Nerua nu.* 3. inquit dolum verum eſſe; qui colligitur
ex præſumptionib. conſtitutionib. in faciendo; Plane iſtę definitiones videntur magis
valere ad docendum quo modo probetur dolus verus, quam ad eius aperiendã ſub-
ſtantiam, pendet enim dolus, ſicut diximus, ab animo, cuius cum non detur probatio
directa, quo clariores ſunt cõiecturæ, eo magis apparet dolus commiſſus ſi igitur ma-
nifeſta eſt præſumptio, manifeſtus, & verus creditur fuiſſe dolus Menoch. *dict. Remed.*
7 15. *num.* 135. Quemadmodum † ſi coniecturæ non ſunt ita perſpicuæ dolus pręſumptus
creditur probatus. Probatio lactis in muliere, clarum argumentum præbet eam pe-
periſſe, non autem eſt partus illius ita quoque aperta probatio, vel coniectura oſten-
dit dolum eſſe commiſſum, non quod ſit verus dolus in ſua natura, quapropter arbi-
tror DD. in allegatis eorum definitionibus reſpexiſſe magis ad ſeparãdum dolum ve-
rum à præſumpto in modo probationis; quam quod crederent veri doli ſubſtantiam
8 explicare. Dolus itaque verus † videtur; qui conſulto, & de induſtria, committitur al-
terius circumſcribendi cauſa cum aliud eſt actum, aliud ſimulatum *l. Iuriſgentium §.
pactorum ff. de pact.* vel quando eſt adhibita machinatio ad decipiendum alterum *l. 1.
ff. de dolo*; qui tunc verus fuiſſe oſtenditur, cum apertis coniecturis detegitur exemplã
huius doli ſumi poſſunt, ex *l. ſumma cum ratione ff. de pecul. ibi, ſed etſi intricare peculium
in necem creditorum paſſus eſt*, *Mela* ſcribit dolo eius factum eſſe, *l. vbi exigitur ff. de eden.
ibi dolo malo non edidit, qui malitioſe edidit, vel totum non edidit l. 1 in princip ff. de eo, per quem
factum eſt, ibi dolum malum ſic accipimus, vt ſiquis venienti ad iudicium aliquid prænunciaue-
rit triſte propter quod is neceſſe habuerit ad iudicium non venire l.* 21. *in fin ff. ad l. Aquil. ibi dolus
eſt, ſiquis proiiciat in tranſeuntem per viam, cum prius illam vidiſſet.*
9 Inueſtigemus modo, † vtrum verus dolus differat à perfidia & non differre, ſed idẽ
eſſe videntur omnes illi Dd. exiſtimare, qui tenent hoſti fidem datam nõ eſſe ſeruan-
dam eo præcipue argumẽto quod dolus an virtus, quis in hoſte requirat, & iuxta illud
August. cum iuſtũ bellũ ſuſceperis, nihil intereſt apertè pugnes an ex inſidiis, quę ſen-
10 tentia vltra Doct. ꝓbatur I. quia vbi perfidia † eſt, ibi mala fides, mala autem fides do-
lus eſt & fraus *l. ſi dolo C. de reſcind. vend.* & ſicut bona fides eſt cõtraria dolo *l. 3. fin. ff. pro
ſocio*, ita mala fides eſt contrariæ naturæ cũ dolo, ergo & perfidia, II. Definitio doli in *l.*
11 *1. ff. de dolo.* conuenit perfidiæ, Nam perfidus i. frangens fidẽ aliud agit † per machina-
tionẽ, aliud ſimulat. III. in cõtractib. bonæ fidei iuratur in litẽ ob ſolum dolũ *l. in actio-
nib. ff. de in lit. iur.* ſed in his iuratur ob perfidiã *l. 6. §. contr. iudicio ff. de his qui not. infam.* v-
12 bi expreſſum eſt ꝙ in actionib. bonæ fidei contrariis † non iuratur, quia in his non a-
gitur de perfidia, ſed in act. bonæ fidei directis iuratur, quia agitur de perfidia.

Contrariã ſententiã probat *Hottom. quæſt. Illuſt. quæſt.* 7. inquiẽs eo dolum à perfidia
diſtingui, ꝙ dolus eſt, vbi nulla data fide, aliud agimus, aliud ſimulamus perfidia vero
cum datam fidẽ rumpimus, ꝙ qui faciunt perfidi nõ iniuria vocantur, eoq; vitio Car-
13 thaginenſes maxime notabãtur, adeo vt ceſſaret in prouerbium † punica fides contra
eos qui fidem frangunt, & *Liuius* de Annibale; has tanti viri virtutes ingentia vitia æ-
14 quabãt inhumana perfidia pluſquam Punica. Hoc crimen Dido exprobrauit Æneę. †

Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum
Poſſe nefas, tacitúsque mea decedere terra,
Nec te noſter Amor, nec te data dextera quondam
Nec moritura tenet, crudeli funere Dido.

Quod vero talis ſit perfidia cum ſcilicet fides rumpitur, non probat Hott. ſed
facilis eſt probatio ex *cap. fin. ext. depoſit.* in quo dicitur, eum qui non ſeruat fidem in de-
poſito fidei contractum ad perfidiam conuertere, & *l. 1. ff. eod. §. hæc autem*, cum vero
extante neceſſitate, creſcit perfidiæ crimen; Non probat etiam Hott. dolum eſſe, cum
nulla data fide alium decipimus, nos vero docemus primum ratione, quippe dolus eſt
15 quoties malitia alteri † nocet, nec poteſt factum criminaliter accuſari, pro quo nulla
16 eſt alia prodita actio *l. 1. ff. eod.* at contra perfidiam variæ † ſunt actiones proditæ, &
totſunt, quot ſunt contractus in quibus rumpitur fides; Deinde authoritate, nempe
17 *Plut.* † *in apoteeg.* fœdera, inquit, iniuſte frangere impium eſt, (agitur enim de perfidia)
ſed hoſtes fallere non modo iuſtum, & honeſtum, verum iucundum quoque, & lu-
croſum, Dolus eſt cōtra hoſtes licitus, contra eoſdem perfidia illicita, contra perfidū
18 certa actio comparata aduerſus doloſum † non ita, merito non ſunt idem, & in
hanc Hottom. ſententiam procliuior ſum, non modo ex adductis rationibus, verum
etiā illa me mouet quod ſicut in furto, in falſo dolus eſt, & tamen dolus, & furtum, aut
falſum non ſunt idem, ſic quoq; in perfidia dolus eſt, ſed non protinus dolus eſt perfi-
dia, dolus enim in ſe plus habet: reperitur enim dolus ſine perfidia, ſed non perfidia ſi-
ne dolo, poſſum enim, & illum circumuenire, cui nullam ante fidem dederam vt ex-
tat celebre illud Pitii, & Cannii apud *Cic. 3. de off.* exemplum. Nec vim habent allegata
ex aduerſo, ſiquidem probant in perfidia dolum eſſe, quod non inficiamur, & in mala
fide dolus eſſe præſumitur *l. ſi dolo C. de reſcind. vend.* non propterea dolus, & mala fides
19 † conuertuntur, iſta enim latius vagatur, quippe ſi heres ſciat defunctum emiſſe à non
domino, eſt in mala fide, non tamē eſt in dolo, cū mala fides ſit ſcientia rei alienæ *Doct.
in l. Celſus ff. de vſu cap.* dolus autem ſemper deſideret machinationem ad alium circum-
ueniendum. Non officit quod definitio doli conueniat perfidiæ, conuenit tanq; vt v-
ni ſpeciei, in qua dolus ineſt, ſed non ſoli, vt definitio teſtamenti *in l. 1. ff. de teſt. competit.
Nuncupatiuo, ſed non ſoli*, quia reperitur aliud teſtamentum, quod non eſt nuncupatiuū,
ſicut inuenitur alius dolus, in quo non eſt perfidia, Demum remouetur vltimum obie-
ctum, iuratur enim in actionibus bonæ fidei ob ſolum dolum, ſed non ob ſolā perfidi-
am, vbi eſt perfidia, iuratur propter dolum, ſed & præterea iuratur, vbi non eſt perfi-
dia, ſi modo dolus reperiatur admiſſus.

20 Conſequens eſt vt diſpiciamus an dolus malus † ſit delictum ſiue crimen, in qua
diſputatione delicti, criminis vel maleficii nomine promiſcue vtar, nullum inter hæc
diſcrimen conſtituens, quamuis ſciam ea differentia ſeparari, vt delictum ſit genera-
liter, ſiue malo animo, ſiue ignoranter commiſſum; Crimen autem quod ex animi
21 ſcientia perpetratum † eſt, *gl. magiſtr. in l. 1. C. ſi aduerſ. delict.* confert *l. 1. ff. de legib. ibi: deli-
ctorum*, quæ ſponte, vel per pignorantiam contrahuntur coerctio. adeò vt delictum ad
differentiam criminis ſignificet quod citra malitiam admiſſum. eſt dictum quaſi dere-
lictum, ſiue omiſſum, gl. in reg. peccatum de *reg. iur. in 6. Alex. in l. ſi mora n. 14. ff. ſol. ma-
trim.* vnde illud *Ouid. 2. Metamorph.*

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu
& Iuuenalis
Rubet Auditor, cui frigida mens eſt. Criminibus

Scio autem eam differentiam parum eſſe in iure obſeruatam maxime in *tit. ff. de
priuat. delict.* LL. enim ſibi ſubiecta: furtum, homicidium, delicta vocant, quæ tamen
non committuntur ſine dolo *l. 1. & 2. ff. de furt. l. fin. C. de ſicar.* immo in *d. l. fin.* crimen, &
maleficium dicitur, quod in Rub. vocatur delictum, & *in l. 1. dicitur crimen*, quod in
Rub. aduerſus delictum vocatur. Ad propoſitam itaq; dubitationem accedens dico
veriorem ſententiam videri quæ negat eſſe delictum, quamuis pauciores ſuffragato-
res habeat. Primo ſi dolus delictum eſt, aut publicum, aut priuatum eſt, neq; enim da-
22 tur medium publicū non eſt, quippe quia † ceſſat in eo, definitio publici delicti *l. 2. ff.
de pub. iud.* nec etiā priuatū, quando de eo non agitur in titulo de priuatis delictis, auge-
tur vi argumenti: Etenim ſi delictum eſt, aut ordinariū eſt aut extraordinarium. Ordi-
narium non eſt, quia certum delicti nomen non habet, non extraordinarium, quo-
niam in titulo de extraord. crimin. non ponitur; Secundo delicta non præſumuntur

l. merito

Digitized by Google

l. meritoff. 1. *Socc* Dolus ſæpe præſumitur, *l. tutor qui repertorium ff. de admin. tutor. l.* 3. *§. nunc videamus ff. de ſuſpect. tutor. Nicol. Moron. de treg. & pace in prima parte quæſt.* 10. Ter-
tio ſi Dolus eſſet delictum actio inde proficiſcens orietur ex delicto, vt dicitur de
actione furti, & de vi bonorum raptorum *§. ex maleficiis inſtitut. de action.* ſed actio do-
li naſcitur multoties ex contractu *l.* 16. *§ item ſi quod dolo, ff. de Dolo l. arbitri ff. eodem.*
23 Contrariam vero ſententiam pluribus ſuffragiis probant † Doct. nempe *Bald. in tract. de ſtat. in verb. arbitrium num.* 44. dicens dolum eſſe delictum, etſi ſpeciali delicti
nomine careat, *Angel. in §. præterea Inſt. de act. num.* 24. *& ſeq. Alciat. in l.* 12. *ff. de verb. obligat. Cephal conſ.* 76. *vol.* 1. *Corn. conſ.* 182. *vol.* 4. *Iaſon late in §. item ſi quis in fraudem numer.* 47. *Inſtit. de actio* ex quo inferunt, quod omnis dolus malus eſt contra ius Diuinum
Afflict. Deciſ. 403 Quæ opinio communis probatur authoritate, atq; ratione. Authori-
tas, eſt multarum legum in quibus dolum delictum, crimen, & maleficium appellatur,
vt *in l. item exigit ff. de dolo*, ibi: in tanto crimine vagari non oportet Ex quo obſeruo,
dolum, non modo crimen vocari, ſed magnum crimen *l. ſi ex cauſa §. nun. videndum ff. de minor.* qua cautum eſt minorem in delictis non reſtitui, & ponens exemplum Iuriſc.
ait, veluti ſi dolo malo aliquid minor fecit in re depoſita, *l.* 1. *iuncta gloſſa in verb. crimine ff. de fideicommiſſariis tutorum l.* 1. *§ ſi apud ff. depoſit. in verb. doli in ſeruitute commiſſi teneri quem debere*, cum delictum & noxa caput ſequantur *l.* 1. *§. plane ff. de tutel. & rationibus*
24 *diſtrahend.* Ratio vero eſt, vt ipſe puto. Quoniam dolus † eſt fere cauſa omnium deli-
ctorum, quippe vbi dolus abſit creditur delicti nomen abeſſe *l.* 1. *C. ad l. Cornel. de ſicar.*
ibi crimen contrahitur, ſi voluntas nocendi intercedat, vnde ſuccedit regula Diale-
cticorum per quod vnumquodque tale, & illud magis, vt ſtipulatio Dotis eſt bonæ
fidei propter dotem *l. vni. C. de rei vxor. act. §.* fuerat *inſt. de act.* ergo multo magis con-
tractus Dotis eſt bonæ fidei, ſi itaque crimina ſunt propter dolum, merito dolus lon-
25 ge magis eſt crimen. Ex qua ſententia infertur, quod ſtatutum loquens † de delicto
cõtinet dolũ & in eo locũ habet, *Bal in l.* 1. *§. plane ff. de tut. & rationib. diſtrahẽd.* per illum
tex. *Ang. in §. præterea de act.* ponens exemplũ in ſtatuto diſponẽte, quod iudex de omni
delicto poſſit inquirere, nam poterit & de ſolo dolo inquiſitionem facere: Inde eti-
26 am colligitur actionem ex dolo prouenientem † ex maleficio proficiſci; infertur eti-
am nos eſſe in odioſis quando ſumus in dolo cum delicta ſint odioſa; Nec mouent al-
legata ex aduerſo & ad primum reſponſio eſt contineri in titulo de priuatis delict. quo-
niã ea quæ ibi puniuntur crimina, furta ſcilicet iniuriæ nõ ſunt ſine dolo, nec non deli-
ctum eſt ordinatũ ſi in contractibus, vel quaſi committatur extra ordinem, ſi in illis
criminibus verſetur, quæ extraordinaria nominantur in *tit. ff. de extraord. crimin.* Se-
cundum tantum abeſt, vt noceat quod hanc opinionem confirmat, ſiquidem dolus
regulariter nõ præſumitur quemadmodum nec delictum *Caſtr. in l. ſi quis ex argentariis §. prætor ait ff. de edend. Capra reg.* 78. *num.* 45. *& ſeq.* imo ſpecialiter debet in libello dedu-
ci *l. item exigit. ff. de Dolo Simon de Prætis conſ.* 53. *num.* 191. Et caſus allegati ſunt ſpeciales,
ob quaſdam factorum circumſtãtias vt infra cum de probatione doli tractabimus co-
pioſius oſtendemus: confirmatur quia, & delicta quandoq; præſumuntur ſicut & do-
lus, ad vltimum ſolutio ſit actionem doli non ex contractu emanare, ſed ex dolo facto
in contractu, nec leges allegatę probant ex contractu oriri actionem doli, id enim eſt
27 perabſurdum ſed ex dolo ab aliquo in contractibus commiſſo. Coarctatur † autem di-
cta concluſio in dolo præſumpto, & procedit in dolo vero ſecundum *Caſtr. in l. ſi mora n.* 13. *ff. ſol. matr.* quo loco ait dolum præſumptũ culpam eſſe latiorem, nec dici malefi-
ciũ, vt ex eo poſſit ſequi criminaliter conditio, ratio eſt quia, cum in non faciendo cõ-
ſiſtat, non tendit ad deceptionẽ alterius, ſed quando committitur in faciendo, & diri-
gitur ad deceptionẽ alterius eſt verus dolus & maleficium dicitur, & poteſt criminali-
ter puniri, & parit actionẽ doli, quæ limitatio ſi vera eſt cui nullã inuenio cõtradictio-
28 nẽ poterit ſibi vendicare locũ in dolo velato, videtur. n. æquiparari † pſumpto, quoniã
minores aduerſus vtrũq; dolũ habent reſtitutionem in integrum *Natt. conſ.* 17. *vol.* 1.
29 *Quæſt.* 3. Propoſitus à nobis ordo poſtulat, vt inueſtigemus numquid dolus †
verus differat a præſumpto, ſane videtur, vterq; dolus adeo coniunctus, & ſimilis alte-
30 ri, vt nullũ inter eos verſetur diſcrimen; Nã primo cõueniunt † definitione, *Labeo* enim
in l. 1 *§.* 1. *de Dolo*, vtrumq; dolũ cõprehendit, vt placet *Bar. in l. quod Nerua n.* 14. *&* 15. *& ff. depoſit.* cum vterq; tendat ad circumueniendũ, & decipiendũ, ſecundo ſimiles ſunt,
in eorundẽ effectuũ productione, ſiquidẽ tam iſte, quã ille dolus valet ad reſcindendũ
cõtractũ *Gab. conſ.* 13. *n.* 16. *vſq. ad n.* 21. *vol.* 2. *Virg. Boccan Conſt. March. gl.* 8. *n.* 286. *cart.* 194.

Tertio eandem habent efficaciam agendi, vel excipiendi, quippe ex omnibus oritur
actio doli, vel exceptio *Hoſtienſ. in ſumma extr. de Dolo. §. cui datur cum ſeq.* IV. alia conue-
nientia eſt in præſcriptione, quandoquidem tempus biennii vtrumque dolum con-
ſumit *l. fin. in ſui generalitate C. de Dolo*, & ita generaliter eũ tex. Doct. interpretantur; *Iaſ.
præterea in l. cum mota C. de tranſ. ct. nu. 26. Specul. in tit. de litis conteſt. in verbo iuxta verb. ſi-
militudo eſt in remiſſione.* Quia dolus, præteritus, tam verus, quam præſumptus poteſt ab
eo, qui paſſus eſt remitti *l. ſi vnus §. illud.* vbi omnes *Doct. ff. de pact.* Dolus autem futu-
rus, ſiue verus, ſiue præſumptus non remittitur *Gozzad. conſ. 15. num. 5.* Sexto coherent,
& in eo, vt quemadmodum ſi minor factus poſtea maior ratificauerit contractum ge-
ſtum in minori ætate, iuxta titulum *C. ſi maior factus*, ratificatio illa ob præſumptum
dolum non reſcinditur, ita quoq; nec ob dolum verum, ſi tempore ratificationis mi-
nor de dolo eſſet certior factus *Cephal. conſ. 62. vol. 1.* VII. ſymbolum habent quo ad iu-
ramentum in litem, quippe iudex pro vtroq; concedit in litem iurare *Tiraq. in l. ſi vn-
quam C. de reuoc. donat. in verb. Donatione largitus num. 163.* per *tex. in l. tutor qui repertori-
um ff. de Admin. tutor. Doct. in l. in actionibus ff. de in lit. iur. col. vlt.* nam dolus inquit præ-
ſumptus idem debet operari, quod verus, propterea quod præſumptiones legum ha-
bentur pro liquidiſſimis probationibus, ſed in hoc diſſentit *Plot. in l. ſi quando §. 50. num.
29. C. vnde vi.* dicens eam legem, quæ concedit iuramentum contra doloſum limitan-
dã in dolo præſumpto. VIII. eiuſdem quoq; ſunt naturæ quo ad irrogandã infamiam
etenim ſicut verus dolus proprio nomine condemnatum infamat *l. 4. § item ſi quis furti
ff. de his, qui not. infam. Corn. conſ. 80. num. vol. 3.* ſic quoque dolus præſumptus afficit infa-
mia *Bal. in l. ſi tutor. C. interd. mat.* Vbi tutor, qui pupillam ſuã, ſibi, vel filio ſuo in matri-
monium collocauerit, redditur infamis, ex ſuo dolo præſumpto, nam ideo præſu-
mitur contraxiſſe, vt non reddat rationem adminiſtrationis timore fraudis commiſ-
ſe. Nono tam dolus verus, quam præſumptus, ſi in ratione legis prohibentis contractũ
ſit conſideratus, tollit obligationem naturalem *l. non dubium*, & ibi Bartolus ponens
in hoc pulcram doctrinam *C. de legibus Virg. Boccia. in conſt. Marchiæ gl. 6. n. 117. art. 124.*

Quicquid tamen ſit DD. fatentur omnes vno ore has ſpecies doli plurimum in-
31 ter ſe diſtare † *Bar. in l. quod Nerua num. 10. de poſ. Caſtr. & Alex. in l. dolum C. de Dolo. Bald.
in l. pignus C. de pign. act. in l. ſi conſtante §. maritus ff. de ſolut. matr. Alex. Iaſ. Dec. in l. ſi quis id
quod. ff. de iuriſd. omn. Iud. Rimin. Iun. in l. 1. ff. quod quiſque iur. Alex. conſ. 103. nu. 13. lib. 1.
& conſ. 116 & conſ. 118. lib. 7. Pariſ. conſ. 49. lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3.* vbi
plures differentias recenſet, & de *Recuper. poſſ. remed. 15. num. 135. & 136.* Prima autem,
32 eſt principalis † differentia. Ex qua omnes, quæ ſequuntur velut ex fonte procedunt,
eſt in definitione nam vterq; dolus ſeparatã definitionem habet ſicut oſtendimus in
illa quæſt. Quid ſit dolus præſumptus, probat *Alex. d. conſ. 103.* dicens verum dolum
appellari, quando de eo apparet ex indiciis manifeſtis, præſumptum vero quando
indicia non ſunt ita manifeſta, & *Bart. in d. l. quod Nerua*, definit dolum verum per defi-
nitionem Labeonis addito verbo (manifeſte) præſumptum vero addendo verbum
præſumptiue, quia ſit machinatio ad decipiendum præſumptiue adhibita; Secunda
eſt differentia quo ad reſtitutionem in integrum impetrandam, Etenim minor do-
lum verum committens non reſtituitur in integrum Bartolus communiter recep-
tus *d. l. quod Nerua num. 15. Caſtr. & alii in d. l. dolum per tex. qui ſemper ad hoc allegatur, in l.
auxilium ff. de minor. ibi (non eſt excuſatio ætatis aduerſus præcepta legum ei, qui dum leges in-
uocat contra eas committit)* ſed a pœna, vel damno ob dolum præſumptũ reſtitutionẽ obti-
nent *Bart. & Caſtr. dicto loco Natt. conſ. 17. vol. 1.* ea ratione quoniã dolus præſumptus cre-
33 ditur † eſſe leuior, *Cephal. conſ. 34. vol. 1. Crau. conſ. 46. in part. prima*, cum habeat ſe ad eſſe,
& ad non eſſe, & cũ ex actibus conſiſtentibus in non faciendo colligatur *Caſtr. d. l. quod
Nerua Bart. ibi in 4. quæſt. Bald. d. l. pignus. Cod. de pign. act. Alex. dicto conſ. 103.* ponens ex-
emplum in eo, qui non vult reſtituere, quod poteſt reſtituere, vel iudicis præcepto nõ
paret *per l. non poteſt, cum ibi not. ff. de reg. iur.* minus autem peccat, qui in omittendo de-
liquit, vt ſuo loco dilucidius oſtendemus. Tertia eſt differẽtia quia dolus verus nemi-
nem excuſat, nec Mulierem, nec Ruſticum, nec militem, veluti ſi perſonaliter citati
34 dicerent nolle comparere, quippe facti hoc † modo contumaces non poſſunt appella-
re, nec illis, aut ſexus, aut militia, aut ruſticitas præbet excuſationem. *Rola. conſ. 94. num.
32. vol. 4.* à dolo vero præſumpto excuſantur; *Alexand. dicto conſ. 103.* loquens in milite
Doct. in l. vbi exigitur. ff. de edend. maxime ibi *Angelus per text. in l. penult. Codic. de his qui ſi-
bi aſcribunt. Rol. dicto conſilio 49.* inquiens quod ſi per negligentiam omiſerint venire in

iudicium

iudicium quando ſunt in dolo præſumpto, non remouētur ab appellatione. Huic ſuccedit quarta differētia, quā ponit *Dec. in l. ſiquis id quod. nu. 30. de iuriſd. om. iud.* dicēs quod iuris ignorantia non excuſat à vero dolo, præſtat autē excuſationē à præſumpto, quinta accedit differentia quia dolus verus poſtquam eſt ſemel bene probatus non recipit probationem in cōtrarium, ſed aduerſus præſumptum datur ex aduerſo probatio per aliam præſumptionem potētiorem argumēto *l. Diuus. ff. de in integ. reſt.* ſicut clauus clauum trudit, & *Bart. d. l. quod Nerua nu. 15.* duo ponit exempla & ratio eſt ſuperius adducta; quoniam dolus iſte ſe habet ad eſſe, & ad non eſſe id vero obtinet in dolo præſumpto ſola iuris pręſumptione, nam in illa, quæ iuris, & de iure nuncupatur aliud receptū eſt, *Alciat. de præſumpt. in 1. Doct. in l. ſciendum ff. de verb. oblig. Cano. in c. ſicut ext. de re iud.* ſexta dolus verus maleficium eſt, adeo vt criminaliter, & poſſit puniri, veluti quando incidit in crimen ſtellionatus *Caſtr. in l. ſi mora nu. 13. ff. ſol. matr.* dolus autē præſumptus criminalem pænam non expectat *Caſtr. d. loco.* ſeptima Dolus verus futurus non poteſt à teſtatore, vel à contrahentibus remitti, ne detur occaſio delinquendi *l. ſi vnus §. illud ff. de pact.* & ibi *Bal. Alberic. Caſtrenſ. Iaſ. & alii.* Dolus autem præſumptus futurus poteſt remitti *Caſtr. d. §. illud Alciat. in l. quidam cum filium num. 60. ff. de verb. oblig.* vbi citat *Butr. & Fely. in c. fraternitatis ext. de teſtibus; incertus author in tract. de crim. læſæ Maieſt. inter tract. criminales diuerſorum, quæſt. 8. n. 12.* Octaua dolus præſumptus inducitur à lege ſine hominis probatione *Caſtr. in d. l. Dolum.* dum ait præſumptum dici illū qui ſine vlla probatione præſumitur à lege, dolus autem verus ex probationibus hominis manifeſtatur; ideo regula eſt prodita in iure alleganti dolum probandi munus incumbere, *l. quoties cum vulg. ff. de probat.* Quæ regula pertinet ad verum dolum, vt recte inquit *Menoch. de recuper. in 15. remed. n. 135.* Nona dolus præſumptus oriēs ex non obſeruata ſolemnitate, non impedit ratificationem de illo contractu factum, ſed verus dolus, ſi lateat eū qui ratificauit tempore ratificationis, illam vtique impedit *Gabriel.* qui plura congerit *conſ. 146. n. 13. vol. 2.* ea ratione quoniam ſi dolū cognouiſſet nō ratificaſſet, rurſus quoniam eodem creditur dolo inductus ad ratificandum, quo fuit impulſus ad contrahēdum *arg. l. fin. C. de non numer. pecunia* vbi qua ſpecie, confiteor, mutuam recepiſſe pecuniā, eadē videor, ſuper ea iuraſſe. Decima, verus dolus grauior reputatͬ eſſe dolo præ-
35 ſumpto *Cephal. conſ. 34. vol. 1. & conſ. 142. eod. vol.* ratio eſt quia † in dolo, ſunt gradus ſicut in culpa *Bald. conſ. 143. incip. ſuper quæſt. vol. 2.* nam minor dolus qui minus nocet, grauior qui plus afficit, & fit perſpicuum ex genere pœnarum quarum aliæ grauiores ſunt aliæ leuiores *l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de his qui not. infamia Bald. ad verbū in d. conſ.* Atq;
36 ab hac opinione omnium † conſenſu probata vt videlicet diſtent ad inuicem, verus, & pręſumptus dolus, non eſt recedendum, non ſolū ob nominis diuerſitatem argumento *l. ſi idem C. de eod.* verum quia ſunt duæ ſpecies doli, ſub eodem genere comprehēſæ; quæ ſpecifica ſiue conſtitutiua differentia ſemper ſeiunguntur, ſicut Dialecticorū regula eſt, Iuriſtis etiam non incognita per tex. in *l. 2. ff. de verb. oblig. in l. 1. ff. de prætor. ſtipul. in §. 2. Inſt. de oblig. in §. 2. Inſt. de act.*

37 Nec quicquam officiunt allegata in contrarium, etenim illæ ſimilitudines † ſunt genericæ non ſpecificæ, nam duæ ſpecies de quibus vnum genus prædicatur. cōſen-
38 tiunt in omnibus, quæ illius generis ſunt propria, veluti teſtamentū in ſcriptis, † & nūcupatiuū differūt ſpecie, & tamē conueniunt in definitione *l. 1. ff. de lect.* quod in vtroque eſt ambulatoria volūtas, in vtroq; inſtitutio hęredis eſt caput teſtamēti, vtrūq; cōtinetur in *d. l. 1.* Quia generici teſtamenti definitio eſt. ita quoq; accidit dolo vero, atq;
39 præſumpto, conueniūt † nanq; in definitione quoniā Labeo in *d. l. 1.* dolū malū prout genus eſt definit eademq; ratione fit, vt tantundem, valeat vterque ad reſcindendum; nimirum quia vterque tendit ad decipiendum, ex eodem fonte fluit, vt tamen ex iſto quę ex illo dolo actio naſcatur, & exceptio, vt etiam futurus dolus, nec verus, nec præſumptus remittatur, ſi vera ſit *Gozz. ſent. in d. conſ. 18.* ſed non caret ſcrupulo, vt cōſtat ex argumentis cōmunis ſententiæ; dari etiam iuramentum in litem irrogare infamiā ſunt qualitates doli ſimpliciter ſumpti, merito competunt omnibus ſpeciebus ſub illo cōprehenſis; allegatę autem à nobis differētiæ ſunt ſpecificæ. ita vt quæ ſunt in dolo præſumpto, non conſonent vero, ſicut in ſimili qualitates perſonalis actionis nō coherent reali *§. 2. & §. ſic itaq; diſcretis inſt. de actio.* & quādo dubitamus an aliquæ differāt inter ſe ad ſpecificas differētias recurrendū eſt, nō ad genus in quo ſemper ſpecies cōſentiūt.

40 *Quæſt. 4.* Ad materiā veri doli ptinet q̄rere: nūquid dolus † excludat cōſenſum ex parte eius, qui deceptus eſt, ita vt nullatenus conſenſiſſe negatio videatur; in quo dolo

alterius captus eſt,& profectò conſenſum nõ excludi,probatur illa velut palmaria ra-
tione,ſi dolus argueret defectũ conſenſus,fieret quod cõtractus ſtricti iuris doloſe ini-
41 tus nullus eſſet ipſo iure;quoniã ſc.deficeret conſenſus, ſine quo nullus contractus, †
nulla oblig.valet *l.1.§.adeo ff.de pact.* Sed conſequẽs eſt falſum *l.ſiquis cum aliter vbi Iaſ.&*
42 *Alex.ff.de verb.oblig.l.èleganter,& ibi Doct.ff.de dolo*, nam tenet † mero iure; ſecũdò do-
43 lus,& metus † ęquiparantur *l ſi dolo C.de inutil.ſtipul.* vbi à pari procedunt dolus,vel ſti-
pulatio metu contracta *Benin.de action.in §.omnium n.239.Iaſ.ibi n.26.Corne.conſ.88.vol.
3.litt.y.& conſ.258.n.6.vol.4.* Metus,autem non excludit conſenſum *l.metum. §: volenti.
ff.quod metus cauſ.* tertio ſuffragatur tex.*in c. Dudum de conuerſ.coniug.in c.veniens in ex par-
te eod.tit.in c.cum dilecti extr.de eo quod metus cauſ.c.1.quaeſt.1.cauſ.29.* In quibus licet tam in
matrimonio carnali quã in ſpirituali ſit neceſſarius conſenſus contrahentium,ſi tamẽ
dolo fuerit aliquis deceptus,quo ad facultates,& qualitatem perſonæ non dicitur ex-
cluſus cõſenſus,& valet:& valet matrimonium tam ſpirituale, quã carnale quod cer-
44 te non accideret,ſi dolus argueret defectum conſenſus. Contraria † tamen ſenten-
tia videtur omnium cõſenſu recepta vt patet ex *Iaſ.* qui alios citat in *auth.ſacramẽta, a-
b:rum n.29.C.ſi aduerſus vend.* & dicit quod quemadmodũ iuramentum præſtitũ vi non
45 repræſentat minorẽ † maiorẽ,ita nec dolo interpoſitũ *per gloſſ.ord in d.l.ſi aduerſ. vend.
vbi Bal.& in c.1.§.item ſacramenta in 4.quaeſt.de pace iuramento firm. Abb.conſ.167.vol. 2.* ea
nimirũ ratione,quoniã dolo inductus non conſentit , atq; ita deficit vnum ex ſubſtã-
tialibus,gloſ.in *Auth quod eis c.de nupt.* idipſum ſcriptum reliquit *Tiraq in præfat.l.ſi vn-
46 quã C.de reuoc.dona.n.97.* inquiens renunciationẽ eius,l.factã dolo non tenere † eadẽ ra-
tione quia ſic dolus excludit conſenſum, vt etiã conſuluit *Soc.conſ.243.col.2.lib.2.* Adſti-
47 pulatur ſecundo.Quod dolo captus dicitur errare † & labi *l.1 § dolũ.ff.de dolo, ibi ad fal-
lend.& decipiendũ*, vbi vero eſt error,ibi nõ põt eſſe conſenſus *l.nihil cõſenſu.§. vlt.ad reg.
iur.ibi non videntur conſentire qui errãt l.2.ff.de iud.* ibi:error litigantiũ non habet conſen-
ſum *l.ſi per errorem.ff de iuriſd omn.iud.* confert tex.*in l.generali.C.de tabul.lib.12.l.1.§.con-
uẽtionis.ff.de pact.* tertio confirmatur;quoniã contractus bonæ fidei dolo geſtus eſt nul-
lus ipſo iure propter defectũ conſenſus vt DD.frequẽtius tradũt in *d.l.eleganter.ff.de do-
lo Benin.de actio.§.actionum n 245.* nec faciũt negotiu allegata ex aduerſo & ad primũ re-
ſpõſio colligitur ex *d.l.ſiquis cum aliter ibi: erit quidem iuris ſubtilitate obſtrictus,ex æquitate
autem nõ eſt obligatus.* proinde cõpetit exceptio,forma n.cõtractus, & facies cõuẽtio-
nis oſtẽdit rẽ bene geſtã,& ꝓpterea de iuris rigore obligatur, ſiquidẽ ſtrictius in his
cõtractibus proceditur arg *l.quicquid aſtringendæ ff.de verb.oblig.* ſecundũ diluitur pro-
48 pter diuerſitatẽ rationis,qꝑꝑe q metu facit nõ † errat,& in re de qua agitur cõſenſit *Bar.
in l.elegãter n.6.ff.de dolo* licet nõ libera volũtate,ſed coacta;verum dolo inductus errat,
errãtis aũt nullus eſt cõſenſus,tertiũ facile cõmouetur primo. Quia ſumus ibi in dolo
bono,ideo nõ vitiat,ſumus n.in ſpiritualibus ſecũdò in *c.cũ dilectus*,nõ erat dolus cadẽs
49 in prudentẽ † virũ,is.n.dolus remouet cõſenſum vt aperte indicãt illa verba, dolus ad
fatuitatẽ eorũ cõuertitur, & not.in eo tex. *Abb.n.12.& 13.* in aliis iuribus dolus , nõ fuit
in ſubſtãtialibus matrimonii,ſc.in pſona,aut in cõditione pſonæ ſed in accidẽtalibus,
puta in diuitiis,vel pulchritudine cõiugis,& citra laxiorẽ vel ſtrictiorẽ reg. & his fun-
damẽtis munitur ſentẽtia communis. Cui nõ puto vſq;quaq; ad hęrendũ,ſum enim in
50 ea ſentẽtia vt credã ex dolo nõ omnẽ remoueri cõſenſum,ſed ſpecificũ,† nõ generalẽ,
nã forma cõtractus,& facies negotii cõſenſum aliquẽ prę ſe fert,licet nõ eo modo,vel
nõ in illa re ſingulari, vt exiſtimabat ille,qui dolo captus eſt; *Bar.in d.l.elegãter n.6.Bald.
de ſchiſmate col.3. n.16.verb.amplius ſi dicamus* ait,n.quãdo dolus dat cauſam contractui
bonæ fidei,nõ omnino abeſt cõſenſus,ſed quia vitiũ eſt in modo veniẽdi ad cõſenſum
fingitur conſenſus abeſſe *d.l.elegãter.* ꝓbatur quoniã dolus in genere ſufficit in delictis
licet erratũ ſit in corpore, *Iaſ.in l.cũ poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq.poſſeſſione n.56.Ri-
min.in l.vt vim n.100.ff.de iuſt.& iure.* dolus ibi non excludit conſenſum in genere,ſed in
ſpecie,vt eſt tex.in *l.cũ qui.§.ſi.ff.de inoff.* & *in l.1.§.legatarius.ff.ad l.falcid.* indicat *l.ſiquis cũ a-
liter in prin.ff.de ver.obl. Patrocin.l.maioribus in verb.reformatur,C.com.vtriuſq. Iud.* vbi do-
lus eſt in cõtractu,& tamẽ reſcinditur,ergo valebat,& cõſequenter aliquis aderat cõ-
ſenſus,ſimilis eſt tex *in l.Iulian.§.contrar.ff.de act.emp.* vbi duplex adeſt dolus, & nihilo-
minus rũpitur cõtractus,igitur aliquo cõſenſu ſuſtinebatur , alioquin nullus eſſet ipſo
51 iure *d.l.1.§.adeò.ff.de pact.* ſuffragatur,quod iuramentum dolo extortũ † obligat,adeò q
neceſſaria ſit abſolutio à iuramẽto, gloſſa cõmuniter approbata *in c.ſi vero, in verb.pro-
priũ ext.de iur.iur. Soc.* qui atteſtatur *de com.conſ.38.li.3.in pr.* & ita cõmuniter intelligitur

c.cum

c.cum contingat de iur. Abb.ibi n.12. *Ancar.conſ.382.in fi. Afflict. Deciſ.40.* quod ſi propter
dolum nullus eſſet conſenſus,nō eſſet neceſſaria abſolutio,nec ad rem pertinet, quod
dolus annullat contractu bonæ fidei propter deficientiam cōſenſus, inficiamur enim
hanc eſſe rationem,ex his quæ eleganter tradit *Duaren.in l.in actionibus.ff.de in lit.iur.* &
nos infra ſuo loco explicatius trademus,dolo itaq; inductus ad contrahendum cōſen-
tit ipſi contractui,ſi verborum formā,& tenorem conuentionis inſpicias, ſed nō con-
ſentit in modo,vel in iſta re,ideoq; adeſt generalis conſenſus, deficit ſpecialis, & hæc
eſt ratio ſicut arbitror,cur detur exceptio Reo conuento,vel actio agenti *l.ſi dolo C. de*
52 *inutil.ſtipul.* Quartus autē dolus excludit conſenſum,ſimillimus † eſt ſimulationi, quæ
ſemper arguit defectum conſenſus,late *Iaſ.in l.cum ea C.de tranſact latiſſime Tiraq. de re-
tractu conſang.§.1.gloſſ.2.n.11.cum ſeq.* aſſerens quod ſi venditio ſit ſimulata nō eſt locus
retractui.propterea quod nulla eſt venditio ex defectu conſenſus &addit quod ſimu-
53 latum inſtrumentum non dicitur inſtrumentum,quare † ſi diſponat ſtatutū vt aduer-
ſus inſtrumentum, non poſſit opponi exceptio, licitum erit opponere contra inſtru-
mentu ſimulatum,& ſimulatū titulum non eſſe titulū ſimulatam traditionē, non trāſ-
54 ferre poſſeſſionē. Contractus ſimulatus dicitur coloratus,depictus † extrinſecus appa-
rens,& intrinſecus nihil habens *Tiraq.d.loco à n.11.vſq. ad n.15.* id ipſum obtinet quoque
55 in violentia,nam † & ipſa remouet cōſenſum *l.1.& 2.ff.de eo quod metus cauſ.* vbi vis di-
citur eſſe neceſſitas contraria voluntati,maioriſq; rei impetus,cui reſiſti nō poteſt, ita
fit vt magis videatur quā ſimplex dolus excluſiui conſenſus,cū præter vim adſit quoq;
56 dolus † *l.2.ff.de vi bonorum raptorum* doli mali mentio, *inquit Vlp.* vim in ſe habet, nam
qui vim facit,dolo malo facit,vt merito in *c.1.& 2.cauſ.15.quæſt.6.* Expreſſum ſit vio-
57 lentam promiſſionem, vel confeſſionem non obligare, hic autem dolus † qui dicitur
eſſe in violentia,ſiue in violento inuaſore,nec non in damnum dante, & in omni tur-
batore verus eſt dolus,cum iſta ſint omnia de genere prohibitorum *l.ſi.C.vnde vi.l.2.§.
dol.ff.de vi bonorum raptorum,* & per eum tex. *Alex.d.conſ.103.n.8.vol.1.Bald.conſ.119.col.
pen.vol.2.& in l.1.C.de interd.matr.Plot.in l.ſi quando.§.49.n.14.C.vnde vi.* dicens eſſe li-
58 mitandum ex traditis ab eo in §.47.*n.4.& ſeq.* ſc.quando ſpoliatio,&violētia,† vel tur-
batio,eſſet facta de mandato iudicis,vel quando violentiam committens, iuſtam ali-
quam habuiſſet cauſam propter quam excuſaretur à dolo.
59 *Quæſt.5.* Quoniam vero diximus in ſuperiori dolum,& metum † æquiparari ex-
periamur modo vtrum vera ſit æquiparatio iſta,adeo vt liceat ab vno ducere argumē-
tum ad aliud & profecto non eſſe æquiparandos pluribus oſtenditur, & primo quidē
Metus,ſiue det cauſam contractui,ſiue incidat in contractu reſcindit illum *Corn.conſ.
258 n.6.vol.4.Iaſ.§.actionum n.29.inſt.de act.* dolus vero incidens non rumpit *Caſtr.conſ.
74.n.1.& ſeq.vol.1.* ſed agitur ad intereſſe *Pinellus in l.2.parte 2.n.2.& 13.cum ſeq.& c.4.n.
5.C.de reſcind.vend.* Accedit quod dolus dans cauſam interdum annullat contractum
ſc.bonæ fidei;Metus ſemper reſcindit, vt infra ſuo loco exponemus.
Secundo dolus actionem famoſam producit *l.4 §.item ſiquis ff.de his qui not.infam.*
eaq; ratione non datur contra Parentes,nec contra Patronos *l.non debet.ff.de dolo;* Me-
tus autem id genus actionē quæ irroget infamiam non producit *gloſſ. magiſtr. in l.14.§.
eum qui,ff.quod metus cauſ.* dicēs non inueniri quod ſit famoſa,licet,ex famoſa cauſa de-
ſcendat, tertio dolus producit actionem ſubſidiariam, & vbi alia competat ſiue ordi-
naria,ſiue extraordinaria,iſta de dolo ceſſat,*l.1.§ ſi de his,& §.ſeq.ff.de dolo.§. item ſi quis,
& §.idem Pomp.in ea d.l.ibi cum actionem ciuilem,vel honorariam de dolo experiri non poterit.*
Actio quod metus cauſa conceditur,etiam ſi alia competat,*l.metū. §. volenti, & §.licet,
ff quod metus cauſ.* ibi volēti autem datur & in rem actio,& in perſonam, & ibi finitur in
rem actio,ſi egero in quadruplum:quarto dolus tollitur præſcriptione biennii *l.ſi.C.de
dolo,* Metus autē præſcriptione longi,vel lōgiſſimi temporis *l.3.& ibi gloſſ.magiſt.C.quod
met.cauſ.in verb.munitus.* Rurſus actio metus reſpectu quadrupli expirat anno *l.14.§.
poſt annum.ff.quod metus cauſ.* Actio doli abſoluti tollitur curſu biennii *d.l.fin.* quinto vbi
metus eſt illatus, ibi quoq; & dolus eſſe dicitur, etenim qui metu impulit aliquem ad
contrahendum dolo facit,ideoq; & pro metu competit actio cum actione quod me-
tus cauſa concurrens,licet vltima conſumatur per alteram *l.14.§.eū qui ff.eod.* ibi eum
qui dolo facit,& de dolo teneri certum eſt,cæterum vbi dolus eſt,no protinus eſt me-
tus,imo eſt ſua natura ſeparatus,& dolus in metu inuentus tollitur anno reſpectu pęnę
quadrupli ſicut actio quod metus cauſa,non autem biennio.ſexto dolus excludit con-
ſenſum,vt ſupra expoſitum eſt;Metus autem minime *l.ſi mulier.§ qui metu ff.eod.* ibi q̃a

quamuis ſi liberum eſſet, noluiſſem tamē, coactus nolui, & gloſſ. ibi obſeruat, quod co-
acta voluntas, eſt volūtas *c. merito is quaeſt. 1. c. diſplicet 23. quaeſt. 4.* ſæpe dolus annullat cō-
tractus bonæ fidei ipſo iure, quando illis cauſam dederit *l. elegāter. ff. de dolo*, & ibi Doct.
cōmuniter. Metus autē ope exceptionis *l. ſi mulier. §. ſi dos iuncta gloſſ. mag. ff. quod metus*
cauſ. id vero limitatur in cauſa dotis, in cauſa matrimonii, fallit etiam in eo, qui per me-
tum in aliquē iudicē conſentiat *d. gloſſ.* quæ allegat *l. 2. ff. de iud. in pr. facit d. l. ſi dos in verb.*
nullam Reſtringitur quoq; in iuramento *c. quamuis de pact. in 6. & c. cum contingat de iura-*
mento iuran. nam his caſibus metus videtur ipſo iure irritare negocium, octauo ſeparā-
tur, quoniam actio quod metus cauſa in quadruplū competit intra annum *l. 14. §. 1. &*
§. hæc actio. ff. eod. Actio doli in ſimplum, ratio diuerſitatis eſt, quia non eſt ita facile ef-
fugere illos, qui metum incutiunt, ac illos qui decipiunt, non temere credēdo *Mynſing.*
de action. §. præterea n. 38. Nono actio de dolo mere perſonalis eſt. Actio metus eſt per-
ſonalis in rem ſcripta *l. 9. §. cum hæc autem ff. quod metus cauſ. Sebaſt. Medices de fortuit. caſi-*
bus part. 1. quaeſt. 10. n. 43. decimo differunt, etiam quo ad exceptionem dolus & metus
l. 4. § fi. ff. de except. doli, vtut ſit *Iaſ. in d. §. omniū n. 29. de actio Corn. d. conſ 258. n. 6. vol. 4. Be-*
nin. in d §. omnium n. 739. dicunt dolum, & metum æquiparari per tex. *in l. ſi dolo C. de in-*
60 *util. ſtipul. per c. quamuis de pact. in 6. c. cum contingat de iur. iur.* † Quibus iuribus probatur,
& iſta eſt prima conuenientia quod tam metus quā dolus in contractibus ſtricti iuris,
parit exceptionem, & neuter reſcindit ipſo iure. ſecunda ſimilitudo eſt quod iuramē-
tum metu æquè, ac dolo annullatur, nec ſuſtinet contractum, in quo interpoſitū eſt;
tertio conueniunt quo ad annullandum matrimonium, & dotis promiſſionem irritā-
dam, vt ſupra probatum eſt per tex. in *l. mulier. §. ſi dos. iuncta gloſſ. nec nō in conſenſu iudicis,*
d. l. 2. ff. de iud. Quarto ſymbolum habent quia vtraque eſt actio arbitraria *l. arbitrio. ff. de*
dolo l. 14. §. hæc actio, & §. ſeq. ff. quod metus ſc. cauſ. Quinto ſicut actio quod metus cauſa
non præſtatur, niſi fuerit metus atrox, cadens in conſtantem virum *l. metus. ff. eod Iaſ. in*
§. quadrupli iuncta gloſſ. inſt. de act. ita quoq; non quilibet dolus reſcindit contractū, ſed is
demum, qui falleret prudentem virum, *Alciat. in l. præſens n. 26. C. de pact. Iaſ. in l. interpoſi-*
tas col. 1. verb. ſicut C. de tranſact. Card. Albanus in Rub. de eo quod metus cauſ. Innoc. in c. cū di-
lectus ext. quod metus cauſ. Bald. in Rub. C. de reſcind. vendit. Iaſ in §. actionū n. 4. inſt. de action.
Sexto iſtæ actiones concurrunt *l. 14. §. cum qui metu. ff. eod.* ita vt vna intentata expiret
altera non quidem ipſo iure, ſed ope exceptionis in factum nempe, ſi vna electa, velit
ad alteram tranſire, repellitur per exceptionem & ſi vna intentata ſuccubuerit, agēs al-
tera depellitur exceptione rei iudicatæ quæ etiam in factum dicitur, ſed ſi per vnam ſit
facta exactio, altera tollitur ipſo iure gloſſ. mag. in *d. § cum in verb alteram.*

Cum itaque ex iam dictis perſpicuè pateat plures eſſe differentias inter dolum &
61 metum, quām ſimilitudines, nō procedit generalis concluſio dolum, † & metū æqui-
parari, nec adducta iura generalem æquiparationem probant, nam *l. ſi dolo C. de inutil.*
ſtipul. agit de cōtractu ſtricti iuris. *c. cū contingat de iuram.* Quare crediderim æquipara-
tionē non aliter procedere q̄ in caſibus expreſſis & non errare eos qui dixerint in du-
bio nō valere de vno ad alterū argumētū cū differētiæ ſupērēt numero ſimilitudines.
62 *Quaeſt. 6.* Sed hoc loco pulchra ſuboritur dubitatio. Vtrum ſe dolum † commit-
tens in contractu, vel alio actu poſſit ad reſciſſionem illius, vti remedio doli proprium
ſe, dolum allegando, & ſanè permiſſum eſſe, multæ nec quidē ſpernendæ rationes per-
ſuadēt earumq; prima & præcipua eſt, quod dolus annullat actum doloſe geſtū maxi-
me ſi bonæ fidei ſit *l. elegāter, & ibi not. omnes. ff de dolo*, actus vero nullus a quocunq; po-
63 teſt improbari, etiā ſi improbātis detegatur, † turpitudo *l. 1. C. de liber. cauſ.* in qua imper.
Ant. rem illicitam, & inhoneſtam admiſſe te confiteris, quia proponis filios, & inge-
nuos à te venundatos (ſed quia factum tuum filiis tuis obeſſe non debet adi compete-
64 tem iudicem &c. ſecundo actus doloſus, & actus ſimulatus † æquiparantur; Nam do-
lus ſimulatio eſt *l. 1. §. 1. ff. de dolo l. iuriſg. §. pactorum verb. dolo malo. ff. de pact.* ibi: aliud agi-
tur, aliud ſimulatur, ſimulatio autem poteſt ab eo, qui illā fecit allegari not. in *tit. C. plus*
valere, quod agitur &c. tertio dolus, fraus, & turpitudo iure allegatur à Reo per exce-
ptionem ab actore per replicationem. Igitur valebit ſemper proprii doli allegatio, de
reo eſt tex. in *l. apud. §. Marcellus ff. de except. doli*, de actore vero eſt doctrina Bartoli paſ-
ſim recepta in *l. iuſiurandum. §. procurator ff. de iure iur.* quam etiam laudat *Alciat. in l. trāſ-*
actione finita n. 11. C. de tranſact. Aret. conſ. 65. in fin.
65 Contraria autem ſententia videtur omniū conſenſu † ita probata, vt nullus for-
ſitan reperiatur, qui ſuperiori opinioni adhæreat, nam dolum ab eo, qui illum commi-
ſerit,

ſerit, minime poſſe deduci, tenet gloſſ. parua in verbo nullum & gloſſ. magna circa
medium in *l. eleganter. ff. de dolo*, & ibi *Bart. in 1. col. gloſſ. in l. iuriſg. §. prætor verbo. dolo malo*
ait prætor. ff. de pact. & ibi Arg. nec non gloſſ. in l. à Dino pio. ff. de ritu nupt. Bal. in l. 1. col. 3. Cod.
plus valere quod agitur, & in l. dolum c. de periculo, & commod. rei vend. Alciat. in d. l. tranſact.
n. 5. per illum tex. *Iaſ. in ſæpe alleg. §. actionum n. 41.* maxime vero probatur citata *l. tranſ-*
action. in qua reſcribit imper. quod tranſactio dolo facta ab eo, qui dolum commiſit in
tranſigendo, reſcindi non valet, id quod in actu bonæ fidei, videtur longe magis obti-
nere, cum illud reſcriptum diſponat ſuper contractu ſtricti iuris confert ratio nobiliſ-
66 ſima ſumpta ex regula quod nemini permiſſum † eſt, turpitudinem ſuam allegare *l. cũ*
profitearis. C. de renoc. donat. l. 4. C. de his, quæ in fraud. credit. l. venditrici C. de rebus alien. nõ a-
lien. l. 2. ff. de lege cõmiſſ. l. ſi creditoribus. C. de ſeruo pig. dato manu. cui conuenit, & illud do-
ctorum axioma, neminem poſſe venire contra factum proprium *l. poſt mortẽ, & ibi Bal.*
& doct. ff. de adopt. l. cum à matre C. de rei vend. quod iure optimo receptũ eſt, ne quis ſuæ
67 malitiæ præmium ferat, contra † naturalem rationem, & contra mentem prætoris in *l.*
3. ff. de dolo, & contra l. 4. §. Marcellus. ff. de except. doli. Nam ſi contractus eſſet vtilis, dolo-
ſus taceret, & illius peteret obſeruantiam, ſin minus doli patrocinio vteretur ad reſciſ-
ſionem, quo beneficio adeo legibus, viſus eſt indignus, vt volente eo qui dolum paſſus
eſt contractus maneat *Iaſ. in d. §. actionum n. 4. de act.* extenditur dicta concluſio vt non
68 ſolum procedat in propoſito dolo, verum etiam in dolo † Authoris *Alciat. d. l. tranſact.*
finita n. 5. ex reſcripto Seueri, & Ant. in *d. l. ſi creditorib. ibi: ſi fraudem feciſſe audeant dicere,*
audiri non debeant, nec hæredes eius l. filius C. de reuoc. his quæ in fraud. c. ſuper de conceſſ. prabẽd.
defunctus enim, & hæres, vna cenſentur perſona *Authent. de iuretur. à morient. præſtito.*
& vitium defuncti nocet hæredi *§. Diutina, & ibi not. Inſt. de vſucapio.* & in terminis do-
li eſt tex. in *l. 45 §. quod ex facto. ff. fam. herc. l. ſi in rem actio ſit. ff. de rei vẽd.* in qua dolus hæ-
redis, & defuncti ſimul puniũtur, idemq; videtur ſtatutum in ſucceſſore ſingulari qui
titulum habent lucratiuum *Roman. in l. Meuia n. 19. ff. ſol. matr.* Reſtringitur autẽ cõclu-
69 ſio, vt non procedat in his negociis quæ propter dolũ irritantur † ipſo iure, vt ſentit *Al-*
ciat. d. l. tranſact. in 1. ea ratione quippe quia ſi actus eſt nullus, perinde eſt, ac ſi geſtus nõ
eſſet, proinde fundamentum intentionis allegantis non eſt principaliter in dolo, ſed
in actus nullitate, *Alciat. loco cit. n. 11. verb. vnde infertur*, & ideo ſi vera ſit opinio illa DD.
nimirum contractus bonæ fidei dolo celebratos nullos eſſe ipſo iure, poterit in his do-
lum committens illum allegare, ſed hæc illatio non videtur vera: quia ex ſuo dolo præ-
mium ferret, & ita reſoluitur primum argumentum contrariæ ſententiæ, eaq; ratione
70 contingit, vt ſimulatio allegetur † ab eo, qui illã fecit, quoniã ſc. contractus eſt nullus,
porrò autẽ cũ dolus negocia ſtricti iuris ipſo iure non perimat, militabit in his frequẽ-
tior ſcribentiũ traditio, quemadmodũ in his terminis loquitur, *d. l. tranſact. finita.* quare
ceſſat ſecundũ argumentũ ſumptũ à ſimili de dolo, & ſimulatione, quandoquidẽ do-
71 lus non ſemper irritat actũ ipſo † iure, ſimulatio vero ſemper; nec etiã valet tertiũ ob-
iectũ quoniã vtrumq; membrũ eſt verũ in caſu ſpeciali, quemadmodũ ſtatim declara-
bimus. Nos autẽ credimus, deciſionẽ huius quæſtionis pendere ab illa iuris regula
72 nemini permiſſum eſſe † ſuã, aut authoris ſui fraudẽ, ſiue turpitudinẽ allegare, cur. n. turpitud.
non liceat propriũ vel authoris dolũ deducere, niſi quia turpitudo propoſita nocet alle-
ganti? quãobrem reg. conſtituendã putamus allegationẽ proprii doli nõ prodeſſe, dein-
de his eã limitationibus reſtringendã quib⁹ coarctata inuenitur regula prædicta, qua-
rũ aliquas refert *Tiraq. de retract. in conſang. §. 1. gloſſ. 2. n. 15. & eod. § gloſſ. 18. n. 24. & 72.* Nec
non *Alciat. de tranſact. Soc. Sen. conſ. 264. col. 3. verb. circa tertium vol. 2. Roman.* & ante eum
Bart. in l. iuſiurandum quod ex conuentione §. procurator. ff. de iure iur. Bal. in l. 2. col. 19. verb. ad
ſolutionem. ff. de iure iur. Alex. in l. de tutela C. de in integr. reſtit. Panorm. in c. cum ſuper. ext. de
73 *conceſſ. præbend.* fallit verb. prædicta regula. quo ad excipiendũ, † & quo ad replicandũ,
74 nã his modis licet turpitudinẽ ſuã allegare cum à pari procedunt † exceptio, & replica-
tio *l. 2. ff. de except.* & ita procedit tertiũ argumentũ factũ in hac diſputatione, ratio ſpe-
cialitatis in exceptione expreſſa eſt in *d. l. 4. §. Marcellus. ff. de except. doli* quoniã ſc. æquũ
eſt, ex eo quod perfide geſtũ eſt actorẽ nihil cõſeq.; in replicatione, eſt ratio modo ci-
tata quoniã replicatio eſt velut exceptio actoris, quæ limitatio cõmuni ſuffragio probata,
75 declaratur, quo ad excipientẽ, ſi modo dolũ alleget contra illũ, † qui doli particeps fuit,
Alex. in d. l. de tutela col. 2. & conſ. 59. viſo inſtr. lib. 1. & cõſ. 39. lib. 1. & ita loquitur *§. Marcell.*
& declarat *Alciat. d. l. tranſact. n. 11.* ſecũdo fallit, vt propriũ dedecus allegãs audiatur in
damnũ ipſius allegãtis, vt debita pœna plectatur arg. *l. inde Neratius. ff. ad l. Aquil.* vbi cõ-

fitenti ſe hominem occidiſſe, non eſt neceſſe ꝓbare ꝙ occiderit, auditur.n & creditur
ei *Alciat.d.l.tranſact.n.7.* tertio fallit quãdo fraus ipſa eſt iam detecta, & publicata, vt cũ
à munere iudicãdi ſe excuſaret, quod aliquo crimine damnatus ſit *l. antep ff. de ſuſpect.
tutor.* vbi tutor ſi conueniatur de damno publico põt dicere, ſi tẽpore illati damni, erã à
tutela remotus tanquã ſuſpectus, quę remotio, vt plurimũ ex turpi cauſa fit, dolo ſc. vel
culpa ipſius *Bart. in l.2. C. ſi ſeruus, vel liber lib.10.* vel ſi eſſet excõmunicatus *Bal. in c. intel-
leximus de iud.* quarto fallit quãdo act⁹ eſt null⁹, qa aduerſus leges ſit celebratus arg. *l. à
Diuo Pio ff. de ritu nupt.* ſi modo alteri damnũ nõ inferatur arg. *c. conſang. ext. de iud. Alc. d.
loco n.18.* quinto limitat *Ruyn. cõſ.77.vol.5. & Bal. in l.2. C. de iure iur. per text. in l. quẽadmo-
dũ C. de agr. & cenſ. li.12.* quãdo allegãdo turpitudinẽ ſuã, excluderetur ius aduerſarii i-
pſo iure. *Q.7.* Diximus paulo ſupra conſtituẽtes differentiã inter verũ dolũ, & præ-
76 ſumptũ minorẽ † aduerſus dolum verũ non reſtitui, ſed cum multis iuribus videatur
probari contrarium, ꝓpterea, rẽ diligẽtius exequamur, cũ ſępe contingat minores ve-
rũ dolũ cõmittere; planè reſtituẽdũ eſſe minorẽ, multis nec quidẽ leuibus argumẽtis.

Quotum velut Achilles eſt, quod ſumitur ex *l ſi ex cauſa. §. nunc videndum verb. ſed
77 ſi ff. de minor.* in quo minor aduerſus doloſum † mendaciũ reſtituitur his verbis, (ſed ſi
cum ex damno dato confiteri poſſet, ne dupli pæna teneatur maluit negare in hoc ſo-
lum reſtituendus, vt pro confeſſo habeatur) doloſum vero mendaciũ dixiſſe minorẽ
palã eſt ex illo verbo, cũ poſſet confiteri maluit negare; ſecundo iuuat eandẽ ſententiã
l.1. §. fin. ff. commod. in qua minor ex dolo, vel culpa cõmiſſis in cõmodato, non tenetur
78 niſi ſit factus † locupletior iuncta *l.3. in pr. eo tit.* pænã igitur ex illo dolo non patitur, ſed
tantũ conuenitur, ne lucrum ſentiat tertio. Huc pertinet *l. fi. C. ſi aduerſ. delict. & l. pen. C.
79 ex quibus cauſ. infam. irrogetur,* definitur in prima matrem † minorem delinquere ſi filiis
ſuis non petat tutorem, non tamen illorum ſucceſſione priuari; in altera expreſſum eſt
80 minores ob id ꝙ ludicrã artẽ exercuerint, non ſubire pænam infamiæ † quarto munit
eaſdẽ partes *l.1. ff. de reſt. in integr. cum l.1. ff. de minor.* Ait Vlp. in illa prætorẽ ſub eo titulo
plurifariã hominibus ſubuenire lapſis, vel circũſcriptis, ſiue metu, ſiue calliditate, ſiue
ętate, minor autẽ delinquendo labitur ætate; quippe ſi maturior eſſet non erraret, in i-
ſta vero inquit infirmã eſſe huiuſmodi ætatũ conſiliũ ꝓinde iure creditur debita illis
reſtitutio, & illa infirmitas cõſilii, & imbecillitas ætatis faciũt, vt idẽ delictũ ſit leuius in
perſona minoris, quã in maiore *Rolan. coſ 77. n.9. vol.3.* quinto validũ eſt argumentũ de
81 contractibus † ad delicta *l. omnem. ff. de iud. auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport.
c. ſi. ext. de foro compet. Bart. Saly. & Iaſ. in l. cunctos populos C. de ſumm. Trin. & fide Cath.* dicẽ-
tes, quod ſicut iudex tenetur in deciſoriis ſeruare ſtatutũ vel cõſuetudinẽ loci in quo
celebratur contractus *l. ſi fundus. ff. de euict.* ita quoq; in delictis debet pæna imponi cõ-
ſuetudine vel ſtatuto definita, minor autẽ in cõtractibus reſtituitur *toto tit. ff. de minor.*

Diuerſam tamen ſententiã probat *Bart. in l.1. § nunciatio. ff de nou oper. nunciat.* quam
82 omnium eſſe ſuffragio † receptã eodem loco ait *Iaſ. n. 11. verb. circa id quod quæris,* eandẽ
placuiſſe Baldo, ſatis oſtenditur cum reſpondeat ibi cõtrariis, idem *Bart.* confirmat in
*l. auxilium n 1. ff. de minor in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum eod tit. & in tract de teſt. n.108. Al-
ber. in l. vbi exigitur n.3. ff de eden. Corn. cõſ.242. li.1. Nat. conſ.16. n.19. lib.1. Pariſ. conſ.94. n.9.
& conſ.42. lib.1. cum aliis cumulatis per clariſ. Odd. compatrẽ & collegã meũ in Maceratenſi Gy-
mnaſio in ſuo tract. de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 83. art. ſecundo* ratio cõmunis ſententiæ,
83 quoniam verus dolus † delictum eſt litem exigit *ff. de dolo l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.
ff. de minor.* in delictis autem minor non reſtituitur, ibi: placet in delictis minoribus nõ
ſubueniri *l auxiliũ eod. tit.* in delictis ait tex minor 25. annis non meretur reſtit. *l.1. C. ſi
aduerſus delict* ibi in criminibus minores ætatis ſuffragio non iuuãtur *l.2. & 3. C. ſi minor
ſe maiorem,* in quibus minori, qui alterius circumueniendi cauſa dixerit ſe maiorẽ de-
84 negatur reſtitutio, ratio autẽ rationis eſt multiplex prima quoniã malitia † ſupplet æ-
tatem *d.l.3.* Altera quia errantibus, non decipientibus iura ſubueniunt *d.l.2.* tertia quia
malos mores infirmitas animi non excuſat *d.l.1. C. ſi aduers. delict.* quarta quoniã nõ eſt
dignus legis auxilio, qui dũ leges inuocat contra eas delinquit *d. l. auxiliũ* quinta ratio,
quia auxiliũ reſtitutionis fuit a prætore inductũ, vt ſubueniret oppreſſis, *l.1. ff. de minor.*
præſtaret opem damnũ inferentibus, atq; ita inducta ad vnũ effectũ, operantur cõtra-
riũ contra *l. legata inutiliter. ff de adim. leg.* Quibus alia accedit ratio, quod iuuenes, quo-
rũ ingeniũ eſt alienũ à labore & procliue ad libidinẽ, vt dixit Terẽtianus ille ſenex, &
Horat. de arte poet loquens de iuuene. *Cereus in vitium flecti. monitoribus aſper.*
inuitarẽtur, ad delinquendum; nulla eſt enim maior, illecebra peccandi, *Cic. Auth* quã
impunitatis ſpes.

Nec

Nec quemquam moueant allegata ex aduerſo primum autem quaſi nodum Hercu-
leum Bartolus nititur ſoluere , dicens minorem ibi non fuiſſe in vero dolo ignorauit
enim veritatem, ideo negauit, non negaturus ſi rem habuiſſet exploratam ; ſed Bal. ait
fugitiuā hanc eſſe ſolutionē & refert *Iaſ.d.loco*, neſcio an ad inſtar ſerui fugitiui malum
85 eſſe voluerit ſignificare, an quod Bart. quaſi canis ad Nilum, † qui bibit , & fugit diffi-
cultatē tantū tetigerit, non illā ingreſſus fuerit: deſtruitur.n.per illud verbū maluit, &
per illud verbū poſſet, cū vnū arguat ſciētiā, alterū electionē, eo magis q ibi text. ſi be-
ne inſpiciatur ſupponit à minore damnū eſſe datū , non ab eius ſeruo, vel Miniſtro in
proprio autē facto, nō cadit ignorātia *l. qui in alterius cum ibi not. ff. de reg. iur.* adeo quod
cum Bartolus dicat ſe reſpōdiſſe pro quodā ſcholari ad illum textū forſan dici poſſent
Bart indigere, vt alius reſpondeat pro illo, quod ſedulo curauit facere Bald. dicens ibi
minorem reſtitui, quoniā nō cōmiſit ꝓprium delictū , ſiquidem negare veritatem, eſt
delictū de iure ciuili tantū, vt *Iaſ. ibidē* inquit, & ꝓpterea dolum eſſe præſumptū, in quo
certū eſt minorē reſtitui, verus dolus eſt, verūq; delictū quod iure naturali , vel gentiū
prohibitū eſt, vt adulteriū, furtū, &c. Planè hęc ſolutio deſtruitur, quaſi cera ante faciē
86 ignis ex *l. 2. l. ſi minor ſe maiorē*, in qua minor † ob mendaciū in alteri⁹ perniciē emiſſum
reſtitutionē non obtinet, accedit quod mendaciū dicere in alterius detrimentū , iure
naturali improbatū eſt, non ſolū ciuili, quippe, quia verba ſunt à natura inſtituta , non
vt hominē fallant, ſed vt quiſq; vtatur eis ad ſignificandos veros animi ſui ſenſus, & co-
gitationes *D. Aug. in Enchirid.* immo iure diuino prohibitū eſt *prouerb. c. 12.* Abominatio
87 eſt Domino labia mendacia, ita vt Mēdaces filii Diaboli efficiātur. *c. cauete 22. quaſt. 2.*
Rurſus Baldus ſoluit inquiens, minorē non habere legitimā perſonā negandi , aut cō-
fitendi per tex in *l. clarum. C. de author. praſt.* ſed multis nominibus reiicitur hæc reſp. &
in primis quia ille tex. loquitur in criminalibus, vt obuiū eſt cuiq; legenti & *Saly.* ibi di-
cit. aperte ſecundo quoniā ſi vera eſſet dicta ſolutio minor nec quo ad ſimplū, nec quo
ad duplū erat condemnandus, ad ſimplū: quia nō valet confiteri ad duplū ꝓpterea q
nō pōt negare, & tamē reſpectu ſimpli cōdemnatur, quaſi cōfeſſ⁹. tertio ſtāte Baldi ſo-
lutione minor nō egeret reſtitutione: quādoquidē, negatio eſſet ipſo iure nulla, & cō-
peteret ordinariū remediū nullitatis, nō extraordinariū reſtitutionis vt bene animad-
88 uertit *Odd. d. loco n. 18.* *Ruyn. d. §. nunciatio.* reſpondet minorē in *d.* §. nunc † videndum
non reſtitui contra primordialē pænam delicti cōmiſſi, ſed contra accidentalē veniē-
tem ex mendacio, q non putat abſurdum argumento eorum, quæ ait gloſſ. in *l. certi cō-
ditio in fi. 2. gloſſ.* in qua ait *Accurs* quod certi conditio generalis ſi intentetur loco actio-
nis ſpecialis quæ inficiando creſcit, non propterea illa ex mendacio argumentū acci-
pit, ſed primordialē naturā ſequitur, verum nec iſta probanda eſt quoniā minor nō ſo-
lū dolū cōmiſit in primordiali pæna, ſed & in accidētali, q̃ tāto videtur grauior, quanto
eſt geminatus: is.n. deliquit, & ſuā malitiā oſtēdit ſimile aūt adductū eſt valde diſſimi-
le, quippe ſuæ facilitati imputet, qui cū poſſet intētare ſpecialē elegit generalē, neq; n.
eſt ſubrogata, ſed concurrit cū ſpeciali, vt liceret actori iſtam, vel illam eligere.

Alia eſt eiuſdē *Ruy.* ſolutio meo iudicio longe ꝓbabilior, quā ipſe viderā priuſquā
Ruyn. viderē, & ita mihi conſcius ſum, nempe *in d.* §. nunc videndum non eſſe menda-
ciū doloſum. lucri cauſa dictū, ſed effugiendi damnū, negauit enim, credens aduerſa-
riū non probaturū, & in conſequentiā condemnationē ſimpli euitaturū *l. qui accuſare.
C. edend.* & ideò Bart. ſumat illum text. (*mendacium non præſumitur doloſum, niſi cauſa lucri
mentiatur*,) quando vero diceret mendaciū ad lucrandū vt in *d. l. 2. videl. C. ſi minor ma-
iorē*, tūc indignus beneficio reſtitutionis iudicatur. ſecundū vero argumentū diluitur,
quoniā ibi minor impubes cōtrahit cōmodatum , & pubes poſtea factus dolū fecit in
re cōmodata, proinde ait tex. non tenere de dolo quoniam ab initio commodatū non
conſiſtit, & hoc quādo agit de damno euitādo, cæterū ſi locupletior eſſet factus cōue-
nitur vtili actione cōmodati non de dolo *d. l. 3. ff. ibid.* vnde ex eo tex. not. *Bald.* q quādo
cōtractus eſt nullus defectu inhabilitatis pſonæ nunquā poſtea cōfirmatur , cōcordat
tex. in l. vſuſfructus. ff. de ſtipul. ſeruor. Tertiū vim non habet, ex illis nanq; iuribus dicitur
ſolutio; nēpe vnū, & alterū delictū non petēdi tutores, & prodeundi in ſcenam, quo ad
minores non reputari delictū, quippe illæ leges cōtra maiores editæ ſunt, ſicut liquido
cōſtat ex illis verbis (*cū hoc in maior. matribus tantū obtineat,*) & maiores dūtaxat ludricæ
artis exercitiū infamat *gloſſ. in d. l. pen.* ꝓpterea non quæritur an detur reſtitutio, faceret
autē ad quæſtionē noſtrā, ſi tex. reſtituēdos diceret, nā ſupponeret delictū eſſe , & ad-
uerſ⁹ illud reſtitueret quarto aūt arg. aperta eſt ſolutio ex rationib⁹. cōmunis ſentētiæ,

ſiquidem cum malitia ſuppleat ætatem, non eſt infirmum conſilium, ipſi non labūtur, ſed faciunt alios labi, decipiunt, & non decipiuntur. vltimum fundamentum facile di-
89 luitur, ceſſat enim quando in iure expreſſe † repetitur contrarium, vt accidit in ſpecie noſtra ex *d.l.auxilium*, cum aliis adductis, ceſſat quoq; vbicunq; appareat diuerſa ratio inter contractus, & delicta, quemadmodum nuper probauimus contrarium nec dum abſimilem inueniri, ſublatis autem hoc modo fundamentis contrariis incolumis remanet concluſio minorem aduerſus verum dolum non reſtitui.

Limitatur autem vt non obtineat, ſi cùm dolo minoris, mixtus eſſet dolus aduerſa-
90 rii quandoquidem facta tunc † compenſatione doli arg. *l.viro atq; vxore.ff.ſol.matr.l.cū mulier.eod.tit.* reſtituitur, ac ſi à nemine dolus eſſet cōmiſſus, vt ex communi traditione in *l.ſi alterius C.ſi minor Maiorem & c.* notat *Odd.d.quaſt.83.art.2.in fin.* exemplum autem erit, ſiquis dolo induxiſſet minorem ad contrahendū, & minor credens ſibi lucroſum eſſe contractum, aſſeruit fallaci mendacio ſeſe maiorem: limitatur ſecundo vltra do-
91 ctores vt minor in delictis reſtituatur ſi non ad impunitatem, ſaltem † ad minorādam pœnam ætatis miſeratione *l.auxilium.ff.de minor.* in delictis inquit iuriſconſ. minor 25. annis non meretur reſtitutionem, niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit, leuius enim cenſentur delictum in perſona minoris *Roland.d.conſ.77.n.9.vol.3.* & ratione ætatis minuendam eſſe pœnam multis authoritatibus probat, *Tiraq.de pœnis cauſa 15.n.1.cum ſeq.& cauſa 7.* & Cæſar apud *Lucanum* de Ptolomęo, Rege teneræ ætatis, qui iuſſerat Pompeium occidi, dicit. Sed parcimus annis, donamuſq; nephas. adeò vero diminuenda eſt pœna, vt iudex debeat facere diminutionem, etiam ſi petitum non ſit. *Bart.& Alex.in l.& ſi ſeneriter.C.de his qui not.infam.* & cum iſta ſit cauſa intrinſeca legis multo magis ſi petitum fuerit.

*Quaſt.*8. Sed hic occurrit pulchra dubitatio, quidam ludendo valde peritus fin-
92 gens ſeſe minus inſtructū, prædicatione † ſuæ imperitiæ induxit aliquē ad ludendū, & notabilem in ludo pecuniæ quantitatem lucratus eſt, alter vero dolo cognito aduerſarii vult exceptionē doli ſe tueri, ne ſoluat, an poſſit: videtur negatiue reſpondendum per reg. qui ſua culpa damnum ſentit, & *c.damnum,& ibi Ioan. Andreas de reg.iur. in 6. l. quod quis ſua culpa.* & ibi gloſſ. *Dec. & Cagnol ff.de reg.iur.* ſuæ facilitati imputet, q; temere crediderit aduerſario, cuius conſiliū ſibi debuit eſſe ſuſpectū, & cōfert illud *Horatianū.*

Ludere, qui neſcit campeſtribus abſtinet armis,
Indoctuſq; pilæ diſcitue trochiue quieſcit.

93 Porrò autem in minore † videtur concludendum, aut exceptionē cōpetere, aut ſi ſoluerit auxilio reſtitutionis habere repetitionē, infirmum eſt enim huius ætatis conſiliū *l.1.ff.de minor.* & multis captionibus ſuppoſitū, multorumq; inſidiis expoſitū vt ibidem *Vlp.ait.* in maiore autem nequaquam: ex adducta ratione in contrarium non ſecus ac in aliis negociis denegatur ei reſtitutio, niſi ex circumſtantiis iudex cognoſceret iuſtā aliquam ſub eſſe cauſam, per quam ſaltem ex clauſ. generali in *l.1.ff.ex quibus cauſ.maior.* putaret maiorem quoq; reſtituendum, & hæc in foro exteriori, ſed in eo quem animæ dicimus, Eum qui peritiam ludendi diſſimulat, quo trahat alium imperitiorem ad lu-
94 dendum † peccare, & ad reſtitutionem teneri; ſcribit *Nauarrus in ſuo Manuali c. 19. n. 17.* æquiparans hominem hunc illis, qui falſis talis vtuntur in ludo, eodemq; loco ead. reſtituendi obligatione obſtrictum dicit eſſe illum, qui facit rei notabilis ſponſionē, q̄ Italis *Scomeſſa* vocatur, per quā ſpondētes ſibi aliquid promittūt in aliquē euentū in-
95 certum præteritū, vel futurū, certo † ſciens eſſe verū, q; ipſe aſſeruit, & tamen id diſſimulat, vt aliū ad ſponſionē inducat, dolo nanq; vtitur in damnū ſui proximi, & quāuis id genus ſponſiones ſine dolo fieri poſſint, quia legi iuſtitiæ non aduerſantur *l. à Tutio, & ibi Iaſ. Paul. Alex.ff.de verb.oblig.l.cum ad prætoris.ff.ſi cert.petat.* dolo tamen initæ obligant ad reſtitutionem, perinde, ac ſi illam pecuniam ab ignaro ſurriperet; dubius.n.e-
96 uētus lucri, & damni debet eſſe vtrinq; cōmunis ſed quid iuris † ſi ille qui ignorabat euentum prouocaret ad ſponſionē alium, certo ſcientē, & illi daret optionem negandi, aut affirmandi Prouocatuſq; eligeret affirmatiuā de qua certior erat, vtrū teneatur ad reſtitutionē quaſi eſſet obligatus rē, prout ſe habebat palam facere, relinquo Theologorū iudicio, qui generaliter ſolēt definire, in ludo quæſita per fraudem eſſe in animæ iudicio reſtituenda quoniam dolus non debet cuiquam patrocinari *Didac. in reg. peccatum in 2.parte §.4.n.4* qui ad mentem D. Thomæ ita reſpondet.

*Q.*9. Dictum fuit in illa quæſt. an dol' omnis ſit pſumptus probādo negatiuā dolū
97 reperiri præſumpto † gratiorē, quē dolum verū appellant DD. q; ſi omnis dolus eſſet præſum-

præſumptus, non daretur alter, altero grauior, & præſumptum maiorem alio præſum-
pto non videntur dicere doctores; videamus modo paulo diligentius vtrum iure pro-
betur, verum dolum eſſe præſumpto grauiorem, & ſanè non probari & præſumptum
eſſe æqualem vero dolo, oſtenditur, ea primum ratiocinatione, nam teſtis æquè puni-
98 tur † dicendo falſum, ac ſcienter tacendo veritatem *l. præſcript.* & ibi *Bart. infra noi. cap. ſi*
contra ius, vel vtil. public. ibi ſiue in iuris narratione mendacium reperiatur, ſiue in facti, ſiue in ta-
cendi fraude, probat etiam tex *in c. 1. extr. de crim. falſi, ibi: vterq; reus eſt qui veritatem occul-*
tat, & qui mendacium dicit, quod etiam exprimitur in *c. quiſquis 11. quæſt. 1.* dolus autem in
faciendo verus eſt, in omittendo autem videtur dolus præſumptus *l. 1. in fin. ff. de edend.*
l. minor etiam ff. de minor. & vt ait *Caſtrenſ. in l. quod Nerua. ff. depoſit. n. 14.* ille colligitur ex
præſumptionibus conſiſtentibus in faciendo, iſte ex conſiſtentibus in omittendo ſi i-
gitur pro vtroq; eadem eſt pæna, merito idem crimen, cum pænæ ſint commenſuran-
dæ delicto *l. ſancimus.* & ibi *Saly. C. de pœnis.* ſecundo Dominus qui promiſit dare ſeruum
99 æquè tenetur creditori, ſiue illum occidat, ſiue infirmũ curare † negligat. *l. ſi ſeruum iũ-*
cta gl. ff. in verb. in non faciendo. ff. de verb. oblig. & l. quod ſi nolit. §. mancipium in verb. culpam
ff. de edilit. edict. l. videamus in 1. ff. de vſur. Maritus quoq; perdit lucrũ dotis, pacto vel ſta-
tuto debitum, ſiue interficiat vxorẽ, ſiue infirmá curare negligat, *l. ſi ab hoſtibus. §. 1. iun-*
cta gloſſ. ff. ſolut. matr. tertio in terminis noſtris vterq; dolus tam verus, quam præſum-
100 ptus † infamat *Bal. in l. ſi tutor, C. de interd. matr.* & diximus ſupra *in quæſt. 8.*

101 Contraria tamen ſententia videtur, communiter & verior, † & eá pro conſtáte
ponunt *Crau. conſ. 546. n. 6. in 1. parte. Alex. conſ. 103. lib. 1. Dec. conſ. 178. & conſ. 407. Cepha.*
conſ. 34. vol. 1. & probatur meo iudicio, ea primum ratione, quoniá dolus præſumptus
102 quo ad veritatem naturæ habet ſe † ad eſſe, & ad non eſſe, & vbi lex præſumit dolũ po-
teſt in veritate naturæ non eſſe commiſſus, & propterea admittitur probatio in cõtra-
riũ, vt ecce ſi citatus non comparet, præſumitur doloſe feciſſe, & tamẽ nihil repugnat
naturę, quin ille per incuriá, magis, & negligentiá, quá ob dolũ non cõparuerit. ſecun-
do confirmatur, quoniá dolus verus colligitur, ex præſumptionibus conſiſtentibus in
faciẽdo, præſumptus in conſiſtentibus, in non faciẽdo ſicut ſupra dictũ eſt quo ſic cõ-
103 ſtituto, ſuccedit regula iuris Cõmunis grauius † eſſe delictũ in faciẽdo, quá in omittẽ-
do, gloſſ. frequẽtius recepta in *l. ſi mora. ff. ſol. matr.* & *gloſſ. in l. Corn. in princ. ff. ad Syllani. &*
in l. 2. C. de libert. & eorũ liber. tertio ad ſtipulatur quod minor aduerſus dolum præſum-
ptum reſtituitur ſecus aduerſus dolũ verũ *Bart. in d. l. auxiliũ. ff. de minor. Bart. & Iaſ. in l.*
1. §. nunciatio. ff. de noui op. nuncia. Delph. Deciſ. 87. in 1. Affl. & Deciſ. 370. n. 5. per tex in *l. 1. §.*
fi. ff. de edend. l. minor etiam. ff. de minor. corroboratur ex doctr. *Caſtr. in l. ſi mora. ff. ſol. matr.*
104 vbi ait dolũ præſumptũ nõ dici † maleficiũ, verus autẽ dolus eſt maleficiũ, vt ſupra, p-
105 batũ eſt in *tertia quæſt.* quarto patrocinatur, quod aduerſus dolũ verũ datur † iuramẽtũ
in lite *l. in actionibus ibi: ob ſolũ dolum. ff. de in litem iur.* ſecus contra dolũ præſumptũ *Plotus*
multa congerẽs in *l. ſi quãdo § 50. n. 29. C. vnde vi* ſc. quãdo de dolo pręſumpto, nõ con-
ſtat, niſi per indicia leuia, vt ibidẽ not. *n. 30.* ſed vbi indicia ſint vrgentia, veluti quando
lex dicit, talis præſumitur in dolo vt in *l. tutor, qui repertorium. ff de admin. tutor Plot. d. nu.*
30. & 31 ponens multa exempla, iuramentũ præſtatur, ita vt contra verũ dolum, ſem-
per iuretur in lite, contra pręſumptũ non item; quarto ſuffragatur q; ſi de pœna mortis
agitur, requiritur dolus verus, nec ſufficit præſumptus *Cephal. conſ. 75. n. 5. & n. 15. cũ ſeq.*
vol. 1. tradit Bart. in d. l. quod Nerua n. 15. Gabriel. conſ. 109. n. 19. vol. 2. Deducta autem ex ad-
uerſo facile remouentur, ſiquidẽ allegati caſus non continent dolum præſumptũ, ſed
dolum verum in omittendo, & primo quo ad teſtes colligitur ex *d. c. 1. ext. de crim. falſi,*
(ibi quia illi prodeſſe non vult) ecce dolus tacẽtis veritatem cum ſciret. Amplius dico
quod cum vna ſit pœna falſi *l. 1. §. vlt. ff. de falſis, ibi: falſi pœna deportatio eſt, & omnium bono-*
rum publicatio, & falſum duplici modo committitur tacendo ſc. verum, & dicendo fal-
ſum *d. c. 1.* nimirum ſi æquè punitur, tacens veritatem, ac deponens falſitatem, quia in
vtroque verificatur nomen falſi; in Domino quoq; , & marito, qui ſerui, vel vxoris cu-
rationem dimittit dolus eſt verus in omittendo, non pertinent igitur, citati caſus ad
quæſtionem doli præſumpti; Ad tertium ſolutio colligitur, ex his quæ diximus ſupra
in *8. quæſt.* in qua diſputauimus nunquid conueniant dolus præſumptus, & Dolus
verus, quod nimirum dolus tanquam genus ad vtrumque dolum, habet multas pro-
prias qualitates, quas omnibus ſuis ſpeciebus communicat, inter cæteras vero obti-
net illam, vt doloſo irroget infamiam; noſtra quæſtio eſt de dolo vero in ſpecie, & de
præſumpto.

Hanc vero concluſionem declara vt procedat in dolo præſumpto ſola iuris præ-
106 ſumptione non † autem in dolo præſumptione iuris, & de iure, nã dolus iſte æquiua-
let vero quia habet ſe ſemper ad eſſe, & non recipit probationem in contrariũ, vt col-
ligitur ex definitione huius præſumptionis data ab *Alciato de præſumpt. parte. 2. n. 3.* dum
107 ait, eſt diſpoſitio legis aliquid præſumentis, † & ſuper præſumpto tanquam ſibi cõper-
to ſtatuentis, ideo maior eſſe reputatur, quam dolus prçſumptus, qui contraria proba-
tione poteſt excludi; Rurſus pro hoc dolo poterit dari iuramentum in litem, cum de
eo tanquam de vero dolo lex diſponat, & dolus verus dictum iuramentũ admittit, cũ
de eo tanquã de vero dolo lex diſponat, maxime quoniã vbi lex dicit aliquẽ eſſe in do-
lo contra eum iuratur in litem. *Plot. in l. ſi quando. §. 50. n. 30.* ex quo conſtat hunc dolum
108 eſſe grauiorem; Plus dico aduerſus hunc dolũ denegari † reſtitutionẽ in integrum, &
doct *Abbat. in c. conſtitutus in vlt. col de reſt. in integ.* ſc. quoties lex præſumeret aliquẽ eſſe
109 in dolo, tali præſumptione iuris & de iure, exemplum † huius doli præſumpti, erit vel-
uti ſi ſtatutum prohiberet contrahi cum filio familias niſi certa aliqua ſolemnitate ſer-
uata; qua non adhibita præſumeret dictum contractũ doloſum, & veluti talem annul-
laret ſicut Senis in Patria mea extat ſub *Rub. de contractibus Minorum, & filiorum famil. in
2. diſtinct.* eſt etiam conſtitutio Marchiæ Anconitanæ, de qua *Virg. Boccac. in conſtitutio-
nibus Piceni gloſſ. 6. n. 117.* ſimile ſtatutum viget in ciuitate Tridentina ſuper quo conſu-
luit *Curt. Iun. conſ. 50. & 51. Soc. Iun. conſ. 69. n. 46. lib. 1. Pariſ. conſ. 49. lib. 1.* Ampliatur autem
110 iſta concluſio vt dolus verus ſit grauior dolo præſumpto, ſed etiam dolo velato † *Pariſ.
d. conſ. 19. n. 36. vol. 1. Soc. conſ. 18. lib. 1.*

Quæſt. 10. Ex hac concluſione quod dolus verus ſit prçſumpto grauior videtur de-
111 ſtrui alia iuris concluſio quod æquiparantur dolus verus, & præſumptus, quo † ad re-
ſcindendum contractum, quare accuratius ea de re inſpiciamus. *Cranett conſ. 148. n. 6.
in 1. part. cum multis ab eo citatis*, inquit dolus verus eſt grauior præſumpto, ſicut & mala
112 fides vera eſt grauior † mala fide præſumpta, & propterea præſcribitur breuiori tẽpo-
re, ergo debet plus valere ad reſcindendum dolus verus dolo prçſumpto. Secũdo pro-
113 batur quia in criminalibus † plus valet dolus verus ad condemnandum, quã præſum-
ptus, qui non videtur maxime in atrocioribus *Cephal. conſ. 75. nu. 15. vol. 1.* idipſum ergo
reſpondendum eſt in ciuilibus, cum valeat argumentum de delictis, ad contractus *c.
ſi. de foro compet. clem. paſtoralis extr. de iud. l. omnem. ff. de iud.* tertio patrocinatur quod con-
ſuluit *Cephal. n. 3. & 32. vol.* 1. nempe quod ſi contractus doloſe geſtus tacite ratificatus
114 gemina † ratificatione, valet nec ei obſtat dolus, ſi fuerit præſumptus, contra ſi verus
eſſet, & obtinet etiam ſi dolus ille præſumptus eſſet, ſurgeret ex enormi læſione *Cranet.
conſ. 151. n. 31. & 32.* quod ſi dolus verus pluris non valeret ad reſcindendum diuerſum
Cephalus reſpondiſſet.

115 Alia tamen ſententia videtur crebriori † calculo ſcribentiũ probata *Soc. Iun. conſ.
50. n. 6. lib. 3. Pariſ. conſ. 107. n. 57. lib. 3. Dec. conſ. 39. n. 6. Cephal. conſ. 34. n. 24. & conſ. 62. n. 19.
& conſ. 137. n. 72. vol. 1. Rimin. conſ. 39. vol. 1. Bart. in l. fin. col. fin. C. de prætor. ſtipul. & in l. ſi duo
ſocietatem. § arbitrorum. ff. pro ſocio. Ruyn. in l. 1. § nunciatio. ff. de noui oper. nunciat. Virg. Boc-
cac. in conſt. Marchiæ gloſſ. 8. n. 286. & 289.* verum prædicti Doct. videntur loqui in alle-
gatis locis, in illo dolo præſumpto, qui ſurgit ab enormi vel enormiſſima læſione, & in
eo ſe præcipue fundat, quamuis, & de aliis ſpeciebus doli præſumpti ſentiant, cum ar-
gumentum ducant, ex illa regula, quod dolus præſumptus, æquiparatur vero liquidiſ-
116 ſima eſt enim probatio † iuris præſumptio *l. ſi quis locuples. ff. de liber. cauſ. l. licet imperato-
ri*, & ibi *Doct. ff. d. l. 1. Curt. conſ. 53. n. 10. &* 11. Inſuper quia dicunt *c. quamuis de pact. in* 6. ex-
cludere etiam dolum præſumptum, ne dum verum; Nec non inquiunt, eam reg. doli
117 † ab omni diſpoſitione cenſeri remotum pertinere quoque ad præſumptum dolum
Cephal. conſ. 34. num. 24. & num. 27. & 28. Et ſanè videtur generaliter in omni dolo præ-
ſumpto admittenda concluſio Doctorum, nam ego conſidero, quod in contractu du-
118 plici modo poteſt interuenire † præſumptio doli, vno quidem modo re ipſa ob enor-
mem, vel enormiſſimam læſionem, alio, quando omiſſæ ſunt debitæ in ea conuentio-
ne ſolemnitates *cap. qui contra iura.* & ibi *Dyn. de reg. iur. in 6. Doct. in l. 1. & 2. Codic. ſi maior
fact. Gabriell. conſilio 13. numero* 16. *& 17. volum. 1. Menoch. de recuperand. poſſeſſione remedio
15. numer. 135. Cephal. conſilio 51. & conſilio* 115. *volum. 1.* Quo ad primum dolum præſum-
ptum ex læſione enormi, vel enormiſſima contractũ reſcindi, æquæ ac per verũ dolũ
probat *l. 1. in fin. ff. de except. doli l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obligat. confirmatur* ratione, nã
ſi dolus reſcindit, qui probatur coniecturis, quarum nulla clarior eſſe poteſt, illa quæ
per cui-

119 per euidentiam facti,& re ipſa,quæ adeò vrgẽs eſt, vt nulla † cõſtitutione cẽſeatur reie-
cta arg. *§.1.inſtit.de gradibus.Iaſ.in l.1.in princ.col.7.de noui oper.nunc. Marſ.in pract.crimin.*
§.2.n.23.cũ ſeq.Rimin.conſ.358.n.22.vol.1. At dolus præſumptus re ipſa eodẽ modo pro-
batur ſc.per euidentiã,merito æquiualet dolo vero,ſiue ex propoſito *Corn.conſ.258.nu.*
11.& 2.vol.4.Cran.conſ.142. Quod attinet ad alteram ſpeciem doli præſumpti,per eam
etiam reſcindi contractum,non ſecus,ac per verũ dolum aperta ratione conuincitur,
quoniã vinctus eſt ille dolus cũ omiſſione ſolemnitatis,quę reddit actũ ipſo iure nullũ
l.pen.& l.C.ſi maior factus c.qui contra iura l.1.C.quando decreto opus non eſt l.non dubium cum ibi
not.à Bal.& Bart.C.de legib. Declarant autem DD.eorum concluſionẽ vt ſc. differentia
120 † ſit inter vtrumq; dolum quo ad modũ probandi pro remiſſione cõtractus, quippe,
is,qui ad reſcindendũ fundat ſe in vero dolo tenetur probare durinri probatione;nẽ-
pe ex indiciis perſpicuis:qui vero nititur dolo præſumpto,oneratur leuioribus proba-
tionibus.*Bart.in l.quod Neruan 14 ff.depoſit Doct.in l.dolum C.de dolo*,plane quo ad diſtin-
ctionem noſtram de dolo re ipſa,& per omiſſionem ſolemnitatis, nec quo ad modum
probandi videtur eſſe differentia ſiquidem dolus prę́ſumptus re ipſa probatur per eui-
dentiam facti quæ ſuperat omne genus probationis,alius autẽ aperta probatione defi-
cientis ſolemnitatis;nec me mouent allegata ex aduerſo & ad primũ reſponſio ſit non
valere conſequentiã,propterea quod licet quo ad hunc effectũ reſcindẽdi procedũt a
pari,in aliis verus dolus eſt grauior prę́ſumpto,exẽplo ſit manifeſtius;defectus inſtitu-
121 tionis † hæreditatis in teſtamento,grauior eſt quã ſit defectus teſtiũ, argumẽto text.*in*
§.ante heredis fruct.de leg. faciunt notata à *DD.in l.nempe dos ff.de l.1.* cũ illa ſit ſolemnitas
ſubſtantialis,iſta autem probatoria,& tamen quo ad infirmandum pari paſſu ambulãt
122 *l.ſi vnus.C.de teſt.* Homicidium † quoq; veneno cõmiſſum grauius delictum eſt, quam
ferro perpetratũ, & tamen quo ad condemnationẽ mortis idẽ eſt iuris in vtroque; ſe-
cundũ euitatur quia in criminalibus cõſtituta eſt differẽtia inter verũ,& prę́ſumptum
123 dolũ † *Ceph.conſ.75.n.15.vol.1.* ratio eſt quãdo cauſæ criminales,tãto ſunt ciuilibus gra-
uiores, quanto vita precioſior eſt diuitiis. Vltimũ quoq; diſſoluitur ex regula *l.nihil tã*
naturale.ff.de reg.iur.l.prout.ff.de ſolut.l.fin quibuſcunq; modis vbi *Dec.& Cagn ff.de reg.iur.*
124 præſumptus nãq; dolus † per tacitã,& præſumptã ratificationẽ, merito remouetur cũ
idẽ ſit vinculũ,dolus aũt verus non tollitur per tacitã ratificationẽ, quoniã diuerſũ eſt
vinculũ,q cũ ſit expreſſus,tacita ratificatio illi nõ obeſt per regulã,expreſſa nocẽt &c.
Reuocatur etiã in dubiũ, quæ nã ſit pœna contra verum dolũ ſtatuta & profectò pœna
multiplex eſt vt inf.opportuniori loco declarabim9 quãdo de pæna doli in vniuerſum
diſſeremus;præterea etiã poteſt in diſputationẽ poni,quodnã ſit diſcrimen,quo dolus
diſtinguatur à fraude, verum & huius rei explicationem infra ſuo loco afferemus.
Q. 11. Vltimo quo ad hanc ſpeciẽ doli veri quęro. Cũ explorati iuris ſit eũ, qui do-
lo alterius circumſcriptus eſt poſſe dolum remittere, vtrum generali remiſſione † cẽ-
125 ſeatur remiſſus, in quo articulo ſunt diſtinguendi tres caſus; primus quidem eſt quã-
do generalis remiſſio eſt facta inter viuos;ſecundus quãdo eſt celebrata in vltima vo-
luntate,tertius quando eſt ſequuta quidem in vltima voluntate,ſed per modũ diſpoſi-
tionis inter viuos,puta in teſtamento præſente eo,cui ſit liberatio,& acceptante.
126 Circa primum conſultius † videtur negatiue reſpondere ſumpto argumento de
contractibus ad vltimas volũtates quod eſt firmum in iure *l.fin.C.de legat.* vbi *Saly.not.l.*
pactum inter heredes,& ibi Bart.ff.de pact.l.in iure ciuili ff.de condit.& de monſtr. Ang.in l.ſi
diuortio ff.de verb.oblig. In vltimis autem voluntatibus per generalem remiſſionem nõ
creditur remiſſus dolus *Berous.quæſt.11.n 3.& 4.Socin.ſen conſ.159.verb.ex quibus infe-ren-*
do vol.2. Secundo probatur ex *l.Lucius ff.de liber.leg.* in qua per generalem remiſſionem
non cenſetur dolus remiſſus,niſi expreſſe ſit facta mentio doli,& ita ponderat eũ text.
Bart.in l.Aurel.§.Caius.ff de liber.leg. Quo ad ſecundum caſum probabilior apparet
ſententia affirmatiua per textum & l.ſiquis rationes,& *l.cum ita ff de liber.legat.* in qui-
bus exprimitur quod hæres prohibitus petere rationem adminiſtrationis,& illum qui
negotia geſſit liberare,non poteſt agere contra illum,etiam occaſione doli.
Quicquid tamẽ ſit in vtroq; caſu contrariũ videtur magis receptũ. *Berous enim d.*
loco inquit dolum ſe præteritum in diſpoſitione inter viuos cenſeri in dubio remiſſum
in vltima autẽ voluntate nequaquã,verũ q; attinet ad diſpoſitionẽ inter viuos *Soc.ſen.*
conſil.159.vol.2.verb.ex quibus & conſil.72.vol.3. putat ita diſtinguendum, aut apud eum
qui dolum cõmiſit nihil adeſt ex ſuo dolo nimirum quia dolum cõmiſerit deteriorã-
do,vel damnificando,& tunc videatur remiſſus dolus per gloſſ. communiter appro-

Digitized by Google

batam in *l. actione. C. de tranſact.* & ibi *Bald. & Sali. & Bal. in l. cum neceſſitate. C. de fideic.* Aut
apud eum qui dolum cõmiſit aliquid adeſt, quia aliqua retinuit ex adminiſtratione,
& tunc ex generali remiſſione non creditur remiſſus dolus præteritus, niſi de eo ſit fa-
cta ſpecialis mentio & ita diſtinguit *Bart. in d. l. Aurelius* §. *Caius*, quam diſtinct. probat
Bal. in l. ſub prætextu. C. de tranſact. Etenim in primo membro dolus cenſetur remiſſus
inquit *Bald. in final. verbis* quia habet actum tranſeuntẽ, vnde facile purgatur per tranſ-
actionem, vel remiſſionem ſequentem, *l. 2.* & ibi *Ang. not. C. de tranſact. not. in l. tres fra-
tres. ff. de pact.* in ſecundo autem membro quando aliquid adeſt doloſo tunc dolus ha-
bet cauſam permanentem, & durat tempore remiſſionis, & ideo quia ineſt liberationi
dolus non purgatur per liberationem, *ſecundum Iacobum de Rauenn. Bald. & Bart. & alios
citatos à Soc. dicto conſ. 22.* & ratio eſt quoniam ſapit dolum de præſenti, & de futuro, cu-
ius non valet remiſſio *l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact.* & quia vbi ineſt ipſi liberationi dolus,
127 tunc liberatio videtur dolo extorta † quo caſu non valeret etiam iurata *idem Soc. d. conſ.
159. d. verb. ex quibus.* declaratam in remiſſione, & liberatione, quæ fiat ex cauſa onero-
ſa, vt in tranſactione non in ea, quæ fit ex mera liberalitate remittentis, vt ait *Soc. d. conſ.
72. col. 3. verb. igitur nõ fuit n. 9.* Et propterea poteſt conſtitui generalis concluſio, dolus
128 præteritus generali liberatione inter viuos † cenſetur remiſſus, & prima limitatio erit,
quando doloſo aliquid adeſſet, ſecunda limitatio eſt quando illud qui liberat, vt vero
ſimiliter de illo dolo non cogitaſſet, nam ad incogitata, & occulta non extẽditur *l. tres
fratres ff. de pact.* tertia limitatio quãdo eſſet error euidens, & manifeſta iniquitas. quar-
ta limitatio, quando is qui dolum cõmiſerat haberet reliqua ex adminiſtratione & nõ
reſtituiſſet, tunc de illis non cenſetur facta liberatio, quoniam ex eo quod nõ reſtituit,
creditur eſſe in dolo, vt *per Soc. d. conſ. 72*, & faciunt etiã, quæ ponit in *d. conſ. 190. vol. 2.*

Venio modo ad generalem remiſſionem factã in vltima voluntate, in qua magis
129 cõmunis ſententia eſt negatiua † in *d. l. actione, & in d. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact.* vt teſtatur
Socin. d. conſ. 72. col. 1. verb. ſi autẽ liberatio. faciunt ea, quæ cumulat *Dec. in l. cõtractus n. 42.
verb. & iſta ratione. ff. de reg. iu.* Et duplici ratione munitur, prima fuit Petri *in d. l. in actio-
ne*, nẽpe quod legata non adaptãtur ad perſonas odioſas *l. Lucius Titius. §. Lucius Titius.
ff. de leg. 2.* ratio rationis: quia legata fiunt ob merita *l. nec adiecit. ff. pro Socio.* & per hanc
rationem dolus non cenſetur remiſſus inter viuos ſi remiſſio fiat ex mera liberalitate;
vt diximus paulo ſupra in prima limitatione. ſecunda ratio eſt Bartoli in *d. l. Aurelius. §.
Caio. ff. de lib. legata.* quoniã teſtator mortis cogitatione turbatus de dolo adminiſtratio-
nis vero ſimiliter non cogitauit, quæ mortis cogitatio eũ ab actu teſtandi cauſetur re-
peritur etiã in teſtatore ſani corporis, vt explicat *Soc. d. loco col. 3.* qui refellit ſentẽtiã Au-
guſt. dicẽtis non eſſe generalẽ ad omnẽ teſtatorẽ, ſed ad eũ qui corpore eſſet infirmus
additur tertia ratio Baldi in *d. §. illud. l. ſi vnus. ff. de pact.* propterea quod legata pendẽt à
voluntate vnius, ſed contractus ex conſenſu duorum, proinde ex vnius mente non re-
cipiunt interpretationem; Et dicta cõmunĩs concluſio valet etiam ſi doloſo nihil adeſ-
ſet ex dolo, quippe militat adhuc illa ratio odii, & multo magis procedit ſi aliquid ad-
eſſet, & lõge facilius admitteretur, ſi dol' vero ſimiliter latuiſſet teſtatorẽ, aut ſi doloſ'
reliqua nõ reſtituiſſet, quandoquidẽ ſi his caſibus nõ cenſeretur remiſſus inter viuos
ſicut oſtendimus, quanto magis nec in vltima volũtate *Bal. in d. §. illud ver. tertio quæro.*

Nec multũ põderis habẽt, q̃ allegãtur ex aduerſo, ſiq dẽ primũ de vltimis volũta-
tib' ad cõtract' ſolutũ eſt demõſtrata ratione diuerſitatis, ſecundũ d. *l. Lucius*, duplici
modo diluit altero qdẽ ꝓcedit in vltima volũtate altero vero qa ibi doloſo aliqd ad-
erat, ita explicat *Bart. in d. §. Caius*, & ſequitur *Soc. d. conſ. 159. verb. ex quib. inferendo.* & ita
tuta eſt concluſio pertinẽs ad cõtractus inter viuos. Nõ aduerſatur, etiã tex. in *d. l. ſiquis
rationes in ſecũda parte*, quoniam nõ eſt generalis ꝓhibitio, ſed ſpecialis vt palã fit ex illis
verbis ſc. q; ſi qs velit, & hęc remittere (& ex illis) qeqd ab eo exegerit illa, vel illa ratio-
ne in prima aũt parte ꝓbat cõcluſionẽ DD. nã hęres damnat' rationes exigere, põt re-
liqua, q̃ adminiſtrator ille dolo apud ſe retinuerat iure petere, & ita generalis illa ꝓhi-
bitio exigẽdi rationes nõ cõprehẽdit dolũ adeo q; cõcluſio limitãda ſit iuxta terminos
d. l. ſiquis in ſecũda parte ſc. quando teſtator grauat hæredẽ, vt liberet debitorem, etenim
130 cenſetur, & dolum † remiſiſſe *Bart. in l. Aurelio. §. Caius num. 7. ff. de liber. legata.*

131 Succedit modo Tertius ille caſus † quando liberatio eſt quidem facta in vltimæ
voluntate, ſed per modum diſpoſitionis inter viuos, in quo *Socin. d. conſ. 72. col. 2. verb. in
caſu noſtro noua eſt difficultas.* idem reſpondet, quod in diſpoſitione vltimæ volũtatis, re-
iectis multis fundamentis, quæ ſtabant ex aduerſa parte.

DE DO-

De Dolo præ ſumpto Cap. III.

1 *Quo ordine Author exponat materiam Doli præſumpti.*

2 *Quid ſit dolus præſumptus, & quibus præſumptionibus probetur, ex mente DD.*

3 *Quid ſit ex intentione Caſtrens.*

4 *An dolus præſumptus indigeat probatione.*

5 *Præſumptio duplex, alia legis, alia hominis.*

6 *Præſumptio doli, alia à lege, alia ab homine.*

7 *Quæ ſint doli præſumptiones à lege, quæ ab homine.*

8 *Quid ſit iſte Dolus ex opinione Capræ.*

9 *Quid ſit Dolus præſumptus ex intentione Authoris.*

10 *Quotuplex ſit dolus præſumptus.*

11 *Dolus præſumptus ex præſumptione legis duplex, iuris tamen, & præſumptione iuris, & de iure.*

12 *Exempla doli præſumpti, ex præſumptione iuris, & de iure.*

13 *Dolus præſumptus præſumptione iuris, quid ſit.*

14 *Dolus præſumptus præſumptione hominis deſcribitur ab Authore.*

15 *Exempla doli præſumpti, ex præſumptionē hominis; ut ex præcedente tractatu ex nimia feſtinatione.*

16 *Effectus reſultā̃t ex differē̃tia inter præſumtionē hominis legis, nā ex præſumptione legis infertur pœna delicti ordinaria.*

17 *An dolus præſumptus ſit proprie dolus.*

18 *Opinio negatiua, probatur, quia dicitur culpa latior.*

19 *Sententia affirmatiua videtur probabilior multis rationibus.*

20 *Omnis dolus eſt culpa, & vbi dolus, eſt ibi culpa.*

21 *Ex quibus cauſis dolus præſumatur, & Author enumerat octo cauſas præſumendi dolum.*

22 *Dolus præſumitur ratione officii, & ſunt viginti octo præſumptiones quæ inde naſcuntur.*

23 *Tutor, Curator, Notarius; Argentarius, Mater, Procurator, ſubditus, Negociorū Geſtor, Debitor; Arbiter, Socius, Paſtor, Depoſitarius; Pater, Actor, Reus; Aduocatus quando præſumantur in dolo ratione officii.*

24 *Dolus præſumitur ratione perſonæ, & multa ſunt præſumptiones quæ ex ea colliguntur.*

25 *Vitricus, conſanguinei, Ruſticus, Mulier; Miles, Minor; Diſſipator bonorum, Pater, Clericus, Creditor, Debitor, Inimic⁹, feneratores, perſona ſuſpecta, perſona malæ vitæ quando ratione perſonæ præſumuntur eſſe in dolo.*

26 *Dolus præſumitur ratione modi negocii geſti, & ſunt plures, quæ ab hoc fonte emanant præſumptiones ex modo ſuccedendi; Ex facto prima authoritate, ex clandeſtinitate, ex malis artibus, ex occulto actu, ex immoderate geſtis, ex fuga, ex taciturnitate, ex nimia diligentia, ex clauſulis inſolitis, ex perſuaſionibus; ex triſti nuncio, ex alienatione in emptore non denuncianti, de euictione, in fideiuſſore qui rem pignoratam accepit à creditore quando dolus præſumatur.*

27 *Dolus præſumitur ratione rei, & plurima ex ea inſurgunt præſumptiones nempe propter enormem, vel enormiſſimam læſionem, quando agitur contra ius naturale, vel quaſi, contra ius ciuile notorium, vel contra ſtatutum, aut decretum, quod traheret originem à iure naturali, vel gentium.*

28 *Si arbitro data ſit ampliſſima poteſtas, tamen ob enormiſſimam læſionem agi poteſt de dolo.*

29 *Contra dolum præſumptum, quando detur iuramentum in litem.*

30 *Dolus præſumitur in re vilius vendita; vel condicta.*

31 *Dolus præſumitur in alienatione rei ſubiectæ fideicom.*

32 *Dolus præſumitur ratione temporis, & non pauca inde emergunt præſumptiones & primo;*

33 *Ex breuitate temporis in emptione, in adoptione, in matrimonio in cauſa retractus; & in aliis cauſis; ſi non fiat ſolutio in tempore conuento, item ex anticipatione geſtiſque anticipato tempore, ſi fiat aliquid tempore prohibito, ſi fiat in extremo vitæ ſpiritu, ſi fiat de nocte; ex his quæ fiunt incontinenti, ex tarditate temporis, ratione præteriti temporis, de præterito ad præſens.*

34 *Dolus præſumitur ratione delicti, & plures inde proficiſcuntur præſumptiones, nempe in iuranti falſum ſi ſciebat veritatem. In violento inuaſore, in portante, vel expendente falſam monetam, in mendace, ſi ex mendacio aliquòd commodum ſentiat, in eo qui pro homicidio faciendo vel nō faciendo pecuniam acceperit, in fure, in homicida, in eo qui cum poſſet, non obui-*

anit delicto, in accuſante qui opponit, quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet; in eo qui ſcienter facit rem prohibitam, & dolus recipit extenſionem in delictis de perſona ad perſonam ibid. in fine.

35 Dolus præſumitur ratione ſolemnitatis omiſſa, & plures ex hac radice præſumptiones oriuntur, nempe ſi contrahendo negocio non eſt ſeruata ſtat. vel legis communis ſolemnitas, ſi emptio ſit facta contra iura, ſi inſolitæ cautiones ſint adhibitæ, ſi Notarius ſolemnitates Inſtrumenti prætermiſerit.

36 Dolus præſumitur, variis ex cauſis, quæ certo capite comprehendi commode non poſſunt, præſumitur enim ex circumſtātiis, quæ præcedunt, vel ſubſequuntur actum.

37 Dolus non præſumitur in eo, qui non fecit id, ad quod ſciebat ſe teneri.

38 Dolus præſumitur in verberante.

39 Dolus præſumitur in eo, qui ignorat id, quod omnes intelligunt.

40 Dolus præſumitur contra eum, qui tacet beneficium ſibi competens.

41 Dolus præſumitur in eo, qui domum cuſtodit, in qua natum eſt incendium.

42 Dolus præſumitur in eo, qui impetrauit reſcriptum, & veritatem occultauit.

43 Dolus præſumitur in eo, qui facit in re ſua, quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet.

44 Dolus præſumitur in eo, qui abutitur peritia ſua.

45 Dolus præſumitur in ignorantia craſſa.

46 Dolus præſumitur in eo, qui poteſt remoueri per legitimā exceptionē & nihilominus petit, Item in eo qui facit contra æquitatem, in eo, qui errat in iure naturali, in eo qui allegat errorem facti improbabilem.

47 Dolus præſumitur in caſu l. nomen debitoris. § filio. ff. de leg. 3.

48 Dolus præſumitur in tutore, qui corrupit Iudicem, vt ſibi decerneretur tutela.

49 Dolus præſumitur in fideiuſſ. non appellante à ſententia cōtra ipſum lata, ſi ſciebat iniquam.

50 Dolus præſumitur in eo, qui poteſt reuerti, & non reuertitur, in eo, qui poteſt parere conditioni & non paret, in eo, qui vtitur verbis hæreticis, ſi perſona erat ſuſpecta.

51 Dolus præſumitur in teſte ſingulari. Item in eo, qui poſt datum libellum deſiit poſſidere, Item in eo qui loquitur, quod moueat, vel mouere veroſimiliter poſſit vulgus, in eo qui perſonaliter citatus eſt, & ſe abſcondit, item in eo, qui ſcit factum, & fecit contra ius.

52 Dolus præſumitur in feſtina morte, quandoque in litteris gratiæ, vel iuſtitiæ. item in receptatione; in ſpoliatione. itē in eo, qui ſcit futuram prohibitionem, & facit contra eam, in eo, qui facit contra denunciationem ſibi factam, in eo qui propoſita, & obiecta non ſoluit.

53 Dolus præſumitur contra eum, qui rem alienam conſumit.

54 Dolus præſumitur in prouocante.

55 Dolus, qui fuit in primo contractu cenſetur repetitus in ſecundo confirmanti illum primum.

56 Dolus præſumitur in eo, quod eſt factum contra bonam fidem.

57 Dolus præſumitur ex vicinitate actuum.

58 Dolus præſumitur in eo, qui plures delictū commiſerit, & in eo, qui non facit quod fieri conſueuit.

59 Doli præſumptio ceſſat ratione officii: veluti in Notario niſi probetur in magiſtro vulnerante, in geſtis coram Principe, vbi intercedit decretum iudicis, ceſſat quandoque in adminiſtratione.

60 Doli præſumptio ceſſat ratione perſonæ in Patre, in fratre, in Minore Muliere, Ruſtico, milite, ob interuentum conſanguineorum; in occidente valde coniunctum, ex amicorum præſentia inter patrem, & filium in eo, qui eſt conſtitutus in extremis vitæ propter honeſtatem perſonæ.

61 Doli præſumptio ceſſat propter modum agendi, veluti ſi actus publice, & palam geratur, & multi ſunt caſus, in quibus ex palam geſtis excuſatur homo, ne incidat in pœnam,

62 Doli præſumptio ceſſat ratione rei, de qua agitur, vt in re modici præiudicii, vel modici lucri; item ceſſat in re permiſſa, vel ſi pro dolo nullum præmium ſit.

63 Doli præſumptio ceſſat ratione temporis.

64 Doli præſumptio ceſſat ratione ſolemnitatis obſeruatæ.

65 Doli præſumptio ceſſat variis ex cauſis, ſi fiat quod conſuetum eſt fieri in eo qui fraudem excludit.

66 Dolus non præſumitur in eo, ad cuius vtilitatem non cedit actus, ceſſat dolus ob leuem cauſam, item ex titulo etiam erroneo.

67 Dolus non præſumitur ex ſimplici mendacio, nec in impetratione reſcripti ad lites.

68 Dolus

68 Dolus non præſumitur in eo, qui facit quod facere debet, & in eo qui paratus eſt de iure ſuo docere.

69 Præſumptio doli excluſiua in dubio capienda eſt.

70 Dolus non præſumitur in iuris ignorantia.

71 Doli præſumptio ceſſat per aliam præſumptionem maiorem.

72 Dolus non præſumitur contra illum, qui vtitur Doctoris conſilio.

73 Dolus non ſolet committi contra perſonam non maleuolam, nec ſine animo lucrandi.

74 Dolus non præſumitur in eo, qui ſe ipſum, & ſua plus diligit, quam aliena.

75 Dolus non præſumitur, vbi nulla eſt præſumendi cauſa.

76 Dolus non præſumitur in eo, qui facit aliquid, quod ſi non feciſſet, idem tamen futurus eſſet euentus.

77 Dolus non præſumitur in eo, qui expendit pecuniam ad eum valorem; pro quo accepit.

78 Dolus non præſumitur in cuſtode alienæ pecuniæ, ſi vna cum illa propria etiam cuſtodis pecunia ſubtracta fuit.

79 Dolus non præſumitur, ratione publicæ proteſtationis.

80 Dolus ſine voluntate eſſe non dicitur, & ideo Dolus non eſt in errante.

81 Dolus non præſumitur, vbi iuſta aliqua cauſa exiſtat.

82 Dolo dediſſe, non videtur, qui dedit, vt litem effugeret.

83 De Doli præſumptione plura, ſed remiſſiue.

84 Minor vtrum reſtituatur ob dolum præſumptum.

85 Opinio negatiua probatur ex doli veri, & præſumpti comparatione.

86 Præſumptiones ſunt liquidiſſimæ probationes.

87 Statutum ſi requirat probationem in inſtrumento ſufficit præſumptio legis, & probatio; quæ fit præſumptione vera eſſe videtur, æque ac illa, quæ ex alijs documentis, & probationum generibus.

88 Minorem, in dolo præſumpto reſtitui receptius eſt declara, num. 92.

89 Minori in dolo præſumpto minoratur pœna.

90 Facilius eſt præſumptam diſpoſitionem reſcindere, quam veram, ratione probatur & exemplis.

91 Mater Minor, quæ non petierit tutorem filiis reſtituitur.

92 Minor reſtituitur aduerſus ſtatutariam præſcriptionem, & quomodo ei ſuccurratur contra iuris communis præſcriptionem.

93 Minor reſtituitur aduerſus lapſum temporis ſtatuto definiti ad dotandam ſororem.

94 Dolus in quibus caſibus præſumitur in Maiore, non præſumitur in Minore, ſed negligentia, niſi de Dolo conuincatur aliunde, quam ex natura actus.

95 Minor pro dolo præſumpto in crimine læſæ Maieſtatis non reſtituitur.

96 Vtrum minor reſtituatur aduerſus dolum præſumptum de futuro.

97 Vtrum in muliere propter imbecillitatem ſexus, ceſſet doli præſumptio.

98 Opinio negatiua, probatur ex multis, quæ de mulierum dolo, & malitia, tum ſacris tum prophanis literis ſcripta leguntur.

99 Fidem mulieribus non eſſe habendam prouerbium.

100 Mulieres, cur ad malitiam procliues, ratio ex Zimara.

101 Mulieres mendaces & periuræ.

102 Mulieris teſtimonio parum creditur, ſiue de iure canonico ſiue de iure ciuili.

103 Mulieris teſtimonium admittitur in legatis ad pias cauſas, in teſtamentis inter liberos.

104 Vulpi dolus non imputatur, quia naturalis.

105 Doli præſumptionem ceſſare in muliere, communiter traditur.

106 Leges propter imbecillitatem ſexus, propter naturalem ſimplicitatem, propter infirmitatem conſilii mulierib. in multis iuris partibus ſubueniunt.

107 Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. per iuramentum non tollitur in muliere.

108 Mulierum genus auariſſimum, quæ ſit ratio.

109 Mulierem eſſe marem occaſionatū, & defectuoſum, Philoſophus ait, ſed Author improbat authoritate Iuſtiniani imperatoris & ratione.

110 Salomonis de meretrice dictum, & de muliere ſapiente.

111 A muliere omne malum, ab eadem omne bonum natum eſt homini.

112 Vtrum confeſſus homicidium feciſſe, ſed ad ſui defenſionem, debeat abſolui, an extraordinaria ſaltem pœna puniri.

113 Iuramentum cū aliqua qualitate interpoſitum, debet in totum acceptari, aut in totum reiici.

114 Reſponſio qualificata ad poſitiones debet tota acceptari, aut tota infirmari.

115 *Sententia in connexis non poteſt pro parte acceptari, aut pro parte repelli.*

116 *Confeſſus homicidium cum illa qualitate ad ſui defenſionem non debet prorſus abſolui, ex cõmuni ſententia ne deludantur iudicia, tum etiam quia ex confeſſione oritur contra confitentem præſumptio.*

117 *Vtrum confeſſus homicidiũ ad ſui defenſionem debeat puniri extraordinaria pœna.*

118 *Opinio negatiua multis probatur.*

119 *Sed opinio affirmatiua communi ſuffragio probata eſt.*

120 *Verũ* l. finalis C. ſi maior factus, & c. *locum ſibi vendicet, quando in contractu geſto à minore interuenerit dolus præſumptus, & ſic an curſus quinquennii in primo caſu illius conſtitutionis & curſus decennii, in ſecundo caſu, ratificet contractum ſtante in eo dolo præſumpto, late diſcutitur.*

121 *Opinio affirmatiua ratificari, ſcil. eum contractum non obſtante dolo præſumpto videtur magis probanda.*

122 *Declaratur, & limitatur, multis modis.*

123 *Vtrum conſtitutio* l. fin. C. vnde vi, *vendicet locum in dolo præſumpto, an ſit neceſſarius dolus verus diſcutitur.*

124 *Communiter eſt ſententia locum habere in dolo præſumpto.*

125 *Verũ diſpoſitio* c. quamuis de pact. in 6. *procedat non ſolum in vero, ſed etiam in præſumpto dolo ampliſſime diſputatur.*

126 *In hoc articulo duos caſus diſtinguit Author, in dolo præſumpto propter omiſſam ſolemnitatem, & probat affirmatiuam ſententiam & in dolo præſumpto propter læſionẽ & cõſtituit aliquas concluſiones.*

127 *Vtrum agens contra legem credatur eſſe in dolo præſumpto, an in culpa diſtinctione declaratur.*

128 *Vtrum dolus præſumptus idem ſit quod culpa lata, quod etiam diſtinctione explicatur.*

129 *Vtrum* c. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 7. & cap. ſi vero extr. de ſententia ex communic. *quibus percutiens clericum incidit in excommunicationem, à qua non abſoluitur, niſi à ſummo Pontifice, procedant non ſolum in dolo vero, ſed etiam in præſumpto.*

130 *Communis opinio eſt negatiua, quia excõmunicatio non irrogatur, niſi vbi ſit dolus verus.*

131 *Alciatus diſtinguit, ſed non probatur eius diſtinctio.*

132 *Iura, quæ ſunt fundata in præſumptione nõ habent locum in foro animæ.*

133 Lex *diſponens aliquid ſuper certo, & non ſuper præſumpto, obtinet in vtroq; foro ex D. Thoma.*

134 *Vtrum dolus præſumptus ſufficiat ad condemnandum remiſſiue.*

135 *Vtrũ præſumatur dol⁹ in eo q leges ignorat.*

136 *Vtrum præſumatur dolus in doctore Iuris ciuil. ſi leges ignoret.*

ABſoluimus primam ſpeciem veri doli, aggrediamur ex ordine ſecũdam doli præ-
1 ſumpti, & † videamus in primis quid ſit dolus præſumptus, ſecũdo, quot ſint eius ſpecies. III. nũquid ſit proprie dolus. IV. in quib. cauſis dolus præſumatur. V. in quibus cauſis ceſſet doli præſumptio. Vltimo congruentes alias quæſtiones ſubiiciemus.

Ad primum igitur reſpondentes Dd. dolum præſumptum deſcribunt, quãdo de
2 eo † ſunt præſumptiones quæ probabiliter dolũ inferunt, non neceſſario, ita vt ex illorũ intentione dolus præſumptus dicatur qui ex veroſimili, ſeu probabili cõiectura colligitur, veluti ſi quis iudici nõ paret *l. non poteſt ff. de reg. iur.* ſicut verus dolus appellatur qui ex neceſſaria coniectura oſtenditur eſſe cõmiſſus, ſicut in furto, aut in homicidio de induſtria cõmiſſo; *Alex. conſ. 103 n. 29. vol. 1.* ſcribentes *in l. 1. §. nunciatio in fine ff. de noui op. nunc. Plot. in l. ſi quando. §. 50. num. 30. Cod. vnde vi.* Hæc vero iudicia quæ probant dolum præſumptum aliquando ſunt leuiora, aliquando magis vrgentia, quod multum intereſt ſcire, quoniam contra dolum præſumptum leuioribus præſumptionibus, non datur iuramentum in litem, ſed præſtatur tantum contra illum, de quo conſtat per indicia vrgentiora. *Plot. in dict. l. ſi quando. §. 50. numero trigeſimo tertio. Plane ſicut diximus in ſuperiori cap. de verb. Dolo,* videtur hæc definitio docere magis, quo modo dolus iſte probetur, quam quid ille ſit in ſui ſubſtantia. Ideò *Ca-*
3 *ſtrenſ. in l. Dolum Cod. de Dolo,* alio modo † deſcribens ait, Dolus eſt qui ſine vlla probatione facti, præſumitur à lege, quam definitionem probat, *Pariſ. conſilio 49. numero 33. & 34. volu. 1.* Sed nec Paulus rem acute tetigit, ſiquidem falſum eſt, quod in dolo præſumpto, nulla requiratur probatio facti, quia nullus eſt dolus à lege præſumptus, in quo, non fiat aliqua probatio, aut quod lex quicquam præ-
4 ſumat, † exemplum eſt in præſumptione doli commiſſi à tutore in terminis *legis tutor qui repertorium. ff. de adminiſtrat. tutor.* nam oportet probare, quod repertorium

non

non fecerit, ad hoc vt tutor præſumatur in dolo; Accedit quod non omnis dolus præ-
ſumitur à lege, ſed etiam ab homine, ſicut præſumptio communiter alia eſt à lege, alia
5 ab † homine, eſt autem quando lex non poteſt ex aliquo indicio, vel cõiectura aliquid
præſumere, tunc relinquit arbitrio iudicis, qui ex circumſtantiis modo facit, modo
non facit præſumptionem prout tales ſunt, quæ moueant ipſum, vel non moueant ad
6 credulitatem; *Menoch. in tract. de præſumpt. quæſt.* 5. & ideo definitur, vt ſit illa, † cuius
effectus non eſt in iure expreſſus, ſed in iudicis, & boni viri arbitrio remiſſus argumẽ-
to *l. minor. 25. annis ex aſpectu ff. de minor. l. vtrum ff. de donat. inter vir. & vxor.* Ita & dolus
7 colligitur quoq; ex præſumptione hominis; Eritque huius doli † Exemplum, quando
leuioribus præſumptionibus fuerit dolus probatus *Plot. d.* §. 50. *n. 30. &* 31. vbi graues
præſumptiones appellat, quando lex ipſa dicit, talis eſt in dolo, proinde hominis præ-
ſumptiones leuiores *Plot.* intelligit. *Menoch. quoque de præſumpt. d. quæſt.* 5. *&* ibi *Bald. Caſt.*
8 *Dec. Beroum, & Abbat.* concordes allegat, *Capra* † *vero regula num* 12. aliter definiens ait,
Dolus præſumptus eſt quædam machinatio ad decipiendum fallendumue alterum
præſumptiue adhibita *Menoch. quoque de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 3. alio modo deſcribit
9 Dolum præſumptũ. Nobis autẽ probabilior † cæteris videtur, noſtra deſcriptio; Dolus
præſumptus eſt machinatio, calliditas, fallacia in alterius damnum ex probabili con-
iectura à lege, vel ab homine pro veritate habita. loco generis eſt calliditas, fallacia, vt
in *l. 1. §. 1. ff. de dolo*, eſt pro genere ad verum dolum ex probabili coniectura, loco diffe-
rentiæ ad remouendum dolum verum, à lege, vel ab homine, vt vtrumq; dolum præ-
ſumptum contineat.

10 *Quæſt.* 2. Ex qua definitione facile eſt reſpondere ad 2. *quæſt.* Quotuplex † ſit do-
lus, conſtat enim duplicem eſſe eius ſpeciem videlicet legis vnam, hominis alteram;
Prior autem in duas ſpecies diuiditur. Nam alius eſt dolus præſumptus præſumptione
11 iuris, & de iure, alius dolus præſumptus † ſola iuris præſumptione, primus dolus
eſt cum lex, vel ſtatutum præſumit in aliquo caſu dolum, & ſuper illo dolo ita præ-
12 ſumpto diſponit actum annullando † exemplum eſt in *conſtitutione Marchiæ Anconitanæ*
li. 5. ſub Rub. 25. quæ ita inſcribitur: Quæ forma ſit ſeruanda in alienationibus et cõtractibus mino-
rũ & mulierũ, in qua expreſſum eſt, q; ſi in iis cõtractibus non ſeruetur certa ſolennitas,
præſumitur conuentio doloſa, & tanquam talis annullatur, hic dolus appellatur præ-
ſumptus iuris, &, de iure per *Virg. Boccatium in comment. ad eam conſt. gloſſa. 6. num.* 117.
ad idem eſt *conſ.* 50. *Curt.* Qui loquitur in ſtatuto Tridentino idem diſponente, & *conſ.*
Pariſ. 49. *nu.* 3. *lib.* 1. ſimile ſtatutum eſt Senis in Patria mea *ſub Rub. de contractibus mino-*
rum & filiorum fam. in 2. diſtinct. Alterum eſt exemplum in Matre Tutrice quæ tranſierit
ad 2. vota non petito tutore, & reliquis non reſtitutis, vt in *Deciſione* 58. *Pedemontana nu-*
mero 33. 34. ſunt etiam in eam ſententiam alia Doct. conſilia quibus alia huius doli præ-
ſumpti offerũtur exempla. *Socc. Iun. conſ. 69. n. 46. vol* 1. in quo ponit exẽplũ malæ fidei,
contra quam non datur, probatio in contrarium ſcilicet quando aliquis ſcienter con-
tra iura mereatur, vt eſt *tex. iuncta gloſſa in l. quemadmodum C. de Agricol. & cenſit. lib.* 10.
Bald. in l. qui à quolibet ff. de contrah. empt. Barbat. conſ. 70. vol. 3. Gozzad. in l. omnes populi num.
119. *verb. ſecunda concluſio Neuizz. conſ. 85. nume. 14. Roman. conſil. 54. col. vlt. Menoch. de re-*
cuper. poſſeſſione remed. 115. nuer. 179. Erit ergo iſte dolus præſumptus præſumptione iu-
ris, & de iure, quando ex aliqua ratione à lege præſumitur, & ſuper præſumpto diſpo-
nitur annullando actum; ſuper quo dolus præſumptus eſt, cuius natura eſt non admit-
tere probationem in contrarium & in hoc maxime ſeparatur à dolo præſumpto ſola
iuris præſumptione, cuius proprium eſt contrariam probationem recipere, ex qua
differentia non nulli ſequuntur effectus, vt in progreſſu tractatus aperiemus. Dolus
13 vero præſumptus iuris, † eſt ille quem lex ob aliquam probabilem cauſam in aliquo ne-
gocio præſumit interueniſſe, quouſque non fuerit facta probatio in contrarium. dici-
tur iuris, quia fit à lege non dicitur de iure, quoniam recipit probationem, in contrari-
um dicitur quoque iuris, quia plurimi ſunt caſus, in quibus lex dolum præſumit, lex
n. definit palã. quoniam dolũ præſumit, vt in *l. non poteſt ff. de reg. iur. in l. tutor. qui reperto-*
rium ff. de admin. Tutor. in l. dolum ff. mand. in l. dolo ff. ad l. Falcid. in l. in condemnatione §. dolo
14 *ff. de reg. iur. in l. procuratione ff. mandat.* Dolus autem præſumptus † hominis præſum-
ptione poteſt, ita deſcribi, vt ſit ille qui non eſt in iure expreſſus, ſed iudicis argumen-
to remiſſus quippe ſicut hominis præſumptio diſtincta à præſumptione legis; & illa
quæ cum non ſit certo iure definita remittetur iudicis arbitrio argumento *l. min. 75. de*

minor.ita, & dolus præſumptus, cuius poſſunt clarioris doctrinæ cauſa plura exempla
deduci.† Et primo dolus præſumitur ex tractatu præcedenti, *gloſſ. in l. apud Celſum ff.*
de except. dol. Grauett. conſ. 115. *nu.* 6. Sed qualis hic tractatus eſſe debeat, vt dolum infe-
rat cum non ſit in iure definitum iudicis arbitrio relictum eſt, quare dolus iſte poteſt
appellari dolus præſumptus hominis, Secundo eiuſdem generis dolus eſſe videtur
quando aliquid agitur confuſe non expreſſa certa cauſa, cur id factum ſit *Grau. conſil.*
142. num. 19. qui citat Socc. conſ. 263. lib. 2. & Bald. in l. fin. quæſt. 14. C. de hæred. Inſt. III. Dolus
præſumitur in eo qui non facit certiorem contrahentem de Iuribus ſibi competenti-
bus, argumēto text. in *l. quæritur §. ſi vēditor ff. de ædilit. edict. Innoc. & Doct. in c. dilecta ex-*
tra. de reſcript. Caſtrenſ. conſ. 411. viro facto, & dubiis mihi traditis col. 2. in fin. li. 1. Abbas *conſ.*
68. libr. 1. dicens præſumi fraudem in tacente ad ſui commodum, & ad damnum al-
terius, quæ autem, & qualia tacendo inferatur dolus non eſt lege definitum, merito
Iudicis arbitrio relinquitur, quarto ex actu inſolito præſumitur dolus, gloſſ. & *Bartol.*
in l. ſiquis ſub cond. ff. de condit. Inſt. Qui vero ſit actus inſolitus Iudex arbitrabitur, *verbo*
dolus præſumitur & ex nimia feſtinantia, Bald. conſ. 219. vol. 2. lib. 3. Qualis autem, & quan-
ta eſſe debeat feſtinantia, vt dolum arguat ſolus iudex ex circumſtātiis, iudicabit. Sex-
to ſimilis eſt dolus, qui præſumitur ex clandeſtinitate *Bald. in l. error col 4. Cod. de iur. &*
fact. ignor. in l. fin. de ritu nupt. in l. 1. C. de interd. matrim. Septimo eiuſdem eſt farinæ do-
lus, qui præſumitur ex nimia cautela *Bald. in l. teſtamentum C. de teſt.* Ex hac vero diſtin-
ctione præſumptionis hominis, & legis *Deci. in l. vt vim ff. de Iuſt. & Iur.* infert ad pul-
crum effectum quem refert, & laudat ibi *Rimin. nu.* 232. quod ſcilicet quando in cri-
16 minalibus proceditur ex præſumptione legis, tunc imponitur pœna ordinaria † deli-
cti; non ſic in præſumptione hominis, & facit not. *d. Abbatis in c. accedens extr. de accuſa-*
tion. Fely. in c. audītis de præſcript. dicens ex mente Innoc. ceſſare ordinariam pœnam,
vbi proceditur ex hominis præſumptione, ſequitur *Soc. in l. non vtique column. 3. ff. de*
except.

17 *Quæſt.* 3. Sed iam ad 3. *quæſt.* veniamus quærentēs an dolus † præſumptus, ſit
proprie dolus, in quo articulo *Berous conſ. 195. vol. 1.* inquit dolum iſtum eſſe potius la-
18 tam culpam, quam proprie dolum † *Alex. in l. 2. ff. quod quiſque Iuris, & in l. quod Nerua*
in 4. quæſt. ff. de poſit. Bald. in l. pignus C. de pignor. Act. dicunt eiuſmodi dolum culpam eſ-
ſe latiorem. verum *Cephal. conſ. 42. nume. 33. & conſ. 54. col. 1.* ait proprie dolum eſſe per
tex. in *l. ſiquis locuples ff. de liber. cauſ.* Quæ loquitur in dolo præſumpto, ratione enormis
læſionis *Natta quoque conſil. 166. numero ſecundo*, putat proprie dolum eſſe, idem quoque
aperte ſentit *Curt. Iun. conſil. 141. numero ſeptimo, Cret. conſil.* 110. *numero quarto, in ter mi-*
nis doli præſumpti ob enormem læſionem.

19 Atque hæc ſententia videtur magis † probanda; primo quoniam ſicut dolus ve-
rus proprie dolus eſt, ita quoque præſumptus, cum ſint duæ ſpecies doli ſub eodem
genere, & ſub eadem definitione comprehenſæ, quippe dolus de vtroque prædica-
tur, & definitio Labeonis in *l. 1. ff. de dolo.* vtrumque continet, ſicut notauimus ſupra
ex opinione *Bartol. in l. quod Nerua ff. depoſit.* Secundo quia dolus præſumptus, ſimpli-
citer dolus appellatur multoties à lege, vt in *d. l. non poteſt ff. de reg. iur. in l. dolus ff. mand.*
in l. dolo ff. ad l. Falcid. Tertio ſi dolus præſumptus ex enormi læſione eſt proprie dolus
ſecundum *Cephal. & Natt. in ſup. citatis conſiliis*, & videtur probare *l. ſiquis cum alter ff.*
de verb. oblig. quicquid dixerit *Corn. conſ. 181. volum.* 3. cur non, & quilibet alius Dolus
præſumptus; Nec officit quod dicatur culpa lata, vel latior ab *Alexand. Beroo, & Bal-*
do. Etenim omnis dolus reuera culpa eſt, ſiquidem nomen culpę conuenit omni dolo,
20 & vbi dolus † eſt, ibi culpa eſt, *Bened. Capra reg.* 87.

21 *Quæſt.* 4. Relinquitur modo vt ad 4. quæſt. accedentes intueamur, ex quibus
cauſis dolus † præſumatur, & ſanè multæ ſunt confuſè, tamen, à Doctoribus in va-
riis locis relatæ nos autem certo ordine eas diſponendo, credimus ad infra ſcriptas
cauſas omnem doli præſumptionem poſſe deduci, vt ſcilicet Dolus præſumatur.

Primo, ratione officii.
Secundo, ratione perſonæ.
Tertio, ratione modi.
Quarto, ratione rei.
Quinto, ratione temporis
Sexto, ratione delicti.

Septimo,

Septimo, Ratione ſolennitatis omiſſæ.

Octauo, Variis ex cauſis.

Ad primam igitur cauſam accedens dico dolum præſumi in eo qui non facit id ad
quod tenetur & ſcit ſe teneri l. tutor qui repertorium ff. de admin. tutor l. dolo ff. ad l. falcid.
Ancor. conſ. 306. in cauſa quæ vertitur Corne. conſ. 116. in fin. libr. 1. Lucas de Penna in l.
quemadmodum C. de Agricol. & cenſit. libro 12. præſumpt. 6. Inquiens generaliter dolum
22 præſumi, in eo qui ad aliquid tenetur ratione officii † & non fecit, & propterea tu-
tor præſumitur in dolo ſi non fecerit inuentarium & librum rationum non conſcri-
23 pſerit d. l. tutor, † adeò quod iuretur contra eum in litem DD. communiter in l. in actio-
nibus ff. in lit. iur. Dec. conſ. 178. col. 2. Ancor. d. conſ 316. Ruin. conſ. 29. libr. 4. vel libr. 5. Plot.
in l. ſi quando §. 5. numer. 9. C. vnde vi. Secundo pari ratione præſumitur in dolo No-
tarius qui non apponit inſtrumento clauſulas conſuetas Crau. conſ. 75. numer. 6. dicens
præſumi etiam falſum in eo tabellione, qui debitas ſolennitates omiſit per l. iubemus &
l. volum⁹. C. de Teſt. Tertio tutor dicitur eſſe in dolo, quoties ſine cauſa alienat bona pu-
pilli, quia eius officium eſt augere bona, & rem pupilli ſaluam facere, Alex. conſil. 74.
vol. 7. IV Tutor præſumitur in dolo ſi ſciens indebitum ſoluat, vel ſi ſciens ſe priuatum
tutela non abſtinuerit ab adminiſtratione, aut ſi in libro rationum ſcripſiſſet, data tan-
tum, & non accepta, de primo eſt tex. in l. cum poſt §. 1. & ibi Bartol. col. pen. verſ. venio
ad quartam ff. de adminiſtr. tutor. de 2. eſt tex in auth. ſacramentum & ibi gl. in verbo nupſit
C. quando Mulier tutela offic. fungi poteſt, & ponitur exemplum in muliere, quæ tranſie-
rit ad ſecunda vota Ancor. conſ. 13. 16. in quo vult etiam filium poſſe iurare in litem
contra matrem, ſequitur Grau. conſil. 23. Plot. vbi ſupra §. 5. numero 11. Extendens ad
illum tutorem, qui tutelæ rationes non habet ſeparatas à ſuis, ſed miſcuit illas; de
tertio tradit Socin. conſil. 190. memini col. 2. verb. ex quarto, & conſ. 159. col. 2. vol. 3. Ro-
land. conſil. 49. vol. 1. in dolo quoque tutor eſſe creditur, ſi pecuniam pupilli non de-
derit ad honeſtum lucrum, Iodoc. in Patrocinio Pupillorum in titulo de tutor. & curat. li-
bert. V. In dolo eſſe creditur tutor qui bona minorum in proprios vſus conuerterit,
quicunque is ſit tutor, etiam ſi mater gereret tutelam. Grat. d. conſ. 23. & Soc. conſ. 190.
Sexto qui promiſſa non ſeruat eo quo poteſt modo l. dolus iuncta gloſſa fin. l. ſi procura-
torem §. dolo ff. mand. Alex. conſ. 52. in fin. & conſ. 84. col. 2. ad fin. lib. 6. Corne. conſ. 116. in
fine libro primo & conſil. 228. lib. 3. confert l. 1. C. de Dolo in l. vendicantem ff. de euict. VII.
Procurator, qui legitimum habet mandatum, & illud occultat dicitur eſſe in dolo
præſumpto; Crau. conſil. 172. numer. 5. inquiens non eſſe in ſimplici contumacia il-
lum cuius procurator legitimus erat præſens tempore latæ ſententiæ quoniam eſt
contumacia admixta cum dolo, quando procurator tacuit nihil dicens de manda-
to per Abb. conſil. 68. libr. 1. vbi conſuluit præſumi illum in dolo, qui tacuit verum ad
deceptionem alterius, & ad ſui commodum, ſicut in ſimili doloſa dicitur illa ta-
citurnitas fideicommiſſaria, quando hærede alienante eſt præſens, & tacet, & ideo
eueniente caſu fideicommiſſi non poterit poſtea rem vendicare l. ſi ſine Cod. de Vel-
leia. iuncta auth. ad hæc. vbi Bald. Cod. de latina libert. toll. & l. 2. l. ſi aliena res pig. data fuit,
vbi declaratur prædicta eſſe vera, quando illa taciturnitas ſit facta in damnum alte-
rius, quod multis modis poteſt accidere, vt late explicat Iaſon in l. qua dotis col. 13. verb.
quintus caſus ff. ſoluto matrimonio VIII. Procurator, etiam in dolo præſumitur qui re-
uelauit ſecreta parti aduerſæ Bartol. in l. 1. §. is qui per illum tex. ff. de falſis, vel ſi collu-
ſerit cum aduerſario Domini ſui l. ſi procuratorem ff. mandat. l. eleganter §. pen. ff. de
dolo, vel ſi fecerit pactum de quota litis l. litem Cod. de procurat. Bartol. in l. ſumptus ff. de
pact. l. ſi contra C. mandat. l. ſi remunerandi §. fin. ff. mandat. ideò remouetur ab officio l.
quia aduocatorum Cod. de poſtul. niſi eſſet procurator in rem ſuam, vt latè per Plot. §. 16.
numero 3. vſque ad v. 12. d. l. ſi quando; Nono cum legibus quiſque teneatur obedire
l. 2. ff. de legib. proinde qui leges tranſgreditur præſumitur eſſe in dolo Bald. conſil. 35.
quæritur vtrum pactum col. 1. in fin. libro tertio Pariſ. conſil. 49. numero 33. vol. 1. Crau. con-
ſil. 193. numero 3. inferens idem iuris eſſe in eo qui præceptum teſtatoris tranſgre-
ditur, quaſi lex ſit §. diſponat. Auth. de nupt. ſicut & ille videtur eſſe in dolo, qui
pactum non ſeruat, & aduerſus illud aliquid molitur l. ſecundo §. item quæritur ſi-
quis ff. de except. doli; decimo negotiorũ geſtor vel quilibet alius adminiſtrator ſi pro re-
bus, quæ ad manus ſuas peruenerint, non fecerit inuentarium præſumitur in dolo;
adeò, vt contra eum admittatur iuramentum in litem, Soci. d. conſ. 190. copioſè Plot. in

l. ſi quando §. *19.* & §. 5. *num. 9.* & .10. Vndecimo Iudex etiam, qui ex officio ſuo tenetur ſcire iura §. 1. *Inſt. de offic. Iudic. l. 2 verb. turpe eſt Patritio viro ff. de Virg. Iur. l. rem non nouam in princ.* & *Auth. hodie C. de Iudic.* ſi in iure aperto, & vulgato errauerit, præſumitur eſſe in dolo *l. 2.* & ibi *Doct. ff. quod quiſque iuris Grauett. conſ. 18. num. 14.* In quo teſtator filio impuberi dederat duos Tutores, fratrem ſuum, & matrem pupilli, quã transeuntem ad ſecunda vota Iudex decreuit tutricem perſonæ, bonorum vero tutorem fratrem, inquit *Grauet.* hunc Iudicem præſumi in dolo, quippe quia ignorauit ſatis vulgatum ius *l. 1. C. vbi pupillus educari debeat*, & *in* §. *ſin autem tutelam in Auth. de Nupt.* Quorum altero, mulier, deſcendens ad ſecunda vota priuatur ipſo iure tutela, altero vero prohibetur pupillam educare apud matrem, quæ vitricum ei ſupra induxerit. Duodecimo ſi fecerit aliquid contra officium pietatis maternæ præſumitur in dolo, & ob id priuatur ſucceſſione *l. matres,* & *l. omnem C. ad Tertullianum Granett. d. conſil. 18. numer.* 15. ponens exemplum in ea quæ licet nulliter eſſet decreta Tutrix ante tempus filiam immaturam tradidit viro pauperrimo, facit enim contra officium tutelæ, nec obſtat, quod nullum fuiſſet decretũ tutelæ, debebat enim pupilli vtilitati incumbere, ne ſit melioris conditionis, quam tutor verus, & legitimus XIII. contra officium paternum facit pater, quando filium exheredat, præſumitur enim iniuſta exheredatio eaque ratione hæredi incumbit onus probandi, quod iuſta fuerit exheredatio §. *aliud quoque cap. Auth. vt cum de appell. cognoſ. Modern. in tit. inſt. de exhered. liber.* XIV. Debitor obligatus ad ſoluendum certo loco, & tempore ſi tunc ibi non ſit præſens præſumitur eſſe in dolo *Abb. in cap. fin. extr. de eo qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruand.* Decimo quinto ratione officii eſt in dolo mater vel auia maior 25. annis, ſi intra annum non petierit filio pupillo tutorem, & ob id priuatus eius ſucceſſione, ad quam vocatur proximior, agnatus excluſo fiſco § *fin.* & *ibi Dd. Inſt. de Tertul. l. Senatuſconſulto l. ſciunt omnes. C. de legit. hered.* idemque iuris eſt, ſi non petierit curatorem *Bart. in l. 2.* §. *ſi mater* per illum text. *ff. ad Tertul. Dec. in c. ex parte in fine extr. de appellat.* Decimoſexto Dolus præſumitur in arbitrio qui facit ratificari laudum antequam illud legatur, tacens eius tenorem *Granett. conſ. 221. nu.* 10. & *conſ. 83. colum. 3.* & *conſ.* 142. & *conſ.* 192. Decimoſeptimo. In arbitrio etiam dolus præſumitur, qui noluerit admittere probationes, in cauſa etiam ſi ex forma compromiſſi non teneatur coram ſe acta conficere, Socin. intelligitur. Quo ad ſolemnitates Iudiciorum, non vero quo ad acta probatoria, *Bartol. in l. Societatem* §. *arbitriorum ff. pro Soc. Albergott. in l. ſiquis arbitratu ff. de verb. oblig.* ratio eſſe poteſt: quoniam dolus debet abeſſe ab omni officiali, quamuis habeat plenum Arbitrium ex forma ſtatuti *Florian. in l. locum* §. *ex eo. ff. de vſufruct.* Decimooctauo præſumitur in dolo depoſitarius, qui valeſiam capſam, vel ciſtam reddiderit deponenti, apertam, vel diſſigillatam cum ſignatam, clauſam ve recepiſſet, adeo vt pro reb. in ea contentis detur iuramento illius, qui depoſuit *Pariſ. conſ. 24. per totum vol. 1.* & citat comm. opinionem quod & facit *Cagnol. in l. 1. C. de his, quæ pro eo quod intereſt nu.* 130. *Bal. Aug. Rom. Alex.* qui teſtatur de comm. in *l. in actionibus ff. de In lit. Iur.* & *ibidem Duaren. in verbo quia Iudex latiſſimè Plot. in d. l. ſi quando* §. *10. numero ſexto, vbi in verbo* & *licet Bartol.* inquit ex mente Dd. procedere etiam ſi non fuerit probatum, quod ipſe Depoſitar. Nauta, vel Caupo, Ciſtam, aut Valleſiam diſſigillauerit præſumitur enim aduerſus illos, q̃ doloſe aperuerint decimonono idem Depoſitarius præſumitur in dolo ſi rem depoſitam deteriorauerit, ſi eam vendiderit, aut illa ſit vſus ad proprium commodum *l.* 1. §. *ſi res depoſita deterior ff. depoſit.* & §. *ſi rem depoſitam d. l. 1.* & ibi *Bartol.* & *Dd in l. qui furtum ff. de cond. furt. l. 3. C. depoſit.* & ibi *Bal.* & *alii Plot. d.* §. 10. *nu. 4.* & *5.* & *numer.* 18. Vigeſimo ratione officii eſſe præſumitur in dolo; Argentatius qui totam rationem non edit, aut qui malitioſe edidit, aut qui ne ederet malitioſe, deſiit poſſidere, *l. vbi exigitur,* & *ibi ſcrib.* & *l. quidam* §. *is autem ff. de edend.* vel ſi libros argentariæ teneat in locis inſolitis *Calcaneus conſ. 85. nu. 15.* Vigeſimo primo ampliatur in Mercatore, qui non confecerit librum rationum, aut non ediderit, videtur enim eis ex conſuetudine tacitè mandatum, vt dictum librum conficiant ad effectum editionis, ita vt aduerſus non edentes iuretur in litem, facit tex. in *l. vel vniuerſorum ff. de pignor. act. l. fin. C. de fideiuſſ. Bart. Alex. Alberic. Saly. Ang.* Bologn. Qui com. ſententiam allegant *in l. 1. C. de edend. Plot. d. l. ſi quando* §. *48. numer.* 14. & 15. Vigeſimoſecundo præſumitur dolus, & Calũnia in reo, & in Actore, qui iuramentum de Calũnia præſtare recuſauerit, proinde alter actione priuatur, alter vero habetur pro confeſſ. *l. 2.* §. *quod ſi actor* & *ibi Bald. C. de Iuramento Calum. 23.* præſumitur in dolo Aduocatus qui recuſauerit iurare ſecun-

à patrocinio præſtando in illa cauſa. XXIIII. Iudex quoque tanquam doloſus, ſi iuramentum ſubire recuſauerit ex illa *l. rem non noua.* & ſententia per eum lata non valebit *gloſ. ibi in verbo prætereatur argumento tex. in l. non dubium C. de legibus, in l. prolatam Cod. de ſent. & interlocut.* XXV. Paſtoris dolo, culpa, vel negligentia cenſentur mortua animalia, *Lucas de penna in l. quemadmodum C. de agricol. & cenſit. lib. 12. præſumt. 14.* Vigeſimo ſexto, præſumitur dolus ratione officii, in aliis cauſis, & perſonis, vt per *Ceph. conſ. 230. vol. 2. & per Maſcard. de probat. concl. 523. num. 124. & 148. & nu. 80.* Vigeſimo ſeptimo, præſumitur dolus in ſub[illegible] ſiue ſubiecto alterius Iuriſdictioni, nam cum magiſtratibus ſit obtemperandum, *l. [illegible]oclusi. ff. de iuſt. & iure.* præſumitur in dolo, qui ius dicenti non obtemperauerit, *l. qui reſtituere. ff. de rei vend. l. non poteſt. & ibi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur.* XXVIII. præſumitur in dolo, Socius qui facit nomine proprio quod debet facere nomine communi argumento *text. in l. 1. C. de dolo. Crau. conſ. 142. num. 15.*

Hactenus quo ad præſumptionem doli ratione officii, accipiamus aliam,
24 quæ † ex perſonæ proficiſcitur nam [illegible] qualitate perſonæ dolum præſumi tradit, eleganter *Craue. conſilio 310. & 319.* & primo dolus præſumitur in vitrico † qui
25 cum priuigna contrahit extorquens ab illa [illegible]erationem, vel alio modo, cum illa paciſcens; præſumitur enim odio habere priuignas, *l. 4 ff. de inoff. c. teſtament. leg. 1. cum gl. C. vbi pupill. educari debeat, Crau. cõſ. 142. n. 18.* Secũdo dolus præſumitur in domeſticis, & conſanguineis, qui cum Minore contrahant inducentes illum ad faciendum quietationem, & liberationem, item cum muliere teneræ ætatis ad renunciandum iuribus ſuis, ſi ex tali renunciatione cõmodum aliquod ad illos peruenerit, de primo eſt, *conſ. Ancar. 385. licet pridẽ. col. fin.* & conſenſum *Bal. 213. punctus eſt talis lib. 1.* de ſecundo eſt *conſ. Federici de ſenis 199.* quæritur an Domino. *Crau. d. conſ. 142. nu. 18. Corne. cõſ. 217. num. 9. & conſ. 82. n. 2. vol. 3. Grat. conſ. 26. n. 3. vol. 1.* Tertio, præſumitur dolus inter coniunctas perſonas quando eſt facta quietatio bonorũ paternorũ vel eſt facta renunciatio, ſi de graui læſione quietantis, vel renunciantis appareat, *Rubeus conſ. 12.* de ſimili dolo inter coniunctas perſonas eſt *text. in l. penultim. ff. de ritu nupt. in l. 5. & ibi Bart. C. de natur. liber.* Quarto, Dolus præſumitur inter perſonas prohibitas contrahere, etiam ſi contrahant nomine alieno *Corne. conſi. 82. num. 2. in 3. vol.* quod probat etiam *Guido Papa in tract. de præſumptio. Inter tractat. num. 13.* inquiens dolum præſumi ſi actus fiat per interpoſitionem perſonæ. Quinto, dolus præſumitur de perſona Minoris ſi in contractu inueniatur enormiter læſus, *Bertrand. conſi. 337. lib. 1.* Sexto, præſumitur in dolo in eo qui contrahit cum diſſipatore & luxurioſè viuente, *Natta conſi. 342. num. 6.* Septimo præſumitur dolus in matre iurante filium eſſe minorem, cum ſit maior *Ruy. conſil. 194. numer. 8. vol. 1.* Octauo præſumitur dolus in Minore, Ruſtico, Muliere, Milite, quando occulte quid agunt, *l. 1. Cod. de interdicto matrimon. l. fin. §. penultim. ff. de ritu nupt. Roman. conſi. 406. col. 1. Crau. conſi. 115. num. 45.* dicens procedere etiam ſi certent de damno euitando. Nono, præſumitur dolus ex qualitate perſonæ percutientis, & inſtrumenti quo percuſſit, *l. 1. cum gloſſ. Cod. de ſicariis*, vbi definitur quod percutiens hominem ſine animo occidendi non punitur pœna legis Cornel. de Sicariis, ſed quomodo probabitur, quod non animo occidendi gloſſ. ait per præſumptionem probando affinitatem, & qualitatem occidentis, igitur in extraneo, vel in homine rixoſo præſumetur dolus occidendi, ſi cum inſtrumento apto ad occidendum fecerit, nempe cum armis, cum lapide, cum baculo. Decimo, dolus præſumitur in homine malæ vitæ: Quia ſemel malus &c. *Dec. conſi. 32. vol. 3. num 41.* Vndecimo, præſumitur dolus in patre propter inſufficientem filiæ dotationem etiam ſi filia conſenſerit, quoniam non præſumitur conſenſiſſe voluntarie, *Gozzad. conſ. 28.* Duodecimo præſumitur dolus in clerico, qui magnum beneficium permutauit cum nepote qui habebat paruum beneficium, *Abb. in c. 1. de cleric. non reſident. 13.* præſumitur etiam in eo clerico, qui frequentat conſortia mulierum *c. clericus diſt. 81.* Decimo tertio, dolus præſumitur in Mercatore dante fideiuſſorem qui incontinenti fugam arripuit nec ex tali fideiuſſione liberatur ab obligatione dandi fideiuſſorem; *Marſ. in Rub. ff. de fideiuſſ. num. 76. & conſi. 3. nu. 16. in 2. part.* Decimoquarto, dolus præſumitur in Prælato, qui officia lucroſa cõmittit conſanguineis ſuis, *cap. decenter. 89. diſtin.* Decimo quinto, dolus præſumitur, inter perſonas ſuſpectas, *Corne. conſi. 82. lib. 3.* Decimo ſexto præſumitur, & in illo, qui laborans in extremis vouit ſe, & ſua Monaſterio, & habitum religionis aſſumpſit in eo, [illegible]iam videtur facere in fraudem ſubſtituti, vt euaneſcat fideicommiſſum, ideoque non irritatur, nec ſubſtitutus

excluditur. *Bald. in c. in præſentia ext. de probat. per text. in l. filia mea ægra. ff. de ſoluto matrimonio. Barbat. in ſolemni repetit. cap. in præſentia col. 30. de probat. Ancar. in c. fi. ut de reg. iur.* XVII. præſumitur dolus in patre q. filios viuentes habẽs ex primo matrimonio retinebat vnicam concubinam in domo & dum eſſet infirmus, & poſtea in extremis conſtitutus duxit illam in vxorem, vt legitimarentur illi naturales per *text. in cap. innotuit de elect.* atque ita efficerentur æquales in hæreditate paterna filiis primi matrimonii: videtur namque in ipſorum fraudem feciſſe, quare licet valuerit legitimatio non tamen præiudicat filiis primi matrimonii tanquam doloſa [illegible] *gel.* [illegible] *nupt. Cod. de natural. liber.* XVIII. præſumitur dolus, in patre qui diuite[illegible] filiã habens ægram, & iam iam morientem emancipauit ad hunc finem, vt poſſit facere teſtamentum in quo curauit inſtitui hæredem Amicum ſuum cum onere reſtituendi ipſi patri, doloſe enim videtur facta emancipatio, propterea doloſo patri nequaquam prodeſt. *cap. ſedes Apoſtolica, &c. ex tenore extr. de reſcript. & in l. cum pater. §. Titio fratri ff. de leg. 2.* Decimo nono præſumitur in creditore qui ſci[illegible] debitorem non habere pecuniam petit, & ſciens habere, petere omittit. *gloſſ. in l. ſi & per emptorem in fin. ff. de actio empt.* Vigeſimo præſumitur dolus in perſon[illegible] Debitoris qui tranſtulit poſſeſſionem ſuam in alium, *Bald. in l. ſive §. fin ff. de pecul.* XXI. præſumitur, dolus in perſona inimici, nempe ſi inimicus erat, qui incendium fecit; vel ſimile quid admiſit *Bald. in leg. Data Cod. qui accuſare non poſſunt per text. in l. capitalium. § qui ob inimicitias. ff. de pœnis* XXII. præſumitur in feneratore etiamſi debitor ſponte ſoluat vſuras *Menoch. de Arbitr. Iud. cauſ. lib. 2. caſu 388. num. 181. & num. 28.*

Accedo modo ad tertiam ſpeciem doli præſumpti, quæ inſurgit ex modo agen-
26 di, & primo dolus præſumitur ratione modi in † ſuccedendo, veluti ſi quis omittat ſuccedere ex inſtitutione, & eligat viam ſuccedendi ex ſubſtitutione *Bartol. in l. Iulianus. ff. ſiquis omiſſa cauſ. teſt.* vbi pater inſtitutus hæres ab aliquo fuerat; & multis legatis grauatus, filiam verò propriam habebat ſibi in eodem teſtamento ſubſtitutam, nullo onere legatorum oneratam, pater repudiata hæreditate, iuſſit filiæ, vt adiret ex ſubſtitutione, non caret dolo pater, inquit textus, qui proprio honore omiſſo propter compendium, vt ſcil. legata ſolueret alienam inſtitutionem, ſcil. filiæ maluit. Eadem præſumptio doli fit à lege in vniuerſo illo titulo. Quando hæres ex teſtamento euitaturus onus legatorum mauult adire ab inteſtato. Secundo, præſumitur in eo, qui non per modum iuris ſed propria authoritate occupauerit poſſeſſionem vacantem, argumento *text. in l. fin. Cod. unde vi* Bald. *in add. ad Speculat. de reſtit. ſpoliat.* ſupra verbo: nota, quod contra ſpecialiter, de teſtibus verbo præſumitur dolus, confert text. in *l. ſi ex ſtipulatione. ff de acq. poſſeſſione.* Tertio, Dolus præſumitur propter clandeſtinitatem, & in his quæ occulte geſta ſunt *Bald. in l. error 4. col. Cod. de iur. & fact. ignor. l. fin. de ritu nupt. l. 1. C. de interdict. matrimonio.* Et in eo, qui diſſim[illegible]t, vel occultat actum; *Natt. conſ. 392. num. 5. Deciſ. Peruſina 18.* & adeò præſumitur dolus in his, quæ occulte geſta ſunt, vt non proſit allegatio ignorantiæ, vel erroris *Maſcard. de probat. conclusione 640. num. 9.* Hinc eſt quod ſi actus prohibitus celebretur palam facilius excuſatur, ſi clam committatur, dolus & contumacia præſumitur *l. 3. circa fin.* & ibi *gloſſ. notat. C. de natur. liber.* & ſæpe plus punitur occultum delictum, quam publicum, vt eſt *gloſſ. magiſtr. per illum text. in l. 4. in verbo clandeſtinis C. de epiſcopis & clericis facit text. in l. 8. in fine eodem titulo.* Quarto, Dolus præſumitur in eo; qui malis artibus procurat, vt ab aliquo inſtituatur hæres, *Bald. in l. 1. in fine C. ſiquis aliq. teſt. prohibuerit.* Quinto, præſumitur in eo, qui obſcure, & perplexe loquitur, ne alius intelligat. *Bald. in l. fin. in 14. quæſt. C. de hæred. Inſtit. Crau. conſ. 282. num. 19. l. ea quæ commendandi. ff. de contrah. empt. Caſſan. conſ. 52. vol. 2.* Sexto ex immoderate geſtis *Crau. conſ. 282.* Septimo dolus arguitur ex fuga late *Doct. in l. admonendi. ff. de iure iur.* In materia de fuga, confert lex *impuberibus. ff. de ſuſpect. Tutor. Bald. conſ. 432. lib. 1. Crau. conſ. 6. numer. 37.* dicens quod innocens non ſolet fugam arripere, ſed præſens manere, & ſe defendere, quippe qui fidẽ innocentiæ gerit maximam habet ſecuritatem, *l. ſi non conuinii C. de tortur. l. cum fratrem C. de his, quibus vt indig.* Hinc *Horat.*

Integer vitæ, ſcelerisque purus
Non eget Mauris iaculis, nec arcu. &c.

Modus ergo in ſe defendendo, vel fugam capiendo dolum arguit; *Maſcard. reprobat. vol. 1. concl. 531. num. 23.* Octauo dolus præſumitur ex taciturnitate in eo, quem oportebat loqui, *Crau. conſ. 182.* vt in eo, qui ſciebat rem eſſe ſubiectã fideicõmiſſo & nõ denuncia-

nunciauit *l. quaro ff. de act. empt. Alex. conſ.* 14. *vol* 5. Nono dolus præſumitur in eo, qui non vtitur remediis oportunis ad actum, ſed omittit illa *Bald. conſ*, 395. Pro Domino *Rynald. col. 2. lib. 2. per l. idemque. §. ſi ignorantes. ff. mandat l. fin. §. illud. verb. ſumma ope. C. de tempor. appell* Crau. conſ. 97. *num.* 7. loquens in eo, qui portabat enſem in vagina lacera, quo fuit sauciatus quidam colluctando cum ipſo, idem *Crau. de antiquitate temporum par. 1. num. 5. cart.* 35. Decimo præſumitur in eo, qui facit actum inſolitum, *gl & Bartol. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. Inſtit.* idemq; iuris ex pactis, & cautelis inſolitis, *Corn. conſ. 219. num. quo* 13. *Curt. Iun. conſ.* 178. *num. 16 part.* 2. Vndecimo præſumitur in eo, qui affirmauerit aliquid pro certo, quod non ſciebat pro certo *Alex. in l fin. nu. 3. C. de Dolo*, vt fecit ille, qui populo Athenienſi ſuperaſſe hoſtes, & honorificam victoriam ex illis repo[rt]aſſe nunciauit tali aſſertione, vt ciuitas epulis, & lætitiæ per biduum operam daret, veniente autem vero nuncio cladis, populo iam erga mendacem nunciantem irritato reſpondit is, gratias mihi agere debetis, q̃ opera mea hilares facti mœrorē facilius ſuſtinere poteritis. XII. dolus præſumitur in eo, qui perſuaſionibus plurimis, & cum inſtantia minorem, vel mulierem, inducat ad contrahendum, vel alium, ad agendum quod ſibi vel aliis ſit damnoſum *l. cum quis, & ibi Bart. ff. de Dolo gloſſ. in l. apud Celſum: ff. de except. doli Hieronymus Tract. inter conſilia Curt. ſenioris in conſilio* 28. *in fin.* & adiuuant not. *per Bart. in l. error. C. de iur. & fact, ignor.* & *in l. non fatetur C. de confeſſ* Quo loco, etſi confeſſio erronea non poſſit reuocari, niſi vſque ad concluſionem in cauſa, tamen ſi fuerit extorta prauis factionibus aduerſarii, reuocabitur etiam poſt concluſionē in cauſa ſuffragatur in ſimili, q̃ pſuaſio eſt iuſta cauſa cōcedēdæ reſtitutionis *Bar. in l. 1. verb. & per hoc dico. ff. de eo per quē fact.* erit, in qua materia pſuaſor dicitur, qui pſuadet aliq̃d ad ſui cōmodū Bar. *in l. nō ſolū. §. ſi mand. col. 2. de iure iur.* Quin immo nimia perſuaſio, per quā aliquis inducitur ad aliquid faciendum, habetur loco coactionis, & impulſionis *l. ſi. C. de raptu; Virg. Caſtr. conſ. 174. col. 1. lib. 1. Socc. conſ. 263. col. 2. li.* 2 Perſuaſio item ad malum, plus eſt, quam compulſio *l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupto*, & prædicta maxime procedunt, quando is, qui perſuadet mendacio vtitur in perſuadendo *l. ſi ſine C. ad Velleianum in l. 2. C. ſi minor ſe maiorem*, in quibus minor perſuadens alicui per mendacium ſe eſſe maiorem non reſtituitur. Inde *Bald.* ſcriptum reliquit in *l. 1. C. ne filius pro patre.* Quod ſoluens ad perſuaſionē alterius poteſt repetere tanquam indebitum, ſiquidem ob perſuaſionem dicitur dolo inductus ad ſoluendum, ſequitur *Alex. in d. l. non fatetur C. de confeſſ.* Huc etiam pertinet quod tradit *Dec. in l. pactum, quod dotali col. 2. C. de pact.* ſiquis perſuaſionibus ſoceri inductus ad deſponſandam eius filiam fuerit, quod eſſet eum relicturus hæredem, & ob id minore dote contentus contraxerit matrimonium, fide non ſeruata poteſt agere actione de Dolo ad intereſſe, cum aliunde potuiſſet longe maiorem dotem habere *Crauet. conſil.* 192. *numero* 12. *vſque ad numer.* 15. vbi alios ſimiles caſus allegat doloſæ perſuaſionis, & ait hunc dolum eſſe magis ex propoſito, quam ſimpliciter præſumptum. XIII. Dolus præſumitur in alienatione iudicii mutandi cauſa, nempe ex modo alienationis. Quoniam alienauit ſub pacto, vt ſibi reſtituatur, vel quia acceperit prædium, vel aliam rem, vice illius, quam alienauit *Bart. in l. item ſi res §. idemque fieri. ff. de alienat. Iud. mutand. cauſ.* XIIII. Dolus præſumitur ex nimia diligentia & proteſtatione, *Natt. conſil. 436. per totum.* XV. præſumitur in fideiuſſore; qui vt deciperet curiam apparuit bene veſtitus, quo magis crederetur idoneus *Bald. in l. ſiquis affirmauerit. ff. de Dolo.* XVI. dolus præſumitur ex clauſulis inſolitis, *Roman. conſ.* 310. *numer.* 12. *& ibi Addit. Mandaſti*, XVII. præſumitur dolus ex affectione, *Decianus conſil.* 32. *numero* 24. *val.* 183. Poſtremo ad materiam huius præſumptionis ex modo *Maſcard. libro primo concluſ.* 531. *numer.* 91.

17 Sequitur modo † dolus qui ratione rei præſumitur, & primo quidem doli præſumpt. enormē læſionem, quā patitur alter ex contrahentibus, dolus enim tunc dicitur eſſe in ipſa re *l. ſi quis cum alter. ff. de verb. obl. l. ſi de meis. §. recepiſſe l. ſed ſi ſeruus. § ſiquis iudex. ff. de arbit. l. ſumma cum ratione. ff. de pecul. l. omnes. §. Lucius. ff. qua credit l. ſi ſuperſtitis C. de dolo Bar. in l fin. C. de prætor. ſtip. Bald. conſ.* 213 punctus eſt talis *lib. 1.* dicens ibi dolum præſumi, vbi læſio eſt in propatulo & in *c. 1 §. iuramenta de pace Iuramenta firm.* tradit ex enormi læſione præſumi malum conſilium. Durus ab enormi læſione doli præſumptionem proficiſci ſcribit *Bartol. conſ. 15. Domina terribilis col.* 2. poſt medium inquiens hoc procedere & ſi damnum paſſus certioratus fuiſſet de valore rei antequam contraheret

Caſtr.conſil.174.contra ſuperius lib.1.& conſ.215.in verbo dubio,& conſ.305.lib.2.Port.conſ.
101.Soc.conſ.214.& conſ.139.libr.4. circa quam læſionem, quidam putant diſtinguen-
dũ, Aut eſt nimis exceſſiua vltra dimidiã, & præſumitur non ſolũ dolus re ipſa, ſed ex
propoſito *Corne.conſ.236.col.5.& conſ.258.col.5.& conſ.283.colu 4.cir. medium li.4.* illa quæ
deducitur ratio quoniam non eſt veroſimile, quod aliquis paſſus fuerit ſe tam enor-
miter lædi, niſi ex alterius dolo, & inſidiis inductus, conuenit his *conſ.53.num.2.volum.*
1.Socc.Iun. Aut læſio apparet enormis, non vero enormiſſima detegitur, & præſumi-
tur dolus re ipſa *Calc.conſ.11.colum.pen.in 1. Curt.Sen.conſ.44.circa medium*, vbi allegat
Cuman.conſ.18. dicentem hoc præcipue obtinere in minore, argumento *l. ſiquis cum*
ſciret ff de vſucap.pro emptor. Secundum intellectum frequẽtius probatum *Dec.conſilio*
180.colum.4.& 5.& conſ.349.colum.4.Iaſ.in Auth.Sacra.puberum colum.10.poſt med. C.ſi
aduerſus venditionem & in *Auth. ex cauſa colum.5. verb.ſed in pondera C.de liber.præteritis*
Curt.Sen.conſ.27.colum.pen. Adeo autem præſumitur dolus ob enormem læſionem,
28 vt ſi fuorit † Arbitris data poteſtas pronunciandi alte, & baſſe, pro vt eis videbitur, &
placebit, tamen ſi aliquem ex litigantibus enormiter lædant, ſit aduerſus eos doli præ-
ſumptio *Abbas conſ.77.colum pen. verbo dubio libr. 2. Bellan.conſ.24.verbo in tertio.verbo*
caſu aſſerens, quod ſiquis renunciauerit Reductioni ad Arbitrium boni viri quantum-
cunque iniuſtum eſſet laudum, attamen ſi iniquitas laudi eſſet ita patens, vt quilibet
vir probus cognouiſſet illam concederetur reductio, quin etiam renuncians enor-
miſſimæ læſioni poteſt nihilominus contrauenire *Butr.cons.24.quæſtio hac.column.4.in*
fin. affirmans peti poſſe abſolutionem, à Iuramento non obſtante tali renunciatione,
præſumptio n. legis eſt, quod qua facilitate aliquis inducitur ad cõtrahendum eadem
impellatur ad renunciand. *Caſtr..conſ.219.libr.2.Soc.conſil.24 libr.1.& conſ.270.libr.2.*
cum aliis multis congeſtis *à Grauett.conſ.142.numer.21.& 23.& conſil.29.& conſil.192.*
conferunt quæ ſcribit *Maſcard.de probat volumin.1.Concl.531.nu.25.& ſeqq.*

Secundo dolus ratione rei præſumitur in eo qui agit contra illud quod dictat
ius naturale vel quaſi, eadem præſumptio eſt ſi agat contra ius ciuile Notorium, &
indubitatum, aut contra ſtatutum, ſiue decretum, maxime notum, huic præſumptio-
ni eſt etiam locus ſi egerit aduerſus ius municipale, vel decretum, quod traheret ori-
ginem à Iure naturali, vel gentium, vel ſi ſtatutum reſiſteret actui, *Plot.in dict.l.ſi quan-*
do §.5.num.43.cum ſeq. quo loco ſcriptum reliquit contra huiuſmodi dolum præſum-
29 ptum in litem † iurari, in tantum quod contra ius naturale erranti, nec mulieri, nec
minori ſuccurreretur, imo nec Ruſtico, nec militi, *Alciat.in 3.reg præſumpt.30.Ang.*
Raph.Imol.in l.ex conſenſu §.fin, de appell. vſque adeò vt criminaliter procedi poſſet in
quatuor enumeratis caſibus, ac ſemper daretur iuſiurandum in litem ſicut Alciatus ait
dicta præſumptione tertia *Bartol. in l.ſed lege §.ſcire ff.de pet.hæred.* Tertio doli præſum-
30 ptio accipitur ex re ſi vilius fuerit empta † vel condicta argumento *l.2.ff.de calumn.&*
c.ad noſtram extr.de empt.& vend.c.illo vos extr.de pignor. Tiraq. *de retractu conſang.§.1.*
gloſ.7.nume.25. Sed hæc præſumptio videtur eadem cum prima. Quarto Dolus præ-
ſumitur ratione rei, quæ alienata eſt, nempe ſi erat fideicomm. ſubiecta, ſiue ta-
31 citum, ſiue expreſſum eſſet fideicom. † *Grauett.conſilio centeſimo nonageſimo tertio num.5.*
Corne.conſ.140.vol.2.

Succedit nunc ex ordine alius modus præſumendi dolum ſcilicet ratione tem-
32 poris † primo quidem ex nimia breuitate, nam præſumptio eſt doloſum fuiſſe contra-
33 ctum ſi breui tempore † durauit, veluti ſi emptor cito, reuenderet à quo acceperat, ar-
gumento *l.4.§.ſi ab ignoto ff.de manum.cum ſimil.* adductis à *Soc.conſ.127.quoniam in præ-*
ſenti colum.5.propterea arguitur,& verſ.comprobo volum.3.Bald.in l.per diuerſas quæſt.20.C.
mand. Eiuſmodi dolum præſumi ſolitum in adoptionibus quæ breui tempore dura-
rent, tradit *Cornel.Tacitus lib.15.* percrebuerat, inquit, ea tempeſtate prauiſſimus mos
eum plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios; præturaſque inter patres
ſortiti, & prouincias ſtatim emitterent, quos adoptauerant, ſed & in matrimonio do-
lus ob temporis breuitatem præſumebatur, Ideoque Tiberius Cæſar, quem à quæſtu-
ra remouiſſe q. vxorẽ pridie ſortitione ductam, poſtridie repudiaſſet, velut in fraudẽ
obtinendæ quæſturæ feciſſet, ſicur retulit *Suet.* in vita Tiberii cap.35. adiuuat text.in *l.*
dubium C.de repud. in quo diuortium fraudulentum ob temporis breuitatem præſumi-
tur, ibi matrimonium breui tempore reſciſſum eſt, In materia etiam retractus ex bre-
uitate temporis, quo durauit vẽditio dolũ argui in fraudem retractus, latiſſimè probat
Tiraq.de retractu conſang.§.1.gloſ.7.numero 77.verbo nam & alius,& §.eod.gl.14.num.37.

& ad

& ad materiam facit *l. ſi ventri. §. vlt. & ibi Bart. & Ang. de priuil. credit. l. ſed Iulianus §. ſed ſi filius ff. ad Macedo.* Secundo ſumitur doli præſumptio, ſi debitor in tempore conuenta promiſſa non ſeruauerit *Roland. conſ. 57. vol 1.* Tertio capitur ſimilis præſumptio ex geſtis anticipato tempore *Decianus conſ. 65. num. 11. & 12. vol. 2.* Quarto Dolus præſumitur quoties aliquid fit tempore prohibito, *Grat. reſponſ. 26. num. 21. in 1. volu.* Quinto ſi ſtatim facta alicuius rei emptione fuerit mihi ſuper ea mora controuerſia, præſumitur enim venditor fuiſſe in dolo ob temporis breuitatem, vt confirmat multis authoritatibus ad eam rem adductis, *Ioannes de Arnono Commentario* 160. inferens ad pulcrum caſum. Sexto emergit doli præſumptio aduerſus eum, qui emit à donatore poſt factam prohibitionem ad mandatum principis, vel iudicis *Grau. conſ. 261.* cui ſimilis eſt illa præſumptio malæ fidei in eo, qui emit poſt denunciationem factam *l. ſi fundus, cum ibi not. ff. de rei vendit. C. bonæ fidei cum gloſſa ff. de verb. ſignif.* Septimo Dolus præſumitur in eo debitore, qui dedit fideiuſſorem & is ſtatim fugam arripuit, quare obſtringitur dare expromiſſorem idoneum: ex illa namque temporis breuitate præſumitur debitor conſcius fugæ, idq; maxime obtinet in cauſa dotis *l. ſi cauſa §. ſi mulier ff. ſolut. matr.* vbi *Bald. Ang. & Moderni*, nec non *Marſil. in Rub. ff. de fideiuſſor. num. 76.* Octauo præſumitur dolus reſpectu temporis in illo, qui conſtitutus in extremis cum eſſet grauatus fideicommiſſo ſe & bona ſua obtulit Monaſterio, proinde ſubſtitutus non excluditur, vt ſupra dictum eſt, ex annot. per *Io. Andream Barbatiam in repet. cap. in præſentia col. 30. ext. de probat. & ibi Bald. per tex. in l. filia mea ægra ff. ſol. matr.* Nono præſumitur in eo, qui in ſenili ætate conſtitutus renunciauit beneficium cuidam ſuo coniuncto, adeò vt renunciatio huiuſmodi non præiudicet expectanti, *Bald. in Auth. niſi rogati C. ad Trebell. per tex. in d. l. filia.* Decimo fit doli præſumptio, in eo quod tempore nocturno factum eſt, *Alciat. in l. non minorem C. de tranſact.* etenim qui male agit, odit lucem *c. conſuluit de offic. Releg. c. 1. verſ. vt occulta. extra vt Eccleſiaſtica beneficia &c. Abbas in c. 1. extr. de cland. deſponſat. Crau. conſ. 3[illegible] num. 1[illegible].* Vndecimo ſumitur doli præſumptio in his, quæ fiunt in continenti *Stephan. Lambert. in tract. de contract. eorum &c. gloſſa 2. num. 54. fol. 169.* vbi limitat niſi cauſa ſuperueniat. & declarat quando dicatur factum in continenti *numer. 56.* Duodecimo dolus præſumitur in laboratore, qui poſt factam proteſtationem laborat *Calcan. conſ. 100. Ang. in l. in rem §. ſi quam ff. de rei vend. Corne. conſ. 205. litt. B. vol 2.* Decimotertio preſumitur ex actibus præteritis, atq; ita ratione præteriti temporis, *Fely. c. cum in iure ext. de officio Releg. & in c. fin. de præſumpt.* Decimoquarto præſumitur dolus de præterito ad præſens *l. ſuperuacuam ff. quibus mod. pig. vel hypot. ſoluitur*, & ideò dolus præſumitur durare etiam quando non eſt coniunctus cũ actu *gl. in l. ſi contra C. de nupt. Bald. in l. 1. in fin. C. ſi quis aliq. Teſtar. prohibu.* Decimoquinto Doli inſurgit præſumptio ex tarditate, quando quis diſtulit falſam accuſationem, *Grau. conſ. 75. n. 9.* Decimoſexto præſumitur in eo qui in inſtanti procurat fieri omnia *Grau. conſ. 35. nu. 5.* Ad materiam vero doli præſumendi ratione temporis *Maſcad. de probat. concl. 531. nu. 475. cum multis præcedentibus.*

34 His proxima eſt illa præſumptio doli, quæ ratione delicti † colligitur, & quod Dolus præſumitur in his, quæ ſunt de genere prohibitorum *Bald. in l. dolum C. de Dolo, & ibi Doct. & in l. ſi non conuicii C. de iniur.* niſi aliqua veroſimilitudo tollat iſtam præſumptionem. *Socc. in tractat. reg. in verb. Dolus numer. 130. not. in l. 1. C. de falſis in l. 1. C. de ſicariis*, *Angel. in l. ſi vacantia C. de bonis vacant. libro decimo Alex. in l. 1. ff. ſi quis aliquem teſta. prohib. Bald. conſil. 157. libro 5.* ex hac præſumptione tanquam ex fonte profluunt aliæ quas modo ſubiiciam, & ideò præſumitur dolus in iuranti falſum ſi probetur ſciuiſſe veritatem *Stephan. Lambert. de contract. eorum &c. gloſſa 15. numer. 7.* Tertio præſumitur dolus in omni inuaſore, nec titulus illum excuſat niſi poſſeſſionem habeat, item in omni turbatore *Bald. conſ. 119. numer. 4. in 2. Parte.* Quarto præſumitur dolus in expendente, vel portante falſam monetam; *Bald. conſil. 155. vol. 3.* Quarto præſumitur dolus in teſtificante falſum, *Alciatus in l. ſi ex falſis. numer. 33. C. de tranſact. fallit ibi num. 34.* Quinto præſumitur dolus in eo, qui dicit mendacium; ſi ex eo lucrum ſentiat *l. eleganter §. item Pomp. & ibi Bartolus ff. de dolo C. nec exemplum C. de falſis Bald. in l. falſum C. de furt. Cran. conſi. 2. nume. 13.* Sexto dolus præſumitur ex violentia *l. 4. ff. ſi quis eum, qui in ius voc. eſt vi exemerit.* Septimo ſi ob homicidium faciendum, vel non faciendum aliquid acceperit aliquis. Octauo præſumitur in furto, & in homicidio *Bald. in l. 1. C. de confeſſ. Alexand. in l. 1. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit*, & propterea in ſtatuto loquente de furto ſemper eſt ſubintelligendus dolus, Secus eſt in ſtatuto puniente

eum, qui amouet rem alienam, ſiquidem intelligitur, etiam ſi amoueat ſine dolo. Bar. in l. ſi mulier ff. rerum amotar. Alex. in l. 1. ff ſi quis aliq. teſt. prohibuerit. Nono præſumitur dolus in parente, non obuiante delicto cum poteſt. Abbas Siculus in cap. quanta per eum tex. extr. de ſententia ex com. c. qui poteſt iuncto præcedenti c. cauſa 23. quæſt. 3. Decimo dolus arguitur, & quidem dolus verus, qui ſcienter facit rem prohibitam Crau. conſ. 193. nu. 2. Vndecimo præſumitur in accuſatione qui id obiicit, quod ſibi non prodeſt ſed alteri nocet Crau. conſ. 75. n. 10. in quo loquitur de muliere, quæ accuſauerat Notariũ de falſo teſtamento, quæ accuſatio, nec ipſi proderat, nec hæredi vniuerſali, qui contra eã ſententiam obtinuerat, ſed Notario tantum officiebat per Alex. conſ. 17. colum pen. lib. 2. & conſ. 9. col. 1. lib. 6. Adeo vero dolus ex delictis præſumitur, vt extendatur de perſona ad perſonam nempe ſi cogitatum ſit delinquere in vnam perſonam, & delinquatur in aliam, dolus extenditur, Rimin. Iun. in l. vt vim n. 112. ff. de Iuſt. & Iure.

35 Accedo ad præſumptionem doli ratione ſolemnitatis † omiſſæ & primo dolus præſumitur quando in contractu, vel in alio actu, non eſt ſeruata ſtatuti; vel iuris cõmunis ſolemnitas Cephal. conſ. ſi vol. 1. Panormit. in c. cum contingat num. 19. extr. de iureiur. idque maxime obſeruatur, ſi fuerit omiſſa ſolemnitas in contractu minoris Roman. conſ. 54. & tunc debet probari, quod precium ſit verſum in vtilitatem Menoch. de præſumpt. lib. 3. quæſt. 84. Secundo præſumitur dolus in eo, qui contra iura mereatur c. qui contra iura & ibi: Dyn. & alii de reg iur. in 6. Granett. ſup. ſtatut. Ferraria nume. 22 & 33. & conſ. 193. num. 2. Quo loco extenditur ad eum, qui tranſgreditur præceptum teſtatoris; quia voluntas eius lex eſt §. diſponat. in auth. de nupt. Tertio præſumitur Dolus ex nimia diligentia, & cautionibus inſolitis, & nimia cautela Bald. in l. teſtam. C. de teſtam. quarto præſumitur dolus in Notario qui ſolemnia Inſtr. prætermiſit Maſcard. de probat concl. 531. num. 16. cum ſeq. vbi latè declarat, quod ex defectu ſolemnitatis in teſtamento à Notario omiſſæ Saly. & Fulgoſ. in l. iubemus, in qua bonus eſt tex. C. de teſtam. de quo Fely. in c. ex litteris n. 4. Sed hæ præſumptiones facilè reducuntur ad vnam, & parum inter ſe videntur differre.

36 Vltimo dolus præſumitur, variis ex cauſis † quæ ſub certo capite facile comprehendi non poſſunt, & primo quidem ex circumſtantiis quæ procedunt, vel quæ ſubſequuntur actum, vel in ipſo actu fiũt, Imol in c. ſane 4. extr. de renunciat. II. præſumitur
37 in eo, qui non fecit id, ad quod ſciebat ſe teneri † l. dolus ff. mand. l. 1. l. famoſ. libellis Roma. conſ. 193 nu. 3. Folleror. conſ. crimin. 140. nu. 13. Burſ. conſ. 94. nu. 8. in 1. parte Crau. conſ. 115. III. Dolus eius, qui tenebatur implere, præſumitur ex defectu implementi Decian. conſ. 60. nu. 46. vol. 2. Quarto fit præſumptio ex his quæ penitus honeſtati repugnant l. 1. C. de in
38 terd. matrim. Iaſ. in l. ſi quis id quod nu. 32. ff. de iuriſd. omn. Iud. Quinto dolus præſumitur † in verberante l. 4. §. verum eſt. ff. de vi bonorum raptorum. Sexto dolus arguitur, in factore vel negotiorum geſtore Soc. conſ. 190. memini vol. 2. vbi aliquas cauſas huius doli præſumendi congerit VII. præſumitur dolus ex eo quod pręter ſuam voluntatem ductus eſt ad contrahendum extra domum ſuam Decian. conſ. 32. nu. 19. vol. 3 VIII. capitur doli p̃
39 ſumptio contra eum qui ignorauit id, quod omnes † intelligunt l. lata culpæ ff. de verb. ſig.
40 l. quod Nerua ff. Depoſit. Nono aduerſus eum, qui tacet beneficiũ ſibi competens † Abbas conſ. 66. li. 1. Caſtr. conſ. 411. n. 6. li. 1. Maſcard. de probat concl. 531. n. 69. Decimo præſum-
41 ptio eſt, in eo qui male rem † cuſtodiuit, vnde natum ſit incendium, verum quo modo id procedat Maſcard. d. concl. 531. num. 13. & 16. Vndecimo ſumitur præſumptio in eo,
42 qui impetrauit reſcriptum, & veritatem occultauit † Crau. conſ. 142. n. 20. Duodecimo
43 in eo qui facit in re ſua, quæ ſibi non prodeſt, & alteri nocet † Ruy. conſ. 213. volu. 1. Maſ-
44 card. d. concl. 531. nu. 57. Decimotertio in illo qui abutitur peritia ſua † Tyndar. de teſtibus cap. 5. n. 6. l. profeſſio C. de Muner. patrimon. lib. 10. l. 2. ff. quod quiſque Iuris XIIII. præſumi-
45 tur dolus in ignorantia craſſa † Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 834. nu. 6. XV. qui ſummo-
46 ueri poteſt a petitione per legitimam exceptionem † & nihilominus petit, Lucas de penna in l. quemadmodum C. de Agricol. & cenſit lib. 12. præſumpt, 14. l. qui æquitati ff. de except. dol. XVI. præſumitur generaliter in eo, qui facit contra æquitatem, Idem Lucas d. loco XVI. ſicut dolus præſumitur in eo, qui errat in iure naturali, ita & in eo, qui allegat errorem facti improbabilem Iodoc. in Enchir. parium vel ſimul. in verb. error improbabilis.
47 XVII. Dolus præſumitur in filio † in caſu l. nomen debitoris §. filio ff. de leg. 3. in quo probatur abſolute, quod ad excludendum dolum verba futuri temporis referantur ad
48 tempus teſtamenti ſicut ibi Bar. ponit ſummariũ XVIII. in Tutore qui Iudicẽ † corrũ-
49 pit, vt ſibi decernat tutelã l. 3. ff. de ſuſpect. tutor. XIX. In fideiuſſore nõ appellante à † ſen-

tentia

tentia cõtra ipſum lata, de cuius iniuſtitia ſibi cõſtitit ex facto proprio *Bal. in l. ſi pro ea C.*
50 *mand.* Secundo in illo, qui poteſt reuerti, † & non reuertitur *l. 4. §. dolum ff. ex quib. cauſ.*
maior. in quo maior, qui abeſt Reip. cauſa reſtituitur quidẽ in integrũ, ſed eo tempore
excepto, quo reuerti potuit, & non eſt reuerſus, & ſi interim paſſus eſt damnũ non re-
ſtituitur. Quippe quia pręſumitur in dolo XXI. in eo, qui poteſt parere cõditioni & nõ
51 paret, *Bal. in l. pupillorũ in fin. C. de repud. hered.* XXII. in teſtib. ſingularib. † vt in teſtib. Suſ-
ſanæ *Bal. in leg. iuriſiurãdi C. de teſtib.* XXIII. in eo poſſeſſ. q. deſiit poſſidere poſt datũ li-
bellum, vel poſtquam actor dixit ſe daturum *Dyn. in reg. præ poſſeſſ li. 2. gl. in l. Fulcinius §.*
quiſquis ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Bar. in l. qui petitorio ff. de rei vend. XXIII. præſumitur in-
terdum dolus ex verbis, veluti ſiquis verba hæretica dixerit, dummodo perſona ſit ſu-
ſpecta, vel propter familiam, vel propter patriam. *Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt.*
31. num. 100. XXIIII. in illo, qui loquitur id quod moueat, aut veroſimiliter mouere
debeat animum vulgi. *gl. in l. nemo C. de ſumma Trinitat. & fide Catholica* XXV. in eo, qui
perſonaliter citatus eſt, & poſtea ſe abſcondit, item in abſente, qui tenetur aliquid fa-
cere, & abeſt. *Abbas in c. fin. de eo, qui mittitur in poſſ. cauſa rei ſeruandi* XXVI. in eo qui ſcit
factum, & agit contra ius *Bart. in l. propter venena §. neptis ff. ad Sillan.* maxime quando a-
52 gitur de acquirendo, vt ibi XXVII. ex feſtina, repentinaque morte † ſi aliud non ap-
pareat ſcilicet qualitas inſtrumenti percuſſorii litem *Mella §. ſi plures ff. ad l. Aquil. l. de-*
nique §. idem Iulianus ff. locat. Bald. in ſua Margar. in verb. Dolus verſ. 1. XXVIII. In literis
iuſtitiæ, vel paruæ gratiæ, non magnæ *Innoc. in c. 1. de falſis. Bald. in d. Marg. in verbo* Dolus
num. 30. XXIX. in eo qui tenetur ſcire *Bald. in l. quicunque C. de Seruis fugit.* XXX. In re-
ceptat *d. l. quicunque* & ibi Bald. XXXI. in ſpoliatione etiam rerum incorporalium, ſiue
Iurium, ſicut in Spoliatione rerum corporalium *Florian. in l. ſi ſic conſtituta ff. quemad.*
Seruit. amittatur. XXXII. in eo qui ſcit futuram prohibitionem, aut reductionem, ſi ad
uerſus eam faciat XXXIII. præſumitur aduerſus eum, qui facit aliquid contra denũ-
ciationem ſibi factam de vtraque *Crau. conſ. 6. nu. 76.* vbi declarat quatenus tali denun-
ciationi ſit credendum, *& conſ. 190. nume. 2.* Trigeſimoquarto in eo, qui propoſita, &
obiecta non probat *Crau. conſ. 261. nu. 6. & 7.* Trigeſimoquinto contra eum, qui rem
53 alienam conſumit † *Crau. conſ. 142. num. 16. & conſ. 193. num. 5.* Trigeſimoſexto præſu-
54 mitur in prouocante † *Crau. conſ. 2. nu. 12.* declarans quis dicatur prouocans XXXVII.
55 Dolus qui fuit in primo contractu, cenſetur † repetitus in ſecũdo confirmante illum
primum *Crau conſ. 142. nu. 6.* XXXVIII, qui id aſſerit, vel affirmat quod ignorat, *Crau.*
56 *conſ. 249. nu. 6.* XXXIX in eo, quod eſt geſtum contra † bonam fidem, *Crau. conſ. 142. n.*
57 14. XXXX. ex vicinitate † actuum *l. dolus vbi gloſſ. C. de reſcind. vend. 41.* præſumitur in
58 eo, qui pluries delictum † commiſit *Tiraq. de pœnis cauſ. 10. nu. 6. Marſil. in l. 1. §. Diuus nu.*
39. ff. de quæſt. XXXXI in illo, qui non agit quod agi conſuetũ eſt, *Menoch, conſ. 107. nu.*
16. vol. 2. In omnibus autem caſibus in quibus dolus à lege præſumitur, ratio præſumẽ-
di eſt; quia is contra quem dolus præſumitur aliquid agit, aut contra legẽ naturalẽ, aut
contra diuinã vt per *Menoch. ſcribis de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. nu. 87. & 97.* Inter duos
dolos, præſumitur minor *Bal. in l. ſi prædium n. 27. C. de ædilit. action.* quod pro Coronide
huius quæſt. præſumptionum doli dictum volo.

Ex quibus cauſis ceſſet doli præſumptio cap. 4.

Expoſuimus hucuſque cauſas, quibus præſumitur dolus, declaremus modo cõ-
iecturas quibus ceſſat doli præſumptio, & ſanè in ea re explicanda, non eſt recedendũ
ab ordine quem in ſuperiori articulo obſeruauimus ſiquidem ceſſat doli præſumptio
hiſdem fere modis videlicet.

Primo, Ratione officii.
Secundo, Ratione perſonæ.
Tertio, Ratione modi.
Quarto, Ratione rei.
Quinto, Ratione temporis.
Sexto, Ratione ſolemnitatis.
Septimo, Variis ex cauſis.

Primum itaque in Notario ratione officii † ceſſat doli præſumptio niſi probe-
59 tur. *Bart. in lege librarius. ff. de reg. Iur.* Quare ſi probetur aliter dictum, quam ſcriptum
præſumitur per errorem, & non falſo, & per dolum *Bar. in l. quoties §. 1. ff. de hered. Inſti.*

vbi Bald. & Imol. adeo quod vbi error eſt tollerabilis, præſumitur iſtē magis, quam malitia *Bart. in l. fin. C. de his, qui ſibi aſcribant Fely. in c. ex literis de fide Inſtrum. nume. 3.* Tertia concl, fallit, vt dictum eſt in omiſſione ſolemnitatis teſtamenti per *l. iubemus, vbi Falgoſ. & Saly. C de teſtam.* & quod pertinet ad dolum ex omiſſione ſolemnitatis late *Maſcard. de probat. concl. 531. num. 16. cum ſeq.* & dolum in dubio non præſumi in perſona Notarii tradit *Grammat. Deciſ. 60. num. 6.* Secundo ceſſat doli præſumptio propter officium in præceptore, atq; magiſtro vulnerante, *l. 5. §. ſi magiſter cum l. ſeq. ff. de iniur. & ibi Bart. c. nullus 17. queſt. 4. Doct. in l. aut facta §. fin. ff. de pæn. l. vni. C. de emendat. propinquorum, Maſcard. de probat vol. 2. concl. 996. nu. 12. & ſeq.*

Tertio ceſſat doli præſumptio in geſtis coram Principe *l. probationes; & ibi gloſſ. C. de diuerſ. off. lib. 11* ibi: manu veſtra ſubſcriptæ, ita vt nullus his dolus, aut ſtaus poſſit annecti & gloſſ. in *verbo Dolus*, notans ait, coram Principe non ſolum, non cōmitti dolū, ſed nec ambitionem *l. 1. C. ad l. Iuli ā de ambitu.* & eſt *Deciſ. Afflict.* 403: in qua ſcriptū reliquit. in ſcripturis Principum ceſſare doli præſumptionem cui conuenit conſilium *Pariſ. 52. numer. 31. volum. 4. Rolan. conſ. 83. num. 35. volum. 2. Soc. Iun. conſ. 94. volum. 2.* Imo, nec metus preſumetur in curia Principis *Hip. Buonacc. in repertorio. ſeu tract. de præſumpt. in verbo Doli.*

Quarto Dolus non præſumitur vbi intercedit Iudicis decretum *Rimin. Iun. conſil. 5. & 6. & conſ. 42. vol. 1. Alba conſ. 11. n. 10. & ſeq.* fallit in dolo, ob enormē læſionē *Alba conſ. 89. n. 7. Declara* ſcilicet quando interuenerit cum cauſæ cognitione, *Roland. conſ. 51. vol. 1. Bort. in l. 1. per illum tex. C. de præd. Decur. lib. 10. Iaſ in l. qui aliena §. Celſus ff. de acq. hæred. Rolan. conſ. 90. lib. 1. Cephal conſ. 207. lib. 2. Natt. conſ. 651. li. 3.* Cumulat *Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. n. 45.* declarans id eſſe verum quando decretum ſit rite, & recte interpoſitū, tūc dicitur actus geſtus palā, & bona fide *Riminal. conſ. 5. li. 1.* quinto nō præſumitur dolus contra adminiſtratores ſed quomodo iſtud ſit accipiendum explicat *Soc. cons. 215. lib. 2. n. 6. & n. 75. Berous conſ. 191. n. 18. & n. 44. 1. vol. Soc. conſ. 219. vol. 2.*

60 Secūdo principaliter † ceſſat doli præſumptio ratione perſonæ & primo ſi pater percuſſiſſet filiū vel frater fratrē, vel ſocius ſocium, creditur ſine dolo feciſſe gl. in *l. 1. C. de ſicar.* conſideratur, tum genus armorū *Soc. in tract. regul. in reg. 94.* Secundo ceſſat in Ruſtico, Muliere, minore *Dd. in l. vbi exigitur. ff. de edend. Medices de fortuit. caſib. parte prima. quæſt. 10. n. 37.* niſi egerint aliquid occulte, *Crau. conſ. 8. n. 11.* Secundū ea quæ diximus in ſuperiori quæſt. de præſumpt. doli ratione modi; III. ceſſat eadē preſumptio in filia renunciante patri, ob interuentū conſanguineorū & paternū affectū; *Berous conſ. 50. num. 3. vol. 1.* Quarto dolus non præſumitur in affine, vel amico, qui occidit affinē vel valde amicū Iaſ. *in l. 1. n. 23. ff. de legib. 5. Dolus non præſumitur, ratione coniunctionis ſanguinis* Dec. *cons. 187. nu. 4. Grau. cons. 18 in prima parte l. ſi mora. § fin. vbi gl. ff. de adulter. l. Senatus conſultum. § eos. ff. ad* Turpil. *facit l. amiciſſimos. §. Lucius. ff. de excus.* Tutor. ibi: contra naturalem ſtimulū, & in *l. qui cum maior. §. ſi patris. ff. de bonis libert.* facit *gl. in l. veſtem. ff. de Iniur.* & in, *Grau. cons. 319. n. 6.* Decian. *cons. 27. volu. 1. Placa epitome delictorum c. 21. num. 34.* Sexto licet contra diſſigillantē Valiſiam, vel literas capiatur doli præſumptio, fallit ſi adhibuerit in diſſigillatione honeſtas perſonas *Bal. in l. 1. §. ſi pecuniam. ff depoſit.* Inquiēs hoc eſſe de mente Innocētii VII ceſſat doli præſumptio, ob præſentiā conſanguineorū, vel amicorū *gl. Bal. &* Dd. *in l. polla. C. de his, quib. vt indign. Bar. & alii in l. tranſact. C. de transact. Bar. in l fin. ff. de reſt. in integr. & in l. frater, à fratre. ff. de condit. indebit. Pons. in l. 11 § fuit quæſitum. ff. ad Trebell. Crau conſ. 282. n. 9.* Alba *cons. 11. n. 80.* VIII. ceſſat generaliter inter patrē, & filiū, *Simon de pratis cons. 144. n. 32.* Nono ceſſat in eo, qui animam agit, *Fely. in c. ſi cautio. extr. de fide inſtru.* & ideo, is qui confitetur pecunias recepiſſe in vltima voluntate non præſumitur confeſſus ſpe futuræ numerationis; *Alex. in l. ſi diuortio n. 7. ff. de verb. obl. Fely. in d. c. ſi cautio Maſcard, de probat. vol. 2. concl. 695. n, 28.* Decimo dolus non præſumitur propter honeſtatem perſonæ gl. *in l. fin. §. Seia. ff. de action.* & obligat *conſilia crimin.* Toletti *conſ. 44. nu. 12. in pr.* XI. ceſſat in principe per ea quæ ſupra proxima cauſa ratione officii dicta ſunt.

61 Proximū eſt, vt diſpiciamus, quando ceſſet doli præſumptio, ppter modū † agendi. I ceſſat quādo actus publice & palā geſtus eſt *Pariſ. cons, 51. n. 31. vol. 4. Caſtre. cons. 9. n. 15. vol. 5* in quo generaliter loqtur in his, q̄ palā *Menoch. cons. 98. li. 1. n. 35.* & q. in geſtis palā ceſſet doli pſumptio eſt egregius text. in *l. fin. ff. de ritu nupt.* vbi gloſſ. not. & longe plura congerit *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 244*, in quo enumerat, quinque notabiles caſus in quibus ex palam geſtis excuſantur homines, vt in pœnam non incidant.

Deſinit

62 Deſinit quoq; doli præſumpṫio † ratione rei, de qua agitur, vt in re modici preiudi-
cii, vel modici lucri, Soc. in c. qualiter extr. de accuſ. n. 445. & c. quinta vallis de iureiur. not. in
l. duo ſocietatem §. arbitrior. ff. pro ſocio, & in Auth. niſi breuiores, & ibi not. C. de ſent. ex breui
loq. recitand. & multo magis ceſſat eadem præſumptio ſi pro dolo nullum præmiũ de-
tur, vnde Ouid. lib. 3. amorum elegia. 10.

Vix equidem credar, ſed cum ſint præmia falſi
Nulla ratam teſtes debet habere fidem.

Secundo ceſſat doli præſumptio iure permiſſa Crsu. de antiq. temporum part. 4. n. 19.
63 Affict. de prothomiſ. §. licet. Ratione etiam temporis † non præſumitur dolus; vt per Lu-
cam de penna in l. quemadmodum C. de agricol. lib. 12. præſumpt. 177. facit tex. in c. 2. de Renunc.
in 6. à contr. ſenſu.
64 Propter ſolemnitatem † obſeruatã ceſſat doli præſumptio Cephal. conſ. 261. n. 7. vol.
2. Similiter & in contractu Minoris, ſi fuerit ſeruata Iuris ſolemnitas non tenetur, qui
contraxit cum eo, docere quod precium ſit conuerſum in vtilitatem minoris Menoch.
de præſumpt. lib. 3. quæſt. 84.
65 Tandem ceſſat doli præſumptio variis † ex cauſis, & ideo dolus in dubio non prę-
ſumitur l. dolum C. de dolo. l. quoties ff. de probat. Pariſ. conſ. 28. nu. 16. vol. 4. Imol. in l. matrem.
ff. ad Trebell. Rimin. Sen. conſ. 616. volu. 4. II. dolus non præſumitur in eo qui facit quod
fieri conſuetum eſt, quamuis ſit illicitum, Marſ. conſ. 90. n. 12. col. 2. vbi infert ad multa;
Crau conſ. 6. nu. 78. Tertio non præſumitur in dolo, qui fraudem excludit Alciat. reg. 3.
præſumpt. 17.
Quarto ceſſat doli præſumptio in eo ad cuius vtilitatem non cedit actus quem
66 fecit † Fely. in c. 3. loco nu. 2. extr. de præſumpt. Rolan. conſ. 11. num. 57. volu. 3. Idem iuris ſi a-
ctus reſultaret in damnum facientis Roland. ibidem, & Ancar. famil. quæſt. 22. Quinto
deſinit doli præſumptio ob quamlibet etiam leuem cauſam, Pinell. in l. 2. parte 2. cap. 3.
num. 18. ad finem C. de reſcind. vend. VI. Dolus exluditur ex titulo erroneo, & includitur
67 bona fides Pariſ. conſil. 66. num. 46. vol. 3. VII. Dolus non præſumitur in ſimplici † men-
dacio l. eleganter §. fin. ff. de dolo, niſi lucrum adſit mentientis. Simon de prætis conſil. 89. Ruy.
conſ. 8. num. 4. vol. 4. Maſcard. concluſ. 531. nume. 19. volu. 1. Octauo dolus non præſumitur
in impetratione reſcriptorum ad lites, ſecus ad beneficia, vel ad gratiam Soc. conſil. 82.
68 vol. 2. Maſcard. d. concl. 531. Nono ceſſat in eo, qui facit quod facere † debet, & qui rem
alienam à fure ſurripit vt Domino reſtituat Menoch. conſ. 98. lib. 1. Crau. conſ. 319. nu. 2.
Decimo non fit doli præſumptio in eo, qui paratus eſt de iure ſuo docere. Menoch.
conſ. 2. num. 134. vol. 1. Vndecimo ceſſat in eo, qui agit vt ſibi & rebus ſuis conſulat Me-
noch. conſ. 107. num. 9. vol. 2. etiam ſi iuris ſui conſeruandi ageret l. 1. §. ait prætor. ff. de in-
cend. Ruin. naufra. l. nullus videtur. vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. Crau. conſ. 8. num. 16. Duo-
69 decimo excluſiua doli † ſemper in dubio capienda eſt præſumptio, & præualet ſuæ
contrariæ Rip. in 2. reſp. in tit. de requiren. reis. Roland. à Valle conſ. 58. numer. 8. vol. 4. Marzer.
70 conſ. 21. Decimotertio non capitur præſumptio doli in eo qui errauit in iure, † quando
agitur ad euitandam pœnam Berous conſ. 57. nu. 3. volum. 4. Decimoquarto, doli præ-
71 ſumptio ceſſat per aliam præſumptionem maiorem † vt per Iuramentum, Gabriel. conſ.
167. nume. 3. volum. 2. Decimoquinto non ſumitur contra illum, qui vtitur Doctoris
72 conſilio † Corne. conſ. 43. num. 17. vol. 1. Decimoſexto Dolus non ſolet committi ſine a-
73 nimo lucrandi, & aduerſus † perſonam non maleuolam Corne. conſil. 63. volu. 3. Deci-
74 moſeptimo ceſſat in eo, qui ſe ipſum plus diligit, vel ſua † quam aliena Crau. conſ. 8. nu-
mer. 16. Decimo & octauo, non creditur in dolo qui facit actum permiſſum Grau.
d. conſil. 8. nume. 17. Si tamen excedat modum in faciendo pro illo exceſſu punitur,
Saly. in l. Gracchus. C. de adulter. Ancar. in cap. 1. de homicid. in Clem. Alex. conſil. 2. & conſil. 119.
volum. 7. Ias. in l. vt vim numc. 12. ff. de Iuſt. & Iur. Decimonono non præſumitur dolus;
75 vbi nulla † eſt præſumendi cauſa l. ſi mulier in 1. ff. rerum amotarum Crau. conſil. 8. nume.
18. & 19. & conſil. 25. nume. 14. Vigeſimo non cenſetur dolus fuiſſe in eo, qui fecit ali-
76 quod quod ſi factum non eſſet, idem tamen futurus eſſet euentus † Crau. conſil. 115. nu-
mero decimoſexto, agens de illo, qui renunciauit appellationi, cum appellare de iure
non poſſet. XXI. non imputatur dolus, in expendente pecuniam ad eum valorem
77 pro quo eam accepit † Gran. conſil. 6. numero. 106. Vigeſimoſecundo non præſumitur
78 dolus in cuſtode pecuniæ alienæ; † ſi cum illa propria, etiam cuſtodientis pecunia
ſubtracta fuit, Grau. eod. conſil. 8. 106. Vigeſimotertio Dolus non præſumitur ratione
79 publicæ proteſtationis † Grau. conſil. 319. num. 8. Vigeſimoquarto dolus ſine voluntate

80 non dicitur commiſſus † *Bald. in l. quæ fortuitis C. de pignor. actione*, & ideò dolo caret qui
81 errat, *Bald. in l. etiā C. de furt.* XXV. ceſſat iuſta aliqua ‡ exiſtente cauſa not. *in c. fin. &*
82 *ibi Bal. de prohibita feudi alienat.* XXVI. Dolus non præſumitur in arbitro ‡ qui laudauit
ex conſilio Doctoris, *Florea. in l. reg. §. ſed, & iuris. ff. de iuris, & fact. ignorant. l. bonorum*
83 *& ibi Bartol. ff. de bonorum poſſ.* ad materiam autem doli præſumendi, † vel non præſumendi; *Azzo. in ſuis Brocard. Guido Papa in tract. de præſumpt. inter tract. tomo 13. Capra regul. 78. Lucas de penna in l. quemadmodum C. de Agricolis & c. lib. 12. Maſcard. lib. 1. in verb. Dolus, concluſ. 531.*

Propoſitus nunc in ſuperioribus ordo poſtulat, vt ad alias quæſt. veniamus, quæ
84 dolo præſumpto videntur conuenire: quarum prima ſit vtrum minor † reſtituatur in
integrum aduerſus dolum præſumptum, in qua videtur negatiue reſpondendum, ea
85 primum ratione, quoniam verus dolus, & præſumptus æquiparantur in iure † nam vterq; dolus infamat, *Bald. in l. ſi tutor C. de interdict. matr.* pro vtroq; datur iuramentum in litem late, *Plot. in l. ſi quando. § 50. n. 10. C. vnde vi*, rurſus æquiualet, vnus, ac alter ad reſcindendū cōtractum dolo celebratū, *Cephal. conſ. 34 n. 24. & conſ. 137. n. 72. vol. 1. Dec. conſ. 39 nu. 6. Socc. iun. conſ. 50. n. 6. lib. 3 Bart. in l. fin. col. fin ff. de prætor ſtipul. & in l. ſi ſocietatem. §. arbitriorum. ff pro ſocio. Pariſ. conſ. 107. nu. 37. lib. 3. cum multis ſimul citatis ſupra in 1. membro de vero dolo quæſt. 15.* ſecundo confirmatur, ratione, nempe quia præſumptiones
86 ſunt liquidiſſimæ † probationes gl. *in l. ſi tutor in fin. & ibi Bal. C. de periculo tutorum*, quam gloſſ. dicit valde notabilem, & meliorem de iure *Imol in l. quæſitum de re iud.* cum multis congeſtis a *Tiraq in l. ſi vnquam in verb. donatione largitur num. 158. C. de reuoc. donat.*
87 adeò quod ſi † ſtatutum requirit probationem Inſtrumentalem, ſufficit præſumptio ex inſtrumento quæ fit ex diſpoſitione legis, *l. cum de in rem verſo. ff de vſur. l. 3. C. de Apoch. publicis lib. 10* quod dictum multum ſingulare vocat *Iaſ. in l. ſciendum col 8. nu. tertio vltra Bart. ff. de verb. oblig.* quicquid dicat poſtea ſibi contrarius in *l. certi cond. in 1. col. 8. circa medium. ff ſi cert. petatur*, & conferunt, quæ ipſemet Iaſ. poſt alios ponit in *l. ſi pluribus col. 3. de leg. 1. & in l. licet Imper. in 3. not. eod. titul.* & propterea res, quæ probata eſt præſumptione æquè vera eſſe videtur, ac illa quæ aliis documentis, & probationum generibus demonſtrata fuerit; *Tiraq. d. loco. num. 160. & num. 155.* dum copioſè probat; eam legem habere locum in donatione præſumpta, ſicut in vera corroboratur, tertio quoniam, & verus dolus præſumptionibus probatur, *Alex. in l. dolum C. de dolo & conſ. 103. num. 59. verſ. licet aduerſus vol. 4.* Cum itaq; dolus verus, & dolus præſumptus æquiparentur, vt palam eſt ex antedictis: Minor aduerſus verum dolum non reſtituitur, *l. auxilium. ff. de minor.* cum aliis cumulatis, in præcedenti capite, igitur, nec aduerſus dolum præſumptum.

88 Cæterum in contrarium eſt frequentior Doct. opinio à Iuriſtis, æque † ac Canoniſtis probata & primo, *Bart. & Doct. in d. l. auxilium. ff. de minor. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum ff. eod titulo in l. 1. §. nunciatio num. 32. ff. de nouo op. nunciat. & ibi Iaſ. gloſſ. Ang. & Alex. in l. vbi ff. de edend. Dec. in l. contractus num. 44. ff. de reg. iur.* Ruy. *& Crot. in d. §. nunciatio ille num. 725. & iſte nu. 86. Caſtr. in l. ſi alterius C. ſi minor maiorem ſe dix. Cuman. in l. 1. nu. 4. ff. quod falſo tutor Fulg. in l. minor. ff. de minor, & d §. nunc videndum Pedem. Deciſ. 87 in 1. Afflict. Deciſ. 310. num. 5. ex canon. Abb. in c. 1. nu. 9. extr. de dolo, & contumacia, Butrius in c. auditis num. 28 ante fin. de reſtit. in integr.* nouiſſime, *Odd. de reſtit. parte 2. quæſt. 83. nu. 4.* & munitur authoritate, ratione, & exemplis; authoritas eſt ex *l. 1. §. fin. ff. de edend. ex l. minor. ex l. ſi ex cauſa. §. ſi incommiſſum ff. de minor. & Odd. d. loco*, oſtendens eum textum probare aduerſus Crot. dicentem non poſſe induci, ratio eſt à ſimili pro Odd. eo loco, quod
89 minori ob dolum præſumptum minoratur † pœna, *Tiraquel. de pœnis cauſ. 15. num. 1. & 2.* deinde quia dolus præſumptus colligitur ex præſumptionibus conſiſtentibus in omittendo *Caſt. in l. quod Nerua nu. 14. ff. depoſit.* atq; ita dolus præſumptus verſari videtur in non faciendo, at dolus in omittendo, leuior eſt dolo in committendo, Dd. *commun. in l. ſi mora ſolut. matrimonio.* vbi latiſſime Iaſ. & regulariter dolus in faciendo creditur
90 eſſe grauior, *Crau. conſ. 146. num. 6.* Inſuper quia facilius eſt reſcindere † diſpoſitionem præſumptam, quam veram, *Bald. conſ. 259. col. 2. lib. 1* dicens maiori facilitate, elidi præſumptiones quam veras probationes confert text. in *l. fin. ff. de leg. 2.* vbi facilius reuocatur donatio præſumpta, quā vera, ſicut & leuiori negocio reſcinditur profeſſio præſumpta quam vera; & tacita offenſa minori difficultate aboletur, quam expreſſa, *Tiraquel. d. l. ſi vnquam in verbo Donatione largitus nu. 156. ratio rationis eſt quoniam* præſumptio fallax eſt, & aliquando de re minime vera, proinde fuit inductum, vt alia grauiori

præſum-

præſumptione tollatur, *l. Diuus. ff. de in integr. reſtit. l. licet imper. ff. d. l. 1. non ſolum. §. denuo. ff. de ritu nupt. l. mater, ibi Ang. & Saly. C. de calumn. c. quia veroſimile, c. illud c. litteris de*
91 *præſumpt.* exemplis oſtenditur nempe in † matre minore, quæ intra tempus legib. definitum non petierit filiis ſuis tutorem: eſt enim in dolo præſumpto, & tamē reſtituitur; *Specul. in tit. de reſtit. § 1. nu. 15. & 16. & ibi Appoſt. idem ſentit. Bart. in l. 1. n. 9. C. de iur. & fact. ignor. Alex. multa cōgerens in l. 1. §. nunciat. col. pen. verb. tangit etiam. ff. de nou. op. nunciat. Iaſ. in l. 3. nu. 128. & 129. C. de iure emphit. Dd. in l. iuris ignorantia C. qui admitti. Tiraq.* plura cōgerens de retractu conuent. *§. 4. gl. 7. nu. 15. & ſeq.* alterum exemplum eſt in Minore,
92 qui reſtituitur aduerſus † ſtatutariam præſcriptionem & iuris cōmunis quando agit de lucro captando, quando vero de damno euitando, tunc contra eum præſcriptio nō currit, *l. fin. in fin. & ibi Bald. &* Dd. *C. de repud. hæred. Innoc. in c. conſtitutus de reſtit. in integr. Abb. in c. auditis eod. tit.* Afflict. Deciſ. 370. *nu. 1. vſq; ad nu. 7.* inquiens, quod ſtante ſtatuto vt niſi frater dotauerit ſororem vſq; ad 17. annum ſororis teneatur illam admittere in
93 partem ſucceſſionis Minor, obtinet reſtitutionem aduerſus † lapſum illius temporis,
94 Hæc vero concluſio fallit in crimine læſæ Maieſtatis in quo minor ob præſumptum † dolum non reſtituitur, *Cephal. conſ. 304. num. 204. lib. 5. Bart. in extrau. ad reprim. in verb. neglexerit.*

Nec officiunt allegata in contrarium citius enim dicto tolluntur omnia, nempe,
95 quod & ſi dolus præſumptus, & dolus verus † in multis iuris partibus æquiparantur, & præſertim in caſibus ſupra relatis, in pluribus tamen diſcrepant; maxime vero in puncto, de quo agitur reſtitutionis minorum ex rationibus, & iuribus ſuperius deductis, nec equidem mirum: etenim in dolo vero certa eſt malitia minoris & non poteſt negari; in præſumpto autem poteſt, non adeſt malitia, cum præſumptio ſit fallax, & de re non vera, & ſępe probatur mendax, ex alia pręſumptione validiori; Prædicta vero ob-
96 tinent † in dolo præſumpto de præterito, quid autē iuris in dolo præſumpto de futuro explicat, *Bart. in l. 1. §. nunciationum 32. ff. de nou. op. nunciat. & ibi Iaſ. num.* 10. & 11.
97 *Quæſt. 2.* Reuocatur etiam in dubium vtrum in muliere † ceſſet doli præſumptio propter imbecillitatem ſexus, & infirmitatem conſilii, nec id equidem quærimus ſine ratione quoniam cum paulo ſupra dictum ſit, in muliere ruſtico, ac milite dolum præſumi ſiquid clam, & occulte egerint, viſi ſumus aſſerere dolū, regulariter nō præſumi, cum tamen contrarium videatur de iure reſpondendum, quippe quia mulieres
98 ſunt ſua natura † doloſæ, mendaces, & periurę, Doli autē plenas eſſe mulieres oſtenditur noſtrorū Dd. teſtimonio, bonorum ſcriptorum authoritate, nec non ſacrę veteris paginæ aſſertione veriſſima quo ad noſtros eſt, *Barb. in Repet. l. cū acutiſſimi col. 52. verb. tu pondera C. de fideicom. & conſ. 54. col. 9. verb. venio nunc ad vxorem lib. 1. & conſ. 9. col. 5. lib. 4.* & inter *conſ. Curt. ſenioris conſ. 67. col. 4.* ſapienter optimus, & citat poëtæ verſus Animum ad nocendum pectus inſtruit dolis, inſtruitur omnis fraude fœminea dolus; conueniunt, & illi verſus.

Mulier dedit cui natura pronum in malo
Animum.

Inter probatos authores, *Auicenna in 1. lib. 9. de animalibus c. 1.* & ex eius authoritate, *Albertus Magnus lib.* 8. eiuſdem tituli ſcripſerunt fœminas eſſe fraudulentas fraudiſquę capaces magis, quam maſculos, *Ioſeph. lib. antiquit. 7. capit. vlt.* ſcriptum reliquit; Alexand. Herodis filium iam defunctum Glaphyræ vxori ſuæ in ſomnis apparuiſſe;
99 illique prouerbium obieciſſe fidem mulieribus † non habendam, *& eod. lib. cap. 5.* refert Samſonem declarato per eius vxorē ænigmate exclamaſſe, nihil eſt doloſius fœmina; ſed & Poëtæ quorum ſæpe noſtræ leges vtuntur teſtimonio, *l. ſeptimo menſe ff. de ſtat. hom. l. antiqut. ff. ſi pars hæred. pet.* aperte confirmant *Propert. lib. 2. ad amicam ſcribens.*

Sed vobis facile eſt verba, & componere fraudes
Hoc vnum didicit fœmina ſemper opus.

Et *Ouid. de remedio Amoris* de ipſis loquens.

At tu nec voces (quid enim fallacius illis)
Crede, nec æternos pondus habere Deos.

Et *Euripides in Danae.* Nam ſi dolis (de mulieribus agit) victoriam nanciſci liceret, nos ſane viris imperaremus, cui conuenit Poëta latinus.

Sydera non tot habet Cælum, nec flumina piſces.
Quot ſcelerata gerit fœmina mente dolos.

100 Quin etiam *Zimara* † *in problemate 24.* dicit ad bona eſſe ineptam, in malis vero
promptiſſimam, & hanc ait eſſe rationem ſcilicet propter priuationem, quæ cum mu-
lieris natura videtur eſſe connexa; Quippe, vt inquit Philoſophus, fœmina eſt quaſi
mas læſus, priuationis vera ea cõditio eſt vt ſemper malum moliatur, atq; perniciẽ ma-
chinetur; Ex ſacra vero pagina citatur dictum *Salomonis prouerb. 5.* in quo aſſerit, ne in-
tenderis fallaciæ Mulieris; cui adſtipulatur *dict. Originis.* Mulier, inquit caput eſt pec-
cati, Arma Diaboli, expulſio Paradiſi, Delictorũ mater, corruptio legis Antiquæ. Pro-
bato ex his dolo mulierum non eſt difficile earumdem quoq; naturale mendacium
101 oſtendere, † hoc enim aſſeuerat idem *Barbat. conſ. 54. col. 2. verb. capio nunc lib. 1.* & pro-
pterea infert illud quod vulgo circumfertur ſtandum eſſe dicto viri boni *gloſſ. in l. Titio
fundus. ff. de Cond & demonſtrat.* non eſſe intelligendum de fœminis, quorum te-
ſtimonium longe imbecillius eſt, quam virorum, & *D. Ambroſius ſermone* 44. fœmi-
neus ſexus inquit ad decipiendum vſitatus, ſuffragatur *Ouid. lib. 2. eleg.*

Verba puellarum foliis leuiora caducis.

Sed nec periurii probatio eſt a longe petenda, ſuggerit enim illam *Imperat. in
auth. de nuptiis. § quæ vero nunc ſequitur.* dicens periurium mulieribus eſſe promptum,
& in auth. vt ſine prohibit. matr. §. *quia verb. multũ*, vbi Imperat. quaſi compertum ha-
bens mulieres pœne toties deierare, quoties iureiurãdo quicquã aſſerunt, aut pollice-
tur vt periurii tollatur occaſio, veterem quandam conſtit. abrogat, quæ a mulieribus
iuſiurandum quoque exigebat, idq; optima ratione: quandoquidem non eſt ei defe-
rendum iuſiurandum quem veroſimile eſt peieraturum *c. clericos extr. de cohabit. cleric.
& Mulier Panor, in c quæſtione, &* ibi etiam *Philippus Francus*, infert de appellat. græcum
erat etiam prouerbium quod latine ſonat. Muliere iuranti ridet cœlum; & *Propert.
libro 2.*

Hoc perdit miſeras, hoc perdit ante puellas
Quicquid iurarunt, ventus, & vnda rapit.

Quamobrem ad dolum, ad mendacium, ad periurium natæ mulieres videntur,
102 proinde † modicum illarum teſtimonio, tam iure ciuili quã canonico creditur & id
perſpicuum eſt in teſtamento, in quo non admittuntur in teſtes *l. qui teſtamento. §. mu-
lier ff. de teſtam. §. teſtes Inſtitut. de Teſt.* vbi dicit gloſſa rationem depromi ex *vltima l. C. de
fideicom.* nempe propter ſuſpicionem falſitatis, id quod etiam iure can. receptum eſſe,
ſcribit *Alex. conſ. 70. viſo conſilia. verbo. venia ad illud lib. 2. & conſ. 48. col. 2. eod. lib.* Exceptis
103 legatis † ad pias cauſas, & teſtamentis inter liberos vt cumulat *Tiraq. lege nona connubiali
n. 56. cum multis ſeq.* ex quibus videtur poſſe deduci, quod ſi mulieri non imputaretur
104 dolus fieret ad exemplum vulpis, cui † dolum minime imputari dixit *Bald. in l. quæ for-
tuitis C. de pign. act.* quia eſt illi naturalis.

105 Cæterum quicquid valeant huc uſq; deducta Doctores † vno ore probant con-
trariam ſententiam, Dolum ſcilicet non præſumi in Muliere in *l. vbi ff. de edend.*
in qua *Accurſ.* ampliando dicit, ne latæ culpæ præſumptionem fieri, quam gl. communi
ſuffragio probatam ibi ſcribentes affirmant, vt de Com. eſt teſtis *Tiraq. in l. nuper dedu-
cto n. 51. verb. itaq; neſcio,* idem quoq; probat *Vaſq. Illuſtr. quæſt cap. 97. nu. 5.* Quibus adhæ-
ret. *Bal. in l. vltima in pr. 3. quæſt. C. de iure delib. r. in l. precibus col. 3. verb. quod. ergo petiit. ff. C.
de impuber.* & aliis ſubſt. dicens in muliere bonam fidem præſumi, quia naturalis ratio,
& imbecillitas ſexus hanc coniecturam inducit, & idem *Bald. in Rub. C. de rerum per-
mut.* ait in muliere, ſimplicitatis coniecturam ſumi, & *in l. cum allegas col. 2. verb. ſed hic
dubitatur C. de vſur.* in mulieribus non præſumi fraudis conſilium per gl. ibi; Hanc ve-
106 ro naturalem ſimplicitatem, & leges antiquæ cognoſcentes † oportunis in quantum
potuerunt remediis iuuarunt ſicut ex Velleiano ſenatuſconſulto atque *ex l. iulia. ff. de
fundo dotal. l. vnic. C. de rei vxor. act.* eſt pluſquam manifeſtum; ſed omnibus ferme ci-
uitatibus Italiæ muliebri ſexui tanquam inopi conſilii ſuccurritur, dum vbiq; caue-
tur, vt contrahant, & teſtentur, cum propinquorum interuentu, atque conſenſu, ea-
rumq; imperitia maxime perſpicua eſt in legum ſcientia, etenim ius creduntur igno-
rare, gloſſa in *d. l. cum allegas*, ideoque nihil præſumuntur facere in fraudem legis, niſi
aliqua coniectura contrarium ſuadeat, nempe ſi occulte quid agerent & quoniam
dolus præſumptus conſiſtit plerunq; in omiſſione eius quod lex præcipit *l. 1. §. vltim.
ff. de edend. l. etiam ff. de Minor.* cum ſimul allegatis in ſuperiori conditione pro com. me-
rito non cadit in ea præſumptio doli, eaque ratione licet per iuramentum tollatur re-
medium *l. 2. C. de reſcind. vend.* ſecundum pleroſq; quos citat *Crau. conſ. 192. num. 8. nu. 3.
& 5.*

Digitized by Google

107 & ſi tamen fallit in muliere † iurante, ſicut, & in Ruſtico, & in Minore DD. commu-
niter ibi *Corn. conſ. 89. col. 3. & ſeq. lib. 1. Dec. conſ. 180.* late *Crau. conſ. 142. num. 18.* Magna
præterea eſt peritia mulierum in contrahendo, & in omni negociatione vtpote, quæ
docibus ſemper ſint contentæ, ideoq; negociorum vſu carent, iure igitur ceſſat in
illis doli præſumptio; Accedit his naturalis imbecillitas earum qua per territæ viros,
vtpote fortiores reformidant, nec audent excogitare quicquam mali aduerſus eos, nō
iniuria, ergo excuſantur a dolo præſumpto, aut quādo lex punit dolum præſumptum,
mitius agit; cum fœmina *Bald. in l. quicunq; col. 4. verb. & in ſumma C. de ſeruis fugit. in l. 1. §.
fin. de edend.* mulier penitus excuſatur.

Hæc aduerſantur adducta in contrarium, & primum illud, de dolo mulierum,
108 maxime pertinet ad rē Muliebrē, ſcilicet vel ad amorē laſciuū vel ad auaritiā, † in qua
ſunt adeò pronæ, vt fecerint locum adagio auariſſimum genus fœminarum *DD. in l. ſi
munus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* cuius rei cauſam diſerte explicat *Zimara. d. problem.
24.* Amorem reſpiciunt allegati verſus Poëtarum, in quo ſicut plurimum ſunt arden-
tes, ita ad dolos excogitandos ingenioſæ. Quod vero tradit Zimara mulierem eſſe
109 marem † defectuoſam, & defectus eſſe naturam, vt inclinet ad malum, negauerim in
primis authoritate Iuſtiniani in *l. maximum vitium C. de liber. præter.* ibi: naturæ incuſa-
tores. etenim cum ſciret natura hominem, ſolo homine non poſſe generari, & ob id
fœminam adiunxerit, non eſt veroſimile quod fœminas generet præter intentionem,
quaſi oporteret omnes maſculos procreare, deinde ratione quia natura raro fallitur in
opere ſuo optima enim eſt artifex, & de ea circumfertur, quod nihil fruſtra operatur,
& perſpicuum eſt ex monſtris quæ raro gignuntur, At ſi mulier, mas eſſet occaſiona-
tus, & imperfectus nimis frequenter erraret quando certum eſt mulierum multitudi-
nē, ęquare, aut forſitan ſuperare virorum numerum, vt planè docet experiētia, ideoq;
obiici poſſet illud *Horat.* à ſimili, & cytharedus.

Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem.

Quæ poſtea dicta ſunt de mendacio facile diluuntur, quippe quia viris tantun-
dem obiicitur ſacro teſtimonio quo canitur omnis homo mendax, iura autem au-
thenticorum loquūtur in caſu ſingulari ſcilicet futurarum nuptiarum, fœmina enim
ſicut philoſophus ait appetit virum vt magnes ferrum, & propterea lex timet non ge-
neraliter, ſed in ea re illarum periurium & ſtatutum Senenſe prohibet illas in con-
tractu iurare, non propter timorem periurii, ſed propter infirmitatem ſexus, loc⁹ etiam
110 Salomonis † non vrget, ſiquidem de meretrice loquitur, non abſolute de muliere, pa-
lam eſt ex verbis eiuſdem capituli fauus ſtillans labia Meretricis, nouiſſima autem illi-
us amara, velut abſynthium, nam idem *Salom. ca. 14.* Mulier ſapiens inquit ædificat do-
mum ſuam, & alibi Mulier gratioſa inuenit gloriam, & *cap. 18.* Mulierem bonam, qui
inuenit, inueniet bonum, & hauriet iucunditatem à Domino, dictum Origenis tangit
matrem Euam, cuius tamen culpa felix cantatur ab Eccleſia, quæ talem ac tantū me-
ruit habere Redemptorē quē alia mulier, virgo peperit, de qua inqt Tuſcus ille poeta,
q; fletum, & lacrymas quæ in lætitiā, & gaudium conuertit, vnde *D. Gregorius* dixit, mu-
111 lier viro propinauit mortē, & mulier viro nunciauit † vitam. Diminuitur autem illis de
fide in teſtimoniorū vſu propter infirmitatē conſilii non ob timorē periurii, nam ſi ra-
tio prohibitionis eſſet in periurio, denegatum eſſet illis teſtimonium in contractibus,
& codicillis, in quibus tamen recte ſunt teſtes *d. l.* qui teſtamento.

Quæſt. 3. Cum dolus ſicut dictum eſt præſumatur in delictis, hæc præſumptio
112 vſq; adeo valida eſt, vt aſſerant DD. cum qui confitetur † occidiſſe hominem ad ſui
defenſionem puniri ordinaria pœna mortis, niſi probauerit illam qualitatem defen-
ſionis *Iaſon in l. vt vim numer. 13. ff. de iuſtit. & iur. Viui. communis opin. lib. 2. tit. ff. opinione
136.* cum multis ab eo congeſtis, quamobrem de veritate huius rei diligenter inueſti-
gemus. habet vero hæc inquiſitio duas partes, prior eſt, vtrum confeſſus cum illa qua-
litate debeat prorſus abſolui, altera dato quod non, quæ nam pœna ſit infligenda Or-
dinaria ne homicidii, an extraordinaria. Ad primū dubium videtur reſpondēdum eū,
qui ita confitetur in totum abſolutione dignū ea in primis ratione, quoniam ſiquis de-
lato ſibi per aduerſarium iuramento, reſpondeat, adiecta aliqua qualitate reſponſio e-
113 ius in totum † acceptari, vel in totum reiici debet *Io. Faber. in §. item ſiquis poſtulante in 1.
Inſt. de act.* & ibi *late Gom. num. 12. Iaſ. in l. iuſiurandum* & ad pecunias §. *ait prætor numer. 4.
& in lege manifeſta num. 8. ff. de iur. iur.* ſic quoque iudex qui huic detulit iuramentum

aut in totum recipiet confeſſionem & non poterit confeſſum in aliquo condemnare
per *l. vt vim*, in qua licita eſt defenſio, adeò quod occidens clericum, non incidit in *c.*
ſiquis ſuadente 14. quæſt. 3. c. 3. de ſent. excommun. Rimin. d. l. vt vim numer. 60. aut reiiciet in
vniuerſum confeſſionem, ſine qua non eſt ei permiſſa condemnatio. Secundo ſuffra-
114 gatur argumentum à ſimili, Nam ſiquis † reſpondens poſitionibus, vnam fateatur cum
aliqua qualitate, ea reſponſio, aut in totum acceptanda, aut in totum reiicienda eſt,
Socc. ſen. conſil. 208. col. 1. cap. 1. ex quibus *lib. 2. idem* Bellon. *conſ. 46. numer. 13. & Cart. ſen. in*
tract. poſition. num. 565. Quare, Iudex, & ipſe recipiet omninò confeſſum cum qualita-
te, aut nullo modo admittet. Tertio adſtipulatur quod ſententia in connexis, non po-
115 teſt pro parte † acceptari, & pro parte improbari *l. in hoc iud. & ibi Bald. ff. famil. Ercis.*
verb. item quod non poteſt Felin. in c. cum inter numero 5. extr. de re iud. Iaſon *in repet. l. ad-*
monen l. numero 125. ff. de iur. iur. tantundem in tranſactione dixit *Bellon. d. conſil. 46.*
numero 9.

Contrarium tamen quod ita confeſſus non ſit prorſus abſoluendus, ſentiunt o-
116 mnes legiſtæ † non ſolum in *l. vt vim*, ſed *in l. 1. §. ſiquis ſimpliciter. ff. de verb. oblig. Iul. Cla-*
rus in §. fin. quæſt. 55. verb. forte poſſet. *Tiraq. de pœnis cauſa 27. Alciat. de præſumpt. reg. 2.*
præſumpt. 1. Viuius in loco ſupra citato Menoch. *de Arbitrariis Iud. caſu 279. Bald. Aret. A-*
lex. in l. decem ff. de verb. oblig. Canon. etiam vt Abbas *in c. auditis numero 30. de præſcript. Imol.*
& Abb. in c. cum Veniſſent ext. de Inſt. Dec. in c. cum venerabilis n. 2. de except. ratio commu-
nis ſententiæ & primum eſt quoniam facile deluderentur Iudicia. Reus enim ſemper
cum illa qualitate defenſionis confiteretur argumēto tex. in *l. inter ſtipul. §. ſi Stichum. ff.*
de verb. obl. gl. in l. ſiquidem C. de except. Vbi ſi Reus litem conteſtando fatetur ſe Stichum
promiſiſſe ſed non ſenſiſſe de illo, quem creditor petit, ſtatur confeſſione reiecta illa qua
litate, quippe Reus ſemper ita diceret. Altera eſt ratio, quoniā ſtatim ac homicidiū cō-
fitetur, oritur aduerſum eum iuris præſumptio quod doloſe fecerit *d. l. 1. C. de Sicariis l.*
ſi non conuicii C. de iniur. l. 1. C. eod. titul. eaq; fundat iudicis intentionem, donec probetur
contrarium; Tertio eſt ratio, quia confitenti non creditur in eo, quod habet præſum-
tionem contra ſe, *l. 1. & ibi not. C. de Sicar.* eoq; caſu qualificata confeſſio poteſt diuidi,
& pro parte acceptari, & pro parte repelli. *Bar. commun. receptus in l. Aurelius §. idem quæ-*
ſiit. ff. de lib. leg. quicquid dicat *Boer. deciſ. 243. n. 5. & Mars. conſ. 136. n. 31. & 44. lib. 2.* vera n.
eſt communis cum Bart. vt tradit. *Menoch. de Arbitr. caſu 91. n. 37.* & com. citat. *Rim. Iun.*
d. l. vt vim, & ibi Iaſ. n. 13. Marant. de ordine Iud. parte 6. in tit. de confeſ. n. 27. & ſeq. Probatur
auth: tex in *d. c. cum veniſſent*, & ibi not. *Abb. & Imol.* in quo æque præiudicat confeſſio
ſimplex & qualificata, quando contra confitentem adeſt iuris præſumptio idq; adeò
verum eſt, vt non modo procedat in criminalibus, de quibus eſt diſputatio, ſed etiam
in ciuilibus, A*lex. in conſ. 2. in fin. lib. 4.* vbi ponit exemplū, late *Gabr. in lib. Com. opin. concl.*
13. num. 2. verb. amplit. 1.

Hæc faciunt negocium adducta ex aduerſo, ſed tanquam vas cretæ confringun-
tur, nempe quia obtinent omnia quoties aduerſus confitentem cum qualitate non eſt
aliqua iuris præſumptio, quæ oneret illum probatione; inſuper priora duo argumenta,
procedunt in eo, qui voluntarie mandauit aduerſario ſuo, vel iuramentum vel reſpō-
ſionem ad poſitiones, vt perſpicuum eſt ex iuribus allegatis, proinde ſibi imputet qui
aduerſarium ſuæ cauſæ fecerit iudicē, & teſtem. Vltimū quoq; argumentum diluitur,
ſiquidem verum eſt quando capitulum eſt ita connexū, vt diuidi non poſſit vllo mo-
do, & hæc confeſſio poteſt ſeparari ex allegata doctrina Bartoli Com. voto recepta
ſcribentium.

Sed iam tranſeamus ad alteram partem diſputationis, in qua pleriq; ſcribentium
117 diſſentiunt. Nā alii putant eſſe plectendum ordinaria pœna † ſcilicet mortis; Aliis a. vi-
detur magis conuenire pœna extraordinaria ſi modo aliunde non conſtet de homici-
dio, quā ex confeſſione illius, ita vt nec teſtibus, nec aliis probationibus res ſit in aper-
to quippe in his terminis conſentiunt omnes pœnam ordinariam infligi; Huius ſen-
tentiæ Coryphæus eſt *Abb. in d. c. auditis numero 12.* quem defendit *Dec. in d. c. cum venera-*
bilis, & commendat *Ferrar. caut. 5. Felin. ſibi contrarius in c. ſignificaſti & 2. de homic. Cap.*
deciſ. 115. numer. 11. Gram. Deciſ. 42. Boer. Deciſ. 164. dicens hanc ſententiam eſſe huma-
niorem, *Felyn. in d. c. auditis*, ait eſſe in ſolemni cultu apud recentiores practicos, & re-
fert *Tiraq. de pœnis leg. cauſa 27. num. 7.* inquiens ex mente *Felyn.* eſſe ſtupendam limi-
tationem *Iaſ. vero d. l. vt vim nu. 13.* dicit feciſſe ſibi magnum honorem in actu practico
hanc Doct. Abbatis.

Aduerſus

118 Aduerſus quam *Decius in d. l. vt vim* † argumentatur ex alia doctrina eiuſdem
Abbatis in c. accedens de accuſat. nempe quod vbi proceditur præſumpt. legis, tunc im-
poni debet pœna ordinaria ſed quando proceditur ex præſumptione hominis, tunc ſit
locus pœnæ extraordinariæ, quod videtur probare etiam *Bald. in l. ſciunt C. de probat. ar-
gumento l. ſiquis adulteriu C. de adulter*. tradit etiam *Deci. in c. 3. de probat*. & fuit hæc ratio
Fely. in d. c. auditis; Iudex autem procedit hoc caſu ex præſumptione legis; præſumit e-
nim lex dolum in homicidio *d. l. 1. C. de Sicar*. Secũdo inquit *Fely. in d. c. auditis*, tradit Ab-
bas minorandam eſſe pœnam, quia hæc probatio per confeſſionem, qualificatam in-
ducit præſumptionem. Quæ non ſufficit ad capitalem condemnationem, ſed at-
tẽra hac ratione ſequeretur quod in quocunq; homicidio ſemper eſſet imponẽda pœ-
na extraordinaria cum ex pſumptione iuris ſemper conſtet de homicidio quoniã prę-
ſumitur factum animo occidendi, iſtud vero affirmare eſſet valde abſurdum; Tertio
Soci. in d. l. non vtique col. 3. ff. de except. & in l. 1. col. 6. ff. de vulg. & pupill. ita ratiocinatur.
Quando contra confitentem eſt præſumptio iuris, tantum nocet qualificata confeſ-
ſio, quantum confeſſio ſimplex *c. cum veniſſent extr. de Inſtit.* ſed iſta nocet ad pœnam
ordinariam *Bart. in l. 2. ff. de Cuſtod. Reorum, Cyn. & alii in l. 2. C. eod.* Quoniam redacta in
Actis inducit delicti probationem notoriam *l. ictus fuſtium de infamibus Grammat. Deciſ.
36. num 37.* Quarto *Pariſius in d. c. auditis num. 38.* ait hæc confeſſio continet duo capita
ſeparabilia, primũ quod occidit. Secundũ quod ad ſui defenſionẽ; qualitas enim de-
fenſionis poteſt ſeparari ab homicidio, facta autem ſeparatione probatum eſt vere ho-
micidiũ, & plene quoniam pręſumitur dolo commiſſum, ideo ſuccedit pœna ordina-
ria. Quinto qualitas delicti, cuius intuitu imponitur pœna extraordinaria debet à reo
ꝓbari *Blanc. in pract. crim. in 3. parte defenſionis col. pe. per tex. in l. eum qui C. de ſicariis*, in quo
aſſertio rei, quod non voluntate; ſed caſu occiderit propterea quod calce percuſſerit
debet de iſta qualitate conſtare, & tunc extraordinarie punitur, ſed in propoſito qua-
litas defenſionis non probatur merito ceſſat pœna extraordinaria.

Contraria tamen opinio Abb. æquior & clementior eſt, & forſitan magis com-
119 munis & quæ magis in practica ſeruetur † vt ait *Gram. conſ. 69. in fin. Tiraq. in d. c. 27. nu.
7.* inquit ſuperiorem ſententiam videri ſibi duram, & ab opinione Abbatis non eſſe
temere recedendum, *ait Rimin. Iun. in d. l. vt vim. num. 240.* multos ſectatores conge-
rens, quia eam late commendat *Ferrar. caut. 5.* Rationes vero iſtius ſententiæ ponit ex
mente Abbatis, *Iaſ. d. l. vt vim. num. 13.* refert *Rimin. ibi num. 229.* dicens in pœna capitis
inferenda deſiderari, probationes luce Meridiana clariores *l. fin. c. de probat.* Quod
non verificatur in iſto caſu, cum illa confeſſio minime pura fuerit; ſed qualificata, &
quamuis vehemens præſumptio videatur; tamen ea non ſufficit ad condemnandum
criminaliter *d. c. literas extr. de præſumpt.* Secundo fundamentum eſt Abbatis ex Doct.
Innocentii in c. quia veriſimile ext. de præſumpt. Quod iudex procedens ad condemnatio-
nem ex pręſumptionibus debet moderare ſententiam ſuam, & raro procedere ad pœ-
nam corporalem. Tertio vltra *Abb. Rimin. loco citato n. 41.* confirmat ex doctrina *Ang.
conſ. 27. quidam victor. col. 2.* quod quando non cõſtat de homicidio, niſi per confeſſio-
nẽ dicentis non occidiſſe ex propoſito, ſed cauſaliter primo tali confeſſione non im-
ponitur ordinaria pœna legis Corneliæ de ſicariis, ſed pro culpa tantum arbitrio
iudicis ideóq; iuris quando apparet de homicidio ex confeſſione dicentis, quod ad ſui
defenſionem fecerit, vt non obſcure ſentit *Bartol. in conſ. 228. incipit Catherina adeo quod
Appoſtill. ibi in 2. add. notat. Bartol.* à ſeipſo diſſentire *in d. §. idem quæſiit eandem* Doct. Abb.
latiſſ. defendit Dec. *d. c. venerabilis*, eandem probat, & admirabilẽ vocat, & ſumme notã-
dam *Menoch. de arbit. iud.* quem nos ſupra deductis ſcribentibus addimus *caſu 229. lib. 2.*
& nos credimus eſſe veram hanc ſententiam ſi iſta qualitas defenſionis ſit veroſimilis
puta quia homo necatus eſſet cum armis inuentus, vel fuiſſet homo facilis ad rixam;
item ex qualitate armorum, quibus interficit, puta baculo; vel lapide, nam aggreſſo-
res vt plurimum armis, & ſclopetto igneo ſolent aggredi alioquin niſi concurreret
aliqua veroſimilitudo, eſſet ſemper in poteſtate rei effugere pœnam ordinariã mortis.
Non habent vim argumenta contraria, nam primum 2. 3. & 4. valent quoties aliũde
conſtat de homicidio quã per confeſſionem *Rimi. d. l. n. 42. et 44.* vltra reſponſiones da-
tas à Decio in *d. c. cum venerabilis*; Ad quintũ reſpondit idem *Rimin.* quod in d. l. eũ nec
ordinaria nec extraordinaria pœna imponitur, & ſuadent illa verba tex. omni metu,
ac ſuſpicione volumus liberari, & merito, quia ſi caſu fortuito accidit nulla interceſſit
culpa, quæ deberet extra ordinem puniri.

Quæſt. 4. Alia occurrit quæſtio ſanè elegans, vtrum ſcilicet lex *fin. C. ſi maior*
120 *factus, & ſine* † *decret. lib. 5. eod.* ceſſet quando in contractu geſto à minore interuenerit dolus præſumptus, etenim duo diſponit illa conſtitutio, primum quidem quod ſi minor iam factus maior tacuerit in maiori ætate per quinquennium, nec alienationem à ſe factam inquietauerit, cenſetur ex illo curſu quinquennii ratam illam habuiſſe, ita vt venire aduerſus illam prohibeatur, Alterum eſt quod ſi minor donationem fecerit, non quidem propter nuptias, ſed aliam quamuis liberalitatem exercuerit, & factus maior tacuerit per decennium inter præſentes, & per 20. annos inter abſentes non poteſt amplius donationem reſcindere, quæritur ergo an lapſus quinquennii in primo caſu vel decennii in ſecundo muniat contractum ſtante in eo dolo præſumpto; nempe quia ſit geſtus ſine ſolemnitatibus Iuris comm. vel Iuris municipalis, vel quia minor ſit enormiter læſus, his enim duobus præcipue modis dolus præſumptus committitur in contractu *Pariſ. conſ. 49. lib. 1. nu. 31. & 33. & nu. 50.* vbi multa ad hoc probandum congerens *Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 181.*

Et ſanè *Curt. Iun. conſ. 15. Rom. conſ. 34. Barbat conſ. 20. col. 3. & 4. libr. 3. & conſ. 421 lib. 1.* opinantur contractum *d. conſt. fin.* minime ratificari primo quidem ex *l. 1. C. ſi maior factus &c. lib. 2. Cod.* quo loco diſponitur à contrario ſenſu quod contractus diuiſionis doloſe geſtus cum minore non ratificatur etiam expreſſo conſenſu, igitur multo minus ratificabitur ex conſenſu tacito, qualis eſt ille reſultans ex curſu decennii, vel quinquennii. Secundo ad idem eſt tex. *in l. 3. §. 1. ff. de minor.* vbi ſententia Iudicis abſoluentis tutorem ab eo qui Minor inchoauerat iudicium, & factus maior cõprobauerat, non confirmatur ſi dolo fuerit circumuentus, & ibi agitur quoque de expreſſa confirmatione, nos quærimus de tacita, quæ debilior eſt argumento tex in *l. expreſſa nocent. ff. de reg. iur. cum ibi nota. Dec. & Cagnol.* Tertio inſtatur fortius ex *d. l. 1.* in qua contractus, qui ipſo iure validus eſt, ſed per in integrum reſtitutionem reſcindendus, non confirmatur propter dolum ex temporis lapſu, quanto magis non confirmabitur in terminis *d. l. fin.* vbi contractus, eſt ipſo iure nullus propter defectum ſolemnitatis decreti; & propter dolum præſumptum, ita arguit, *Menoch. de recuper. poſſeß. remed. 15. numer. 177. verb. declarantur duo relati caſus*, quarto patrocinatur quod in omni diſpoſitione cenſetur dolus exceptus *l. creditor §. Lucius ff. de his quæ in fraud. credit. Pariſ. conſil. 49. num. 3. & 4. lib. 1.* ratio eſt, quia lex debet eſſe honeſta, & rationabilis. *c. erit lex 4. diſt.* nec non quia lex eſt virorum prudentum conſultum *l. 1. ff. de legibus*, & ne veniant iniuriæ, vnde iura expectantur *l. meminerint C. vnde vi*, & re etiam detur occaſio delinquendi *l. conuenire ff. de pact. dotalib.* Igitur diſpoſitio *d. l. fin.* debet intelligi, quando contractus non eſt doloſus. quinto confirmantur prædicta ex doct. *Bald. in l. cum antea C. de arbitr.* quod ſi ſtatutum diſponat laudum, non poſſe reduci ad arbitrium boni viri, intelligitur niſi dolus, vel lata culpa interceſſerit Arbitratoris, cui conuenit alia ſimilis doct. *Ancor. in c. Canonum ſtatuta quæſt. 14. extr. de conſtit.* Quod ſi caueatur ſtatuto dici non poſſe de iniquitate, vel de nullitate laudi, poterit tamen opponi, de dolo Arbitratoris & confirmatur quoniam ſiquis etiam cum Iuramento promiſerit non petere reductionem laudi ad arbitrium boni viri, non excluditur à petitione ſtãte dolo Arbitratoris idem *Ancar. conſ. 202. Rom. in Rub. de arbitr. refert Curt. Iun. d. conſ. 30. nu. 6.* concludens ex his impugnari poſſe alienationem factam à minore ſine ſolemnitate ſtatuti Ciuitatis Tridentinæ, licet ſit lapſum poſt maiorem ætatem tempus à lege definitum, quoniã ſcilicet in illo contractu dolus eſt præſumptus. Sexto dolus adhibitus in contractu Minoris ob non ſeruatam ſolemnitatem Iuris ciuilis, vel municipalis, eſt præſumptus præſumptione Iuris, & de iure contra quam non datur probatio in contrarium *Pariſ. d. conſ. 49. nu. 3. vol. 1. d. conſ. 50. nu. 5.* plura cumulans, qui dolus non cenſetur minus grauis, quam dolus verus, cum non detur probatio in contrarium, quamobrem ſicut nemo negaret ceſſare effectum illius conſtitutionis *d. l. fin.* ob verum dolum, ita quoque debet quiſque confiteri in dolo præſumpto ex præſumptione iuris, & de iure.

121 Contrariam ſententiam putat de iure † veriorem *Pariſ. d. conſ. 49. num. 14. verſ. his tamen*, & probat *Menoch. d. Remed. 15. num. 177. vſque ad num. 182.* Eam ſcilicet conſtit. *l. fin.* procedere etiam in contractu, in quo ſit dolus præſumptus, Itidem quod *d. l. 1. C. ſi maior factus lib. 2. Cod.* obtineat ſolum in dolo vero non in præſumpto quæ nobis quoque placet ea primum ratione, quoniam exploratum eſt contractum geſtum à minore ſine ſolemnitate decreti habere in ſe dolum præſumptum vt paulo ſupra oſtendi-

mus per

mus per tex.in *c.qui contra.* vbi *Dyn.de reg.iur.in 6.gloſſ.mag.* vt ibi *Bart.in l. 1. C. de fide inſtrum. & Iure haſt. Fiſcal.li.*10. *Bald.conſ.*347. *Soc. Iun. conſ.* 69. *numer.quadrageſimoquinto, lib.1.*cum multis congeſtis a *Menoch. d.remed.*15. *numero centeſimoſeptuageſimonono*, Et quamuis contractus in terminis *d.l.fin.* quia deficit iuris ſolennitas habeat in ſe dolum præſumptum, tamen vt ibi inquit Imperator ratificatur curſu temporis ibi definiti atque ita tex.ſupponit dolum præſumptum, & tamen Imperator ait ratificari contractum,& ita argumentatur. *Menoch. d.loco citato*; Secundo conſidero, quod ſi illa conſtitutio non confirmat contractum initum dolo præſumpto, eſt prorſus inutilis, & ſuperuacua; quod abſurdius eſt, quam opus ſit demonſtrare palam eſt, quoniam contractùs alienationis a Minore celebratus ſine decreto continet ſemper dolum præſumptum. Tertio iuuat hanc ſententiam ratio *Parıſ. d.conſ.* 49.*num.* 52.iunctis etiam dictis ab eo in præced.numeris, nempe quod dolus præſumptus de quo in *d. l. fin.* cum præſumatur a lege creditur notus huic minori effecto maiori, quemadmodum cenſetur nota dicta conſtitutus ſcientia, ex quo præſumitur quiſque legum habere notitiam, adeò quod ſicut præſumptione legis inducitur ille dolus, ita præſumptione eiuſdem cenſetur remiſſus temporis lapſu & longe magis ſi concurreret alia coniectura conſenſus ratificantis, veluti ſi poſtquam eſt factus maior recepiſſet penſiones, vt in caſu *Parıſ.d.conſ.*49.*n.*15.16.& 22.argumento *l. Paulus. ff. rem ratam habere l. de quibus in fin.ff.de legibus.*

Quibus ſic conſtitutis non eſt difficilis reſponſio, his quæ deducta ſunt in contrarium,& ad primũ reſpondetur eam l.procedere in dolo vero, nõ in præſumpto, de quo noſtra eſt diſputatio, & ita quoq; euitatur *d.l.*3. §.1.*de Minor.* ſicut *Parıſ.& Menoch. in allegatis locis* affirmant, ꝓbantes quo ad primum quoniã lex de dolo loquẽs intelligẽda eſt in dolo potẽtiore, cuiuſmodi eſt dolus ver⁹ argumẽto *l cũ quæritur ff.de ſtat. homin. l.*1.*ff ſi ager vectig.* Quo ad *l.*3.colligitur ex illis verbis (ſi ꝓbaretur, nã doi⁹ ver⁹ indiget probatione *l.quoties.* §. *qui dolo.ff.de probat.* *Dd. in l. dolum. C. de dolo*, præſumptus autem ſatis eſt a iure probatus, oſtenditur etiam ex illis verbis) neque enim extremo die videtur ſolum deceptus, ſed totum hoc ſtructum ſiue vt legit *Auth. Goueanus* toto hoc ſtructum, hoc eſt toto iudicio id actum & cogitatum, eſt enim verbum, ſtruo, in illa ſignificatione accipiendum, vt doloſe aliquid machinari ſignificet, vt apud *Terentium in Heautont.* Nam me fefellit hoſce id ſtruere clarius apud *Liuium lib.*2. *ab vrbe condita*, (cum aliis alia meliori apertè bona repetentes clam recuperandi conſilia ſtruere. Cõfirmatur inſuper ex *dict.gloſſ.in alleg.l.*1. dum allegat pro concordanti *l.tres. fratres. ff. de pact.* quæ loquitur in dolo vero,& cõmuniter ait probari *Parıſ.d. conſilio quadrageſimonono, numero quadrageſimo primo*, ex his eſt etiam ſublatum tertium fundamentum, neque enim recte dicimus argumentum à dolo vero, ad dolum præſumptum tanquam debiliorem, neque obſtat eum contractum eſſe nullum propter defectum decreti; etenim recte reſpondet *Parıſ.colu fin. numero* 61. *& ſupra numero* 27. *& numero vigeſimo.* Quippe cum ſit factus maior, actus ille confirmatur, non pro vt ex tunc impediente nullitate ſed pro, vt ex nunc: ſiquidem ceſſat illa qualitas minoris ætatis, quæ induxerunt illam nullitatem, & ſuperuenit maior ætas, quæ ſicut poterat de nouo facere illum contractum, ita pro vt ex nunc poteſt ratum habere proinde ac ſi de nouo feciſſet quartum etiam non vrget, tum quia dicta regula non verificatur in dolo præſumpto, ſed in vero; is enim verè creditur ſemper exceptus, vt reſpondet Menoch. *dict. remed.*15.*numero centeſimoſeptuageſimonono*, ex authoritate *Soc. in l. cum filiusfam.in* 1.*ff. de verb.oblig.* tum quia, vt ait, *Parıſ. numero quinquageſimoprimo*, valet in diſpoſitione facienda, ne detur occaſio delinquendi, ſecus in diſpoſitione iam facta; quandoquidem agitur de dolo præterito, qui poteſt remitti a ſciente, & in caſu noſtro ſcientia præſupponitur, maxime quando ſumus in dolo præſumpto in remittendo nam etiam futurus, videtur quod remitti poſſit *Fely. latiſſime in cap. fraternitatis extr.de teſtibus column.tertia & quarta, numero ſeptimo*, Eodem modo diſſoluitur quintus nodus qui videbatur, maxime implicatus ex Bald. & Ancar. doctrinis: ſunt enim accipiendæ in dolo vero; Vltimum vero argumentum diſſoluitur tanquam puluis, quem proiicit ventus ante faciem terræ, ex rationibus quibus fundata eſt *Menoch. & Parıſ.* ſententia nempe in *d.l fin.* ob defectum ſolennitatis dolum eſſe præſumptum iuris,& de iure, & tamen curſu quinquennii creditur remiſſus & recte: quandoquidẽ nunquã eſſet locus illi conſtitutioni niſi procederet in dolo præſumpto, præſumptione iuris,& de iure, qui ſemper comitatur negocium geſtum ſine ſolennitate

Iure communi vel municipali debita. Ex quibus omnibus, *Menoch. d. remed. 15. nu. 180. & 181.* infert *Curt. Rom. & Barbat* male reſpondiſſe in conſiliis initio huius quæſt. alleg. & ampliat *num. 187. verſ. declaratur ſexto.*

122 Hæc autem vera † ſunt quo ad *d. l. fin.* in dolo præſumpto ob ſolennitatis tantum defectum, non etiam ſi adeſſet dolus præſumptus ob enormem læſionem, ſublata enim cauſa nullitatis, & doli præſumpti propter omiſſionem ſolemnitatis non eſſet perēpta cauſa læſionis, ſic ꝓbat *l. 1. C. ſi maior factus alienat.* & ibi *Bal. cui adheret Cremen. in l. 2. Cod. de reſcind. vendi. num. 98.* ratio eſt, quoniam reſciſſio contractus ex cauſa læſionis, Maiori quoque conceditur *d. l. 2.* & bene colligitur ex *d. l. 1. iuncta gloſſ. in verb. minore*, & tradit *Menoch. d. remed. 15. nume. 184. verb. declaratur.* Quarto ſimiliter *d. l. fin.* non habet locum in dolo præſumpto ob defectum ſolemnitatis, ſi maior factus perfecte non nouit, ſed dubitauit quo modo celebratus eſſet contractus, ſiquidem non dicitur habuiſſe ratum ob temporis curſum *Natt. conſ. 161. nume. 31. & 32. lib. 1.* motus illo argumento quod diſpoſitio *d. l. vltima*, procedit in minore ſciente, non ignorante, vt ibi annotat. omnes, & dubitans æquiparatur ignoranti. *l. manifeſti ff.* §. *1.* vbi *Bart. C. de furt.* cum aliis congeſtis à *Natta d. conſ. 162. num. 32.* Etenim ignorans, vel dubitans creditur quod ſi ſciret, non ſineret labi tempus, ſed vteretur eius legis remedio ad reſcindendum contractum, nemoque eſt, qui iuri quod ignorat cenſeatur renunciare *l. mater decedens. ff. de inoffic. teſtam. l. cum Aquiliana. ff. de tranſact. l. ex maleficiis.* §. *longe minus. ff. de action.* & obligat late *Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. num. 99. verb. nam Mulier, C. de reuo. donat. Menoch.* qui hanc limit. affert. *d. loco nu. 185.*

123 *Quæſt. 5.* Non abſimilis eſt illa † quæſtio in qua dubitatur, vtrum conſtitutio *l. fin. C. vnde vi*, quæ vna creditur eſſe ex 50 Iuſtiniani *Deciſ. Cagnol. in l. fin. C. de pact. Menoch. de recup. poſſ. remed. 13. numero primo*, habeat locum in dolo præſumpto, ſicut in vero, nempe quando occupans vacuam poſſeſſionem erat in dolo tantum præſumpto, propterea quod aliquo colore, vel cauſa parum legitima vacantem poſſeſſionem occupauerit per quam conſtare poteſt quod non penitus animo maligno, prauaque intentione lucrandi rem acceperit & ſanè hæc inquiſitio duas habet partes, altera eſt an dolus verus, ſit ita neceſſarius, vt præſumptus non ſufficiat, altera eſt, dato præſumptum dolum ſufficere, vt quis incidat in pœnam d. conſtitutionis nunquid comprehendatur & ille, qui abſque vllo dolo vacantem poſſeſſionem occupauerit, quo ad primum videtur reſpondendum dolum præſumptum non ſufficere primo ex illis verbis legis (ridiculum eſt dicere, quod pignorantiam rem alienam quaſi propriam & ibi: omnes autem ſcire debent &c. nam cum Iuris præſumptione tum etiam natura eueniat, vt quis ſciat ad alium pertinere quod ſuum non eſt, quæ obſecro alia coniectura quam doli capi poteſt aduerſus eum, qui ita occupauerit, ſecundo ſuadetur ex illis verbis cum talis diſpoſitio in actione furti &c. Quippe Imperator videtur facere comparationem inter occupantem rem alienam mobilem, & immobilem, in occupatore autem rei mobilis, atque ita in furto dolus verus eſſe præſumitur. Tertio conferunt, & illa verba, alienas poſſeſſiones vt proprias vſurpare ponderando, verbum vſurpare, quod praue, & doloſe ſignificat *l. ſi conſtiterit l. fin. regund. C. generalis de elect. li. 6. l. quemadmodum C. de agricol. & cenſit.* ibi: commento fraudis id vſurpet, & illa, quoque talem poſſeſſorē vt prædonem intelligi) prædones enim ſunt latrones *l. hoſtes. ff. de captiuis*, nec non iniuſti, & malæ fidei poſſeſſores *l. 22.* §. *ſi prædo. ff. de pignor. act.* tales etiam dicuntur bonæ fidei poſſeſſores poſt litem conteſtatam *l. 33.* §. *ſicut. ff. de petit. hæred.* quarto conuenit argumentum *Bart. in d. l. fin. num. 15.* dum ait bonam fidem in dubio præſumendum quouſque non fuerit probata mala fides. *l. pen. C. de vict. l. ſi fundum C. de rei vend* latè *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 5. Did. in c. poſſeſſ. parte 3.* §. *8. nu. 2. de reg. iur. in 6.*

124 Verum † in contrarium eſt communis opinio citata à *Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 13. quæſt 11. n. 62. & 63. Bar. n. 15. Saly. col. vlt.* mouentur Dd. ex verbis *d. conſtit.* ibi: omnes aūt ſcire debent. quæ verba ſupponunt dolum præſumptū attentis verbis præcedentib. in quib. occupator allegauerat ignorantiā in occupatione, credebat. n. rē eſſe ſuā, & ideo non poterat eſſe in dolo vero, ſed quoniā omnes ſcire debent, ꝓinde illa excuſatio nō admittitur, & creditur in dolo eſſe p̄ſumpto II. vltra Dd. moueor à ſimili, nā ſicut dolus verus, & præſumptus æquiparantur quo ad reſcindendū cōtractū, maxime quādo eſt dolus p̄ſumptus ob enormē lęſionē, ſicut plurib. oſtēdimus ſupra in tract. doli veri, ita dolus præſumptus debet æquiparari, quo ad tollendam occupatam

poſſeſſio-

poſſeſſionem valet enim argumentum de poſſeſſione ad contractum, ſiue ad obligationem *gloſſ. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* vbi *Rimin. ſum. nume.* 88. & videtur egregius tex. *in l. quamuis. ff. de acq. poſſ.* Immò debet procedere à maiori, ſiquidem ibi eſt color tituli, & cōtractus. hic ſecus, ibi: eſt læſio in aliqua parte, hic vero in totum, tertio reſtringeretur nimis dicta conſtitutio, cū à dolo vero excuſet quælibet colorata cauſa *l. igitur. § poteſt. ff. de liber. cauſ. Gabr. com. opin. in tit. de reg. iur. concl.*

Non officiunt allegata ex aduerſo, & primum iam ſublatum eſt ex prima ratione communis ſententiæ, fortius vrgent ponderationes à nobis factæ in *verbo vſurpare*, & in *verbo prædonis*, ſed tamen ad vtrumque accommodatur ſolutio, & quoad primum non infert de neceſſitate dolum verum, ſed quod non iure & legitime factum eſt, etiam ſi aliqua cauſa ſubſit, & propterea in allegata *l.* quamuis vt dolum indicet profertur cum adiuncto fraudis, ibi cum fraudis commento legis illuſor vſurpet; quo vero ad ſecundum, prædonis nomen non ſemper latronem ſignificat, in quo dolus verus ineſt, verum etiam malæ fidei poſſeſſorem denotat, vt oſtendimus nuper ex multis legibus, mala autem fides videtur dolus præſumptus non verus, *glo. & Dyn. in c. qui contra iura de reg. iur. in 6. Socc. Iun. conſ. 69. num. 45. lib. 1. Bart. & gloſſ. in l. 1. C. de fide Inſtrum. & Iure haſ. Fiſcal. cum pluribus alleg. à Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 179.* Ad quartum reſpondet ipſemet. *Bart. in d. l. fin. num.* 15. inquiens bonam fidem præſumi quouſque non probetur contrarium in eo, qui poſſidet cum titulo, in illo vero qui titulum non habuit ceſſat præſumptio bonæ fidei, ſi ab antiquo poſſeſſore conueniatur, cæterum ſi à tertio ad huc poſſeſſor creditur eſſe in bona fide, niſi oſtendatur oppoſitum, quam *Bart. ſolut.* commendat; & pro ampliori declaratione totius materiæ præſumendæ ſcilicet bonæ, vel malæ fidei multis cōcluſionibus illuſtrat *Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. quæſt. 10. n. 62. vſq. ad n. 23.*

Quo ad ſecundam inſpectionem vtrum ſcilicet ſit locus *l fin.* quando nec verus, nec præſumptus dolus interceſſit, quod tunc eueniet, cum in alterius locum ſuccedēs à fide dignis audiuit prædium illud fuiſſe defuncti, cui ſucceſſor extitit, haberet enim iuſtam ignorantiæ cauſam *l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Bald. conſ. 207. lib. 2.* Sine fide dignis credens, non debet accuſari *gl. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demonſtr. Alciat. reg. 3. præſumpt. Tiraq. de pœnis, cauſa 51. nu. 26. & 37.* ſic, & in ſimili dicitur bona fide poſſidere, qui accepit à fide digno rem illam fuiſſe prædeceſſorum ſuorum *Bart. in l. Celſus. n. 4. ff. de vſucap.* Breuiter reſpondendum eſt locum non eſſe dictæ conſtitutioni fin. & ratio Concl. eſt efficax. Quoniam in propoſito caſu datur remedium *l. illuſor. C. vnde vi*, explicat *Bart. d. l. fin. nu. 3. & n. 255.* & latiſſime *Menoch. remed. 7. quæſt. 3. nu. 13. de recuper. poſſ.* vbi vna cum Bart. & Dd. ponit differentiam inter vtramque conſtitutionem, ſecundo confirmatur quod *d. l. fin.* locum obtinet in eo, qui more prædonis occupat, & qui nullam coloratam cauſam habet inuadendi poſſeſſionem vacantem, ibi prædonē intelligi, ſed in propoſita ſpecie iuſtus adeſt error, & probabilis cauſa.

Conuenit hic alia quæſtio admodum vtilis, & quotidiana, vtrum ſcilicet diſpoſi-
125 tio *c.* † *quamuis de pact. in 6.* obtineat non modo in dolo vero, ſed etiam in præſumpto nempe ſi renunciatio facta ſit dolo, vt inquiunt Dd. ex propoſito non valet, & hoc cōſtat inter omnes, dubitatio vero eſt, nunquid ob dolum quoq; præſumptum irritetur non obſtante iuramento, quæ ſane diſputatio fructuoſa eſt non modo ad intellectū *d. c. quāuis*, ſed etiam *c. cū contingat de iureiur. & c. licet eō. tit. in 6.* in quib; pactū mulieris iuratum de alienandis rebus dotalibus valet, niſi dolo, aut vi fuerit interpoſitum. An ſufficiat dolus etiam præſumptus, vt pactum infirmetur, confert etiam ad interpretationē *l. iuriſg. §. prætor. ait. ff. de pact.* num ſcilicet prætor nolit ea pacta ſeruare, quæ dolum talem præſumptum habeant.

Inueniuntur autem tres in hac diſputatione interpretū ſententiæ I. eſt negatiua, dolum ſc. præſumptū in *d. c. quamuis:* non contineri, eamq; pbat & com: appellat *Alex. conſ. 42. col. 1. lib. 1. conſ. 33. li. 3. Curt. Sen. conſ. 43. Imol. in c. cum contingat n. 53. de iureiur.* dicēs admittendū eſſe in praxi, & multos alios congerit eiuſdē ſententiæ aſſertores *Did. in d. c. quāuis n. 3. verb. contrariū. §. quarto in tertia parte.* Altera eſt affirmatiua, quam *Curt. Iun. conſ. 53. nu. 10.* veriorem, & receptiorē, affirmat; *Cor. in l. pactum; quod dotali. fall. C. de collat. & conſ. 214. libr. 3. & conſ. 10. & conſ. 124. lib. 3. Aret. conſ. 93.* Dec. *conſ.* 180. dicens male Alexandrum teſtatum eſſe de communi in contrarium cum aliis allegatis à *Did. dict. nu. [illegible] verb. ſcilicet ſi dolus re ipſa.* Tertia eſt opinio inter vtranque media *Ant. Rub. conſ. 12. Pariſ. conſ. 26. lib. 3*, nempe, vt poſterior, ſententia obtineat vbi læſio enormis contr[illegible]

gerit in re iam quæſita, Prior autem quando læſio fuerit in re quærenda, quam conciliationem improbat *Did.d.nu 5. verb. etenim tractabimus*; ea ratione adductus, quod enormis læſio ita contingere poſſit in rebus acquirendis ſpe futuræ acquiſitionis & præſenti ſtatu conſiderato, ſicut in rebus iam acquiſitis, & confirmatur, a ſimili ex his, quæ tradunt, Dd. *in l.2. C.de reſcind.vend.* dicentes in tranſactione haberi rationē læſionis non ſolum, quo ad præſentē ſtatum verum etiam ratione ſpei futuri dubii euentus, alia quoq; ratione diſplicet Did. iſtorum concordia quoniam in allegato *c.quamuis* agitur de re acquirenda, & tamen Doct. tenentes affirmatiuam ſentiunt ob enormem læſionem, atq; ita ob dolum præſumptum ceſſare eius conſtitutionis diſpoſitionem.

Plane affirmatiua probatur à *Curt. d. conſ. 53. num. 10. ex doctrina Bart. in l. quod Nerua col.2. ff. Depos.* vbi oſtendit, dolum præſumptum eſſe proprie dolū, & ſupra à nobis pluribus eſt confirmatum, nullo igitur colore negari poteſt eum textum loquentem de dolo, non continere omnem ſpeciē proprii doli 11. Suffragatur, quod vbi tam grauis eſt læſio, præſumitur ignorantia, ſiquidem enormiter læſus creditur ignorare valorem bonorum, in quibus eſt læſus, quamuis eſſet maior, gloſ. & *Bart. per illum text. in l.1. C.de reſcind.vend.* quem *Corn.not.* & forte ſingularem appellat *cōſ.140. lib.3. & conſ. 31 col.3. circa medium lib.4. Bruti.conſ.52. Crau.conſ.192. num.5. & num.3. &* 8. vbi vero eſt ignorantia non præſumitur conſenſus, *l. 1. & 2. ff. de iud. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Iuramentum autem vbi deficit conſenſus nihil operatur, adeò vt non ſit neceſſaria abſolutio a Iuramento, *Abb.in cap. cum contingat de iureiur.* cuius opinionem, dicit eſſe communem; *Alciat. ibi in 3. not. per text. in l.fin. C. de non nume. pecu.* Tertio ad ſtipulatur, quod vbi tam grauis eſt læſio, cenſetur ineſſe dolus ex propoſito, non tantum re ipſa, quippe non eſt vero ſimile quod velit iactare ſuū nec quod permiſiſſet tam grauiter ſeſe contrahendo lædi, niſi dolo aduerſariu fuiſſet inductus, vt arguit. *Grauet.conſ.192. num.3. & 8. per text. in l. omnes. §. Lucius ff. de his, quæ in fraud. cred. & l. ſi ſuperſtite C. de dolo Bald.conſ.213. & conſ.38. lib.1. Quarto Did.d. §.4. par. 3. numer.3.* ex intentione Dd. ratiocinatur quoniam non eſt veroſimile paciſcentem, etiam cum Iuramento, tam enormi læſioni præſtitiſſe conſenſum ex not. à *Bart. in l. ſcientem. §. arbitriorum. ff. pro ſocio. numero 24. ab Abb. in c. Quintaualhs numero 32. de iureiur. & Dec.conſ.39.*

Contrariam opinionem ſequentes mouentur eo in primis argumento quod cum definiatur in tex. pactum iuratum eſſe omnino ſeruandum, conſentaneum eſt non poſſe aduerſus eum aliquam exceptionem opponi, etiam grauiſſimę læſionis, *Did.d.n. 3.v. contrariam opin.2.* adſtipulatur quod Pontifex excipiens dolum videtur ſentire de potentiori dolo arg. *l.cum quæritur ff. de ſtat. hom. l.1. & 2. ff. ſi ager. vectig.* & ita de dolo vero, qui potentior eſt dolo præſumpto. Tertio, patrocinatur quod in *d. cap. quamuis* agitur de præiudicio filiæ renunciantis plerumq; enim amplior eſt ſucceſſio paterna conſtitutæ dotis quantitate, ſicut & in *c. cū contingat.* tractatur de damno mulieris conſentientis rerum ſuarum alienationi, & tamen præſtito iuramento, non datur facultas reſcindendi contractum, ſicut his iuribus definitur; Quarto, arguunt à ſimili non obſtante dolo præſumpto, ſi præſtitum ſit iuramentum tollitur remedium ex *l. 2. C. de reſcind. vend. gloſſ. Bart. & Dd. communiter.* ibi, & *in cap. pen. de empt. & vend. Alexand. conſ.133. lib.5. Curt. ſen. conſ.65. ad fin. Socc. conſ.155. lib.2. Did. citato loco numero 4.* dicens frequentiori calculo eſſe receptum, ratio eſt quia in iurante præſumitur ſcientia, ideoque videtur renunciare læſioni. Quinto, *Alex d.conſ 42.* arguit quia ſi contineretur dolus præſumptus, illa conſtitutio eſſet impoſita verbis non rebus quæ igitur eſt ad veritatem ſententia propenſior? Hos credimus † duos eſſe caſus diſtinguendos, quemadmodum, poteſt in contractibus dupliciter conſiderari dolus præſumptus; vno quidem modo ſi alter ex contrahentibus enormiter læditur, alio verò, quando in contrahendo, vel renunciando non eſt ſeruata iuris communis vel municipalis ſolemnitas, *c. quæ contra* vbi gloſſ. & *Dyn. de reg. iur in 6. cum aliis allegatis à Meno. h. De retin. per. poſſ. remed.15. nu.179.* & vt ab hoc poſteriori dolo incipiamus, non dubitamus eum contineri in *d c. quamuis*, & ratio eſt quia defectus ſolemnitatis formalis inducit defectum ſubſtantiæ actus, ſicut eius præſentia dat eſſe rei, *l. Iulianus. ff. ad exhibend. Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. n.14.* at deficiente forma actus nihil poteſt operari iuramentum quippe non habet, cui adhæreat, nec quod confirmet, cum non entis nullæ ſint qualitates, *l. decem. ff. de verb. oblig.* & ita in terminis probat, *Did. in c. Quamuis. part. 2. §. 6. nu. 2. verb. Decimaquarta concluſio.*

Quod

Quod vero attinet ad 2. dolum præſumptum ob enormem læſionem, idem puto generaliter reſpondendum, motus non ſolum ex rationibus, citatis paulo ſupra ad hanc ſententiam muniendam, quam comm. eſſe bis affirmat *Curt. d. conſilio* 53. *numero* 11. verum etiam ex his quæ dicit *Corne. conſ.* 214. *col.* 2. *vol.* 3. nempe quia iuramentum non debet eſſe iniqnitatis vinculum *c. inter cætera* 22. *quæſt.* 2. *C. & ſi Chriſtus ext. de iure iur.* imo debet habere tres comites, iudicium ſcilicet veritatem, & iuſtitiam iuxta illud *Hierem. cap.* 4. ibi viuit Dominus in veritate iuſtitia, & iudicio, alias non eſſet iuramentum, ſed periurium *c.* 2. *quæſt.* 2. *cauſ.* 22. *& c. vltimo* 22. *quæſt.* 4. Did. *d. cap. peccatum parte* 1. §. 6. *num* 4. Rurſus, quia, vt inquit Corn. paria ſunt in eſſe dolum ex propoſito, vel re ipſa, *l. ſiquis cum alter*, & ibi DD. *ff. de verb. oblig. l.* 2. §. *circa. ff. de except. doli*, & refert Butrium tenere ob hanc rationem. *Auth. ſacramenta* puberum non habere locum in dolo præſumpto. Nec vrgent allegata ex aduerſo, & primum quidem euertitur, quoniam ſi vim haberet, nec de dolo vero poſſet excipi, accedit quod tex. loquitur de proprio dolo, cuius appoſitione cõtinetur etiã præſumptus, ſecundũ etiam frangitur, quoniã dolus præſumptus, quo ad reſcindendũ actum non eſt leuior dolo v. cum ad reſciſſionẽ æquiparentur *l. ſiquis cũ alter ff. de verb. obl* adde q etſi minus grauis eſſet, tamen de illo quoque debet intelligi, ne contingat iuramentum eſſe iniquitatis vinculum. Tertiũ euitatur, quippe aliud eſt agi de præiudicio, aliud de enormi vel enormiſſimo ſiquidem in ſimplici præiudicio præſumitur adeſſe conſenſus, & abeſſe dolus, ſecus in graui, & grauiſſimo; Commouetur etiam quartum negando quod ſtante enormi, vel enormiſſima læſione tollatur per iuramentum *l.* 2. remedium, vt probat *Crau. d. conſ.* 192. *num.* 8. Ad vltimum argumentum Alexandri non video quomodo deducatur quod illa conſtitutio eſſet impoſita verbis, ſi dolum re ipſa contineret, ſiquis vero cupiat plenius, & exactius rem omnem cognoſcere *Did. videat d. ca. quãnis parte* 3. §. *quarto n.* 4. diſtinguentem in perſona maioris, & minoris, & in vtoq; caſu vtiliter conſtituentem aliquas concluſiones.

Q. 6. Sed iam ſit locus ſeptimæ quæſtioni in qua dubitatur, vtrum veniens † con-
127 tra legem, vel aliquid aduerſus eam agẽs credatur in dubio eſſe in dolo præſumpto, an vero tantum in culpa, quam dubitationem ponunt *Bar. Bal. & Caſtr. in l. ſed ſi lege.* §. *ſcire. ff. de pet. hered.* & ante eos *Butrig. in l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus*, dicẽs eſſe in culpa, ea ratione, q in dubio ſemp eſt eligenda ſententia benignior argumẽto *l. ſi præſes. ff. de pœnis. l. ſemper in dubiis. ff. de reg. iur. l. ſi in duabus. ff. eod. tit. l. ſi ita ſtip. fuero. ff. de ver. obl. l. mortis cauſa capitur.* §. *fi. ff. de mort. cauſ. don.* Secũdo quoniã errans in iure, etſi non vſucapiat, cũ ſit neceſſaria bona fides, poſitiue tamen lucratur fructus *d.* §. *ſcire*, & ibi *Bar. Fely. in c. de quarta n* 31. *& ſeq. ext. de praſc.* q ſi errans eſſet in dolo, vtiq; non lucrifaceret fructus. Quãdo nemo debet ex ſuo dolo lucrũ reportare *l. ne ex dolo. ff. de* Dolo *l. tranſ. & ibi omnes C. de tranſ.* Tertio eandem ſententiam munit, quod nemini permiſſus eſt dolus, adeo vt in muliere, ruſtico, & in minore puniatur *l. auxilium. ff. de minor.* & ſuperius dictum eſt dolum neminem excuſare propterea quod deceptis non decipientibus iura ſubueniunt, ſed ignorantia iuris multis cõceditur, vt minoribus, & fœminis, in quibuſdã caſibus. *l. reg.* §. *videamus. ff. de iur. & fact. ignor. l.* 1. §. *accuſationem eod. tit. l.* 1. §. *accuſationem. ff. ad Turpil. l. mulier. C. eo. tit. l.* 1. §. *quæri. ff. ad l. Cornel. de falſis l.* 1. § 1. *C. de falſa mon. l.* 2. §. *fin ff. de iure fiſci.* Quarto error iuris excuſat à vero dolo, *gl. mag. in l.* 1. *in fin. ff. ſiquis iusdicenti, non obtemperauerit l.* 2. §. *ſi publicanus ff. de vi bonorum rapt. Alex. in l. ſiquis id quod. ff. de iuriſd. omn. iud.* Quomodo igitur errans in iure erit in dolo.

In contrarium, quod veniens contra legem ſit in dolo probat *l. quemadmodum C. de agricol. & cenſit. lib.* 10. *& d. c. qui contra iura, vbi gl. & Dyn.* in quibus emens contra iura eſt in dolo pſumpto, & in mala fide, ſecundo confert tex. in *l. non dubiũ C. de legib.* in quo omnis conuẽtio redditur irrita, q̃ contra tenorẽ legis facta ſit, q ſi dolus non cõmitteretur vtiq; nõ annullaretur actus, verum quia natura doli eſt actũ reſcindere. Proinde contractus celebratus contra legis tenorem irritatur. Tertio huc ſpectat quod in dolo eſſe dicitur qui ad aliquid faciendum ſcit ſe teneri *l. ſi procuratorem.* §. *dolo. ff. mand. l. dolo. ff. ad l. Falcid. Crau. conſ.* 115. *nu.* 2. quilibet autem tenetur ſcire iura *l. leges ſacratiſſimæ. C. de leg.* quod ſi venerit contra eas non facit id, ad quod ſcit ſe teneri. *Bar. in d. l. ſed etſi lege.* §. *ſcire.* inter anguſtias deprehenſus vt hunc quaſi ſcopulum euadat, ita diſtinguendum putauit, Sunt quædam iura prohibentia aliquos actus, & tunc, qui facit actum contra illorũ tenorem dicitur eſſe in dolo, & mala fide, & ita procedit lex quemadmodũ, &c;

qui contra iura, & ratio videtur, quia cum omnes teneantur ſcire, & obſeruare leges,
l. 2. ff. de leg. non facit id, ad quod nouit ſe teneri. Quædam ſunt iura quæ nec prohi-
bent actum, nec illi aſſiſtunt, veluti teſtamentum non ſolenne non valet. *l. 1. ff. de in-
iuſt. rupt. teſtamēto. §. 2. inſtit. quib. mod. teſt. infir.* quia lex huic teſtamēto nō aſſiſtit, & id-
eo qui condit teſtament. non ſeruatis ſolemnitatibus *l. iubemus l. ſancimus l. cum anti-
quitas. C. de teſtament.* & in his iuribus errat non eſt in bona, nec in mala fide, eſt enim
quoddam medium inter bonam, & malam fidem not. in *l. 1. C. de acquirend. poſſ. in l. 3. §.
fin. eod. tit.* quæ licet non ſufficiat ad vſucapionem in qua deſideratur bona fides poſi-
tiue, tamen quo ad fructus acquirendos prodeſt, ſatis eſt enim abeſſe malam fidem,
& in his terminis procedit prior opinio, vt nimirum dolus non præſumatur, & in hoc
ſenſu conceditur minori ignorare iura & iuris error excuſat a dolo ſcilicet a vero dolo
Alex. in l. ſiquis id quod. ff. de iuriſd omn. iud. Porro autem *Bald. in d. l. leges ſacratiſſ.* alia di-
ſtinctione diſſidium componit dicens; Aut ius quod quis ignorat, & contra quod ve-
nit eſt naturale, vel trahit originem à naturali ſiue a naturali æquitate, quę inceſt legi ſe-
cundum naturam; vt abſtinere ab iniuriis, & maleficio, & tunc qui errat, vel cōtra ve-
nit, præſumitur in dolo argumento *l. ſi nō conuitiu ff. de iniur.* Aut iſtud ius ſumit originē
à iure poſitiuo, & tunc ſi eſt ius quodammodò gentium propter generalem conſuetu-
dinē, vt de gabellis ſoluendis q. in omnib. fere mundi partib. ſecundū miſeriā noſtro-
rū temporum obſeruatur & tamen in princ. quā in ſecundo caſu dolus præſumitur nō
culpa, ius. n. ciuile dicitur Notorium, & indubitatum in quo errans creditur eſſe in do-
lo. *Bal. in l. iuris ignorantia n. 3. C. qui admitti, late. Maſcard. concl. 640. vol. 2. fo. 34.* Aut vero
eſt ius mere poſitiuum, non tamen vniuerſale, ſed alicuius loci proprium, & tunc er-
rans, vel contrauenicns, in dolo non erit ſed in culpa, conferunt his quæ tradit *Maſcar.
d. concl. 640. Gabr. in com. tit de reg. iur. concl. 7. Burſat, conſ. 140. & conſ. 157. vol. 2.*

Q. 7. Sed ex Dd. Bal. datur occaſio dubitandi, ſiquidem ait in I. & II. caſu eum qui
errat in iure præſumi in dolo, atq; hunc vere eſſe præſumptū dolū. In alio vero iure po-
128 ſitiuo, non tam generali, cenſeri in lata culpa, at lata culpa † & dolus præſumptus idem
eſſe videntur per tex, in *l. magna de verb. ſignif.* ibi: magna culpa dolus eſt ſcilicet præ-
ſumptus, vt *Alciat. inquit ibi n. 3* quia proxima eſt lata culpa dolo vero, & ideo quælibet
conſtitutio dolū malū dūtaxat præſtari, definiens etiā de lata culpa reg. intelligitur ex
not. in *l. contractus ff. de reg. iur.* Inutilis ergo videtur Bald. diſtinctio cū in I. mēbro, dicat
dolū præſumptū contineri, in II latā culpā quæ eadē eſt cū dolo præſumpto; ſolut. eſt,
vt arbitror, q. duplex inuenitur culpa lata; vna q̄ dicitur verſutiæ; Altera, quæ appella-
tur ignauiæ latiſſ. in *l. quod Nerua, ff depoſit.* & in *ſingul. intell lib. 1. cap. 7.*

Alciat. in l. lata culpæ ff. de verb. ſignif. dicens priorem illum continere in ſe frau-
dem ſequentem vero ignauiam, parum à fraude diſtantem argumento *l. ſi procurat. in
fin. ff. mand.* Dolus autem præſumptus eſt idem quod lata culpa verſutiæ: Alia poteſt eſ-
ſe reſponſio; dolum præſumptum non eſſe culpam latam, ſed latiorem, vt affirmat *A-
lex. in l. 2. n. 4. ff. quod quiſque iuris ex auth. Bart. in l. quod Nerua verb. quarto quæro* placuit &
Baldo in l. pignus. C. de pignor. act. & probauit *Bened. Capra reg. 78. n. 12.* III. huc pertinet, &
parū diſtat a priori ſolutione diſtinctio *Cag. in l. cōtractus n. 75. verb. vel aliter. ff. de reg. iur.*
nempe quod dolus præſumptus eſt duplex, vnus verſutiæ alter deſidiæ, & negligen-
tię, ille prior, non eſt idem quod culpa lata poſterior autem ſic, argumento *d. l. lata cul-
pa ff. de verb. ſignif.*

129 *Quæſt* 8. Alia occurrit quæſtio † ſcitu digna etenim ſtatutum eſt in *c. ſiquis ſuaden-
te 17. quæſt. & in c. ſi vero ext. de ſententia ex com.* Laicum incidere in excommunic, à qua
ſolus Pontifex poteſt abſoluere, ſi violentas manus in clericum iniecerit, & cum ſit
indubitatum, eam conſtitutionem procedere, quando dolo vero id facinoris com-
mittetur non ſine ratione reuocatur in dubium, vtrum obtinear in dolo præſumpto
exemplum erit ſi forte Laicus Clericum in crimine deprehenſum ceperit, inuitum-
que ligauerit, vt *Alciat.* thema proponit in *c. cum non ab homine n 18. & 19 extr. de Iud.* &
arguens pro affirmatiua pręmittit vnum ſcilicet quod lex Canonica præſumit in dolo,
quemcunq; imponentē manus in Clericum per gl. *ſingul in c. ſi Clericus in verb. iniuria de
ſent. ex com. in 6.* vbi auferēs equū Clerico per vim, vt eius auxilio ab inimicis effugeret
dicitur excōmunicatus, & tamē veroſimile eſt nō feciſſe doloſe nō alia ratione inquit
Alciat. niſi quia lex præſumit dolum, hoc, ſic conſtituto, inquit ad mentem *gloſſ. Hoſt. &
aliorum.* Qui ſeſe ingerit in alieno officio præſumitur in dolo. *l ſcire oportet. §. fin. &
ibi Bartol. & Bald. ff. de Tutor. & Curat. dat. ab his*, & ratio eſt, vt ipſe ait, quia præ-

ſumitur

ſumitur contemnere, *c. intelligimus & ibi Abb. ſupra eod. de iud.* Clericum autem ita de-
prehenſum ligare non ſpectabat ad Laicum, ſed alieni erat officii. Secundo qui facit
aliquod de genere prohibitorum, licet in aliquo caſu ſingulari permittatur, præſumi-
tur in dolo *l. ſi non conuicu. C. de iniur.* not. *Bal. in l. dolum. C. de Dolo.* Tertio qui facit, quod
non debet præſumitur in dolo *l. ſi procurat. §. fin. l. dolo ff. mand. Caſtrenſ. in l. vbi exigitur
ff. de edend.*

130 Contrariam ſentẽtiam in exemplo propoſito amplectuntur, † Abb. Decius, & a-
lii, eamq; communi voto probatã eſſe tradit, ibi Alciat. modo fecerit ſine odio, quod
quæcunq; cauſa facile purgat argumento *l. igitur. ff. de liber. cauſ. l. plagii. C. de plagiariis.*
confirmat Abb. eo argumento. Quod ex communicatio non infligitur, niſi exiſtenti
in vero dolo *Io. Andreas in c. quarto de ſententia ex cõmunicat. & ſumma Angelica in verb. ex
commun.* hinc mediator ſi nomine non incideret in excommunicationem ſi neſciret,
nec eſſet in dolo, vt in *extrauag. exorabilis Io. 22.* Augetur à nobis vis argumenti, quip-
pe excommunicatio eſt gladius ſpiritualis occidit enim animã, quę longe precioſior
eſt corpore. Proinde nulla maior eſt pœna in iure canonico *c. corripiant. 24. quæſt. 3* ideo
inquit g. ibi pro leuibus criminibus non eſſe imponendam, eademq; ratione dicitur
meri imperii *l. imperium*, & ibi *Bart. ff. de iuriſd. omn. iud.* Pœna autem capitalis reſpe-
ctu corporis non imponitur, niſi pro vero dolo *l. 1. C. de Sicariis*, merito nec pœna capi-
talis animæ, cui magis adhærendum? *Alciat. de excom non ab homine numer. 19. & 20.* di-
131 ſtinguendum † putauit, Abbatis, & com. ſententiam in foro animæ probans, iura enim
132 quæ ſunt fundata in præſumptione non habent locum in foro animæ † *Io. Andr. in c. 15.
qui fidem extr. de ſponſal. Bald. in l. militis. C. de relig. & ſumpt.* conſtat hanc reg. acceptam
eſſe à D. *Thoma* eamque idem Bald. notat *in auth. ingreſſi. C. de ſacro. eccleſiis*, quod vbi lex
133 vel canon. diſponit aliquid † ſuper certo, & non ſuper præſumpto obtinet in vtroque
foro iudiciali, & conſcientiæ. Aliam vero opinionem inquit admittendam in foro ex-
teriori, ex deductis argumentis. Quæ fallit ſi clericus deprehenſus in crimine paratus
eſſet ad fugã, nititur vero ratio limitationis in reg. Ne delicta remaneant impunita *l. ita
vulneratus. ff. ad leg. Aquil.* Verum tamen opinio Alciati non eſt tuta, vt ſcilicet quis ob
præſumptum dolũ incidat in pœnam *d. c. ſi quis ſuadente*; Quippe fundata eſſet in ſola
authent. gl. *in d. c. ſi clericos de ſent. excom. in 6.* Quæ ſecundum vnam interpretationem
probat contrarium, rurſus pœna illius canonis plectitur; Qui violentas manus iniece-
rit in clericum, porro autem violentia præſupponit verũ dolum *l. 2. §. doli mali mentio. ff.
de vi bonorum rapt. l. 4. ff. ne quis eum, qui in ius vo. vi ex.* Quin immo ſtante etiam dolo ve-
ro, minuitur illa pœna, ſi leuior fuerit offenſio *c. peruenit de ſententia excommunic. extr.* in
quo leuem iniuriam inferens clerico poteſt petere abſolutionem ab epiſcopo.

Quæſt. 9. Prædictis quæſtionibus proxima eſt illa, vtrum dolus præſumptus ſuf-
134 ficiat † ad condemnandum, ad cuius explicationem videndus eſt *Marſil. conſ. 7. num.
10. Gabriel conſ. 169. num. 4. vol. 2.* vbi videtur diſtinguere, an agatur de pœna mortis, vel
de alia meliori, quæritur etiam vtrum Minor aduerſus dolum de futuro, reſtitui poſ-
ſit, in quo, articulo vide *Bart. in l. 1. § nunciatio. num. 32. ff. de nou. oper. nunciat & Iaſ. ibi. nu.
10. circa medium, nouiſſime. Odd. de reſtit. in integr.* & nos forſitan infra in titulo de Dolo
135 futuro copioſius attingemus, venit quoq; in dubium an Doct. † Iuris ciuil. errans in iu-
re præſumatur eſſe in dolo, vel in culpa & *Cabell. Cotta in verb. Doctor. & Bartol. in l. quod
Nerua. nu. 18. & 19. ff. depoſit. Alex. in l. 2. nu. 3. & 4. ff. quod quiſq; iuris. Quæſtionem tract.* Al-
136 *ciat. quoq; reg. 3. præſumpt. 31. n. 6.* ſed † paulo generalius de quocunq; ignorante leges.

De Dolo Aperto, & de Dolo Velato Diuiſio II.

1 *Dolus aut Apertus eſt, aut Velatus.*
2 *Dolus apertus qui ſit ex Baldo.*
3 *Vis, dupliciter ſumitur, ſcilicet in bonam, & in malam partem.*
4 *Dolus apertus committitur, tã per vim publicam, quam per priuatam.*
5 *Vis publica, & priuata, quo modo committantur.*
6 *Priuatæ violentiæ ſpecies, dolum apertum continent.*
7 *Vtrum dolus apertus contineatur in definitione doli*, in l. 1. ff. de Dolo.
8 *Dolus in delictis ſumitur pro animo, & voluntate delinquendi.*
9 De Dolo *velato DD. paucis agunt.*
10 *Dolus velatus qui ſit ex mente Baldi.*
11 *Ex intẽtione Natta, ex opinione Anthoris.*
12 *Doli velati exemplum Baldi, reprobatũ ne.*
13 *Aliud exemplum.*
14 *Doli velati exemplum* Benedicti *Capræ.*

15 *Dolus velatus duplex.*
16 *Dolus velatus quomodo differat à vero do-lo*,& numer.26.
17 *Minor contra dolum velatum reſti-tuitur.*
18 Dolus *velatus, reſcindit, non annullat.fal-lit*, num.25.
19 *Dolus velatus conuenit in multis cum dolo præſumpto.*
20 *Dolus velatus eſt, dolus verus; ſed cooper-tus.*
21 *Dolus præſumptus, reputatur verus legis, vel hominis præſumptione, ſed quo ad veritatem natura poteſt eſſe non ve-rus.*
22 *Præſumptio plerumq; fallax eſt.*
23 *Dolus præſumptus, aut ex hominis, aut le-gis præſumptione.*
24 *Dolus velatus tantum facto hominis ac-cidit.*
25 *Dolus velatus annullat ipſo iure matri-monium.*
26 *Doli veri, & velati exemplum, & diffe-rentia ex Baldo.*

1 DOlus etiam, vt placet *Bal.* † *in l. quæ fortuitis, n.9. verb. item præmitto. C. de pign. act.* di-
uiditur in dolum apertum, & dolum velatum, & apertum definiens ait eum eſſe
2 † qui committitur vi, quæ dicitur eſſe rei maioris impetus, cui reſiſti non poteſt *l. 2. ff.*
quod metus cauſa. ſiue neceſſitas impoſita contraria voluntati, *l. 1. ff. quod metus cau-*
3 *ſa.* ſumitur autem tam † in malam, quam in bonam partem, vt ſi Magiſtra-
tus iure honoris quem ſuſtinet, vel iure licito vim inferat bona vis eſt, non contra bo-
nos mores ciuitatis *l. 3. ff. eod. titulo*, vt accidit quando aliquis quod ſibi deberi putat nõ
per iudicem repoſcit *l. 13. eod.* Bona vis etiam eſt, quæ virtutem ſignificat, vt in *l. ſcire le-*
ges. ff. de leg. in qua ſcire leges non eſt earum verba tenere, ſed vim, ac poteſtatem, eo-
dem ſenſu accipitur in definitione tutelæ in *l. 1. ff. de tutel.* §. 1. *inſt. eod.* & ita ſumpſit *Ci-*
cero quando de finibus dixit; in ſenſibus eſt ſua cuique vis; Mala etiam vis dicitur, quod
nullo iure fit contra liberam alicuius voluntatem, de qua elegantiſſime, *Cicero in o-*
ratione pro Cecinna, & in hac ſignificatione vis, & ius opponuntur *l. extat quod metus*
4 *cauſ.* & ſane dolus apertus, qui ob vim malam committitur reperitur, tam † in publi-
ca vi, quam in priuata; Nam ſiquis per vim ſtuprum apertum committat in aperto
dolo eſt, & in *l. Iuſtam de vi publica committit. l. 29. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult.* Et qui ciuem
ad regem, ad proprium, vel ad alium ſuperiorem appellantem necauerit, torſerit ver-
berauerit, vinxerit dolum apertum committere nullus inficiabitur, dum hoc modo
5 † vim publicam facit, *Iſidor. lib. 5. cap. 26. etymol.* ſumens eam declarationem à *Paulo*
lib. 5. ſent. tit. 26. Quamuis, vis publica coactis, armatiſque hominibus committatur *l.*
3. 4. & 5. ff. de vi pub. § *item lex Iulia. Inſt. de pub. Iud.* in qua dolum apertum contineri
clarius eſt quam opus ſit probare; vim quoque priuatam quæ congregatis ad hoc ho-
minibus ſine armis de ſuo fundo aliquem deiiciendo committitur, *l. 5. ff. de vi priuat.*
6 apertum dolum † præ ſe ferre indubitati iuris eſt, ſicut in eod. dolo eſt qui conuoca-
tis hominibus vim fecerit, per quam quis verberetur, pulſetur, & homo occiſus non
ſit *l. 2. ff. de vi priuat.* vbi vis priuata dicitur, cuius ſane ſpecies, quæ plures ſunt omnes
apertum hunc dolum continent, quarum prima eſt expulſiua, quæ ſi cum telo fiat di-
cta eſt vis armata, qua de fundi poſſeſſione quis deiicitur, & de ea agitur in titulo de vi,
& vi armata, & ad priuatam vim pertinet, licet fiat cum telo; quoniam, vt ſit locus legi
Iuliæ de vi publica, debet aliquis armatis hominib. expelli de poſſeſſione domus, vel a-
gri. *l. 3. ff. de vi publ.* Altera eſt vis turbatiua, cum vterque litigantium ſe poſſeſſorem
afferens, ab alterutro deturbatur, & huc pertinet *titul. ff. uti poſſid.* Cicero eleganter
appellat vim quotidianam, quod poſſeſſores ſolent in dies vtrinque poſſeſſionem vin-
dicare; Inquietatiua vis eſt, cum alter in alterius ſolo ædificat, pertinens ad titulum
ff. quod vi, aut clam. Ablatiua cum ab inuito aufertur, rapitur aliquid, cui inſeruit actio
bonorum raptorum qua tenetur etiam qui rem mobilem, vel ſe mouentem, vi rapue-
rit, quamuis ſuam eſſe exiſtimauerit. §. *quia tamen, Inſtit. de vi bonorum raptorum. l. ſiquis*
in tantum. C. vnde vi eum. l. ſeq. Compulſiua denique vis eſt, cum quis inuitus compel-
litur, vt alii conſentiat, Aduerſus quam ſunt multa iuris inducta remedia, maxime
l. extat. ff. quod met. cauſ. l. pen. ff. de vi priuat. quæcunque igitur vis ſit ex enumeratis dolũ
apertum continet, nullo etenim velo contegitur, nullaque ſimulatione inuoluitur,
ſed aperte, & palam committitur, idem quoque dolus erit in furto manifeſto: ſiqui-
dem nequit eſſe manifeſtum furtum, quum habeat in ſe dolum apertum, ſicut à con-
trario dolus velatus eſt, in furto non manifeſto, vt ſcriptum reliquit, *Bald. in d.*
l. quæ fortuitis. numero 9. In raptu quoque dolus apertus erit, vt in *l. 1. ff. de raptu virg.*
& in l. ſiquis non dicam rapere. & ibi Doct. *C. de epiſc. & Cleric.*

Quæro

7 Quarto cum hic dolus ſit procul dubiò malus, an contineatur † ſub definitione
doli data à ſe *culp. ff. de Dolo*, & profectò videtur contineri, quippe dolus malus ibi de-
finitur, & vt omnibus numeris conſtet definitio debet omnem ſpeciem doli mali
complecti; alioquin Vlpianus in eam reprehenſionem incideret qua Seruium Sulpiti-
um arguebat; quod, ſcil. non omnem dolum comprehenderet. Ex aduerſo pugnant
verba definitionis dolum malum eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinatio-
nem ad circumueniendum fallendumue alteri adhibitum; quippe qui dolum aper-
tum committit, non decipit, non circumuenit, non fallit, ſed vi publica vel pri-
uata rapit, deturbat, inquietat, compellit; ſolutio ſit non contineri in ea definitio-
ne dolum apertum ex allegata ratione; nec propterea deficere iuriſconſultum ſiqui-
dem dolus apertus, qui in delictis, & iis maxime quæ ſunt nominata reperitur, non
8 pro fallacia, aut machinatione, verum pro animo † propoſito, & voluntate faciendi
accipitur, vt ſcilic. qui vi expellit, aut vi turbat, dicatur dolo facere, id eſt, animò, &
intentione faciendi illud delictum; non caſu, vel fortuna, *l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicariis*
ibi: occidendi animo, & ibi: ſi voluntas nocendi intercedit, *l. 1. §. Diuus. ff. eod. tit. Grant.
conſ. 8. col. 1. in fin. videas*, quæ dixi in definitione doli.

De dolo velato.

9 Relinquitur vt ad doli velati explicationem accedamus † de quo gloſſ. mag.
*in l. dolo Cod. de in vtili ſtipul. Bald. in l. quæ de fortuitis Cod. de pignor. act. Cagnol. in l. fin.
numer. 154. Cod. de pact. Barbat. conſ. 4. par. 4. Soc. conſil. 18. verb. circa 1. vol. 1. Pariſ. conſ.
49. num. 36. Natt. conſ. 17. vol. 1. Caprareg. 87. num. 38. & ſeq.* & videamus priori loco, quid
ſit dolus velatus; Secundo, quotuplex ſit; Tertio, qui ſit eius effectus; Quarto, quo mo-
10 do differat à dolo vero atque præſumpto; Ad primum reſpondet, † *Bald. in d. l. quæ for-
tuitis.* ait dolus velatus eſt, qui committitur ſine vi ſimulando, & colligitur ex *l. ea quæ*
11 *ff. de contract. empt. Natt. autem d. conſ. 17. num. 5.* addens ait Dolus velatus † eſt qui com-
mittitur ſimulando vel etiam diſſimulando, *d. §. fin. cui conuenit, l. 1. §. 1. ff. de empt.* ver-
ba *d. §. fin.* ſunt. (*Dolum malum à ſe abeſſe præſtare venditor debet, qui non tam in eo eſt, qui
fallendi cauſa obſcure loquitur; ſed etiam, qui inſidioſe obſcure diſſimulat.*) Ex quibus verbis
poteſt dolus velatus non abſurde deſcribi, vt ſit machinatio obſcuro ſermone, vel in-
ſidioſa diſſimulatione ad fallendum, vel circumueniendum alium adhibita, & *Bald.*
12 *in l. quæ fortuitis*, ponit doli velati exemplum † in eo qui clam furatur, vel in retinen-
do quod debet retinet e per *l. ſiquis mancipiis. §. Proculus. ff. de Inſtitut. actione.* vbi pro-
hibens nequis contrahat cum ſeruo ſuo, & alius contraxerit, ita vt ex eo contractu
aliquid peruenerit ad Dominum prohibentem, qui velit illum creditorem à ſe re-
pellere, quaſi doloſe agat, replicatur contra eum de dolo cum velit locupletari ex
alterius iactura; videtur namque illam prohibitionem feciſſe, non vt damnum eui-
taret ex contractu ſerui, ſed vt inſidioſe lucrum captaret, quod vero Bald. poſuit
13 exemplum † in furto clam facto, apud me valde dubium eſt; quippe minor aduer-
ſus dolum velatum reſtituitur vt paulo infra declarabimus, contra furtum vero,
quamuis occultum non reſtituitur, *l. ſi ex cauſa iudicati. §. nunc videndum. ff. de Minor.
ibi: nam ſi furtum fecit; vel damnum iniuria dedit, non ſubuenitur ei*; Accommodatum
mihi videtur exemplum, *in l. 1. §. venditor. ff. de act. empt.* ibi *venditor ſi cum ſciret de-
beri ſibi ſeruitutem celauit*, & ibi non ſolum ſi non admonuit, ſed & ſi negauit ſerui-
14 tutem deberi † *Capra in tract. regul. concluſione 78. numero trigeſimo octauo, & trigeſi-
mo nono.* Exemplificat dolum velatum in eo, qui metum intulit, nam dolus
eſt velatus ab illo metu, ſeu in illo metu incluſus, *Bartolus tamen in leg. penultim.
§. ſi dos ff. quod Metus cauſa* negat dolum eſſe velatum qui includitur metu, immo
opponit illum dolo velato, & ſequitur, *Baldus de Bartolinis inter repet. in leg. 1. nume-
ro trecenteſimo decimo tertio. verbo. quinquageſimum. ff. ſoluto matrimonio. Cagnol. autem in
leg. fin. numera centeſimo quinquageſimo quarto. Codic. de pact.* inquit dolum velatum
ab eo committi, qui non facit, aut non obſeruat id, ad quod tenetur, probans
authoritate *leg. ſi procuratorem. §. fin. & leg. doli. ff. mandat.* verum hæ leges ex
mente Dd. præſumptum dolum continent, qui ſeparatus eſt à velato, alio-
quin ſi eſſent idem; non conſiſteret aſſignata doli diſtributio in præſumptum &
velatum.

15 Quotuplex autem ſit dolus † velatus non explicant quod ſciam, noſtri DD. Ex dictis autem ſupra poteſt colligi bipartita diuiſio, vt ſcilicet alius ſit dolus velatus velamento metus, vt dixit Capra alius velamento ſimulationis, vel diſſimulationis, vt per *Bald. & Natt. in locis deductis*, quod vero diximus de velo metus diſcrepat ab eo, quod innuimus ſupra dolum apertum eſſe in vi compulſiua. Qui ſit autem effectus doli ve-
16 lati facile intelligemus ſi differentias † inter eum, & verum dolum, atq; præſumptum elucidabimus, quarum prima eſt quia dolus verus eſt apertus, maior eſt, velatus autem minor *Pariſ. conſ. 49. num. 36. in 1. vol. Soce. conſ. 18. viſis verb. circa primum vol 1.* Verus dolus nudus, & expreſſus eſt, velatus autem, quamuis, & ipſe ſit verus, velo tamen ſimulationis, vel metus ſecundum Capram coopertus ſuccedit, vt ſentit *Natt. d. conſ. 17.*
17 *verb. ſi velimus dicere vol. 1.* † preterea contra verum dolum minor, non reſtituitur *l. ſi ex cauſa. §. nunc videndũ l. auxilium ff. de minor*, ſed aduerſus dolum velatum reſtitutionem habet. *Natt. conſ. 17. num. 2. & numer. 6.* Accedit quod dolus verus dans cauſam contractui bonæ fidei annullat ipſo iure *l. eleganter, & ibi Bar. & Doct. ff. de Dolo.* Velatus autem
18 dolus non ita, † nam ſi velatus eſt metu, contractus tenet ipſo iure, habet enim conſenſum, quamuis coactum, in dolo autem aperto ceſſat conſenſus, *Capra d. concl. 78. nu-*
19 *mer.* 40. Dolus autem velatus † conuenit cum præſumpto in omnibus iſtis qualitatibus in quibus diſcrepat à vero dolo, nam & præſumptus eſt minor vero, in præſumpto etiam minor reſtituitur, & reſcinditur ex eo contractus, non autem annullatur,
20 Diſſident autem inter ſe, quandoquidem dolus velatus † eſt verus, licet aliquo velo
21 contractus, non abſolute verus, ſed reputatur verus legis, vel hominis † præſumptione & quo ad veritatem naturæ poteſt eſſe non verus, præſumptio enim plerunq; fal-
22 lax eſt, † & aliis præſumptionibus validioribus refellitur tanquam falſa, vt paulo ſupra pluribus oſtendimus. At dolum velatum eſſe verum palam eſt in eo, qui metum incutit alicui, non poteſt hic vllo modo carere dolo perſpicuum eſt ex *d. l. ea qua § fin. ff. de contrah. empt* & probat *Natt. conſ. d.* Videntur quoque differre quia dolus præſum-
23 tus eſt, aut ex † præſumptione legis, aut ex præſumptione hominis, vt latius diximus in
24 antecedentibus, velatus autem venit dum taxat ex præſumpt. hominis, vt apertum † eſt ex eo dolo, qui clauditur metu, item ex dolo, qui obſcuri ſermonis, vel diſſimulationis velo contegitur, Omittendum tamen non puto, quod tametſi dolus velatus
25 dans cauſam contractui bonæ fidei, non annullat ipſo iure † vt oſtendimus fallit tamen in contractu matrimonii, quandoquidem ipſo iure contractum tollit, ea ratione quia in matrimonio conſenſus debet eſſe omnino liber, cum pure & ſimpliciter contrahatur *c. requiſiuit de ſponſ. c. cum locum eod. tit. c. ſufficit 27. quæſt. 2. Capra, vbi ſupra numero 44.* quod obtinet etiam ſi interuenerit iuramentum per tex. in *c. veniens extra de ſponſ.* Dolus inſuper velatus eo modo quo & præſumptus poteſt remitti *Cag. d. l. fin. n. 154. C. de pact. per conſ. Barbat. 4. vol. 4.* Aliam differentiam inter † dolum verum, ſiue apertũ, & ve-
26 latum ponit Bal. *in l. iubemus nullam. Cap. de ſacroſ. Eccleſiis in fin.* quippe agens de dolo prælati, quatenus noceat, vel non noceat Eccleſiæ, diſtinguit inter dolum apertum & velatum nouum ponens exemplum doli velati, & nos de dolo prælati latius agemus in tractatu de Dolo tertii.

De præterito, & de futuro Dolo, Diuiſio Tertia.

1 *Ordo ſeruandus in explicatione huius Diuiſionis*
2 *Verum hæc diſtributio Doli, iure probetur.*
3 DD. *vno ore conſentiunt præteritum, & futurum dolum inueniri; max.* in l. *1.* §. ſi apud ſeruum ff. depoſit.
4 *Quod vna lege omittitur, ſæpe per alias ſuppletur.*
5 *Dolus præteritus qui ſit, & varia eius exempla.*
6 *Verum dolus præteritus poſſit pacto remitti.*
7 *Dolus delictum eſt.*
8 *Non debet dari occaſio delinquendi.*
9 *Nemo debet locupletari cũ alterius iniuria*
10 *Dolus præteritus ex communi ſententia poteſt remitti, & ibi quæ ſit ratio, ſed non remittetur infamia, quæ ex illo dolo reſultat.*
11 *Iniuria præterita poteſt remitti, & quandoque cenſetur tacite remiſſa.*
12 *Solutio argumentorũ quibus videbatur concludi dolum præteritum, nõ poſſe remitti.*
13 *Confeſſio furis cum iſta qualitate quia putabam dominum permiſſurum non releuat confitentem.*

14 *Quod-*

14 *Quando remittitur dolus, debitor ex pacto lucratur non ex dolo.*

15 *Vtrum dolus prateritus poſsit in vltima voluntate remitti.*

16 *Quæſit in hoc articulo gloſſatoris ſententia diſputant* Dd.

17 *Verbum dictum eſt à veritate, quod nos veritatem loqui oporteat, verba ſunt ſigna interioris hominis ſecundum* D. *Hieronymum.*

18 *An per remiſsionem actionis, cenſeatur facta doli remiſsio, an ſpecialis remiſsio, debeat fieri.*

19 Dolus *prateritus, ex frequentiori ſententia non remittitur in ſupremis iudiciis.*

20 *Rationes diuerſitatis in hoc articulo inter actus inter viuos, & vltima voluntatis.*

21 *Contraria opinio quod in vltima voluntate poſsit dolus remitti in puncto iuris videtur probabilior.*

22 *Diſtinctio ad conciliationem vtriuſque ſententiæ.*

23 *Legatum cauſam lucratiuam continet, & communis ſententia ampliatur.*

24 Limitationes *communis ſententiæ.*

25 Tutor *allogiſta, qui ſit, & huius verbi ſignificatio.*

26 *Vtrum* l. ſi quis rationes. ff de liber. legat. *procedat in dolo præterito, an in dolo futuro.*

27 *Remiſſa liberatione præteritæ adminiſtrationis, non cenſetur remiſſus dolus nec reliquorum reſtitutio.*

28 *Centumuirale iudicium quid ſit, quomodo conſtitutum, quæ eſſet centum virorum Romæ authoritas,*

29 *Centumuiralia iudicia ſymbolum habebãt cum iudiciis Rotalibus noſtri temporis.*

30 *Prætor centum virali iudicio præerat.*

31 *Ex centum virali Magiſtratu deducebantur multi magiſtratus vt decem viri.*

32 *Qui haſtæ præerant Decemuiri litibus iudicandis Triumuiri capitales, triumuiri monetales, quatuor viri viarum vrbis, Itidem ſeptemuiri, qui de cauſis inofficioſi teſtamenti iudicabant.*

33 *Haſta quid ſit, & quam varia eius in iure ſignificatio; ſignum auctionis inſigne Oratoris, & centum virorum ornamentum.*

34 *Cautela pro his, qui ſciunt ſeſe teneri ad reſtitutionem, vel vſurarum, vel male ablatorum, vt animæ ſimul; et filiorum paupertati conſulant.*

35 *Vtrum ad remiſsionem doli ſufficiat generalis renunciatio, an verò ſit neceſſaria ſpecialis.*

36 Tantum *operatur generalis diſpoſitio, quo ad comprehenſa ſub genere, quantum ſpecialis, quo ad contenta ſub ſpecie.*

37 *Specialis renunciatio ex communi ſententia eſt neceſſaria pro remiſsione doli.*

38 *Plures rationes communis opinionis.*

39 *Vbi lex ſpecialiter aliquid requirit, non ſufficit generalis diſpoſitio.*

40 *Filius ex verbis generalibus non cenſetur renunciaſſe ſupplemento legitimæ.*

41 *Generalis remiſsio doli ſufficit, ſi nihil adſit Doloſo, ſpecialis eſt neceſſaria ſi aliquid adſit doloſo.*

42 Specialis *renunciatio doli, quando facta videatur.*

43 *Verbum ſpeciale multifariam ſumitur in iure.*

44 *Vtrum cenſeatur dolus remiſſus per remiſſionem actionis nobis competentis.*

45 *Remiſsio doli, & reſtitutio reliquorum procedunt à Pari.*

46 *Communis opinio probat dolum remiſſum per generalem actionis remiſsionem.*

47 Declaratio *dictæ Communis ſententiæ ex mente Dd.*

48 *Alia declaratio ex intentione Did. vt procedat in ſolo dolo præſumpto.*

49 Diſtinctio *in prædicto articulo, an per remiſsionem actionis cenſeatur facta remiſsio doli.*

50 *Vtrum facta generali remiſsione actionis* Debitori, *qui pluribus actionibus tenebatur, cẽſeatur omnes remiſſæ, remiſsiue.*

51 *Vtrum facto pacto de non petendo dolus præteritus cenſeatur remiſſus.*

52 *Multi ſunt modi in iure recepti remittendi dolum.*

53 *Vtrum, qui dolum ſe feciſſe in teſtamento confitetur, ſibi tantum noceat, an & illi in cuius fauorem dolum commiſerat, teſtimonium dicendo, ſententiam ferendo:*

54 *Confeſſus dolo feciſſe ſibi nocet.*

55 *Confeſſus dolum commiſiſſe non officit illi, in cuius commodum dicitur dolus eſſe commiſſus declara numero penultimo.*

56 T*eſti periuro non creditur.*

57 *Ampliatur illa Communis opinio pluribus modis, maximè in Notario, qui confeſſus ſit falſum inſtrumentum feciſſe.*

58 *Cautela, vt confeſsio Morientis probet etiam contra tertium.*

59 *Confeſsio iudicis in mortis articulo quod iniquam ſententiam tulerit, an noceat, diſtinguitur.*

60 *Confeſsio teſtis, vel iudicis in articulo mortis, tertio non officit, cui tempore confeſſionis erat ius quæſitum.*

61 *Plures q̃ſtiones de dolo præterito, remiſsiue.*

Abſoluimus quantum fuit in nobis diligenter ſecundam doli mali diuiſionem;
aggrediamur ex ordine tertiam Quæ nūc tempore ſumptā in duas ſpecies dolū didu-
cit, alium de præterito, alium de futuro conſtituens, ad cuius partitionis dilucidio-
1 rem explicationem reuoco † primum in dubium, vtrum iure hæc probetur d ſtribu-
tio doli deinde à p̄terito dolo incipientes. Secundo quæremus q̄d ille ſit. Tertio diſpu-
tabimus, nunquid dol⁹ p̄teritum poſſit teſtimonio, vel pacto remitti. Quarto alias huic
dolo conuenientes quæſtiones ſubiiciemus; Ad primum articulum redeundo vide-
2 tur † nullo iure probari noſtram diuiſionem: Etenim *Vlp. in tit. ff. de Dolo*, Vlpianus dolū
bonum, aut malum eſſe dicit, præteritum, & futurum veroſimiliter non relicturus, ſi
iure eſſet: hæc diuiſio conſentanea & augetur ius argumenti, quod nec in *tit. C. de Do-
lo*, Imperator dolum ad futurum, vel præteritum refert, ita fit, vt nedum IC. ſed Imper.
quoque negligentiæ poſſet accuſari; Cæterum in contrarium eſt, frequentior, omni-
3 um opinio, nec vllus † legiſtarum, vel Canoniſtarum eſt qui ab hac diuiſione aude-
at recedere, & ab illis incipiam gloſſ. *Bald. Caſtrenſ. Iaſon in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact.
Cagn. & Dec. in l. contractus. ff. de reg. iur. Bald. Alex. Iaſon. Alciat. in l. actione C. de tranſact.
Bald. & Saly. in l. cum neceſſitatem C. de fideicom. Didac. reſolut. lib. 2. cap. 14. numer. 4. cum
ſeq. Gomeſ. de teſtam. cap. fin. Menoch. de arbitr. caſu 337. numer. 14. Suarez. in ſuo Theſaur.
in verb. Dolus Deciſ. Genua 19. num. 9. Capr. reg. 78. Pariſ. conſ. 84. lib. 1. & conſ. 49. & 90. &
in libr. Deciſ. conſ. 128. numer. 3.* Ex canoniſtis *Abb. Butrius. Felyn. in c. fraternitatis extr. de
teſtibus Fely. in c. ſi diligent. nu. 3. ex. de teſtibus*, ſed vltra DD. probatur per egregiū tex in
l. 1. §. ſi apud ſeruum. ff. depoſit. ibi non tantum præteritus dolus venit in depoſit. actione,
ſed & futurus ſcilicet poſt litem conteſtatā, Addo quod dolus præteritus dicitur ad fu-
turi doli differentiam, & doli præteriti crebra eſt in iure mentio, vt in *l. 28. §. ſi ante. &
l. 13. §. fin. ff. de petit. hered.* ergo præſupponitur dolus futurus, eo quo *in d. §. illud & in l.
contractus ff. de reg. iur.* & in *l. conuenire. ff. de pact. dotal.* Nec vim habet argumentatio de-
4 ducta in contrarium, etenim † quod vna lege omiſſum eſt, ſuppletur per alias nempe
ex *dicta l. §. per ſeruum. ff. depoſit.* & in his terminis diuiſionis Exemplum eſt in *tit. ff. de act.
& oblig.* in quo paucas recenſet IC diuiſiones Actionum plures autem affert *Imp. in tit.
Inſtit. de action.*

Q. 2. Intueamus modo, qui ſit dolus p̄teritus, & ſane doct. q̄ vehementer admiror
declarationē negligunt, nullū eius deſcriptionem afferentes, nos autē inuenimus tex.
ſatis appoſiti dolum præteritū explicantem in *d. l. 28. §. ſi ante*, in illis verbis, *qui vero †
5 prior eſt, & ante litē conteſtatam doli nomine tenetur* Hic eſt dolus præteritus conuenit *l. nec
nullam. §. his autem. ff. de petit. hered.* Ex quibus verbis colligitur in materia petitionis hę-
reditatis dolū præteritum eſſe, qui tempore motę litis vſq; ad litē conteſtatam, iam co-
miſſus erat adeò, vt in alia materia dolus præteritus, recte poſſit dolus appoſiti qui tē-
pore diſpoſitionis, vel inter viuos, vel in vltima voluntate, iam factus, & comiſſus erat,
veluti geſſiſti meam tutelam dolo ſe poſt minorem ætatem fecimus tranſactionem
de dolo ſpecialiter tranſigentes iuxta *l. action. Codic. de tranſaction.* certe de præte-
rito dolo tranſactum eſt *cap. de eo qui tempore adminiſtrationis vſq. ad tranſactionem com-
miſſus erat*, Aut ſi teſtator a rationibus reddendis ob tutelam adminiſtratam tutorem
olim ſuū liberauerit, in terminis *l. ſi quis rationes. ff. de liber. legat.* dolū præteritum cēſetur
remitti, i. illū, qui tēpore adminiſtrationis tutelæ erat iā admiſſus, & ideò alio nomine
dolus commiſſus nūcupatur *l. 1. §. ſi apud Celſum. ff. depoſit. Bar. in l. pomp. n. 7. ff. de neg geſt.*

Q. 3. Sequitur vt diſpiciamus, vtrum dolus iſte præteritus, poſſit teſtamento aut
6 pacto remitti † ſcilicet vt quicquid eo nomine doloſus erat ſoluturus, poſſit ab eo, cui
ſoluendū erat cōdonari; Et ſane videbatur potior negatiua ſentētia In primis quia do-
7 lus delictum † eſt *Rom. in l. ſi mora. ff. ſol. matr. per tex. in l. plane ff. de teſt. & ration. diſtrah. l. ſi
ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de min.* delicta autem non poſſunt remitti pacto priuatorū:
quoniam intereſt Reip delicta puniri *l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. l. iuriſg. §. ſi paciſtar. ff.
de pac.* & in terminis remittendi doli, ne lædatur ius publ. eſt tex. *in l. quinō decedens. ff.
a dmin. tutor.* Secundo ſuffragatur quod ſi poſſet hic dolus remitti daretur occaſio † de-
8 linquendi contra text. in *l. conuenire. ff. de pact. dotal. in l. § ſi conuenerit. ff. depoſit.* quæ iura
licet loquantur in dolo futuro, vigent tamen, & in dolo præterito quippe ſi ſciant ho-
mines dolum non poſſe remitti, fidelius agent cum aliena negocia tractabant q̄ ſi ſpe-
rent poſſe ſibi condonari, nulla eſt maior peccandi illecebra, vt dicebat Cicero quam
9 impunitatis ſpecies; Tertio accedit, quia nemo debet locupletari † cum alterius ia-
ctura *l. lucrum. §. hac quoq. ff. pro ſocio l. ne ex dolo l. Titio in 1. ff. ad Municip. c. ex literis de dolo, &
contum. Rom. conſ. 246. n. 4. Imol. in c. ſi poſtulatus n. 7. de Conceſ. præbend.* Sed

10 Sed tamen cõtraria ſententia eſt votis omnium recepta † per *tex. in l. ſi vnus §. illud* iuxta vnum intellectum magis communem *ff. de pact.* & per tex. quem in hoc ponderat, ſolus *Cagn.* in *l. contractus num.* 80. *ff. de reg. iur.* ſcilicet in *dict. l. ſi vnus. §. pacta quæ turpem, ibi; ſed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus*, nam cum initio illius text. definiatur inualidum eſſe pactum ne furti agam, vel iniuriarum ſcilicet quando furtum, vel iniuriam feceris, ſubnectit poſtea limitando, ſed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus. Quibus ego addo tex. in *l. iuriſgent. §. ſi paciſcar. ff. de pact.* vbi valet pactum, ne agas contra me ob ædes tuas à me incenſas cum dolus erat iam admiſſus in ædibus comburendis, Ibi quoque de furto iam facto paciſci licet, vt gloſſ. declarat. *ver. nam & fur.* merito igitur Doct. vno omnes ore conſentiunt *in d. §. illud in l. actione. C. de tranſact. & in dict. l. contractus & Canon. in d. cap. fraternitatis*, & iſta opinio non ſolum probatur citatis iuribus, ſed etiam ratione, quæ eſt à ceſſanti ratione *l. quod dictum. ff. de pact. c. cum ceſſante extr. de appellat. Bart. in l. 1. §. huius rei. ff. de iuriſd. om. Iud. Roman. in l. ſi vero. § de iure. ff. ſolut. matrim. fallent.* 37. nempe dolus futurus, vt infra exponemus non remittetur, ne detur occaſio delinquendi, Hæc ratio ceſſat quando dolus iam commiſſus eſt, vt conſiderauit *Cagn. d. l. contractus num.* 77. verum hæc ratio non omnino ceſſat, vt palam eſt ex ſecundo argumento, aut ſaltem non eſt ratio inductiua, cur liceat dolum prætetitum remittere, negatio enim & priuatio nihil ponunt in eſſe; & ideo probabilior eſt ratio *Accurſ. in dict. §. pacta quæ turpem, in verbo poſſumus*; Quia hic dolus continet ius partis læſæ, ſiue damnum patientis, non autem tangit ius publicum Iuris autem priuati fieri poſſe remiſſionem definit *tex. in l. pen. C. de pact.* Cui ſimilis alia ratio eſt de qua in *d. § ſi paciſcar.* nempe validum eſſe factum quod eſt de re familiari paciſcentis, non reipubl. nam ſi furtum feciſti teneris in duplum, vel quadruplum, proinde res familiaris;

11 iure ergo remiſſio valet, confert quod pari ratione præterita † iniuria poteſt remitti *Cagnol. in dict. l. contractus num.* 77. *Gomeſ. de teſta. cap. fin. in fin. Suarez. in Theſauro Com. opin. in verbo ingrati*; dicens tacitè etiam interdum cenſeri remiſſum, vt in marito, qui conſcius adulterii ſuæ vxoris tacuit, vſque ad mortem vt latè *per Gabriel. com. opin. in tit. de crimin. Concluſ.* 34. *num.* 8. *Did. in Epith. decretal. §.* 6. *cap.* 7. Quamuis autem dolus præteritus remittatur, non tamen facta doli remiſſione, cenſetur remiſſa infamia doloſa, vt notanter dixit *Alciat. in l. actione n.* 36. *C. de tranſact.*

12 Nec habent momentum † allegata ex aduerſo, & ad primum reſponſio eſt in aperto, quippe dolus eſt delictum, ſed modo publicum, modo priuatum, & hoc quidem remittitur, & de hoc ſentiunt doct. vt conſpicuum eſt ex legibus, quas adducunt in *§. illud in l.* 1. *§. ſi conuenerit. ff. depoſit. in l. conuenire. ff. de pact. dotal.* Ad ſecundum ſolutio eſt ante pedes; quandoquidem ratio futuri doli, non conuenit dolo præterito, ex eo enim quod dolus poſſit remitti ab eo, qui læſus eſt, nemo inuitatur ad delinquendum eo modo, quo dolus eſt remiſſus antequam fiat: ſiquidem ſperari non debet remiſſio cum nemo præſumatur iactare ſuum, *l. cum indebito. ff. de probat. Bart. in l. inter omnes. §. recte ff. de furt* dicens quod non prodeſt furi † confeſſio cum iſta qualitate, quia pu-

13 tauit dominũ permiſſurum, præſumptio enim eſt in contrarium quod Dominus non fuiſſet permiſſurus *d. l. cum de indebito Alex. conſil.* 127. *volu.* 4. *Gabr. com. op. in tit. crimin. concl.* 19. *nu.* 4. *verb. ſecundo amplia*, faciunt not. in *l. vt vim. ff de iuſt. & iur.* & licet melior ſit venia, quam vindicta, quoniam illa mitis eſt ingenii, hęc ferarum, tamen omnes naturaliter gaudemus vltione. Tertium euertitur quod facta doli remiſſione, is qui do-

14 lo fecerat ex pacto † lucratur, non ex dolo, & cauſa immediata lucri, eſt ipſa remiſſio.

15 *Quæſt.* 4. Quarto loco non ineleganter † quæritur vtrum dolus præteritus quem diximus poſſe remitti eodem modo in vltima voluntate remittatur, ac in actu inter

16 viuos ponunt hanc Quæſt. *Dd. in l. actione Cod. de tranſact*, occaſione gloſſæ † illius legis in fine maxime. *Alex. num.* 6. *Dec. numer.* 11. *Iaſ. numer.* 11. *verb. ex tertia parte Cyn. & Bald & alii antiq. in l. ſub prætextu C. eod. tit. Ang. & Bald. in l. ſi vnus § illud. ff. de pact.* & poteſt diuidi in duas partes; prima erit an *gloſſ. in d. l. actione in verb. tranſactum ſit circa medium*, voluerit conſtituere differentiam, quo ad poteſtatem remittendi dolum in vltima voluntate, & in actu inter viuos ſecunda vero circumſcripta mente gloſſ. Quærendum eſt, an iure ſit allegata differentia conſtituenda, quo ad primum concors eſt Doct. opinio voluiſſe Accurſium diſcrimen prædictum ponere, vt colligitur ex verbis ipſius *l. Labeo. ff. de ſuppell. leg.* Sunt enim verba, earum, quas habemus in animo paſſionum notæ *l. ille, aut ille, l. non aliter. ff. de leg.* 3. nec iniuria, verbum enim vt placet

17 Varro. à veritate ducitur, quod ſcilic. verum † nos loqui oporteat, & D. Hieronymus pro ſigno interioris hominis eſſe verba erumpentia dicebat, & Socrates, vt Iuuenem illum cognoſceret, iuſſit loqui *Accurſ. enim dict. gloſſ.* quærit an facta generali tranſaction. cum meo tutore poſſim ea non obſtante illum, de eo quod dolo geſſit conuenire & pro dubitandi ratione reſpondet affirmatiue per text. *in l. Aurelio.* §. *Cauis. ff. de liber leg.* in qua generalis liberatio in vltima voluntate non includit dolum verum, determinat contrarium in tranſactione, & ſic in actu inter viuos, & ſoluens contrarium ait, illud eſt liberationem legare, & ita actum vltimæ voluntatis facere contra *Fulg. cui Iaſon. adhæret. numero 11. verbo non puto.* Ratio *Fulgoſ.* eſt, vt arbitror. quia mens, *Accurſ. in verb. aliud eſt*, non fuit dicere, aliud eſt legare liberationem, id eſt, vltimam voluntatem facere ad differentiam actus inter viuos, ſed fuit dicere aliud eſt relinquere liberationem, vt in *leg. auxilio.* ſcilicet ſimpliciter aliud remittere omnem actionem ſibi competentem, vt ſit in tranſactione ete-
18 nim per hanc remiſſionem † cuiuſcunque actionis cenſetur dolus remiſſus, & talis remiſſio cuiuſque actionis continet dolum, etiam in vltima voluntate facta, atque ita non eſt ſecundum mentem *Accurſ.* differentia inter contractus, & vltimas voluntates, ſed in modo remittendi dolum, id quod probat etiam Iaſon ductus ea ratione, quod gloſſator allegat iura quæ loquuntur in vltima voluntate non allegaturus ſi cogitaſſet non poſſe dolum in vltima voluntate remitti.

Succedit modo ſecundus articulus an quo ad iuris diſpoſitionem ſit inter contractus & ſuprema iudicia conſtituenda differentia, & communis ſchola Dd. probat
19 † ſententiam affirmatiuam, cui non aduerſatur regula trita in foro quod valeat argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. *l. fin. & ibi. Saly. Cod. de legat.* §. *de Inſtitut. de legat.* ſuſ. canon. ſiquidem perdit officium ſuum probata ratione ali-
20 qua differentiæ Roman. in *auth. ſimiliter Cod. ad l. Falcid.* vbi ratione † diuerſitatis enumerat viginti differentias inter actus inter viuos & ſupremas diſpoſitiones, Ratio vero diſcriminis videtur, quoniam cum legata relinquantur ex merito, *leg. nec adiecit. ff. pro Socio*, liberatione generaliter legata non includitur dolus ex veroſimili mente teſtatoris quæ non fuit iuuare doloſum, contractus autem non contemplatione meritorum, ſed ratione vtilitatis vtriuſque contrahentis fieri præſumuntur, proinde facilius creditur remiſſus dolus. Alia quoque eſt ratio Baldi in *leg. ſi vnus.* §. *illud numero ſecundo. verbo tertio quæro ff. de pact* nempe quia legatum interpretamur ex ſola prouidentia Teſtatoris, qui non præſumitur voluiſſe prouidere doloſo, contractus vero, cum pendeant à voluntate duorum, non ſunt interpretandi ex ſolius remittentis voluntate. Tertia quoq; fuit à nobis deducta ratio ſup. in *tit. de Dolo vero*
21 *116. quæſt.* † In contrarium quod non debeat conſtitui diſcrimen in remiſſione doli, ſuadet Primum illa regula, interpretationem fieri contra doloſum, ne ex ſuo dolo lucrum faciat, *l. neque, cum ſimul. ff. de dolo.* præſertim quia potuit latius concipere verba liberationis, & non concepit argumento, *leg. veteribus. ff. de pacto. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbo obligatione.*

Secundo, adſtipulatur, quod ab omni diſpoſitione cenſetur dolus excluſus, *leg. prima. Cod. ſi maior factus, &c. Menoch. de recuper. poſſeſſione remedio 15. numero centeſimo trigeſimo primo.* inquiens maxime hoc obtinere in dolo vero, de quo interim agimus, & *Bald. conſilio 50. lib. 1.* in quo dicit quod in nulla latitudine poteſtatis dolus includitur.

Tertio, Latior ſit interpretatio in vltimis voluntatibus, quam in contractibus. *l. in teſtamentis cum ibi not. à Deci. & Cagnol. ff. de regulis iuris*, in quibus ſi generalis remiſſio, non comprehendit dolum, multo magis dolum excludit à contractibus.

Quarto, ſi in legatis, quæ relinquuntur ex merito ſicut diximus nõ continetur dolus, & tamen meritum poſſet eſſe tale, quod præponderaret damnum illatum ob dolum & ſæpe ex benemeritis poſtea ſequutis præteritæ iniuriæ remittuntur, vt de ingratitudine filii, erga parentem inquiunt Dd. in *auth. ex cauſa C. de liber. præter. in auth. vt cum de appell. cognoſ.* §. *aliud quoque capit.* affirmantes ex benemeritis filii poſtea ſuperuenientibus omnem cenſeri remiſſam iniuriam; idem quoque reſpondendum eſt in contractibus, in quibus nulla habetur ratio meritorum. Quinto has partes adiuuat

adiuuat. Quod in vltimis volnntatibus cenſentur homines liberaliores, quam in actu
inter viuos. §. *primo & ibi Syluest. Aldobrand. de lege Fuſia*. Ea.n. ratione reſtricta erat po-
teſtas domini in ſeruis teſtamento manumittendis, & nihilominus ob generalem re-
miſſionem non præſumuntur remiſiſſe dolum; Sexto ſuffragatur allegata *l. action. in fin.*
C. de tranſact. in qua non ſufficit generalis remiſſio ad excluſionem doli, ſicut nec in
vltima voluntate, & ita arguebat *Fulgos. ibi ſicut refert Alex. nu. 6.* atq; his conferunt quæ
tradit *Saly. in l. cum neceſsitatem C. de fideicomm ſſ.* Quibus rationibus adductus arbitror
hanc poſteriorem ſententiam eſſe legibus magis coſentaneam, quæuis prior ſit magis
22 communis, poſſet autem hoc diſſidium † ita componi, aut contractus in quo ſit gene-
ralis remiſſio, celebratur ex cauſa liberalitatis, & dolus non includitur ad inſtar lega-
torum, in quibus eſt liberalitas *l. legatum ff. de leg. 2. §. legat. Inſt. eod.* & ideo dicuntur cō-
23 tinere † cauſam lucratiuam *l. 1. C. de ſuper lucrat. deſcript. lib. 10. l. hereditatē. ff. mandati Man-
tuan. ſingul. 236.* dicens legati naturam eſſe lucrum afferre & infert ad not. caſum, & re-
linquuntur ob merita, ita quoq; in contractu ex cauſa liberalitatis videtur habita ra-
tio meritorum. Aut dicta remiſſio ſequuta eſt in contractu ex cauſa oneroſa, & tunc
videatur in generali remiſſione dolus incluſus, ſicut tradit *Bald. in d. l. ſi vnus. §. nume-
ro 2. verb. Tertio quæro. ff. de pact. & Socc. ſen. conſ. 73. vol 3. verb. ſecus eſt dicendum.* Si fie-
ret ex mera liberalitate, & ratio eſt in promptu, quippe cum remittens ex illo contra-
ctu lucretur aliquid, videtur magis pronus ad donādum & illud, quod doloſe geſtum
eſt, & ille doloſus, cum aliquid de ſuo dederit dignior eſt, vt ſibi dol9 remittatur, quaſi
illum precio redemerit. Porrò autem communis opinio extenditur vt ſcilicet in vlti-
ma voluntate per generalem remiſſionem non cenſeatur dolus excluſus. quamuis te-
ſtator prohibuiſſet hæredem agere, Bart. *in d. l. Aurelio. §. Caius num. 7. ff. de liber. leg.* per
24 *tex. in l. Lucius. ff. de lib. leg. & per l. non ſolum. §. pro eod. tit.* † Coarctatur etiam per eundem
Bart. in d. §. Caius ex tex. in l. ſiquis rationes in fin. ff. de liber. leg. præterea limitatur ſecun-
dum *Caſtrenſ. d. §, in fin.* quoniam in vltima voluntate remittetur à teſtatore ſpecialis a-
ctio, nam videretur; non ſecus ac in contractibus facta doli remiſſio; id quod placuit
Didac. lib. 2. reſolut. cap. 14. num. 4. & ſeq. hactenus quoad præſentem quæſtionem pro
qua præſtat videre quæ diximus ſupra in *tit. de dolo vero quæſtion. 16.* in qua frequentior
DD. hæc traditio aliis quoq; modis reſtringitur. Et ad vlteriora progredientes videa-
mus, an *l. ſiquis rationes. ff. de lib. leg.* diſponat de pterito dolo vel potius de futuro, & ſane
ad futurum videtur illa diſpoſitio pertinere, vt ſentit *Accurſ. in d. l. actione in gl. fin.* nam
deducit *l. ſi quis rationes, & l. quidam decedens. ff. de admin. tutor.* pro concordantibus dicta
verò *l. quidam.* procedit in futuro dolo, vt dilucide apparet, cum teſtator non ſolum re-
linquit filiis tutorem, ſed pro futura adminiſtratione conſtituat allogiſtam, id eſt, im-
25 munem † à reddenda ratione tutelæ, ſicut ibi interpretatur *Accurſ.* græcum quippe ver-
bum eſt, & latine ſonat ſine reddenda ratione, quemadmodum exponit etiam *Pract.
Papiens. in forma libelli*, quo agitur ad redd. rationē tutelæ in *verb. anologiſtas.* præterea,
& illa verba videntur futurum dolum reſpicere, & ſi quid dolo fecerit, qui rationes
geſſit, verbum fecerit futuri temporis eſt, argumento *l. verbum oportebit & l. verbum
erit, ibi: non ſolum futurum. ff. de verb. ſignif.* Verum tamen DD. frequentius probant agi
26 eo loco de præterito † dolo, ita not. *Bart.* eſſe de mente *gl. in d. l. actione vbi Iaſon num. 12.
& Bartolus in d. l. quidam decedens, & in d. l. Aurelio. §.* Caius *Bald. in l. neceſſitatem col. pen. in
fin. C. de fideicom. & ibi Saly.*

Eſſe verò de mente gloſſæ, ita Bartolus colligit; *Accurſ. loquitur de dolo
præterito*; & allegat *l. ſiquis rationes*, igitur ſentit in ea agi de dolo præteri-
ro. Confirmo ego quoniam allegat *l. petitor eod. tit. de liber. leg.* in qua etiam diſponi-
27 tur † de præterito, vt indicant verba Pauli (petitor, vel poſſeſſor damnauit hæredem
ſuum, ne centumuirale iudicium exerceat) ecce teſtator petebat, & ita dolus iam com-
miſſus erat.

Sed quid ſibi velint illa verba *centumuirale iudicium exerceatur*, ſi quis fortaſ-
28 ſe requirat, eſt enim res cognitione digna, nec rara † eſt huius iudicii in iure noſtro
mentio, reſpondeo Centumviros fuiſſe iudices, quibus difficiles, & arduæ cauſæ
committebantur decidendæ, & tales erant olim Romæ quales noſtra tempeſtate in
maioribus ciuitatibus certis tribunalibus deferuntur, quæ iudicia Rotalia dicuntur;
29 ſiue Rotæ † appellantur, vt exiſtimat *Sigon. de iudiciis libro. 1. cap. 28. verb. ad centum viros*
de his loquitur *Ouid. 4. de Ponto.*

Vtque fuit ſolitus ſediſſem forſitan vnus
De centum iudex in tua verba viris
& ad Piſonem ſcribens:
Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum
Et firmare iubet Centeno Iudice cauſas.

Nam cum eſſent Romæ triginta quinq; tribus, terni ex ſingulis tribubus ſunt
electi ad iudicandum, & licet eſſent centum & quinque numero, tamen quo faci-
lius nominarentur Centum viri ſunt dicti, quos Accurſ. in *d. l. petitor*, & in *l. vltima in*
verb. centum viralis. C. de petit. hæred. perperam ſenatores appellat; cauſas quas iudiciali
munere exercebant, ponit eleganter *Cic. lib. 1. de Oratore* his verbis: Nam velitare in fo-
ro, iactare ſe in cauſis centumuiralibus in quibus Vſucapionum, Tutelarum, Gentili-
tatum, Agnationum, Alluuionum, nexorum, Mancipiorum parietum, luminum, ſtil-
licidiorum, teſtamentorum, ruptorum, aut ratorum, Cæterarumque rerum in-
numerabilium iura verſantur, quæ Cicero. authoritas legum quoque noſtrarum
authoritate roboratur, etenim hereditatem ad illos pertinuiſſe cauſas eſt tex. in *d. l.*
fin. C. de pet. hered & *d. l. petitur* iuncta *gloſſ. de ruptis teſtamentis l. Titio. ff. de in offic. teſtam.*
Valer. etiam libr. 7. teſtatur dicens cum improbiſſimis hominibus de paternis bonis
apud centum viros omnibus non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſ-
30 ceſſit, confirmat *Sigon. de iudiciis libro 1. cap. 22.* Præerat huic iudicio centum † vira-
li Prætor. ſicut Plinius libr. 5. Epiſtolarum ſignificat his verbis, hoc facto commotus
Prætor, qui centumuiralibus præſidet, In quatuor erant conſilia diuiſi centum viri
Sigon. lib. 1. cap. 28. Plin. lib. 2. Epiſtolarum Quintil. libr. 12. & hoc indicant illa verba Va-
lerii apud centum viros, omnibus non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior
diſceſſit; *Plin. lib. 4. Epiſtol.* cum apud centum viros dixiſſem ſubiit recordatio egiſſe
31 me hanc rem æque in quadruplici iudicio. Ex iſto numero † centum virorũ eligeban-
tur Decem viri qui haſtę præerant de quibus *Pomp. in l. 2. §. deinde cum eſſ. t. ff. de orig.*
32 *iur.* ibi decem viros inſtitutos, vt haſtæ † præeſſent, erat autem haſta iudicii ſignum,
& pro iudicio accipiebatur, qui decem viri ſtlitibus quoque iudicandis ſunt vocati
conſtabant *numer. 16.* virorum Ex quibus trium viri capitales, triumviri mone-
tales.

Quatuor viri viarum vrbis quorum etiam officia & munera idem *Pomp.* decla-
rat & *Cuiac. explicat lib. 3. obſeruat. cap. 32.* in quo, & illud addit ex dictis centum viris, ſe-
ptem eligi ſolitos qui cauſas de inofficioſo teſtamento iudicabant de quibus Paulus
Iuriſcon. librũ ſingularẽ ſcripſit ex quo ſumptæ ſunt *l. 7 l. 28. l. 31.* & poſitę ſub *tit. ff. d in-*
off. teſta. vt palam eſt ex inſcriptione, quæ ſecundum pandectas Florent. ita ſe habet,
Paul. lib. ſingulari de ſeptem viralibus iudiciis. licet communis litera dicat de centum vira-
libus iudiciis. Quoniam vero haſtæ verba facimus, admonet hic locus, vt breuiter
33 declaremus quid ſignificet haſta, & ſane † triplicem haſtam inuenio, primam quæ
dicebatur Auctionis cuius quæ vis eſſet, & natura, egregiè declarat *Gellius lib. 7.* vnde
ius auctionis dicitur earum rerum, quæ publicè per præconem ſub haſta præſenti
Magiſtratu vendebantur, de hac haſta agitur in titulo *C. de fide Inſtrum. & iure haſt. fiſcal.*
lib. 10. maxime in *Rub. & l. 4.* tradit *Sigon. de antiquo iure ciu. Roman. li. 1. c. 10 ver. emptio ſub*
corona. Altera fuit haſta, quæ Iuriſdictionis haſta vocabatur, erat enim vnum ex Præto-
ris inſigniis. Prætores enim certis inſignibus ornati certo in loco, certis diebus, & cer-
tis horis ius dicebant, inſignia fuerunt prætexta, ſella curulis, haſta, & Miniſtri vt ſcri-
bę, Accenſi, & lictores; haſtam vero iuriſdictionis inſigne fuiſſe ex eo appareat, quod
Cenſores quoque ea vſi ſunt, & cum vectigalia publice locarunt eam poſuerunt. Præ-
torum etiam inſignia duo fuerunt haſta, & gladius, illa ad Iuriſdict iſte ad quæſt. cri-
minalem ſignificandam *Sigon. de iud. lib. 1. cap. 7. verb. iam vero ſi prætores.* Tertia haſta
fuit Decem virorum, & centum virorum, de qua in *l. 2. §. deinde cum eſſet. ff. de orig. iur.*
Ouid. ad Piſonem in ſupra relatis verſibus, vt ſcriptum reliquit *Sigon. lib. 1. de Iud. cap. 22.*
à quo, omnia quæ obiter diximus, ſed vtiliter vt arbitror, accepimus; Verum vt iam
è diuerticulo in viam redeamus apparet in *d. l. ſi quis rationes.* agi de dolo præterito, nec
quicquam officit verbum, fuerit, ſiquidem natura ſua ad præteritum refertur d. l. ver-
bum oportebit, eoque magis ita dicendum eſt quo adeſt illud adiunctum qui (ratio-
nes geſſit) & non obſcure inſinuat ſpecies illius tex ſupponit enim geſta eſſe negocia
teſtatoris ab eo, à quo prohibuit teſtator rationes eligi.

Cum

Cum itaque palam ſit ex ante dictis dolum præteritum in actu inter viuos, æque,
ac in teſtamento poſſe remitti, infertur ad egregiam cantelam, quam tradit *Dilectus*
34 *de arte teſtam.7.De tutor. & execut. teſtamenti cautel.11.numer.* 33. Nam ſi teſtator † co-
gitans quæ Dei ſunt, velit male ablata in teſtamēto reſtituere & videat filios ob huiuſ-
modi reſtitutionem redigendos in paupertatem, vt animæ ſimul conſulat, filiorumq;
inopiæ ſubueniat remedium eſt, vt tranſigat cum his quibus eſt reſtitutio facienda,
vel cū maiore parte ipſorum de ſoluendo portionē, facta remiſſione reſidui *l. ſi cum. §.* vide S. Antonin
fin. ff. de pact. nam euidentiſſimi iuris etiam ſuper vſuris, & ſuper omni dolo præterito Summ.
tranſigi, vel paciſci ex *d. §. illud l. ſi vnus Bald. conſ.* 185. *lib.* 2. ſi vero reſtitutio ſit facien-
da perſonis incertis, vel in longinquo commorantibus tranſigat cum Epiſcopo vel
ſtudeat, vt epiſcopus intuitu pietatis, partem eius quod erat reſtituendum, vel totum
pie condonet filiis ipſius teſtatoris obligati ad reſtituendum per ea quæ tradunt *DD.*
in cap. cum tu extr. de vſur. & in cap. quam ſit de iudeis per Bald. in cap. primo §. furtum
de pact. iur. firmat. Tabarell. in clement. 1. *de vſur.* & ante compoſitionem factam Cau-
tela *eſt Federici de ſenis conſ.*154.*incip. in quaſt.* Ex cuius dictis colligitur, poſſe fieri moni-
tionem per publica edicta quod ſi qui ſunt, qui aliquid poſſint repetere, compareant
intra certum terminum, alias reſtituenda habebuntur pro incertis & elapſo termi-
no, ab Epiſcopo, vel eius Vicario pronuncietur reſtituenda haberi pro in-
certis, & heredem non teneri ad reſtituendum eis, qui ſic non comparue-
rint in tempore, argumento *l. ſi ab eo. ff. de diſtract. pignor.* cum aliis deductis per
eum.

Quaſt. 5. Hactenus conſtat dolum præteritum poſſe remitti, atque ita liquet de po-
teſtate renunciandi, inquiramus de modo quærentes, vtrum generalis renunciatio
35 ſufficit † an vero ſit neceſſaria ſpecialis, & dato quod ſpecialiter ſit facienda renun-
ciatio inueſtigemus, quo modo, & quando dicatur fieri ſpecialiter, Porrò autem ad
primum videtur cum diſtinctione reſpondendum quippe autem loquimur in con-
tractibus, aut in alterius voluntatibus poſteriori caſu non operatur generalis renun-
ciatio, priori autem videtur eſſe ſatis ſecundum *Com. Doct.* interpretationem, quam
paulo ſupra deduximus, nec non ex notiſſima reg. Quod tantum operatur diſpoſitio
36 † generalis, quo ad omnia comprehenſa ſub genere, quantum ſpecialis, quo ad con-
tenta ſub ſpecie. *Alexand. Socc. & Aret. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. l. ſi duo in fin.* & ibi
Bartol. ff. de admin. Tutor. l. ſi cohors. ff. de leg. 3. *l. omnes vbi Bald. & Angel. not. C. de præ-*
ſcript. 30. *annorum*, corroboratur quoniam expreſſum, & in materia ſtricta, & odio-
ſa generaliter intelligitur *Ang. in l. vltima verb.* 3. *quæritur. ff. de conſt. Principum, Tiraq. de*
legibus Connub gloſſ.7.numer.91.& de retractu conſanguineo.§.1.gloſſ.14 numer. 102. Con-
trarium tamen vno † ore affirmant Dd. *in d l. actione per illum text. in ver. ſpecialiter. Iaſon*
37 *ibi numer.* 8. *in* 30. *not.* addens duo neceſſaria eſſe; quo valeat doli renunciatio, alte-
rum ſcilicet vt renuncians ſit legitimæ ætatis, nempe annorum 25. ſiquidem lex præ-
ſumit in minore, quod ea fragilitate, qua minor inducitur ad tranſigendum, etiam in-
duceretur ad renunciandum dolo, argumento *l. doli mali. ff. de nouat.* Alterum vt ſpe-
cialiter fiat renunciatio quod *Dec. Alex. Alciat. Rimin. Sen.* & cæteri omnes aduer-
tunt. Item *Rimin. Iun. in §.1. de donat. numer.* 2; 2. *ver. non obſtat. quod de Dolo gloſſ. in l. Pomp.*
ff. de neg. geſt. in qua Bartolus ait ſub generali remiſſione dolum non venire *Dec. conſ.*
128. ad idem multa congerit *Maſcard. libro.3.concl.1252.numer.* 12. *cum ſeq.* Ratio vero
cur ſpecialis renunciatio exigatur; † vna eſt ex parte renunciantis, quem veroſimi-
38 le eſt noluiſſe doloſo conſulere tanquam indigno; Altera ex parte doloſi, adverſus
quem in dubio fieri debet interpretatio *Bart. in l. Pomp. numer.3. verb. præter ea ff. de neg.*
geſt. dicens, leges in odium facientis dolum exigere ſpecialem renunciationem, vt
ſcilicet homines deterreantur à delinquendo, deſperata ferme impunitatis ſpe. Ter-
tia ratio eſt ex parte Reipub. cuius intereſt delicta puniri *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.*
proinde lex vult exploratam habere remiſſionem, ſpecialis autem renunciatio, ma-
gis operatur, quam generalis *Iaſon in d. l. actione. numero octauo per tex. vol.* 3. *§. quæ-*
ſitum. ff. ſiquis cautel. gloſſa magiſtr. in cap. quanquam 23. diſt. Tiraquel. de legibus contrahent.
gloſſ. ſeptima. numero 24. Quarta ſumitur ratio ex reg. Com. nempe cauſa ſpeciali no-
ta digna ex generali diſpoſitione videtur neglecta, Item apud Labeonem §. *hoc*
edictum. ff. de iniur. talis eſt cauſa doli ſi ad eius grauitatem reſpiciamus ex qua deciſio-
ne infertur doli remiſſionem, non recte fieri verbis generalib. per reg. vulgarem.

39 Quod vbicunque lex aliquid ſpecialiter requirit , non † ſufficit generalis Diſpoſi-
tio, *Bartolus in l. 1. in fin. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* cum multis congeſtis à *Iaſon. d. l.*
40 *actione numero* 8. vbi infert ad multa, præcipue vero ad illud, quod filius aſſerens † ge-
neraliter ſe tacitum, & contentum relictis à patre in teſtamento pro omni, & toto eo,
q; ſibi deberetur in bonis paternis, non propterea intelligitur renunciaſſe ſupplemen-
to legitimæ per *tex. in §. cæterum in auth. vt cum de appellat. cognoſ.* Vis eſt modo contra-
riis ſatisfacere mirifice enim obſtat circa primum communis illa traditio, in actu vi-
uentium contineri dolum quoties facta ſit generalis remiſſio, id namque pugnat cum
l. actione, quæ loquitur in contractu, & deſiderat ſpecialem renunciationem, & ra-
tio Imperatoris ibi conuenit omni diſpoſitioni inter viuos, & profecto mirum eſt
eoſdem Doct. qui eam ſententiam probant obſeruare omnes ex *dict. l. actionem* ne-
ceſſariam eſſe ſpecialem renunciationem. Exiſtimo cum *Socc.* diſtinguendum, is
enim *conſil. 71. libro. 3. & conſil.* 159 *verb. ex quibus vol. 2.* ait, Aut doloſus ex doloſe ge-
ſtis nihil acquiſiuit nec quicquam habet puta, quia doloſe ſe geſſerit deteriorando da-
41 mnumne inferendo , & tunc cenſetur † remiſſus dolus ex generali remiſſione &
ita procedit communis opinio *Bartol. in d. l. Aurelio. §. Caius numer. 6. ff. de liber. legat.*
Aut ex dolo aliquod ei adeſt quid nimirum aliqua retinuit , & tunc procedat di-
ſpoſitio *d. l. actio. in ver. niſi ſpecialiter ex rationibus* ibi per Socc allegatis, quarum fecimus
mentionem ſupra de dolo vero *Q. 16.* & hinc infertur quod ſi renuncietur Inſinua-
tioni donationis iam præteritæ, ſiue omiſſæ, non creditur remiſſus dolus præteritus,
ea ratione quia non eſt ſpecialis renunciatio *Rimin. Iun. de donat. §. 1. num. 242. verſ. do-
lus; & num. 252. verb. non obſtat.*

Ad ſecundum argumentum ſolutio eſt ante pedes, nempe regulam adductam
non procedere in ea diſpoſitione in qua deſideratur aliquid fieri ſpecialiter, ita limi-
tat *Tiraquel. de leg. Connub. gloſſ. 7. numer.* 119. per ea quæ vna omnium voce tradunt
Bartolus Baldus Salyc. Fulgos. & recentiores *in l. 1. in verb. ſpecialiter. ff. ſi quis in ius voc.
non ierit.* ratio eſt, quia ſi generalis expreſſio eſſet ſatis, fruſtra lex ſpecialem require-
ret. & non vrget etiam quod ad confirmationem dicebatur ; Quandoquidem in o-
dioſis ſicut eſt cauſa doli, ſi lex poſtulet expreſſionem alicuius qualitatis deſidera-
tur ſpecialis expreſſio, nec tanti eſt generalis, Iaſon in *l. prætor col. 2. libr. 3. fallit. ff. de nou
operis nunciat. Tiraquel. d. gloſſ. ſeptima numer.* 16. Quod vero dicebatur ex aduerſo obti-
net in lege pœnali, vult enim Reſpublica delicta omnia puniri, at in ſpecie noſtra,
alia ſit interpretatio , vt delicta non relinquantur impunita , quæ alioqui non ita
facile punirentur , ſi generalis remiſſio eſſet ſatis , vt clarius eſt , quam ſit pro-
bandum.

Quæſt. 6. Cum ergo ſpecialis remiſſio doli exigatur ſit locus dubitationi quando
42 videatur ſpecialiter facta † nam hoc verbum multifariam ſumitur in iure, & primo
quidem ſignificat in priuilegium *Dec. Curt. Iun. & alii in l. 1. num. 47. ff. de officio* eius
argumento tex. in *l. ſi non ſpeciali C. de teſtament. & Cagn. numer.* 73. communem expo-
43 ſitionem dicit eſſe vt refert *Rimin. Iun. d. l. 1. num.* 294. † Secundo ſpecialiter deno-
tat idem quod nominatim *l. 3. ff. de legit. Tutor. l. vxore. §. feliciſſimo. ff. de leg. 3. d. l. 1. ff.
de officio.* eius. in qua Iuriſconſul. quod initio dixerat ſpecialiter infra dicit nomina-
tim, ibi quod lege Iulia de vi nominatim cauetur, & hinc ſpeciale delictum DD. ap-
pellant quod non generali verbo, ſed pluribus verbis ſpecialiter, & nominatim de-
ſignatur, vt cum quis in ius vocatus non paret, cum temere appellat, cum ius dicen-
tem contemnit *l. ſecunda C. de ſportul. l. 2. vbi DD. de Epiſcop. aud.* Tertio ſpecialiter
indicat idem quod expreſſe gloſſa *in dict. l. prima ff. de offic. eius*, & in *l. ſed an vltro. ff.
de neg. geſt. in l. negocium & in l. vltima C. eod.* eſt etiam optimus tex. in *l. ſi expreſſum. ff. de ap-
pellat.* vbi appellatur expreſſum quod mox ſpecialiter dicitur. Quarto ſpecialiter ex-
primi dicitur, quod non poteſt niſi in vna ſpecie verificari per tex. in *l. 2. & ibi DD.
ff. de liber. & poſthum* quem tex. dicit eſſe notabilem, ad hoc *Iaſon conſ. 56. col. pen. vol. 1.*
Quinto ſpecialiter demonſtrat idem quod ſingulariter *l. 3. §. quæſitum iuncta gloſſa in
verb. ſpecialiter. ff. ſi quis cautioni.* Quod attinet ad primam verbi ſignificationem ea
certe noſtri negocii non eſt ; Circa ſecundam non dubito, quin ſatis factum ſit *d. legi
Actione C. de tranſ. & l. Lucius. ff. de liber. legat.* ſi nominatim de dolo tranſactum ſit, aut in
quolibet alio contractu fiat remiſſio doli nominatim, ſcill. habita mentione doli, tunc
n. vere conſtat de mente remittẽtis, idemq; iuris eſſe puto ſi in tertia ſignificatione ex-
p̃ſſe ſit facta remiſſio doli videl. exp̃ſſo dolo; Pari ratione quando ſingulariter cõtingat

dolum

dolum exprimi, valere remiſſionem exiſtimo, ſecundum aliam verbi acceptionem idipſum reſponderem, ſi remiſſionis verba eſſent ita concepta, vt de neceſſitate veri-
44 ficarentur † in actione, veluti ſi tranſigerem cum tutore, & remitterem ei actionem, etiam ob non confectum inuentarium, talis enim remiſſio neceſſario continet dolum, *l. Tutor qui repertorium* vbi *Bar. & alii. ff. de admin. Tutor.* probat etiā *Bart. in l. Aurelio. §. Caius num. 5. ff. de liber. legat.* concludens quod non ſolum inter viuos, verum etiam in vltima voluntate cenſetur dolus remiſſus, ſi remittat aliquis actionem, ex eo contractu debitā in quo venit ſolus dolus, vt in depoſito, & ratio eſt quoniā remiſſio non poteſt in alio, effectum producere, & nō debet manere ſine effectu operādi, citat *l. ſi ei vus. ff. de liber. legat.* idem quoq; videtur ſentire gloſ in *d. §. illud. l. ſi vnus. ff. de pact.* & ibi *Bald. num. 6. verb. ſecundo quæro*, quibus accedit ex modis ſupradictis remittendi dolum colligi expreſſam remittentis ſcientiam, quæ ſufficiens, & efficax, videtur ad validitatem remiſſionis doli, ſicut Author eſt *Didac. libr. 2. reſolut. cap. 4. numero 14. verbo. primum nunquam.*

Quæſt. 7. Quare iure dubitatur, vtrum cenſeatur dolus remiſſus, per remiſſionem actionis nobis competentis *gloſſ. in d. l. actione*, excitauit hāc dubitationem, quam ibi etiam Dd. tractant, maxime *Iaſ. num. 12. Dec. num. 11. Didac. in loco proxime citato nume.*
45 *4. verb.* Secundum *etiam dicens* † Doct. frequentius probari ſententiam gloſſ. affirmatiuam, & citat *Soc. conſ. 33. colum. 1. lib. 3.* Probatur autem ex *l. ſi quis rationes in fin. ff. de li-*
46 *ber. legat.* in qua Vlpianus ait quod ſi quis † velit dolum, & reliqua remittere in teſtamento, ita legare debet, damnas eſto heres meus quicquid ab eo exegerit, illa, vel illa ratione ideo reſtituere, vel actionem remittere; Deinde confirmatur ratione quam ponit *Dec. d. l. actione num. 10. verb. in gloſſ. fin.* nempe quia ſublata eſt actio ſine qua nemo cogere poteſt, cum proditum ſit in iure, neminem experiri ſine actione *l. quoties. §. item ſi temporali. ff. de admin. Tutor. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. Doct. in l. vbi pactum. C. de tranſact. Bart. & Iaſon. in l. ſi Titius & Seius. ff. de verb. oblig.* vbi ponitur regula cum fallent. nouiſſime *Menoch. lib. 1. quæſt. 16. de arbitr. Iud. cauſ.* Tertio ego confirmo à ſimili per Doct. Bart. in *dict. l. Aurelio. §. Caius num.* 3. ibi dum ait quod ſi relinquo liberationem ei, qui tenebatur ex aliquo contractu, in quo venit dolus, leuis, vel leuiſſima vel leuis tantum, videntur relicta omnia, ad quæ ipſe tenetur ratione doli, vel culpæ, & reliquorum, licet rem teſtatoris quam habet reſtituere teneatur per tex. in *l. non ſolum. §. fin. ff. de liber. legat.*

Ex aduerſo pugnat, velut Achilles *text. in d. l. actione* in qua fuerat actio remiſſa imo deducta in Aquilianam ſtipulationem & per acceptilationem extincta, & tamen non cenſetur remiſſus dolus, verum quia in ea ſpecie, omnis alia ceſſat actio, conceditur actio doli; confert tex. in *l. ſub prætextu. C. de tranſact.* in qua, cum ſit extincta actio præſtatur actio doli. Secūdo procedūt à pari promiſſio doli & reſtitutio reliquorū, vt conſtat ex *d. l. ſi quis rationes ex. l. quidam decedens in princ. ff. de adminiſtr. Tutorum.* Per remiſſionem autem actionis reliqua non creduntur remiſſa *l. Lucius in fin. ff. de liber. leg.* ibi niſi expreſſim agatur, nec dolus, ſed *Iaſ. ibi num. 12. & Alciat. l. nume. 36. in verb. ſpecialiter reſpondent.* quod licet Imperator in *l. actione* dicat ſpecialiter, tamen non inquit in indiuiduo, proinde ſatis videtur eſſe remiſſio ſingularis actionis, quæ ſolutio congruit etiā
47 *l. Lucius* quare videtur † incolumis communis opinio, quæ procedit, quando generali verbo eſt ſequuta remiſſio actionis, nempe quamcunque actionē remiſit, item quando doloſo nihil adeſt nec ſupereſt quicquam ex doloſa adminiſtratione doloſo per Doct. *Bart. in d. §. Caius nu. 6.* quam probat *Soc. in alleg. conſil. 73. colum. 2.* ſicut refert *Di-*
48 *dac.* † *in loco ſupra citato*; licet ipſe diſſentiat à Dd. quo ad dolum verum, quem non putat ex illis verbis eſſe remiſſum, ſed præſumptum dumtaxat, forſitan quia facilius præſumitur remiſſus cum leuior ſit, confirmo ego ex doctrina Bartoli in *d. §. Caius num. 6. verb. prædicta vera.* nam ſupra tractauit quid iuris, quando remiſſa eſt actio, vtrum cēſeatur dolus remiſſus, & reſpondet, vt ibi diſtinguendo, poſtea ſubnectit prædicta vera, niſi expreſſe ſit facta mentio doli, & reliquorum, ergo ſentit aperte Bartolus, ſpecialiter, vel expreſſe actum non eſſe de dolo per remiſſionem actionis. Quare ar-
49 bitror † non ineleganter poſſe diſtingui. Aut debitor tenebitur actione vniuerſali vt petitione hereditatis, Aut generali, vt pro ſocio, aut particulari actione, vt Depoſiti; vel ex empto; In primis duobus caſibus remiſſio actionis, non contineat remiſſionem doli; Quippe ſicut actio eſt generalis, vel vniuerſalis, ita generalis eſt non ſpecialis remiſſio doli; & ita procedat *lex actione*

quæ ſicut dixi loquitur in actione generali; In tertio autem caſu videtur dolus remiſſus, quandoquidem ſicut ſpecialis eſt actio, ſic ſpecialis expreſſio doli, & ita procedat lex ſiquis rationes, & hanc ſententiam non obſcure inſinuat *Caſtrenſ. in d. §. illud inferre. l. ſi vnus. ff. de pact.* dum ait, veluti ſi paciſcar, ne depoſiti agam, ſi tamen in actione vniuerſali, vel generali adderentur verba geminata, nempe quicquid per eam actionem vel quocunque modo debeas, remitto, videbitur facta remiſſio doli propterea quod ſub illa generalitate apparet facta ſpecialis expreſſio, accedit & alia diſtinctio, aut remittens actionem, ſcit dolum eſſe commiſſum, & tunc creditur dolum remiſiſſe, & ita intelligitur *dict. l. ſiquis rationes*, Aut ignorabat, & non præſumitur remiſiſſe per tex. in *l. tres fratres. ff. de pact. in l. mater. ff. de inoffic. Teſt.* Quia nihil eſt tam contrarium conſenſui, quam error, *l. 2. ff. de Iud. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud.* & ita accipienda ſit *l. actione*, Creditorem autem habuiſſe, vel non habuiſſe notitiam doli, ex multis colligi poteſt coniecturis.

Quæſt. 8. Porro autem adhuc poteſt in hac materia dubitari quid iuris ſi facta fuerit remiſſio actionis verbis generalibus, ei qui tenebatur pluribus actionibus

50 † particularibus, an cenſeantur omnes remiſſæ, & conſequenter nunquid dolus qui in his veniebat cenſeatur remiſſus. Diſtinguendum videtur, vt per *Bartol. in dict. §. Caio numero nono, column. fin.* quamuis eo loci de dolo nihil dicat explicite.

51 *Quæſt. 9.* His proxima eſt alia quæſtio, quam † ponit *Bald. in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. num. 6. verſ. 2.* quæro nempe feci pactum de non petendo, vtrum includatur dolus præteritus, nempe, vt credatur remiſſus, quam dubitationem ego intelligo, quod quemadmodum pactum de non petendo non tollit actionem §. *præterea.* ibi; efficax actio manet. *Inſt. de except. Doct. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* Sed per exceptionem impedit effectum petitionis, vt ibidem exponitur, Ita per pactum de non petendo non cenſeatur dolus remiſſus, ſed dubitatio ſit an agens ex dolo, poſſit nec, ne exceptione repelli, quaſi reſpectu effectus credatur facta doli remiſſio; Huic quæſtioni reſpondet gloſſ. cum diſtinctione aut obligatio erat ex eo contractu, in quo non venit niſi dolus verus, vel fictus, & creditur remiſſus nimirum quia non poteſt pactum, niſi in hoc vno dolo, in hoc vno effectu verificari; verum ſi talis ſit contractus, in quo veniat etiam culpa leuis, vel leuiſſima non cenſebitur facta remiſſio; quippe quia verificatur in alio, quam in dolo, nimirum in leui, vel leuiſſima culpa; Baldus vero ibi indiſtincte putat dolum non videri remiſſum ex *d. l. actione*, credo voluiſſe, allegare *gloſſ. fin.* illius legis, ſiquidem in littera innuit potius contrarium in verbo ſpecialiter gloſſ. autem cum loquatur generaliter de eo, qui tranſegit cum tutore dicens, quod cenſetur remiſiſſe dolum, ob remiſſionem actionis argumento eſt idem iuris eſſe in illo qui fecerit pactum de non petendo, adducitur ex lege ſub prætextu, *C. eod. tit. de tranſact.* qui probat eodem modo, & reſpondens ad *l. tres fratres. ff. de pact.* quaſi repugnantem inquit ibi contineri dolum præſentem non præteritum, & dolum dantem cauſam contractui propterea non præſumi remiſſum, cæterum; nec Baldo, nec gloſſ. adhæreo quippe dato etiam ex remiſſione actionis inferri doli remiſſionem non arbitror tantundem valere pactum de non petendo in quo remanet efficax actio *d. §. præterea.* Adiuuat noſtram ſententiam tex. in *l. 9. §. pen. ff. de liberat. legat.* in quo hæres à teſtatore vetitus agere contra eum, qui geſſit negocia defuncti non videtur prohibitus agere ad id, quod geſtum eſt doloſe, & paria ſunt, quod quis promittat non agere ſponte ſua, vel ſit à teſtatore grauatus non agere. Ecce quando teſtator remittit actionem, creditur feciſſe doli remiſſionem *dict. l. ſiquis rationes in fine.* Prohibens autem in fine hæredi, ne agat, non eſt locus præſumptioni; verum refragatur noſtræ ſententiæ *l. ſi vnus §. illud ff. de pact.* ibi ne depoſiti agam, & ſic ne depoſitum petam, id eſt pactum de non petendo & continet remiſſionem doli. Tollens obicem dico illud pactum ſua virtute continere remiſſionem actionis, forſitan propter verbum agat, quippe agere ad iudicium refertur, ſoluit & *Bald. numero ſecundo, verbo quarit. gloſſ.* Sed neſcio an ſit omnibus numeris abſoluta reſponſio gloſſ. vero inquit ſingulare eſſe in actione Depoſiti, in qua nihil præter dolum includimus *l. contractus. ff. de regulis iuris l. quod Nerua vbi Doct. ff. Depoſit.* & replicanti venire etiam latam culpam quæ ſola poſſet videri remiſſa ſine dolo, dicitur vtrumque contineri propter affinitatem, quam habent maximam inter ſe.

Egimus

Egimus hactenus de primo modo remittendi dolum de præterito, nimirum per
52 remiſſionem actionis † conſentaneum eſt, vt alios inquiramus, & alium nobis propo-
nit *gloſſ. fin. in d. l. action.* nempe quando manente lite de Dolo, de illo tranſigunt liti-
gantes, alium præterea licet colligere, ex *d. l. ſiquis rationes.* ſcilicet quicquid illa, vel
illa ratione debes, & exigere poſſem, & in iſta, vel illa dolum feciſti, & demũ quicun-
que modus inueniatur, ex quo manifeſte deprehendatur mens volentis remittere.
Satisfactum erit *Dd. d. cap. 14. num. 4. verbo primum* eſt, ſed modo ſit locus dubitationi,
quo tempore debeat fieri doli remiſſio, vt valeat, & *Afflict.* Dec. 220. *n.* 8. reſpondet fa-
ciendam eſſe ex interuallo argumento *l. iuriſg. §. ſi paciſcar. ff de pact.* non aũt in ipſa ra-
tificatione contractus, quandoquidem ſi fieret in continenti eadem facilitate, crede-
retur remiſiſſe dolum qua fecit primum contractum, Aut quia ſi fieret in ipſo contra-
ctu principali videretur magis remiſſio futuri, quæ prohibita eſt. *d. §. illud.* quam doli
præteriti.

53 *Quæſt. 10.* Porro autem hic belle dubitatur, an qui † dolo facit contra alium pu-
ta falſum teſtimonium dicendo, iniuſtam ferendo ſententiam, poſtea in extremis cõ-
ſtitutus præteritum hunc dolum palam profiteatur aut in præcepto quod facit hære-
dibus de reſtituendis turpiter quæſitis dicat iniuſtum ſeſe patrocinium præſtitiſſe, aut
proxenetã vſurarii contractus fuiſſe, aut Simoniæ mediatorem, vtrum hoc teſtimo-
nium valeat, & cui noceat ſcilicet confitenti tantum, an vero &, illi in cuius fauorem
ſententiam tulerat teſtimoniumue dixerat? Duo ſunt diſtinguendi caſus prior eſt nũ-
quid confeſſio officiat Secundus an obſit tertio, qui conſequutus eſt commodum de
54 illo dolo, & ſane ad primum ſententia negatiua videtur ad † veritatem propenſior
ex Doct. *Bart. in l. Aurelius § Cata. ff. de lib. leg. num.* 12. vbi ſi teſtator dixerit in teſtamẽ-
to. Titium ſibi plenarie ſatisfeciſſe, nullum ex ea confeſſione paratur præiudicium
aduerſus teſtatorẽ, vel hæredem, niſi probetur, vere ſatisfactum fuiſſe per tex. *in l. 1. C.
de falſa. cauſ. adiect. 4 leg. iud. l. Aurelius. §. fin* & tamen agitur de præiudicio confitentis,
id quod tanto magis eſt dicendum in caſu noſtro, quanto agitur de grauiore caſu de
dolo ſcilicet quo irrogatur infamia committenti. *l. non debet cum vulg. ff. de Dolo.*

Contraria ſententia pluribus ſuffragiis eſt comprobata, nempe Ang. & aliorum in
l. Lucius. ff. de his qui not. infam. Boer. *Deciſ.* 250 *Ang. in l. errore. C. de teſtam. Fely. in c. ſicut in
princ. de teſt.* & fulcitur illa ratione, quia teſtator videtur feciſſe ad exonerandam con-
ſcientiam memor æternæ ſalutis argumento. *l. fin. ff. ad l. Iul. pecul. c. ſanctmus. 1. quæſt. 7.*
vbi propriæ ſaluti, nemo creditur vllum commodum ante ponere, cum notum ſit o-
mnibus illud Saluatoris quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur &c. Ac-
cedit humana ratio, qua nemo creditur, tam ſui contemptor, & negligens, vt confi-
teatur in fauorem alterius quod ſibi pernicioſum eſt, niſi ſuadente, imo cogente veri-
tate faceret, cum ita ſit natura comparatum, vt omnes melius ſibi eſſe velint quam al-
teri, quibus conuincit, quod nulla eſt maior probatio quam proprii oris confeſſio ſu-
perans omne genus probationis, nec aduerſatur Doct. *Bartol. ſiquidem in dict. l.* 1. in
qua fundata eſt, probatur contrarium: teſtatoris enim confeſſio de recepto valet, vel
ad probandam ſolutionem vel ad oſtendendam eius voluntatem procliuem ad li-
berationem debitoris, niſi liquido claruerit teſtatorem errore lapſum fuiſſe in *§. fin. l.
Aurelius,* deſideratur probatio vt cognoſcatur, vtrum illa pecunia ſit debita vxori ex
noua cauſa fideicommiſſi an vero ex antecedenti contractu, non quod ad fideicom-
miſſi valorem non ſubſiſteret illa confeſſio, & merito: cur enim tam variè in confeſ-
ſione inter viuos, & in teſtamento per text. apertum *in triceſimaquinta, §. codicillis
illa. ff. de leg. tertia,* in quo confeſſio debiti probationem contra Teſtatorem in-
ducit, confert *lex de æquitate ff. de Interrogation. action. l. publ. §. fin. ff. de-
poſito.*

Quod vero attinet ad ſecundum caſum videtur prima fronte probabilior ſen-
55 tentia affirmatiua † primo ex allegata ratione, quemque præſumi æternæ ſalutis me-
morem II. ſi loquamur in teſte, confirmatur, quippe in extremis conſtitutus poteſt ex-
aminari in teſtẽ, quemadmodum & teſtamentũ facere, cum non minus ſit teſtari, quã
teſtificari *l. cum lege. ff. de teſtam. Bal. in c. 1. §. Vaſallus de pace conſtan. Ang. in l. cum antiquitas
§. cum autem. C. de teſtam. Dilect. de arte teſt. tit. 7. caut. 11. numero 4.* ideò *Marſ. in Rub. ff. de fi-
deiuſſor. verb. ſed in caſu reprobat.* Bartolum contrarium tenentem in *l. ſiquis in graui. §. ſi-
quis moriens ff. ad. Syllan.* Tertio ſi agimus de Iudice *Butr. in cap. 2* de arbitrio vero, vel
ſecundo & refert ibi *Imol. verb. ſimiliter,* ſi Iudex, inquit Iudici credit ſuper Iuſtitia

vel iniuſtitia ſuæ ſententiæ longe magis ſi plures eſſent Iudices, qui eandem tuliſſent
ſententiam, & de ipſius iniuſtitia confiterentur, *Iaſon. in l. iuſiurandum. §. ſi procurat. nu-*
mero vigeſimoſeptimo, verbo prædicta mulumſingul. ff. de Iureiur. Verum in contrariam
ſententiam itum eſt à Doctoribus, tam in Iudice, quam in teſte, nempe *Bartol. & Ang.*
Rom. in l. ſiquis in graui. §. ſiquis moriens. ff. ad Syllan. Iaſon in dict. l. Iuſiurandum. §. procurator.
numero vigeſimotertio, cum ſeq. Corn. conſil. 186. verbo licet dictus volum. 1. & conſil. 26. nume.
29. verbo facit volum. 4. Alex. conſil 124. verbo. circa ſecundum Canon. maxime *Aret. in c.*
ſicut de teſtibus Fely. in c. litteris verſ. *in gloſſ. in verbo graui extr. de præſumpt.* latiſſime *Gabri.*
lib. 7. Com. opin. in tit. de crimin. concl. 32. numero ſecundo, & ſeptimo, Ratio communis ſen-
tentiæ eſt ſecundum *Iaſ. d. §. procurator numero vigeſimoquinto,* quoniam non omnis cō-
ſtitutus in mortis articulo eſt S. *Iohannes Bapt. vt author facit Bald. in c. 1. §. Vaſalli de pace*
Conſtan. Sed fragilis eſt quandoquidem, ſi nemo proxime accedit Sancto Iohanni
præſumitur tamen, velle exonerare ſuam conſcientiam, & propterea dicere verita-
tem exiſtimatur; Alia itaque ratio deducitur magis accommodata in *d. cap. ſicut* nem-
pe quia teſtis hic cum iurato depoſuerit & poſtea dixerit ſe falſum depoſuiſſe pecu-
56 nia corruptum, eſt periurus, teſti autem periuro in damnum alterius † non creditur,
& quamuis ibi ſummus Pontifex non agat de teſte in extremis conſtituto, viget tamen
eadem ratio, eſt enim & ipſe periurus, viget quoque in Iudice, quando & ille iurat,
iuſte iudicare *l. rem non nouam Co. de Iud.* Iudices non aliter Iudicialem calculum acce-
piſſe, niſi prius Sacramentum præſtitiſſent omnimodo ſe cum veritate, & legum ob-
ſeruatione iudicium depoſituros, conuenit text. *in cap. per tuas extr. de probat. & l. gene-*
raliter. Cod. de non numerat. pec. In quibus indignum eſſe dicitur, quod quis ſua voce di-
57 lucidè proteſtatus eſt proprio teſtimonio velle confirmare, Extenditur † dicta
communis concluſio ſi plures teſtes idem aſſeruiſſent; Ampliatur numero, ſiue in Iu-
dicio Ciuili, ſiue criminali depoſuiſſent. Tertio porrigitur ad Notarium, qui aſſereret
falſum inſtrumentum feciſſe *Gabriell. dicta Concluſione 32. numero tertio, quarto, quinto,*
decimo, vndecimo. & decimotertio, Iaſon. in dict. §. procurator numero vigeſimotertio, & ſeq.
Ampliatur quoad Iudicem, vt idem obtineat in arbitro, & in electore, qui per ſordes
tuliſſe laudum, aut electionem feciſſe confiteretur, *Gabriel. dict. loco numero decimo,*
verbo ſexto amplia Hoc vero modo conſtituta opinione Communi cum ſuis amplia-
tionibus, non refragantur adducta ex aduerſo ſiquidem primum ſublatum eſt per
rationem *dict. §. ſicut.* Secundum autem euertitur quia procedit, quando rite per Iu-
dicem, vel per Notarium examinaretur, tunc enim licet ſit periurus, & Socius cri-
minis occultus tamen, & difficilis eſſet probatio, facit iudicium ad torturam *l. con-*
ſenſu. §. ſuper plagis, Cod. de repud. cap. fin. extr. de teſtibus cogend. Alexand. conſilio ſexageſimo
58 *quarto, lib. 1.* cum aliis congeſtis à *Dilecto de arte Teſtand. de caut. 11.* in quia † admonet,
vt is, cui fauet morientis confeſſio, curet, vt formiter examinetur à Iudice, Ad ter-
tium ſolutio ſit cum diſtinctione. Aut Iudex deponit de iniuſtitia ſuæ ſententiæ,
& tunc verum eſt argumentum & in hoc caſu limitatur dicta communis concluſio.
Gabriel. citato loco numero octauo, verbo ex quorum dictis, præſertim ſi plures eſſent Iudi-
ces de iniquitate Iudicii; parimodo confitentes *Iaſ. in dict. §. procurator numero vigeſi-*
moſexto, reddens rationem diuerſitatis inter plures teſtes, quibus non creditur, &
plures iudices. Aut Iudices confitentur ſeſe pecunia corruptos tuliſſe ſententiam &
59 tunc nulla eis præſtatur fides; † ratio diſcriminis videtur, quia hoc poſteriori caſu
allegant turpitudinem ſuam, quæ allegatio in præiudicium tertii non valet. *Iaſon. in*
dict. §. procurator numero vigeſimoquarto, in priori verò ſola vertitur Iudicis ignorantia,
qui neſciuit ſecundum leges iudicare, ſecundo limitatur dicta communis concluſio
60 vt procedat quando tempore confeſſionis † erat iam tertio ius quæſitum, ſed quan-
do res eſſet adhuc integra ſane præiudicaretur; *Iaſon. in dict. §. procurator numero vige-*
ſimoquinto, verbo. & ſic poſt ius acquiſitum Gabriel. dicta concluſione 32. in fin. vbi limitat et-
iam, quando præter iuſtam confeſſionem adeſſent aliæ coniecturæ, quę cum illa con-
currerent ad inueniendam veritatem.

61 Tandem vt materia præteriti doli completetur, tres † eſſent tractandæ quæ-
ſtiones. Nempe vtrum Minor aduerſus dolum verum, de præterito in faciendo
poſſit reſtitutionem obtinere. Secunda nunquid aduerſus dolum præſumptum
de præterito. Tertia an contra dolum verum de præterito in omittendo, Cæte-
rum priorem abſoluimus in *titulo de Dolo vero quæſtion. 16.* Alteram explicaui-
mus ſupra in *titulo de Dolo præſumpto,* Vltimam exponemus Deo fauente infra

in

in cap. de dolo in omittendo, atque in his præteriti doli explicatio conquieſcat.

De Dolo futuro, Cap. II.

1 *Ordo ſeruandus in expoſitione doli futuri.*
2 *Dolum futurum non definiunt Dd. Authoris definitio.*
3 *Verba futuri temporis non important canonem latæ ſententiæ.*
4 *Exempla doli futuri, ad clariorem eius interpretationem.*
5 *Diuiſio doli in præteritum, & futurum an ſit probanda.*
6 *Authoris aduerſus Dd. opinio.*
7 *Quotuplex ſit dolus futurus, ſecundũ primam diuiſionem.*
8 *Secunda doli futuri diuiſio.*
9 *Vtrum dolus futurus verus, poſſit remitti directè.*
10 *Valet argumentum de tempore ad tempus.*
11 *Hæres dolum futurum in bonis teſtatoris poteſt remittere.*
12 *Dolus futurus verus ex communi ſententia non remittitur, cuius multiplex ratio.*
13 *Oratio negatiua extenditur in infinitum, affirmatiua verificatur in primo actu.*
14 *Precarium, vtrum ſit bonæ fidei, vel ſtricti iuris.*
15 *Bona fides bifariam ſumitur in iure.*
16 *Homines fiunt deteriores licentia.*
17 *Expedit hominem timere pœnas.*
18 *Teſtator non poteſt remittere cautionem de vtendo & fruendo arb. boni viri.*
19 *Futura ingratitudo non remittitur.*
20 *A Iudice dato cum clauſula appellatione remota, datur appellatio ob dolum ipſius.*
21 *Saluus conductus non extenditur ad futura.*
22 *Peccatum futurum, etiam à Pontificibus non remittitur.*
23 *Multa prohibentur fieri ratione futuri doli.*
24 *Non valet renunciatio exceptioni doli facta in inſtrumento.*
25 *Vtrum dolus futurus verus poſſit indirectè remitti.*
26 *Quando per indirectum dicatur dolus futurus remiſſus.*
27 *Intellectus* l. quidam decedens. ff. de admin. tutorum cum ſeq.
28 *Damnum, quam ſignificationem habeat in iure.*
29 *Fama quid ſit, & à bonis viris ſemper plurimi facienda.*
30 *Liberatio à reddenda ratione, non poteſt remitti limitatur infra.*
31 *Cautela ad remittendum dolum futurum.*
32 *Dolum futurum per indirectum non poſſe remitti pluribus ſuffragiis probant Dd.*
33 *Authoris opinio in hoc articulo.*
34 *Data communi in ea re ſententia quid operetur legatum factum eo modo, vt tutori iure leg. debeatur, quicquid ratione adminiſtrationis fuerit condemnatus.*
35 *Vtrum dolus futurus poſſit tacite remitti.*
36 *Exemplum tacitæ remiſſionis.*
37 *Dolum futurum nec tacite poſſe remitti communis doctorum ſcola probat limit. infra.*
38 *Expreſſum potentius tacito.*
39 *Limitationes communioris ſententiæ.*
40 *Vtrum dolus futurus poſſit cum iuramento remitti.*
41 *Iuramentũ non debet eſſe iniquitatis vinculum, nõ valet contra bonos mores, nec contra pub. vtilitatem præſtitum.*
42 *Nõ incidit in periurium, qui deſerit iuſiurandum ex cauſa à lege conceſſa.*
43 *Diſtinctio in articulo.*
44 *Pauci ſunt caſus, in quibus valeat remiſſio futuri doli cum iuramento.*
45 *Vtrum dolus futurus, poſſit per hæredem teſtatoris remitti.*
46 *Frequentioris ſententia non remittitur futurus dolus ab hærede.*
47 *Vtrum dolus futurus in omittendo, valeat remitti.*
48 *Vtrum dolus præſumptus futurus poſſit remitti, & dato quod ſic.*
49 *Vtrum ſufficiat generalis remiſſio.*
50 *Vtrum dolus velatus poſſit remitti.*
51 *Vtrum dolus re ipſa remittatur.*
52 *Vtrum minor reſtituatur aduerſus dolum præſumptum de futuro.*
53 *Duo capita huius quæſtionis.*
54 *Primum eſt vtrum Minor reſtituatur in prædicto dolo, quando ex eo non ſentit damnum de præſenti.*
55 *Alterum eſt an reſtituatur, quando ex eo dolo ſentit damnum de præſenti.*
56 *Vtrum mulier reſtituatur aduerſus dolum præſumptum de futuro.*

1 A Præterito ad futurum dolum tranſeuntes videamus † priori loco quid ipſe ſit, deinceps bona ſit, nec ne iſta Doli diuiſio Alex. quot ſint futuri doli ſpecies, demum cohærentes huic materiæ ſubiiciemus quæſtiones, & vt eo incipiamus

ordine quo propoſuimus DD. futurum dolum non definiunt, nos credimus † ita poſſe deſcribi, vt dolus futurus ſit, qui non dum cõmiſſus eſt, ſed quem veremur committi, vt in ſimili, *Caius* IC. loquitur de damno infecto *in l. 2. ff. eod.* damnum infectum eſt damnum non dum factũ quod futurum veremur, argumento eſt ipſum nomen, etenim ſi futurus eſt, nec fuit, nec eſt ad huc commiſſus, igitur venturus, ideoq; non abſi-
3 mile eſt quod per manus traditur, quod verba futuri † temporis non ſunt latæ ſententiæ ſed ferendæ *Bart. Bald. Saly. Ang. Caſtr. in l. in criminal. C. de iuriſd. om. Iud. Cano. in c. ſi diligenti extr. de foro comp.* latiſſime *Tiraq. in l. ſi vnquam in verb. reuertatur, num. 39. & ſeq.*
4 *C. de reuoc. donat.* exemplum † elegans huius doli eſt *in l. 1. §. ſi apud ff. Depoſit.* ibi non tantum dolus præteritus in depoſiti actione venit, ſed etiam futurus, id eſt, poſt litem cõteſtatam, cum enim iudicium incipiat à litis conteſtatione *c. ſupra quæſtionum iuncta gl. in verb. litis exordium de officio de leg. & ibi Fely.* Quia illa dicitur lapis angularis iudicii *Bald. in c. 1. de litis conteſt.* dolus poſt litem conteſtatam commiſſus dolus futurus dicitur attento principio iudicii, Alterum exemplum eſt in *l. quidam decedens. ff. de admin. tutor.* in qua tutores quamuis allogiſtæ in teſtamento relicti, niſi præſtiterint bonã fidem, id eſt, ſi dolum fecerint, in adminiſtratione damnantur; hic dolus teſtamento remiſſus per verbum, allogiſtas, futurus erat, & non dum commiſſus. Aliud exemplum ex intentione *Dyn.* recenſet *Iaſon in l. actione numero 13. verb. Dynus in addictione C. de tranſact.*

Quæſt. 2. Succedit ſecunda quæſtio, in cuius diſceptatione videtur potior illa
5 ſententia quæ huic diuiſioni repugnat ſiquidem repetitur dolus præſens, † & eius exemplum eſt *in l. tres fratres. ff. de pact.* vt dixit *Bald. in l. ſi vnus. §. illud num. 6. verb. ſecundo quæro. ff. de pact.* Suffragatur etiam ratio, quippe dolus futurus, & præteritus dicuntur reſpectu temporis, vt apertius eſt, quam ſit probandum, merito, & à præſenti tempore dolus aſſumere nomen conuenit.

Omnium tamen ſuffragiis recepta eſt hæc doli partitio authoritate *legis primæ. §. ſi apud ff. Depoſit.* Quæ futuri, & præteriti doli duntaxat meminit, præſentem quoque non omiſſurus ibi IC. ſi dari cognouiſſet in iure. Confirmatur, quoniam dolus non modo dicitur reſpectu temporis, verum etiam ratione diſpoſitionis, quæ de illo fit remittendo, vt cum teſtamento, tranſactione, vel alia diſpoſitione remittitur. Nam ſi teſtator velit dolum in ſuo elogio remittere, neceſſe eſt aut præteritum remittat, nimirum ei qui ſua negotia preperam geſſerat, aut futurum, ſi tutorem filiis ſuis relictum, liberum eſſe velit à reddenda ratione iuxta l. quidam decedens. Tantundem dicendum eſt ſi fiat tranſactio, præteritus enim dolus erit, vt in *d. l. actione*; aut futurus, veluti ſi conſtituo procuratorem, & doloſam adminiſtrationem remiſero, ita fit, vt attento tempore diſpoſitionis factæ ſuper dolo, nunquam dolus eſt præſens; Eaq; ratione doli præſentis non eſt facta à Doct. in hac diuiſione mentio, & in *d. l. tres fratres*, dolus erat cõmiſſus tempore diuiſionis, & ita præteritus, quia ſcilicet ille frater ad ſuas manus reuocauerat auream pecuniam fratribus ſuis non editurus proinde agere poſſe quando certa eſt iuris concluſio, dolũ præteritũ non videri in dubio remiſſum *Iaſ. in d.*
6 *l. actione n. 7. cum aliis multis ſupra deductis.* Plane † prior opinio eſt ad veritatem propenſior ex apertiſſimo tex. *l. 4. §. quæſitum eſt an de procuratoris dolo. ff. de except. doli* quem miror, DD. non vidiſſe; Nam ait IC. de procuratoris dolo præterito excipi poſſe, ſi in rem ſuam procurator eſſet conſtitutus, ſi vero non in rem ſuam eſſet datus procurator dolum præſentem in exceptione eſſe, ecce ſupponit dari præſentem dolum, id quod etiam probat *Corneus conſ. 189. num. 1. & verb. vol. 1.* dicens præſentem dolum poſſe remitti, & in hoc præcipue dolo verificatur regula celebris, Dolus non fit volenti, aut ſcienti iuribus infra ſuo loco citandis.

7 *Q. 3.* Intueamur ex ordine, quotuplex † ſit iſte futurus dolus, & ſane alius verus eſt, alius præſumptus. *Dec. Cagn. in l. contract. ff. de reg. iur. Alciat. in l. ſi actione nu. 4. C. de tranſact. Rimin. in §. 1. de donat num. 241. & 248. Bart. in l. Aurelius. §. Caius. ff. de liber. leg. Iaſon in l. iuriſgentium. §. ſi fraudandum num. 5. ff. de act. in l. nemo poteſt in 2. lectura num. 41. ff. de leg. 1.* dum prædictis in locis diſputant DD. an ſit prohibitum eodem modo remittere do-
8 lum futurum præſumptũ, ac remittitur verus; Diuiditur † iterum ſic dolus, vt ſcilicet alius dicatur futurus dolus in omittendo alius vero dolus futurus in faciendo *Pariſ conſ. 84. numer. 31. & 32. cum ſeq. vol. 1. & conſ. 67. numero 15. & conſ. 82. numero 15. vol. 3.* Rurſus diſtribuitur, vt vnus appelletur dolus ex propoſito, alter, dolus futurus reipſa *Felyn. in c. ſi diligenti, numero 31. extra de foro compet.*

Quæſt. 4.

Quæſt. 4. Materiam nunc per Quæſt. tractatum videamus priori loco, nunquid
9 dolus futurus verus poſſit directe † remitti pacto, vel teſtimonio accipiendo dolum
iuxta verum ex traditis exemplis, & in l. contractus. ff. de reg. iur. & in c. ſi vnus. §. illud ff. de
pact. & profecto poſſe remitti, probatur ex l. Iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. in qua
Vlpianus ait, quoties agitur de re familiari, paciſci licet, remiſſio autem futuri doli
continet ſine dubio rem familiarem, & in eo iuri noſtro renunciamus, non ſecus, ac
in dolo præterito contingit, cuius remiſſio ex ea maxime ratione ſuſtinetur. Secun-
10 do valet argumentum de tempore ad tempus, præſertim † de præterito ad futurum
l. 2. ff. de Senat. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſ. Scribam, & ibi gloſſ. & Dd. ff. de præſumpt. ideo-
que præſumitur malus in futurum, qui ſemel fuerit malus in præteritum. c. ſemel ma-
lus de reg. Iur. in 6. & qui ſtuduit negligenter Iuri Canonico creditur negligenter da-
turus operam Iuri Ciuili, dolus autem præteritus (vt conſtans eſt omnium opinio) re-
mittitur, igitur, & futurus. Tertio ſuffragatur text in l. quidam decedens. ff. de admin. Tu-
tor. In quo valet remiſſio doli futuri, ſi teſtator dixerit relinquere ſe omne damnum
Tutori, quod ex tutela ſenſerit id quod laudat Alciatus in l. actione numero quadrageſi-
11 motertio, & ſequent. Quarto hæres † dolum futurum in bonis teſtatoris remittere po-
teſt cur diuerſum in defuncto, cum reputentur vna, eademque perſona Auth. de in-
veiur. à morit. præſt. in princ. §. diuturna poſſeſſ. Inſtit. de vſucap. alioquin ſequeretur abſur-
dum, quod hæres maiorem haberet in bonis defuncti poteſtatem ipſo defuncto, an-
12 tecedens probatur Repet. volum. 5. numero 216. fol. 50. Verum omnes † ſine diſcrimine
concludunt oppoſitum in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. Bartol. ſcilicet Bald. Alexandr. Ca-
ſtrenſ. Alberic. Iaſon. Natt. conſilio 524. numero decimoquinto, & ſequent. vbi ponit exem-
pla Ruy. conſilio centeſimouigeſimonono, numero vigeſimoprimo, volum. 5. & conſilio ſexageſi-
monono, numero quarto, volum, 2. Cephal. conſilio trigeſimonono, volum. 1. & conſilio 121. eodem
volum. Alexand. conſilio ſexageſimoſecundo, volum. 4. Soc. conſilio 121. numero ſeptimo, libr. 3.
& conſilio ſeptuageſimoſecundo, & conſilio 282. lib. 2. vbi numero octauo, de Dolo per teſtatorem
remittendo Alciatus in dict. l. actione numero vigeſimonono, & ante eum Iaſon. Bartol. & alii
Pariſ. conſilio quadrageſimonono, numero trigeſimoquinto, & conſilio nono, volum. 1. Gozzad.
conſilio vigeſimooctauo, numero quinto, latiſſimè Butr. conſilio 147. numero ſecundo, & decimo,
vbi citat plures teſtantes de communi Fulgoſ. conſ. 103. Menoch. de arbitr. caſu 335. nume-
ro decimoquarto, Cent. 4. Bald. & Saly. in l. neceſſitatem. Cod. de fideicom. Corn. conſ. 221. nume.
13. volum. 1. Bened. Capra concluſione 78. Deciſ. Delphin. 157. in 2. parte. Medices de fortuitis ca-
ſibus. parte prima. quæſt. 10. numero ſecundo cum ſequent. Iodoc. de patrocinio pupill. cap. 3. vbi
quatuor, vel quinque rationes deducit Canon. maxime. Fely. in c. fraternitatis. column.
4. de teſtibus. Confirmatur autem recepta hæc concluſio; lege primum, deinde ratio-
13 ne nimirum l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. ponderata † illa negatiua vniuerſali, nulla pa-
ctione quæ in infinitum extenditur, & gloſſ. ne. in l. hæc genus. ff. de cond. & demonſtr. Old-
rad. conſ. 16. adeo quod licet oratio affirmatiua verificetur in primo actu l. boues. §. hoc
ſermone. ff. de verb. ſig. Secus tamen eſt in negatiua, quæ in infinitum extendetur, & pre-
terea propoſita verbo, poteſt, vt ibi, tollit omnem potentiam, l. nemo poteſt, & ibi not. ff. de
reg. iur. & indicat pactum eſſe nullum ipſo iure ¶ confirmatur ex l. in commodato iuncta.
gl. ff. commod. In cõmodato ait Paulus hæc pactio, ne dolus præſtetur rata non eſt, gloſſ.
ait, nec alibi, & illud verbum eſt præſentis temporis. Canonem oſtendit, vt diximus,
latæ ſententiæ, Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur num. 21. C. de reuoc. donat. 3. ex l. cõ-
tractus ff. de reg. iur. ibi: excepto eo, quod. Celſus putat non valere ſi conuenerit, ne dolus
præſtetur Quarto corroboratur ex l. conuenire ff. de pact. dot. ibi: illa pacta non ſunt ſer-
uanda, ne ob res amotas agatur. verb. ex leg. ita demum. ff. de arbitr. quam citat. Marſil.
ſing. 289. quæ iura loquuntur in contractibus, pro vltimis autem voluntatibus eſt tex.
in l. quidam. ff. de admin. Tutor. vbi futurus dolus remittitur tutori per indirectum, re-
miſſio autem directa fieri in teſtimonio nequit. Accedit authoritati ratio multiplex
quarum priorem locum obtinet, quæ deducitur ex l. contractus. ff. de reg. iur. ibi: hoc e-
nim bonæ fidei iudicio contrarium eſt. & hoc iure vtimur, vt ſcilicet non valeat con-
uentio nè dolus præſtetur, quam rationem Dec. ibi num. 42 inquit non eſſe generalem
ad contractus, etiam ſtricti iuris, in quibus certum eſt dolum futurum non poſſe re-
mitti Dd. in l. ſi quis cum alter. ff. de verbor. obligation. in l. dolo. Cod. de inutil. ſtipul. & con-
firmatur cum in illa lege ponantur contractus tantum bonæ fidei argumento §. a-
14 ctionum Inſtit. de action. nam † & precarium, cuius ibi Vlpianus meminit bonæ
fidei eſt: l. 1. verſ. ſimile. ff. commod. ibi: precarium commodato ſimile. & produ-

17 Varro. à veritate ducitur, quod ſcilic. verum † nos loqui oporteat, & D. Hiero-
nymus pro ſigno interioris hominis eſſe verba erumpentia dicebat, & Socrates, vt
Iuuenem illum cognoſceret, iuſſit loqui *Accurt. enim dict. gloſſ.* quærit an facta ge-
nerali tranſaction. cum meo tutore poſſim ea non obſtante illum, de eo quod do-
lo geſſit conuenire & pro dubitandi ratione reſpondet affirmatiue per text. *in l. Aure-
lio. §. Cams. ff. de liber leg.* in qua generalis liberatio in vltima voluntate non inclu-
dit dolum verum, determinat contrarium in tranſactione, & ſic in actu inter vi-
uos; & ſoluens contrarium ait, illud eſt liberationem legare, & ita actum vltimæ vo-
luntatis facere contra *Fulg. cui Iaſon. adhæret. numero 11. verbo non puto.* Ratio *Fulgoſ.*
eſt, vt arbitror. quia mens, *Accurſ. in verb. aliud eſt*, non fuit dicere, aliud eſt legare
liberationem, id eſt, vltimam voluntatem facere ad differentiam actus inter viuos,
ſed fuit dicere aliud eſt relinquere liberationem, vt in *leg. auxilio.* ſcilicet ſimplici-
ter aliud remittere omnem actionem ſibi competentem, vt fit in tranſactione ete-
18 nim per hanc remiſſionem † cuiuſcunque actionis cenſetur dolus remiſſus, & ta-
lis remiſſio cuiuſque actionis continet dolum, etiam in vltima voluntate facta, at-
que ita non eſt ſecundum mentem *Accurſ.* differentia inter contractus, & vltimas
voluntates, ſed in modo remittendi dolum, id quod probat etiam Iaſon ductus
ea ratione, quod gloſſator allegat iura quæ loquuntur in vltima voluntate non allega-
turus ſi cogitaſſet non poſſe dolum in vltima voluntate remitti.

Succedit modo ſecundus articulus an quo ad iuris diſpoſitionem ſit inter con-
tractus & ſuprema iudicia conſtituenda differentia, & communis ſchola Dd. probat
19 † ſententiam affirmatiuam, cui non aduerſatur regula trita in foro quod valeat ar-
gumentum de contractibus ad vltimas voluntates. *l fin. & ibi. Saly. Cod. de legat. §.
de Inſtitut. de legat.* fuſ. canon. ſiquidem perdit officium ſuum probata ratione ali-
20 qua differentiæ Roman. in *auth. ſimiliter Cod. ad l. Falcid.* vbi ratione † diuerſi-
tatis enumerat viginti differentias inter actus inter viuos & ſupremas diſpoſitiones,
Ratio vero diſcriminis videtur, quoniam cum legata relinquantur ex merito, *leg.
nec adiecit. ff. pro Socio*, liberatione generaliter legata non includitur dolus ex veroſi-
mili mente teſtatoris quæ non fuit iuuare doloſum, contractus autem non contem-
platione meritorum, ſed ratione vtilitatis vtriuſque contrahentis fieri præſumun-
tur, proinde facilius creditur remiſſus dolus. Alia quoque eſt ratio Baldi in *leg.
ſi vnus. § illud numero ſecundo. verbo tertio quæro ff. de pact* nempe quia legatum interpre-
tamur ex ſola prouidentia Teſtatoris, qui non præſumitur voluiſſe prouidere doloſo,
contractus vero, cum pendeant à voluntate duorum, non ſunt interpretandi ex ſoli-
us remittentis voluntate. Tertia quoq; fuit à nobis deducta ratio ſup. in *tit. de Dolo vero*
21 16. *queſt.* † In contrarium quod non debeat conſtitui diſcrimen in remiſſione doli,
ſuadet Primum illa regula, interpretationem fieri contra doloſum, ne ex ſuo dolo lu-
crum faciat, *l. neque, cum ſimul. ff. de dolo.* præſertim quia potuit latius concipere ver-
ba liberationis, & non concepit argumento, *leg. veteribus. ff. de pacto. l. quicquid aſtrin-
gendæ. ff. de verbo obligatione.*

Secundo, adſtipulatur, quod ab omni diſpoſitione cenſetur dolus excluſus, *leg. prima. Cod. ſi maior factus, &c. Menoch. de recuper. poſſeſſione remedio 15. numero centeſimo trigeſimo primo.* inquiens maxime hoc obtinere in dolo vero, de quo interim agimus, & *Bald. conſilio 50. lib. 1.* in quo dicit quod in nulla latitudine poteſtatis dolus includitur.

Tertio, Latior fit interpretatio in vltimis voluntatibus, quam in contractibus. *l. in teſtamentis cum ibi not. à Deci: & Cagnol. ff. de regulis iuris*, in quibus ſi generalis remiſſio, non comprehendit dolum, multo magis dolum excludit à contractibus.

Quarto, ſi in legatis, quæ relinquuntur ex merito ſicut diximus nō continetur dolus, & tamen meritum poſſet eſſe tale, quod præponderaret damnum illatum ob dolum & ſæpe ex benemeritis poſtea ſequutis præteritæ iniuriæ remittuntur, vt de ingratitudine filii, erga parentem inquiunt Dd. in *auth. ex cauſa C. de liber. præter. in auth. vt cum de appell. cognoſ. §. aliud quoque capit.* affirmantes ex benemeritis filii poſtea ſuperuenientibus omnem cenſeri remiſſam iniuriam; idem quoque reſpondendum eſt in contractibus, in quibus nulla habetur ratio meritorum. Quinto has partes

adiuuat

adiuuat. Quod in vltimis voluntatibus cenſentur homines liberaliores, quam in actu
inter viuos. §. primo & ibi Syluest. Aldobrand. de lege Fuſia. Ea.n. ratione reſtricta erat po-
teſtas domini in ſeruis teſtamento manumittendis, & nihilominus ob generalem re-
miſſionem non præſumuntur remiſiſſe dolum; Sexto ſuffragatur allegata l. action. in fin.
C. de tranſact. in qua non ſufficit generalis remiſſio ad excluſionem doli, ſicut nec in
vltima voluntate, & ita arguebat Fulgos. ibi ſicut refert Alex. nu. 6. atq; his conferunt quæ
tradit Saly. in l. cum neceſſitatem C. de fideicomm ff. Quibus rationibus adductus arbitror
hanc poſteriorem ſententiam eſſe legibus magis cõſentaneam, quæuis prior ſit magis
22 communis, poſſet autem hoc diſſidium † ita componi, aut contractus in quo ſit gene-
ralis remiſſio, celebratur ex cauſa liberalitatis, & dolus non includitur ad inſtar lega-
torum, in quibus eſt liberalitas l. legatum ff. de leg. 2. §. legat. Inſt. eod. & ideo dicuntur cõ-
23 tinere † cauſam lucratiuam l. 1. C. de ſuper lucrat. deſcrips. lib. 10. l. hæreditatẽ. ff. mandati Man-
tuan. ſingul. 236. dicens legati naturam eſſe lucrum afferre & infert ad not. caſum, & re-
linquuntur ob merita, ita quoq; in contractu ex cauſa liberalitatis videtur habita ra-
tio meritorum. Aut dicta remiſſio ſequuta eſt in contractu ex cauſa oneroſa, & tunc
videatur in generali remiſſione dolus incluſus, ſicut tradit Bald. in d. l. ſi vnus. §. nume-
ro 2. verb. Tertio quaro. ff. de pact. & Soc. ſen. conſ. 73. vol 3. verb. ſecus eſt dicendum. Si fie-
ret ex mera liberalitate, & ratio eſt in promptu, quippe cum remittens ex illo contra-
ctu lucretur aliquid, videtur magis pronus ad donãdum & illud, quod dolosè geſtum
eſt, & ille doloſus, cum aliquid de ſuo dederit dignior eſt, vt ſibi dol⁹ remittatur, quaſi
illum precio redemerit. Porrò autem communis opinio extenditur vt ſcilicet in vlti-
ma voluntate per generalem remiſſionem non cenſeatur dolus excluſus. quamuis te-
ſtator prohibuiſſet hæredem agere, Bart. in d. l. Aurelio. §. Caius num. 7. ff. de liber. leg. per
24 tex. in l. Lucius. ff. de lib. leg. & per l. non ſolum. §. pro eod. tit. † Coarctatur etiam per eundem
Bart. in d. §. Caius ex tex. in l. ſiquis rationes in fin. ff. de liber. leg. præterea limitatur ſecun-
dum Caſtrenſ. d. §. in fin. quoniam in vltima voluntate remittetur à teſtatore ſpecialis a-
ctio, nam videretur; non ſecus ac in contractibus facta doli remiſſio, id quod placuit
Didac. lib. 2. reſolut. cap. 14. num. 4. & ſeq. hactenus quo ad præſentem quæſtionem pro
qua præſtat videre quæ diximus ſupra in tit. de dolo vero quæſtion. 16. in qua frequentior
DD. hæc traditio aliis quoq; modis teſtringitur. Et ad vlteriora progredientes videa-
mus. an l. ſiquis rationes. ff. de lib. leg. diſponat de pterito dolo vel potius de futuro, & ſane
ad futurum videtur illa diſpoſitio pertinere, vt ſentit Accurſ. in d. l. actione in gl. fin. nam
deducit l. ſi quis rationes, & l. quidam decedens. ff. de admin. tutor. pro concordantibus dicta
verò l. quidam. procedit in futuro dolo, vt dilucide apparet, cum teſtator non ſolum re-
linquit filiis tutorem, ſed pro futura adminiſtratione conſtituat allogiſtam, id eſt, im-
25 munem † à reddenda ratione tutelæ, ſicut ibi interpretatur Accurſ. græcum quippe ver-
bum eſt, & latine ſonat ſine reddenda ratione, quemadmodum exponit etiam Pract.
Papiens. in forma libelli, quo agitur ad redd. rationẽ tutelæ in verb. anologiſtas. præterea;
& illa verba videntur futurum dolum reſpicere, & ſi quid dolo fecerit, qui rationes
geſſit, verbum fecerit futuri temporis eſt, argumento l. verbum oportebit & l. verbum
erit, ibi: non ſolum futurum. ff. de verb. ſignif. Verum tamen DD. frequentius probant agi
26 eo loco de præterito † dolo, ita not. Bart. eſſe de mente gl. in d. l. actione vbi Iaſon num. 12.
& Bartolus in d. l. quidam decedens, & in d. l. Aurelio. §. Caius Bald. in l. neceſſitatem col. pen. in
fin. C. de fideicom. & ibi Saly.

Eſſe verò de mente gloſſæ, ita Bartolus colligit; Accurſ. loquitur de dolo
præterito; & allegat l. ſiquis rationes, igitur ſentit in ea agi de dolo præteri-
to. Confirmo ego quoniam allegat l. petitor eod. tit. de liber. leg. in qua etiam diſponi-
27 tur † de præterito, vt indicant verba Pauli (petitor, vel poſſeſſor damnauit hæredem
ſuum, ne centumuirale iudicium exerceat) ecce teſtator petebat, & ita dolus iam com-
miſſus erat.

Sed quid ſibi velint illa verba centumuirale iudicium exerceatur, ſi quis fortaſ-
28 ſe requirat, eſt enim res cognitione digna, nec rara † eſt huius iudicii in iure noſtro
mentio. reſpondeo Centumviros fuiſſe iudices, quibus difficiles, & arduæ cauſæ
committebantur decidendæ, & tales erant olim Romæ quales noſtra tempeſtate in
maioribus ciuitatibus certis tribunalibus deferuntur, quæ iudicia Rotalia dicuntur,
29 ſiue Rotæ † appellantur, vt exiſtimat Sigon. de iudiciis libro 1. cap. 28. verb. ad centum viros
de his loquitur Ouid. 4. de Ponto.

Vtque fuit ſolitus ſediſſem forſitan vnus
De centum iudex in tua verba viris
& ad Piſonem ſcribens:
Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum
Et firmare iubet Centeno Iudice cauſas.

Nam cum eſſent Romæ triginta quinq; tribus , terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum , & licet eſſent centum & quinque numero, tamen quo facilius nominarentur Centum viri ſunt dicti, quos Accurſ. in *d. l. petitor* , & in *l. vltima in verb. centum viralis. C. de petit. hæred.* perperam ſenatores appellat; cauſas quas iudiciali munere exercebant , ponit eleganter *Cic. lib. 1. de Oratore* his verbis: Nam velitare in foro, iactare ſe in cauſis centumuiralibus in quibus Vſucapionum, Tutelarum, Gentilitatum, Agnationum, Alluuionum, nexorum, Mancipiorum parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum , ruptorum, aut ratorum , Cæterarumque rerum innumerabilium iura verſantur , quæ Cicero. authoritas legum quoque noſtrarum authoritate roboratur, etenim hereditatem ad illos pertinuiſſe cauſas eſt tex. in *d. l. fin. C. de pet. hered* & *d. l. petitur* iuncta *gloſſ. de ruptis teſtamentis l. Titio. ff. de inoffic. teſtam. Valer. etiam libr. 7.* teſtatur dicens cum improbiſſimis hominibus de paternis bonis apud centum viros omnibus non ſolum conſiliis , ſed etiam ſententiis ſuperior diſ-
30 ceſſit , confirmat *Sigon. de iudiciis libro 1. cap. 22.* Præerat huic iudicio centum † virali Prætor. ſicut Plinius libr. 5. Epiſtolarum ſignificat his verbis , hoc facto commotus Prætor, qui centumuiralibus præſidet, In quattuor erant conſilia diuiſi centum viri *Sigon. lib. 1. cap. 28. Plin. lib. 2. Epiſtolarum Quintil. libr. 12.* & hoc indicant illa verba Valerii apud centum viros , omnibus non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit ; *Plin. lib. 4. Epiſtol.* cum apud centum viros dixiſſem ſubiit recordatio egiſſe
31 me hanc rem æque in quadruplici iudicio. Ex iſto numero † centum virorũ eligebantur Decem viri qui haſtę præerant de quibus *Pomp. in l. 2. §. deinde cum eſſet. ff. de orig.*
32 *iur.* ibi decem viros inſtitutos, vt haſtæ † præeſſent , erat autem haſta iudicii ſignum, & pro iudicio accipiebatur , qui decem viri ſtilitibus quoque iudicandis ſunt vocati conſtabant *numer.* 16. virorum Ex quibus trium viri capitales , triumviri monetales.

Quatuor viri viatum vrbis quotum etiam officia & munera idem *Pomp.* declarat & *Cuiac. explicat lib. 3. obſeruat cap.* 32. in quo , & illud addit ex dictis centum viris, ſeptem eligi ſolitos qui cauſas de inofficioſo teſtamento iudicabant de quibus Paulus Iuriſcon. librũ ſingularẽ ſcripſit ex quo ſumptæ ſunt *l. 7 l. 28. l. 31.* & poſitę ſub *tit. ff. d inoff. teſta.* vt palam eſt ex inſcriptione , quæ ſecundum pandectas Florent. ita ſe habet, *Paul. lib. ſingulari de ſeptem viralibus iudiciis.* licet communis litera dicat de centum viralibus iudiciis. Quoniam vero haſtæ verba facimus , admonet hic locus , vt breuiter
33 declaremus quid ſignificet haſta, & ſane † triplicem haſtam inuenio, primam quæ dicebatur Auctionis cuius quæ vis eſſet , & natura , egregiè declarat *Gellius lib. 7.* vnde ius auctionis dicitur earum rerum , quæ publicè per præconem ſub haſta præſenti Magiſtratu vendebantur, de hac haſta agitur in titulo *C. de fide Inſtrum. & iure haſt. fiſcal. lib.* 10. maxime in *Rub. & l. 4.* tradit *Sigon. de antiquo Iure ciu. Roman. li. 1. c. 10 ver. emptio ſub corona.* Altera fuit haſta, quæ Iuriſdictionis haſta vocabatur, erat enim vnum ex Prætoris inſigniis. Prætores enim certis inſignibus ornati certo in loco, certis diebus, & certis horis ius dicebant, inſignia fuerunt prætexta , ſella curulis, haſta, & Miniſtri vt ſcribę, Accenſi, & lictores ; haſtam vero iuriſdictionis inſigne fuiſſe ex eo appareat , quod Cenſores quoque ea vſi ſunt, & cum vectigalia publice locarunt eam poſuerunt. Prætorum etiam inſignia duo fuerunt haſta, & gladius, illa ad Iuriſdict iſte ad quæſt. criminalem ſignificandam *Sigon. de iud. lib. 1. cap. 7. verb. iam vero ſi prætores.* Tertia haſta fuit Decem virorum, & centum virorum, de qua in *l. 2. §. deinde cum eſſet. ff. de orig. iur. Ouid. ad* Piſonem in ſupra relatis verſibus , vt ſcriptum reliquit *Sigon. lib. 1. de Iud. cap. 22.* à quo, omnia quæ obiter diximus, ſed vtiliter vt arbitror, accepimus ; Verum vt iam è diuerticulo in viam redamus apparet in *d. l. ſi quis rationes.* agi de dolo prætérito, nec quicquam officit verbum, fuerit, ſiquidem natura ſua ad præteritum refertur d. l. verbum oportebit , eoque magis ita dicendum eſt quo adeſt illud adiunctum qui (rationes geſſit) & non obſcure inſinuat ſpecies illius tex ſupponit enim geſta eſſe negocia teſtatoris ab eo, à quo prohibuit teſtator rationes eligi.

Cum itaque palam ſit ex ante dictis dolum præteritum in actu inter viuos, æquè, ac in teſtamento poſſe remitti, infertur ad egregiam cautelam, quam tradit *Dilectus*
34 *de arte teſtam.7. De tutor. & exeeut. teſtamenti cautel. 11. numer. 33.* Nam ſi teſtator † cogitans quæ Dei ſunt, velit male ablata in teſtaméto reſtituere & videat filios ob huiuſmodi reſtitutionem redigendos in paupertatem, vt animæ ſimul conſulat, filiorumq; inopiæ ſubueniat remedium eſt, vt tranſigat cum his quibus eſt reſtitutio facienda, vel cũ maiore parte ipſorum de ſoluendo portionẽ, facta remiſſione reſidui *l. ſi cum. §. fin. ff. de pact.* nam euidentiſſimi iuris etiam ſuper vſuris, & ſuper omni dolo præterito tranſigi, vel paciſci ex *d. §. illud l. ſi vnus Bald. conſ.* 185. *lib.* 2. ſi vero reſtitutio ſit facienda perſonis incertis, vel in longinquo commorantibus tranſigat cum Epiſcopo vel ſtudeat, vt epiſcopus intuitu pietatis, partem eius quod erat reſtituendum, vel totum pie condonet filiis ipſius teſtatoris obligati ad reſtituendum per ea quæ tradunt *DD. in cap. cum tu extr. de vſur. & in cap. quam ſit de iudeis per Bald. in cap. primo §. furtum de pact. iur. firmat. Tabarell. in clement.* 1. *de vſur.* & ante compoſitionem factam Cautela *eſt Federici de ſenis conſ.* 154. *incip. in quæſt.* Ex cuius dictis colligitur, poſſe fieri monitionem per publica edicta quod ſi qui ſunt, qui aliquid poſſint repetere, compareant intra certum terminum, alias reſtituenda habebuntur pro incertis & elapſo termino, ab Epiſcopo, vel eius Vicario pronuncietur reſtituenda haberi pro incertis, & heredem non teneri ad reſtituendum eis, qui ſic non comparuerint in tempore, argumento *l. ſi ab eo. ff. de diſtract. pignor.* cum aliis deductis per eum.

arida S. Antonin Summ.

Quæſt. 5. Hactenus conſtat dolum præteritum poſſe remitti, atque ita liquet de poteſtate renunciandi, inquiramus de modo quærentes, vtrum generalis renunciatio
35 ſufficit † an vero ſit neceſſaria ſpecialis, & dato quod ſpecialiter ſit facienda renunciatio inueſtigemus, quo modo, & quando dicatur fieri ſpecialiter, Porrò autem ad primum videtur cum diſtinctione reſpondendum quippe autem loquimur in contractibus, aut in alterius voluntatibus poſteriori caſu non operatur generalis renunciatio, priori autem videtur eſſe ſatis ſecundum *Com. Doct.* interpretationem, quam paulo ſupra deduximus, nec non ex nötiſſima reg. Quod tantum operatur diſpoſitio
36 † generalis, quo ad omnia comprehenſa ſub genere, quantum ſpecialis, quo ad contenta ſub ſpecie. *Alexand. Socc. & Aret. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. l. ſi duo in fin.* & ibi *Bartol. ff. de admin. Tutor. l. ſi cohors. ff. de leg.* 3. *l. omnes vbi Bald. & Angel. not. C. de præſcript. 30. annorum*, corroboratur quoniam expreſſum, & in materia ſtricta, & odioſa generaliter intelligitur *Ang. in l. vltima verb.* 3. *quæritur. ff. de conſt. Principum, Tiraq. de legibus Connub. gloſſ.* 7. *numer.* 91. *& de retractu conſanguineo. §. 1. gloſſ.* 14 *numer.* 102. Contrarium tamen vno † ore affirmant Dd. *in d. l. actione per illum text. in ver. ſpecialiter. Iaſon*
37 *ibi numer.* 8. *in* 30. *not.* addens duo neceſſaria eſſe; quo valeat doli renunciatio, alterum ſcilicet vt renuncians ſit legitimæ ætatis, nempe annorum 25. ſiquidem lex præſumit in minore, quod ea fragilitate, qua minor inducitur ad tranſigendum, etiam induceretur ad renunciandum dolo, argumento *l. doli mali. ff. de nouat.* Alterum vt ſpecialiter fiat renunciatio quod *Dec. Alex. Alciat. Rimin. Sen.* & cæteri omnes aduertunt. Item *Rimin. Iun. in §. 1. de donat. numer.* 2. 3. *ver. non obſtat. quod de Dolo gloſſ. in l. Pomp. ff. de neg. geſt.* in quia Bartolus ait ſub generali remiſſione dolum non venire *Dec. conſ.* 128 ad idem multa congetit *Maſcard. libro.* 3. *concl.* 1252. *numer.* 12. *cum ſeq.* Ratio verò cur ſpecialis renunciatio exigatur; † vna eſt ex parte renunciantis, quem veroſimi-
38 le eſt noluiſſe doloſo conſulere tanquam indigno; Altera ex parte doloſi, aduerſus quem in dubio fieri debet interpretatio *Bart. in l. Pomp. numer.* 3. *verb. prater ea ff. de neg. geſt.* dicens, leges in odium facientis dolum exigere ſpecialem renunciationem, vt ſcilicet homines deterreantur à delinquendo, deſperata ferme impunitatis ſpe. Tertia ratio eſt ex parte Reipub. cuius intereſt delicta puniri *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* proinde lex vult exploratam habere remiſſionem, ſpecialis autem renunciatio, magis operatur, quam generalis *Iaſon in d. l. actione. numero octauo per tex. vol.* 3. *§. quæſitum. ff. ſi quis cautel. gloſſa magiſtr. in cap. quanquam* 23. *diſt. Tiraquel. de legibus contrahent. gloſſ. ſeptima. numero* 24. Quarta ſumitur ratio ex reg. Com. nempe cauſa ſpeciali nota digna ex generali diſpoſitione videtur neglecta, l. item apud Labeonem §. *hoc edictum. ff. de iniur.* talis eſt cauſa doli ſi ad eius grauitatem reſpiciamus ex qua deciſione infertur doli remiſſionem, non rectè fieri verbis generalib. per reg. vulgarem.

39 Quod vbicunque lex aliquid ſpecialiter requirit , non † ſufficit generalis Diſpoſi-
tio, *Bartolus in l. 1. in fin. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* cum multis congeſtis à *Iaſon. d. l.*
40 *actione. numero* 8. vbi infert ad multa, præcipue vero ad illud, quod filius aſſerens † ge-
neraliter ſe tacitum, & contentum relictis à patre in teſtamento pro omni, & toto eo,
q; ſibi deberetur in bonis paternis, non propterea intelligitur renunciaſſe ſupplemen-
to legitimæ per *tex. in §. cæterum in auth. vt cum de appellat. cognoſ.* Vis eſt modo contra-
riis ſatisfacere mirifice enim obſtat circa primum communis illa traditio, in actu vi-
uentium contineri dolum quoties facta ſit generalis remiſſio, id namque pugnat cum
l. actione, quæ loquitur in contractu, & deſiderat ſpecialem renunciationem, & ra-
tio Imperatoris ibi conuenit omni diſpoſitioni inter viuos, & profecto mirum eſt
eoſdem Doct. qui eam ſententiam probant obſeruare omnes ex *dict. l. actionem* ne-
ceſſariam eſſe ſpecialem renunciationem. Exiſtimo cum *Socc.* diſtinguendum, is
enim *conſil. 73. libro. 3. & conſil.* 159 *verb. ex quibus vol.* 2. ait, Aut doloſus ex doloſe ge-
ſtis nihil acquiſiuit nec quicquam habet puta, quia doloſe ſe geſſerit deteriorando da-
41 mnumue inferendo , & tunc cenſetur † remiſſus dolus ex generali remiſſione &
ita procedit communis opinio *Bartol. in d. l. Aurelio. §. Casus numer. 6. ff. de liber. legat.*
Aut ex dolo aliquod ei adeſt quid nimirum aliqua retinuit , & tunc procedat di-
ſpoſitio *d. l. actio. in ver. niſi ſpecialiter ex rationibus* ibi per Socc allegatis, quarum fecimus
mentionem ſupra de dolo vero *Q. 16.* & hinc infertur quod ſi renuncietur Inſinua-
tioni donationis iam præteritæ, ſiue omiſſæ, non creditur remiſſus dolus præteritus,
ea ratione quia non eſt ſpecialis renunciatio *Rimin. Iun. de donat. §. 1. num. 242. verſ. do-
lus; & num. 252. verb. non obſtat.*

Ad ſecundum argumentum ſolutio eſt ante pedes, nempe regulam adductam
non procedere in ea diſpoſitione in qua deſideratur aliquid fieri ſpecialiter, ita limi-
tat *Tiraquel. de leg. Connub. gloſſ. 7. numer.* 119. per ea quæ vna omnium voce tradunt
Bartolus Baldus Salyc. Fulgos. & recentiores *in l. 1. in verb. ſpecialiter. ff. ſi quis in ius voc.
non ierit.* ratio eſt, quia ſi generalis expreſſio eſſet ſatis, fruſtra lex ſpecialem require-
ret. & non vrget etiam quod ad confirmationem dicebatur; Quandoquidem in o-
dioſis ſicut eſt cauſa doli, ſi lex poſtulet expreſſionem alicuius qualitatis deſidera-
tur ſpecialis expreſſio, nec tanti eſt generalis, Iaſon in *l. prætor col. 2. libr. 3. fallis. ff. de non
operis nunciat. Tiraquel. d. gloſſ. ſeptima numer. 16.* Quod vero dicebatur ex aduerſo obti-
net in lege pœnali, vult enim Reſpublica delicta omnia puniri; at in ſpecie noſtra,
alia ſit interpretatio , vt delicta non relinquantur impunita , quæ alioqui non ita
facile punirentur , ſi generalis remiſſio eſſet ſatis , vt clarius eſt , quam ſit pro-
bandum.

Quæſt. 6. Cum ergo ſpecialis remiſſio doli exigatur ſit locus dubitationi quando
42 videatur ſpecialiter facta † nam hoc verbum multifariam ſumitur in iure, & primo
quidem ſignificat in priuilegium *Dec. Curt. Iun. & alii in l. 1. num. 47. ff. de officio* eius
argumento tex. in *l. ſi non ſpeciali C. de teſtament. & Cagn. numer. 73.* communem expo-
43 ſitionem dicit eſſe vt refert *Rimin. Iun. d. l. 1. num. 294.* † Secundo ſpecialiter deno-
tat idem quod nominatim *l. 3. ff. de legit. Tutor. l. vxore. §. feliciſſimo. ff. de leg. 3. d. l. 1. ff.
de officio.* eius. In qua Iuriſconſul. quod initio dixerat ſpecialiter infra dicit nomina-
rim, ibi quod lege Iulia de vi nominatim cauetur, & hinc ſpeciale delictum DD. ap-
pellant quod non generali verbo, ſed pluribus verbis ſpecialiter, & nominatim de-
ſignatur, vt cum quis in ius vocatus non paret, cum temere appellat, cum ius dicen-
tem contemnit *l. ſecunda C. de ſportul. l. 2. vbi DD. de Epiſcop. aud.* Tertio ſpecialiter
indicat idem quod expreſſe gloſſa *in dict. l. prima ff. de offic. eius*, & in *l. ſed an vltro. ff.
de neg. geſt. in l. negocium & in l. vltima C. eod.* eſt etiam optimus tex. in *l. ſi expreſſum. ff. de ap-
pellat.* vbi appellatur expreſſum quod mox ſpecialiter dicitur. Quarto ſpecialiter ex-
primi dicitur, quod non poteſt niſi in vna ſpecie verificari per tex. in *l. 2. & ibi DD.
ff. de liber. & poſthum* quem tex. dicit eſſe notabilem, ad hoc *Iaſon conſ. 56. col. pen. vol. 1.*
Quinto ſpecialiter demonſtrat idem quod ſingulariter *l. 3. §. quæſitum iuncta gloſſa in
verb. ſpecialiter. ff. ſi quis cautioni.* Quod attinet ad primam verbi ſignificationem ea
certe noſtri negocii non eſt; Circa ſecundam non dubito, quin ſatis factum ſit *d. legi
Actione C. de tranſ. & l. Lucius. ff. de liber. legat.* ſi nominatim de dolo tranſactum ſit, aut in
quolibet alio contractu fiat remiſſio doli nominatim, ſcill. habita mentione doli, tunc
n. vere conſtat de mente remittẽtis, idemq; iuris eſſe puto ſi in tertia ſignificatione ex-
p̄ſſe ſit facta remiſſio doli videl. exp̄ſſo dolo; Pari ratione quando ſingulariter cõtingat

dolum

dolum exprimi, valere remiſſionem exiſtimo, ſecundum aliam verbi acceptionem idipſum reſponderem, ſi remiſſionis verba eſſent ita concepta, vt de neceſſitate veri-
44 ficarentur † in actione, veluti ſi tranſigerem cum tutore, & remitterem ei actionem, etiam ob non confectum inuentarium, talis enim remiſſio neceſſario continet dolum, *l. Tutor qui repertorium* vbi *Bar. & alij. ff. de admin. Tutor.* probat etiã *Bart. in l. Aurelio. §. Caius num. 5. ff. de liber. legat.* concludens quod non ſolum inter viuos, verum etiam in vltima voluntate cenſetur dolus remiſſus, ſi remittat aliquis actionem, ex eo contractu debitã in quo venit ſolus dolus, vt in depoſito, & ratio eſt quoniã remiſſio non poteſt in alio, effectum producere, & nõ debet manere ſine effectu operãdi, citat *l. ſi ei rus. ff. de liber. legat.* idem quoq; videtur ſentire gloſ. in *d. §. illud. l. ſi vnus. ff. de pact.* & ibi *Bald. num. 6. verb. ſecundo quæro,* quibus accedit ex modis ſupradictis remittendi dolum colligi expreſſam remittentis ſcientiam, quæ ſufficiens, & efficax, videtur ad validitatem remiſſionis doli, ſicut Author eſt *Didac. libr. 2. reſolut. cap. 4. numero 14. verbo. primum nunquam.*

Quæſt. 7. Quare iure dubitatur, vtrum cenſeatur dolus remiſſus, per remiſſionem actionis nobis competentis *gloſſ. in d. l. actione,* excitauit hãc dubitationem, quam ibi etiam Dd. tractant, maxime *Iaſ. num. 12. Dec. num. 11. Didac. in loco proxime citato nume.*
45 *4. verb.* Secundum *etiam dicens* † Doct. frequentius probari ſententiam gloſſ. affirmatiuam, & citat *Soc. conſ. 33. colum. 1. lib. 3.* Probatur autem ex *l. ſi quis rationes in fin. ff. de li-*
46 *ber. legat.* in qua Vlpianus ait quod ſi quis † velit dolum, & reliqua remittere in teſtamento, ita legare debet, damnas eſto heres meus quicquid ab eo exegerit, illa, vel illa ratione ideo reſtituere, vel actionem remittere; Deinde confirmatur ratione quam ponit *Dec. d. l. actione num. 10. verb. in gloſſ. fin.* nempe quia ſublata eſt actio ſine qua nemo cogere poteſt, cum proditum ſit in iure, neminem experiri ſine actione *l. quoties. §. item ſi temporali. ff. de admin. Tutor. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. Doct. in l. vbi pactum. C. de tranſact. Bart. & Iaſon. in l. ſi Titius & Seius. ff. de verb. oblig.* vbi ponitur regula cum fallent. nouiſſime *Menoch. lib. 1. quaſt. 16. de arbitr. Iud. cauſ.* Tertio ego confirmo à ſimili per Doct. Bart. in *dict. l. Aurelio. §. Caius num. 3.* ibi dum ait quod ſi relinquo liberationem ei, qui tenebatur ex aliquo contractu, in quo venit dolus, leuis, vel leuiſſima vel leuis tantum, videntur relicta omnia, ad quæ ipſe tenetur ratione doli, vel culpæ, & reliquorum, licet rem teſtatoris quam habet reſtituere teneatur per tex. in *l. non ſolum. §. fin. ff. de liber. legat.*

Ex aduerſo pugnat, velut Achilles *text. in d. l. actione* in qua fuerat actio remiſſa imo deducta in Aquilianam ſtipulationem & per acceptilationem extincta, & tamen non cenſetur remiſſus dolus, verum quia in ea ſpecie, omnis alia ceſſat actio, conceditur actio doli; confert tex. in *l. ſub prætextu. C. de tranſact.* in qua, cum ſit extincta actio præſtatur actio doli. Secũdo procedũt à pari promiſſio doli & reſtitutio reliquorũ, vt conſtat ex *d. l. ſi quis rationes ex. l. quidam decedens in princ. ff. de adminiſtr. Tutorum.* Per remiſſionem autem actionis reliqua non creduntur remiſſa *l. Lucius in fin. ff. de liber. leg.* ibi niſi expreſſim agatur, nec dolus, ſed *Iaſ. ibi num. 12. & Alciat. l. nume. 36. in verb. ſpecialiter reſpondent.* quod licet Imperator in *l. actione* dicat ſpecialiter, tamen non inquit in indiuiduo, proinde ſatis videtur eſſe remiſsio ſingularis actionis, quæ ſolutio congruit etiã
47 *l. Lucius* quare videtur † incolumis communis opinio, quæ procedit, quando generali verbo eſt ſequuta remiſſio actionis, nempe quamcunque actionẽ remiſit, item quando doloſo nihil adeſt nec ſupereſt quicquam ex doloſa adminiſtratione doloſo per Doct. *Bart. in d. §. Caius nu. 6.* quam probat *Soc. in alleg. conſil. 73. colum. 2.* ſicut refert *Di-*
48 *dac.* † *in loco ſupra citato*; licet ipſe diſſentiat à Dd. quo ad dolum verum, quem non putat ex illis verbis eſſe remiſſum, ſed præſumptum dumtaxat, forſitan quia facilius præſumitur remiſſus cum leuior ſit, confirmo ego ex doctrina Bartoli in *d. §. Caius num. 6. verb. prædicta vera.* nam ſupra tractauit quid iuris, quando remiſſa eſt actio, vtrum cẽſeatur dolus remiſſus, & reſpondet, vt ibi diſtinguendo, poſtea ſubnectit prædicta vera, niſi expreſſe ſit facta mentio doli, & reliquorum, ergo ſentit aperte Bartolus, ſpecialiter, vel expreſſe actum non eſſe de dolo per remiſſionem actionis. Quare ar-
49 bitror † non ineleganter poſſe diſtingui. Aut debitor tenebitur actione vniuerſali vt petitione hereditatis, Aut generali, vt pro ſocio, aut particulari actione, vt Depoſiti; vel ex empto; In primis duobus caſibus remiſsio actionis, non contineat remiſsionem doli; Quippe ſicut actio eſt generalis, vel vniuerſalis, ita generalis eſt non ſpecialis remiſsio doli; & ita procedat *lex actione*

quæ ſicut dixi loquitur in actione generali; In tertio autem caſu videtur dolus
remiſſus, quandoquidem ſicut ſpecialis eſt actio, ſic ſpecialis expreſſio doli,
& ita procedat lex ſiquis rationes, & hanc ſententiam non obſcure inſinuat *Ca-
ſtrenſ. in d. §. illud inferre. l. ſi vnus. ff. de pact.* dum ait, veluti ſi paciſcar, ne depoſiti a-
gam, ſi tamen in actione vniuerſali, vel generali adderentur verba geminata, nempe
quicquid per eam actionem vel quocunque modo debeas, remitto, videbitur facta
remiſſio doli propterea quod ſub illa generalitate apparet facta ſpecialis expreſſio, ac-
cedit & alia diſtinctio, aut remittens actionem, ſcit dolum eſſe commiſſum, & tunc
creditur dolum remiſiſſe, & ita intelligitur *dict. l. ſiquis rationes*, Aut ignorabat, & non
præſumitur remiſiſſe per tex. in *l. tres fratres. ff. de pact. in l. mater. ff. de inoffic. Teſt.*
Quia nihil eſt tam contrarium conſenſui, quam error, *l. 2. ff. de Iud. l. ſi per errorem. ff. de
Iuriſd. om. Iud.* & ita accipienda ſit *l. actione*, Creditorem autem habuiſſe, vel non habu-
iſſe notitiam doli, ex multis colligi poteſt coniecturis.

Quæſt. 8. Porro autem adhuc poteſt in hac materia dubitari quid iuris ſi facta
fuerit remiſſio actionis verbis generalibus; ei qui tenebatur pluribus actionibus
50 † particularibus, an cenſeantur omnes remiſſæ, & conſequenter nunquid do-
lus qui in his veniebat cenſeatur remiſſus. Diſtinguendum videtur, vt per *Bar-
tol. in dict. §. Cato numero nono, column. fin.* quamuis eo loci de dolo nihil dicat ex-
plicite.

51 *Quæſt.* 9. His proxima eſt alia quæſtio, quam † ponit *Bald. in l. ſi vnus. §. illud. ff.
de pact. num. 6. verſ. 2.* quæro nempe feci pactum de non petendo, vtrum includatur
dolus præteritus, nempe, vt credatur remiſſus, quam dubitationem ego intelligo;
quod quemadmodum pactum de non petendo non tollit actionem § *præterea.* ibi; ef-
ficax actio manet. *Inſt. de except. Doct. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* Sed per ex-
ceptionem impedit effectum petitionis, vt ibidem exponitur; Ita per pactum de non
petendo non cenſeatur dolus remiſſus, ſed dubitatio ſit an agens ex dolo, poſſit nec
ne exceptione repelli, quaſi reſpectu effectus credatur facta doli remiſſio; Huic quæ-
ſtioni reſpondet gloſſ. cum diſtinctione aut obligatio erat ex eo contractu, in quo
non venit niſi dolus verus, vel fictus, & creditur remiſſus nimirum quia non po-
teſt pactum, niſi in hoc vno dolo, in hoc vno effectu verificari; verum ſi talis ſit con-
tractus, in quo veniat etiam culpa leuis, vel leuiſſima non cenſebitur facta remiſſio;
quippe quia verificatur in alio, quam in dolo, nimirum in leui; vel leuiſſima culpa;
Baldus vero ibi indiſtincte putat dolum non videri remiſſum ex *d. l. actione*, credo vo-
luiſſe, allegare *gloſſ. fin.* illius legis, ſiquidem in littera innuit potius contrarium in ver-
bo ſpecialiter gloſſ. autem cum loquatur generaliter de eo, qui tranſegit cum tutore
dicens, quod cenſetur remiſiſſe dolum, ob remiſſionem actionis argumento eſt idem
iuris eſſe in illo qui fecerit pactum de non petendo; adducitur ex lege ſub prætextu;
C. eod. tit. de tranſact. qui probat eodem modo, & reſpondens ad *l. tres fratres. ff. de pact.*
quaſi repugnantem inquit ibi contineri dolum præſentem non præteritum, & do-
lum dantem cauſam contractui propterea non præſumi remiſſum, cæterum; nec
Baldo, nec gloſſ. adhæreo quippe dato etiam ex remiſſione actionis inferri doli re-
miſſionem non arbitror tantundem valere pactum de non petendo in quo remanet
efficax actio *d. §. præterea.* Adiuuat noſtram ſententiam tex. in *l. 9. §. pen. ff. de liberat. le-
gat.* in quo hæres à teſtatore vetitus agere contra eum, qui geſſit negocia defuncti non
videtur prohibitus agere ad id, quod geſtum eſt doloſe, & paria ſunt, quod quis pro-
mittat non agere ſponte ſua, vel ſit à teſtatore grauatus non agere. Ecce quando te-
ſtator remittit actionem, creditur feciſſe doli remiſſionem *dict. l. ſiquis rationes in
fine.* Prohibens autem in fine hæredi; ne agat, non eſt locus præſumptioni, ve-
rum refragatur noſtræ ſententiæ *l. ſi vnus §. illud ff. de pact.* ibi ne depoſiti à-
gam, & ſic ne depoſitum petam, id eſt pactum de non petendo & continet re-
miſſionem doli. Tollens obicem dico illud pactum ſua virtute continere remiſ-
ſionem actionis, forſitan propter verbum agat, quippe agere ad iudicium refer-
tur, ſoluit & *Bald. numero ſecundo, verbo quaeris gloſſ.* Sed neſcio an ſit omnibus
numeris abſoluta reſponſio gloſſ. vero inquit ſingulare eſſe in actione Depoſiti, in
qua nihil præter dolum includimus *l. contractus. ff. de regulis iuris l. quod Nerua vbi
Doct. ff. Depoſit.* & replicanti venire etiam latam culpam quæ ſola poſſet videri
remiſſa ſine dolo, dicitur vtrumque contineri propter affinitatem, quam habent ma-
ximam inter ſe.

Egimus

Egimus hactenus de primo modo remittendi dolum de præterito, nimirum per
52 remiſſionem actionis † conſentaneum eſt, vt alios inquiramus, & alium nobis propo-
nit *gloſſ. fin. in d. l. action.* nempe quando manente lite de Dolo, de illo tranſigunt liti-
gantes, alium præterea licet colligere, ex *d. l. ſiquis rationes.* ſcilicet quicquid illa, vel
illa ratione debes, & exigere poſſem, & in iſta, vel illa dolum feciſti, & demũ quicun-
que modus inueniatur, ex quo manifeſte deprehendatur mens volentis remittere.
Satisfactum erit *Dd. d. cap. 14. num. 4. verbo primum* eſt, ſed modo ſit locus dubitationi,
quo tempore debeat fieri doli remiſſio, vt valeat, & *Afflict.* Dec. 220. *n.* 8. reſpondet fa-
ciendam eſſe ex interuallo argumento *l. iuriſg. §. ſi paciſcar. ff de pact.* non aũt in ipſa ra-
tificatione contractus, quandoquidem ſi fieret in continenti eadem facilitate, crede-
retur remiſiſſe dolum qua fecit primum contractum, Aut quia ſi fieret in ipſo contra-
ctu principali videretur magis remiſſio futuri, quæ prohibita eſt. *d. §. illud.* quam doli
præteriti.

53 *Quæſt. 10.* Porro autem hic belle dubitatur, an qui † dolo facit contra alium pu-
ta falſum teſtimonium dicendo, iniuſtam ferendo ſententiam, poſtea in extremis cõ-
ſtitutus præteritum hunc dolum palam profiteatur aut in præcepto quod facit hære-
dibus de reſtituendis turpiter quæſitis dicat iniuſtum ſeſe patrocinium præſtitiſſe, aut
proxenetã vſurarii contractus fuiſſe, aut Simoniæ mediatorem, vtrum hoc teſtimo-
nium valeat, & cui noceat ſcilicet confitenti tantum, an vero &, illi in cuius fauorem
ſententiam tulerat teſtimoniumue dixerat? Duo ſunt diſtinguendi caſus prior eſt nũ-
quid confeſſio officiat Secundus an obſit tertio. qui conſequutus eſt commodum de
54 illo dolo, & ſane ad primum ſententia negatiua videtur ad † veritatem propenſior
ex Doct. *Bart. in l. Aurelius § Cata. ff. de lib. leg. num.* 12. vbi ſi teſtator dixerit in teſtamẽ-
to. Titium ſibi plenarie ſatisfeciſſe, nullum ex ea confeſſione paratur præiudicium
aduerſus teſtatorẽ, vel hæredem, niſi probetur. vere ſatisfactum fuiſſe per tex. *in l. 1. C.
de falſa. cauſ. adiect. leg. tud. l. Aurelius. §. fin* & tamen agitur de præiudicio confitentis,
id quod tanto magis eſt dicendum in caſu noſtro, quanto agitur de grauiore caſu de
dolo ſcilicet quo irrogatur infamia committenti. *l. non debet cum vulg. ff. de Dolo.*

Contraria ſententia pluribus ſuffragiis eſt comprobata, nempe Ang. & aliorum in
l. Lucius. ff. de his qui not. infam. Boer. *Deciſ.* 250. *Ang. in l. errore. C. de teſtam. Fely. in c. ſicut in
princ. de teſt.* & fulcitur illa ratione, quia teſtator videtur feciſſe ad exonerandam con-
ſcientiam memor æternæ ſalutis argumento *l. fin. ff. ad l. Iul. pecul. c. ſanctmus. 1. quæſt. 7:*
vbi propriç ſaluti; nemo creditur vllum commodum ante ponere, cum notum ſit o-
mnibus illud Saluatoris quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur &c. Ac
cedit humana ratio, qua nemo creditur, tam ſui contemptor, & negligens, vt confi-
teatur in fauorem alterius quod ſibi pernicioſum eſt, niſi ſuadente, imo cogente veri-
tate faceret, cum ita ſit natura comparatum, vt omnes melius ſibi eſſe velint. quam al-
teri, quibus conuincit, quod nulla eſt maior probatio quam proprii oris confeſſio ſu-
perans omne genus probationis, nec aduerſatur Doct. *Bartol. ſiquidem in dict. l.* 1. in
qua fundata eſt, probatur contrarium: teſtatoris enim confeſſio de recepto valet, vel
ad probandam ſolutionem vel ad oſtendendam eius voluntatem procliuem ad li-
berationem debitoris, niſi liquido claruerit teſtatorem errore lapſum fuiſſe in *§. fin. l.
Aurelius,* deſideratur probatio vt cognoſcatur, vtrum illa pecunia ſit debita vxori ex
noua cauſa fideicommiſſi an vero ex antecedenti contractu, non quod ad fideicom-
miſſi valorem non ſubſiſteret illa confeſſio, & merito: cur enim tam variè in confeſ-
ſione inter viuos, & in teſtamento per text. apertum *in triceſimaquinta, §. codicillis
illa. ff. de leg. tertia,* in quo confeſſio debiti probationem contra Teſtatorem in-
ducit, confert *lex de æquitate ff. de Interrogation. action. l. publ. §. fin. ff. de-
poſiti.*

Quod vero attinet ad ſecundum caſum videtur prima fronte probabilior ſen-
55 tentia affirmatiua † primo ex allegata ratione, quemque præſumi æternæ ſalutis me-
morem II. ſi loquamur in teſte, confirmatur, quippe in extremis conſtitutus poteſt ex-
aminari in teſtẽ, quemadmodum & teſtamentũ facere, cum non minus ſit teſtari, quã
teſtificari *l. cum lege. ff. de teſtam. Bal. in c. 1: §. Vaſallus de pace conſtan: Ang. in l. cum antiquitas
§. cum autem. C. de teſtam. Dilect. de arte teſt. tit. 7. caut. 11. numero* 4. ideò *Marſ. in Rub. ff. de fi-
deiuſſor. verb. ſed in caſu reprobat.* Bartolum contrarium tenentem in *l. ſiquis in graui. § ſi-
quis moriens ff. ad. Syllan.* Tertio ſi agimus de Iudice *Butr. in cap.* 2 de arbitrio vero, vel
ſecundo & refert ibi *Imol. verb. ſimiliter,* ſi Iudex, inquit Iudici credit ſuper Iuſtitia

vel iniuſtitia ſuæ ſententiæ longe magis ſi plures eſſent Iudices, qui eandem tuliſſent
ſententiam, & de ipſius iniuſtitia confiterentur, *Iaſon. in l. iuſiurandum. §. ſi procurat. nu-
mero vigeſimoſeptimo, verbo prædicta multum ſingul. ff. de Iureiur.* Verum in contrariam
ſententiam itum eſt a Doctoribus, tam in Iudice, quam in teſte, nempe *Bartol. & Ang.
Rom. in l. ſiquis in graui. §. ſiquis moriens. ff. ad Syllan. Iaſon in dict. l. Iuſiurandum. §. procurator.
numero vigeſimotertio, cum ſeq. Corn. conſil. 186. verbo licet dictus volum. 1. & conſil. 26. nume.
29. verbo facit volum. 4. Alex. conſil. 124. verbo circa ſecundum* Canon. maxime *Aret. in c.
ſicut de teſtibus Fely. in c.* litteris verſ. *in gloſſ. in verbo graui extr. de præſumpt.* latiſſime *Gabri.
lib. 7. Com. opin. in tit. de crimin. concl. 32. numero ſecundo, & ſeptimo,* Ratio communis ſen-
tentiæ eſt ſecundum *Iaſ. d. §. procurator numero vigeſimoquinto,* quoniam non omnis cõ-
ſtitutus in mortis articulo eſt S. *Iohannes Bapt. vt author facit Bald. in c. 1. §. Vaſalli de pace
Conſtan.* Sed fragilis eſt quandoquidem, ſi nemo proxime accedit Sancto Iohanni
præſumitur tamen, velle exonerare ſuam conſcientiam, & propterea dicere verita-
tem exiſtimatur; Alia itaque ratio deducitur magis accommodata in *d. cap. ſicut* nem-
pe quia teſtis hic cum iurato depoſuerit & poſtea dixerit ſe falſum depoſuiſſe pecu-
56 nia corruptum, eſt periurus, teſti autem periuro in damnum alterius † non creditur,
& quamuis ibi ſummus Pontifex non agat de teſte in extremis conſtituto, viget tamen
eadem ratio, eſt enim & ipſe periurus, viget quoque in Iudice, quando & ille iurat,
iuſte iudicare *l. rem non nouam Co. de Iud.* Iudices non aliter Iudicialem calculum acce-
piſſe, niſi prius Sacramentum præſtitiſſent omnimodo ſe cum veritate, & legum ob-
ſeruatione iudicium depoſituros, conuenit text. *in cap. per tuas extr. de probat. & l. gene-
raliter. Cod. de non numerat. pec.* in quibus indignum eſſe dicitur, quod quis ſua voce di-
57 lucide proteſtatus eſt proprio teſtimonio velle confirmare, Extenditur † dicta
communis concluſio ſi plures teſtes idem aſſeruiſſent; Ampliatur numero, ſiue in Iu-
dicio Ciuili, ſiue criminali depoſuiſſent. Tertio porrigitur ad Notarium, qui aſſereret
falſum inſtrumentum feciſſe *Gabriell. dicta Concluſione 32. numero tertio, quarto, quinto,
decimo, vndecimo. & decimotertio, Iaſon. in dict. §. procurator numero vigeſimotertio, & ſeq.*
Ampliatur quo ad Iudicem, vt idem obtineat in arbitro, & in electore, qui per ſordes
tuliſſe laudum, aut electionem feciſſe confiteretur, *Gabriel. dict. loco numero decimo,
verbo ſexto amplia* Hoc vero modo conſtituta opinione Communi cum ſuis amplia-
tionibus, non refragantur adducta ex aduerſo ſiquidem primum ſublatum eſt per
rationem *dict. §. ſicut.* Secundum autem euertitur quia procedit, quando rite per Iu-
dicem, vel per Notarium examinaretur, tunc enim licet ſit periurus, & Socius cri-
minis occultus tamen, & difficilis eſſet probatio, facit iudicium ad torturam *l. con-
ſenſu. §. ſuper plagis, Cod. de repud. cap. fin. extr. de teſtibus cogend. Alexand. conſilio ſexageſimo*
58 *quarto, lib. 1.* cum aliis congeſtis *à Dilecto de arte Teſtand. de cau.* 11. in qua † admonet,
vt is, cui fauet morientis confeſſio, curet, vt formiter examinetur à Iudice, Ad ter-
tium ſolutio ſit cum diſtinctione. Aut Iudex deponit de iniuſtitia ſuæ ſententiæ,
& tunc verum eſt argumentum & in hoc caſu limitatur dicta communis concluſio.
Gabriel. citato loco numero octauo, verbo ex quorum dictis, præſertim ſi plures eſſent Iudi-
ces de iniquitate Iudicii; parimodo confitentes *Iaſ. in dict. §. procurator numero vigeſi-
moſexto*, reddens rationem diuerſitatis inter plures teſtes, quibus non creditur, &
plures iudices. Aut Iudices confitentur ſeſe pecunia corruptos tuliſſe ſententiam &
59 tunc nulla eis præſtatur fides; † ratio diſcriminis videtur, quia hoc poſteriori caſu
allegant turpitudinem ſuam, quæ allegatio in præiudicium tertii non valet. *Iaſon. in
dict. §. procurator numero vigeſimoquarto*, in priori vero ſola vertitur Iudicis ignorantia,
qui neſciuit ſecundum leges iudicare, ſecundo limitatur dicta communis concluſio
60 vt procedat quando tempore confeſſionis † erat iam tertio ius quæſitum, ſed quan-
do res eſſet adhuc integra ſane præiudicaretur; *Iaſon. in dict. §. procurator numero vige-
ſimoquinto, verbo. & ſic poſt ius acquiſitum Gabriel. dicta concluſione 32. in fin.* vbi limitat et-
iam, quando præter iuſtam confeſſionem adeſſent aliæ coniecturæ, quæ cum illa con-
currerent ad inueniendam veritatem.

61 Tandem vt materia præteriti doli compleretur, tres † eſſent tractandæ quæ-
ſtiones. Nempe vtrum Minor aduerſus dolum verum, de præterito in faciendo
poſſit reſtitutionem obtinere. Secunda nunquid aduerſus dolum præſumptum
de præterito. Tertia an contra dolum verum de præterito in omittendo, Cæte-
rum priorem abſoluimus in *titulo de Dolo vero quæſtion.* 16. Alteram explicaui-
mus ſupra in *titulo de Dolo præſumpto*, Vltimam exponemus Deo fauente infra

inc:

in cap. de dolo in omittendo, atque in his præteriti doli explicatio conquieſcat.

De Dolo futuro, Cap. II.

1 *Ordo ſeruandus in expoſitione doli futuri.*
2 *Dolum futurum non definiunt Dd. Authoris definitio.*
3 *Verba futuri temporis non important canonem latæ ſententiæ.*
4 *Exempla doli futuri, ad clariorem eius interpretationem.*
5 *Diuiſio doli in præteritum, & futurum an ſit probanda.*
6 *Authoris aduerſus Dd. opinio.*
7 *Quotuplex ſit dolus futurus, ſecundũ primam diuiſionem.*
8 *Secunda doli futuri diuiſio.*
9 *Vtrum dolus futurus verus, poſſit remitti directè.*
10 *Valet argumentum de tempore ad tempus.*
11 *Hæres dolum futurum in bonis teſtatoris poteſt remittere.*
12 *Dolus futurus verus ex communi ſententia non remittitur, cuius multiplex ratio.*
13 *Oratio negatiua extenditur in infinitum, affirmatiua verificatur in primo actu.*
14 *Precarium, vtrum ſit bonæ fidei, vel ſtricti iuris.*
15 *Bona fides bifariam ſumitur in iure.*
16 *Homines fiunt deteriores licentia.*
17 *Expedit hominem timere pœnas.*
18 *Teſtator non poteſt remittere cautionem de vtendo & fruendo arb. boni viri.*
19 *Futura ingratitudo non remittitur.*
20 *A Iudice dato cum clauſula appellatione remota, datur appellatio ob dolum ipſius.*
21 *Saluus conductus non extenditur ad futura.*
22 *Peccatum futurum, etiam à Pontificibus non remittitur.*
23 *Multa prohibentur fieri ratione futuri doli.*
24 *Non valet renunciatio exceptioni doli facta in inſtrumento.*
25 *Vtrum dolus futurus verus poſſit indirecte remitti.*
26 *Quando per indirectum dicatur dolus futurus remiſſus.*
27 *Intellectus* l. quidam decedens. ff. de admin. tutorum cum ſeq.
28 *Damnum, quam ſignificationem habeat in iure.*
29 *Fama quid ſit, & à bonis viris ſemper plurimi facienda.*
30 *Liberatio à reddenda ratione, non poteſt remitti limitatur infra.*
31 *Cautela ad remittendum dolum futurum.*
32 *Dolum futurum per indirectum non poſſe remitti pluribus ſuffragiis probant Dd.*
33 *Authoris opinio in hoc articulo.*
34 *Data communi in ea re ſententia quid operetur legatum factum eo modo, vt tutori iure leg. debeatur, quicquid ratione adminiſtrationis fuerit condemnatus.*
35 *Vtrum dolus futurus poſſit tacite remitti.*
36 *Exemplum tacitæ remiſſionis.*
37 *Dolum futurum nec tacite poſſe remitti communis doctorum ſcola probat limit. infra.*
38 *Expreſſum potentius tacito.*
39 *Limitationes communioris ſententiæ.*
40 *Vtrum dolus futurus poſſit cum iuramento remitti.*
41 *Iuramentũ non debet eſſe iniquitatis vinculum, nõ valet contra bonos mores, nec contra pub. vtilitatem præſtitum.*
42 *Nõ incidit in periurium, qui deſerit iuſiurandum ex cauſa à lege conceſſa.*
43 *Diſtinctio in articulo.*
44 *Pauci ſunt caſus, in quibus valeat remiſſio futuri doli cum iuramento.*
45 *Vtrum dolus futurus, poſſit per hæredem teſtatoris remitti.*
46 *Frequentiori ſententia non remittitur futurus dolus ab hærede.*
47 *Vtrum dolus futurus in omittendo, valeat remitti.*
48 *Vtrum dolus præſumptus futurus poſſit remitti, & dato quod ſic.*
49 *Vtrum ſufficiat generalis remiſſio.*
50 *Vtrum dolus velatus poſſit remitti.*
51 *Vtrum dolus re ipſa remittatur.*
52 *Vtrum minor reſtituatur aduerſus dolum præſumptum de futuro.*
53 *Duo capita huius quæſtionis.*
54 *Primum eſt vtrum Minor reſtituatur in prædicto dolo, quando ex eo non ſentit damnum de præſenti.*
55 *Alterum eſt an reſtituatur, quando ex eo dolo ſentit damnum de præſenti.*
56 *Vtrum mulier reſtituatur aduerſus dolum præſumptum de futuro.*

1 A Præterito ad futurum dolum tranſeuntes videamus † priori loco quid ipſe ſit, deinceps bona ſit, nec ne iſta Doli diuiſio Alex. quot ſint futuri doli ſpecies, demum cohærentes huic materiæ ſubiiciemus quæſtiones, & vt eo incipiamus

Quæſt.4. Materiam nunc per Quæſt.tractaturi videamus priori loco, nunquid
9 dolus futurus verus poſſit directe † remitti pacto, vel teſtimonio accipiendo dolum
iuxta verum ex traditis exemplis,& in *l.contractus.ff.de reg. Iur.& in c.ſi vnus.§.illud. ff.de*
pact. & profecto poſſe remitti, probatur ex *l.Iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff de pact.* in qua
Vlpianus ait, quoties agitur de re familiari, paciſci licet, remiſſio autem futuri doli
continet ſine dubio rem familiarem, & in eo iuri noſtro renunciamus, non ſecus, ac
in dolo præterito contingit, cuius remiſſio ex ea maxime ratione ſuſtinetur. Secun-
10 do valet argumentum de tempore ad tempus, præſertim † de præterito ad futurum
l.2.ff.de Senat. l.ſicut.§.iiſdem.ff.de accuſ. Scribam, & ibi gloſſ. & *Dd.ff.de præſumpt.* ideo-
que præſumitur malus in futurum, qui ſemel fuerit malus in præteritum. *c.ſemel ma-*
lus de reg.Iur.in 6. & qui ſtuduit negligenter Iuri Canonico creditur negligenter da-
turus operam Iuri Ciuili, dolus autem præteritus (vt conſtans eſt omnium opinio) re-
mittitur, igitur, & futurus. Tertio adſtipulatur text in *l.quidam decedens.ff.de admin. Tu-*
tor. In quo valet remiſſio doli futuri, ſi teſtator dixerit relinquere ſe omne damnum
Tutori, quod ex tutela ſenſerit id quod laudat *Alciatus in l. actione numero quadrageſi-*
11 *motertio,& ſequent.* Quarto hæres † dolum futurum in bonis teſtatoris remittere po-
teſt cur diuerſum in defuncto, cum reputentur vna, eademque perſona *Auth. de iu-*
reiur. à morit.præſt.in princ.§.diuturna poſſeſſ. Inſtit.de vſucap. alioquin ſequeretur abſur-
dum, quod hæres maiorem haberet in bonis defuncti poteſtatem ipſo defuncto, an-
12 tecedens probatur *Repet.volum.5.numero 216.fol.50.* Verum omnes † ſine diſcrimine
concludunt oppoſitum in *l.ſi vnus. §. illud.ff. de pact.* Bartol.*ſcilicet Bald. Alexandr.Ca-*
ſtrenſ. Alberic.Iaſon.Natt.conſilio 524.numero decimoquinto,& ſequent. vbi ponit exem-
pla *Ruy.conſilio centeſimouigeſimonono,numero vigeſimoprimo, volum. 5. & conſilio ſexageſi-*
monono,numero quarto,volum,2. Cephal.conſilio trigeſimonono,volum.1.& conſilio 121.eodem
volum. Alexand. conſilio ſexageſimoſecundo,volum.4.Soc.conſilio 121.numero ſeptimo, libr.3.
& conſilio ſeptuageſimoſecundo,& conſilio 282.lib.2.vbi numero octauo, de Dolo per teſtatorem
remittendo Alciatus *in dict.l.actione numero vigeſimonono*,& ante eum *Iaſon. Bartol. & alii*
Pariſ.conſilio quadrageſimonono, numero trigeſimoquinto,& conſilio nono, volum. 1. Gozzad.
conſilio vigeſimooctauo,numero quinto, latiſſimè *Butr.conſilio 147.numero ſecundo,& decimo,*
vbi citat plures teſtantes de communi *Fulgoſ.conſ.103.Menoch.de arbitr.caſu 335.nume-*
ro decimoquarto, Cent.4. Bald.& Saly.in l.neceſſitatem.Cod.de fideicom.Corn.conſ.221.nume.
13.volum.2.Bened.Capra concluſione 78.Deciſ.Delphin.157.in 2.parte.Medices de fortuitis ca-
ſibus.parte prima.quæſt.10.numero ſecundo cum ſequent.Iodoc.de patrocinio pupill.cap.3. vbi
quatuor, vel quinque rationes deducit Canon.maxime. *Fely.in c.fraternitatis. column.*
4. de teſtibus. Confirmatur autem recepta hæc concluſio; lege primum, deinde ratio-
13 ne nimirum *l.ſi vnus.§.illud.ff.de pact.* ponderata † illa negatiua vniuerſali, nulla pa-
ctione quæ in infinitum extenditur, & *gloſſ.ne.in l.hoc genus.ff.de cond.& demonſtr. Old-*
rad.conſ.16. adeo quod licet oratio affirmatiua verificetur in primo actu *l. boues.§. hoc*
ſermone.ff.de verb ſig. Secus tamen eſt in negatiua, quæ in infinitum extendetur, & præ-
terea propoſita verbo, poteſt, vt ibi, tollit omnem potentiam, *l.nemo poteſt,& ibi not.ff.de*
reg.iur. & indicat pactum eſſe nullum ipſo iure II confirmatur *ex l.in commodato iuncta.*
gl.ff.commod In cõmodato ait Paulus hæc pactio, ne dolus præſtetur rata non eſt, gloſſ.
ait, nec alibi, & illud verbum eſt præſentis temporis. Canonem oſtendit, vt diximus,
latæ ſententiæ, *Tiraq.in l.ſi vnquam in verbo reuertatur num.21.C.de reuoc.donat.3.ex l.cõ-*
tractus ff.de reg.iur. ibi: *excepto eo, quod.* Celſus putat non valere ſi conuenerit, ne dolus
præſtetur Quarto corroboratur ex *l.conuenire ff. de pact.dot.* ibi: illa pacta non ſunt ſer-
uanda, ne ob res amotas agatur. *verb.ex leg. ita demum.ff. de arbitr.* quam citat *Marſil.*
ſing.289. quæ iura loquuntur in contractibus, pro vltimis autem voluntatibus eſt tex.
in *l. quidam. ff. de admin. Tutor.* vbi futurus dolus remittitur tutori per indirectum, re-
miſſio autem directa fieri in teſtimonio nequit. Accedit authoritati ratio multiplex
quarum priorem locum obtinet, quæ deducitur ex *l.contractus. ff. de reg. iur.* ibi: hoc e-
nim bonæ fidei iudicio contrarium eſt. & hoc iure vtimur, vt ſcilicet non valeat con-
uentio nè dolus præſtetur, quam rationem *Dec.ibi num.42* inquit non eſſe generalem
ad contractus, etiam ſtricti iuris, in quibus certum eſt dolum futurum non poſſe re-
mitti *Dd. in l.ſi quis cum alter. ff.de verbor.obligation.in l.dolo. Cod. de inutil. ſtipul.* & con-
firmatur cum in illa lege ponantur contractus tantum bonæ fidei argumento *§. a-*
14 *ctionum Inſtit. de action.* nam † & precarium, cuius ibi Vlpianus meminit bonæ
fidei eſt; *l. 1. verſ. ſimile. ff. commod.* ibi: precarium commodato ſimile. & produ-

15 cit actionem illam præſcriptis verbis, † quæritur ex bona fide nec enim I.c. dixiſſet
precarium ſimile commodato ſi ſtricti iuris eſſet; Altera ratio, eſt adeo generalis,
vt non modo contractibus, ſed & vltimis voluntatibus congruat *ex l. conuenire. ff. de*
16 *pact. dot.* ne ſcil. inuitentur † homines ad delinquendum, vnde Terentius omnes dete-
riores ſumus licentia, & Claud. ſuadet licentia laxum, quis enim non ſe male gerat,
impune ſibi futurum ſperans, & laudabimus eum, & veri doli remiſſio ſi valeret,
17 inflammaret ad dolum † argumento, *leg. ſi cum antea Codic. de arbitris, & ibi Cyn.*
& Bald. Tertia eſt ratio deducta à Iuliano in *dict. l. quid in decedens*, ibi: Nemo e-
nim ius publicum remittere poteſt huiuſmodi cautionibus, aut mutare formam,
antiquitus conſtitutam. cui conuenit, *lex. ſi vnus. §. pacta, quæ turpem de pact. ibi*
Quatenus publicam cauſam contingit paciſci non poſſumus, quod & in *l. iuriſgen-*
tium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. expreſſum eſt. Doli autem remiſſio publicam cauſam
tangit, quoniam reipublicæ intereſt ciues ſuos haberi bonos, *l. 1. §. huius ſtudii. ff. de*
Iuſtit. & iure. boni autem cum perpauci viuant virtutis amore, neceſſe eſt, vt ad
virtutem trahantur formidine pœnæ, & propterea expedit ciuitati, vt homines
pœnam vereantur, quo dolum, vel delictum non audeant committere, vt bene
explicat textus in *dict. §. pacta, quæ turpem.* in illis verbis: expedit timere furti, vel in-
iuriarum pœnam.

Non faciunt negotium allegata ex aduerſo, & ad Primum ſolutio eſt ante pe-
des, quippe non eſt ſatis, pactum rei familiaris eſſe, vt valeat, ſed exigitur, ne ius pu-
blicum lædat, & quamuis *in d. § ſi paciſcar.* illa vna qualitas exprimatur, tamen ſupple-
tur ex aliis. Secundum, facile diluitur proter diuerſitatis rationem, quæ non mo-
do illud, ſed omne genus argumenti diſſoluit, cum ex ſeparatis non fiat illatio, *l. Papi-*
nianus exuls. ff. de minor l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſione. diuerſitas
autem eſt in apetto, ſiquidem in dolo præterito ceſſat ratio inuitandi ad delictum, nec
remittitur ius publicum ſed priuatum; Tertium, noſtram potius adſtruit ſententiam
in ſui principio iuncta ratione tex. nec illa verba (damnum vero) quicquam nocent
quandoquidem continent remiſſionem doli per indirectum, noſtra autem diſputa-
tio eſt de remiſſione directa, Vltimum autem corruit data inſtantia argumento, *§. pa-*
18 *uonum Inſtit. de rerum diuis.* etenim † teſtator non poteſt remittere cautionem de v-
tendo, & fruendo arbitrio boni viri, hæredi vero conceſſum eſt *Dd. & maxime Iaſ. in*
l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. præter quam quod non eſt penitus exploratum, an liceat hære-
di futurum dolum condonare, cum in eo quoq; vigeat ratio, *l. conuenire.*

Porrò autem ex hac communi concluſione cum ſua ratione, *Cagnol. in l. con-*
19 *tractus. numero 77. ff. de reg. iur.* infert ad futuram † ingratitudinem dicens ex mente
Dd. eam non poſſe remitti, & latius. *Rip. in l. fin. Cod. de renoc. donat. Corne. conſilio 102.*
lib. 1. Barbat. in c. fin. col. 5. de Donat. Secundo, ex eo deducit *Marſ. ſingulari 289.* quod
20 ſi Iudex ſit durus de conſenſu partium cum † clauſ. appellatione remota, pro dolo ta-
men commiſſo, à Iudice datur appellatio, limitando tamen vt ibi per eum *n. 3.* Tertio
21 elicit *Menoch. de arbitr. Iud. cauſ. 337. n. 13.* quod ſaluus conductus † ſine ſecuritate con-
ceſſa non extenditur ad futura, quippe, vt ait *Signor. conſ. 103. num. 3.* delictum futu-
rum remitti non poteſt. Quarto, ex eod. fonte remanat, quod tradit *Ant. de Roſellis in*
22 *tract. de Concilio. §. poſtquã n. 7. inter tract. vol. 5.* peccatum futurum etiam † à Papa remitti
non poſſe, *verb. infert Bald. in c. 1. §. item ſacramenta. in vltima col. per illum tex. de pace Iura-*
mento iur. mand. quod ſi aliquis promittat ſe non denunciaturũ maleficium, & iuraue-
23 rit, non valet Iuramentum quoniam ſc. aperiret viam iniquitatis ad delinquendum †
Abb. in c. quemadmodũ ext. de iureiu. Sexto ſtatutũ vt quilibet exbannitus ſoluendo mille
extrahatur à banno, nõ habet locũ in exbannitis poſt publicationẽ banni, ſed intelli-
getur de bannitis in præteritũ, alioquin præſtaret occaſionem delinquendi. *Bart. Bal.*
& alii in l. cũ lex. ff. de legib. Septimo ex eadẽ ratione fluit nõ valere reſcriptũ, tribuens re-
miſſionẽ pœnę ante delictum cõmiſſum, propterea q inuitat ad peccandũ, *Saly. poſt Ia-*
cob. Butr. in l. caſtiuati in 1. col. C. d. adult. Iaſ. in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. VIII inde pueuit in-
ualidam eſſe liberationem factã tutori in teſtamento ne reddere cogatur adminiſtra-
tionis rationẽ *Fely. in c. ſi diligẽti n. 34. de foro cõpet.* ratio eſt; q a id genus legati nõ liberat à
reſtitutione reliquorũ, nec à dolo, vt ergo cõſtet, an tutor reliquatus ſit, ſic. n. loquitur
textus in *l. ſiquis rationes. ff. de liber. legat.* (opus eſt rationem reddi) & cum *Fely. Barbat.*
conſ. 66. inter conſ. Curt. & Socc. conſilio. 74. volum. 1. Dec. *conſ. 178.* Quare nono inducitur
quod liberatio legata à geſtis, & gerendis, non liberat à doloſa adminiſtratione futura

Fulgo-

Digitized by Google

Fulgo. conſil. 103. *Pariſ. conſilio* 84 *numero* 22. *vol.* 1. *Socc. conſil.* 73. *col.* 4. *ſeq. vol.* 3. *Alex. conſilio* 62. *volum.* 4. dicens dolum à Teſtatore, vel à contrahente nec quidem expreſſe poſſe remitti; Decimo, quaſi ex eadem arbore colligit. *Affluct. deciſ.* 120. *poſt*
24 *numero ſexto*, non valere † except. renunciat. doli factam in inſtrumento, ſcil. quia dolo futuro, &c. Addens, & illam rationem quoniam ea facilitate qua contraxit eadem creditur dolo renunciaſſe, *Bart. conſilio* 90. *& in l. fin. §. item quaſitum. ff. de condict. indebit.* Limitat autem quando ex interuallo ratificatum eſſet inſtrumentum & ratio eſſe videtur, quia tunc non futuro, ſed præterito dolo cenſetur renunciatum, id quod eſſe iure permiſſum, ſatis vt arbitror diligenter oſtendimus. Vndecimo, deciſ. Delph. deciſ. centeſima quinquageſima, infert non valere procurationem pactam, ad emologandum laudum antequam feratur quod etiam dixit gloſſ. *in l. cum antea Cod. de arbitris.*

Quæſt. 5. Conſtat itaque ex his manifeſte non valere futuri doli remiſſionem factam ſcil. directe iuxta allegatum, *Conſ. Alex.* 62. *volum.* 4 quam concluſionem limitandam putant plerique, quorum in memoria nomen eſt, in remiſſione doli facta
25 per indirectum cuius † exemplum ponit, *Alexand. conſilio* 165. *vol.* 5. *Seraphin. etiam in ſuo tractat. de Iuramenti priuileg.* 136. & ante eos *Dynus* huius ſententiæ Dux, pro vt
26 refert, *Iaſon in ſæpe allegat. l. actione numero* 13. hoc modo † Teſtator relinquens filiis ſuis Tutorem mandat vt finita tutela non poſſit exigi ab eo aliqua ratio adminiſtrationis, eaque exacta ſi condemnatus eſſet, tunc defunctus legat tantum de bonis ſuis quantum eſt illud, in quo fuerit condemnatus ratione tutelæ, vel occaſione reliquorũ: In hoc enim legato continetur virtualiter futuri doli remiſſio, *Dilect. de arte teſt. tit.* 7. *caut.* 2. quod ſane exemplũ deducitur ex *d. l. quidã decedens. ff. de adminiſtrat. Tutor.*
27 *in verbo. damnum*, quæ plane † lex eſt velut ſacra ancora ad ſuſtinendam hanc ſententiam. Cui fauet ex antiquioribus *Rainer. relat. à Iaſon in d. l. actione*, nec non *Ang. conſil.* 183. *& conſil.* 144. poſt quos *Corneus conſil.* 313. *vol.* 1. *Alexand. conſil.* 54. *vol.* 2. vt eos refert, *Alciat. in d. l. actione numero* 343. & ſequitur ibi. *Iaſon* autem inquit *Ang. in conſilio* 244. ſentire aduerſus Dinum; Pugnat autem pro Alciato, & aliis dictum Iuliani in allegata, *l. quidam decedens*, cuius verba ſunt adeo plana, vt qui aliter interpretetur violare potius, quam declarare videatur; damnum vero, ait iuris conſultus quodcunque ex tutela quis ſenſerit legari, & per fideicommiſſum relinqui poteſt, nec valet ſolutio quorumdam negantium Iulianũ loqui de dolo, probatur enim eſſe falſum ex illis (niſi bonam fidem in adminiſtratione præſtiterit) bona fides ibi ſignificat quod dolo contrarium eſt, Alii ſoluentes nodum inquiunt verba Iuriſconſulti ad præteritum dolum reſpicere, non ad futurum. Verum ſeries illius contextus arguit plane contrarium in tantum quod Doctor. exemplum futuri doli ex ea lege deducant. Tertio, *Salicetus in l. cum neceſſitatem Cod. de fideicommiſſ.* euitaturus hunc obicem dicit Iuriſconſultum intelligere de illo damno, quod ſentit Tutor, quia propter tutelam auocatur à negotiis ſuis, neque enim eſt ocioſum illud verbum (*damnum*) quippe ſi-
28 gnificat † diminutionem patrimonii, *l.* 3. *ff. damno infecto*, cæterum hanc expoſitionem reiiciunt illa verba (*Damnum vero quodcunque*) quæ omnem ſpeciem damni complectuntur; *Alciatus in leg. mouentium. ff. de verb. ſignificat. Roman. in l. id tempus. §.* 1. *ff. de vſucap.* vbi loquuntur de ſimillimo verbo (*quæcunque*) dicentes latiſſimam habere ſignificationem & ſemper ampliatiue, nunquam reſtrictiue poni; *Roland. conſilio ſecundo, volum.* 4. *Tiraquel. de retractu conuent. numero ſecundo. fol.* 78. Illa quoque verba Saliceto aduerſantur (ex tutela quis ſenſerit) quomodo dictio, ex, cauſam immediatam ſignificat, & ſecundum expoſitionem Saliceti tutela eſſet cauſa damni mediata & remota, ſiue, occaſionalis; Accedit, quod illis verbis (damnum vero, &c.) conſtituitur limitatio antecedentium, ſicut palam eſt ex dictione, vero, quæ ſua natura aduerſatur antecedentibus, in iure regula eſt in ſuperioribus negatiua Tutorem allogiſtam ſi quid contra bonam fidem geſſerit, nec legari, nec fideicommiſſi nomine, quicquam conſequi poſſe, limitatio erit affirmatiua, vt ſcil. valeat legatum cuiuſcunque damni ex tutela contingentis; quod vbi euenerit, erit per indirectum remiſſus dolus futurus. Addo his veriſſimum illud ſecundum intellectum *Saly.* carere dubitandi ratione contra *l. quod habet. ff. de Carb. edict.* quis enim dubitare potuiſſet valere legatum relictum Tutori ob deteriorationem etiã propriorum negociorum cum videretur fieri non modo iure compenſationis damni, verum etiam in remunerationem laboris, Ego vero arbitror in *prin. d. l.* fuiſſe relictum Tutorem

Allogiſtam, etſi hæres ipſum cogeret ad rationis expoſitionem certum quod legati,
vel fideicom. nomine ſolueret ad effectum, vt timore legati ſoluendi non vocaret tu-
torem ad reddendam rationem villicationis ſuæ, & ita interpretor illum verſum (*ne
eo nomine ex fideicom. quicquam conſequi debere*) & probatur ni fallor ex verbo ſuperiori.
(Quamuis teſtamento comprehenſum ſit vt Allogiſtæ eſſent, nec eo nomine &c.
Conuenit ratio ibi poſita) nemo enim in publicum remittere poteſt, & ibi, aut muta-
re formam antiquitus conſtitutam quæ eſt, vt tutor rationes reddat *l. 1. §. 1. & §. offic. ff.
de tut. & rationibus diſtrah. verſ. autem.* Damnũ vero, habet iudicio meo hunc ſenſum, vt
nõ ꝓhibuerit rationes reddere teſtator, ſed ſciens reddendũ eſſe rationem, & quod ex
ea poſſet tutor damnum ſentire propter condemnationem, legati, vel fideicommiſſi
nomine aliquid relinquat, & hoc modo non remittit ius publicum, non mutat formã
antiquitus conſtitutam, cum non prohibuerit rationes reddere, nec etiã inuitatur o-
mnino ad delinquendum, quippe illud legatum non deberetur niſi poſt condemna-
tionem. Quo caſu ſi fuerit in ſententia condemnatus de dolo, erit affectus infamia *l. 1.
ff. de his qui not. infam.* quam boni viri ſummopere timent. Nam homines, vt inquit *Ci-
cero pro Manilio* non minus opinione famæ, quã certa re commoueri ſolent, & neglige-
re, quid de ſe quiſque ſentiat non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam diſſoluti, & qui fa-
29 mam ſuam † negligit, crudelis nominatur in *ca. volo. 22. quæſt. 1.* & propterea volunt le-
ges nec ipſos defunctos afficiendos infamia. *§. 1. cum ibi not. Inſtit. quibus ex cauſ. mann.
non licet*, & in graui tantum negocio, & ex magna cauſa, ſolent pœnam infamiæ decer-
nere *l. iuſta. §. de manu vind.* Quales ſunt illæ, quæ continentur in *titul. ff. de his qui not. in-
famia.* Non dabitur igitur ex eo legato occaſio delinquendi ob timorem infamiæ,
pluris facientes honorem, quam emolumentum legati, in quo damnum patrimonii
reſarcitur, non damnum infamiæ, quod eſt reparabile, illud autem legatum, ne ratio-
nes reddat, inuitat ad delinquendum: Siquidem non redditis rationibus non poſſet
condemnari, nec ad reliquorum reſtitutionem compelli, ignoraretur enim non facta
redditione, nunquid eſſent reliqua, Ac demum conſidero duo eſſe reſpond. Iuliani in
illo tex. primum quidem vſq; ad verſum, nemo enim. Alterum, ibi damnum vero, v-
trumq; debet eſſe verum, ne IC. parum ſibi conſtans appareat, nec vnum alterum cor-
rigat, cum non præſumatur correctio in continenti, quomodo autem ſit locus vtrique
reſponſo, non video, niſi ex noſtra declaratione, & mihi perſuadeo, quod ſi teſtator
feceret legatum ſecundum tenorẽ dicti verſiculi. (Damnum) nemo quamuis maxime
audax negaret validitatem legati, ne ocioſus eſſet ille tex.
30 Contrariam ſententiam pluribus † ſuffragiis Dd. probant, vt per *Iaſon. in d. l. a-
ctione numer. 13.* ſecundum quam dicit Salyc. ſe conſuluiſſe in *d. l. cum neceſſitatem.* Quip-
pe maxime iuuat pupillorum cauſam aduerſus nequitiam tutorum, communem
quoque eſſe inquit *Bald. conſ. 68. col. 4. libro. 2. Dec. conſ. 178. relatus à Delecto de art. Teſta.
tit. 7. caut. 7. num. 2.* eandem ſequitur, *Alex. dict. conſ. 62. vol. 4. & conſ. 164. præſuppono li-
bro 5. Curt. conſ. 67. ſapienter verò. capio Dec. conſ. 349.* conſuluit, *Barbat. conſ. 40. lib. 4.* illud
in medium *Delect. d. caut. 2. nume. 2.* Qui citat etiam *Iaſ. conſ. 14. nobilis. lib. 3.* Probatur au-
thoritate *d. l. quidam decedens ibi: nec eo nomine quicquam legati, aut fideicommiſſi nomine con-
ſequi debere.* Secundo ex notiſſima regula in *c. cum quid vna via, & ibi Dyn. de reg. Iur. in
6. l. ſcire oportet. §. ſi mater. ff. de tutor. & Curat. dat. Iaſon in l. cætera. §. item quæri numero
10. ff. de leg. primo & in l. ſi cum procurator. nume 4. ff. de re Iudic.* Tertio ſuffragantur quin-
que rationes *Salyc. dict. l. cum neceſſitatem*, nempe, ne videatur quid inductum per
31 quod homines † inuitentur ad delinquendum. Ne tutor ſuæ malignitatis præmium
ferat, rurſus quia legata reliquuntur ob merita, hic vero demeretur, tantum ab-
eſt vt ſit promeritus; Accedit quod cùm ſit futurus debitor hæredis, non de-
bet eum poſſe liberare defunctus, ſicut in ſimili, non licet ei remittere ſatis da-
tionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri; *Doctor. in l. nemo poteſt. ff. de
leg. primo* facit *l. ſcire oportet. ff. vt in poſſ. leg.* Quarto patrocinatur tex. *in §. dict.
§.* illud nulla pactione arguendo de contractibus ad Teſtamenta ſumptoque ar-
gumento de minori ad maius: quandoquidem difficilius remittitur dolus in vl-
tima voluntate, quam in actu inter viuos, in quo dolus cenſetur in dubio
remiſſus verbis generalibus, vt oſtendimus, Secius in teſtamento. *Bartolus in
leg. Aurelius. §. Caius. ff. de liber. leg.* In contractu autem nulla pactione, &
ita nec directa, nec indirecta, ſiquidem oratio vniuerſalis negatiua non recipit
reſtrictionem, & ſiquis dixerit inutilem fore diſpoſitionem teſtatoris reſpon-
det

dict. *Iaſon in d. l. actione*, ſuperuacuam non eſſe, quoniam cenſetur remiſſa leuis culpa & ſcrupuloſa inquiſitio *Port. conſil.* 147. *Pract. Papiens. in dict. verb. allegiſſ. as Dilect. de art. teſt. titul.* 7. *caut.* 2. quod etiam operetur hoc legatum explicat *Didac. lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 5. *verb. ſeptimo Reſol. Ioan. de Arnono tract. in vltima cautela fo.* 573. *Alex. d. conſ.* 164. *lib.* 5. *Cor. conſ.* 29. *num.* 11. *vol.* 1.

Quæ communis concluſio ſtante noſtro intellectu *ad l. quidam decedens verb. damnum quod ſcilicet ex eo leg.* Tutor non inuitetur ad delinquendum propter pœnam infamiæ, nulla remanet controuerſia, nam manet incolumis diſpoſitio illius verſ. nec quicquam detrahitur de ſententia communi. Sed ſi Doctor. velint tutorem ob illud legatum habere occaſionem delinquendi, ego profectò Alciat. traditionem veriorem exiſtimarem in *l. actione in fin. Cod. de tranſaction.* ſiquidem communis opinio deſtruit illum tex. & ille tex. ſubuertit commune placitum, quare potior apud me eſſet Iuliani, quam Doctor. ſententia maxime iunctis rationibus Alciati, & reſponderem obiectis; atque ad principium *l. quidam* opponerem verſum; Damnum
32 vero, eiuſdem legis; † Ad ſecundam afferrem non eſſe nouum in iure, vt per indirectum concedatur id, quod directò prohibitum eſt, quemadmodum multis propoſitis exemplis explicat Dyn. in regula quod vna via, maxime vero notum eſt iuramentum calumniæ directo non poſſe remitti, ſecus per indirectum non opponendo illud *l.* 3. §. *ſed quia veremur Codic. de iur. calumn. c. primo de iuramento calumn. in ſexto.*
33 Tertium deſtruitur, quaſi † nix ad faciem ſolis, quoniam rationes Salyc. valerent in caſu dubio, ſed contra textum apertum in verbo damnum fragiles ſunt & velut paruuli ad Petram illiſæ franguntur; Vltimum autem diluitur ex apertiſſima regula quod vna lex declaratur, & limitatur per aliam *Soccin. Iun. in l. ſiquis in principio numer.* 3. *de leg.* tertio licet autem legatum factum tutori de omni eo, in quo ipſum
34 ratione tutelæ damnari contigerit, non valeat quo ad doli futuri remiſſionem; † prodeſt tamen quo ad ea, in quibus fuerit citra dolum condemnatus, ceſſat enim ratio, ne ipſe incitetur ad delinquendum, ita ſupponit *Dilectus in ſupra citata cautela* 2. in qua addit eſſe notandum non pro futurum id genus legati hæredi tutoris, qui mortuo tutore condemnaretur, quoniam ſcilicet conditio impleri non poteſt in perſona hæredis *l. qui Romæ.* §. *Augerius.* & ibi DD. *ff. de verb. oblig.* ita fit, vt in terminis *d. l. quidam verb. damnum*, hæres non gaudeat beneficio illius legati niſi latius eſſent concepta verba legati; veluti damnum quod tutor vel eius hæres ex tutela ſenſerit, vel in quo tutor, vel eius hæres acciderit condemnari, ſic enim cõceptis verbis legati commodum ſentiet, vt ibidem *Dilect. per conſ. Fulgos.* 103. *incipit nobilis.*

Quaſt. 6. Hactenus expoſuimus an dolus de futuro remitti poſſit tam directè
35 quam in directe, relinquitur, vt diſcutiam, an tacite † fieri remiſſio poſſit iuxta termi-
36 nos *d.* §. *illud nulla in verb. quamuis. in quo vnum exemplum, tacitæ remiſſionis exprimitur*, † vel ſecundum *Deciſ. Guid. Papæ* 515. *incipit teſtator fecit legat.* in qua teſtator dixit, & mandauit vxori, vt hæc vel illa mobilia reuelet hæredi, legando tamen vxori, quicquid ipſa cœpit, & alienauit deductis mobilibus, Hæres petit ab vxore reuelari dicta mobilia, negat vxor propter legatum ſibi factum, & accipienda eſt quæſtio eiuſmodi in tacita remiſſione doli futuri veri, nam de dolo futuro præſumpto paulo poſt agendum, Et fieri eam remiſſionem poſſe probat *gloſſ. in d.* §. *illud.* cui adheret *Dec. in l. contractus num.* 45. *ff. de reg. iur.* per tex. in allegato. §. *illud verb. quamuis*, quo dicitur pactum ne depoſiti agam valere, eoq; dolum remitti. Secundo ad ſtipulatur ratio Decii quando ſæpe permittitur tacite fieri, quod expreſſe prohibitum eſt, vt liquido conſtat in iuramento calumniæ, quod tacitè non expreſſe remittitur *d. l.* 2. *ſed quia veremur. C. de iur. iur. propter calumn.* ſic & milites non poſſunt officio procuratoris fungi *l. militem C. de procur.* & tamen ſi hæc exceptio non opponatur ante litem conteſtatam, valet iudicium Clerico etiam non licet prorogare Iuriſdict. alterius etiam Epiſcopi ſine conſenſu ſui Epiſcopi *c. ſi diligenti*, & *c. ſignificaſti de foro compet. gloſſ. in c. inſolita* 11. *quaſt.* 1. *Ioan. de Imol. in c. cum inferior. de maior, & obedient gl.* quæ plures enumerat caſus *in d. l.* 2. §. *ſed quia, & gloſſ. in l. longo. ff. de diuerſ. praſcript. Dec. in d. c. dilecti de foro compet.* & tamen ſuſtinetur iudicium nulla oppoſitione facta.

Diuerſum ſentiunt Caſtrenſ. & *Iaſon in d.* §. *illud in princ.* ſequentes *Bald. ibi numero ſecundo verb. ſed ego aliter.* Quibus accedit *Ruy. conſil.* 54. *num.* 13. *vol.* 1. loquens in fra.

tre qui promiſerat rationem adminiſtrationis non petere & ſimplici dicto ſtare, & conſ.69.num.3.& 4.volum.2.Port.conſ.147.num.3.4.& 11.vbi plurima congerit Alexand. conſ.6.volum.4.Soc.Iun.conſ.281.& conſ.282.num.6.volum.2.Dec.conſ.349.nume.11.& 12.
37 afferens teſtimonium † de communi Rom.conſ.54. Igneus in l.contractus.ff.de reg.Iur.
Probatio vero communis huius ſententiæ ſumitur, inquit Paul.ex d.§.illud nulla pactione igitur nec expreſſa, nec tacita, ſiquidem vniuerſalis negatiua caſus omnes excludit, proinde Bald. dicebat nulla pactione, ſiue nuda, ſiue ſtipulatione vallata, nec ad rem pertinet Reſp.Decii in l.contractus nume. 45.ff.de reg. Iur. eum textum eſſe accipiendum in pacto expreſſo non in tacito, quoniam tacitum eſt improprie pactum Hoſt. in tit.extr.de pact.ſupr.definitione pact. & tradit ipſemet Dec.in Rub.Cod.de pact. numero tertio, etenim facile defenditur. Paulus ex l. ſecunda, tertia, & quarta. ff. de pact. in quibus tacitum pactum appellationem pacti, eandemque virtutem habet cum expreſſo, & inde fieret, quod mutus paciſceretur improprie contra dict.l.4. in fine, nec non impropria lex eſſet tacito populi conſenſu facta aduerſus l. de quibus.ff.d.leg. & contra §.ſed naturalia Inſt. de Iure naturali gentium & Ciuil. Addo quod ea verba nulla pactione, ſua generalitate pactionem impropriam non excludunt, cum ſicut dictum eſt vniuerſalis negatiua procedat in infinitum.

Secundo patrocinatur ratio; Ne quiſpiam prouocetur ad delinquendum, quæ tacitæ quoque conuentioni competit, igitur & eadem diſpoſitio Iuris, l.illud.ff.ad l. Aquil. l. actio. de verbor. obligation. omnes enim quoſcunque caſus ſua diſpoſitione comprehendit, in quibus reperitur, etiamſi illi caſus eſſent minus proprii, vel pœnales Imol. & Philipp. Franciſ. in cap. pro humana de homic. libr. 6. Tertio vltra Caſtr. ratiocinatur Iaſon.conſilio decimoquarto, columna tertia, dicens dolum eſſe delictum, & inter crimina numerari l.1.cum ſequent. ff. de crim.ſtellio.l. item exigit. ff. de dolo, crimina autem futura non poſſunt vllo modo remitti, ſed tantum præterita. §. pacta quæ turpem l.ſi vnus.ff.de pact. Expedit enim ait Iuriſcon. timeri pœnam. Quarto vltra Dd. me mo-
38 uet quod expreſſum regula eſt potentius † tacito, argumento. l. expreſſa. ff. de regulis iuris Tiraquel.de leg. Connub. gloſſ. 7. numero vigeſimoprimo, cum multis ſequentibus vbi loquitur in conſenſu innumeris ferè oſtendens exemplis expreſſum conſenſum tacito eſſe potentiorem, ſed expreſſo conſenſu futurus dolus non remittitur dict.§.illud dict.l.contractus.in verbo-excepto eo.ff. de regulis iuris, merito, nec tacito. Augetur vis argumenti: quoniam in pactis valet argumentum de tacito ad expreſſum l.fin.c. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. 2. 3. & 4. de pact. & propterea ſicut expreſſa generalis hypotheca trahitur ad futura, & poſtea quæſita dict.l.fin.l. hac edictali. §. illud verbo. omnibus. Cod.de ſecund. nupt. vbi hoc not. Saly. & Bald. Rom.ſingulari 148. ita, & tacita dict.l. 2. expreſſa itaque pactione non remittitur, ergo nec tacita, & hanc ſententiam magis tutam appellat Port.dict.conſilio centeſimoquadrageſimoſeptimo, numero vndecimo, verbo nihilominus tuta. Cui non refragantur allegata ex aduerſo; Nam aduerſum primum reſponſio eſt continere dolum præteritum, quemadmodum ait Caſtren. & confirmatur ex §.ſeq. in quo idem Iuriſcon. ait, pactum de futuro crimine furti ſcilicet, vel iniuriarum remittendo non valere, ſed tantum de præterito, cur enim diuerſum reſpondiſſet in dolo, quem oſtendimus inter crimina reputari; Dubius itaque verus quamuis ex aper. o tex. in verbo pacta quæ turpem declaretur, cum non ſit nouum, vnam partem legis per alteram explicari, l. qui filius vbi Bartol. ff. de leg. 1. confert tex. in l. vtram ff. de petit. hæred. nec officit conſideratio Decii, ſcilicet quod aduerſatur præcedentibus in quibus de futuro diſponitur, ſiquidem, aduerſari concedimus, ſed non in eodem caſu futuri doli, tum propter identitatis rationem, tum propter ſeq. §. pacta quæ turpem, tum etiam ne videatur vna via permittere, quod paulo ante prohibuerat altera reſpõſio quoq; Bald.in d.§.illud n.2. non omnino ſatisfacit, quoniam per eius ſolutionem futurus dolus remittitur tacite, vt placuit Dec.ead.ſol.Bald. ponitur à Cagn. tanquam noua in l.contractus n.80.ff.de reg.iur. Secundum quoq; argumentum confringitur tanquam vas figuli duplici ratione, prior eſt quia non currit ſequela, ſæpe permittitur tacite fieri quod expreſſe non valet, igitur hoc caſu, quia regula eſt in contrariũ, vt dictũ eſt in IV. argumẽto deinde quoniam dicta propoſitio eſt vera quando lex vlterius procedit ſcilicet quia non ſolum prohibuit expreſſe fieri, ſed conceſſit tacite fieri, vt d.l.2.§. ſed quia. C.de iur.propter calumn. Tiraq.de leg.Connub.gloſſ. 7. numero. 80. Sed in ſpecie noſtra lex vlterius non procedit quippe verus quamuis de præterito dolo loquitur, quare non debet remitti, tum quia expreſſum eſt potentius tacito, tum ne prohibitum vna via

cenſu-

39 cẽſeatur altera cõceſſum; Verũ vno † caſu poteſt meo iudicio non male defendi ſentẽ-
tia Decii, nempe non petendo, quod occaſione doli peti potuiſſet, vt accidit in iura-
mento calumniæ, vel in teſtibus examinandis poſt deducta teſtificata, & in aliis caſi-
bus enumeratis *à Tiraquel. de leg. Connubial. gloſſ. 7. nu.* 80. ex qua tacita remiſſione, non
præſtatur materia peccandi propterea quod ignorat pars aduerſa, quod nolit credere
deſiſtendo dolum punire, alias limitationes, & ampliationes ponit *Medices de fortuit.
caſib. parte 1. quæſt.* 10. *num.* 20. *& ſeq.*

Quæſt. 7. Sed cum dolus non remittatur, nec tacitè, nec expreſſe, oportune in
40 quæſtionem adducitur an ſaltem valeat remiſſio iuramento munita † propter autho-
ritatẽ iuriſiurandi, de quo dubio diſputat *M. Ant. Bauer. de iuramento. n.* 102. *&* 112. *Euer-
hard. in loco à virtute iuramenti. nu.* 63. *Canon. maxime Abb. & Innocent. in c. quemadmodum
§. fin. extr. de iureiur.* factum eſt ergo pactum, ne dolus præſtetur, iuxta tex. in *l. ſi vnus
§. illud. ff. de pact. in lege conuenire ff. de pact. dot. in l. contractus. ff. d. reg. iur.* adhibitumque
eſt iuſiurandum, nunquid teneat, & ſane potior videtur ſententia negatiua; Primo
41 q̃a iuramentũ non debet eſſe iniquitatis † vinculum *l. licitatio. §. illicitas. ff. de off. præſid.
c. quanto de iur. iur.* imo non ſeruatur niſi propter ęquitatis vinculum *Crauet. conſil.* 229.
Secundo iuuat hanc ſententiã *c. non eſt obligatorium de reg. iur. in 6.* quo definitur, nõ eſſe
obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum, nam quæ ſunt contra bo-
nos mores reputantur de iure impoſſibilia *l. filius. ff. de conſt. Inſtit.* nihil autem aduer-
ſatur bonis moribus magis, quam præbere occaſionem delinquendi, augetur op-
poſitio quod iuramentum contra leges non obligat, nec confirmat actum de quo agi-
tur, *c. vbi. &c. Quia ſæpe contingit de reb. Eccleſiæ non alienand.* Tertio ſuffragatur quia iu-
ramentum contra publicam vtilitatem præſtitum non arctat, quippe quia non habet
comitem, iniuſtitiam contra tex. *in d. c. quanto,* inuitare autem ad peccandum, vt facit,
qui dolum remittit, publice vtilitati repugnat *l. quidam decedens. ff. de admin. tutor. c. vt
famæ de ſent. excom. Abb. in c. quanto. num.* 14. *circa med. de iur. iur.* Quarto iuramentum re-
cipit omnes conditiones quas habet actus, ſuper quo interponitur *l. vltima vbi Bart.
Bald. Saly. Caſtr. & aliis in l. fin. C. de non numer. pecun. Tiraq. in l. ſi vnquam in proœm. num.* 165.
C. de reuoc. don. dicens iuramentum in contractu oppoſitum omnes conditiones, ſub-
auditiones, limitationes, exceptiones conſequi, quas habet ille contractus, certum au-
tem eſt in omni contractu dolum præſtandi conditionem eſſe reiectam, igitur, & à iu-
ramento. Quinto iuramentum deſtruitur ſi dolo fuerit præſtitum *c. quamuis de pact.
in 6. cap. licet de iur. iur. c. cum contingat eod. titul.* quomodo ergo poteſt dare authorita-
tem dolo, vt faceret in hac ſpecie ſi ratione iuramenti futuri doli remiſſio. Sexto
42 non incidit in periurium qui deſerit iuſiurandum ex cauſa à lege † conceſſa *l. fin. ff.
qui ſatiſdare cog.* at de dolo agere, ne doloſus ſuæ malitiæ præmium fuerat, omnibus
conceſſum eſt *l. conuenire. ff. de pact. dot.* Septimo eandem opinionem maxime adiuuat
communis doctrina ſcribent. relata *à Iaſon. in l. quidam cum filium num.* 22. *ff. de verb. oblig.*
ſcilicet quod Partes compromittentes in aliquem, vt in arbitrum, non poſſunt ex-
preſſe promittere, ne liceat recurrere ad arbitrium boni viri, ſi iniquè arbitretur, etiam
ſi hæc renunciatio eſſet iuramento vallata per tex. ſolemnem in *l. libertus, ſi ita iuraue-
rit. ff. de oper. libert. Bart. in l. fin. per illum tex. ff. qui ſatiſdare cog.* latiſſimè *Gabriel. Com. opin.
lib. 2. tit. de Arbitr. concl. 3. num. 46. verb. tenendo primum vſq. ad num. 49.* loquens in dolo ex
propoſito.

Ex aduerſo Abbas *in c. quemadmodum. §. fin. numero* 14. *in fine de iur. iur. Euerhardus
in loco à virtute iuramenti numero* 63. *Bauer. de iuramento numero* 112. ſentiunt futurum
dolum poſſe virtute iuramenti remitti, dicentes notabilem eſſe limitationem ad *l. ſi
vnus. §. illud & ad l. conuenire* adducuntur autem in hanc ſententiam authoritate in *d. §.
fin.* in quo iurauit Maritus vxori eam ſuper adulterio non impetere, & cum dubitare-
tur num id genus iuramenti eſſet ſeruandum allegatis hinc inde rationibus concludit
tutius fore, ſi vir propter iuris iurandi religionem ab accuſatione deſtiterit, quo ad
diuortium faciendum, cum poſſit eam denunciare ad pœnitentiam peragendam. Et
quamuis Innoc. per Abb. ibi relatus tollat hunc obicem dicens accipiendam illam cõ-
ſtit. in adulterium commiſſo, & videatur probari ſolutio ex illis verbis (*Patronus eſt turpi-
tudinis, qui celat crimen vxoris. & ibi ſi* 1. *&* 2. *contractu reſpicere nollet*) attamen Abbas *nu.*
14. *verb. attende* refellit Innoc. ex pluribus, & in primis ex primo illius. §. in quo ſine
controuerſia agitur de futuro dolo, ergo, & in *verb. quod ſi expreſſe,* in quo ponitur
limitatio quæ debet eſſe de reg. & manifeſtius extenditur ex illis verbis (*ne per hoc*

libera præberetur peccandi facultas, & demum quia ille text. careret dubitandi ratioñe cum explorati iuris ſit, & ſine Iuramento poſſe præterito dolo renunciari *dict. §. illud* & tamen Pontifex oſtendit maximam fuiſſe dubitandi rationem, cum arguat ad partes; Non eſt etiã audiẽda ſolutio *Guilielmi* ponderãtis illud verbũ, tutius, quod eũ maneat comparatiue ſignificat non fieri contra Iuramentum ſi maritus accuſauerit, reſp. enim Abb. Maritum nunquam accuſaturum; quia Tutius &c. caſus enim magis tutus eſt eligendus in dubio *cap. Iuuenis extr. de Sponſal.* Quare ille *Innoc. gloſſ.* & aliorum
43 ſolutione reiecta his concluſionibus vniuerſam hanc materiam abſoluit, † Aut dolus ſiue delictum eſt de præterito, & indubitata eſt concluſio pro validitate remiſſionis; Aut dolus ſiue crimen eſt de futuro, & tunc, aut quæris reſpectu accuſationis criminalis, & nihil Iuramentum prodeſt: quia ſcilicet præſtat materiam peccandi, & lædit ius publicum cuius intereſt ne delicta remaneant impunita *l. cum vulneratus. ff. ad l. Aquil.* Aut quæſtio eſt de ratione Ciuilis accuſationis ob celebrationem diuortii, & tunc caſus eſt *dict. §. fin.* & Iuramentum impedit accuſationem, ſed non prohibet denunciationem Eccleſiæ ad agendam pœnitentiam, atque ita ſeruatur Iuramentum & non datur occaſio delinquendi ob timorem denunciationis, applicando modo ad alios caſus extra illum textum ſi in commodato vel depoſito interpoſito Iuramento conuenerit ne dolus præſtetur, ſeruandum eſt Iuſiurandum ſiquidem agitur de re familiari, non publica, & non præſtetur materia peccandi, cum ſit permiſſa denunciatio ad faciendam pœnitentiam.

Non valebit autem Iuramentum ad remiſſionem doli reſpectu publicæ accuſationis quando dolus eſt huiuſmodi, vt poſſit criminaliter accuſari, vt in crimine falſi, quibus ſic conſtitutis nullum ſequitur inconueniens, ex his quæ in argumentis contrariis; Etenim cum poſſit non obſtante Iuramento fieri denunciatio Iuramentum non eſt iniquitatis vinculum, non contra bonos mores, nec contra publicam vtilitatem quoniam licet criminaliter agere. ſolus vnus remanet ſcrupulus ex quarto fundamento, quod iuramentum recipit omnes qualitates contractus ſuper quo interponitur, & maxime illa regula procedit in ea conditione & qualitate quæ eſt de natura primordiali actus, non accidentali *Deci. cap. 1. de Iud. colum. 16. Grau. conſilio 102.* in quo latiſſime hanc reg. declarat, vt vero dolus præſtetur, eſt de primordiali natura cuiuſque contractus, vt clarius eſt quam ſit probandum; & vere hoc non minimum vrget, ſed quid contra textum *in dict. §. fin.* tam apertum poteſt afferri, niſi quod regula. *dict. l. fin. Cod. de non num. pecun.* eſt veluti brocardica ex his, quod tradit *Iaſon. ex l. ſi conuenerit colum. 2. ff. de Iuriſdict. omn. Iud.* vbi tot enumerat caſus in contrarium, vt contrariam fermè regulam conſtituant; ex his vero, quæ hactenus diximus col-
44 ligitur aperte, in paucis admodum caſibus † prodeſſe Iuramentum ad futuri doli remiſſionem, quippe nihil proficit quando criminaliter agitur, vt dictum eſt, & quando apud doloſum aliquod eſt reliquum ex dolo duplici ratione, altera quoniam poteſt denunciari ad pœnitentiam peragendam; & pœnitentia non dicitur recte peracta niſi reſtituatur, quod male acceptum eſt *cap. peccatum de regulis iuris in 6. cap. perfecta de pœnit. diſt. 3.* Altera quia quando remittitur dolus futurus, is, qui remittit ignorat, an doloſus aliquid penes ſe habeat, ideoque non creditur ei renunciaſſe *l. tres fratres. ff. de pactis Caſtren. in dict. §. illud. numero quinto, verbo hoc tamen intellige.* Iuramentum autem non ſupplet conſenſum *Grau. dict. conſilio 102. per text.* quem omnes in hoc expendunt in *l. fin. Cod. de non num. pecu. Bartol. in l. ſi quis pro eo colum. vltim. in princ. ff. de fideiuſſor. Imol. in cap. 1. de Iud.* & ideo vbi eſt præſumptio defectus conſenſus, nihil operatur Iuramentum *Bald. & Saly. in l. 1. C. commod. Tiraq. in l. ſi vnquam. Cod. de reuo. don. in præfat. numero 146.*

Quæſt. 8. Plane cum ex his perſpicuum ſit à teſtatore futurum dolum remitti
45 non poſſe, non ſine ratione reuocatur in dubium, an † liceat hæredi d. remiſſionem facere; & profecto ſententia affirmatiua videtur ad veritatem propenſior ducto argumento à ſimili de cautione vtendi, & fruendi arbitrio boni viri, etenim teſtatori non eſt conceſſum illum remittere *l. ſcire oportet, vt in poſſ. legat. l. nemo poteſt.* vbi *Bartol. Iaſon. Curt. ff. de leg. 1.* tradit *Saly. in l. cum neceſſitatem. l. de fideicom.* & tamen ab hærede remittitur, quamuis & ipſa futurum dolum contineat vt *Doct. in d. l. nemo.* vno conſenſu recipiunt, & ſequitur *Saly. d. loco.* Imo ad augendam vim argumenti inferunt quod teſtator olim non prohibebat Falcidiam *Auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid.* hæres autem poterat ſoluendo ſcilicet integra legata, *l. fin. C. ad tit. & Dd. in Auth. nuper, alleg.* Idemq; reſpon-

reſponſum eſt in legitima, quā diminuere teſtatori non eſt permiſſum, hærèdi autem ſic non agendo ad ſupplementum *Iaſ in d.l.nemo num. 34.cum ſeq.in ſecunda lect.*

46 Cæterum contraria opinio melioribus videtur rationibus, & authoritatibus † munita, & primo ex *dict.§.illud.l.ſi vnus.ff.de pact.* in quo prohibitio eſt in rem ibi: nulla pactione. ergo nihil intereſt, quæ perſona remittat dolum futurum, proinde tranſit etiam ad hæredes argumento *l.tale pactum.ff de pact.* Confirmatur quoniam ſi hæres remittat dolum futurum neceſſe eſt aliqua pactione remittat, ſed dolus futurus nulla pactione remittitur. Accedit quod Dominus licet rei ſuæ moderator futurum dolum non remittit *dict.§. illud.* ergo nec hæres, qui dominus eſt, & de re propria agit; quia per aditionem confuſum eſt patrimonium, & nulla eſt differentia inter alios Dominos, & hæredem. Vltimo munitur, quia ratio prohibitionis in teſtatore viget in hærede, probatur aſſumptum, nam triplex eſt ratio prohibitionis prima quia ius publicum remittere non licet, Secunda quia formam antiquitus conſtitutam priuatis non conceditur mutare pactionibus, quæ duæ rationes ponuntur in *dict. l. quidam decede-s.ff.de admin.Tutor.* Tertia quia hæc remiſſio præſtat occaſionē delinquēdi *dict.l. conuenire.ff.de pact.dot.* & hanc poſteriorem ſententiam veriorem iudico, & in vno tantum caſu ſequor priorem nimirum quando hæres non peteret, quicquid occaſione futuri doli potuiſſet in iudicium deducere, Reſpōſio autem allegatis ex aduerſo eſt ante pedes propter diuerſitatis rationem, ſiquidem teſtator non remittit cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, quoniam reſpicit vtilitatem hæredis, vt eſt cōmune Dd. placitum in *d.l.nemo poteſt*, hæredi aūt licet dictam cautionem remittere quoniam proprio fauori renunciat, & tantumdem valet in Falcidia, & legitima *l.1. & ibi not.C.de vſufructu. Alex.conſ.88.Cagn.* qui alios citat in *l.contractus num. 81.de reg. iur. Rimin.in §.1.nume.743. de donat.* inferens in ſimili non poſſe inſinuationi renunciari à donatore quia non de ſuo, ſed aliorum præiudicio agitur, nam in damnum alterius renunciatio non tenet *Bartol.Paul.Dec.in l.pen. C.de pact.* At futurus dolus non remittiur a teſtatore non intuitu, aut contemplatione hæredis, ſed ex tribus nuper allegatis rationibus, quæ non ceſſant in hærede, igitur nec prohibitio.

Quaſt.9. Quoniam vero de dolo futuro hucuſque per egimus, qui conſiſtit in
47 faciendo, diſſeramus de illo, qui verſatur in † omittendo, cuius exemplum erit per *Bald.in l.pupillorum.C.de repud. hered.* ſcilicet quando heres omittit implere conditionem ſibi iniunctam à Teſtatore; & in *l.ſi ex cauſa.§.in commiſſum verb.quod erit. ff. de minor.* vel ſiquis generaliter citatus ſine legitima cauſa ſponte ſua noluerit comparere; verus eſt dolus in omittendo, exemplum erit etiam in *l.1.§.fin. & in l. vbi in princ. ff. de edend.* Et profecto ſtandum videtur à ſententia negatiua, ſiquidem, & in hoc dolo viget ratio, ne quis inuitetur ad delinquendum, vt in eo qui vectigal omittit ſoluere; *d.§.incommiſſum*, vel qui malitioſe edidit *d. l. vbi.* nam hic dicitur non edere. ſecundo probatur a ſimili; Nam minor aduerſus dolum in omittendo non reſtituitur, ſicut nec contra verum in committendo, vt dixit *Bald. in d.l. pupillorum in fin.* Quamuis in hoc contrarium ſentiat *Alber.in l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.ff.de Minor. Oddus de reſtit.quaſt. 83.articulo.3.* qui diſtinguit, quare ſicut dolus futurus in committendo non remittitur, ita, nec futurus in omittendo. Tertio dolus verus in omittendo videtur eſſe maior dolo præſumpto, ſiquidem præſumptus poteſt non eſſe verus, Dolus autem præſumptus futurus non remittitur *Cagnol.in l.contractus num. 10.ff.de reg.iur. Caſtren.in l.ſi vnus §.illud.ff.de pact.* & ibi *Iaſ.* Contrarium videtur probari ex eo ſatis aperte quod teſtator poteſt remittere confectionem inuentarii, & libri rationum *l.fin. C.arbitr. Tutel. Bart.in l.tutor,qui repertorium.ff de admin.tutor.l.cum tale. §.1.vbi. Paul. ff de cond & demonſtr.* Inuentarium autem non facere pertinet ad dolum in omittendo. Secundo licet teſtatori remittere cautionē vt legat.nomine *l.1.ff.eod.tit.* Dd. *maxime Iaſ.in d.l. nemo poteſt*, porro aūt non dare cautionem dolus eſt in omittendo; prior tamen opinio videtur ad veritatem propenſior, præſertim ex primo & tertio argumento, nam verus dolus in omittendo, veram malitiam continet *l.vbi.ff.de edend.* & dolus præſumptus verſutiæ non remittitur, quanto magis dolus verus, Nec officiunt allegata in oppoſitum, quoniam prædicti caſus non confectionis inuentarii, & ſatiſdationis non præſtitæ; non referunt verum dolum in omittendo, ſed dolum omiſſionis præſumptum *Port. conſil.145.numer.tricesſimoquinto. Did.lib.2.Reſolut.cap.14.numero quarto, verbo.quinto dolus præſumptus.*

Quæſt. 10. Offert ſeſe hoc loco diſcutienda frequens illa, & à noſtris maxi-
48 me agitata quæſtio de dolo præſumpto † de futuro; Recte enim poſt dolum verum futurum inquirimus de præſumpto, vtrum ſcil. poſſit remitti, & poſſe exiſtimauit, *Bald. in l. 1. C. de vſufr.* cui ex iuriſconſultis adhæret. *Alciat. in l. actione numero quadrageſimo primo. Cod. de tranſact. Ruy. in l. nemo poteſt col. 10. ff. de leg. 1. Dec. conſil. 178. Seraphin. de Iuramento princip. 108. numero* 4. Ex Canoniſtis probant, *Bald.* ſententiam, *Butrius, & Ia. Andr. col. 14. verbo* 5. fallit, nec non *Fely. in cap. ſi diligenti, numero 31. de foro comp.* & ante omnes eſt *gloſſ. in l. vbi ff. de edend.* quam *Fely. citata loca* inquit eſſe bonam, vti-tur namque argumento à ſimili Minor contra verum dolum non reſtituitur, ſed ad-uerſus præſumptum reſtitutionem habet, ex quo colligitur dolum præſumtum, eſſe longe minorem dolo vero, ſicut etiam reſpondit *Pariſ. conſilio* 84. *numero trigeſimo ſecundo, vol. 1.* vt igitur in illo conceditur Minori reſtitutio, ita videtur permittenda remiſſio, eo magis quod ſecundum *Butrium dict. loca* dolus iſte præſumptus eſt incertus, & ideò leuior iuſtiſſime reputatur, vt late oſtendimus in antecedentibus, Adde quod *text. in l. ſi vnus.* §. *illud.* ex quo ſolo oritur controuerſia, dum loquitur de Dolo, in potiori ſignificatione eſt intelligendus, *l. 1. ff. ſi ager. vectigal.* atque ita in dolo vero; verba etiam eius naturaliter ſunt potius accipienda, quam ciuiliter, *l. 2. ff. de negot. geſt.* merito non intelligitur eo loco de dolo præſumpto, qui ciuilis eſt cum præſumptione legis ciuilis inducatur; Patrocinatur etiã quod dictum eſt in proxima præcedenti quæſtione, nempe remitti poſſe confectionem inuentarii, libri rationum, & cautionum, vt legatorum nomine, & augetur robur argumenti, *ex c. fraternitatis extra de Teſtib.* in quo poſt deducta teſtificata conceditur nobis parte conſentiente nouos teſtes producere, ut ibi per Butrium, licet huiuſmodi renunciatio contineat dolum præſumptum.

Contrariam ſententiam probant, *Caſtrenſ. & Iaſon in dict.* §. *illud Igneus in l. contractus numero* 123. *& numera 32. ff. de regul. iuris.* & *Caſtrenſ.* ducit argumentum *ex l. quod Nerua. ff. depoſit.* in qua dolus præſumptus dolus eſt; ſed futurus dolus non remittitur, ergo, nec præſumptus, atque ita ex vi verbi hæc in primis ſententia probatur, cui ſecundo loco ſuffragatur quod viget in hoc dolo ratio inuitandi ad delictum; præſtat enim hæc remiſſio peccandi materiam in ſuo genere, non ſecus, ac verus dolus. Tertio huc pertinet, quod tam pro præſumpto, quam pro vero dolo conceditur iuſiurandum in litem. In hac controuerſia, *Dec. & Cagnal. in l. contractus. ff. de regul. iuris. Port. conſil.* 147. *numero* 35. 38. *& quadrageſimo. Pariſ. conſilio* 84. *numero trigeſimo ſecundo. volum. primo.* diſtinguendum putant inter dolum præſumptum in omittendo, vt in non confectione Inuentarii, vel in non conuertendo pecunias pupilli in emptionem prædiorum & iſte dolus poſſet remitti, maxime ſi Tutori, ex illo dolo nihil adſit *Port. dict. conſilia & numero trigeſimo quinta.* Quando vere dolus præſumptus conſiſtit in faciendo, vt ſi Tutor de pecunia impuberis, ſibimet prædium emiſſet, non poſſit remitti; Ne ſcilicet detur occaſio delinquendi atque hoc modo Bald. & Caſtrenſ. contrarias ſententias conciliari dixit, *Dect. in d. l. contractus numero* 44. *& conſilio ſeptuageſimo octauo.* in quo ponit exempla doli præſumpti in faciendo, probans multis rationibus & *conſilio* 418. *& conſilio* 349. *in fine.* Rurſus & ſecundo, *Cagn. in d. l. contractus numero octuageſimo primo.* quem ſequitur *Rimin. in* §. 1. *numero* 147. *Inſtit. de Donat.* alio modo diſtinguit; vt ſcilicet opinio Caſtrenſ. obtineat in dolo præſumpto verſutiæ, ſententia vero Bald. in dolo præſumpto deſidiæ, vel negligentiæ; proinde *Rimin.* infert. non poſſe renunciari inſinuationi donationis; Quippe iſte dolus conſiſtit in faciendo, ſcil. in donatione inducenda, item verſutiam continet per text. *in l. data Cod. de donat.* Tertio, idem *Riminald. numero ducenteſima quadrageſimo octaua.* aliam diſtinctionem adducens ait, Aut dolus præſumitur à lege fauore eius qui renunciat, cuius modi dolus eſt ob non datam cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, nam illa præſumptio fit hæredis fauore gloſſ. & Dd. *in leg.* 1. *Cod. de vſufruct.* & talis dolus ab hærede remittitur vel ab eo, cuius contemplatione fit à lege quandoquidem permiſſum eſt proprie fauori renunciatur, *l. ſi quis in conſcribendo Codic. de pacto.* lex enim quæ præſumebat in legato non cauente dolum ad fauorem hæredis, ob ipſius conſenſum, deſinit amplius præſumere, ſic quoque ex ſententia *Butrii in dict. cap. fraternitatis de teſt.* dolus præſumitur in eo; qui velit examinare teſtes deductis iam teſtificatis; At ſi pars aduerſa conſentiat productioni nouorum teſtium ceſſat præſumptio legis. atque ob id non præſumitur dari ma-

teria

by Google

teria delinquendi; ſi vero dolus præſumatur, non fauore renunciantis, ſed alterius, &
non valet remiſſio, vt planum eſt exemplo Teſtatoris, cui non licet remittere cautio-
nem legat. &c. vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, ſiquidem non ſui fauore, ſed
hæredis contemplatione, lex dolum preſumit, & hanc diſtinctionem inquit *Riminald.*
eſſe *Ruy. conſ. 49. col. fin. vol. & conſ. 87. num. 6. & conſ. 97. num. 8. vol. 5.* Nouiſſime *Maſcard.*
de prob. at. vol. 3. concluſ. 1252. num. 19. ait dolum præſumptum poſſe remitti, adeò vt gene-
49 ralis quoq; † remiſſio ſufficiat.

50 *Quæſt. 11.* Huic proxima eſt quæſtio de dolo velato, numquid † & ipſe poſſit
remitti, nam velatus dolus maxime ſimilis eſt preſumpto, vt non iniuria poſt vnius ex-
plicationem alterius ſuccedat diſputatio, *Cagn. in l. fin n. 154. C. de pact.* probat affirma-
tiuam ſententiã, eiuſdemq; ſequacem eſſe *Barbat.* affirmat *conſ. 4. vol. 4.* ſed hic adhæret
magis opinioni negatiuæ, ſi poſt longam diſputationem quid ipſe concludat diligen-
ter conſideretur, quamobrem credimus in hoc articulo diſtinguendum, vt in quæ-
ſtione præcedenti de dolo futuro præſumpto, cũ velatus & præſumptus dolus cogna-
tionem quandam inter ſe videantur habere.

51 *Quæſt. 12.* De dolo futuro ex propoſito hactenus, egimus, inquiramus † ex or-
dine de dolo re ipſa, quærentes nunquid huius quoq; fieri remiſſio poſſit, & vt quæſti-
onem dilucidius exponam, præmitto quod ſit dolus re ipſa, eſt autem ſecundũ *Corn.*
conſ. 283. num. 9. vol. 4. vbi reſultat diſproportio inter contrahentes hinc inde collata,
puta, quia adeſt leſio enormis, vel enormiſſima ex parte vnius cõtrahentis, ſiue quan-
do non in contractu, ſed in ipſa petitione iniquitas eſt iuxta text. *in l. 2. §. circa verb. licet*
enim eo tempore. ff. de except. doli, ſecundum ea quę dilucidius exponemus in alia diuiſio-
ne doli ex propoſito, & re ipſa: In hoc articulo, *Alciat. in l. act. nu. 41. & 42. C. d l. tranſact.*
Fely. in c. ſi diligent. nu. 31. de foro compet. Bald. in l. cum ante col. 2. C. de arbitr. vno conſenſu
putant poſſe remitti vnico argumento ſumpto à ceſſante ratione, quod vrgens eſt in
iure, *l. quod dictum. ff. de pact. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum ceſſante extr. de appel.*
eoque vtitur tanquam validiſſimo, *Oldrad. conſ. 6. incip. quod litera executoria Roman. in*
authent. ſimiliter. col. 5. Cod. ad l. falcid. & in l. ſi vero. §. de viro affert fall. 23. ff. ſoluto matri-
monio, ceſſat enim in hoc dolo ratio (ne quis inuitetur ad delinquendum) cum non ex
animo oriatur, ſed re ipſa, vt inquit *Bald. in l. cum antea Cod. de arbitr.* verum facile eſt
oſtendere, allegatam rationem inuitandi ad delictum non ceſſare, atque hoc modo
argumentum conuertere; Etenim quando dolus ineſt re ipſa ſit ratione grauis, aut
grauiſſimę læſionis Dd. *in l ſiquis cum aliter. ff. de verb. obligat.* Priori caſu conſtat de do-
lo, etiam perſonæ ex ipſo quod petit, *d. l. ſiquis in fin.* & declarat, *Caſtrenſ. ibi n. 3. & Iaſ.*
n. 6. quippe ſi rem valoris centum pro viliſſimo precio emiſti, rem emptam petens de-
tegis malitiam tuam. cum velis locupletari ex alterius iactura, exploratum eſt autem
in iure hæc eſſe inter ſe paria dolum facere, & cum alterius iniuria ditari, *l. 1. §. an in*
pupillum. ff. depoſit. Calcan. conſil. 73. Zaſ. conſ. 5. libro primo. poſteriori autem caſu læſio-
nis enormiſſimæ, quæ quando contingat dicemus infra, & tunc arguitur dolus ex
propoſito. Quare ab initio dolus malus creditur interceſſiſſe, cui conſequens eſt;
huic quoque dolo conuenire deductam ſæpe rationem, ne quis inuitetur ad de-
linquendum.

Quæſt. 13. Vltima eſt quo ad futurum dolum inquiſitio, nunquid minor ad-
52 uerſus dolum præſumptum de futuro reſtituatur † in integrum hanc quaſi duce
Bartol. tractant pœne omnes, *in l. prima. §. nunciatio*, maxime *Iaſon ibi numero vndeci-*
mo. ff. de nou. oper. nunciat. & præterea *Bartol. & alii in l. auxilium. ff. de Minor. Caſtrenſ.*
in l. 1. §. editiones. ff. de edendo; Albert. in l. vbi exigitur. ff. eod. Dec. in l. contractus col. pe-
nultim. verb. ad hoc facit. ff. de regul. iuris. Pedem Deciſ. 87. numero tertio. verbo non obſtat;
53 *Odd. de reſtitutione quæſtion. 83. articulo quinto.* plura cumulans; Diducitur † autem
hæc diſputatio in duas, ſecundum Bartolum quem ſequutus eſt, *Oddus citato loco;*
54 Prima eſt vtrum Minor reſtituatur † in dolo præſumpto de futuro, quando ex iſto
dolo Minor non ſentiat damnum de præſenti, exemplum eſt *in l. auxilium verbo ſed ſi*
intra ſexaginta dies. ff. de Minor. in qua agitur, num Minor veniat ad lucrum, ſe-
cunda eſt numquid Minori concedatur reſtitutio, quoties futurus dolus afferat
minori damnum de præſenti, vt accidit *in leg. prima §. accuſationem. ff. ad Tur-*
pil. vbi ſi minor non reſtituatur incidit in pœnam Turpiliani.

Digitized by Google

Aggredior primam, in qua, tum verior, tum etiam ęquior videtur ſententia. Quæ fauet Minoribus, ea in primis ratione, quoniam minor reſtituitur aduerſus dolum præſumptum de præterito *Bartol. d. §. nunciatio. num.* 32. in quo præſumptione legis, quæ eſt liquidiſſima probatio *l. Imp. ff. de leg.* 1. dolus iam commiſſus eſt, multo magis in futuro; in quo propter incertum euentum poteſt dolus non committi, & in dubio capitur præſumptio, excluſiua delicti *l. merito ff. pro Socio.* Secundo dolus futurus poteſt remitti, vt ex Bal. Fely. & aliis oſtendimus in ſuperioribus. Igitur & reſtitutio concedi aduerſus illum, vt de reſtitutione ad remiſſionem arguit gloſſa in *d. l. vbi. ff. de edend.* & *Felyn. in c. ſi diligenti. n.* 31. *ext. de foro compet.* Tertio probatur in terminis doli futuri ex *l. ſi qua. ff. ex quibus cauſ. Maior.* arguendo de milite ad minorem quod genus argumenti valet, cum vtique permiſſum ſit iura ignorare. *§. pen.* 2. *Inſtit. de milit. Teſta. l. reg. §. videamus. ff. de iur. & fact. ignor.*

Verum contra Minores communi conſenſu concludunt *Bart. Iaſ. Zaſ. Crot. & alii in d. §. nunciatio,* & cæteri paulo ſupra allegati necnon *Marian. Socc. de Teſtib.* 157. cum aliis congeſtis ab *Oddo d. quæſt.* 83. Munitur autem hæc ſententia lege, & ratione, & quidem lex eſt *l. auxilium. ff. de Minor,* in qua Maritus Minor non reſtituitur aduerſus lapſum temporis 60. dierum, quod conceditur ad accuſandam vxorem adulteram, quia inquit Iuriſconſult. eſt deprecari veniā calumniæ: præſumit namq; lex poſt illum terminum in accuſatore calumniam. Ratio vero eſt; quoniam ſpes reſtitutionis præberet occaſionem delinquendi contra *l. conuenire. ff. de pact. dot.* & contra mentem Prætoris dolo nunquam patrocinantis *l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pact.* & odium doli præponderat Minorum fauori, Adductis autem in oppoſitum, non eſt deplorata ſolutio. Primum enim argumentum diluitur propter diuerſitatis rationem inter præſumptum dolum præteritum, & futurum, etenim quo ad primum lex in perſona Minoris, cui conceditur ius ignorare *d. l. regula. ff. de iur. & fact. ignor.* accipit benigniorem partem, & non dolo feciſſe, ſed fragilitate lapſum præſumit Minorem *l.* 1. *§. fin ff. de edend.* adeò quod illa omiſſio, quę inducit in maiore præſumptionem doli, non operatur eundem effectum in Minore, ſed quando dolus eſt ad huc futurus, quia ſæpe malitia ſupplet ætatē, ne ſub ſpe reſtitutionis delinquat, denegat reſtitutionem. Secundū deſtruitur quaſi nix ad faciē ſolis, tum quia ſatis ſeparata eſt remiſſio doli, in qua plerunque de dolo remittentis agitur, & reſtitutio in qua vertitur damnum tertii, tum quia in illa quæſt. de remiſſione doli planum fecimus multis caſibus dolum præſumptum futurum remitti non poſſe; Tertium quoque fundamentum commouetur, quoniam in ea lege Miles Reip. operam dabat, atque ita iuſto fuerat impedimento detentus, nulla autem iuſta cauſa eſt in ſpecie noſtra: ſi qua enim adeſſet reſtitueretur ex generali clauſula *legis pri. ff. ex quibus cauſ. maior.*

55 In ſecunda quæſtione videtur, ſicut † in præcedenti concludendum *Bart. ex l. ſepulchri. ff. de ſepulchro violat.* ratiocinando, vt ait *Oddus d. quæſt.* 83. *art.* 5. *numer.* 30. de abſente Reip. cauſa ad minorem. nam, & ſi abſens ibi Reip. cauſa, & poſtea reuerſus ſentit damnum vt ibi gl. tamen non reſtituitur. Secundo adſtipulatur quod quemadmodū Minor non obtinet reſtitutionem in præcedenti caſu, quoniā nō ſentit damnum de præſenti, ita in propoſito caſu, quando ſentit damnum de præſenti, tum quia datur caſio delinquendi, quod debet damno minoris præponderarē, tū quia ſi ratio damni præſentis habenda eſſet in perſona minoris, reſtitueretur aduerſus dolum verum de præterito, contra ea, quæ ſuperius firmauimus ex omnium ſententia. Contraria autem opinio potior videtur *Bart. in d. §. nunciatio. num.* 34. *Iaſon. num.* 11. & *Zaſ. numero* 13. *ac cæteris ab Oddo relatis d. art.* 5. Roboratur autem *ex l.* 1 *§. accuſationem in fin. iuncta. l. qui deſtit. ff. ad Turpil.* In qua minor reſtituitur, cùm deſtitiſſet ab Accuſatione. Iſcet adſit præſumptio calumniæ in deſiſtendo, quæ poteſt huius rei eſſe ratio, inquit Bartolus certè illa: quia Minor ſentiret damnum, quippe incideret in Turpilianum, verum *gl. in d. §. accuſationem in verb. itaque,* & clarius *Oddus, ubi ſupra,* dicunt eum textum pertinere ad reſtitutionem doli præſumpti de præterito, nempe reſtituitur Minor, non vt poſſit iterum accuſare, ſed vt non incidat in Turpilianum, ob accuſationem prætermiſſam; Nos quoq; alia ratione credimus ſententiam DD. inde non probari, quoniam ſcilicet in *d. §. accuſationem,* non agitur de reſtitutione in integrum, ſed eius diſpoſitio procedit ipſo iure, ſiquidem ait omnes incidere. deſtituta accuſatione in Turpilianum excepta Muliere, & Minore, ergo minor non incidit & ob id non eget reſtitutione, quæ præſupponit incidentiam. & ita ille caſus ſingularis Turpiliani

proce-

procedit ipſo iure, quamobrem Secundo loco *Oddus* ducebat argumentum *ex l. ſciui §. et. iſdem. ff. de accuſat.* arguens ab ignorantia ad minorem ætatem, planè non videtur ſatis firma argumentatio, primum quia reſtitutio ibi non fit propter damnum, ſed quoniam ſuum perſequitur dolorem, cuius maior habetur ratio, quam damni, cum eius contemplatione cõcedatur accuſatio, his qui aliàs accuſandi ius non haberent *§. conſequens Inſtit. de ſuſpect.* *Tutor. l. videamus. §. Curatores. ff. de in lit. iur.* vel ſi æqualis eſſet reſpectu damni, & doloris, vt videtur probare *l. 4. in princ. ff. de accuſ.* tamen in *d §. iiſdem* non conceditur regulariter reſtitutio ob ignorantiam, ſed ait tex. ex magna cauſa, nos v. inquirimus an Minor reſtituatur ſimpliciter ob damnum, & ibi requiritur damnum ſiue dolor, & præterea magna cauſa, quam ibi gl. declarat, ita fit, vt parum validò præſidio muniatur hæc DD. ſententia & alia facile defendatur in puncto iuris ex ſupraſcriptis argumentis.

Cæterum Com. opin. defendentes poſſumus aperta ratione munire, nempe quia damnum Minoris eſt certum, & exploratum, dolus autem futurus præſumptus eſt incertus, poſſet enim facile non committi; quare non eſt par, & æqualis ratio, cum præcedenti articulo, in quo cum non verſetur præſens damnum Minoris, tollitur denegando reſtitutionem omnis occaſio, quæ ſubeſſe poteſt delinquendi, & minor non læditur, Nec moueant adducta ex aduerſo. Etenim *tex. in d. l. ſepulchri*, denegat reſtitutionem. Quia non militat damnum Abſentis Reip. ſed agitur ad vindictam, vt ibi palam Iulianus ait, innuens tam obſcure conceſſum fuiſſe reſtitutionem ſi de re familiari, atq; ita de damno incidiſſet quæſtio, prohibetur reſtitutio, quoniam actio illa ad rem non pertinet familiarem igitur pro re familiari locus fuiſſet reſtitutioni *l. cum prætor ff. de iud.* adeò vt alterum pro Com. ſententia poſſit ex d. l. argumentum ſumi. Ad ſecundum dilucida eſt reſponſio ex ratione, qua fundauimus Dd. ſententiam ſcilicet. Quia in ſuperiori caſu damnum eſt exploratum, Dolus autem incertus, nec quod de vero Dolo dictum eſt facit negotium, quandoquidem ibi dolus eſt certus, & debet præponderare damno quamuis certo: indignus eſt enim legis auxilio qui committit in legem.

Quæſt. 14. Stante ita communi ſententia, & ſtante quod probetur *in d. l. §. accuſationem ad Turpil.* in qua fuit à Bart. quaſi in altiſſimo fundamento collocata, infer-
56 tur, quòd & Mulier † reſtituenda ſit in integrum aduerſus dolum præſumptũ de futuro, ſi denegata reſtitutione damnum ſentiret de præſenti, ſiquidem Iuriſconſul. ibi de muliere idem ac de Minore reſpondet, ſed quoniam ille locus. non probat ad vnguem, res eſt, quo ad mulierem, magis in ambiguo, vt colligitur ex *gl. in ea l. verſ. itaque*, cum multa deducat aduerſantia quare expedit videre *Bart. in d. §. nunciatio. num. 32. nec non Deciſ. Pedem. 87.*

De Dolo ex propoſito, & re ipſa Diuiſio.

1 *An iure probetur hæc diuiſio doli, Cõ ſchola Dd. ait probari.*
2 *Dolus in verbis, fraus vero conſiſtit in factis, ſecundum D. Thomam.*
3 *Mora definitio, quæ ſit.*
4 *Mora duplex.*
5 *Dolus in re non excludit dolum in verbis.*
6 *Dolus ex propoſito quid ſit ex intentione authoris.*
7 *Dolus ex propoſito quo modo probetur.*
8 *Dolus ex propoſito maximè videtur detegi, quando probatur enormiſſima læſio.*
9 *Vtrum dolus ex propoſito differat à dolo, re ipſa.*
10 *Aliquæ ſimilitudines inter vtrumq; dolum.*
11 *Nonnullæ differentiæ, quibus hæ ſpecies doli diſtinguuntur inuicem.*
12 *Quotuplex ſit dolus ex propoſito.*
13 *Vtrum dolus ex propoſito ſit iure permiſſus.*
14 *Regula quod contrahentib. licet inuicem ſe decipere quo modo intelligatur.*
15 *In foro conſcientia nullus dolus eſt permiſſus.*
16 *Iure naturali, omnis dolus improbatur.*
17 *Iure gentium ſecundò permiſſa eſt deceptio in precio, & quare numero.*
18 *Iure ciuili ex eadem ratione conceſſa eſt in precio circumuentio.*
19 *An iure Digeſtorum licitum eſſet contrahentib. inuicem ſe decipere vltra dimidium.*

20 *Vtrum nouum ſit l. 2. C. de reſcind. vēd. remedium.*

21 *Læſis infra dimidiam iuſti precii, nec ciuili, nec pontificio iure ſuccurritur.*

22 *Dolus dans cauſam contractui, quamuis læſio ſit infra dimidiam annullat ipſo iure bonæ fidei contractum; exceptione autem conuentionem ſtricti iuris.*

23 *Vtrum dolus ex propoſito poſſit pacto, vel teſtamento remitti remiſſiuè.*

24 *De pœna huius doli remiſſiue.*

ALIA ſuccedit doli mali diuiſio, quæ dolum alium ex propoſito, alium ex re ipſa
conſtituit; Ad euius partitionis explicationem, quæremus in primis (quod & in
1 ſuperioribus obſeruauimus) ſcilicet nunquid hæc doli diuiſio † iure conſiſtat mox
deinde primum membrum accipientes inquiremus quid ſit dolus ex propoſito. An
differat a dolo re ipſa, quotuplex ſit, & an ſit iure permiſſus opportunas alias quæſt. tra-
ctaturi, & à propoſito ordine non recedens, quæro nunquid audiri hæc diuiſio de-
beat, & ſanè præſtantior videtur ſententia negatiua. Primo ex his quæ tradit *D. Tho-*
2 *mas 2. ſecunda quæſt. 45. articulo 4.* Etenim ait dolum in verbis conſiſtere, fraudem † in
factis, & propterea fraudem definiens dicto loco *quæſt. 45. & quæſt. 55. art. 5.* inquit frau-
dem eſſe executionem iniuſtitiæ in his quæ ſunt facti, Dolum vero in verbis eſſe po-
ſitum, probatur *Pſalmo* 30. ibi; *muta fiant labia doloſa*, & *Pſalmo* 14. Qui veritatem loqui-
tur in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua, quibus conſequens eſt non dari
dolum re ipſa, quippe cum in facto conſiſtat, fraus eſt, non dolus. Id quod ſecundo
loco confirmatur, ex definitione doli in *l. 1. ff. eod.* Quæ non conuenit dolo re ipſa cum
in eo non ſit machinatio fraudulenta ad circumueniendum, neque enim eſſe poteſt
in re circumueniendi malitia. Quare ſolus reperitur dolus ex propoſito. Cæterum
DD. omnes, quaſi doctor vnus hanc diuiſionem ſine diſcrimine recipiunt, cum do-
lum ex propoſito, & dolum re ipſa paſſim appellent, maxime vero in *l. ſiquis cum alter.*
ff. de verb. oblig. & in ſpecie commendat eam *Caſtrenſ. conſ.* 413. *numer.* 3. *vol.* 1. & laudat
Roma. in l. de quæſt. num. 25. *&* 75. *C. de pact.* vbi occaſionem tex. in *verb. dolo*, declarat,
vtrumque malum, inquiens, dolum tanquam genus habere ſub ſe has duas ſpe-
cies. Accedit probatio ex *d. l. ſiquis cum alter.* in qua Vlpianus reſpondet competere
exceptionem doli, ſiue dolus interceſſit ſtipulantis, (ecce dolum ex propoſito, ſiue
res ipſa in ſe dolum habeat) ecce dolum re ipſa. Adſtipulatur, quod ſi ambæ non eſſent
ſpecies doli; non oriretur ex illis exceptio doli, cum cauſa pariat effectum ſibi ſimi-
lem *l. manumiſſionis. ff. de iuſt. & iure.* Quibus conuenit in ſimili, quod licet mora ſit in
3 debito ſoluēdo, vel in credito recipiēdo † à iure improbata dilatio, *Bart. & Rip. in l. quod*
ſi ff. ſi cert. pet. & ita requiratur animus, & conſilium. Tamen mora eſt duplex ex re, &
4 ex perſona † *l. mora. ff. de vſur. DD. in d. l. quod ſe in l. ſi ex legati cauſa*, & in *l. ſi inſulam ff. de*
verb. oblig. Nec vim habent allegata contraria. Et ad primum ſuppoſita veritate illius
differentiæ inter dolum, & fraudem, de qua latius agemus infra ſuo loco in cap. de
5 fraude reſponſio ſit dolum in re, non excludere, † dolum in verbis ex *d. l. ſiquis cum al-*
6 *ter in fin.* nam tunc detegitur iſte dolus re, cum petitur † ex eo contractu, in quo res
illa deducta eſt, ibi hoc ipſo dolo facit, quod petit (confert *tex. in l. 2. §. circa. ff. de except.*
doli) ibi, licet enim eo tempore quo ſtipulatur nihil dolo malo admiſerit, tamen dicen-
dum eſt eum, cum litem conteſtatur dolo facere eo quod perſeueret ex ea ſtipulatio-
ne petere, ex quo ſoluendi modo, explicatur etiam vltimus nodus; malitia, namque &
malus animus in ipſa petitione detegitur ſiquidem petendo demonſtrat lucro incum-
bere, cum aliena iactura contra tex. in *l. 1. §. an in pupillum. ff. depoſit.* & cum leges palam
dicant in re ſæpe dolū reperiri *d. l. ſiquis d. l. 2. §. circa.* Quis ſine rubore hanc diuiſionem
in dubium reuocabit?

Aggrediamur ergo dolum ex propoſito, quid ipſe ſit primum declarantes. *Iodo-*
cus in ſuo tract. parium, vel ſimilium, in verb. dolus ex propoſito, deſcribens ait, Dolus ex pro-
poſito eſt, cum aliquis præmeditate, & ſtudio proponit quibuſcunque velle alterum
decipere; Nobis videtur ita definiendus Dolus ex propoſito, eſt deceptio, vel machi-
natio, ex malo animo in negociis adhibita, & facilè eſt colligere ex *d. l. ſiquis, ex d. l. 2. §.*
circa. & ſiquis huc referat definitionem Labeonis in *d. l. 1. §. 1. ff. de dolo*, iudicio meo non
errauerit, quib. autem modis, dolus iſte cenſeatur adhibitus in contractu, vel in a-
lio negocio explicat, *Cephal. conſilio* 62. *& conſilio* 144. *&c. vol.* 1. *Socc. iun. conſilio* 129.
numero ſexageſimo octauo vol. primo & conſ. 42. *& conſil.* 59. *vol. tertio Doctor. in l. Dolum*
Cod. de Dolo. dicunt enim coniecturis deprehendi, eaſque eſſe iudicis arbitrio remiſſas

Anca-

Ancaran. quæſt. famil. quæſt. 22. num. 13. Deciſ. *Genuenſis 168. num. 13. & Deciſ. 3. num.* 27. vt infra oportuniori loco, quando de probatione doli tractabimus copioſius expone-
7 mus, interim duas ſufficiat enumerare coniecturas, quibus arguitur † iſte dolus, quarum prima eſt ex perſuaſionibus, Quibus vſus eſt vnus ex contrahentibus, vt alterum induceret ad contrahendum, nimia enim perſuaſio habetur loco coactionis in tantum quod ſuaſio ad malum ſit plus compulſione, vt late *Crau. conſilio* 192. *volum.* 1. *Riminald. ſen.* 761. *numero nono.* Altera eſt quando in contractu, vel in alia diſ-
8 poſitione adeſt læſio vnius partis multum exceſſiua † *Crau. conſilio 28. numero 5. & conſil.* 142. *numera vigeſimo ſecundo. Rola. conſil.* 60. *num.* 66. *vol.* 4. *Abba. conſil* 81 *numero* 49. dicens probata enormiſſima læſione cenſeri probatum dolum ex propoſito, *Deciſ. Peruſ.* 18. qua definitur propter enormiſſimam læſionem, adeo præſumi dolum ex propoſito vt nō ſit neceſſaria abſolutio à Iuramēto licet tutius ſit illam petere, & *Curt. Iun. conſ.* 141. *num.* 16. inquit ex communi ſententia dolum argui ex propoſito ob grauiſſimam læſionem, de aliis infra explicatius agemus.

9 *Quæſt.* 2. Sed opportune quæritur an iſte dolus ex propoſito † differat à dolo re ipſa & profecto ſecundum opinionem affirmatiuam videtur iudicandum, nam æquiparari eos tradit, *Rolan. conſ. 7. numero* 43. *lib.* 3. *Socc. Iun. conſil.* 129. *numero* 40. & 47. *vol.* 1. *conſil.* 57. & *conſ.* 60. *volum.* 3. & *Deciſ. Peruſ. numero* 18. quæ loquitur ad reſcindendum tranſactionem, de qua etiam *Pariſ. conſ.* 69. 96. *lib.* 1. & de eadem æquiparatione in aliis conſiliis nempe *conſ.* 20. *nu.* 45. & *conſ.* 108. & 109. *vol.* 1. & *conſ.* 99. *eod. vol. Socc. Iun. conſ.* 98. *nu.* 26. *vol.* 2. *Ang. in §. ſequitur. numero* 21. *inſtit. de except. Gramm. deciſ.* 76. *numer.* 13. *Simon de pratis. conſ.* 150. *numer.* 53. dicens cenſeri ſemper exceptum ab o-
10 mni contractu & *Decianus conſilio* 39. *numero* 71. *volum.* 2. † reſpondet ex vtroque dolo factam renunciationem poſſe reſcindi. Secundo, quoniam conueniunt ad producendam exceptionem doli, *Roman. in l. ſiquis cum alter. ff. de verb. obligat.* per illum text. qui probat ad literam, ibi: (*Qui enim per dolum obligatus eſt competit ei exceptio, idem eſt, ſi nullus dolus interceſſerit, ſed res ipſa in ſe dolum habet*) munit etiam *l.* 2. *§. circa l. doli. ff. de except.* Tertio, ſuffragatur quia vterque dolus reſcindit Iuramentum, *Pariſ. conſ.* 75. *num.* 19. & 20. *vol.* 3.

11 Verum in pluribus has ſpecies doli ſeiungi omnium eſt conſenſu † probatum, & prima quidem differentia eſt quod in dolo ex propoſito, ſtatim naſcitur actio, vel exceptio, in alio oritur ita demum, ſi petatur *Caſtren. in d. l. ſiquis cum alter numero tertio.* cui conſentit text. *in d. l.* 2. *§. circa*, dicens huius differentiæ not. effectum recenſeri à *Bart. in l. Iulianus verum debitorem ff. de cond. vel indebit.* in magna diſtinctione. Secundo diſcrepant; quoniam dolus ex propoſito maior eſt dolo re ipſa, ea ratione, quoniam dolus ſurgens ex læſione eſt dolus præſumptus, qui leuior creditur eſſe vero dolo, vt copioſe; *Cephal. conſ.* 34. *num.* 16. *vol.* 1. & *conſ.* 92. *num.* 17. *eod. lib.* Tertio, diſtant ſecundum *Alexand. conſ.* 53. *volum.* 3. quippe propter dolum ex propoſito in contractibus ſtricti iuris datur actio doli, propter dolum re ipſa competit ſolū exceptio. Quarto quia dolus ex propoſito proprie dolus eſt, conuenit enim ei definitio doli *in l.* 1. *ff. de dolo*, ſecus in altero dolo, gloſſ. *in d. l. ſiquis*, & *Cagnol. in d. l. fraudis interpret. ff. de reg. iur.* verum hæc differentia non caret difficultate, vt infra ſuo loco vberius exponemus; Nec ad rem pertinent ſimilitudines ſupra deductæ, ſunt enim ex genere quippe ſpecies conueniunt in his, quæ ſunt illius generis, cui ſubiiciuntur, oppoſita autem vt notiſſimum eſt apud Dialecticos, ſunt circa differentias; cum enim doli mali natura ſit contractum reſcindere, & ob id actionem, vel exceptionem doli producere, hæc qualitas in vtraque ſpecie doli conſpicitur, enumeratæ vero differentię ſunt ſpecificę; nec mirum cum ea, quæ differunt ſpecie, differant quoque definitione & effectu, vt alia eſt definitio hæreditatis, *in l. hæreditas. ff. de verb. ſignif.* alia definitio bonorum poſſeſſionis, *l.* 3. *ff. de bonorum poſſeſſ.* quæ duæ ſunt ſpecies ſucceſſionis vniuerſalis, *§. fin. Inſtit. per quas perſon. nobis acquiritur*; ex vna iura directa, ex altera iura proficiſcuntur vtilia.

12 *Quæſt.* 3. Propoſitus nunc ordo poſtulat vt quotuplex † ſit dolus ex propoſito inveſtigemus; planè ſumendo diuiſionē à cauſa efficiente, tres poſſunt eius ſpecies conſtitui; nam hic dolus alius à ſtipulatore procedit, de quo in *l. ſi quis cū alter de verb. obligatio.* alius à promiſſore; de quo in *l. ſi id quod aurum. ff. eod. titulo.* alius à tertio, de quo in *l. eleganter in prin. ff. de dolo* atq; hęc diuiſio colligitur ex *Iaſ. in d. l. ſiquis.* circa principium. vltra *Iaſ.* duci poteſt alia Diuiſio ſumpta à re in qua dolus iſte committitur, &

quatuor ſunt ſpecies, quippe aut fit in teſtamentis *l. 1. cum ſeq. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. in l. eum. C. ad l. Corn. de falſis*, Aut in contractibus *l. Iulianus. §. ſi vend vt §. ſequitur. ff. de act. empt. & d. l. eleganter. cum alius innumeris.* Aut in iudiciis, vt in ſententia, in teſtibus, vt per *Bartol. in l. Iulianus verum debitorem n. 33. ff. de condit. indeb. Contard. in titul. ſi de Momentanea poſſeſſione ſit appellat. limit. 10. DD. &* præſertim *Rimin. in l. 1. nu. 85. ff. quod quiſque iuris*, aut in legibus, *l. ab exequitore. ff. de appellat. Iaſon in l. 1. ff. de legib. gloſſ. in l. 1. in verb. in contractibus. ff. de except. doli. Dyn. in cap. vltimo. de reg. iur. in 6.* facit tex. *in c. quia in extr. de Simon.* Alia eſt diuiſio: quia alius eſt dolus incidens alius dans cauſam, vterque enim ex propoſito dolus eſt, vt conſtat ex his, quæ dicemus in ſequenti diuiſione & maxime in fine, vbi agimus de dolo incidenti.

Prædictis quæſtionibus congrue ſubnectitur illa, vtrum hic dolus ſit iure per-
13 miſſus, † ſunt enim in vtramque partem iura pugnantia, eſt enim tex. in *l. in cauſa le. 2. §. idem Pomp ff. de Minor*, dolum concedens his verbis Pompon. in precio emptionis &
14 venditionis naturaliter licet contractibus inuicem ſe circumuenire †, expēdo verbum circumuenire, cuius natura eſt dolum ſignificare *l. 1. §. 1. ibi ad circumueniendum. ff. de dolo*, atque ita ponitur ad explicandum naturam doli, deinde conſidero illud verbum naturaliter, quo colligitur non ſolum iure ciuili dolum in quibuſdam caſibus eſſe conceſſum, ſed iure quoque naturali permiſſum, nec propter verbum prçcii reſtringenda eſt illius tex. diſpoſitio ad contractum emptionis, nam & in locatione obtinere palam eſt, ex *l. item ſi precio in fin. ff. locat. in verb.* Quemadmodum in emendo, & vendendo naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit minoris emere, & quod minoris eſt pluris vendere, & ita inuicem ſe circumſcribere in locationibus quoque, & conductionibus idē iuris eſt, & à ſimili idem in omni cōtractu deber eſſe receptum, cur n. in his magis, quam in aliis contractibus debet contrarium introduci. Tertio patrocinatur quod in ea *l. in cauſa vſque ad verſ. idem Pomp.* Minori decepto, & circumſcripto ſuccurritur extraordinario auxilio reſtitutionis, ex quo colligitur aperte dolum inter maiores adeo eſſe permiſſum, vt nullum pro eo vindicando remedium proditum fuerit. Quarto huc etiam pertinet *l. 2. Cod. de reſcind. vend.* Quæ dolum emendat ita demum ſi vltra dimidiam iuſti precii porrigatur, igitur infra dimidiā dolus adhibitus, nō eſt in iure imꝓbatus, & ꝓpterea hoc dānnū nulla lege ſarciatur cuius cōſtitutionis diſpoſitio eſt iure quoq; canonico confirmata in *c. cum dilecti extr. de empt. & vend.* Vltimo loco prædicta iuuantur, etiam ratione, nempe quia leges vigilantibus ſuccurrunt non dormientibus *l. pupillus in fi. ff. quæ in fraud. cred. C. vt perfectius, & l. vltima. C. de ann. exceptione.*

Ex aduerſo eſt tex. *in l. nam hoc natura. ff. de cond. indebit. in l. iure natura. ff. de reg. iur.* vbi Iuriſconſul. hoc natura æquum eſſe ait, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, vt eſt etiam tex. *in c. locupletari de reg. iur. in 6.* Secundo loco adſtipulatur quod Pomp. ait in *l. iure ſuccurſum. ff. de iure dot.* item bono, & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem, cum damno alterius, aut damnum ſentire per alterius lucrum, conuenit his quod *Lampridius* de Alexandro in eius vita prodidit, clamabat inquit ſæpius, quod à quibuſdam ſiue Chriſtianis, ſiue Iudæis audierat, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Tertio confirmatur ex *l. actione, & l. ſub prætextu C. de tranſact.* in quibus per dolum geſta tranſactio, actione, vel exceptione doli reſcinditur; Quarto confert *l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obligat*, cui ſimilis eſt *tex. in l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pact.* in quo negat prætor ratam ſeſe habituram conuentionem dolo celebratam; Iure autem canonico conuentiones doloſę, nec iuramento firmantur *c. quamuis de pact. in 6. c. cum cōtingat de iur. iur.* & ad idem reſpicit vniuerſus titulus. *ff. & C. de Dolo*, in quo dolus maximè vindicatur, ita fit vt iure naturali, iure ciuili, atque pontificio merito improbetur.

Ad reſoluendam hanc difficultatem conſtituo ex mente Doctor. nonnullas
15 concluſiones. Quarum prior illa ſit in foro conſcientiæ † nullum dolum eſſe permiſſum, nec eſſe conceſſum quemquam in precio circumuenire, ſub peccati mortalis pœna cum obligatione ad reſtituendum *Bald. & Albert. in dict. §. ideo Pompon. Tiraq. de retractu conſanguineo. §. primo gloſſa 18. num. 64. & l. 9. Connubialis verb. ex quibus palam eſt. Pinell. in l. 2. parte prima. numer. 35. Codic. de reſcind. vend.* dicens receptiorem eſſe ſententiam *Didac. libro ſecundo cap. quarto, numero vndecimo variarum reſolut. Sotus de Iuſt. & iure libro ſexto. Nauarr. in c. nouit. numero 58. in 6. not. de iud. Fort. de vltimo fine iuris canon. numer. 275. Innoc. Panor. Butr. Ioa. An. Fely. in c. in ciuitate extr. de vſur.* Quæ roboratur

d. Apoſt.

dict. Apoſt. Paul. *ad Teſſal. quarto* dum ait ne quis tamen in negocio fratrem circumue-
niat. ſuffragatur quoq; illud quod tibi non vis, alteri ne feceris, itaque ad forum con-
ſcientiæ non pertinent iura in fauorem prioris ſententiæ deducta, quicquid *Dec. &
Crot.* ſentiant in contrarium; eſt enim omnium calculis illorum improbata ſententia
vt tradit *Pinel. d. loco.*

16 Alia concluſio iure naturali illo, quod primæuum ius † gentium appellatur, quo
maxime ſuadentur honeſta, & prohibentur contraria, Dolus improbatur, & ita lo-
quuntur, *l. nam hoc natura l. hoc iure ſuccurſum eſt.* ratio eſt, quoniam cum cognationem
quandam inter homines natura conſtituerit, conſequens eſt hominem homini inſi-
diari nephas eſſe *l. vt vim. ff. de Iuſtit. & iur.* ea namque verba non modo ad corpora-
les inſidias, quibus hominum vita petitur; ſed ad machinationes bonorum & facul-
tatum commode referuntur, quibus quaſi ſanguine, & neruis ſuſtinetur, & prouerbia
li verſ.

Argentum, & anima, & ſanguis eſt mortalibus.

His conuenit *l. 1. ff. de furt*, ibi furtum, quod lege naturali prohibitum eſt. ſiquidem
furatur, qui alium in precio decipit, conuenit etiam *l. bona fides. ff. Depoſit*, vbi ſuggerit
æquitas naturalis, vt rem mihi furto ſubtractam, & apud te depoſitam, mihi non depo-
nenti debeas reſtituere, quia iure naturæ æquum eſt neminem cum alterius iniuria
fieri locupletiorem & ita procedit *l. pupillus. ff. de cond. & demonſtr.* cum multis dedu-
ctis à gloſſ: *in d. l. nam hoc natura.*

17 Tertia concluſio de iure † gentium; quod vocant ſecundarium, quo commer-
cia ſunt inducta *lex hoc iure. ff. de Iuſtit. & iur l. 1. ff. de contrahend. empt. §. ius autem gentium
de iure naturali gent. & ciuil.* Circumuentio, ſiue deceptio in precio permiſſa eſt, & ita
procedunt *l. in cauſa. ff. idem Pomp. ff. de minor l. item precio. ff. locat*; hoc enim ſibi vult illud
verbum (*naturaliter*) poſitum in vtraq; lege, ſicut explicat *gloſſ. in d. §. idem Pomp.* & eius
declarationem reiectis omnium interpretationibus comprobat *Pinell. d. l. 2. in 1. parte
num. 39.* nec aduerſatur quod verbum (naturaliter) ad ius gentium ſecundarium refe-
ratur, in hoc enim ſenſu ſumitur in *l. cum amplius. §. his natura debet. ff. de reg. iur.* & in *§. ſin-
gulorum tuncto. §. item ea quæ ab hoſtibus. Inſt. de rerum diuiſ. Cuiacius Tomo 4. fo. 1120. de in-
tellectu d. §. idem Pomponius.* Et is cui durum videatur circumuentionem iure gentium
permitt. ſciat id ratione minoris mali eſſe permiſſum, ſcilicet ne nimia æqualitatis ob-
ſeruatione commercia turbarentur, nulla enim conuentio ſecuritatem præſtaret;
nunquam litium eſſet finis, ſi ob læſionem in precio conuentiones reuocarentur, quã
rationem ex D. Thoma tradunt interpretes, & maxime *Fort. Garg. locis ſuprà citatis* qui-
bus congruit ratio *l. 6. ff. de except. rei iud.* ibi (*probabili ratione placuit, ne aliter modus litium
multiplicatus ſummam, atque in explicabilem faciat difficultatem*) in commerciis autem pu-
blicum bonum eſſe tradit *Ariſt. lib. 1. Polit.* & probat *Cagn. in l. 2. numer. 7. & 8. C. de re-
ſcind. vend.* non ergo laudat ius gentium, aut inducit circumuentionem in precio, ſed
permittit ad euitandum maius malum, litium & diſcordiarum; quæ publico bono
aduerſantur, & mauult conſulere vniuerſorum commodo, quam paucorum, exem-
plo Deorum vt ait *Seneca de diuina prouidentia cap. 3.* ibi deinde pro vniuerſis quorum
maior Diis cura eſt, quam ſingulorum ad quod reſpexiſſe etiam videtur Imperator in
Auth. res C. comm. de leg. vbi ait tex. Quæ communiter omnibus proſunt iis quæ ſpecia-
liter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus, iuuatur ex *Cic. de legibus*, ſalus Pop. ſuprema
lex eſto, eademque ratione inducta fuit vſucap. *l. fin. ff pro ſuo. §. 1. Inſt. de vſuc.* contra *l id
quod noſtrum. ff. de reg. iur. l. in re mand. C. mand.* & ſententiis poſt certum tempus rei iudi-
catæ authoritas data *l. 6. ff. de except. rei iud.*

Quarta concluſio circumuentio in contractibus, & commerciis ex dicta ratio-
18 ne conceſſa fuit etiam iure ciuili Romanorum quod vocant † Digeſtorum vſque ad
tempora Diocletiani Imperat. qui promulgauit *l. 2. C. de reſcind. vend.* nam indiſtin-
cte licebat contrahentibus inuicem ſe decipere nulla habita ratione, minoris vel mi-
noris ſummæ, ſicut aperte indicant verba *l. item ſi precio. ff. locati*, ibi: quod pluris eſt mi-
noris emere, vel è contra, quod minoris eſt pluris vendere. & reſpondet generalis
illa traditio in *§. idem Pomponius.* naturaliter licet contrahentibus inuicem ſe circum-
ſcribere, in quo Minoribus tantum auxilio reſtitutionis erat iure ſuccurſum; Et
quamuis Doctor. omnes omnium conſenſu credant non eſſe conceſſam deceptio-
nem, niſi vſque ad dimidiam iuſti precii. *Didac. libro 2. cap. 3. numero 2. variarum reſolut.*
19 dicentes † remedium *d. l. 2.* etiam ante Diocletianum fuiſſe cognitum *gloſſ. ſi quis cum*

alter. ff. de verb. oblig. tamen verior multo mihi videtur opinio, *Pinell. in d. l. 2. in 1. parte*
num. 3. vſque ad num. 12. probantis multis iuribus & rationibus, nouum eſſe illius con-
20 ſtitutionis † remedium, præcipue vero quia nulla *l. Digeſtorum* inuenitur quantitas
illa deceptionis, vſque ad dimidiam definita, & quod magis eſt in *titulo. ff. de reſcind.*
vend. in quo ſuus præcipue locus erat, de ea re verbum nullum, etſi cuipiam videatur
durum, vt eo tempore ob grauiſſimam læſionem Maioribus non ſubueniretur, ſicut
ex Pinelli traditione conſequitur; reſponderem ego (hoc enim nõ attingit clariſſimus
ille vir) in caſu ram pernitioſo non defuiſſe etiam maioribus extraordinarium reſtitu-
tionis auxilium ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa, *l. 1. ff. ex quibus cauſ. maior.* e-
normiſſima enim læſio, cum arguat dolum ex propoſito, iuſta videbatur cauſa præto-
ri, qui dolo initas conuentiones ſe non eſſe ſeruaturum pollicetur in *l. iuriſg. §. prætor*
ait ff. de pact. nec nobis obſtat, *l. ſcio. ff. de reſtit. in integrum.* quoniam loquitur in læſione
modica.

Quinta concluſio Deceptio in precio tolleratur, vſque ad dimidiam iuſti pre-
21 cii, ſupra vero dimidiam † datur remedium, *d. l. 2. de iure vero canonico. ex c. cum dilecti*
de empt. & vend. agi permiſſum eſt, ita vt vtroque iure, vel res ſit reſtituenda, vel ſup-
plendum iuſtum precium; viſum enim fuit æquitati conſentaneum certam quantita-
tem declarare, ad quam vſque tollerari poſſit circumuentio ſine timore reſciſſionis
contractus; Nam ſicut infra dimidiam læſus poteſt meæ facilitati imputare, ita ſupra
dimidiam deceptus, dignus eſt, cui ſuccurratur; Quia recedit nimium a iuſtitia
veri precii; *Vacon. declarat 38. numer. quinto Cagn. d. l. ſecundo numero.* 8. dicens ea lege
non emendari læſionem infra dimidiam, ne commercia dirimerentur, in quibus cum
raro accidat læſionem dimidiam excedere dato *l. 2.* remedio non impediuntur com-
mercia, vt rerum vſus plane docet, quod vero diximus iure quoque canonico obti-
nere intelligendum eſt ad forum exteriorem pertinere, in foro namque conſcien-
tiæ ſeruatur concluſio primo loco poſita.

Sexta concluſio ſi dolus dederit cauſam contractui, tametſi læſio eſſet infra di-
22 midiam annullat illum † ipſo iure, ſi bonæ fidei ſit, vel reſcindit per exceptionem, ſi
ſtricti iuris fuerit *Alciat. in l. ſiquis cum aliter. num.* 11. *& ſeq. ff. de verb. oblig.* nec id obuiat
præcedentibus, in quibus læſio eſt deceptio infra dimidiam non irritat contractum,
nam dolus in eo caſu non dicitur dediſſe cauſam contractui, ſiquidem venditor para-
tus erat vendere ſcilicet ſicut & emptor emere, & contractus emptionis eius videtur
eſſe naturæ, vt venditor quanto carius poteſt diſtrahat, emptor q̃ viliſſimo comparet *l.*
voluntate C. de reſcind. vend. At quando Titius non venditurus dolo alterius inducitur
ad vendendum, vel è contra is, qui non erat empturus allicitur alterius dolo ad emen-
dum, dolus, quamuis modicum lædat, annullat, quoniam dedit cauſam contractui.

23 *Quæſt.* 4. Poſt hæc quæri poſſet opportune vtrum dolus † ex propoſito poſſet pa-
24 cto, vel teſtamento remitti, rurſus, & qua pœna † plectatur, inueſtigari. Et ſane quo ad
primum cum dolus, cuius eſt ſermo, idem ſit cum dolo vero, de quo ſermonem feci-
mus in ſuperioribus, arbitror diſtinguendum, vt fecimus in illo, nempe conſtituendo
differentiam inter dolum præteritum, & dolum futurum, nec non inter generalem &
ſpecialem remiſſionem, quod vero ſpectat ad ſecundum cenſeo in locum oportunio-
rem reiiciendam eſſe eius rei explicationem, nempe quando de pœna doli differe-
mus.

De Dolo re ipſa.

1 *Dolus re ipſa quid ſit ex intentione Doctor:*

Doli re ipſa deſcriptio ex mente Authoris.

3 *Dolus re ipſa tribus modis contingit, ſcilicet quando petitur ſine vlla cauſa, aut ex cauſa iniuſta, ex læſione.*

4 *Dolus re ipſa eſt in læſione enormi, vel enormiſſima.*

5 *Læſio enormis, vel enormiſſima, quæ ſit ſecundum Dd.*

6 *Differentia quæ ſit inter vtramque læſionem.*

7 *Enormiſſima læſio quando arguat* Dolum *ex propoſito.*

8 *Opinio Arii Pinelli circa grauem, & grauiſſimam læſionem.*

9 *Vtrum dolus re ipſa ſit proprie dolus.*

10 *Dolus re ipſa dolus præſumptus eſt ſecundum DD.*

11 *Alciati diſtinctio reiecta.*

12 *Vtrum*

12 Vtrum dolus re ipſa ſit dolus præſumptus.

13 Geminata ratificatio contractum dolo præſumpto geſtum confirmat, non autem geſtum dolo vero.

14 Dolus re ipſa eſt verus dol9, ex opinione Authoris, quamuis in contrarium ſit communis opinio.

15 Vtrum c. quamuis de pactis in 6 procedat in dolo re ipſa.

16 Vtilitas quæſtionis.

17 Renunciatio iuris quæſiti, & iuris quærendi differunt.

18 Iuramentum c. quamuis, videtur eſſe confirmatorium.

19 Dolus re ipſa non vid. tur proprie dolus, ſed contra num. 21.

20 Diſpoſitio cap. d. quamuis procedit ſecundum com. opin. in dolo re ipſa.

21 Quia eſt proprie dolus.

22 Dolus re ipſa, & dolus ex propoſito quoad reſcindendum æquiparantur.

23 Dolus re ipſa excludit diſpoſitionem Auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vend.

24 Statuti diſpoſitio, excludit dolum re ipſa.

25 Statutum prohibens reductionem laudi ad arbitrium boni viri non habet locũ ſtante grauiſſima læſione.

26 Dolus verus reſpectu probationum dicitur eſſe præſumptus; Quia præſumptionibus probatur.

27 Probatio per euidentiam facti, maior eſt omni probationis ſpecie.

28 In c. quamuis. agitur de renunciatione iuris quæſiti.

29 Habet locum in hæreditate eius, qui de propriis bonis dotauit, & non extenditur de perſona in perſonam.

30 Non procedit in filia, quæ habebat notitiam rerum, quarum renunciauit ſucceßioni.

31 An obtineat in renunciatione rei certæ, & particularis.

32 Non eſt locus d. c. quamuis in donatione; ſed in cauſa oneroſa.

33 Nec in renunciatione facta metu, vel reuerentia.

34 Cautela, vt renunciatio non cenſeatur facta metu reuerentiæ paternæ. r[illegible]

35 Conſtitutio d. c. quamuis. valet in foro ſeculari.

36 Etiam ſi filia Minor iuraſſet ſe Maiorem.

37 Idem in geminata renunciatione.

38 Vtrum enormiſſime læſus debeat petere abſolutionem à Iuramento ad effectum agendi.

39 Quomodo probetur dolus re ipſa.

40 Læſio quot modis conſideretur.

41 Læſio qualis eſſe debeat, vt Eccleſia, vel Minor poſſit reſtitui.

42 Læſio reſpectu rei ad rem, quatuor poteſt modis conſiderari.

43 Modica.

44 Magna.

45 Maior.

46 Maxima.

47 Vtrum probata enormiſſima læſione contractus abſolute reſcindatur, An ita demum ſi aduerſarius nolit reſarcire læſionẽ, vſq; ad debitam quantitatem.

48 Nunquid facta probatione læſionis enormiſſimæ reſtituuntur fructus.

49 Dolus re ipſa an diuerſimode operetur in contractibus bonæ fidei. ac ſtricti iuris.

50 Vtrum renunciari poſſit læſioni grauiſſimæ.

51 Stante renunciatione Reductioni laudi ad arbitrium boni viri, an ob grauiſſimam læſionem peti reductio poſſit.

52 An ſpecialis renunciatio, enormi, vel enormiſſimæ læſioni valeat.

53 Renuncians læſioni, an eius prætextu valeat reſcindere contractum.

54 Volenti, nec dolus fit, nec iniuria.

55 Nunquid valeat ſpecialis, & iurata renunciatio læſioni enormiſſimæ.

56 Vtrum poſſit renunciari l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig.

57 Exceptioni doli, quæ naſcitur ex dolo re ipſa an valeat renunciatio.

58 Differentia inter generalem, & ſpecialem renunciationem.

59 Renunciatio exceptioni doli re ipſa eſt renũciatio doli futuri.

60 An donatio propter dolum re ipſa poſſit reſcindi.

61 Si læſio ſit, in venditionis contractu, cui ſubiecta fuerit ſtipulatio; An competat duplex remediũ ſcilicet l. 2. C. de reſcind. vend. & l. ſi quis cum aliter. ff. de ver. oblig.

62 Et ſi competat, An electiue tantum, An cumulatiue.

63 Alternatiua legis propoſita circa idem factum reſoluitur in coniunctam.

64 Quid iuris quando ſtipulatio poſita eſt in contractu animo nouandi.

65 Stipulatio ſuper contractum bonæ fidei, an ſumat naturam bonæ fidei.

66 Vtrum tranſactio propter dolum re ipſa reſcindatur remiſſiue.

67 Vtrum venditio ſub haſta propter dolum re ipſa reſcindatur remiſſiue.

68 An Minor aduerſus dolum re ipſa reſtituatur in integrum in temporalibus.

69 *An in ſpiritualibus, puta in renunciatione beneficii eccleſiaſtici.*
70 *Minor an reſtituatur aduerſus ingreſſum religionis.*
71 *Effectus venientes ex dolo re ipſa plures enumerantur.*

SEd iam ad dolum re ipſa progredientes, videamus quid ipſe ſit, Deinceps quibus modis committatur, Tertio an proprie dolus ſit dicendus, quarto alias materiæ cõſonantes quæſt. afferamus; Ad primum reſpondet *Iaſ. in d. l. ſiquis cum alter num. 5. ff. de*
1 *verb. oblig.* † inquiens dolũ re ipſa læſionẽ eſſe in contractu abſque voluntate, & propoſito contrahentium euenientem *Corne. conſil. 283. num. 9. volum. 4.* Ait Dolus re ipſa eſt vbi reſultat diſproportio inter contrahentes hinc inde collata, *Iodocus in Enchirid. Parum, vel ſimil. in verbo. Dolus ex propoſito,* inquit Dolus re ipſa eſt quando aliquis in facto ſuo, quod intendit, fraudem nullam præmeditatur, ſed ipſius tamen factum interim tale eſt, vt propter enormem læſionem dolum in ſe contineat, vt de dolo commiſ-
2 ſo, accuſari merito poſſit, nobis † videtur ita cõmode poſſe definiri ſeu magis deſcribi; Dolus realis (ita enim cenſeo eum poſſe appellari) ſiue dolus ex re eſt, qui ex petitione rei ex iniuſta, vel ex nulla cauſa facta naſcitur vt ſatis aperte colligitur; ex *l. ſiquis cum aliter in fin. ff. de verb. oblig. ex l. 2. § circa. ff. de except. doli, ex l. 1. in fin. ff. de condit. ſine cauſ.* Dicitur naſci ex petitione ad differentiam Doli ex propoſito, qui ſtatim, & ab initio naſcitur, *d. l. ſiquis* hoc ipſo dolo facit quod petit (ex iniuſta cauſa) duobus hoc poteſt modis contingere, vno quidem veluti ſi fulloni veſtimenta lauanda locaui, quæ fuerunt ei furto ſubtracta, & mihi tradita, ſi à fullone petiero veſtimenta, ex cauſa peto quia locaui, ſed tamen cauſa eſt iniuſta, quia penes me veſtimenta ſunt argumento *l. 2. ff. de cond. ſine cauſ.* Altero autem ſi rem valoris decem emero à te pro quatuor, petens, eam cauſam habeo ex contractu, ſed iniuſtam ob læſionem enormem. (Aut ſine vlla cauſa) nempe quoniam aliquid promiſſum, conuentumque fuit ob certam cauſam poſtea deficientem, tunc in contractu nulla fraus interceſſit, tamen ſi contra te agerem, doloſe agerem, quia ſcilicet cauſa non eſt ſequuta, proinde text. in *dict. l. ſiquis* in quo vere tractatur materia doli realis, vt dicit ibi *Caſtren. & in. §. circa l. 2. ff de except. doli*, dicitur, dolum in re, tunc eſſe cum petimus, Idem iuris eſſe puto in exceptione nulla vel iniuſta, veluti ſi ob certam cauſam aliquid mihi à te datum ſit, quæ poſtea non ſit ſequuta, eius rei reſtitutionem, egoque excipio, certe dolus eſt in ipſa exceptione. Tradidiſti etiam rem valoris. Secundo pro precio 8. petis reſtitutionem rei, vel ſupplemẽtum, vſque ad verum rei valorem, oppono exceptionem ex cõtractu geſto profecto dolum facio excipiendo, & dolus ex ipſa exceptione naſcitur.

Ex hac definitione emergit ſolutio alterius quæſtionis, quot ſcilicet modis con-
3 tingat dolus re ipſa ſcilicet tribus; ex cauſa † iniuſta, ex cauſa nulla, ex læſione, & iſta dupliciter, vel quia læſio ſit enormis, vel enormiſſima, vt in progreſſu dilucide oſtendam, & poſterior hæc cauſa eſt adeo generalis, vt & illam comprehendat quam ponit *Iaſon. in l. ſi conſtante numero centeſimonanageſimoſexto, ff. ſoluto matrimonio.* nempe quod dilapidans patrimonium dicitur eſſe in dolo re ipſa, læditur enim tertius, eaque ratione ibi defendit *Bartolum in 8. quæſt. 2. partis dict. l. ſi conſtante*, quod ſi dos conſiſtat, in quantitate, & Maritus conſumat Patrimonium, ita quod filii ſine dote materna ſint remanſuri, conſuletur illis per officium Iudicis, vt ius ſuum ſaluum habeant per text. *in l. Imperator. ff. ad Trebellium*, & cum ille text. non videatur probare, quia loquitur in patre doloſo, & in fraudem filii diſtrahente, non in marito, *Iaſon.* defendens ait, quod ita male perdens ſubſtantiam eſt in dolo re ipſa argumento *dict. l. ſiquis cum aliter*, & propterea ſi petentibus filiis, vt pater in tuto collocaret dotes maternas, opponeret exceptionem, eſſet in dolo re ipſa, ſiquidem exciperet ſine iuſta cauſa.

infra pag. 537.

Quoniam vero Dd. de dolo re ipſa tractantes, illum potiſſimum explicant, qui proficiſcitur ex læſione, & illa ſicut diximus bifariam conſideratur, eſt enim inter-
4 dum † enormis, interdum enormiſſima; videamus quo pacto vtrumque conueniat accipere, Declarant *Soc. Iun. conſ. 144. num. 10. & 11. volum. 2.* nec non *Ruy. conſ. 109. vol.*
5 *1, & conſ. 11. volum. 3.* dicentes læſionem enormiſſimam eſſe, quando deceptio † eſt in tota ſumma, Frequentiori tamen voto Dd ea videntur rem deducere, vt enormis læ-
6 ſio ſit, quando eſt parum ſupra dimidiam; Enormiſſima vero † cum multum excedit ſupra dimidiam; *Iaſon. conſil. 113. lib. 4. Curt. Iun. conſ. 141. num. 5.* vbi dicunt com. & *Corn. conſ. 189. num. 13. verb. ex quo putat volu. 1.* inquit quod quando læſio excedit dimidiam

in di-

in duplo, non eſt enormiſſima læſio cum *Iaſon. & Curt.* ſentiunt *Cagn. in l. 2. numer.* 89.
verbo quando tamen Cod. de reſcind. vend. & Pinell. ibi in tertia parte num. 7. & 8. Cæterum
ſecundum crebriorem ſententiam, quando dicatur enormiſſima læſio relictum eſt
arbitrio iudicis; *Gabriel. in tit. de empt. & vend. concl. 1. num. 16. Roland. conſ. 7. num. 54. volu. 3. Burſat. conſ. 99. num. 13. & conſ. 25. num. 5. volum. 1. Menoch. de arbitr. cauſ. lib. 2. caſu* 78.
& ſeq Eamque differentiam inter vnam, & alteram læſionem conſtituunt, vt in enor-
mi læſione contractus non poſſit reſcindi, ſine relaxatione à iuramento, non ita in e-
normiſſima *Dec. conſ. 329. in l. fin.* & teſtimonium affert, de communi plurimum con-
ſert *Afflict. Deciſ. 322. num. 9.* cumulat *Pinell. d. l. 2. parte tertia cap. 1. num. 8. Cagn. ibidem
num. 98. & 99.* Nec non, & illud diſcrimen conſtitui debet, quod enormiſſima læſio
7 arguit dolum ex propoſito, † vt ſupra expoſitum eſt, ſecus in læſione enormi, ſcilicet
quãdo læſio eſt in toto, aut in quaſi toto, tunc enim ex grauiſſima læſione præſumitur
dolus ex propoſito, ex congeſtis à *Maſcard. de probat. volum. 1. concl. 531. num.* 28. Verum
Pinellus in locis ſupra deductis, improbat hanc diuiſionem enormis, & enormiſſi-
8 mæ læſionis, † multis rationibus, iudicio quidem meo non contemnendis, ſed tanto
viro dignis, & reſpondet ad *l. ſi ſuperſtite C. de dolo*, quæ Doct. ſententiam videtur ma-
xime probare; Planè cum hæc differentia à Scribentibus conſtituta, ad multos iuris
articulos pertineat, in quibus vario modo reſpõdent pro varietate læſionis, vt p *Afflict.
deciſ. 322. Cagn. in d. l. 2. numero octuageſimonono, Pinellus ibidem in illa quæſt.* An illius legis
remedium obtineat in tranſactione, vtilius erit in hoc tractatu Dd. adhærere, quam
Pinello.

9 *Quæſt. 2.* Proximum nunc eſt, vt quæramus vtrum dolus, hic noſter proprie †
dolus debeat appellari, quod plurimum intereſt ſcire propter ſtatuta in quibus men-
tio eſt de dolo, nam cum proprie intelligantur dolum re ipſa non comprehendent, ſi
proprie dolus non erit, conferet etiam ad intellectum *c. quamuis de pact. in 6. Auth. Sa-
cramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. c. cum contingat de iur. iur.* Porro autem gloſſ. in *d. l. ſi-
quis cum. ff. de verb. oblig.* ait improprie dolum eſſe eamque ſequitur ibi *Iaſ. nume. 8. pro-
bat etiam Corn. conſ. 181. num. 7. volu. 3.* Ratio eſt inquit Iaſ. quia dolus verus, & proprius
eſt machinatio ad circumueniendum, *& c. l. 1. §. 1. ff. de dolo*, At in re ipſa, quæ eſt inani-
mata, cadere eiuſmodi machinatio non poteſt; Secundo vltra Iaſ. ſuffragatur *d. l. ſiquis*
dum ait nullum dolum eſſe ſtipulantis, & non dolus ſimpliciter appellatur, ſed cum il-
lo adiuncto re ipſa, vt recte inferre videatur Iaſ. non venire ſub ſtaturo loquente de
dolo, Contrarias partes ſequuntur *Cephal. conſ. 142. num. 33. volum. 1. Curt. Iun. conſ. 141.
num. 6. Natt. conſ. 166. num. 2. per Doctr. Bartol. in l. quod Nerua colum. 2. verb. debetis ſcire. ff.
10 depoſit.* nam ait dolum præſumptum proprie dolum eſſe, & conſtat dolum re ipſa, † do-
lum eſſe præſumptum *Curt. Iun. dict. conſ. 141. num. 16. Cagn. in l. contractu. num. 101. & in
l. fraudis interpretatio ff. de regulis iuris, & ibi. Dec. in fin.* & propterea *Cephal. dict. conſ.* infert
hanc ſpeciem doli, ſub ſtaturo diſponente de Dolo contineri. Confirmo alia ratione
ex *d. l. ſiquis, & l. 2. §. circa. ff. de except. doli*, vbi dolus hic detegitur, quando petimus, &
quia petit aliquis, dicitur doloſe agere, ergo eſt in eo dolo machinatio propter peti-
tionem, cui conſequens eſt verificare in eo doli mali definitionem; atque ita defini-
tum. A definitione autem nominis proprietatem colligi, tradit Bartolus quem cæ-
teri ſequuntur in *Rub. ff. ſi cert. pet. in l. 2. §. appellata eod. titul.* Adiuuat eandem ſenten-
tiam quod hic dolus producit eundem effectum, ac dolus ex propoſito, nempe vter-
que reſcindit, contractum, vterque producit exceptionem doli *Rom. in dict. l. ſiquis
cum alter Rip. in l. in quartum. ff. ad l. Falcid. & libr. 3. reſponſ. tit. de donat. cap.* 15. dicens
ita ſe habere com. opin. *Soc. Iun. conſilio centeſimovigeſimonono, numero ſexageſimoſepti-
mo libro primo. & in l. ita ſtipulatus numero vigeſimo, ff. de verbo. obligat.* igitur vterque eſt
proprie dolus, aliter ſi vnus eſſet proprius, alius improprius; Exemplo donatio-
nis, nam alii ſunt effectus propriè donationis; alii donationis improprie *l. 1. ff. de do-
nation.* Contractus item proprius mutuam producit obligationem *l. Labeo. ff. de
verbor. ſignification.* Improprius autem contractus parit eam ex vno latere tantum, vt
ſtipulatio Dd. *in Rub. ff. de verb. oblig.* Conuenit his, quod dolus tanquam genus con-
tinet duas has ſpecies ex propoſito & re ipſa, merito æque proprie de his prædicaba-
tur, vt notiſſima eſt non modo Dialecticorũ, Sed Iuriſcon. regula; nec pondus habet
adducta in fauorẽ Iaſ primũ enim nullius eſt ponderis, quoniã oſtẽdimus in dolo re i-
pſa, ppter petitionẽ ineſſe machinationẽ. II. vero facile diluitur, nã vere nullus eſt do-
lus ſtipulãtis ſc. tẽpore cõtractus; ſed tẽpore petitionis; qa tũc dicit̃ naſci dol⁹ re ipſa, &

11 quamuis † *Alciat. in d. l. ſiquis cum numer.* 15. det operam præuia diſtinctione, Iaſon.
defendere, vt nimirum is recte dicat, inſpecto tempore contractus, *d. l. 2 §. circa, & §.*
ſequitur Litem apud Celſum. § Labeo & 2. ff. de except. doli. attento vero tempore petitionis,
alia verior ſententia ſit, tunc enim proprie dolus omittitur, *d. §. circa & l. ſiquis:* tamen
Alciati voluntatem defendendi laudo magis, quam ipſam defenſionem, quippe tem-
pore contractus non eſt dolus, nec proprie nec improprie, ſiquidem nullus eſt dolus,
d. l. ſiquis, & non entis nullæ ſunt qualitates, *§. ſeruus Inſt. de capit. diminut. l. decem. ff. de*
verb. obligat. & cum nominamus dolum, reipſa ſupponimus rem, & petitionem *d. l.*
ſiquis, cum ibi hoc ipſo dolo facit, quod petit.

Quæſt. 3. De hoc dolo differentes diximus ſupra ex mente Dd. eum eſſe præ-
12 ſumptum, experiamur modo an vera hæc ſit concluſio, id quod recte cognoſcere †
magni intereſt, ob multa quæ in dolo præſumpto iura verſantur longe diuerſa à dolo
13 vero, vt ecce geminata † ratificatio confirmat contractum, quamuis ſit in eo dolus
præſumptus, ſecus autē vbi interceſſerit verus dolus, *Ceph. conſ. 15. n. 37. vol. 1.* Porrò *Dec.*
& Cagn. in l. fraudis interpr. in fin. ff. de reg. iur. Ceph. cōſ. 142. n. 25. et 33. vol. 1. Curt. Iun. cōſ. 141.
n. 16. idē Ceph. cōſ. 12. n. 6. vol. 1. vbi Dec. Caſt. Calca. Crau. alioſq; grauiſſimos viros citat, *&*
conſ. 34. eod. vol. 1. Franciſ. Luſit. in l. ſi curatorem habens C. de in integr. reſtitutione in verbo læſis
n. 1. Cranet. conſ. 142. n. 21. Alb. conſ. 77. n. 24. & conſ. 100. vno ore affirmant dolū eſſe præ-
ſumptum, per *text. in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. Cred.* cui patrocinatur ratio, ete-
nim cum nemo credatur iactare ſuum *l. cum de in debito. ff. de probat.* vbi grauiſſime quis
læſus inuenitur, præſumitur dolo circumuentus, non conſenſurus ſponte ſua tam
14 graui læſioni. Verum re diligenter † perpenſa, à Dd. ſententia recedo, & verum
dolum eſſe præſumptum facit, vt credam, *d. l. ſiquis*, cum in ſæpe citatis verbis
(*cum quis petit ex ea ſtipulatione hoc ipſo dolo facit quod petit*) ait text. dolo facere non in-
telligi, non videri, non præſumi (ad idem eſt text. in *dict. §. circa*, ibi: tamen di-
cendum eſt eum dolo facere, cum litem conteſtatur, quia perſeueret ex ea ſti-
pulatione petere.) hæc verba ſunt veritatis non fictionis, aut præſumptionis; &
ſunt illa eadem, quæ ponuntur in regula dolo facit, *ff. de regul. iur. in l. dolo. ff. de dolo. in*
l. in condemnatione. §. dolo. ff. de regul. iuris in l. dolo de except. doli, in quibus verus dolus
continetur, congruit etiam ratio quia cum iſte dolus naſcatur ex ipſa petitione, *d.*
l. ſiquis cum. & d. §. circa, non poteſt alius eſſe, quam verus dolus, cum enim ſciat
iniuſtam eſſe cauſam petitionis, & tamen petat, non poteſt alia præſumptio capi,
quam deprauati animi, & iniqui conſilii, ideoque dolus verus eſt, iuxta definitio-
nem veri doli ſupra in prima *Deciſ. doli cap. 1. Seraphin. de Iuramento*, vbi alios citat *pri-*
uil. 136. numero decimo octauo. adeò vt petens contra tam grauiter læſum in manifeſto
dolo eſſe deprehendatur, volens locupletari cum aliena iactura, *Ad §. Lucius* ſolutio
eſt in promptu, nempe contineri in eo caſum diuerſum, ſiquidem ibi non concurrit
petitio cum re iniqua, ſed ſola adeſt cum re iniqua, ſcil. iniuſta alienatio, & ideo, tex.
ibi vtitur verbo intelligitur, in dolo autem reipſa concurrunt duo, res iniqua, quæ do-
lum habet, & petitio iniuſta, vel nulla *d. l. ſiquis cum*; Ad ſecundum vero ſolutio ſit,
quod petendo ex tam iniuſta cauſa eſt in dolo vero, non autem in præſumpto autho-
ritate dd. legum.

15 *Quæſt.* 5. Alia hic ſuboritur † diſceptatio, nempe vtrum *c. quamuis de pact. in*
6. dum à contrario ſenſu improbat pactum doloſe initum, etiam iuramento in vni-
16 tum procedat non ſolum in dolo ex propoſito, ſed & in dolo re ipſa, & ſane vtilis †
eſt inueſtigatio non modo propter diſpoſitionem *dict. cap.* ſed multorum iurium ſi-
milium vt *cap. cum contingat extr. de iureiur. cap. licet eod. titulo. in ſexto*, nec non *Authent.*
ſacramenta puberum. Cod. ſi aduerſ. vendit. communis opinio videtur eſſe negatiua, vt
aſſerit *Alexand. conſ. 53. lib. 3. & conſilio 42. colum. penult. libro primo*, & proſequitur late
Curt. ſen. conſ. 43. Aret. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæred. Cagnol. in l. fraudis inter-
pretatio. ff. de regul. iuris. dicit hanc ſententiam tenere *Dec.* ſed vere non dicit; & ſe re-
mittit *ad conſilium* 180. Probatur autem in primis ex verbis *d. cap.* & in ſui ratione, quo-
niam hoc pactum poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ, ideò cuſtodiendum;
Dec. conſilio trigeſimo primo, numero vndecimo, & non redundat in alterius præiudicium;
quam furantis, & ideò ceſſat illius text. deciſio in filia renunciante ſucceſſioni pater-
næ, ſi propterea remaneret indotata ſiquidem agereturde præiudicio Reipubl. *l. 1.*
ff. ſoluto matrimonio Cephal. conſ. 152. numero 4. volum. 1. Præterea huc pertinet *conſili-*
um 12. Rubei dicentis promiſſionem iuratam valere, & ſi contineat enormiſſimam
læſio-

Digitized by Google

17 læſionem † quãdo hæc læſio ſit iuris futuri, ſiue quærendi, & non iuris quæſiti, & eiuſdem ſententiæ eſt *Parſ.conſ.26.num.11.& 46.volum.3.* dicens aliorum opinionem procedere in iure quæſito, *& c.quamuis.* procedit in iure quærendo, cum renunciationem

18 futuræ hæreditatis contineat. Tertio iuramentum *d.c.dicitur,* † confirmatorium *Socc. conſilio 81.numero decimo, vol.1. Caſtr.in Auth. Sacrament. puberum Cod.ſi aduerſus vend. & in l.ſiquis pro eo.ff.de fideiuſſ. Afflict. Deciſ.322. numero 11.* & in tantum confirmatur, vt nec reſtitutione in integ. videatur poſſe reſcindi, quaſi iurans cenſeatur renunciaſſe *Bart. in l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff.de iur.iur. & in l.ſciendum vbi Alexa. numero triceſimoquarto, ff.de verbor.obligation.* affirmat ita ſe habere communem practicam, ſed ſi alia ſententia eſſet vera iuramentum ibi nihil confirmaret. Quarto cum ille tex. excipiat dolum, de propoſito dolo debet intelligi argumento *l.non aliter. ff. de leg. 3.* At dolus re ipſa,

19 tanquam dolus præſumptus † non eſt proprie dolus, gloſſ.in *dict. l.ſiquis non aliter.ff. de verb.oblig. Corne.conſ.181.numero ſeptimo, volum. 3.* Quinto accedit regula iuris quod verba ſunt accipienda in potiori ſignificatu *l.1.ff.ſi ager vectig. vel emphyt.pet.* At dolus ex propoſito maior, & grauior eſt dolo præſumpto, & ſic dolo re ipſa *Cephal. conſ. 34. volum.1.*

20 Contrarias † partes magis communis ſchola, tam Iuriſtarum, quam Canoniſtarum probat & vt ab iſtis incipiam Dux, & ante ſignan. fuit *Ancar.in c.1. de conſtit.cart. 2.verb.ego etiam conſului, & in reg.acceſſorium de reg.iur.in 6. & conſilio trigeſimooctauo, preclariori Butri.conſilio 45.iuris rigor. & in c.cum contingat colum.8.verbo quartus caſus principales de iur.iur. Abb.ibi cart.penul.verſ.nouus caſus, & conſilio 107. quatuor ſunt in ſecundo dubio volum.2. Fely.in cap.in præſentia numero vndecimo, verbo quamuis inter iſtis de probat.* inquiens communiter teneri, vt peti poſſit abſolutio a Iuramento, quia enormis læſio inducit præſumptionem doli, ex Iuriſtis autem *Socc. Sen.conſilio centeſimovigeſimonono, numero quarto, lib.1.& conſil.263.capio primum.colum.3.verbo præterea facit lib.2. Ruy.conſilio 120.num.2.lib.1.conſ.40.num.23.lib.3.* dicens in fine ſe Doctiſſimos viros, ſæpe ita conſulere, & eſſe tenendam tanquam magis com. *Federi.de Senis conſil.199. quæritur an Dominam, & conſil.194. Crau. conſ.192. colum. 5.verb.* pluribus rationibus, confirmans *Cuman.conſ.80. Decius conſil.180, & conſil.203.num.6.& conſil 216.num.8.& conſil.151.nume.2.cum ſeq.conſilio vndecimo, & conſ.124.& conſil. 214.lib.3.& conſil.1.in libro quarto, & in l.pactum quod dotali in 9.Fallent. C.de collat. Cephal.conſ.142.n.25.& conſ.34.n.20.cum ſeq.vol.1, Roland.conſ.96.volum.3. Afflict.deciſ.322.afferens id procedere in c.cum contingat in authentic.Sacrament.puberum, & dict.cap.quamuis de pact.in 6.vbi Didac.parte tertia.§. quarto, numerotertio, cum ſequent.* magis communem. & magis æquam eſſe confirmat cui plurimum adiumenti inprimis adfert, quod ille text. loquitur in dolo, & dolus re ipſa, quia

21 præſumptus proprie dolus † eſt *Bartol.in l.quod Nerua colu.2.verbo. debetis ſcire.ff. depoſit.* refert, & laudat *Curt.Iun.conſilio 141.numero ſexto, & in Rub. Cod.de edend. numero vigeſimoſexto & dict.conſilio 141. numero ſexto, infert.c.quamuis* cum dolum generaliter excludat, dolum quoque præſumptum excludere, præcipue quia præſumptio dicitur vera, & liquidiſſima probatio *l.ſiquis locuples. ff. de liber.cauſ.l.licet Imperator & ibi Dd. ff. de leg.1. Rurſus.* & ſecundo probatur quoniam dolus ex propoſito, & Dolus re ipſa, quo

22 † ad reſcindendum contractum, æquiparantur. *l.ſiquis cum aliter in verbo idem eſt, vbi Dd.omnes. ff.de verb. obligat. Dec. conſilio triceſimonono, numero 10. verbo nam ex enormi.& conſ.70.colum.pen.ad fin.& conſ.479.num.11.& conſ.551.numero quarto, & Cagn.* teſtis eſt de *communi in l.2.num.98.Cod.de reſcind vend. Bart. in l.fin. colum.fin.ff. de prætor.ſtip.* vbi definit text.in *l.cred.§.Lucius.ff.mand.* habere locum in iſto dolo præſumpto, puta ſiquis plus æquo arbitraretur in dicto vero *cap. quamuis.* agitur de reſciſſione contra-

23 ctus; Tertio ducitur argumentum à ſimili, nam dolus † re ipſa excludit diſpoſitionem. Auth.Sacramenta puberum, & *Bald.in cap.1.§.Sacramenta.de pace Iuramento firm. Dec.conſilio quadrageſimoquinto, numero primo, Cephal. dict. conſilio, centeſimoquadrageſimoſecundo numero triceſimoprimo, Afflict.deciſ.322.num octauo, nec non. & l.2. Cod. de reſcind. vend. Abb.conſilio.77 numero vigeſimotertio & conſilio* 100. dicens quod licet ex modica læſione ſupra dimidiam venditio iurata, non poſſit reſcindi remedio *dict. l. 2.* tamen ex enormiſſima vltra dimidiam, poteſt non obſtante iuramento quod nihil dolet ob dolum præſumptũ, ita *Dec. in dicto conſ. 180. poſt Corn.* quē allegat in pluribus conſiliis diſtinguendo opin. concordat *Cag.d.l.2.n,98.& 99.* immo probatur à maiori; quoniã in dd. iurib. nullum verbum de dolo, & tamen dolũ excludunt re ipſa, quãto magis

24 *d.c.quamuis* in quo diſerte excipitur dolus; quarto ſuffragatur quod ſtatutum licet †

donatione in qua de liberalitate agitur non conſideratur læſio, quarto ceſſat ea cõſti-
33 tutio, ſi renunciatio facta ſit metu, vel reuerentia perſonæ, † cui ſit *l.1.* §. *qua onerandæ.*
ff. quarum rerum actio nõ detur, etenim ſi pater fuerit præſens, & læſio non ſit enormiſſi-
ma præſumitur facta ex reuerentia paterna, & reſcinditur. *Dec. in l. pactum quod dotali n.*
10. l. de pact. l. pactum quod dotali. Cod. de collat. c. cauſam matrimonii num. 6. de offic. de legat.
Alba d. conſ. 77. Cephal. d. conſ. 142. num. 39. hinc eſt quod *Neuizzan. in ſua Silua Nupt. libr. 2.*
nu. 81. verb. aduertant ſecundo, ponit cautelam in patre, vt ſcilicet is cui renunciatur ab-
34 ſit tempore renunciationis, † deinde alio Inſtrumento ratificet, *Cephal. vbi ſupra nume.*
35 *42.* Rurſus ceſſat *dict. cap.* in Maiori † iurante, & enormiter læſo, non enormiſſime *Did.*
ibi parte tertia. §. *4. nu. 9. verb.* Secũda cõcluſio, impetrata abſolutione reſcindẽdi cõtra-
ctum, ibi: *d. num. 5. verb. tertia concluſio*; & in filia maiore *num. 9. verb.* Decima *concl.* Ven-
36 dicat vero ſibi locum † *dict. ca. quamuis*, ſi filia minor iuraſſet ſe maiorem coram matre,
fratre, & conſanguineis, qui ſcire illius ætatem poſſunt *Cephal. alleg. conſ. 142. num. 77.* I-
37 demq; iuris ſi renunciatio eſſet geminata, † ſiquidem vbi dolus eſt commiſſus, non cõ-
ſideratur, duplicatus conſenſus *Cephal. eod. conſ. n. 54. & 55. Roma: conſ. 54. circa finem inci-*
pit viſis. Sed in hoc contrariũ probat *Did. in c. quamuis parte tertia.* §. *4. concl.* 8. ſeruatur e-
tiam illius *c. deciſ.* in foro ſeculari, vt affirmat. *Did. cum parte &* §. *4. n. 9.*

38 *Quæſt.* 5. Sed hic ſuboritur † dubitatio, vtrum enormiſſime læſus debeat petere
abſolutionem à iuramento ad effectum agendi, ſine qua intentare non poſſit reſciſ-
ſionem; rurſus an ea impetrata neceſſariam ſit, & læſione probata, de nuo petere abſo-
lutionem ad finem reſcindendi, & ſane *Pariſ. conſ. 45. & conſ. 99. lib. 1.* multos eiuſdem
ſententiæ aſſertores referens, ait neceſſariam eſſe abſolutionem ne cõtrahens incidat
in periurium, quippe petendo reſciſſionem, venit contra contractum, id eſt contra id;
q iurato promiſit; frequentior tamen opinio videtur in contrarium ex multis cumu-
latis à *Cag. in l. 2. n. 98. & 99. C. de reſci. vend, vbi refert Caſſiadorum in deciſ. vnic. ſub titul. de*
empt. & vend. affirmare Rotam Romanam quæ innititur æquitati, ſperni in caſu enor-
miſſimæ læſionis poſſe iuramentum aliaſq; clauſulas ex conſuetudine apponi ſolitas à
notariis, munitur autem cõmunis traditio ea ſingulari ratione, cuius ſępe meminimus
in ſuperioribus, quod læſio grauiſſima arguit dolum ex propoſito, & ille prorſus æqui-
paratur, eo vero dolo intercedente, non eſt abſolutio neceſſaria cum excludat cõſen-
ſum, igitur nec ob enormiſſimam læſionem, etenim iurans non videtur in tantam læ-
ſionem conſenſiſſe, nec de ea cogitaſſe argumẽto *l. cum de indebito. ff. de probat*, & vix eſt;
vt tam grauis læſio ſine dolo alterius poſſit contingere, vt inquit Didac. *ex mente Dd. in*
d. c. quamuis. §. *4. parte tertia n. 5. verb. 3. concl. Crau conſ. 142. n. 27. verb. amplius, vbi læſio eſt;*
tam exceſſiua Deciſ. *Peruſ. 18. n. 56.* cum ſequitur, vbi definitur, in puncto Iuris petitionẽ
abſolutionis haud eſſe neceſſariam, & cautius eſſe traditur eam petere, quod & *Cagno.*
ante placuit d. l. 2. n. 99. Sed ea non petita, non videtur peieraſſe ob defectum conſenſus;
ſed tamen hæc opinio in puncto iuris non eſt ſine controuerſia, cum ſupra probatum
fuerit ex dolo non excludi conſenſum; Accedit quod donec non eſt probata læſio e-
normiſſima agens videtur eſſe periurus, & probatio non fit in principio iudicii; quod
ſpectat ad II. dubitationem facilis eſt, & ante pedes, reſolutio ſiquidẽ ſtante priori ſen-
tentia vt nõ ſit neceſſaria petitio abſolutionis ad effectum agendi, quæ eſt velut Ianua,
multo minus erit altera abſolutio petenda, ineſt nanq; in vtroq; caſu ratio deficientis
cõſenſus ſed, poſito, quod prior abſolutio ad agendũ ſit neceſſaria quęſtionis eſt nun-
quid altera petitio fieri debeat ad effectum reſcindendi, & profecto ſententia affirma-
tiua videtur ad veritatem propenſior; Primo, quia limitata cauſa, limitatum producit
effectum *l. in agris. ff. de acq. rer. dom* prima autem petitio fuit ad agendũ, igitur non pro
ducit effectum reſcindendi, II. Iuramentũ præſtitũ dedit robur contractui, quare cõ-
firmatoriũ dicitur; Bar & alii *in l. ſiquis pro eo. ff. de fideiuſſor.* debet ergo noua abſolutione
reſolui, contrariũ tamẽ vt magis verũ, & æquũ pbat *Caſtr. conſ. 216. circa primum quæſitũ*
col. vlt. vol. 2. quẽ refert, & cõmẽdat *Afflict. Deciſ. 322. n. 12.* inqt. h. Caſtr. ſicut refert Af-
flict. q tametſi dicta relaxatio iuramẽti fuerit facta ad effectũ agẽdi, tamẽ ex poſt facto
ſecutis pbationib. vocata parte repletur, nec eſt neceſſe iterũ abſolutionẽ petere ſuffi-
ciẽte prima abſolutione, q̃ profuit ad finẽ obtinẽdi, & cõfirmat p duo ſimilia & poteſt
etiã ratione nõ leui roborari, nã ex pbationib. legitime factis cõſtat de iniuſtitia cõtra-
ctus; quare nihil prodeſſe debet iuramentũ, ne ſit iniquitatis vinculũ, & cũ debeat tres
comites habere veritatem, iuſtitiam, & iudicium, probata iniquitate contractus, Iura-
mentũ remanet ſine iuſtitia, igitur ſua ſponte cõcidit vno ex ſubſtantialibus deficiẽte,

39 Porro autem probatio doli re ipſa † fiet per euidentiam pacti, vt ait Cephal, d.conſ.
142.num.37.volum.1. Corn.conſ.181.in 3.volu.ait probari hoc ipſo, quod eſt probata diſ-
proportio inter contrahentes. Boerius conſ.39.num.6.& conſ.28.num.4.inquit probari
ex facti qualitate, ſcribens etiam argui hunc dolum ex minori ætate, nec non ex fragi-
litate ſexus, quod arridet etiã Soccino Iun.conſ.77.n.13.& 46.& conſ.129 n.86.vol.2.dicẽs
videri dolum interueniſſe re ipſa, ſi læſio vltra dimidiam probetur. Et ſic quando læ-
ſio eſt enormis, vel quando eſt facta læſio longe ſupra dimidium, & iſta eſt enormiſ-
ſima.

40 Quæro cum dolus re ipſa præſumatur ex læſione quot modis læſio † conſidere-
tur, & ſane videtur duplici modo conſideranda quemadmodum dixit Socc. Sen.conſilio
266.num.25.verbo ſecundo accipitur volum. 2. Primo quidem ratione rei ſiue cauſæ ha-
bita ad qualitatem perſonæ, & quantitatem patrimonii illius, qui patitur damnum ar-
gumento l.ſed ſi ſuſceperit.§.poſt vbi Dd.ff.de iudicüs Bart.in l.admonendi.ff.de iur.iur.col.pen.
verb.ſed aduertendum. Secundo reſpectu cauſæ ſiue rei ad ipſam rem, puta ſi eſt damnũ
in tertia, vel in dimidia, vel in tota re, vel cauſa Bald.in l.pen.C.de arbitr. & p Bartolũ in
l.Societatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio, late Imol.in c.quinta Vallis pen.cart.extr.de iur. iur. Col-
aũs conſ.11.lib.3. addit 3.modum, & eum refert, & ſequitur Seraphin de iuramẽto priuileg.
8.n.87.nẽpe quia tẽpus ſolutionis cõparatur ſummæ l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſolut matr.
l.in quãtitate.§.in d.c.& l.qui quadringenta.§.fin.ad l. Falcid. cũ aliis adductis p com. d. conſ.
1.col.4.vol.3. Hinc per manus tradit, minus ſoluit, q tardius ſoluit l.ſi cui in fin. ff. de verb.
ſig.& plus petit, q ante tẽpus petit Corn.conſ.45.col.4.in fin.vol.1.§.plus Inſt.de action. Quo
41 ad primã læſionẽ q̃ritur, quæ, & qualis eſſe † debeat, vt eccleſia, vel minor poſſit reſtitui
in integrũ, & certe in eccleſia magna eſt diſſenſio inter ſcribentes relatos a Menoch.de
arb. Iud. cauſ.lib.2.cent.1.caſu 24. Quarum crebior eſt, vt Iudicis arbitrio ſit relictum,
quòd certo iure non inuenitur definitum, idque frequentius ſentire tam Cano.quam
Iuriſtas oſtendit Soc.Iun.conſ.84.num.43.verbo ſunt etiam, qui in lib.1. Didac. variarum reſo-
lut.lib.1.cap.3.numero vndecimo, verbo. quæro ſane. Quæ opinio receptior eſt etiam in ob-
tinenda reſtitutione à Minore, vt ſcilicet ex arbitrio Iudicis pendeat quando minor
dicatur grauiter læſus, & idem Menoch. pluribus congeſtis authoritatibus probat d.
Cent.1.caſu 25. & ob læſionem infra dimidiam Minorem reſtitui dixit Natt.conſilio ſex-
centeſimotriceſimoſecundo, & conſilio quingenteſimouigeſimoquinto, & conſ.50.col.fin.ſicut et-
iam arbitrio iudicis remittitur, quando laudum mereatur reductionem ob grauem læ-
ſionem Menoch.alleg.cent.1.caſu 73.

42 Circa vero alterum † modum læſionis, videtur à Dd. quadrupliciter conſide-
43 rari, prima eſt læſio quæ modica † dicitur, vt ſiquis vendat rem valoris 30. pro 24. quæ
propter ſui modicitatem nec reſtitutionem habet nec reſciſſionem contractus mere-
tur l.ſcio.ff.de reſt.in integr. Aret.conſilio decimoſexto.colum.fin.verbo nec obſtat præmiſſis, Me-
noch.d.caſu 25.declarat ex mente Did.lib.1.reſolut.cap.3.numero 11.& hæc ad nos non per-
44 tinet, quoniam ex ea non ſequitur dolus re ipſa. Secunda dicitur læſio † magna, vt ac-
cidit quando læditur aliquis circa dimidiam, nempe ſi vendit rem centum aureorum
pro 60. quam læſionem Bald.in l.pen.C.de arbitr. appellat tolerabilem, Corne.vero conſil.
189.colum.2.volum.1.magnam vocat, tamen non habet in ſe dolum, licet ob eam Mi-
nor reſtituatur l.nam & poſtea.§ ſi Minor, & ibi Bart.ff.de iureiur.Dd.in l.fin.C. de in integr.
reſt. & dignoſcitur in tertia parte ad quam eiuſmodi læſio aſcẽdit. Tertia, eſt læſio ma-
45 ior, † quæ communiter appellatur enormis, vt quando læſio eſt vltra dimidiam l.2. C.
de reſcind. vend. iuxta exemplum gloſſ.ibi: quod res valoris 10. fuit vendita quatuor, vel
reſpectu emptoris, res æſtimationis 10. fuit empta 16. velut maluit Pinellus in dict.l.2. res
communis precii 10. fuit diſtracta pro 21. & hanc læſionem appellari enormem com-
muni Dd. appellatione dixit Gozzad.conſilio 120.col.fin. alio nomine dicitur immodica
Corn.conſ.9.col.3.vol.1. Quamuis alia opinio ſit etiam communis arbitrio, ſcilicet Iudi-
cis eſſe relictum, quando dicatur enormis Abb.conſilio 77.col.pen.& ſeq.parte ſecunda Fe-
ly.in cap.cum illorum de ſent.ex com. colum.4. verbo eadem gloſſ. Iaſon. in add. ad Port. in §.fin.
inſtit.de hæred.qualit.& differentia.id quod procedit etiam in læſione, per quam ratio-
ne ſterilitatis eſt facienda remiſſio penſionis Barba. in cap. propter ſterilitatem numero
vigeſimoquarto, extr. locati. licet in hac materia ſterilitatis quinque opiniones referat
Corne. conſilio centeſimovigeſimooctauo, colum.5. in med. volum. ſecundo. Et an in iſta e-
normi ſupra dimidiam ſubſit dolus re ipſa, non leuis eſt dubitatio, verius tamen
creditur non adeſſe, ſiquidem valet contractus, & emptor retinet fructus.

Quinto,

46 Quarto & vltimo, dicitur læſio maxima, quæ à Dd. enormiſſima nuncupatur † quæ contigit fieri in toto, aut quaſi ſeſe *Caſtrenſ. conſ. 255. volum. 2.* & dicitur quando eſt exceſſiua vltra dimidiam, velut in triplo, quadruplo, vel vltra, vt per *Grat. lib. 1. reſponſ. 88. & reſponſ. 109. num. 19. Abb. in c. quintauallis col. 20. de iureiur. Crau. conſ. 7. Alba conſ. 81. Pede. deciſ. 33. Corn. conſ. 189. col. 2. & 3. vol.* 1. dicens quod in enormiſſima læſione poſſunt conſiderari gradus cum alia ſit in triplo, alia in quadruplo, tamen ſemper dicitur in ſuperlatiuo gradu grauiſſima & ſiue in triplo ſit, ſiue in quadruplo dolum continet re ipſa arguens dolum ex propoſito.

47 *Quæſt. 6.* Sed hic quæri poteſt & dubitari; An probata † enormiſſima læſione reſcindatur contractus abſolute, an verò ita demum ſi Aduerſarius nolit reſarcire læſionem vſque ad iuſtam quantitatem; & prima fronte videtur contractus abſolute reſcindi, ratio eſt quia optio illa ſupplendi amittitur ab eo, qui dolum cõmiſit, *Didac. lib. 2. reſolut. cap. 4. verbo quoties Pinellus in l. 2. parte 1. num. 25. fol. 95. C. de reſcind. vend.* Secundo, quoniam dolus re ipſa annullat contractum bonæ fidei, ſicut dolus ex propoſito *Seraphin. de Iuramento priuileg. 83. num. 99.* Tertio, ſuffragatur, quod in læſione enormiſſima cenſetur in eſſe dolus ex propoſito, *Crau. conſilio 142. numero vigeſimo ſecundo. Cephal. conſilio* 110. *numero 82. vol. 1.* is vero annullat, nec tribuit facultatem ſupplendi.

Cæterum contrariæ opinioni adhæret, *Did. in c. quamuis parte 3. §. 4. numero 7. concluſio. 11. verſ. vndecima concluſio.* motus ex ratione *legis 2. Cod. de reſcind. vend.* quæ fundata eſt in commutatiua Iuſtitia, cui ſatis eſt neutram partem eſſe in lucro, ſed tantum eſſe in re, quantum in pretio; & tantum in datis, quantum in acceptis, vt enim quando non eſt tam grauis læſio, ſuppletur precium ne vendere ſit in damno, eadem ratio eſt, quando grauior eſt iactura, quod enim vult amplius vendere quam emendare damnum, & iuſtum precium conſequi, ſiue maior, ſiue minor quantitas deſit iuſto precio, modo illa ſuppleatur, cum D*id.* ſentit, *Pinel. in d. l. 2. parte 1. cap. 4. numero* 28. expreſſe refellens. *Cagn.* & latius probabitur hæc ſententia infra ſequenti quæſt. An probata enormiſſima læſione ſint reſtituendi fructus; Adductis autem ex aduerſo facile eſt occurrere, & primum quidem eſt verum in dolo vero, ille enim præripit optionem ſupplendi, non in præſumpto, nam cenſetur eſſe dolus ex propoſito iuris præſumptione, *Cephal. conſ. 147. num. 32. vol. 1.* non vere eſt talis quem iniquum eſt totam conuentionem reſcindere, cum ſit dolo ex propoſito longe inferior, Secundum; diluitur negando quod aſſeritur in eo, neque enim *Seraphin.* probat aſſumptum, nec mirum, cum læſio re ipſa contineat dolum in precio, qui nunquam annullatur etiam ſi eſſet ex propoſito, quia incidens eſt; non dans cauſam, Dd. *in l. eleganter. ff. de* Dolo, & nos paulò infra dicemus copioſius; Tertium, euitatur quia dolus re ipſa licet arguat dolum ex propoſito, non deſinit eſſe præſumptus, qui nunquam annullat, rurſus arguit dolum ex propoſito, ſed incidentem, cum læſio conſiſtat in precio, incidens autem dolus quãuis ex propoſito vim non habet annullandi, vt infra exponemus indiuiſione illa doli incidentis & doli dantis cauſam.

Quæſt. 7. Proxima huic, & coniuncta eſt alia quæſtio, Vtrum probata enor-
48 miſſima læſione is, qui tamen † grauiter læſus eſt recuperet fructus, ſcil. omnes à die celebrati contractus, non ſolum à die litis conteſtatæ; pendet vis huius dubitationis ex eo articulo, an propter enormiſſimam læſionem annulletur contractus, an reſcindatur, nam priori caſu fructus eſſent reſtituendi; maxime ab illo qui læſiſſet, non ita forſitan ab eius hærede, quippe eſſet defunctus in mala fide præſumpta, quæ non ſolet nocere hæredi; quo ad fructuum reſtitutionem, vt eſt certi iuris.

Et ſane quod attinet ad contractus ſtricti iuris expeditæ quæſtionis eſt non irritari, cum certi iuris ſit, nec per dolum ex propoſito reddi nullos, *l. eleganter vbi* Bartol. *& alii. ff. de Dolo Dd. in l. ſiquis cum alter. ff. de verb. oblegat.* & in ſequente quæſtione copioſius oſtendetur, quanto minus per dolum re ipſa qui præſumptus dicitur, & longe minor iudicatur, circa contractus bonæ fidei maior eſt controuerſia; nam *Cagnol. in dict. l. 2. numero 81.* tradit contractum eſſe nullum & fructus reſtitui, cui adhæret, *Berous conſ. 57. nu. 67. vol. 1.* eo præcipue argumento quod dolus ex grauiſſima læſione reſultans æquiparatur dolo ex propoſito vt latius probatum eſt in ſuperioribus, eo vero dolo contractus irritatur *l. eleganter,* vbi *Bar. & alii. ff. de* Dolo, inſuper tollit priuilegium ſupplendi iuſtum precium *Dd. in d. l. 2.*

O 2

Contraria tamen ſententia verior videtur, & pluribus ſuffragiis recepta, nam dolus ſurgens ex grauiſſima læſione eſt præſumptus, vt oſtendimus ſupra ex communi opinione qui cum leuior ſit dolo vero reſcindit, non annullat. Secundo dolus ex hac læſione inductus eſt in precio, non in conuentione, & ita dolus eſt incidens, non dans cauſam, incidens vero reſcindit non annullat, *l. Iulianus.* §. *ſed ſi venditor. ff. de actionibus empti* vbi *Saly.* & eſt rext. ſingularis. Tertio in caſu grauiſſimæ læſionis conueniunt verba *d.l.* 2. quia deceptio vltra dimidiam verificatur, ſiue læſio ſit enormis, ſiue enormiſſima, igitur debet conuenire diſpoſitio, *l. hos accuſare. ff. de accuſationibus.* maxime cum conueniat etiam ratio, quæ eſt fundata in iuſtitia commutatiua, vt ſcil nemo ex contrahentibus ſit in lucro, nemo in damno, & tantum ſit in datis, quantum in acceptis, *Didac in c. quamuis de pact. in 6. parte* 3. §. 4. *nu* 7. *verſ* t 1. *concluſio.* Corroboratur quoniam talis emptio ſua habet ſubſtantialia: conuentum enim eſt de re & de precio, & facta eſt mentio de vendendo, & de emendo. §. *precium inſtitut. de emptione & venditione gloſſ. in l. cum dotem C. de iure dotium*; *Alex. conſ.* 3. *nu.* 1. *lib.* 1. Marſ. *ſingulari* 105. nec vilitas precii ſolet immutare naturam contractus, dummodo non conſiſtat in vno nummo, *l. ſiquis. ff. locati*, & *Cagn. in l. imaginaria num* 17. *ff. de reg. iur.* merito propter talem læſionem non impediuntur effectus emptionis. Quarto, Dd. tractantes de grauiſſima læſione ſupponunt in ea locum eſſe *d. l.* 2. quærunt enim ſtante ea læſione ſi contractus ſit iuratus, ceſſat eius legis remedium, verbo; ſi non adeſſet Iuramentum ſupponunt eam legem locum habere, *Cephal. conſ.* 142. *numero* 32. *vol.* 1. & *Crau. conſilio* 192. *numero* 8. dicunt quod Iuramentum ſtante enormiſſima læſione non tollit remedium *dict. l* 2 quod late proſequitur *Pinel. in d. l. ſecunda* dum tractat articulum de Iuramenro in contractu empt. Quinto in terminis D*id. d. loco*, dum ait poſſe ſuppleri iuſtum precium, etiam ſi fuerit ſequuta grauiſſima læſio, P*inel in d. l.* 2. *parte* 1. *c.* 4. *num.* 28. *verſ. committo Capra regula* 87. *num.* 70. *Ant. Padilla in d. l.* 2. *num.* 43. & 47. *Caſſa conſuet.* Rub. 7. §. 12. *num.* 37. *verb. aduert. etiam Corn. conſ.* 288. *volu.* 3. vbi læſio erat pluſquam enormiſſima, *Curt Iun. conſ.* 53. *num* 10. *Ancar. in c. dilecti extr. de empt. & vend. & ibi gloſſ. & Abb. Caſtia d. deciſ. vacca de empt. & vendit* nam in *d. c. dilecti* erat facta venditio cuiuſdam ſyluæ, quæ valebat quadraginta Marcas pro decem libris, & quælibet Marca valet ſexdecim vncias, & quælibet libra diſtribuitur in duodecim vncias, vt pulchre declarat, D*idac. practicarum quæſtion. in titulo veterum collatio numiſmat. cap.* 2. *colum.* 2. *numer.* 2. & 4. adeo quod læſio erat enormiſſima cum excederet ſexcuplum, & tamen Pont. reuocat illam ſententiam, quoniam iudex non ſeruauerat emptori ius ſupplendi, nec obſtat conſideratio *Cagnol in d. l.* 2. *numero* 81. *de verbis narratiuis*, ſiquidem A*ncar.* ibi inquit, quod ex libello Canonicorum duplex reſultabat remedium, alterum nullitatis propter defectum conſenſus ipſius Capituli. alterum reſciſſorium quia pro libris decem fuit venditum quod valebat quadraginta Marcas & ſic Ancar ſupponit remedium reſciſſorium competiiſſe ob illam grauiſſimam læſionem, & hoc ſentit Pinell. dum Cagnol, reprobat. Contrariis occurritur, & primo Cagnol. reprobatur à Pinello ſupra citato loco, immo Cagnol. ſibi contradicit ibi *numero* 15. *verſ. ſed ſi in contractu.* Secundo, licet hic dolus propter læſionem æquiparetur dolo ex propoſito, tamen non debet annullare quippe non omnis dolus ex propoſito irritat contractum, ſed ille tantũ, qui dat cauſam Dd. *in d. l. eleganter. ff de dolo*, non ille qui incidit, vt eſt dolus ex læſione in precio, vel in re *dict. lege Iulianus.* §. *ſed ſi venditor* & hæc concluſio ampliatur, vt fructus non debeantur nec à die litis conteſtatæ per *Franciſcum Marcum deciſ.* 179. *parte prima & per Antonium Padillam in dict. leg.* 2. *num.* 12. & ita iudicatum fuit *Senis in auditorio Rota de Anno* 1591.

Quæſt. 8. Præterea ſit locus dubitationi, vtrum contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris circa dolum re ipſa differant, & quilibet prima fronte reſponderet affirmatiue, vt enim diſtant quod ad dolum ex propoſito. qui ſi dederit cauſam contractui bonæ fidei irritat ipſo iure *l. eleganter. ff. de dolo*, cõtractui vero ſtricti iuris annullat ope except. *l. ſiquis cum aliter. ff. de verb. oblig.* ita quoq; differre credendum eſt, quo ad dolum reipſa, ſed quo ad hãc iuris partẽ, nullum probatur eſſe diſcrimen, etenim dolus re ipſa, nullũ ſiue ſtricti iuris, ſiue bonæ fidei contractum irritat ipſo iure, ſed in vtroq; producit exceptionem. *d. l. ſiquis cum aliter in princ.* vbi loquitur in contractu ſtricti iuris, & in fine iuncta gloſſ. in qua agitur de emptione & venditione & ita de contractu bonæ fidei, & ideò dixit *Imol. ibi num.* 3. modicam eſſe differentiam quo ad dolum re ipſa inter iſtos contractus & verius dixiſſet nullam, cum eodem modo committatur, ſc. cum

peti.us

petitur *d.l.ſiquis infra l.2.§.circa de except.doli*, eodemque modo reſcindat ope exceptio-
nis non ipſo iure.

50 Huic recte ſubnectitur † alia diſceptatio, nempe vtrum poſſit renunciari læſio-
ni enormiſſimæ, cuius inquiſitionis duo ſunt capita, primum quidem eſt quando eſt
facta verbis generalibus, alterum ſi ſpecialibus verbis concepta fuerit in primo capi-
te omnium conſenſu probata eſt ſententia negatiua & ponitur exemplum, veluti ſi
in compromiſſo renunciatum eſſet reductioni ad arbitrium boni viri: virtualiter enim
eſt renunciatum grauiſſimę læſioni, & tamen, ea probata licitum erit petere reductio-
nem *Bartol.Iaſ.Imol. in l.quidam cum filium. ff. de verb. obligat. Coman. conſil.* 50. *Caſtrenſ.
conſ.*2*15.verb.ſecundo videndum vol.* 5. *Butrius in c. quinta vallis verb. ſecundus, & tertius,
deſuretur*, & ibi *Abbas* dicit hanc eſſe com. latiſſime *Gabriel. Com. opin. lib.*2*. tit. de arbitr.
concl.*3*.num.* 30*. verb.*16*.amplia.*

In ſecundo membro, cenſent plerique validam eſſe renunciationem ſpecialiter,
51 dicentes ex ea † non poſſe peti reductionem laudi & arbitrium boni viri, *Abbas in d.
cap. quintauallis* dicit eſſe com. opin. *Caſtrenſ. in conſ.* 255*. in* 3*. opin. vol.* 2*. Gabriel. d. loco.
num.*39. referens plures teſtantes de communi, quibus accedit *Cephal. conſ.*121*.numero*
7*.verb.quinta ſit vol.*1. Ratio huius ſententiæ videtur, quia volenti non fit dolus, nec
iniuria *l.cum donationis Cod.de tranſact.l.*1*.§. vſque ad duo.ff. de iniuriis cap. ſcienti de reg. iur.
in* 6*. l.nemo fraudare, ff. de reg. iur.* & ibi pleniſſime *Dec.* & quo ad reductionem ad arbi-
trium boni viri, eſt alia ratio tradita per *Butr. in d. c. Quintauallis verb. ſi autem per Bald.
& Salyc. in l.cum antea C. de arbitris* & per eundem *Saly. in l. ſi ſocietatem. §. arbitror. ff. pro
Socio per Abbat. in c.cum contingat*, qui teſtis eſt communis opinionis, ſcilicet quia nun-
quam datur reductio in caſu à partibus expreſſo *Gabriel.citato loco numer.*40. In contra-
52 rium † quod nec ſpecialiter enormiſſimæ læſioni poſſet renunciari, probat *Alex.con-
ſil.*139*.lib.*7*.Iaſon.conſ.*135*.lib.* 4*. Deci. conſ.*2*.col.verb. & conſ.* 11*. & conſ.* 39. vbi dicit *Cori.
Cephal.qui omnes refert.in conſ.*142*.numer.* 30*. verb. hinc non videtur vol.* 1*. Gabriel. vbi ſu-
pra.numer.*44*.Seraphin.de iure priu.*83*.numero* 103. Et hæc ſententia munitur vno, & alte-
ro fundamento, primum illud eſt ex læſione enormiſſima præſumitur dolus ex pro-
poſito ex ratione deducta ſupra per *Did.in d.c.quamuis parte* 3*. §.quarto col.*3*.circa med.* &
affirmat *Com.Gabriel.d.loco.numer.*49*. & num.* 50. Dolo autem ex propoſito, non renun-
ciatur *l.ſi vnus. §. illud. ff. de pact. Gabriel.eodem loco numero* 49. Alterum argumentum
eſt, quia læſio enormiſſima continet dolum futurum, nempe quia non tempore con-
53 tractus † naſcitur, ſed ita demum ſi petatur *l.*2*. §. circa de except. dol. l.ſiquis cum aliter. ff.
de verb.obligat.* futuro autem dolo quamuis præſumpto, non poteſt renunciari, vt di-
ximus ſupra ex *Cagn.in l. contractus. numero* 77*. de reg.iur.* Quod vltimum fundamen-
tum ſentit *Bart. conſil.* 90. pro vt eum citat *Iaſon in l.ſiquis cum numero* 22*. ff. de verb. ob-
ligat.* Licet prior opinio ſecundum Gabriel. cenſeatur magis communis tamen *nu-
mero* 59. inquit, vel non eſſe verum, vel eſſe intelligendam in eo caſu, in quo ſumus
certi non interueniſſe dolum ex propoſito verum, & ſi exploratiſſimum eſſet non in-
terceſſiſſe dolum ex propoſito, adeſt tamen dolus præſumptus in tali læſione, & cum
54 ſit futurus, viget pro hac poſteriori ſententia † ſecundum fundamentum, Abb. autem
in *d. c. Quintauallis verb. & incidenter ſtudens concordiæ*, inquit affirmatiuam opinio-
nem procedere de rigore iuris, poſteriorem negatiuam de ęquitate quaſi videtur poſ-
ſe inferri, quod cum iudex debeat præ oculis ſemper habere ęquitatem *l.quod ſi Epheſi.
ff.de eo quod certo loco.* officii ſui erat huic ſecundæ opinioni inhærere, æquitatem enim
rigori præferendam eſſe, reſcribit *Imper.in l.placuit C.de Iudi.* & natura ſuadet dum pro-
hibet quemque locupletari cum alterius iniuria *l. nam hoc natura. ff. de Condit. indebit.*
& in hoc articulo conſule nouiſſime *Maſcard. de probat vol.*1*.concluſione* 531*.numero* 31.
55 Verum datur locus dubitationi quid ſi dicta renunciatio ſpecialis ſit † facta cum iura-
mento, nunquid confirmabit contractum. & non confirmaturum arbitror, ſecũdum
ea quæ diximus ſuperiori in titulo de dolo futuro, in ea quæſtione an dolus futur⁹ poſ-
ſit iuramento remitti.

*Quaſt.*9. Affinis eſt, & illa quæſtio vtrum liceat renunciare beneficio *l. ſiquis cum
56 aliter. ff. de verb. oblig.* & Bart. ibi prope fin. diſtinguit † inter generalem, & ſpecialem
renunciationem. In prima abſolute concludit non valere renunciationem adductus
ea ratione quod renunciatio eſt donatio *l.ſiquis delegauerit. ff. de nouat.* vbi remittens
except.donat. donatio autem in dubio ad modicum refertur argumento *l.ſi libertus. ff.
de oper.libert.hac adiectio.ff.de verb. oblig. argumento l.ſi de meis. §. recepiſſe*, & quod ibi not.

alter. ff. de verb. oblig. tamen verior multo mihi videtur opinio, *Pinell. in d. l. 2. in 1. parte*
num. 3. vſque ad num. 12. probantis multis iuribus & rationibus, nouum eſſe illius con-
20 ſtitutionis † remedium, præcipue vero quia nulla *l. Digeſtorum* inuenitur quantitas
illa deceptionis, vſque ad dimidiam definita, & quod magis eſt in *titulo. ff. de reſcind.*
vend. in quo ſuus præcipue locus erat, de ea re verbum nullum, etſi cuipiam videatur
durum, vt eo tempore ob grauiſſimam læſionem Maioribus non ſubueniretur, ſicut
ex Pinelli traditione conſequitur; reſponderem ego (hoc enim nõ attingit clariſſimus
ille vir) in caſu tam pernitioſo non defuiſſe etiam maioribus extraordinarium reſtitu-
tionis auxilium ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa, *l. 1. ff. ex quibus cauſ. maior.* e-
normiſſima enim læſio, cum arguat dolum ex propoſito, iuſta videbatur cauſa præto-
ri, qui dolo initas conuentiones ſe non eſſe ſeruaturum pollicetur in *l. iuriſg. §. prætor*
ait ff. de pact. nec nobis obſtat, *l. ſcio. ff. de reſtit. in integrum.* quoniam loquitur in læſione
modica.

Quinta concluſio Deceptio in precio tolleratur, vſque ad dimidiam iuſti pre-
21 cii, ſupra vero dimidiam † datur remedium, *d. l. 2. de iure vero canonico. ex c. cum dilecti*
de empt. & vend. agi permiſſum eſt, ita vt vtroque iure, vel res ſit reſtituenda, vel ſup-
plendum iuſtum precium; viſum enim fuit æquitati conſentaneum certam quantita-
tem declarare, ad quam vſque tollerari poſſit circumuentio ſine timore reſciſſionis
contractus; Nam ſicut infra dimidiam læſus poteſt meæ facilitati imputare, ita ſupra
dimidiam deceptus, dignus eſt, cui ſuccurratur ; Quia recedit nimium a iuſtitia
veri precii ; *Vacon. declarat 38. numer. quinto Cagn. d. l. ſecundo numero.* 8. dicens ea lege
non emendari læſionem infra dimidiam, ne commercia dirimerentur, in quibus cum
raro accidat læſionem dimidiam excedere dato *l.* 2. remedio non impediuntur com-
mercia, vt rerum vſus plane docet, quod vero diximus iure quoque canonico obti-
nere intelligendum eſt ad forum exteriorem pertinere, in foro namque conſcien-
tiæ ſeruatur concluſio primo loco poſita.

Sexta concluſio ſi dolus dederit cauſam contractui, tametſi læſio eſſet infra di-
22 midiam annullat illum † ipſo iure, ſi bonæ fidei ſit, vel reſcindit per exceptionem, ſi
ſtricti iuris fuerit *Alciat. in l. ſiquis cum aliter. num. 11. & ſeq. ff. de verb. oblig.* nec id obuiat
præcedentibus, in quibus læſio eſt deceptio infra dimidiam non irritat contractum,
nam dolus in eo caſu non dicitur dediſſe cauſam contractui, ſiquidem venditor para-
tus erat vendere ſcilicet ſicut & emptor emere, & contractus emptionis eius videtur
eſſe naturæ, vt venditor quanto carius poteſt diſtrahat, emptor q̃ viliſſimo comparet *l.*
voluntate C. de reſcind. vend. At quando Titius non venditurus dolo alterius inducitur
ad vendendum, vel è contra is, qui non erat empturus allicitur alterius dolo ad emen-
dum, dolus, quamuis modicum lædat, annullat, quoniam dedit cauſam contractui.
23 *Quæſt.* 4. Poſt hæc quæri poſſet opportune vtrum dolus † ex propoſito poſſet pa-
24 cto, vel teſtamento remitti, rurſus, & qua pœna † plectatur, inueſtigari. Et ſane quo ad
primum cum dolus, cuius eſt ſermo, idem ſit cum dolo vero, de quo ſermonem feci-
mus in ſuperioribus, arbitror diſtinguendum, vt fecimus in illo, nempe conſtituendo
differentiam inter dolum præteritum, & dolum futurum, nec non inter generalem &
ſpecialem remiſſionem, quod vero ſpectat ad ſecundum, cenſeo in locum oportunio-
rem reiiciendam eſſe eius rei explicationem, nempe quando de pœna doli diſſere-
mus.

De Dolo re ipſa.

1 *Dolus re ipſa quid ſit ex intentione Doctor:*

Doli re ipſa deſcriptio ex mente Authoris.

3 *Dolus re ipſa tribus modis contingit, ſcilicet quando petitur ſine vlla cauſa, aut ex cauſa iniuſta, ex læſione.*

4 *Dolus re ipſa eſt in læſione enormi, vel enormiſſima.*

5 *Læſio enormis, vel enormiſſima, quæ ſit ſecundum Dd.*

6 *Differentia quæ ſit inter vtramque læſionem.*

7 *Enormiſſima læſio quando arguat* Dolum *ex propoſito.*

8 *Opinio Arii Pinelli circa grauem, & grauiſſimam læſionem.*

9 *Vtrum dolus re ipſa ſit propriè dolus.*

10 *Dolus re ipſa dolus præſumptus eſt ſecundum DD.*

11 *Alciati diſtinctio reiecta.*

12 *Vtrum*

12 Vtrum dolus re ipſa ſit dolus præſumptus.
13 Geminata ratificatio contractum dolo præſumpto geſtum confirmat, non autem geſtum dolo vero.
14 Dolus re ipſa eſt verus dol⁹, ex opinione Authoris, quamuis in contrarium ſit communis opinio.
15 Vtrum c. quamuis de pactis in 6 procedat in dolo re ipſa.
16 Vtilitas quæſtionis.
17 Renunciatio iuris quæſiti, & iuris quærendi differunt.
18 Iuramentum c. quamuis, videtur eſſe confirmatorium.
19 Dolus re ipſa non videtur proprie dolus, ſed contra num. 21.
20 Diſpoſitio cap. d. quamuis procedit ſecundum com. opin. in dolo re ipſa.
21 Quia eſt proprie dolus.
22 Dolus re ipſa, & dolus ex propoſito quo ad reſcindendum æquiparantur.
23 Dolus re ipſa excludit diſpoſitionem Auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vend.
24 Statuti diſpoſitio, excludit dolum re ipſa.
25 Statutum prohibens reductionem laudi ad arbitrium boni viri non habet locũ ſtante grauiſſima læſione.
26 Dolus verus reſpectu probationum dicitur eſſe præſumptus; Quia præſumptionibus probatur.
27 Probatio per euidentiam facti, maior eſt omni probationis ſpecie.
28 In c. quamuis. agitur de renunciatione iuris quæſiti.
29 Habet locum in hæreditate eius, qui de propriis bonis dotauit, & non extenditur de perſona in perſonam.
30 Non procedit in filia, quæ habebat notitiam rerum, quarum renunciauit ſucceſſioni.
31 An obtineat in renunciatione rei certæ, & particularis.
32 Non eſt locus d. c. quamuis in donatione; ſed in cauſa oneroſa.
33 Nec in renunciatione facta metu, vel reuerentia.
34 Cautela, vt renunciatio non cenſeatur facta metu reuerentiæ paternæ. [illegible]
35 Conſtitutio d. c. quamuis. valet in foro ſeculari.
36 Etiam ſi filia Minor iuraſſet ſe Maiorem.
37 Idem in geminata renunciatione.
38 Vtrum enormiſſime læſus debeat petere abſolutionem à iuramento ad effectum agendi.
39 Quomodo probetur dolus re ipſa.
40 Læſio quot modis conſideretur.
41 Læſio qualis eſſe debeat, vt Eccleſia, vel Minor poſſit reſtitui.
42 Læſio reſpectu rei ad rem, quatuor poteſt modis conſiderari.
43 Modica.
44 Magna.
45 Maior.
46 Maxima.
47 Vtrum probata enormiſſima læſione contractus abſolute reſcindatur, An ita demum ſi aduerſarius nolit reſarcire læſionẽ, vſque ad debitam quantitatem.
48 Nunquid facta probatione læſionis enormiſſimæ reſtituuntur fructus.
49 Dolus re ipſa an diuerſimode operetur in contractibus bonæ fidei. ac ſtricti iuris.
50 Vtrum renunciari poſſit læſioni grauiſſimæ.
51 Stante renunciatione Reductioni laudi ad arbitrium boni viri, an ob grauiſſimam læſionem peti reductio poſſit.
52 An ſpecialis renunciatio, enormi, vel enormiſſimæ læſioni valeat.
53 Renuncians læſioni, an eius prætextu valeat reſcindere contractum.
54 Volenti, nec dolus fit, nec iniuria.
55 Nunquid valeat ſpecialis, & iurata renunciatio læſioni enormiſſimæ.
56 Vtrum poſſit renunciari l. ſiquis cum aliter. ff. de verb. oblig.
57 Exceptioni doli, quæ naſcitur ex dolo re ipſa an valeat renunciatio.
58 Differentia inter generalem, & ſpecialem renunciationem.
59 Renunciatio exceptioni doli re ipſa eſt renũciatio doli futuri.
60 An donatio propter dolum re ipſa poſſit reſcindi.
61 Si læſio ſit, in venditionis contractu, cui ſubiecta fuerit ſtipulatio; An competat duplex remediũ ſcilicet l. 2. C. de reſcind. vend. & l. ſiquis cum aliter. ff. de ver. oblig.
62 Et ſi competat, An electiue tantum, An cumulatiue.
63 Alternatiua legis propoſita circa idem factum reſoluitur in coniunctam.
64 Quid iuris quando ſtipulatio poſita eſt in contractu animo nouandi.
65 Stipulatio ſuper contractum bonæ fidei, an ſumat naturam bonæ fidei.
66 Vtrum tranſactio propter dolum re ipſa reſcindatur remiſſiue.
67 Vtrum venditio ſub haſta propter dolum re ipſa reſcindatur remiſſiue.
68 An Minor aduerſus dolum re ipſa reſtituatur in integrum in temporalibus.

69 *An in ſpiritualibus, puta in renunciatione beneficii eccleſiaſtici.*
70 *Minor an reſtituatur aduerſus ingreſſum religionis.*
71 *Effectus venientes ex dolo re ipſa plures enumerantur.*

SEd iam ad dolum re ipſa progredientes, videamus quid ipſe ſit, Deinceps quibus modis committatur, Tertio an proprie dolus ſit dicendus, quarto alias materiæ cõſonantes quæſt. afferamus; Ad primum reſpondet *Iaſ. in d. l. ſiquis cum aliter num. 5. ff. de*
1 *verb. oblig.* † inquiens dolũ re ipſa læſionẽ eſſe in contractu abſque voluntate, & propoſito contrahentium euenientem *Corne. conſil. 283. num. 9. volum. 4.* Ait Dolus re ipſa eſt vbi reſultat diſproportio inter contrahentes hinc inde collata, *Iodocus in Enchirid. Parium, vel ſimil. in verbo. Dolus ex propoſito,* inquit Dolus re ipſa eſt quando aliquis in facto ſuo, quod intendit, fraudem nullam præmeditatur, ſed ipſius tamen factum interim tale eſt, vt propter enormem læſionem dolum in ſe contineat, vt de dolo commiſ-
2 ſo, accuſari merito poſſit, nobis † videtur ita cõmode poſſe definiri ſeu magis deſcribi; Dolus realis (ita enim cenſeo eum poſſe appellari) ſiue dolus ex re eſt, qui ex petitione rei ex iniuſta, vel ex nulla cauſa facta naſcitur vt ſatis aperte colligitur; ex *l. ſiquis cum aliter in fin. ff. de verb. oblig. ex l. 2. § circa. ff. de except. doli, ex l. 1. in fin. ff. de condit. ſine cauſ.* Dicitur naſci ex petitione ad differentiam Doli ex propoſito, qui ſtatim, & ab initio naſcitur, *d. l. ſiquis* hoc ipſo dolo facit quod petit (ex iniuſta cauſa) duobus hoc poteſt modis contingere, vno quidem veluti ſi fulloni veſtimenta lauanda locaui, quæ fuerunt ei furto ſubtracta, & mihi tradita, ſi à fullone petiero veſtimenta, ex cauſa peto quia locaui, ſed tamen cauſa eſt iniuſta, quia penes me veſtimenta ſunt argumento *l. 2. ff. de cond. ſine cauſ.* Altero autem ſi rem valoris decem emero à te pro quatuor, petens, eam cauſam habeo ex contractu, ſed iniuſtam ob læſionem enormem. (Aut ſine vlla cauſa) nempe quoniam aliquid promiſſum; conuentumque fuit ob certam cauſam poſtea deficientem, tunc in contractu nulla fraus interceſſit, tamen ſi contra te agerem, doloſe agerem, quia ſcilicet cauſa non eſt ſequuta, proinde text. in *dict. l. ſiquis* in quo vere tractatur materia doli realis, vt dicit ibi *Caſtren. & in. § circa l. 2. ff de except. doli*, dicitur, dolum in re, tunc eſſe cum petimus, Idem iuris eſſe puto in exceptione nulla vel iniuſta, veluti ſi ob certam cauſam aliquid mihi a te datum ſit, quæ poſtea non ſit ſequuta, eius rei reſtitutionem, egoque excipio, certe dolus eſt in ipſa exceptione. Tradidiſti etiam rem valoris. Secundo pro precio 8. petis reſtitutionem rei, vel ſupplemẽtum, vſq; ad verum rei valorem, oppono exceptionem ex cõtractu geſto profecto dolum facio excipiendo, & dolus ex ipſa exceptione naſcitur.

Ex hac definitione emergit ſolutio alterius quæſtionis, quot ſcilicet modis con-
3 tingat dolus re ipſa ſcilicet tribus; ex cauſa † iniuſta, ex cauſa nulla, ex læſione, & iſta dupliciter, vel quia læſio ſit enormis, vel enormiſſima, vt in progreſſu dilucide oſtendam, & poſterior hæc cauſa eſt adeo generalis, vt & illam comprehendat quam ponit *Iaſon. in l. ſi conſtante numero centeſimononageſimoſexto; ff. ſoluto matrimonio.* nempe quod dilapidans patrimonium dicitur eſſe in dolo re ipſa, læditur enim tertius, eaque ratione ibi defendit *Bartolum in 8. quæſt. 2. partis dict. l. ſi conſtante*, quod ſi dos conſiſtat; in quantitate, & Maritus conſumat Patrimonium, ita quod filii ſine dote materna ſint remanſuri, conſuletur illis per officium Iudicis, vt ius ſuum ſaluum habeant per text. *in l. Imperator. ff. ad Trebellium*, & cum ille text. non videatur probare, quia loquitur in patre doloſo, & in fraudem filii diſtrahente, non in marito, *Iaſon.* defendens ait, quod ita male perdens ſubſtantiam eſt in dolo re ipſa argumento *dict. l. ſiquis cum aliter*, & propterea ſi petentibus filiis, vt pater in tuto collocaret dotes maternas, opponeret exceptionem, eſſet in dolo re ipſa, ſiquidem exciperet ſine iuſta cauſa.

infra pag. 537.

Quoniam vero Dd. de dolo re ipſa tractantes, illum potiſſimum explicant, qui proficiſcitur ex læſione, & illa ſicut diximus bifariam conſideratur, eſt enim inter-
4 dum † enormis, interdum enormiſſima; videamus quo pacto vtrunque conueniat accipere, Declarant *Soc. Iun. conſ. 144. num. 10. & 11. volum. 2.* nec non *Ruy. conſ. 109. vol.*
5 *1, & conſ. 11. volum. 3.* dicentes læſionem enormiſſimam eſſe, quando deceptio † eſt in tota ſumma, Frequentiori tamen voto Dd ea videntur rem deducere, vt enormis læ-
6 ſio ſit, quando eſt parum ſupra dimidiam; Enormiſſima vero † cum multum excedit ſupra dimidiam; *Iaſon. conſil. 113. lib. 4. Curt. Iun. conſ. 141. num. 5.* vbi dicunt com. & *Corn. conſ. 189. num. 13. verb. ex quo putat volu. 1.* inquit quod quando læſio excedit dimidiam in di-

in duplo, non eſt enormiſſima læſio cum *Iaſon. & Curt.* ſentiunt *Cagn. in l. 2. numer. 89.*
verbo quando tamen Cod. de reſcind. vend. & Pinell. ibi in tertia parte num. 7. & 8. Cæterum
ſecundum crebriorem ſententiam, quando dicatur enormiſſima læſio relictum eſt
arbitrio iudicis; *Gabriel. in tit. de empt. & vend. concl 1. num. 10. Roland. conſ. 7. num. 54. volu.*
3. Burſat. conſ. 99. num. 13. & conſ. 25. num. 5. volum. 1. Menoch. de arbitr. cauſ. lib. 2. caſu 78.
& ſeq Eamque differentiam inter vnam, & alteram læſionem conſtituunt, vt in enor-
mi læſione contractus non poſſit reſcindi, ſine relaxatione à iuramento, non ita in e-
normiſſima *Dec. conſ. 329. in l. fin.* & teſtimonium affert, de communi plurimum con-
fert *Afflict. Deciſ. 322. num. 9.* cumulat *Pinell. d. l. 2. parte tertia cap. 1. num. 8. Cagn. ibidem*
num. 98. & 99. Nec non, & illud diſcrimen conſtitui debet, quod enormiſſima læſio
7 arguit dolum ex propoſito, † vt ſupra expoſitum eſt, ſecus in læſione enormi, ſcilicet
quãdo læſio eſt in toto, aut in quaſi toto, tunc enim ex grauiſſima læſione præſumitur
dolus ex propoſito, ex congeſtis à *Maſcard. de probat. volum. 1. concl. 531. num. 28.* Verum
Pinellus in locis ſupra deductis, improbat hanc diuiſionem enormis, & enormiſſi-
8 mæ læſionis, † multis rationibus, iudicio quidem meo non contemnendis, ſed tanto
viro dignis, & reſpondet ad *l. ſi ſuperſtite C. de dolo*, quæ Doct. ſententiam videtur ma-
xime probare; Planè cum hæc differentia à Scribentibus conſtituta, ad multos iuris
articulos pertineat, in quibus vario modo reſpõdent pro varietate læſionis, vt p *Afflict.*
deciſ. 322. Cagn. in d. l. 2. numero octuageſimonono, Pinellus ibidem in illa quæſt. An illius legis
remedium obtineat in tranſactione, vtilius erit in hoc tractatu Dd. adhærere, quam
Pinello.

9 *Quæſt. 2.* Proximum nunc eſt, vt quæramus vtrum dolus, hic noſter proprie †
dolus debeat appellari, quod plurimum intereſt ſcire propter ſtatuta in quibus men-
tio eſt de dolo, nam cum proprie intelligantur dolum re ipſa non comprehendenr, ſi
proprie dolus non erit, conferet etiam ad intellectum *c. quamuis de pact. in 6. Auth. Sa-*
cramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. c. cum contingat de iur. iur. Porro autem gloſſ. in *d. l. ſi-*
quis cum. ff. de verb. oblig. ait improprie dolum eſſe eamque ſequitur ibi *Iaſ. nume. 8. pro-*
bat etiam Corn. conſ. 181. num. 7. volu. 3. Ratio eſt inquit Iaſ. quia dolus verus, & proprius
eſt machinatio ad circumueniendum, *& c. l. 1. §. 1. ff. de dolo*, At in re ipſa, quæ eſt inani-
mata, cadere eiuſmodi machinatio non poteſt; Secundo vltra Iaſ. ſuffragatur *d. l. ſiquis*
dum ait nullum dolum eſſe ſtipulantis, & non dolus ſimpliciter appellatur, ſed cum il-
lo adiuncto re ipſa, vt recte inferre videatur Iaſ. non venire ſub ſtatuto loquente de
dolo, Contrarias partes ſequuntur *Cephal. conſ. 142. num. 33. volum. 1. Curt. Iun. conſ. 141.*
num. 6. Natt. conſ. 166. num. 2. per Doctr. Bartol. in l. quod Nerua colum. 2. verb. debetis ſcire. ff.
10 *depoſit.* nam ait dolum præſumptum proprie dolum eſſe, & conſtat dolum re ipſa, † do-
lum eſſe præſumptum *Curt. Iun. dict. conſ. 141. num. 16. Cagn. in l. contractu. num. 101. & in*
l. fraudis interpretatio ff. de regulis iuris, & ibi. Dec. in fin. & propterea *Cephal. dict. conſ.* infert
hanc ſpeciem doli, ſub ſtatuto diſponente de Dolo contineri. Confirmo alia ratione
ex *d. l. ſiquis, & l. 2. §. circa. ff. de except. doli*, vbi dolus hic detegitur, quando petimus, &
quia petit aliquis, dicitur doloſe agere, ergo eſt in eo dolo machinatio propter peti-
tionem, cui conſequens eſt verificare in eo doli mali definitionem; atque ita defini-
tum. A definitione autem nominis proprietatem colligi, tradit Bartolus quem cæ-
teri ſequuntur in *Rub. ff. ſi cert. pet. in l. 2. §. appellata eod. titul.* Adiuuat eandem ſenten-
tiam quod hic dolus producit eundem effectum, ac dolus ex propoſito, nempe vter-
que reſcindit, contractum, vterque producit exceptionem doli *Rom. in dict. l. ſiquis*
cum aliter Rip. in l. in quartum. ff. ad l. Falcid. & libr. 3. reſponſ. tit. de donat. cap. 15. dicens
ita ſe habere com. opin. *Soc. iun. conſilio centeſimovigeſimonono, numero ſexageſimoſepti-*
mo libro primo. & in l. ita ſtipulatus numero vigeſimo, ff. de verbo. obligat. igitur vterque eſt
proprie dolus, aliter ſi vnus eſſet proprius, alius improprius; Exemplo donatio-
nis, nam alii ſunt effectus propriè donationis; alii donationis impropriè *l. 1. ff. de do-*
nation. Contractus item proprius mutuam producit obligationem *l. Labeo. ff. de*
verbor. ſignification. Improprius autem contractus parit eam ex vno latere tantum, vt
ſtipulatio Dd. *in Rub. ff. de verb. oblig.* Conuenit his, quod dolus tanquam genus con-
tinet duas has ſpecies ex propoſito & re ipſa, merito æque proprie de his prædicaba-
tur, vt notiſſima eſt non modo Dialecticorũ, ſed Iuriſcon. regula; nec pondus habet
adducta in fauorẽ Iaſ. primũ enim nullius eſt ponderis, quoniã oſtẽdimus in dolo re i-
pſa, ppter petitionẽ ineſſe machinationẽ. II. vero facile diluitur, tũ vere nullus eſt do-
lus ſtipulãtis ſc. tẽpore cõtractus; ſed tẽpore petitionis; qa tũc dicit̃ naſci dol' re ipſa, &

11 quamuis † *Alciat. in d. l. ſiquis cum numer.* 15. det operam præuia diſtinctione, Iaſon. defendere, vt nimirum is recte dicat, inſpecto tempore contractus, *d. l. 2 §. circa, & §. ſequitur l. item apud Celſum. § Labeo & 2. ff. de except. doli.* attento vero tempore petitionis, alia verior ſententia ſit, tunc enim proprie dolus omittitur, *d. §. circa & l. ſiquis*: tamen Alciati voluntatem defendendi laudo magis, quam ipſam defenſionem, quippe tempore contractus non eſt dolus, nec proprie nec improprie, ſiquidem nullus eſt dolus, *d. l. ſiquis*, & non entis nullæ ſunt qualitates, *§. ſeruus Inſt. de capit. diminut. l. decem. ff. de verb. obligat.* & cum nominamus dolum, reipſa ſupponimus rem, & petitionem *d. l. ſiquis*, cum ibi hoc ipſo dolo facit, quod petit.

Quæſt. 3. De hoc dolo differentes diximus ſupra ex mente Dd. eum eſſe præ-
12 ſumptum, experiamur modo an vera hæc ſit concluſio, id quod recte cognoſcere † magni intereſt, ob multa quæ in dolo præſumpto iura verſantur longe diuerſa à dolo
13 vero, vt ecce geminata † ratificatio confirmat contractum, quamuis ſit in eo dolus præſumptus, ſecus autẽ vbi interceſſerit verus dolus, *Ceph. conſ. 15. n. 37. vol. 1.* Porrò *Dec. & Cagn. in l. fraudis interpr. in fin. ff. de reg. iur. Ceph. cõſ. 142. n. 25. et 33. vol. 1. Curt. Iun. cõſ. 141. n. 16. idẽ Ceph. cõſ. 12. n. 6. vol. 1. vbi Dec. Caſt. Calca. Crau.* alioſq; grauiſſimos viros citat, & *conſ. 34. eod. vol. 1. Franciſ. Luſit. in l. ſi curatorem habens C. de in integr. restitutione in verbo læſit n. 1. Crauet. conſ. 142. n. 21. Alb. conſ. 77. n. 24. & conſ. 100.* vno ore affirmant dolũ eſſe præſumptum, per *text. in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. Cred.* cui patrocinatur ratio, etenim cum nemo credatur iactare ſuum *l. cum de in debito. ff. de probat.* vbi grauiſſime quis læſus inuenitur, præſumitur dolo circumuentus, non conſenſurus ſponte ſua tam
14 graui læſioni. Verum re diligenter † perpenſa, à Dd. ſententia recedo, & verum dolum eſſe præſumptum facit, vt credam, *d. l. ſiquis*, cum in ſæpe citatis verbis (*cum quis petit ex ea ſtipulatione hoc ipſo dolo facit quod petit*) ait text. dolo facere non intelligi, non videri, non præſumi (ad idem eſt text. in *dict. §. circa*, ibi: tamen dicendum eſt eum dolo facere, cum litem conteſtatur, quia perſeueret ex ea ſtipulatione petere.) hæc verba ſunt veritatis non fictionis, aut præſumptionis, & ſunt illa eadem, quæ ponuntur in regula dolo facit, *ff. de regul. iur. in l. dolo. ff. de dolo. in l. in condemnatione. §. dolo. ff. de regul. iuris in l. dolo de except. doli*, in quibus verus dolus continetur, congruit etiam ratio quia cum iſte dolus naſcatur ex ipſa petitione, *d. l. ſiquis cum. & d. §. circa*, non poteſt alius eſſe, quam verus dolus; cum enim ſciat iniuſtam eſſe cauſam petitionis, & tamen petat, non poteſt alia præſumptio capi, quam deprauati animi, & iniqui conſilii, ideoque dolus verus eſt, iuxta definitionem veri doli ſupra in prima *Deciſ. doli cap. 1. Seraphin. de Iuramento*, vbi alios citat *priuil. 136. numero decimo octauo.* adeò vt petens contra tam grauiter læſum in manifeſto dolo eſſe deprehendatur, volens locupletari cum aliena iactura, *Ad §. Lucius* ſolutio eſt in promptu, nempe contineri in eo caſum diuerſum, ſiquidem ibi non concurrit petitio cum re iniqua, ſed ſola adeſt cum re iniqua, ſcil. iniuſta alienatio, & ideo, tex. ibi vtitur verbo intelligitur, in dolo autem reipſa concurrunt duo, res iniqua, quæ dolum habet, & petitio iniuſta, vel nulla *d. l. ſiquis cum*; Ad ſecundum vero ſolutio ſit, quod petendo ex tam iniuſta cauſa eſt in dolo vero, non autem in præſumpto authoritate dd. legum.

15 *Quæſt.* 5. Alia hic ſuboritur † diſceptatio, nempe vtrum *c. quamuis de pact. in 6.* dum à contrario ſenſu improbat pactum doloſe initum, etiam iuramento in vni-
16 tum procedat non ſolum in dolo ex propoſito, ſed & in dolo re ipſa, & ſane vtilis † eſt inueſtigatio non modo propter diſpoſitionem *dict. cap.* ſed multorum iurium ſimilium vt *cap. cum contingat extr. de iureiur. cap. licet eod. titulo. in ſexto*, nec non *Authent. ſacramenta puberum. Cod. ſi aduerſ. vendit.* communis opinio videtur eſſe negatiua, vt aſſerit Alexand. *conſ. 53. lib. 3. & conſilio 42. colum. penult. libro primo*, & proſequitur late *Curt. ſen. conſ. 43. Aret. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæred. Cagnol. in l. fraudis interpretatio. ff. de regul. iuris.* dicit hanc ſententiam tenere *Dec.* ſed vere non dicit; & ſe remittit *ad conſilium* 180. Probatur autem in primis ex verbis *d. cap.* & in ſui ratione, quoniam hoc pactum poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ, ideò cuſtodiendum, *Dec. conſilio trigeſimo primo, numero vndecimo*, & non redundat in alterius præiudicium, quam iurantis, & ideò ceſſat illius text. deciſio in filia renunciante ſucceſſioni paternæ, ſi proptereà remaneret indotata ſiquidem ageretur de præiudicio Reipubl. *l. 1. ff. ſoluto matrimonio Cephal. conſ. 152. numero 4. volum. 1.* Præterea huc pertinet *conſilium 12. Rubei* dicentis promiſſionem iuratam valere, & ſi contineat enormiſſimam læſio-

17 læſionem† quādo hæc læſio ſit iuris futuri, ſiue quærendi, & non iuris quæſiti, & eiuſ-
dem ſententiæ eſt *Parſ. conſ. 26. num. 11. & 46. volum. 3.* dicens aliorum opinionem pro-
cedere in iure quæſito, *& c. quamuis.* procedit in iure quærendo, cum renunciationem
18 futuræ hæreditatis contineat. Tertio iuramentum *d. c. dicitur,* † confirmatorium *Socc.
conſilio 81. numero decimo. vol. 1. Caſtr. in Auth. Sacrament. puberum Cod. ſi aduerſus vend. &
in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.* Afflict. *Deciſ. 322. numero 11.* & in tantum confirmatur, vt nec
reſtitutione in integ. videatur poſſe reſcindi, quaſi iurans cenſeatur renunciaſſe *Bart.
in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de Iur. iur. & in l. ſciendum vbi Alexa. numero triceſimoquarto,
ff. de verbor. obligation.* affirmat ita ſe habere communem practicam, ſed ſi alia ſenten-
tia eſſet vera iuramentum ibi nihil confirmaret. Quarto cum ille tex. excipiat dolum,
de propoſito dolo debet intelligi argumento *l. non aliter. ff. de leg. 3.* At dolus re ipſa,
19 tanquam dolus præſumptus † non eſt proprie dolus, gloſſ. in *dict. l. ſi quis non aliter. ff.
de verb. oblig. Corne. conſ. 185. numero ſeptimo, volum. 3.* Quinto accedit regula iuris quod
verba ſunt accipienda in potiori ſignificatu *l. 1. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet.* At dolus
ex propoſito maior, & grauior eſt dolo præſumpto, & ſic dolo re ipſa *Cephal. conſ. 34.
volum. 1.*

20 Contrarias † partes magis communis ſchola, tam Iuriſtarum, quam Canoniſta-
rum probat & vt ab iſtis incipiam Dux, & ante ſignan. fuit *Ancar. in c. 1. de conſtit. cart.
a. verb. ego etiam conſului, & in reg. acceſſorium de reg. Iur. in 6. & conſilio trigeſimooctauo, pro
clariori Butri. conſilio 45. iuris rigor. & in c. cum contingat colum. 8. verbo quartus caſus princi-
palis de iur. iur. Abb. ibi cart. penul. verſ. nouus caſus, & conſilio 107. quatuor ſunt in ſecundo du-
bio volum. 2. Fely. in cap. in præſentia numero vndecimo, verbo quamuis inter iſtis de probat.* in-
quiens communiter teneri, vt peti poſſit abſolutio a Iuramento, quia enormis læſio
inducit præſumptionem doli, ex Iuriſtis autem *Socc. Sen. conſilio centeſimovigeſimonono,
numero quarto, lib. 1. & conſil. 263. capio primum. colum. 3. verbo præterea facit lib. 2. Ruy. conſilio
120. num. 2. lib. 1. conſ. 40. num. 23. lib. 3.* dicens in fine ſe Doctiſſimos viros, ſæpe ita con-
ſulere, & eſſe tenendam tanquam magis com. *Federi. de Senis conſil. 199. quæritur an Do-
minam, & conſil. 194. Crau. conſ. 192. colum. 5. verb.* pluribus rationibus, confirmans *Cu-
man. conſ. 80. Decius conſil. 180, & conſil. 203. num. 6. & conſil 216. num. 8. & conſil. 151. nume.
2. cum ſeq. conſilio vndecimo, & conſ. 124. & conſil. 214. lib. 3. & conſil. 1. in libro quarto, & in l.
pactum quod dotali in 9. Fallent. C. de collat. Cephal. conſ. 142. n. 25. & conſ. 34. n. 20. cum ſeq. vol.
1, Roland. conſ. 96. volum. 3.* Afflict. *deciſ. 322. afferens id procedere in c. cum contingat in authen-
tic. Sacrament. puberum,* & *dict. cap. quamuis de pact. in 6. vbi* Didac. *parte tertia. §. quarto, nu-
mero tertio, cum ſequent.* magis communem. & magis æquam eſſe confirmat cui pluri-
mum adiumenti inprimis adfert, quod ille text. loquitur in dolo, & dolus re ipſa, quia
21 præſumptus proprie dolus † eſt *Bartol. in l. quod Nerua colu. 2. verbo. debetis ſcire. ff. depoſit.*
refert, & laudat *Curt. Iun. conſilio 141. numero ſexto, & in Rub. Cod. de edend. numero vigeſi-
moſexto & dict. conſilio 141. numero ſexto, infert. c. quamuis* cum dolum generaliter ex-
cludat, dolum quoque præſumptum excludere, præcipue quia præſumptio dicitur
vera, & liquidiſſima probatio *l. ſi quis locuples. ff. de liber. cauſ. l. licet Imperator & ibi* Dd. *ff.
de leg. 1. Rurſus.* & ſecundo probatur quoniam dolus ex propoſito, & Dolus re ipſa, quo
22 † ad reſcindendum contractum, æquiparantur. *l. ſi quis cum aliter in verbo idem eſt, vbi*
Dd. *omnes. ff. de verb. obligat. Dec. conſilio triceſimonono, numero 16. verbo nam ex enormi. &
conſ. 70. colum. pen. ad fin. & conſ. 479. num. 11. & conſ. 551. numero quarto, & Cagn.* teſtis eſt
de *communi in l. 2. num. 98. Cod. de reſcind vend. Bart. in l. fin. colum. fin. ff. de prætor. ſtip.* vbi
definit text. in *l. cred. §.* Lucius. *ff. mand.* habere locum in iſto dolo præſumpto, puta ſi-
quis plus æquo arbitraretur in dicto vero *cap. quamuis.* agitur de reſciſſione contra-
23 ctus; Tertio ducitur argumentum à ſimili, nam dolus † re ipſa excludit diſpoſitio-
nem. Auth. Sacramenta puberum, & *Bald. in cap. 1. §. Sacramenta. de pace Iuramento firma*
*Dec. conſilio quadrageſimoquinto, numero primo, Cephal. dict. conſilio centeſimoquadrageſimo-
ſecundo numero triceſimoprimo,* Afflict. *deciſ. 322. num octauo, nec non. & l. 2. Cod. de reſcind.
vend* Abb. *conſilio. 77 numero vigeſimotertio & conſilio* 100. dicens quod licet ex modica
læſione ſupra dimidiam venditio iurata, non poſſit reſcindi remedio *dict. l. 2.* tamen
ex enormiſſima vltra dimidiam, poteſt non obſtante iuramento quod nihil dolet
ob dolum præſumptū, ita *Dec. in dicto conſ. 180. poſt Corn.* quē allegat in pluribus conſi-
liis diſtinguendo opin. concordat *Cag. d. l. 2. n. 98. & 90.* immo probatur à maiori; quo-
niā in dd. iurib. nullum verbum de dolo, & tamen dolū excludunt re ipſa, quāto magis
24 *d. c. quamuis* in quo diſerte excipitur dolus; quarto ſuffragatur quod ſtatutum licet †.

donatione in qua de liberalitate agitur non conſideratur læſio, quarto ceſſat ea cōſti-
33 tutio, ſi renunciatio facta ſit metu, vel reuerentia perſonæ, † cui ſit *l. 1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum actio nō detur*, etenim ſi pater fuerit præſens, & læſio non ſit enormiſſi-
ma præſumitur facta ex reuerentia paterna, & reſcinditur. *Dec. in l. pactum quod dotali n. 10. l. de pact. l. pactum quod dotali. Cod. de collat. c. cauſam matrimonii num. 6. de offic. de legat. Alba d. conſ. 77. Cephal. d. conſ. 142. num. 39.* hinc eſt quod *Neui***Z***an. in ſua Silua Nupt. libr. 1. nu. 81. verb. aduertant ſecundo*, ponit cautelam in patre, vt ſcilicet is cui renunciatur ab-
34 ſit tempore renunciationis, † deinde alio Inſtrumento ratificet, *Cephal. vbi ſupra nume.*
35 42. Rurſus ceſſat *dict. cap.* in Maiori † iurante, & enormiter læſo, non enormiſſime *Did. ibi parte tertia. §. 4. nu. 9. verb.* Secūda. cōcluſio. impetrata abſolutione reſcindēdi cōtra-
ctum, ibi: *d. num. 5. verb. tertia concluſio*; & in filia maiore *num. 9. verb.* Decima *concl.* Ven-
36 dicat vero ſibi locum † *dict. ca. quamuis*, ſi filia minor iuraſſet ſe maiorem coram matre, fratre, & conſanguineis, qui ſcire illius ætatem poſſunt *Cephal. alleg. conſ. 142. num. 77.* I-
37 demq; iuris ſi renunciatio eſſet geminata, † ſiquidem vbi dolus eſt commiſſus, non cō-
ſideratur, duplicatus conſenſus *Cephal. eod. conſ. n. 54. & 55. Roma: conſ. 54. circa finem incipit viſis.* Sed in hoc contrariū probat *Did. in c. quamuis parte tertia. §. 4. concl. 8.* ſeruatur e-
tiam illius *c. deciſ.* in foro ſeculari, vt affirmat. *Did. cum parte & §. 4. n. 9.*
38 *Quæſt. 5.* Sed hic ſuboritur † dubitatio, vtrum enormiſſime læſus debeat petere abſolutionem à iuramento ad effectum agendi, ſine qua intentare non poſſit reſciſſionem; rurſus an ea impetrata neceſſariam ſit, & læſione probata, denuo petere abſolutionem ad finem reſcindendi, & ſane *Pariſ. conſ. 45. & conſ. 99. lib. 1.* multos eiuſdem ſententiæ aſſertores referens, ait neceſſariam eſſe abſolutionem ne cōtrahens incidat in periurium, quippe petendo reſciſſionem, venit contra contractum, id eſt contra id, q iurato promiſit; frequentior tamen opinio videtur in contrarium ex multis cumulatis à *Cag. in l. 2. n. 98. & 99. C. de reſci. vend, vbi refert Caſsiadorum in deciſ. vnic. ſub titul. de empt. & vend.* affirmare Rotam Romanam quæ innititur æquitati, ſperni in caſu enormiſſimæ læſionis poſſe iuramentum aliaſq; clauſulas ex conſuetudine apponi ſolitas à notariis, munitur autem cōmunis traditio ea ſingulari ratione, cuius ſępe meminimus in ſuperioribus, quod læſio grauiſſima arguit dolum ex propoſito, & ille prorſus æquiparatur, eo vero dolo intercedente, non eſt abſolutio neceſſaria cum excludat cōſenſum, igitur nec ob enormiſſimam læſionem, etenim iurans non videtur in tantam læſionem conſenſiſſe, nec de ea cogitaſſe argumēto *l. cum de indebito. ff. de probat*, & vix eſt, vt tam grauis læſio ſine dolo alterius poſſit contingere, vt inquit Didac. *ex mente Dd. in d. c. quamuis. §. 4. parte tertia n. 5. verb. 3. concl. Crau conſ. 142. n. 27. verb. amplius, vbi læſio eſt tam exceſsiua* Deciſ. *Peruſ. 18. n. 56.* cum ſequitur, vbi definitur, in puncto Iuris petitionē abſolutionis haud eſſe neceſſariam, & cautius eſſe traditur eam petere, quod & *Cagno. ante placuit d. l. 2. n. 99.* Sed ea non petita, non videtur peieraſſe ob defectum conſenſus; ſed tamen hæc opinio in puncto iuris non eſt ſine controuerſia, cum ſupra probatum fuerit ex dolo non excludi conſenſum; Accedit quod donec non eſt probata læſio enormiſſima agens videtur eſſe periurus, & probatio non fit in principio iudicii; quod ſpectat ad II. dubitationem facilis eſt, & ante pedes, reſolutio ſiquidē ſtante priori ſententia vt nō ſit neceſſaria petitio abſolutionis ad effectum agendi, quæ eſt velut Ianua, multo minus erit altera abſolutio petenda, ineſt nanq; in vtroq; caſu ratio deficientis cōſenſus ſed, poſito, quod prior abſolutio ad agendū ſit neceſſaria quęſtionis eſt nunquid altera petitio fieri debeat ad effectum reſcindendi, & profecto ſententia affirmatiua videtur ad veritatem propenſior; Primo, quia limitata cauſa, limitatum producit effectum *l. in agris. ff. de acq. rer. dom* prima autem petitio fuit ad agendū, igitur non producit effectum reſcindendi, II. Iuramentū præſtitū dedit robur contractui, quare cōfirmatoriū dicitur; Bar. & alii *in l. ſiquis pro eo. ff. de fideiuſſor.* debet ergo noua abſolutione reſolui, contrariū tamē vt magis verū, & æquū pbat *Caſtr. conſ. 216. circa primum quæſitū col. vlt. vol. 2.* quē refert, & cōmēdat *Afflict. Deciſ. 322. n. 12.* inqt. h. Caſtr. ſicut refert Afflict. q tametſi dicta relaxatio iuramēti fuerit facta ad effectū agēdi, tamē ex poſt facto ſecutis pbationib. vocata parte repletur, nec eſt neceſſe iterū abſolutionē petere ſufficiēte prima abſolutione, q profuit ad finē obtinēdi, & cōfirmat p duo ſimilia & poteſt etiā ratione nō leui roborari, nā ex pbationib. legitime factis cōſtat de iniuſtitia cōtractus; quare nihil prodeſſe debet iuramentū, ne ſit iniquitatis vinculū, & cū debeat tres comites habere veritatem, iuſtitiam, & iudicium, probata iniquitate contractus, Iuramentū remanet ſine Iuſtitia, igitur ſua ſponte cōcidit vno ex ſubſtantialibus deficiēte,

39 Porro autem probatio doli re ipſa † fiet per euidentiam pacti, vt ait *Cephal. d. conſ. 142. num. 37. volum. 1. Corn. conſ. 181. in 3. volu.* ait probari hoc ipſo, quod eſt probata diſproportio inter contrahentes. *Boertus conſ. 39. num. 6. & conſ. 28. num.* 4. inquit probari ex facti qualitate, ſcribens etiam argui hunc dolum ex minori ætate, nec non ex fragilitate ſexus, quod arridet etiã *Soccino Iun. conſ. 77. n. 13. & 46. & conſ. 129 n. 86. vol. 2.* dicẽs videri dolum interueniſſe re ipſa, ſi læſio vltra dimidiam probetur. Et ſic quando læſio eſt enormis, vel quando eſt facta læſio longe ſupra dimidium, & iſta eſt enormiſſima.

40 Quarto cum dolus re ipſa præſumatur ex læſione quot modis læſio † conſideretur, & ſane videtur duplici modo conſideranda quemadmodum dixit *Socc. Sen. conſilio 266. num. 25. verbo ſecundo accipitur volum.* 2. Primo quidem ratione rei ſiue cauſæ habita ad qualitatem perſonæ, & quantitatem patrimonii illius, qui patitur damnum argumento *l. ſed ſi ſuſceperit. §. poſt vbi Dd. ff. de iudiciis Bart. in l. admonendi. ff. de iur. iur. col. pen. verb. ſed aduertendum.* Secundo reſpectu cauſæ ſiue rei ad ipſam rem, puta ſi eſt damnũ in tertia, vel in dimidia, vel in tota re, vel cauſa *Bald. in l. pen. C. de arbitr.* & p Bartolũ in *l. Societatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio, late Imol. in c. quinta Vallis pen. cart. extr. de iur. iur. Cor. aũt conſ. 11. lib. 3.* addit 3. modum, & eum refert, & ſequitur *Seraphin de iuramẽto priuileg. 8. n. 87.* nẽpe quia tẽpus ſolutionis cõparatur ſummæ *l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſolut. matr. l. in quãtitate. §. in hẽ, & l. qui quadringenta. §. fin. ad l. Falcid.* cũ aliis adductis p *corn. d. conſ. 1. col. 4. vol. 3.* Hinc per manus tradit, minus ſoluit, q tardius ſoluit *l. ſi cui in fin. ff. de verb. ſig.* & plus petit, q̃ ante tẽpus petit *Corn. conſ. 45. col. 4. in fin. vol. 1. §. plus Inſt. de action.* Quo
41 ad primã læſione q̃ritur, quæ, & qualis eſſe † debeat, vt eccleſia, vel minor poſſit reſtitui in integrũ, & certe in eccleſia magna eſt diſſenſio inter ſcribentes relatos a *Menoch. de arb. Iud. cauſ. lib. 2. cent. 1. caſu 24.* Quarum crebrior eſt, vt Iudicis arbitrio ſit relictum, quòd certo iure non inuenitur definitum, idque frequentius ſentire tam Cano. quam Iuriſtas oſtendit *Soc. Iun. conſ. 84. num. 43. verbo ſunt etiam, qui in lib. 1. Didac. variarum reſolut. lib. 1. cap. 3. numero vndecimo, verbo. quero ſane.* Quæ opinio receptior eſt etiam in obtinenda reſtitutione à Minore, vt ſcilicet ex arbitrio Iudicis pendeat quando minor dicatur grauiter læſus, & idem *Menoch.* pluribus congeſtis authoritatibus probat *d. Cent. 1. caſu 25.* & ob læſionem infra dimidiam Minorem reſtitui dixit *Natt. conſilio ſexcenteſimotriceſimoſecundo, & conſilio quingenteſimovigeſimoquinto, & conſ. 50. col. fin.* ſicut etiam arbitrio iudicis remittitur, quando laudum mereatur reductionem ob grauem læſionem *Menoch. alleg. cent. 1. caſu 73.*

42 Circa vero alterum † modum læſionis, videtur à Dd. quadtupliciter conſide-
43 rari, prima eſt læſio quæ modica † dicitur, vt ſiquis vendat rem valoris 30. pro 24. quæ propter ſui modicitatem nec reſtitutionem habet nec reſciſſionem contractus meretur *l. ſcio. ff. de reſt. in integr. Aret. conſilio decimoſexto. colum. fin. verbo nec obſtat præmiſſis, Menoch. d. caſu 25.* declarat ex mente *Did. lib. 1. reſolut. cap. 3. numero 11.* & hæc ad nos non per-
44 tinet, quoniam ex ea non ſequitur dolus re ipſa. Secunda dicitur læſio † magna, vt accidit quando læditur aliquis circa dimidiam, nempe ſi vendit rem centum aureorum pro 60. quam læſionem *Bald. in l. pen. C. de arbitr.* appellat tolerabilem, *Corne. vero conſil. 189. colum. 2. volum.* 1. magnam vocat, tamen non habet in ſe dolum, licet ob eam Minor reſtituatur *l. nam & poſtea. § ſi Minor, & ibi Bart. ff. de iureiur. Dd. in l. fin. C. de in integr. reſt.* & dignoſcitur in tertia parte ad quam eiuſmodi læſio aſcẽdit. Tertia, eſt læſio ma-
45 ior, † quæ communiter appellatur enormis, vt quando læſio eſt vltra dimidiam *l. 2. C. de reſcind. vend.* iuxta exemplum gloſſ. ibi: quod res valoris 10. fuit vendita quatuor, vel reſpectu emptoris, res æſtimationis 10. fuit empta 16. velut maluit *Pinellus in dict. l. 2.* res communis precii 10. fuit diſtracta pro 21. & hanc læſionem appellari enormem communi Dd. appellatione dixit *GozZad. conſilio 120. col. fin.* alio nomine dicitur immodica *Corn. conſ. 9. col. 3. vol. 1.* Quamuis alia opinio ſit etiam communis arbitrio, ſcilicet Iudicis eſſe relictum, quando dicatur enormis *Abb. conſilio 77. col. pen. & ſeq. parte ſecunda Fely. in cap. cum illorum de ſent. ex com. colum. 4. verbo eadem gloſſ. Iaſon. in add. ad Port. in §. fin. inſtit. de hæred. qualit. & differentia.* id quod procedit etiam in læſione, per quam ratione ſterilitatis eſt facienda remiſſio penſionis *Barba. in cap. propter ſterilitatem numero vigeſimoquarto, extr. locati.* licet in hac materia ſterilitatis quinque opiniones referat *Corne. conſilio centeſimovigeſimooctauo, colum. 5. in med. volum. ſecundo.* Et an in iſta enormi ſupra dimidiam ſubſit dolus re ipſa, non leuis eſt dubitatio, verius tamen creditur non adeſſe, ſiquidem valet contractus, & emptor retinet fructus.

Quinto,

46 Quarto & vltimo, dicitur læſio maxima, quæ à Dd. enormiſſima nuncupatur † quæ contigit fieri in toto, aut quaſi ſeſe *Caſtrenſ. conſ. 255. volum. 2.* & dicitur quando eſt exceſſiua vltra dimidiam, velut in triplo, quadruplo, vel vltra, vt per *Grat. lib. 1. reſponſ. 88. & reſponſ. 109. num. 19. Abb. in c. quintauallis col. 20. de iuretur. Crau. conſ. 7. Alba conſ. 81. Pede. deciſ. 33. Corn. conſ. 189. col. 2. & 3. vol.* 1. dicens quod in enormiſſima læſione poſſunt conſiderari gradus cum alia ſit in triplo, alia in quadruplo, tamen ſemper dicitur in ſuperlatiuo gradu grauiſſima & ſiue in triplo ſit, ſiue in quadruplo dolum continet re ipſa arguens dolum ex propoſito.

47 *Quæſt. 6.* Sed hic quæri poteſt & dubitari; An probata † enormiſſima læſione reſcindatur contractus abſolute, an verò ita demum ſi Aduerſarius nolit reſarcire læſionem vſque ad iuſtam quantitatem; & prima fronte videtur contractus abſolute reſcindi, ratio eſt quia optio illa ſupplendi amittitur ab eo, qui dolum cōmiſit, *Didac. lib. 2. reſolut. cap. 4. verbo quoties Pinellus in l. 2. parte 1. num. 25. fol. 95. C. de reſcind. vend.* Secundo, quoniam dolus re ipſa annullat contractum bonæ fidei, ſicut dolus ex propoſito *Seraphin. de Iuramento priuileg. 83. num. 99.* Tertio, ſuffragatur, quod in læſione enormiſſima cenſetur in eſſe dolus ex propoſito, *Crau. conſilio 142. numero vigeſimo ſecundo. Cephal. conſilio 110. numero 82. vol. 2.* is vero annullat, nec tribuit facultatem ſupplendi.

Cæterum contrariæ opinioni adhæret, *Did. inc. quamuis parte 3. § 4. numero 7. concluſio. 11. verſ. vndecima concluſio.* motus ex ratione *legis 2. Cod. de reſcind. vend.* quæ fundata eſt in commutatiua Iuſtitia, cui ſatis eſt neutram partem eſſe in lucro, ſed tantum eſſe in re, quantum in pretio; & tantum in datis, quantum in acceptis, vt enim quando non eſt tam grauis læſio, ſuppletur precium ne vendere ſit in damno, eadem ratio eſt, quando grauior eſt iactura, quod enim vult amplius vendere quam emendare damnum, & iuſtum precium conſequi, ſiue maior, ſiue minor quantitas deſit iuſto precio, modo illa ſuppleatur, cum *Did.* ſentit, *Pinel. in d. l. 2. parte 1. cap. 4. numero 28.* expreſſe refellens. *Cagn.* & latius probabitur hæc ſententia infra ſequenti quæſt. An probata enormiſſima læſione ſint reſtituendi fructus; Adductis autem ex aduerſo facile eſt occurrere, & primum quidem eſt verum in dolo vero, ille enim præripit optionem ſupplendi, non in præſumpto, nam cenſetur eſſe dolus ex propoſito iuris præſumptione. *Cephal. conſ. 147. num. 32. vol. 1.* non vere eſt talis quem iniquum eſt totam conuentionem reſcindere, cum ſit dolo ex propoſito longe inferior, Secundum; diluitur negando quod aſſeritur in eo, neque enim *Seraphin.* probat aſſumptum, nec mirum, cum læſio re ipſa contineat dolum in precio, qui nunquam annullatur etiam ſi eſſet ex propoſito, quia incidens eſt; non dans cauſam, Dd. *in l. eleganter. ff. de* Dolo, & nos paulo infra dicemus copioſius; Tertium, euitatur quia dolus re ipſa licet arguat dolum ex propoſito, non deſinit eſſe præſumptus, qui nunquam annullat, rurſus arguit dolum ex propoſito, ſed incidentem, cum læſio conſiſtat in precio, incidens autem dolus quāuis ex propoſito vim non habet annullandi, vt infra exponemus in diuiſione illa doli incidentis & doli dantis cauſam.

Quæſt. 7. Proxima huic, & coniuncta eſt alia quæſtio, Vtrum probata enor-
48 miſſima læſione is, qui tamen † grauiter læſus eſt recuperet fructus, ſcil. omnes à die celebrati contractus, non ſolum à die litis conteſtatæ; pendet vis huius dubitationis ex eo articulo, an propter enormiſſimam læſionem annulletur contractus, an reſcindatur, nam priori caſu fructus eſſent reſtituendi; maxime ab illo qui læſiſſet, non ita forſitan ab eius hærede, quippe eſſet defunctus in mala fide præſumpta, quæ non ſolet nocere hæredi; quo ad fructuum reſtitutionem, vt eſt certi iuris.

Et ſane quod attinet ad contractus ſtricti iuris expeditæ quæſtionis eſt non irritari, cum certi iuris ſit, nec per dolum ex propoſito reddi nullus, *l. eleganter vbi* Bartol. *& alii. ff. de Dolo Dd. in l. ſiquis cum alter. ff. de verb. obligat.* & in ſequente quæſtione copioſius oſtendetur, quanto minus per dolum re ipſa qui præſumptus dicitur, & longe minor iudicatur, circa contractus bonæ fidei maior eſt controuerſia; nam *Cagnol. in dict. l. 2. numero 81.* tradit contractum eſſe nullum & fructus reſtitui, cui adhæret; *Berous conſ. 57. nu. 67. vol. 1.* eo præcipue argumento quod dolus ex grauiſſima læſione reſultans æquiparatur dolo ex propoſito vt latius probatum eſt in ſuperioribus, eo vero dolo contractus irritatur *l. eleganter*, vbi *Bar. & alii. ff. de* Dolo, inſuper tollit priuilegium ſupplendi iuſtum precium *Dd. in d. l. 2.*

petitur *d.l.ſiquis infra l.2.§.circa de except.doli*, eodemque modo reſcindat ope exceptio-
nis non ipſo iure.

50 Huic recte ſubnectitur † alia diſceptatio, nempe vtrum poſſit renunciari læſio-
ni enormiſſimæ, cuius inquiſitionis duo ſunt capita, primum quidem eſt quando eſt
facta verbis generalibus, alterum ſi ſpecialibus verbis concepta fuerit in primo capi-
te omnium conſenſu probata eſt ſententia negatiua & ponitur exemplum, veluti ſi
in compromiſſo renunciatum eſſet reductioni ad arbitrium boni viri: virtualiter enim
eſt renunciatum grauiſſimę læſioni, & tamen, ea probata licitum erit petere reductio-
nem *Bartol. Iaſ. Imol. in l.quadam cum filium. ff. de verb. obligat. Cuman. conſil.* 50. *Caſtrenſ.
conſ.2 15. verb. ſecundo videndum vol. 5. Butrius in c. quinta vallis verb. ſecundus, & tertius,
deattretur.* & ibi *Abbas* dicit hanc eſſe com. latiſſime *Gabriel. Com. opin. lib. 2. tit. de arbitr.
concl. 3 num. 30. verb. 16. amplia.*

In ſecundo membro, cenſent plerique validam eſſe renunciationem ſpecialiter,
51 dicentes ex ea † non poſſe peti reductionem laudi & arbitrium boni viri, *Abbas in d.
cap. quintavallis* dicit eſſe com. opin. *Caſtrenſ. in conſ. 255. in 3. opin. vol. 2. Gabriel. d. loco.
num. 39.* referens plures teſtantes de communi, quibus accedit *Cephal. conſ. 121. numero
7. verb. quinta ſit vol. 1.* Ratio huius ſententiæ videtur, quia volenti non fit dolus, nec
iniuria *l. cum donationis Cod. de tranſact. l. 1. §. vſque ad duo. ff. de iniuriis cap. ſcienti de reg. iur.
in 6. l. nemo fraudare. ff. de reg. iur.* & ibi pleniſſime *Dec.* & quo ad reductionem ad arbi-
trium boni viri, eſt alia ratio tradita per *Butri. in d. c. Quintavallis verb. ſi autem per Bald.
& Salyc. in l. cum ante à C. de arbitris* & per eundem *Saly. in l. ſi ſocietatem. §. arbitror. ff. pro
Socio per Abbat. in c. cum contingat*, qui teſtis eſt communis opinionis, ſcilicet quia nun-
quam datur reductio in caſu à partibus expreſſo *Gabriel. citato loco numer. 40.* In contra-
52 rium † quod nec ſpecialiter enormiſſimæ læſioni poſſet renunciari, probat *Alex. con-
ſil. 139. lib. 7. Iaſon. conſ. 135. lib. 4. Deci. conſ. 2. col. verb. & conſ. 11. & conſ. 39.* vbi dicit *Cow.
Cephal. qui omnes refert. in conſ. 142. numer. 30. verb. hinc non videtur vol. 1. Gabriel. vbi ſu-
pra. numer. 44. Seraphin. de iure priu. 83. numero 103.* Et hæc ſententia munitur vno, & alte-
ro fundamento, primum illud eſt ex læſione enormiſſima præſumitur dolus ex pro-
poſito ex ratione deducta ſupra per *Dyd. in d. c. quamuis parte 3. §. quarto col. 3. circa med.* &
affirmat *Com. Gabriel. d. loco. numer. 49. & num. 50.* Dolo autem ex propoſito, non renun-
ciatur *l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. Gabriel. eodem loco numero 49.* Alterum argumentum
eſt, quia læſio enormiſſima continet dolum futurum, nempe quia non tempore con-
53 tractus † naſcitur, ſed ita demum ſi petatur *l. 2. §. circa de except. dol. l. ſiquis cum aliter. ff.
de verb. obligat.* futuro autem dolo quamuis præſumpto, non poteſt renunciari, vt di-
ximus ſupra ex *Cagn. in l. contractus. numero 77. de reg. iur.* Quod vltimum fundamen-
tum ſentit Bart. *conſil.* 90. pro vt eum citat *Iaſon in l. ſiquis cum numero 22. ff. de verb. ob-
ligat.* Licet prior opinio ſecundum Gabriel. cenſeatur magis communis tamen *nu-
mero 59.* inquit, vel non eſſe verum, vel eſſe intelligendam in eo caſu, in quo ſumus
certi non interueniſſe dolum ex propoſito verum, & ſi exploratiſſimum eſſet non in-
terceſſiſſe dolum ex propoſito, adeſt tamen dolus præſumptus in tali læſione, & cum
54 ſit futurus, viget pro hac poſteriori ſententia † ſecundum fundamentum, Abb. autem
in *d. c. Quintavallis verb. & incidenter ſtudens concordia*, inquit affirmatiuam opinio-
nem procedere de rigore iuris, poſteriorem negatiuam de ęquitate quaſi videtur poſ-
ſe inferri, quod cum iudex debeat præ oculis ſemper habere ęquitatem *l. quod ſi Epheſi.
ff. de eo quod certo loco.* officii ſui erat huic ſecundæ opinioni inhærere, æquitatem enim
rigori præferendam eſſe, reſcribit *Imper. in l. placuit C. de Iudi.* & natura ſuadet dum pro-
hibet quemque locupletari cum alterius iniuria *l. nam hoc natura. ff. de Condit. indebit.*
& in hoc articulo conſule nouiſſime *Maſcard. de probat vol. 1. concluſione 531. numero 31.*
55 Verum datur locus dubitationi quid ſi dicta renunciatio ſpecialis ſit † facta cum iura-
mento, nunquid confirmabit contractum. & non confirmaturum arbitror, ſecũdum
ea quæ diximus ſuperiori in titulo de dolo futuro, in ea quæſtione an dolus futur⁹ poſ-
ſit iuramento remitti.

Quæſt. 9. Affinis eſt, & illa quæſtio vtrum liceat renunciare beneficio *l. ſiquis cum
56 aliter. ff. de verb. oblig.* & Bart. ibi prope fin. diſtinguit † inter generalem, & ſpecialem
renunciationem. In prima abſolute concludit non valere renunciationem adductus
ea ratione quod renunciatio eſt donatio *l. ſiquis delegauerit. ff. de donat.* vbi remittens
except. donat. donatio autem in dubio ad modicum refertur argumento *l. ſi libertus. ff.
de oper. libert. hac adiectio. ff. de verb. oblig. argumento l. ſi de meis. §. recepiſſe*, & quod ibi not.

de arbitr. Altera ratio *Iaſ. eſt ibi n. 21.* quæ tamē parum habet virium; addo aliā rationem, nempe quia odioſa res eſt dolus, & in odiū doloſi, non creditur facta renunciatio doli, niſi ſpecialiter caueatur argumento *l. actione. C. de tranſact.* immo aduerſus eū capitur omnis præſumptio *Bar. in l. Pomp. de neg. geſt.* qua ſtante ſentētia infert Iaſ. non videri huic legi renunciatum per generalē illam renunciationem omni legum auxilio & Bald. ibi inquit ſimili renunciatione *l. 2. C. de reſcind. vend.* non tolli remedium.

57 Maior dubitatio eſt, quādo renūciatio † ſit facta ſpecialiter nēpe renunciatū eſt l. ſi quis cū aliter, vel exceptioni doli, aut verbis tantundē importantib. *Bart. in hoc artic.* parū ſibi conſtat, quippe in *d. l. ſi quis prope fin.* ſentit valere renunciationē vnica ratione, dolus re ipſa cōmittitur tunc quādo petitur *d. l. ſi quis & l. 2. § circa. ff. de except. doli.* Sed ſi huic exceptioni ſit renunciatum, quādo petit nō cōmittit dolū, ſiquidē licentiā habuit ob dictā renunciationē & volenti non fit dolus, eandē ſententiā cōmendat *Alex. conſ. 11. vol. 2. & conſ. 133. col. fin. v. 5.* in quibus reſpondet renunciationē exceptioni doli, vel conditioni, & omni legū auxilio valere *Iaſ. quoque in d. l. ſi quis prope fin.* accedit Bartolo,
58 quoniā renuncians huic legi, cogitat ſaltem in genere competere † ſibi exceptionem doli, proinde dolo de præterito videtur renunciare *l. ſi vnus. § illud & § ſeq. ff. de pact.* ex aduerſo *Bart.* contra ſe dimicans *in conſ. 90. dilecto Domino Franciſco,* negat valere renūciationē eo argumento quod cum iſte dolus non committatur niſi quando petitur, vt ſuperius dictū eſt, renūciatio iſta, eſt de futuro dolo, ideo prohibita *d. § illud* cum aliis citatis ſupra in *tit. de dolo futuro,* mouetur, & aliis argumentis quibus reſpondet *Iaſ. in d. l. ſi quis,* & confūtat aliud Bald. argumentum probans priorem Bartoli ſententiā. ſed nō
59 puto recedendū ab hac poſteriori, quandoquidem eſt renunciatio † doli futuri ex quo tempore renunciationis non eſt cōmiſſus; & militat eadem ratio, quæ in omni futuro dolo viget, nempe ne detur occaſio delinquendi, Nam facta remiſſione peteret, & ita dolū cōmitteret, nec eſt verū niſi me fallit opinio, ſi facta ſit renunciatio, & poſtea petatur dolū non fieri, etenim hac ſtante ratione, omnis futurus dolus poſſit remitti; ſiquidem obtenta remiſſione dolus qui poſteā ſit, non eſſet dolus, & ob id tutor, cui remiſſa eſt redditio rationū tutelæ, nec non doloſæ adminiſtrationis futuræ, dolum non faceret ob remiſſionem teſtatoris quod tamen eſt falſum, & ſi dolus eſt velle cum alterius iactura aliquem locupletari *Iodocus in tract. parium vel ſimil. in verb. dolus expreſſus,* quis neget eum dolum committere, qui facta modici precii ſolutione rem magni valoris petit: & hæc poſterior ſententia videtur æquior & communior in qua tamen conſulo videndum *Abbat. conſ. 81. n. 53. & conſ. 7. num. 77.*

Quæſt. 10. Cum ob dolum re ipſa cæteræ conuentiones reſcindantur, opportune
60 quæritur, an eodem colore caſſari, & tolli donatio † poſſit, & videtur potior ſententia negatiua ex his quæ diximus paulo ſupra in illa quæſt. in *cap. quamuis de pact. in 6.* contineat dolum re ipſa, in fine *verbo prætereundum, & verbo quo loci,* ait Tertio non procedere, vbi ceſſat illius capitis diſpoſitio in vera donatione: quoniam cum ſit liberalitas non admittit conſiderationem læſionis *Cephal. conſ. 147. n. 51. vol. 1.* ſed vide *Cagn. in l. 2. n. 35. C. de reſcind. ven.* & nouiſſime *Alba conſ. 81. n. 55. verb neq; etiā obſtat,* vbi, & diſtinguit.

Quæſt. 11. Aliam ſuggerit nobis Bartolus diſputandi occaſionem in *d. l. ſi quis cum nu. 4. & Iaſ. ibi nu. 11. poſt gloſ.* vtrum ſi in contractu emptionis in quo ſum deceptus vltra dimidiam, atq; ita interceſſit, dolus re ipſa fuerit ſicut communiter contingere ſolet in-
61 terpoſita † ſtipulatio, vtrum inquam competat vtrumq; remedium *l. 2. propter empt. & l. ſi quis cum aliter* propter dolum re ipſa & propter ſtipulationem. Ad euidentiorem doctrinam ſunt duo caſus diſtinguendi prior eſt quando interponitur ſtipulatio ſine animo nouandi, ſicut præſumitur in dubio *l. fin. C. de donat.* Poſterior vero quando inter-
62 ceſſit ſtipulatio animo nouandi, Ad primū videtur negandū in dubio, vnum & † alterum remediū competere eſſe, quoniā ſunt contraria vnū ſc. bonæ fidei, alterū ſtricti iuris *§ actionum. Inſt. de action.* contraria aūt remedia non cōpetunt cumulatiue *Dyn. in c. nullus plurib. n. 33. de reg. iur. in 6. l. 1. ff. de furt. l. fin. C. de Codicill.* II. ex *l. venditor in princ. ff. com. præd.* quā expendit *Aret. in d. l. ſi quis.* Etenim ibi fuit celebratus contractus ſtipulationis poſt contractam venditionem & ait I. C. ex vno tamen contractu obligari emptionis, nempe, vel ſtipulationis.

Contrariā tamē ſententiā ꝓbat cōmunis ſchola Dd, author eſt *Iaſ. ibi n. 11.* q eo inprimis argumēto defendit, quo vtitur *Bar. n. 4.* nēpe q cū nō ſit inducta nouatio remanet vtrumq; remediū *d. l. fin. C. de nouat. l. duo ſocietatē. ff. pro ſocio.* Munitur, & altero, q *Iaſ.* deducit *n. 12.* ſcilicet quod nunquā eſſet locus *d. l. 2.* cum in omnib. contractib. apponatur

ſtipu-

ſtipulatio *Bald. in l. 2. ff. de cond. ob cauſ. l. iuriſgentium. §. quod fere. ff. de pact.* Plane hoc multum roboris non habet, cum facto contrahentium accidat, & ex conſuetudine Notarii, non ex diſpoſitione iuris; His ego addo, quod cum ſtipulatio ſit inuenta conuentionum firmandarum gratia *Paul. lib. 2. Recept. ſentent. in Rub. ff. de verb. obligat.* quæ ſunt inducta ad augmentum non debent operari diminutionem *l. leg. inutiliter. ff. de adim. leg.* Quare aut damnoſum eſſet in contractu emptionis ſtipulationem adhibere, ſiquidem vtilius erat habere actionem bonæ fidei, quam ſtricti iuris, aut ſi ſola competeret actio bonæ fidei ſuperuacuum eſſet ſtipulationem interponere, nec quemquam moueant allegata ex aduerſo; Nam regula poſita in primo fundamento fallit, quando remedia fluunt ex diuerſo fonte; & tendunt ad diuerſum effectum, vt ſic ſiquidem remedium *l. 2.* pertinet ad reſcindendum contractum, vel ad ſupplendum iuſtum pretium remedium autem exceptionis doli ad repellendum agentem, & non ad reſcindendam, vel annullandam conuentionem abſolute propter dolum, vel quod dicta remedia competunt electiue, non cumulatiue, ex his quæ tradit *Dyn. in d. c. nullus pluribus. numer. 33.* nam ait, quod vbi ſunt duo remedia contraria origine vt hic, & effectu conuenientia, vt in his terminis, nam, vel ad ſupplendum, vel ad reſcindendum contractum præſtantur, vnum, & alterum, licet non cumulentur, tamen non perimuntur electione *Dyn. in cap. ſupra deducto* & poſt eum *Iaſon in §. ſed iſte col. 10. verb. pro hac opinione & col. 13. verb. pro hac parte Inſt. de action.* Secundum autem argumentum facile con-
63 ſtringitur vt per *Iaſon d. l. ſiquis cum num. 12. verb. contra.* Quippe ſumus ibi in alternatiua iuris ſiue legis poſita, circa idem factum, quæ reſoluitur in coniunctam † ne lex relinquat nos in incerto, & ignoremus, quod nam remedium ex alternatiua competat *Bartol. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum in verb. oppoſitione. ff. de reb. dubiis Canon. & maxime. Abb. in c. inter cæteras extr. de reſcript. atque ita l. vend.* probat dari vtrumq; remedium
64 confirmans eo modo communiorem ſententiam.

Q. 12. In ſecundo caſu quando adiecta eſt ſtipulatio animo nouandi † paulo grauior eſt difficultas, nam ſolum competere exceptionem ex *d. l. ſiquis* comprobatur, quia facta nouatione, remanet ſola ſtipulatio quæ eſt ſtricti iuris *l. vni. §. ſed & etſi non ignoram⁹. C. de rei vxor act.* remedium autem *d. l. 2.* non datur in contractu ſtricti iuris *Iaſon d. l. ſiquis*, cum ferens teſtimonium ſit de communi non ſolum ibi, ſed etiam in *l. de quibus vigeſimanona. ff. de legib.* Secundo patrocinatur, quid ſtipulatio ſua natura non habet priuilegium *d. l. 2.* vt dictum eſt, nec recipere illud poteſt à contractu bonæ fi-
65 dei, licet in eius locum † ſit ſubrogata *Bartol. enim in d. l. qui bis idem in tertia oppoſitione. ff. de verb. oblig. Iaſon. ibi & in l. ſingularia 126. ſpeciali. ff. ſi cert. pet.* inquiunt non aſſumere naturam bonæ fidei per illam ſubrogationem ratio eſt, vt ipſe puto, quoniam ſubrogatio fit eo caſu ab homine, non à lege, vt in *d. l. vni*; Secundo ratio fuit quia actio ex ſtipulatu naturam bonæ fidei habet, tantum in exactione dotis *dict. §. & ſi non ignoramus l. vni & §. fuerat Inſt. de action.* ergo illa cauſa excepta bonæ fidei naturam acquirere nō licet, argumento *l. cū prætor. ff. de iud. l. in agris. ff. d. acq. rerū dom.* Tertio plurimum præſidii eſt ad hanc ſententiam iuuandā in *l. in bonæ fidei ff. de eo quod certo loco.* in qua ſtipul. interpoſita in cōtractu cōductionis, & ita bonæ fidei retinet ſuam naturā ſtricti iuris.

Contrariam opinionem commendat Bart. *in d. l. ſiquis cum nume. 4.* quampluribus ſuffragiis eſſe receptam, teſtis eſt *Iaſon ibi numer.* 11. cuius argumentum palmari eſt in *l. aliam. ff. de nouat. in l. 2. plane. ff. de priu. Cred.* quibus probatur in voluntaria nouatione priuilegium priſtini contractus nouati non amitti per contractum nouantem, ni expreſſe fuerit renunciatum, ibi: *niſi hoc ſpecialiter actum ſit*, & ibi: *niſi priuilegii abiiciendi cauſa ſtipulatus ſit.* Nec ferenda eſt ſolutio *Imol. in d. l. ſiquis.* cum relata per *Iaſ. num.* 13. quod ſcilicet deducta iura loquuntur, in materia proportionabili ad ſtipulationem, nempe in priuilegio prælationis ſed priuilegium *d. l. 2.* non eſt proportionabile ad ſtipul. cum procedat in contractibus bonæ fidei quorū natura repugnat ſtipul. Nam dimiſſa ſolutio Bar. per quam ſibi ipſi aduerſatur, Duplici modo nos reſpondemus & primo q. dd. leges, dum inquiunt priuilegiū prioris contractus tranſire in ſtip. nouante nō reſpiciunt nunquid ſtipulatio ſit ꝓportionabilis ad illud priuilegium, ſed illud intuētur, num ſpecialiter actum ſit, vel vtrū abiiciendi priuilegii celebrata nouatio fuerit, & in diſtincte definiūt trāſire priuilegiū niſi abiiciendi &c. & niſi ſpecialiter actū ſit &c. quippe in dubio ex natura nouationis vidētur contrah. conſentire, vt prioris contractus priuilegia durent, vt conſpicuum ex *d. l.* aliam, in qua tranſeunt omnia priuilegia tutelæ in contractu nouante, & tamen priuilegia tutelæ non ſunt propor-

tionabilia ſtipulationi cum deſcendant ex contractu bonæ fidei, ita, & priuilegium, *d. l. 2.* quamuis proficiſcatur ex bonæ fidei conuentione ſecundo modo ſoluitur nodus, priuilegium *d. l. 2.* eſſe proportionabile ad ſtipulationem; Ideoque poſſe in ſtipulationem transfundi, vt paulo infra declarabimus in ſolutione argumentorum ſecundo loco Iaſ. munit eandem ſententiam ex doctrina Bartoli in *l. videamus lect. 2. §. ſi actionem in fin. ff. de vſur.* inquit enim eo loco, quod ſi ſtipulatio interponitur ſuper contractu emptionis, vel alio contractu bonæ fidei, quia accedit in locum emptionis, eiuſque naturam aſſumit, veniunt fructus à tempore moræ, non a tempore litis conteſtatæ, vt accidit in ſtipulatione, ſed hoc parum momenti habet, cum ſupponat ſtipulationem accipere naturam bonæ fidei quod alibi negatum eſſe à Bartolo demonſtrauimus. Itaq; communior ſententia priori fundamento, velut ſacræ ancoræ tutius innitetur, cui non refragantur contraria, primum enim & ſecundum obiectum reſoluitur negando ſcilicet remedium *d. l. 2.* non obtinere in contractibus ſtricti Iuris nam crebrius eſſe receptum, vt & in illis æquitas *d. l. 7.* locum habeat, audacter teſtatur *Arrius Pinellus in l. 2. parte tertia num. 5. cum ſeq. & num. 10 verb. retenta.* dicit eſſe cauendum à I[illegible]one in *d. l. ſi quis cum* & in *l. de quibus*, & ab aliis, qui contrarium frequentius eſſe receptum putauerunt, cui conſequens eſt priuilegium *d. l. 2.* proportionabile eſſe ad ſtipulationem. ad tertium vero ſolutio eſt in conſpectu, ſiquidem littera communis & magis emendata habet (*condicendum*) non conducendum & ideo non loquitur de contractu locationis, & ratio rem apertius docere poteſt. Nam in princip. illius legis I C. negat eſſe locum actioni arbitrariæ de eo quod certo loco in contractibus bonæ fidei cur ſtatim contrarium definiret in contractu locationis quæ ipſa & bonæ fidei eſt.

Quæſt. 13. Ab his non videtur aliena illa inquiſitio, vtrum tranſactio propter
66 dolum re ipſa poſſit † reſcindi, tractat *Alex. conſ. 42. num. 11. volu. 1. Cephal. conſ. 137. vol. 1. & conſil. 110. volum. 2.* in quo copioſè de enormiſſima læſione ſequuta in tranſactione conſultus reſpondet eſſe locum reſciſſioni, quod Iuris etiam erit in venditione ſub haſta nunquid ſtante grauiſſima læſione poſſit reſcindi ob dolum re ipſa?

Articulus eſt maxime controuerſus, nam Bart. in eo parum ſibi conſtans probat affirmatiuam in *l. 1. C. de præſcript. 30. annorum*, negatiuam autem commendat in *l. ſi tempora. C. de fide Inſtr. & iure haſt. Fiſcal.* In quod vitium incidit etiam *Ang.* qui in §. *ſi quis agens num. 3. Inſt. de action.* ſentit diuerſum ab eo quod ſcriptum reliquit in *l. 1. Cod. de præſcript. 30. annorum Cagn. in d. l. 2. C. de reſcin. vend. nu. 160. & ſeq.* & *Pinell. eod. loco* aſſeueranter dicunt competere *d. l. remedium Iodocus autem in tract. ſubhaſtationum c. 4. nu. 25.* diſcordantes ſententias pulchra diſtinctione conciliat, *Franciſcus Luſitaneus in l. ſi curatorem habens in verbo dolo num. 4. C. de in int. reſt.* inquit in cauſa Minorum non reſcindi huiuſmodi venditionem niſi fuerit adhibitus dolus in limitatione. Hæc vero controuerſia dirimi ſolet per ſtatuta locorum, vt Senis in curia Mercatorū vbi ſtatuto cauetur, vt intra decennium à die celebratæ, & debitori notificatæ emptionis; liceat prætextu læſionis vltra dimidiam venditionem reſcindere.

Quæſt. 14. Tandem, vt coronidem imponam dolo re ipſa reuoco in dubium
67 quemadmodum feci ſupra in dolo vero, An Minor † aduerſus hunc dolum re ipſa reſtituatur in integr. ſcilicet quando ex iſto dolo læſus ſit, & profecto vt dilucidius rem exponam diſtinguo duos caſus primus eſt quando contingit Minorem eſſe læſum in temporalibus, vt in emptione aut venditione prædii, vel alia ſimili re temporali, & ſane deneganda prima fronte videtur reſtitutio, ea ratione quod minoribus ſuccurritur, quando alterius dolo, malitia, vel calliditate ſunt circumſcripti. *l. 1. ff. de Minor.* ibi, multorum captionibus ſuppoſitum, multorumque inſidiis expoſitum; ſed in læſione dolus non eſt ab homine, ſed in re; alia tamen ſententia longe verior eſt, & communiter fundata in illa trita in ſcholis, & in foro regula. Minores grauiter læſos eſſe reſtituendos, de qua in *tit. de Minor. in tit. de reſtit. Minorum* maximè vero in *l. 1.* Nam ait Plurifariam ſub hoc titulo prætor ſubuenit hominibus, vel lapſis, vel circum ſcriptis, ecce quod non ob ſolum dolum aduerſarii, ſed ob lapſum proprium datur reſtitutio & infra ſiue ætate, ſiue ab ſententia, ergo & ſine dolo aduerſarii, læſis ob imbecillitatem ætatis ſuccurritur, ſimilis eſt *tex. in l. 8. ff. de Minor.* in qua Minor ſine dolo alterius legatum repudians obtinet reſtitutionem, nec facit negociū ratio ex aduerſo deducta, ſublata eſt enim ex argumento communis ſententiæ quoniam non ſolum Minoribus circumſcriptis, conceditur reſtitutio, ſed etiam ſua fragilitate lapſis. Amplius

dico

dico in dolore ipſa adeſſe etiam dolum Aduerſarii præſumptum, ſcil. ſi grauis eſt læſio ex propoſito ſi fuerit grauiſſima vt copioſe probatum eſt in antecedentibus, dum oſtendimus eum dolum in petitione detegi, *l. 2. §, circa. ff. de except. dol. l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. obligat.* Secundus eſt caſus, quando minor grauiter læſus eſt in ſpirituali-
69 bus, veluti, in renunciatione † eccleſiaſtici beneficii, vel in aliqua beneficiorum permutatione, puta quia pingue beneficium cum valde tenui permutauerit & Dd. communi voto adhibita diſtinctione reſpondent Minorem eſſe reſtituendum, quando res eſt integra, id eſt, beneficium non eſt alteri collatum contra ſi iam ſit facta collatio, *gloſſ. Bart. Bald. Alber. in l. ait prætor. ff. de Minor. Iaſon. in l. Gallus. ff. & quod ſi tantum ff. de liber, & poſthum. Crau. conſ. 190.* Quæ ſententia tribus aut quatuor fundamentis ſuſtinetur, quibus contrariam ſententiam ſequutus optime reſpondet, *Didac. libro 1. reſolutionum cap. 5.* oſtendens nullam rationem eſſe cur in ſpiritualibus etiam poſt ius alteri quæſitum, minoribus non ſit præſtandum auxilium. Quæri etiam poteſt vtrum
70 reſtituatur minor aduerſus ingreſſum † religionis, quaſi tunc læſus re ipſa ſit ob amiſſam libertatem, diſputat *Oddus* compater meus multis nominib. honorandus ſuo more doctiſſime *de reſtitutione in integr. parte 3. quæſt. 61. art. 4.* vbi tandem concludit ex communiori ſententia non competere reſtitutionis auxilium. Primo, quia eccleſia habetur loco parentis, & aduerſus parentes non conceditur reſtitutio. Secundo quoniã reſtitutio non datur niſi læſis, minor autem ob ingreſſum religionis fecit conditionem ſuam meliorem. Tertio, quia eccleſia eſt loco minoris, inter duos autem minores melior conditio poſſidentis.

71 Supereſt vt aliquos effectus † enormiſſimę huius læſionis, qui colligi poſſunt ex antedictis breuiter explicemus, & primo ob iſtam læſionẽ nihil officit quod minor aſſeruerit ſe maiorem, quippe quia cum ex hac aſſertione non deceperit ſecũ contrahentem, ſed ipſe deceptus fuerit non eſt locus, *l. 1. C ſi minor ſe maiorem &c. Cephal. conſ. 142. num. 57. vol. 1.* vbi maxime ait procedere ſi iſta aſſertio maioris ætatis eſſet facta conſanguineis, qui iuris præſumptione credantur ſcire tempus ætatis ſuæ. Secundus, eſt quod ratione iſtius læſionis præſumitur læſus ignoraſſe vires ſui patrimonii, tamet ſi aſſeruiſſet habuiſſe notitiam, *Cephal. vbi ſup. num. 49. &* 50. dicens eſſe verum in aſſertione rei vniuerſalis, & incertæ. quæ in dies recipere poteſt argumentum & diminutionem non in aſſertione ſcientiæ rei particularis. Tertius eſt quod vbi contractus eſt correſpectiuus, & onéroſus, ſtante grauiſſima læſione reſcinditur, licet dicatur eſſe factus per viam donationis, in qua propter meram liberalitatem non attenditur læſio, nam in contractu correſpectiuo, & oneroſo propter verbum donationis fit maior fraudis præſumptio; *Cephal. d. conſ. 142. num. 51. & 52.* Quartus effectus eſt quod probata hac læſione nihil nocet læſo, quod dictum fuerit in inſtrumento non vi, nec metu, nec per errorem *Cephal* ibidem allegans *Socc. num. 42. in fin. &c.* Quintus eſt quod licet renunciatio, non dicatur facta metu, vel reuerentia perſonæ, cui fit, niſi minæ, vel preces importunæ præceſſerint tamen ſi filia renunciauit patri, & ſit enormiſſimè læſa, præſumitur facta renunciatio ob reuerentiam, & poteſt reſcindi, idem *Cephal. eodem conſ. 132 num. 38. & 39.* Sextus *Auth. ſacram. puberum, & l. 2. C. de reſcind. vend.* etiam interpoſito Iuramento locum haberit in hac læſione, *Cephal. vbi ſupra numero 32.* Septimus Dolus ex hac læſione, dicitur eſſe ex propoſito ſaltem iuris præſumptionẽ & ita non eſt verus dolus ex propoſito, qui ex animo malitioſo, & ab initio, committitur, ſed exceptione iuris, *Cephal. num. 37. eod. conſ.* Octauus eſt quod regula illa in quantumuis generali diſpoſitione dolum non includit, *l. creditor. §. Lucius. ff mand. l. ſi pater. ff. quæ in fraud. credit.* verificatur etiam in dolo re ipſa ob grauiſſimam læſionem, *Cephal. d. conſ. numer. 26.* Nonus filia dotata à patre, licet regulariter non poſſit petere ſupplementum dotis, cum præſumatur ab eo congrue dotata, *l. nec in ea, ff. de adulter. l. fin. C. de Curat. furioſi.* tamen vbi conſtat de grauiſſima læſione poteſt ſupplementum petere, *Cephal. ibidem num. 27. verb.* pro quo facit, & *conſ. 110. num. 78. cum ſeq. volum. 2.* vbi ampliat, & erit Decimus effectus ſi ſtatim diſponeret quod filia debeat eſſe contenta dote ſibi data etenim non procederet manente enormiſſima læſione, *Cephal. d conſ. 110. num. 78. & ſeq.* Vndecimus licet præſentia Iudicis, & conſanguinei faciat. ceſſare præſumptionem fraudis, & metus, *l. tranſactionem C. de tranſaction.* fallit tamen vbi conſtaret de enormiſſima læſione, *Cephal. d. conſil 110. numer. 78.*

De Dolo dante cauſam, & de Dolo incidente.

1 *Authores de his ſpeciebus doli tractantes.*
2 *Quo ordine Author exponat dolum dantem cauſam.*
3 *Dolus dans cauſam quid ſit ex mente Gomeſii, & Benincaſæ.*
4 *Quid ex intentione Capræ quid ex mente Ancarani.*
5 *Quid ſit ex mente Authoris.*
6 *Dolus dans cauſam. in quibus rebus committatur.*
7 *Qui ſint contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, vnus & idem contractus interdum bonæ fidei dicitur, & ſtricti iuris propter diuerſitatem perſonarum.*
8 *Cur ita appellat.*
9 *Verbum bona fides duplicis in iure ſignificationis.*
10 *Prætor in priuatis cauſis raro ius dicebat, ſi fauore perſonarum. vel cauſæ.*
11 *Quæ ſit ratio, cur non omnes contractus ſint bonæ fidei conſtituti.*
12 *Dolus dans cauſam, an tollat ipſo iure bonæ fidei contractus.*
13 *Opinio affirmatiua frequentior.*
14 *Rationes eius ſententiæ.*
15 *Opinio contraria.*
16 *Dolus, & metus æquiparantur.*
17 *Contractus dolo initus, valet, ſi velit is, qui fuit deceptus.*
18 *Concluſio in articulo contra communem.*
19 *Multa fiunt ipſo iure, quæ tamen deſiderant factum hominis.*
20 *Hæc verba ipſo iure fieri, quo pacto accipiantur in iure.*
21 *Limitatio communis opinionis.*
22 *Dolus dans cauſam contractibus ſtricti iuris, vtrum annullet ipſo iure.*
23 *Opinio communis quod non.*
24 *Dolus impedit conſenſum quo modo intelligatur.*
25 *Dolus cur operetur diuerſos effectus in contractibus bonæ fidei, & ſtricti iuris.*
26 *Vtrum omnes contractus geſti à Principe ſint bonæ fidei.*
27 *Effectus prouenientes ex opinione communi affirmatiua.*
28 *Differentiæ inter contractus bonæ fidei, et ſtricti iuris.*
29 *Nõ omnes contractus geſti à Principe ſunt bonæ fidei.*
30 *Princeps duplici modo poteſt obligari.*
31 *Contractus geſti cum Republica, vel ciuitate, quando ſunt bonæ fidei.*
32 *Contractus omnes an ſint bonæ fidei de iure canonico communis opinio affirmatiua.*
33 *Diſpoſitio iuris ciuilis, quando obſeruetur de iure canonico.*
34 *Opinio negatiua verior pluribus probatur.*
35 *Solutio contrariorum.*
36 *Vtrum contractus conſtituti, qui videtur eſſe ſtricti iuris, tollatur ipſo iure.*
37 *Vtrum conſtitututum ſit ſtricti iuris. & an in eo limitetur regula communis quod dolus dans cauſam non annullet ipſo iure.*
38 *Contractus partim ſtricti iuris, partim bonæ fidei, qui ſint.*
39 *Vtrum talis contractus irritetur ipſo iure, ex dolo dante cauſam.*
40 *Stipulatio ſequitur naturam contractus, ſuper quo interponitur, diſputatur, & diſtinguitur.*
41 *Stipulatio multis modis, multiſque de cauſis contrahitur.*
42 *Stipulatio ſuper negotio interpoſita non ſequitur illius negotii naturam, nec ad ſe trahit, nec trahitur ex opinione Authoris, vtrum ſtante nullitate contractus per dolum ſi fuerit ſequuta traditio transferatur dominium.*
43 *Vtrum dolus dans cauſam, ipſo iure diſſoluat diſtractum, ſicut contractum bonæ fidei.*
44 *Communis opinio affirmatiua.*
45 *Vbi contractus eſt bonæ fidei, ibi eius quoque diſtractus.*
46 *Diſtractus eiuſdem naturæ eſt virtutis, cuius eius contractus.*
47 *Diſpoſitum in contractu, obtinet etiam in eius diſtractu.*
48 *Authentica ſacramenta puberum Cod. ſi aduerſus venditionem procedit etiam in diſtractu.*
49 *Solemnitas requiſita in contractu deſideratur in eius diſtractu regulariter.*
50 *Dolus dans cauſam diſtractui bonæ fidei interdum, vel diſtractus, qui ſecum trahat ſolutionem annulletur ipſo iure, & res tradita fuerit, vtrum dominium intelligatur translatum.*
51 *Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, vtrum annullet abſolute, an ita demum ſi pars decepta velit.*
52 *Mulier decepta in dote poteſt ſtare contractui, vel illum reſcindere.*

53 Contra-

53 *Contractus ſimulatus poteſt reſcindi vel non reſcindi ad arbitrium illius contrahentis, qui ex latere ſuo non ſimulabat, ſed vere contrahebat.*

54 *Dolus dans cauſam obligat decipientem, non deceptum.*

55 *Regula quod contractus non debet claudicare, multis modis limitatur.*

56 *Dolo deceptus non poteſt ſi velit conſeruare contractus, ſcilic. quando lex reſiſtit actui.*

57 *Dolo deceptus an poßit à decipiente compelli, vt declaret, an velit ſtare cõtractui.*

58 *Nemo compellitur ſuo beneficio vti.*

59 *Regula quod tibi non nocet, & alteri prodeſt de facili concedendum eſt ornatur remißiue.*

60 *Minor deceptus cogitur declarare, An velit ſtare contractui.*

61 *Si de pluribus rebus ſit celebratus contractus bonæ fidei, & quo ad vnum dolus dederit cauſam, an contractus reſcindatur quo ad omnes.*

62 *Dolus dans cauſam Delegationi, non irritat ipſo iure, fallit in cauſſa dotis.*

63 *Dolus dans cauſam acceptilationi, non tollit ipſo iure.*

64 *Dolus dans cauſam exceptioni acquirenda vtrum annullet acquiſitionem ipſo iure, an ope replicationis.*

65 *Æquitas mater exceptionis etiam ſi exceptio ſit odioſa.*

66 *Pacta nuda ſunt ſtricti iuris, ideoque non ſunt nulla ipſo iure ſi illis dederit cauſam dolus, vide tamen in ſequenti.*

67 *Dolus dans cauſam renunciationi, vel donationi, non reddit nullum ipſo iure.*

68 *Dolus dans cauſam tranſactioni quando ipſo iure annullet; quando ope exceptionis.*

69 *Quando dolus cauſam dederit, quo modo ſuccurratur decepto remißiue.*

70 *Si Minor dolo Aduerſarii in cõtractu dixit ſe maiorem, & iurauit, an reſtituatur remißiue.*

1 QVinta doli mali diuiſio in duo diducitur, ſcil. in dolum dantẽ cauſam, & in dolum incidentem, de qua † Bald. & alii in *l. eleganter. ff. de dolo gloſſ. in l. qui nondum Cod. de hæred. vel actione vendita, & in l. in contractibus. ff. ex quibus cauſ. maior. in l. ſi fraude C. de præſcript. longi temp. in d. l. eleganter verb. ſed in hoc ipſo. Bart. in l. Pomp. nu. 9. ff. de neg. geſt. Iaſ. Gomeſ. Benincas. in § omnium inſt. de act. Ang. in § actionum in prin. in verb. in ea gloſſ. Inſtit. de action. Imol. Roman. in l. ſi cum dotem. ff. ſoluto matrimonio. Pinell. in l. 2. parte 2. numero vndecimo, & duodecimo, & numero vigeſimo, & 23. cap. 2. & numero ſexto, cap. 4. Cod de reſcind. vend. Tiraquel. de leg. Connub. gloſſ. 5. numero 9. Euerhard. in loco à contractu ad diſtractum num. 5. Capra reg. 87. nu. 45. & 60.* Ergo de vtraque ſpecie doli agen-
2 tes videamus, † primo Quid ſit dolus dans cauſam, quibus in rebus committatur, quę ſit eius natura, & quemadmodum differat à dolo incidenti incipiens autem eo, quo conſtitui ordine, dico huius doli exploratam definitionem non inueniri penes noſtros Dd. ſed potius declarationem quandam relatam à *Gomeſio in d. §. actionum num. 9.*
3 *& 12. in verbo & dicitur,* † *& Benincas. num. 229. verbo nam, & tunc;* Nam ſic inquiunt Dolus dicitur dare cauſam contractui, vel alteri negocio, quando tu induxiſti aliquẽ doloſis ſuaſionibus, ad vendendum, vt illum deciperes, qui alias non erat venditurus
4 niſi dolo fuiſſet inductus, nec aliud quippiam negocium contracturus † *Capra* autem citato loco addito exemplo rem manifeſtius declarat dicens tibi habenti pulcherrimum corpus Iuris ciuil. non alias vendituro, quidam vt ſibi venderes perſuaſit, eo colore quod de proximo noua compilatio eſſet publicanda *Bartol. vero in dict. l.*
5 *Pomp numero nono*, explicat quando dolus det cauſam negociorum geſtioni, necnon quando dicatur dare cauſam ratihabitioni inquiens, ſi cum Dominus non haberet animum ratum habendi, quod geſtum erat à procuratore, dolo illum procurator induxit, vt ratum haberet, ita vt in omni negocio dolus videatur cauſam dare, quando ego alias mea ſponte non eram facturus, ſed alterius doloſa exhortatione feci, *Ancar. in c. cum dilecti col. vlt. reſtat modo extr. de empt. & vend.* ex mente. *Cyn in l. 2. C. de reſcind. vend.* ait quod dicitur dare cauſam contractui, quando in contrahendo dolus committitur, *Sed Alber. in l. & eleganter numera 7.* vt dicatur, tunc quando non erat alias
5 contracturus niſi dolo fuiſſet inductus; quare puto † hunc dolum non ineleganter poſſe deſcribi dolus dans cauſam eſt machinatio fraudulẽta, eũ qui geſturus ſua ſponte non erat ad gerendum negocium inducens.

Q. 1. Quod ſpectat ad II. ſic dolus committitur in contractib. tam bonæ fidei, q̃ ſtricti
6 iuris † *Dd. in d. l. & eleganter, & in d. §. actionũ.* Rurſus in teſtamentis & iudiciis *Iaſ. in d. §. actionum n. 32.* In legibus quoque reperitur vt ibi exprimit *Iaſ. n. 36. & in l. 1. nu. 7. ff. de leg.*

& *in l. hoc edicto. ff. quod quiſq. iur. Dyn. quoq. in c. vltimo de reg. iur. in 6. Bart. Bald. & Albert.*
in l. contra, & ibi gloſſa, & in *l. fraus. ff. de legib. & in l non dubium Cod. eodem titul.* Succedit
tertio quæ ſit natura huius doli, & vt de contractibus primum agamus, quibus hic
dolus cauſam dederit, conſtans eſt omnium opinio non eodem modo conuentiones
tolli doli interuentu, ſed eſſe differentiam in qualitate contractuum, quippe placet
vniuerſis bonæ fidei contractum ex dolo nullum effici; ſtricti autem iuris conuentio-
nem, ope exceptionis infirmari, *d. l. & eleganter. & in d. §. actionum*, in quo de communi
ſententia perhibent teſtimonium. Ad cuius rei euidentiorem intellectum, præuiè de-
7 clarandum eſt, qui ſint contractus † bonæ fidei, qui ſtricti iuris ex mente *Iuſtin. in d. §.*
actionum, dum recenſet actiones, quas vocat bonæ fidei, nam contractus ex quibus illæ
proficiſcuntur ſunt bonæ fidei, cum effectus ſit ſimilis ſuæ cauſæ *l. manumißionis. ff. de*
Iuſt. & iur. ſicut & iudicia, in quibus exercentur, vocantur & bonæ fidei, etenim ſimul
iſta conueniunt, & inuicem ſe conſequuntur contractus bonæ fidei; Iudicium bonæ
fidei, actio bonæ fidei ex aduerſo autem ſicut actiones non enumeratæ *in dict. §.*
actionum reputantur ſtricti iuris conſentaneum eſt etiam eſſe ſtricti iuris contra-
ctus, ex quibus deſcendunt, & ſtricti iuris iudicia in quibus exercentur, Ac-
cidit autem interdum, vt vnus, & idem contractus, reſpectu diuerſarum perſona-
rum bonæ fidei dicatur, & ſtricti iuris, vt ecce, Actio de peculio quæ datur con-
tra filium eſt, vel ſtricti iuris, vel bonæ fidei ſecundum qualitatem actionis orientis ex
contractu geſto per filium, vt ſi ille contractus erat bonæ fidei, erit & actio bonæ fidei,
ſed actio quæ datur contra patrem, licet ſit eadem, quæ præſtatur contra filium, ta-
men quatenus aduerſus patrem dirigitur, ſemper eſt ſtricti iuris, ita ſit vt eadem actio
in diuerſis perſonis diuerſam naturam ſumat ſtricti iuris, & bonæ fidei nomen acci-
piens, quod eſſe mirabile, inquit *Caccialupus in l. frater à fratre numer. 26. ff. de condict. in-*
debit. & notat ad limitationem *§. actionum*, verum ſicut hoc exploratum eſt, ita illud eſt
8 dubium, cur illi bonæ fidei, iſti ſtricti iuris meruerint appellationem † Curt. Iun. rela-
tus à Duaren in *l. in actionibus ff. de in lit. iur. nu. 15.* afferebat illam rationem, quod licet
dolus abeſſe debeat ab omni contractu immo bona fides, in quolibet deſideretur, ta-
men in his q. ſunt bonæ fidei, eſt magis neceſſaria argumento *l. ſi dolo C. de reſcind. vend.*
proinde dolus illis cauſam tribuens annullat ipſo iure, quia bonæ fidei nihil eſt magis
contrarium, quam dolus *l. 3. in fin. ff. pro Socio*, ſed eam refellit *Duar.* ibi, & vltra ipſum
conſidero nullam ſubeſſe rationem, cur bona fides, quatenus eſt contraria dolo, ma-
gis neceſſaria ſit in iſtis, quam in illis contractibus, addo etiam non fuiſſe probatum
a Curt. bonam fidem ad illorum ſubſtantiam pertinere, quos bonæ fidei appellamus,
Rectius explicat *Duar. in d. l. in actionib. in verb. bonæ fidei n. 12.* nec ab eo recedit *Menoch.*
de arbi. Iud. cauſ. lib. 1. quaeſt. 3. n. 14. verb. quæ ex re; Etenim ad monet in primis hoc nomen
9 bonæ fidei duplicē † ſenſum haberet & vno quidē ſignificare, quicqd à dolo, fraude,
& calliditate alienū eſt, vt in *d. l. 3. in fine pro Socio.* quo ſignificatu bonā fide pſtare, bona
fide poſſidere, bona fide vendere, dicimus *l. ſi cum fundum. ff. de contrah. empt. l. bonæ fidei*
ff. de ver. ſig. & ſecundum hanc acceptionē, omnes contractus ſunt bonæ fidei, quippe
quia in nullo debet eſſe dolus. *Bald. in c. vni. extr. de plus. pet. Iaſon. in §. actionum numer 4.*
de act. dicens omnes contractus mundi eſſe bonæ fidei attenta legis intentione in con-
trahendo non contrahentium, in quibus ſæpe eſt mala mens, malus animus nonnun-
quam bona fides vſurpatur pro eo quod bonum, & æquum eſt *l. bona fides. ff. deposit. l. ex*
maleficio. ff. de actio. & oblig. & iuxta hanc poſteriorem acceptionem appellantur con-
10 tractus bonæ fidei: Etenim prætor, qui in priuatis cauſis raro † iudicabat occupatus
in his, quæ erant imperii, niſi ſpecialis perſonæ, vel cauſæ fauore in ſe iudiciū ſuſcipe-
ret, vt in *l. 1. §. 1. ff de rei vend* priuatorum controuerſias, vni, vel pluribus ex his iudici-
b⁹, quos ſibi ſubiectos habebat partim ex ordine ſenatorum partim ex ordine equeſtri
l. cum prætor. ff. de Iud. mandabat dirimendas, & pro cauſarum qualitate modo liberam
dabat iudicandi licentiam pro vt iudici bonum, & æquum viſum fuiſſet; dicens ex fi-
de bona iudicato, vt in emptionibus, vel ita quod æquius, meliuſue vt in dote, vel inter
bonos bene agi oportet, in eo contractu, quem veteres fiduciam appellabant, atque
ita omnes contractus, in quibus Prætor liberam ex æquo & bono iudicandi faculta-
tem tribuebat, & bonæ fidei vocabantur, & ſunt in *§. actionum Inſtit. de actio.* & hinc eſt
quod actio bonæ fidei definitur, in qua iudici permittitur ex æquo, & bono æſtimare,
quod quemque dare oporteat: in aliis vero cauſis Prætor iudici formulam quandam
præſcribebat in iudicando, à qua iudici Dato non licebat recedere, nec aliter pro-
nun-

Google

nunciare, quam ſibi mandatum eſſet, ob eamque rationem ſtricti iuris iudicia, vel
actiones ſunt nuncupatæ, proinde definitur actio ſtricti iuris, in qua iudici recedere à
partium conuentione non permittitur *l. quicquid aſtringenda. ff. de verb. oblig.* Quærenti
11 autem cur lex, non omnes contractus † bonæ fidei eſſe voluerit, reſpondet *Fabr. in d.*
§. actionum electos fuiſſe magis vtiles, & magis frequentes factoſque eſſe bonæ fidei
contractus, & probat Alciatus in *l. bona fides. ff. depoſit.* addens non ſolum in his eſſe vti-
litatem euidentem, ſed etiam late patere, & extendi apud omnes gentes, quod non
obtinet in ſtipulationibus quæ iure Romano inuentæ Romanis ſunt maxime vtiles,
non gentibus, & ideo contractus ſtipulationis non fuit deſcripro in albo conuentionũ
bonæ fidei, Alii vero reſpondent factos eſſe contractus bonæ fidei illos, qui à iure gẽ-
tium ſunt inducti, tanquam æquiores, & meliores *Duaren. vero d. loco num.* 14. leges ad
neceſſitatem magis, quam ad frequentiam vel vtilitatem reſpexiſſe putat, ſiquidem
horum contractuum adeò neceſſarius eſt vſus, vt ſine his humana ſocietas conſiſtere
non poſſit, hinc refert Cicero Sceuol. Pontificem maximum dicere ſolitum fidei bo-
næ nomen manare latiſſimè idque verſari in tutelis, ſocietatibus, rebus emptis, vendi-
tis, locatis, conductis. quibus vitæ ſocietas continetur, aliam addit rationem *Beninca-
ſa de action. § actionum num. 226. & num. 303. & nu. 308.* Sed prior ratio tollitur quia cum
iudicia bonæ fidei ſint ex iure Romano fuiſſet ſtipulatio cum illis ſcripta veluti aliis o-
mnibus frequentior inter ciues Romanes cum in omni contractu interponatur *l. Iu-
riſgentium. §. quod fere. ff. de pact.* Altera eſt deterior quãdoquidem illa ratione manen-
te mutuum eſſet bonæ fidei, vt pote à iure gentium inductum *§. ius autem gentium Inſt.
de iure naturali gent.* & tamen cenſetur ſtricti iuris cum non ſit in *d. §. actionum.* relatum.
Hoc igitur præmiſſo, ac velut iacto fundamento propius ad rem accedens percurro
12 argumenta communis ſententiæ quæ eſt ex dolo dante cauſam irritari ipſo iure † con-
tractus bonæ fidei, *Iaſon. Gomeſ. Benincaſ. in d. §. actionum. Bart. in d. l. eleganter numer. 4. &
ſeq. ff. de dolo. Mantua ſing.* 316. *num. 1. & ſeq. Crot. in l. ſi is qui pro empt. num.* 114. *ff. de vſucap.
Galeag. in Rub. ff. de verb. oblig. nu. 98. Dd. in l. ſiquis cum aliter. ff. de verb.* maxime. Bar. Ang.
*Imol. Iaſ. Duaren. in d. l. in actionibus nis n. 18. Bald. in l. non dubium in 7. opp. C. de legibus, Imol.
in l. ſi cum dotem. §. ſin aliter, ff. ſolut. matrim.* Abb. *& alii in c. Dilecti extr. de empt. & vend.*
13 *Bald. in Rub. C. de Inſtitut. actione* † *in fine* vbi dicit vnum ſingulare, quod in mandato do-
lus vitiat ipſo iure, ita demum ſi excedat formam mandati, alias ope tantum exceptio-
nis, Munitur autem hæc ſententia (quam *Iaſ. in d. §. actionum num. 31.* meram veritatem
14 appellat) authoritate atque ratione, † authoritas eſt ex *d. l. & eleganter. ff. de* Dolo. quæ
eſt velut Achilles cõmunis opinionis ibi: (*aut nullam eſſe venditionẽ, ſi in hoc ipſo vt vẽde-
ret circumſcriptus eſt*) ſecundo ex *l. 3. §. fin ff. pro ſoc.* ibi ſocietas ſi dolo malo, aut fraudandi
cauſa coita ſit, ipſo iure nullius momenti eſt, quia fides bona contraria eſt fraudi, &
dolo.

Tertio ex *l. ſi fraude. C. de præſcript. long. tempo.* ibi ſi fraude, vel dolo licet inter maio-
res, facta venditio eſt ſane confirmare conſequens tempus non potuit. Quarto *ex l. in
cauſa lect. 2. ff. de minor.* ibi ſi minor circumſcriptus ſocietatem coierit, nullam eſſe ſo-
cietatem, nec inter maiores quidem, ratio autem defendendi eandem ſententiam eſt
multiplex, & prior ſumitur à *Bart. in d. l. eleganter num. 4. verbo mihi videtur*, quando gloſ.
quomodo dolus purgatur pactionem deſcendentem ex eo contractu, tunc illa actio
datur contra hæredes *l. ſi hominem. §. datur. ff. depoſit. l. depoſiti, & l. contractibus. ff. de actio.
& oblig.* Sed quando dolus tribuit cauſam bonæ fidei, actio non præſtatur contra hæ-
redes, *§ aliquando Inſt. de perpet. & temp. actio.* Secunda ratio eſt, nam dolus, qui dat cau-
ſam diſtractui perimit ipſo iure *d. l. & eleg. §. non ſolum.* ergo eodem modo annullabit
contractum, cum eiuſdem naturæ iudicetur diſtractus, cuius eſt contractus *l. de tutela
ff. de reſt. in integ. l. ab empt. ff. de pact.* Tertia ratio eſt quoniã dolus impedit conſenſum,
quo omnes contractus recipiunt ſubſtantiam *l. 1. §. adeo. ff. de pact.* ſed fragilis eſt vt Bar-
tolus animaduertit in *d. l. & eleganter num. 6.* ſequeretur ex ea per hunc dolum contra-
ctus, etiam ſtricti iuris annullari ipſo iure, propterea quod & in illis conſenſus eſt de
forma, & de ſubſtantia *d. §. adeo* ibi dum ait ſtipulationem quoque ſine cõſenſu nullam
eſſe *l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig.* & *Bald. in quaſt. de Schiſmat. col. 3. n. 16. verb. am-
plius & ſi dicamus* vt quod Dolo dante cauſam, non abeſt conſenſus, ſed quia vitium
eſt in modo veniendi ad conſenſum, fingitur abeſſe conſenſus per *dict. leg. ele-
ganter.*

15 In contrariam ſententiam itum † eſt ab *Vltramont. duce Petro à Bellapertica* vt inquit

P

Bart. d. l. & eleg. num. 4. Iaſ. in d. §. actionum nume. 28. & 29. quibus videtur accedere *Alber. d. l. & eleg. & in l. dolo. C. de inutil. ſtipul.* ſequuntur *Gomeſ. & Benınca. in §. actionum num.*
iſſe 12. iſte *numer. 271. cum mult. ſeq.* Adducuntur & ipſi authoritatibus, atque rationibus, & in primis ex *l. dolo. C. de reſcind. vend.* vbi dolo inita venditio reſcinditur, ergo ipſo iure valebat, quod enim eſt nullum reſcindi non poteſt *l. nam etſi ſub condit. in princ. ff. de inuſt. teſt.* Deinde ex *l. Iulianus. §. per contrarium. ff. de act. empt.* quam põderat in hoc *Io. Faber.* in qua dolo inducens aliquem ad vẽdendum, conuenitur actione ex empto, quod ſi eſſet nullus contractus actionem non pareret. Tertio confert tex. deductus à *Gomeſ. in l. maioribus. Cod. comm. vtriuſque iudicii*, quæ definit diuiſionem dolo celebratam, etiam inter maiores eſſe reformandam, igitur tenebat mero iure, cui congruit *l. tres fratres. ff. de pact. in l. in contractibus. C. ex quib. cauſ. maior.* Suffragatur quoque ratio, e-
16 tenim dolus & metus æquiparantur † imo in metu dolus ineſt *l. ſi cum exceptione. § eum qui ff. quod met. cauſ.* metus autem reſcindit, non annullat *l. metum. §. volenti l. 3. ff. de eo quod met. cauſ.* Rurſus contractus dolo initus habet ſua ſolemnia, quibus ſuſtinetur, tametſi quoad effectum non valeat imminente remedio reſcindendi Tertio *Gomeſ. d. §. actionum num. 4. verb. & vltra*, ratiocinatur, ſi is qui dolo deceptus eſt, nolit arguere
17 de nullitate vel reſcindere contractus † valet contra doloſum *gloſſ. ſing. in l. iuriſgentium § prætor ait in verb. dolo malo. ff. de pact.* quam *Iaſ. & Alexand.* commendant in *vlt. not.* conuenit tex. in *l. Iulianus. §. ſiquis colludente. ff. de act. empt.* quem citat tanquam ſingularem ad hoc *Bald. in l. dolum. C. de peric. & comm. rei vend.* & gloſſ. mag. quam alii non allegant in *l. in cauſa. §. item* relictum eſt apud Labeonem, in *verbo nec inter maiores*, Amplius dicebat *Gomeſ.* vt Citramontanos propriis armis vulneraret cõtendunt ipſi, nullum reddi contractum bonæ fidei propter defectum conſenſus, quę ratio viget in cõtractibus ſtricti iuris, qui tamen vero iure ſuſtinentur *l. ſiquis cum aliter. ff. de verb. obliga.* Sed ex ante dictis palam eſt nullam eſſe vim in hoc argumento, aliis enim rationibus communis ſententia defenditur. Iuuat adhuc Vltram: ratio vltra ipſos à nobis excogitata in bonæ fidei cõtractibus ineſt exceptio doli, & ſi nihil de ea cautum ſit *l. huiuſmodi. §. qui ſtruam. ff. de leg. 1. l. etſi ideo ff. ſolut. matrim.* ibi (cum doli exceptio inſit de doli actione vt in cæteris bonæ fidei iudiciis) exceptio autem præſupponit actionem *l. per. 2. ff. de except.* ſupponit ergo validum eſſe contractum dolo initum, cum habeat in ſe tacitam exceptionem doli non ſecus ac validus eſt contractus ſtricti iuris, in quo de dolo cautum eſt partium conuentione. Augetur vis argumenti quod dolus incidens non plus poteſt in contractu bonæ fidei, quam in ſtricti iuris conuentionibus; Eſt ſane articulus in difficilis cum appareant hinc inde iura pugnantia, & rationes vtrinque vali-
18 diſſimę in fauorem tamen poſterioris ſententiæ non minimum vrgent † alleg. Lex dolus, & *l. Maioribus*, dum ſupponunt valere contractum, & ex aduerſo leges dicentes, contractum bonæ fidei ob dolum ipſo iure non valere, nullam obligationem parere,
19 nullam venditionem, nõ carent interpretatione, etenim dicitur ipſo iure fieri † quod tamen deſiderat factum hominis, & petitionem, vt in compenſatione in Falcidia, quæ reſecat legata ipſo iure *l. Linea Margaritarum ff. ad l. Falcid.* nullam eſſe interpretamur id eſt inefficacem vt dicitur de pacto nudo quod nullam producit obligationem efficacem, nulla eſt emptio ſcilicet reſpectu effectus, cum reſcindatur *dict. l. dolus, & dict. l. maioribus*, ſed ſi *d. l. & eleg.* accipiatur ſecundum comm. interpretationem non poteſt conciliari, cum deductis modo legibus, quæ ſupponunt valorem contractus. Porro autem *Duaren. in dict. l. in actionibus nume. 15. & 16.* verum vt cenſeo ad hunc modum explicationem affert vno ante præmiſſo, quod vitiis hæc rationibus cõfirmat, adeo vt
20 impudens videatur eſſe negare, nempe hæc verba ipſo † iure fieri. ipſo iure admitti, & ſimilia eius eſſe poteſtatis in legibus noſtris, vt ius ciuile ſignificent poſitum ad differentiam iuris prætorii *l. fin. §. fin ff. de ſuperficiebus* (ibi: *ſeruitutes prætorio iure conſtituuntur, & ipſe ad exemplum earum, quæ ipſo iure conſtituuntur tuebatur, ex l. 1. ff. quod falſo Tutore*) ibi tunc valebit per prætoris tuitionem, non ipſo iure; *cum aliis deductis num. 6.* Hoc ſic cõſtituto admonet olim apud Priſcos illos Romanos contractum dolo initum efficacem fuiſſe, admiſſique doli nullum apud iudicem ſolitam habere rationem niſi in bonæ fidei iudiciis, aut niſi quiſpiam minor fuiſſet circumſcriptus *Cic. 3. de off.*

Atq; iſte dolus malus inquit, etiam legib. erat vindicatus, vt tutela *l. 12. tabul.* circumſcriptio adoleſcẽtiũ *l. Lectoria*, & ſine lege, in iudiciis, in quib. addit ex fide bona, in cęteris vero iudiciis impunit⁹ erat, anteq̃ *C. Aquil.* formulas de dolo malo edidiſſet, quas in indi-

iudicis aduerſus doloſos Prætores ſequerentur, ibidem *Cic.* ſtomachari inquit Cannius, ſed quid faceret, non dum enim Aquilius Collega, & familiaris meus protulerat de dolo malo formulas ex his locis, quaſi ex ſpeculo perſpicuum eſt, dolum ipſo iure, id eſt, ciuili in bonæ fidei iudiciis vindicari, de cæteris iure tantum prætorio per actionem, vel exceptionem doli, id quod ſatis luculenter exprimit idem *Cic. in 1. de officiis*, dicens iam illis promiſſis non ſtandum quis non videt? Quæ coactus metu, aut dolo deceptus quis promiſerit, quæ quidem iure prætorio plerunque liberantur non nulla legibus, quando itaq; dicitur ſocietas ipſo iure non valet in *l. 3. ff. pro Soc.* non ſignificat eſſe nullam quaſi facto hominis non vt opus nullaque ſit exceptio neceſſaria, ſed denotat iure ciuili improbari in bonæ fidei cauſis non authoritate Prætoris, ſimili modo, quando in *l. in cauſæ verb. item relatum eſt.* nullam eſſe ſocietatem, & ipſo iure prætorio ad obtinendam reſtitutionem quia eſt munitus ipſo iure, id eſt, iure ciuili remediũ habet tantundẽ dicendũ eſt *ad l. & eleganter*, dum ait nulla eſt vẽditio, non q̃ aliquo modo non conſiſtat, ſed cum iure ciuili reſcindatur, non eſt opus reſtitutione Prætoris, ſtante enim remedio ordinario, ceſſat extraordinarium. Data autem communi opinione eam ampliat *Bald. in l. 3. de except. ſeu præſcript.* vt procedat etiam in diſtractu, quod eſt etiam ex intentione Bartoli vt conſpicuum eſt ex ſecundo argumento ſuper communi ſententia, † limitatur autem per Curtium iuniorem *in l. actione. numer. 4. Cod. de tranſact.* ad mentem DD. in *d. l. & elegauter.* §. 1. Quando contractus bonæ fidei habuiſſet ſuam executionem, veluti ſi in venditione numeratum eſſet precium, vel facta traditio, ſiquidem tunc veniret infirmandus, non autem eſſet nullus; vt etiam dixit gloſſ. in *d. l. & eleganter poſt medium. in verb. unde Bulgarus*; & in *l. de tutela C. de in integr. reſtit. Bald. Caſtr. & Bart. in l. ſi maior. C. de Dolo. Sed Iaſ. in l. ſub prætextu. num. 12. C. de tranſ.* reprobat hanc limitationem multis fundamentis, confert *ſingulare* 59. Dyni *& infra in tit. de dolo in contractibus bonæ fidei* ponentur aliæ limitationes.

Quæſt. 2. Vidimus com. ſententiam teſtatam non ſolum vt ſupra, ſed per *Cagn. in l. 2 numer. 16. C. de reſcind. vend* per *Igneum in l. contractus. ff. de reg. iur.* & in *Rub. ff. de verb.*
22 *obligat. per Didac. in c. poſſeſſor. parte 2. §. 6. numer. 6.* Inquiramus modo an dolus † dans cauſam annullet ipſo iure contractus, etiam ſtricti iuris, & videtur affirmatiue reſpondendum quoniam dolus tollit conſenſum; deceptus enim erat, errantis autem nullus eſt conſenſus, *l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud. l. 1. & 2. ff. de iud.* per defectum autem conſenſus, omnis contractus irritatur *l. 1 §. adeo. ff. de pact.* deficit enim materia ſine qua forma nihil poteſt efficere ſecundo quoniam ſtipulatio dolo inita eſt inutilis *l. dolo C. de inutil. ſtipul. iuncta Rub. argumento tex. in §. præterea inutil. Inſt. de inutil. ſtipul.* vbi dicitur inutilis ſi quis ad interrogata non reſpondeat, & tunc certum eſt nullam eſſe ſtipulationem *l. 1. §. cum adiicitur. ff. de verb. oblig.* Tertio ſi dolus dans cauſam non annullaret contractum ſtricti iuris; ſequeretur, quod tantum poſſet dolus incidens, quantum dolus dans cauſam quod videtur abſurdum, tum quia alter eſt principalis, alter acceſſorius, tum quia in contractibus bonæ fidei dolus incidens minus poteſt, cæterum re-
23 ceptior † eſt opinio in contrarium, vt per *Gomes. in §. actionum. nu. 12. & 15. Inſt. de action.* & probatur apertiſſime ex *d. l. dolo C. de inutil. ſtipul.* vbi dolo adhibito, vel metus exceptionem ſummoueri petitò debet, cum detur ex eo contractu actio, & exceptio, palam eſt, illud mero iure valere, ad idem gloſſ. ibi inducit textum *in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig.* Qui iure loquitur in dolo incidenti, non in dante cauſam, vt conſiderat *Iaſon. num. 2.* Nec vim habent, quæ ſunt deducta ex aduerſo, & ad primum reſpondet
24 *Bart. d. l. & eleg. num. 6.* inquiens, quod dolus non impedit conſenſum † circa contractum, nec erratur in contractu, ſed in cauſa, per quam quis inducitur ad contrahendum, quare conſentire videtur ſub quadam conditione, ſi verum eſt illud, per quod inducitur ad contrahendum, quod cum non ſit verum, facit deficere conſenſum, merito contractus eſt ipſo iure nullus, ſi bonæ fidei ſit, in quo habetur ratio, de eo quod eſt æquum licet in contractu non venerit *§. in bonæ fidei Inſt. de action.* At in contractibus ſtricti iuris, quia ſtrictè proceditur illa cauſa non attenditur, *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig.* & ideo Prætor ſuccurrit per actionem, vel per except. doli refert Curt. in *l. ſi is qui pro empt. nu. 114. ff. de vſucap, Mantua ſingulari* 316. nouam addit rationem cur dolus iſte ſtricti iuris contractus non annullet *Duaren. in d. l. in actionibus. numer. 16. cum ſeq. ff. de in lit. iur.*

Ad ſecundum ſolutio eſt in aperto, ex *d. l. dolo*, dicitur enim ſtipulatio inutilis, multifariam, vel quia ſit nulla ipſo iure, vt in *d. §. præterea*, vel quia poſſit reſcindi per ex-

ceptionem, tunc enim redditur inutilis, & vocatur inutilis, quia non affert ſtipulatori vtilitatem & in *titul. de inutil. ſtipul.* non modo agitur de ſtipul. nulla, ſed de illa quoque quæ per exceptionem infirmatur: Tertium quoque diluitur, quippe quia licet dolus dans cauſam plus poſſit in contractibus bonæ fidei, quam dolus incidens, tamen non poteſt plus in contractibus ſtricti iuris, non quod ille dolus nõ ſit potentior incidente, ſed ea ratione; q. cum ſtatutũ ſit, eum dolũ non irritare conuentionem ſtricti iuris cõſentaneum fuit, vt nec dolus incidens, qui longe debilior eſt annullaret, vt ratiocinatur *Iaſ. in d. l. ſiquis cum alter in 2. not.*

Quæſt. 3. Hic vero iure quæritur nunquid idem dolus diuerſos operetur effectus
25 in contractibus † bonæ fidei, & ſtricti iuris; *Bald. in cap. 1. de mut. petit.* quem citant, & laudant *Can. in c. cum dilecti ext. de empt. & vend.* reddit hanc diſcriminis rationem quia ſcilicet contractus bonæ fidei ſunt iuriſgentium, & ideo in eis attenditur principaliter conſenſus purus ſine dolo, ſed in contractibus ſtricti iuris, cum procedant a iure ciuili, à quo habent fomentum, & valent, nec per dolũ annullantur: quandoquidẽ in eis conſenſus principaliter non attenditur, ſed verba Verum *Gomes. in d. § actionum. n. 14. verb. poſtremo.* inquit hanc rationem eſſe falſam, vt falſus eſt Diabolus: ſiquidem nulli contractus iuriſgentium ſunt ſtricti iuris, vt contractus mutui, vnde conſequens eſt, & quod dolus tribuens cauſam, mutuo vitiaret ipſo iure, quod ſit iuriſgentium *l. ex hoc iure. ff. de Iuſt. & iure § ius autem gentium Inſt. de iure naturali gent. & ciu.* Quod tamen eſt falſum, cum ſit ſtricti iuris; Addo ego quod contractus emphitheuticus, qui iuris ciuilis eſt. §. *adeo Inſt.* locat. & cond. videtur bonæ fidei propter omnimodam ſimilitudinem, quam habet cum locatione quæ eſt bonæ fidei *d. §. adeo*; Negat præterea *Gomes.* quod in contractibus iuris ciu. principaliter non conſideretur conſenſus per tex. *in l. 1 § ad o. ff. de pact.* vbi Vlpianus affirmat ſtipulationem ſine conſenſu nullam eſſe, Alia ratio deduci poteſt *ex a Bar. in d. l. & eleganter.* relatis ſupra in reſp argumentorum, quoniam ſcilicet dolus non conuenit in contractu, ſed extra contractum, ſicut probauit in bonæ fidei autem iudicium quod æquum & bonum eſt, licet ſit extra contractũ, ſed in conuentione ſtricti iuris, quod venit extra contractum non attenditur quamuis bonum, & æquum ſit, argumento *d. l. quicquid aſtringendæ ff. de verb. obligat.* Tertia ratio cæteris, vt pote longe probabilior, quam reddit Iuriſconſult. in *l. 3. in fin. ff. pro Soc* dicens dolo, & fraude initam ſocietatem nullius eſſe momenti, quia bona fides contraria eſt fraudi & dolo: Contraria enim mutuo ſe ſe expellunt, & propterea ſi dolus eſt in contractu, ergo non bona fides, ſi non bona fides igitur non eſt contractus bonæ fidei, quæ ratio non viget in ſtricti iuris contractibus, ſiquidem de his non dicitur quod illorum fides ſit contraria fraudi, & dolo; Quarta ratio colligitur ex Duareno *in d. l. in actionibus*: Etenim in lege ciuili vindicabatur dolus in contractibus bonæ fidei, vtpote ad humanam ſocietatem magis neceſſariis, De dolo autem in contractibus ſtricti iuris nihil cauerat, quare cum Prætor, & in ſtricti iuris conuentionibus, voluiſſet deceptis ſuccurrere, & non poſſet tranſactum iuris ciuilis authoritate firmatum tollere, erat enim iuris ciuilis cuſtos *Cicero ſecundo de legibus l. 1. ff. de feriis l. 1. ff. ex quib. cauſ. maior l. nuniſponſus. ff. de public.* Sed interpretatio, emendatioque ex æquo, & bono illi permittebatur *l. ius autem ciuile. ff. de Iuſtit. & iure*, ideo cepit, vel per actionem, vel per exceptionem dolo circumſcriptis auxilium præſtare & adeo dolus annullat contractum bonæ fidei quod interdum tollat contractum acceſſorium, licet non potuerit perimere principalem velut dolus dans cauſam matrimonio, illud non vitiat quod eſt principale, contractum autem dotis acceſſorium irritat *Bened. Capra reg. 82. num. 58.*

Quæſtion. 4. Cum itaque planum ſit ex iamdictis contractum bonæ fidei, ex
26 dolo dante cauſam annullari, vtiliter infertur ad contractus † celebratos à Principe, nam cum omnes indiſtincte ab eius maieſtate geſti dicantur habere naturam bonæ fidei, conſequens eſt ex huiuſmodi dolo fieri nullos, quemadmodum *Doctor. in d. § actionum.* frequentius vno ore conſentiunt, & ſanè ſi verum ſit antecedens, conſequens etiam erit veritati conſentaneum, proinde conſideremus, nunquid vere probatur contractum à Principe geſtum, bonæ fidei qualitatem, & nomẽ accipere ſchola Dd. vtriuſq; cenſuræ ſequitur affirmatiuam ſententiam, legiſtæ quidem tam legendo, quam conſulendo, adhærent Baldo, qui eſt author huius opinionis *in tit. de pace Conſtan. § ſiquis vero in ver. not. Iaſ. in l. ciuitas col. 4 ver. item attende. ff. ſi cert. pet.* dicẽs ab alio tactũ nõ legiſſe, ſed tamẽ tradit *Alex. in apoſtill. ad Bar. in l. Caſar. ff. de publ. Caccialup. in l. omnes pop.*

pap. col. 57. ff. de Iuſt. & iure, Iaſ. in l. cum fundus in 3. Fall. ff. ſi cert. pet. in l. & ſi poſt tres col. fin. verb. quantum ad primum, ff. ſi quis caut. & in l. ſi inſulam col. 9. verb. iſta limitatio. ff. de verb. obligat. Gomes in dict. §. actionum. numer. 34. Dec. conſ. 187. col. fin. & conſ. 4. in prin. Corne. conſ. 63. vol 2. Ioannes Neuizz. inter Albert. Bruni conſil. 12. col. 5. Canon. quoque ſequuntur ſcilicet Dec. & Fely. in cap. 1. col. 1. de probat. & defenditur. Primo hæc opinio ex qualitate perſonæ, in qua bonam fidem oportet præſumere (dicuntur enim iſti contractus bonæ fidei, quia in his bona fides exuberet & hac præcipue ratione mouetur Bal. & qui eum ſequuntur DD; confirmo ergo ex notiſſima regula in ſimili quod ſcilicet ob magnam legalitatem perſonæ receditur à regula iuris communis vt copioſe comprobat Iaſon in auth. nouimus numero 10. cum ſeq. C. de Iud. & facit in argumento tex. in l. ſed etſi probari ff. de excuſ. tutor. in verb. valde diſciplinatos, per quem textum not. ibi Bald. quod propter excellentiam perſonæ receditur a iure, quod reputant notatu dignũ Lud. Rom. & Alex. in l. cum quod. ff. ſi cert. pet. & in terminis de Principe eſt tex. in l. omnium C. de Teſt. Secundo idem Bald. ait optimum pro hac ſententia eſſe textum in l. Cæſar. ff. de public. vbi Princeps in contractu locationis dixerat legem, ne quis præter conductionem poſt idus Martias cotem ex inſula Creta exemeret, quidam ante dictas Calendas cum naue onuſta ceperant nauigare, ſed Nauis vi ventorum relata in portum fuit, & iterum poſt Calendas profecta eſt, conſulebatur, num contra legem poſt idus ex inſula Creta exiiſſe videretur, & negat Iuriſconſul. bona enim fides admonet initium ſpectari nauigationis, quod fuit ante Calendas; Ex hac opinione magni ſequuntur effectus, & maxime propter contractus publicanorum initos, cum Principe in quibus licet ſit dies, & pœna, tamen admittetur purgatio moræ cum ſit bonæ fidei contra reg. relatam a Bart. & Alex. in l. ſi Inſulam. ff. de verb. obligat. vbi eſt concluſio, non admitti purgationem moræ, vbi in contractu ſit dies, & pœna per l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & oblig. l. magnam Cod. de contrah. & committ. ſtipul. in l. 2. Cod. de iure Emphit. fallit autem in contractibus bonæ fidei iuxta ſingulare dictum Bald. in l. cum allegas col. pen. in 6. oppoſitione Cod. de vſur. quod commendat Iaſon in d. l. ſi Inſulam col. 8. verb. vnum non omitto per tex. in l. lucius ff. de actio empt. à contrario ſenſu, ratio eſt: Quia facultas purgandi moram, eſt in æquitate fundata l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. obligat. Quæ magis attendetur in contractibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris, argumento l. bona fides. ff. depoſit. l. quia tantundem. ff. de neg. geſt.

Cæterum, & ſi verus eſſet iſte effectus; qui tamen eſt controuerſus, vt in dict. §. actionum per Gomes. ibi numero 2. & numero 134. verb. ſed aduerte. Non tamen proflueret ex illa communi opinione quod cõtractus geſti cum Principe ſint bonæ fidei, quippe contractus Publicanorum cum principe, aut eſt locationis, aut venditionis d. l. Cæſar. & per totum titulum qui ex ſua natura non propter perſonam principis eſt bonæ fidei
27 d. §. actionum. † Alter effectus eſt quoniam in contractibus bonæ fidei ſolet ſub audiri clauſula rato manente pacto, vt ait ſingulari Bald. in l. ſi pacto col 3. C. de pact. laudat Iaſon in l. cum proponas in vltimo not. C. de tranſact. & alii ſunt effectus quos ſeriatim enumerant DD. in d. §. actionum, & Catell. Cotta in ſuo memor. litera. contractus facti; Plane ab iſta principali concluſione Doctor. recedit, & vt mihi videtur iuſtiſſime Gomes. in dict. §. actionum numer. 2. verb. ſed tamen licet. Primo quia contractus geſti cum Principe, non ponuntur in dict. §. actionum, & conſtans eſt omnium opinio ſtricti iuris eſſe eos quos ibi Imperator omittit, ita enim regulam facit optimus pater, & eximius textualis Odofredus in l. minorum Codic. in quib. cauſ. in integr. reſt. Bartol. in l. certi cond. col. 2. ff. ſi cert. pet. Bald. nouel. in tractat. dot. in prima parte col. 19. Secundo quoniam lege non probatur, quod ita Princeps de geſtis à ſe contractibus diſpoſuerat, proinde cenſetur in dubio, vti iure communi l. in teſtamento Codic. de milit. Teſtament. l. ex facto. ff. de vulgar. & Pupill. Angelus in l. bene à Zenone Codic. de quadrienn. præſcript. cap. propoſuit exer. de conceſſ. præben. Tertio ex doctrina Socc. conſil. 68. viſis inueſtituris ſeptima col. libro primo. in quo per multas authoritates concludit contractum feudi geſtum à Principe ſcilicet quando alicui feudum concedit eſſe ſtricti iuris, quia non recenſetur in §. actionum. Quarto vltra Gomeſium, & alios probo, quia an con-
28 tractus † ſit bonæ fidei vel ſtricti iuris, non à perſona contrahentium inſpicitur ſed à qualitate negocii contracti, vt ſcilicet tale ſit negocium, vt in eo liceat Iudici, quod ſibi videtur, ex æquo & bono iudicare §. in bonæ fidei Inſtit. de action. Quinto aut Princeps contrahit cum priuato, vt in titul. ff. de publ. aut cum alio Principe, ſi cum priuato cenſetur & ipſe contrahere tanquam priuatus Dec. in cap. primo

extra de probat. & contrahere eſt iuris priuati; competens cuilibet, tanquam Domino rei ſuæ *l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. §. ius autem gentium inſt. de iure naturali &c.* Contractus autem geſti inter priuatos non omnes ſunt bonæ fidei *d. §. actionum & Dd. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur.* Si vero cum alio Principe, tunc priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum *§. ſed hoc præſenti in Auth. de Sanctiſſ. Epiſc. in l. verum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de minor.* Sexto quando Princeps contrahit cum priuato, naturaliter tamen obligatur non ciuiliter quia ſcilicet naturalis obligatio in Principe tolli non poteſt. *§. ſed naturalia Inſt. de iure naturali &c. Imol. & alii in c. quæ in Eccleſiarum extra de conſtitut. Dec. in d. cap. 1. col. extr. de probat.* dicens eſſe com. opinionem. Quamuis ab ea diſcedat, à ciuili autem obligatione videtur ſolutus *l. princeps. ff. de legibus* ſi non obligatur ciuiliter conſequens eſt contractus ab eo geſtos non poſſe dici ex eius perſona,
29 nec bonæ † fidei, nec ſtricti iuris, quippe iſtæ ſunt qualitates à iure ciuili inductæ & iure naturali incognitæ. Septimo huic proxima eſt illa ratio quod contractus Principis lex eſt ſicut ſententia ab eo lata *Iaſ. in l. 1. numer. 10. ff. de const. Principum.* leges autem Principis, nec bonæ fidei dicuntur, nec ſtricti iuris. octauo confert *tex. in l. vni. §. 2. Co. de rei vxor. actione.* in quo ſpecialis fit declaratio ad hoc, vt ſtipulatio quæ eſt ſtricti iuris mutet naturam; & bonæ fidei qualitatem aſſumat in cauſa dotis, licet de publica agatur vtilitate *l. 1. ff. ſolut. matrim.* igitur quanto magis neceſſaria fuiſſet conſtitutio ſpecialis, vt omnes contractus ſtricti iuris, quoties fierent à Principe bonæ fidei iudicarentur. Nec ſatis virium habent deducta ex aduerſo, & ad primum de qualitate perſonæ accommodatur ſolutio ex his quæ diximus in verbo noſtræ opinionis argumento, æ-
30 quitas enim non in perſona † debet redundare, ſed in negocio, vt in tutela, in emptione, *Duaren. in d. l. in actionibus in verbo bona fides num. 12.* Atque inde corruit quicquid de legalitate perſonæ dictum eſt, nec vim facit *l. omnium. C. de teſt.* Siquidem ibi teſtamentum eſt cuiuſdam priuati non Principis, & quod de Principe affirmat text. ſibi vendicat locum in iudice; vnde fieret quod contractus geſti à iudice eſſent omnes bonæ fidei. *tex. vero in l. Cæſar.* non debuit meo iudicio allegari, tantum abeſt, vt probet com. ſententiam; nam ibi qui poſt legem dictam in locatione diſceſſerat ex Inſula Cretæ non contraxerat cum Principe: & controuerſia non erat cum eo, ſed cum illo, qui conduxerat a Principe, & deciſio text. non eſt fundata in bonæ fidei ratione, ſed alibi vt conſtat ex illis verbis: *propterea quod tam initio electi coter. videmur, cum ex portu nauis profectus eſt:*

Si tamen concedatur communis amplianda eſt ex mente *Iaſon. in l. ciuitatecolum 4. ff. ſi cert. petat.* ad contractus geſtos † cum republica. Principi enim æquipa-
31 ratur; imo Princeps ab ea ſolet authoritatem accipere. *§. ſed quod Principi Inſt. de iur. natur. gent. &c. l. 1. ff. de conſt. prin.* quare vtiliter infertur quod in his omnib. ſicut in bonæ fidei iudiciis iurari poterit in litem ob ſolum dolum, licet non concurrat difficultas probationis *Plot. vbi late congerens in l. ſi quando. §. 22. n. 3. C. vnde vi.*

Quæſt. 15. Infertur præterea ad contractus de Iure Canonico, nam inſpecta eius
32 iuris diſpoſitione omnes contractus ſunt bonæ fidei † ſicut dixit *Bald. in c. 1. in fin. extr. de plus pet. Dd. in c. cum venerabilis extr. de except. Plot. in l. ſi quando dict. §. 22. num. 4. Iaſon. in §. quadrupli num. 90. in fin. Inſt. de actio Gomeſ. in dict. §. actionum nu. 4.* ita vt videatur communis, probatur autem primo quia ius Canonicum in æquitate fundatur, & in multis recedit a rigore iuris Ciuilis, & ideo licet ſtipulatio generalis nõ expreſſa qualitate nec quantitate rei in ſtipulatione comprehenſæ nulla ſit, & ex ea agi non poſſit *l. triticum ff. de verb. oblig.* fallit tamen de æquitate Can. nam agitur eo iure ex omni promiſſione incerta, vt ſcilicet arbitrio boni viri, certificetur, vt eſt ſingulare dictum, & famoſum *Archid. in c. ſunt nonnulli 1. quæſt. 1.* cuius authoritate dicit Iaſ. allegatam *l. triticum* non ſeruari in foro Eccleſiaſtico. Munitur ex ratione deducta à *Gomeſ. in d. §. actionum.* Nam ait eſſe regulam, quod quando lex ciuilis fouet rigorem. licet expreſſe non corrigatur per
33 ius Canonicum, rigor tamen eius non obſeruatur † illo iure *c. dilecti extr. de Iud. c. filius & ibi not. Abbas de Teſtam* idem *Abbas in d. c. cum eſſes eod. tit.* Sed qualitas ſtricti iuris eſt de rigore iuris *l. ſiquis cum aliter. ff. de verb. oblig.* ibi de ſubtilitate ſuffragatur etiam dictum *Iaſon. in l. 3. Cod. de iure emphit. quæſt. 11. in fin.* Quod cum de iure Ciuili ſit conſtituta differentia, an emphyteuta, vendat partem rei acceptæ in emphyteuſim, tanquam emphyteuſiarius, & tunc non cadat, niſi ab illa parte tantum alienata, ſi vero alienauerit, tanquam dominus directus, cadat à toto; de iure Canonico propter æquitatem ſemper cadit à parte, nunquam à toto.

Contra-

Contrariam ſententiam probat ſibi contrarius *Iaſon in l. quod te. ff. ſi cert. pet. in*
l. & ſi paſt tres ff. ſi quis caut. eandem ſequitur Gomeſ. aliis tamen rationibus Iaſon enim
34 adducitur ex notiſſima regula, † quod vbi non vertitur materia peccati, nec materia
ſpiritualis, ſi ius ciuile non inueniatur ſpecialiter mutatum procedit etiam de *iure Ca-*
nonico cap. 1. & 2. extr. de non. oper. nunct. Panormitanus in c. Eccleſia col. 5. libr. 2. de Conſ.
nam tali caſu leges habent vim Canonum, & iſto modo arguendi vtitur; *Alex. conſ.*
225. viſo, & oportune col. 2. lib. 2. at hoc puncto bonæ fidei, & ſtricti iuris non inuenitur
ius ciuile emendatum, & materia non eſt ſpiritualis, quod argumentum non bene
diſſoluitur, à *Gomeſ.* dum ait in his, quæ reſpiciunt iuris rigorem, ius canonicum rece-
dere a iure ciuili primum quia id non eſt perpetuum, per text. *in d. c. fin. extr. de donat.*
accedit quod in contractibus ſtricti iuris, non ſemper rigor obſeruatur *l. cum quod. ff. ſi*
cert. pet. vbi in mutuo quod eſt ſtricti iuris, attenditur, quod actum eſſe creditur, non
quod eſt dictum, & omiſſum non habetur pro omiſſo, Rurſus in donatione, quæ eſt
ſtricti iuris cum non ponatur in §. *actionum.* ſit plena interpretatio de iure Canonico.
Secundo loco probat *Iaſ. ex c. cum venerabilem ext. de except* ibi: (*cum permutatio inter con-*
tractus bon. fi. numeretur) colligitur enim ex his verbis fieri differentiã de iure Can. inter
contractus, & non omnes bonæ fidei cenſeri, & quamuis illa ſint verba partis litigan-
tis, à quibus non licet ſumere argum. *C. ſi papa de priuileg. in 6. gl. in l. vni. C. quando non per.*
part. vt contra Iaſ. conſiderabat *Gomeſ.* tamen ibi lata fuit ſententia in fauorem partis il-
ta allegantis, vim ergo fecit Pontifex in ea, vt eſt veroſimile, ſicut etiam proximum ve-
ro creditur eſſe, illam differentiam contractuum, eo iure minime improbatam fuiſſe;
Quando in ea pars fundamentum fecit. Tertio loco *Gomeſ.* vltra Iaſon. ducit argumẽ-
tum ex *c. Eccleſia ext. de cauſa poſſ.* & proprie, & in quo Pontifex probat illam reg. iuriſcõ.
poſitam in *l. ſolemnus ff. de iud.* ſcilicet quod omnia cenſentur venire in iudicio de quibus
nominatim non eſt cautum, ne veniant, quæ reg. in contractibus ſtricti iuris non ob-
tinet, vt dicit gloſſ. *in d. c. Eccleſia verb. ad id venire.* & ita oſtendit de iure etiam canoni-
co aliud in ſtricti iuris, aliud in bonæ fidei iudiciis obſeruari, quib. confert tex. in *c. cum*
dilectus ext. de arbitris. Quarto iuuat, vt ego puto, hanc ſententiam argumentum à ſolitis
quod eſt in iure validum *l. ſi quis donationis & ibi gl. de vſufru. l. certi cond. §. ſi nummos,* & ibi
Bart. Ang. Alex. ff. ſi cert. pet. ſolet autem ius Canonicum quoties corrigit ius ciuile,
& magna ex cauſa facere, & expreſſe dicere, vt in materia pacti nudi *c. 1. & ſeq. extr.*
de pact. in materia præſcriptionis *cap. de quarta extr. de præſcript.* In materia iuramenti &
cum contingat *c. licet de iure iur. c. quamuis de pact. in 6.* nulla autem eſt cauſa, cur volue-
rint canones prædictam differentiam tollere, cum nec ad animæ ſalutem, nec ad Ec-
cleſiæ vtilitatem, vel libertatem conferat, & nuſquam apparet quod verbis expreſſis
tollat eam, etenim nullibi quod ego ſciam oſtenditur, quod iure canonico in cõtracti-
bus ſtricti iuris, veniant fructus à tẽpore moræ aut quod in ſtipulatione omiſſum, non
habeatur pro omiſſo, ſiue quod dolus annullet contractus ſtricti iuris; Quod ſi iſti ef-
fectus inuenirẽtur habere locum de iure canonico in ſtricti iuris iudiciis, cum proprii
ſint contractuum bonæ fidei dicerem & cauſam illorum eſſe emendatam, correxiſſet
deinde lex Can. bonam partem iuris ciuilis ſine aliqua magna cauſa, quod non eſt di-
cendum, cum vbiq; ſit odioſa legum correctio argumento *l. ſi quando C. de in off. Teſt. l.*
35 *præcipimus. §. fi. C. de appell. l. ſancimus C. de Teſt.* † Nec faciunt negociũ allegata ex aduer-
ſo, & quo ad primum non currit conſeq. ius nempe canonicum fundatum eſt in æqui-
tate, igitur omnes contractus ſunt bonæ fidei quippe quia & in ſtrictis contractibus
ſeruatur æquitas, licet non ita exuberans, ſicut in bonæ fidei, ex *l. bona fides. ff. depoſit.* ex
l. cum quod. ff. ſi cert. pet. ex *l. bonam fidem C. de actio & oblig.* ex *c. cum dilectis extr. de Donat.*
Argumento autem *Gomeſ.* ſatiſfactum eſt cum oſtendimus iure can. etiam rigorem at-
tendi: negari præterea poteſt, illam differentiã ſtricti iuris, & bonæ fidei fundatam eſſe
in rigore iuris, ſed in ratione maxime æqua, quam *Duaren.* deducit in *l. in actionibus ff. de*
in lit. iur. Data tamen cõmuni ſententia infertur quod in terris Eccleſiæ, in quibus ſer-
uatur ius canonicũ, nec non in terris imperii, quo ad perſonas Eccleſiaſticas, in con-
tractibus ſtricti iuris, ob ſolum dolum; nulla ſtante difficultate probationis, poterit in
litem iurari, vt dixit *Plot. in citato. §. 2. 1.* Nec non quod dolus dans cauſam eos irritabit
contractus, & vt multa in pauca conferam, quieſcent omnes differentiæ quæ ſunt in-
ter vtroſque contractus, vt dixit *Iaſon in §. quadrupli. num. 90. de actio,* & illas longa ſerie
vltra Dd. in §. *actionum* enumerat *Vaſq. de vlt. volunt. Parte 1 lib. 3. §. limit. 1. nu. 9. verb. te-*
nendo tamen. congerentis 4. differentias vſq. ad num. 10.

tionabilia ſtipulationi cum deſcendant ex contractu bonæ fidei, ita, & priuilegium, *d. l.* 2. quamuis proficiſcatur ex bonæ fidei conuentione ſecundo modo ſoluitur nodus, priuilegium *d. l.* 2. eſſe proportionabile ad ſtipulationem; Ideoque poſſe in ſtipulationem transfundi, vt paulo infra declarabimus in ſolutione argumentorum ſecundo loco Iaſ. munit eandem ſententiam ex doctrina Bartoli in *l. videamus lect.* 2. §. *ſi actionem in fin. ff. de vſur.* inquit enim eo loco, quod ſi ſtipulatio interponitur ſuper contractu emptionis, vel alio contractu bonæ fidei, quia accedit in locum emptionis, eiuſque naturam aſſumit, veniunt fructus à tempore moræ, non a tempore litis conteſtatæ, vt accidit in ſtipulatione, ſed hoc parum momenti habet cum ſupponat ſtipulationem accipere naturam bonæ fidei quod alibi negatum eſſe à Bartolo demonſtrauimus. Itaq; communior ſententia priori fundamento, velut ſacre ancoræ tutius innitetur, cui non refragantur contraria, primum enim & ſecundum obiectum reſoluitur negando ſcilicet remedium *d. l.* 2. non obtinere in contractibus ſtricti Iuris nam crebrius eſſe receptum, vt & in illis æquitas *d. l.* 7. locum habeat, audacter teſtatur *Arrius Pinellus in l.* 2. *parte tertia num.* 3. *cum ſeq. & num.* 10 *verb. retenta.* dicit eſſe cauendum à Iaſone in *d. l. ſi quis cum* & in *l. de quibus*, & ab aliis, qui contrarium frequentius eſſe receptum putauerunt, cui conſequens eſt priuilegium *d. l.* 2. proportionabile eſſe ad ſtipulationem. ad tertium vero ſolutio eſt in conſpectu, ſiquidem littera communis & magis emendata habet (*condicendum*) non conducendum & ideo non loquitur de contractu locationis, & ratio rem apertius docere poteſt. Nam in princip. illius legis I C. negat eſſe locum actioni arbitrariæ de eo quod certo loco in contractibus bonæ fidei cur ſtatim contrarium definiret in contractu locationis quæ ipſa & bonæ fidei eſt.

Quæſt. 13. Ab his non videtur aliena illa inquiſitio, vtrum tranſactio propter
66 dolum re ipſa poſſit † reſcindi, tractat *Alex. conſ.* 42. *num.* 11. *volu.* 1. *Cephal. conſ.* 137. *vol.* 1. *& conſil.* 110. *volum.* 2. in quo copioſè de enormiſſima læſione ſequuta in tranſactione conſultus reſpondet eſſe locum reſciſſioni, quod Iuris etiam erit in venditione ſub haſta nunquid ſtante grauiſſima læſione poſſit reſcindi ob dolum re ipſa?

Articulus eſt maxime controuerſus, nam Bart. in eo parum ſibi conſtans probat affirmatiuam in *l.* 1. *C. de præſcript.* 30. *annorum*, negatiuam autem commendat in *l. ſi tempora. C. de fide Inſtr. & iure haſt. Fiſcal.* In quod vitium incidit etiam *Ang.* qui in §. *ſi quis agens num.* 3. *Inſt. de action.* ſentit diuerſum ab eo quod ſcriptum reliquit in *l.* 1. *Cod. de præſcript.* 30. *annorum Cagn. in d. l.* 2. *C. de reſcin. vend. nu.* 160. *& ſeq.* & *Pinell. eod. loco* aſſeueranter dicunt competere *d. l. remedium Iodocus autem in tract. ſubhaſtationum c.* 4. *nu.* 25. diſcordantes ſententias pulchra diſtinctione conciliat, *Franciſcus Luſitaneus in l. ſi curatorem habens in verbo dolo num.* 4. *C. de in int. reſt.* inquit in cauſa Minorum non reſcindi huiuſmodi venditionem niſi fuerit adhibitus dolus in limitatione. Hæc vero controuerſia dirimi ſolet per ſtatuta locorum, vt Senis in curia Mercatorũ vbi ſtatuto cauetur, vt intra decennium à die celebratæ, & debitori notificatæ emptionis, liceat prætextu læſionis vltra dimidiam venditionem reſcindere.

Quæſt. 14. Tandem, vt coronidem imponam dolo re ipſa reuoco in dubium
67 quemadmodum feci ſupra in dolo vero, An Minor † aduerſus hunc dolum re ipſa reſtituatur in integr. ſcilicet quando ex iſto dolo læſus ſit, & profecto vt dilucidius rem exponam diſtinguo duos caſus primus eſt quando contingit Minorem eſſe læſum in temporalibus, vt in emptione aut venditione prædii, vel alia ſimili re temporali, & ſane deneganda prima fronte videtur reſtitutio, ea ratione quod minoribus ſuccurritur, quando alterius dolo, malitia, vel calliditate ſunt circumſcripti. *l.* 1. *ff. de Minor.* ibi, multorum captionibus ſuppoſitum, multorumque inſidiis expoſitum; ſed in læſione dolus non eſt ab homine, ſed in re; alia tamen ſententia longe verior eſt, & communiter fundata in illa trita in ſcholis, & in foro regula. Minores grauiter læſos eſſe reſtituendos, de qua in *tit. de Minor. in tit. de reſtit. Minorum* maximè vero in *l.* 1. Nam ait Plurifariam ſub hoc titulo prætor ſubuenit hominibus, vel lapſis, vel circum ſcriptis, ecce quod non ob ſolum dolum aduerſarii, ſed ob lapſum proprium datur reſtitutio & infra ſiue ætate, ſiue ab ſententia, ergo & ſine dolo aduerſarii, læſis ob imbecillitatem ætatis ſuccurritur, ſimilis eſt *tex. in l.* 8. *ff. de Minor.* in qua Minor ſine dolo alterius legatum repudians obtinet reſtitutionem, nec facit negociũ ratio ex aduerſo deducta, ſublata eſt enim ex argumento communis ſententiæ quoniam non ſolum Minoribus circumſcriptis, conceditur reſtitutio, ſed etiam ſua fragilitate lapſis. Amplius

dico

dico in dolo re ipſa adeſſe etiam dolum Aduerſarii præſumptum, ſcil. ſi grauis eſt læſio
ex propoſito ſi fuerit grauiſſima vt copioſe probatum eſt in antecedentibus, dum o-
ſtendimus eum dolum in petitione detegi, *l. 2. §, circa. ff. de except. dol. l. ſiquis cum ali-*
ter, ff. de verb. obligat. Secundus eſt caſus, quando minor grauiter læſus eſt in ſpirituali-
69 bus, veluti, in renunciatione † eccleſiaſtici beneficii, vel in aliqua beneficiorum
permutatione, puta quia pingue beneficium cum valde tenui permutauerit & Dd.
communi voto adhibita diſtinctione reſpondent Minorem eſſe reſtituendum, quan-
do res eſt integra, id eſt, beneficium non eſt alteri collatum contra ſi iam ſit facta col-
latio, *gloſſ Bart. Bald. Alber. in l. aut prætor. ff. de Minor Iaſon in l. Gallus. ff. & quod ſi tantum*
ff. de liber, & poſthum. Crau. conſ. 190. Quæ ſententia tribus aut quatuor fundamentis
ſuſtinetur, quibus contrariam ſententiam ſequutus optime reſpondet, *Didac. libro 1.*
reſolutionum cap. 5. oſtendens nullam rationem eſſe cur in ſpiritualibus etiam poſt ius
alteri quæſitum, minoribus non ſit præſtandum auxilium. Quæri etiam poteſt vtrum
70 reſtituatur minor aduerſus ingreſſum † religionis, quaſi tunc læſus re ipſa ſit ob amiſ-
ſam libertatem, diſputat *Oddus* compater meus multis nominib. honorandus ſuo more
doctiſſime *de reſtitutione in integr. parte 3. quæſt. 61. art. 4.* vbi tandem concludit ex com-
muniori ſententia non competere reſtitutionis auxilium. Primo, quia eccleſia ha-
betur loco parentis, & aduerſus parentes non conceditur reſtitutio. Secundo quoniã
reſtitutio non datur niſi læſis, minor autem ob ingreſſum religionis fecit conditio-
nem ſuam meliorem. Tertio, quia eccleſia eſt loco minoris, inter duos autem mi-
nores melior conditio poſſidentis.

71 Supereſt vt aliquos effectus † enormiſſimę huius læſionis, qui colligi poſſunt ex an-
tedictis breuiter explicemus, & primo ob iſtam læſionẽ nihil officit quod minor aſſe-
ruerit ſe maiorem, quippe quia cum ex hac aſſertione non deceperit ſecũ contrahen-
tem, ſed ipſe deceptus fuerit non eſt locus, *l. 1. C ſi minor ſe maiorem &c. Cephal. conſ. 142.*
num. 57. vol. 1. vbi maxime ait procedere ſi iſta aſſertio maioris ætatis eſſet facta con-
ſanguineis, qui iuris præſumptione credantur ſcire tempus ætatis ſuæ. Secundus, eſt
quod ratione iſtius læſionis præſumitur læſus ignoraſſe vires ſui patrimonii, tamen ſi
aſſeruiſſet habuiſſe notitiam, *Cephal. vbi ſup. num. 49. &* 50. dicens eſſe verum in aſſer-
tione rei vniuerſalis, & incertæ. quæ in dies recipere poteſt argumentum & diminu-
tionem non in aſſertione ſcientiæ rei particularis. Tertius eſt quod vbi contractus
eſt correſpectiuus, & oneroſus, ſtante grauiſſima læſione reſcinditur, licet dicatur eſ-
ſe factus per viam donationis, in qua propter meram liberalitatem non attenditur læ-
ſio, nam in contractu correſpectiuo, & oneroſo propter verbum donationis fit maior
fraudis præſumptio; *Cephal. d. conſ. 142. num. 51. & 52.* Quartus effectus eſt quod pro-
bata hac læſione nihil nocet læſo, quod dictum fuerit in inſtrumento non vi, nec me-
tu, nec per errorem *Cephal* ibidem allegans *Socc. num. 42. in fin. &c.* Quintus eſt quod
licet renunciatio, non dicatur facta metu, vel reuerentia perſonæ, cui fit, niſi minæ,
vel preces importunæ præceſſerint tamen ſi filia renunciauit patri, & ſit enormiſſime
læſa, præſumitur facta renunciatio ob reuerentiam, & poteſt reſcindi, idem *Cephal. eo-*
dem conſ. 132 num. 38. & 39. Sextus *Auth. ſacram. puberum, & l. 2. C. de reſcind. vend.* eti-
am interpoſito Iuramento locum habent in hac læſione, *Cephal. vbi ſupra numero 32.*
Septimus Dolus ex hac læſione, dicitur eſſe ex propoſito ſaltem iuris præſumptione
& ita non eſt verus dolus ex propoſito, qui ex animo malitioſo, & ab initio, com-
mittitur, ſed exceptione iuris, *Cephal. num. 37. eod. conſ.* Octauus eſt quod regula illa in
quantumuis generali diſpoſitione dolum non includit, *l. creditor.* §. *Lucius. ff mand. l. ſi*
pater. ff. quæ in fraud. credit. verificatur etiam in dolo re ipſa ob grauiſſimam læſionem,
Cephal. d. conſ. numer. 26. Nonus filia dotata à patre, licet regulariter non poſſit petere
ſupplementum dotis, cum præſumatur ab eo congrue dotata, *l. nec in ea, ff. de adulter.*
l. fin. C. de Curat. furioſi. tamen vbi conſtat de grauiſſima læſione poteſt ſupplementum
petere, Ceph*al. ibidem num. 27. verb.* pro quo facit, & *conſ. 110. num. 78. cum ſeq. volum.*
2. vbi ampliat, & erit Decimus effectus ſi ſtatim diſponeret quod filia debeat eſſe
contenta dote ſibi data etenim non procederet manente enormiſſima læſione, *Ce-*
phal. d conſ. 110. num. 78. & ſeq. Vndecimus licet præſentia Iudicis, & conſanguinei
faciat ceſſare præſumptionem fraudis, & metus, *l. tranſactionem C. de tranſ-*
action. fallit tamen vbi conſtaret de enormiſſima læſione,
Cephal. d. conſil 110. numer. 78.

De Dolo dante cauſam, & de Dolo incidente.

1 *Authores de his ſpeciebus doli tractantes.*
2 *Quo ordine Author exponat dolum dantem cauſam.*
3 *Dolus dans cauſam quid ſit ex mente Gomeſii, & Benincaſæ.*
4 *Quid ex intentione Capræ quid ex mente Ancarani.*
5 *Quid ſit ex mente Authoris.*
6 *Dolus dans cauſam. in quibus rebus committatur.*
7 *Qui ſint contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, vnus & idem contractus interdum bonæ fidei dicitur, & ſtricti iuris propter diuerſitatem perſonarum.*
8 *Cur ita appellat.*
9 *Verbum bona fides duplicis in iure ſignificationis.*
10 *Prætor in priuatis cauſis raro ius dicebat, ſi fauore perſonarum. vel cauſæ.*
11 *Quæ ſit ratio, cur non omnes contractus ſint bonæ fidei conſtituti.*
12 *Dolus dans cauſam, an tollat ipſo iure bonæ fidei contractus.*
13 *Opinio affirmatiua frequentior.*
14 *Rationes eius ſententiæ.*
15 *Opinio contraria.*
16 *Dolus, & metus æquiparantur.*
17 *Contractus dolo initus, valet, ſi velit is, qui fuit deceptus.*
18 *Concluſio in articulo contra communem.*
19 *Multa fiunt ipſo iure, quæ tamen deſiderant factum hominis.*
20 *Hæc verba ipſo iure fieri, quo pacto accipiantur in iure.*
21 *Limitatio communis opinionis.*
22 *Dolus dans cauſam contractibus ſtricti iuris, vtrum annullet ipſo iure.*
23 *Opinio communis quod non.*
24 *Dolus impedit conſenſum quo modo intelligatur.*
25 *Dolus cur operetur diuerſos effectus in contractibus bonæ fidei, & ſtricti iuris.*
26 *Vtrum omnes contractus geſti à Principe ſint bonæ fidei.*
27 *Effectus prouenientes ex opinione communi affirmatiua.*
28 *Differentiæ inter contractus bonæ fidei, et ſtricti iuris.*
29 *Nõ omnes contractus geſti à Principe ſunt bonæ fidei.*
30 *Princeps duplici modo poteſt obligari.*
31 *Contractus geſti cum Republica, vel ciuitate, quando ſunt bonæ fidei.*
32 *Contractus omnes an ſint bonæ fidei de iure canonico communis opinio affirmatiua.*
33 *Diſpoſitio iuris ciuilis, quando obſeruetur de iure canonico.*
34 *Opinio negatiua verior pluribus probatur.*
35 *Solutio contrariorum.*
36 *Vtrum contractus conſtituti, qui videtur eſſe ſtricti iuris, tollatur ipſo iure.*
37 *Vtrum conſtitututum ſit ſtricti iuris. & an in eo limitetur regula communis quod dolus dans cauſam non annullet ipſo iure.*
38 *Contractus partim ſtricti iuris, partim bonæ fidei, qui ſint.*
39 *Vtrum talis contractus irritetur ipſo iure, ex dolo dante cauſam.*
40 *Stipulatio ſequitur naturam contractus, ſuper quo interponitur, diſputatur, & diſtinguitur.*
41 *Stipulatio multis modis, multiſque de cauſis contrahitur.*
42 *Stipulatio ſuper negotio interpoſita non ſequitur illius negocii naturam, nec ad ſe trahit, nec trahitur ex opinione Authoris, vtrum ſtante nullitate contractus per dolum ſi fuerit ſequuta traditio transferatur dominium.*
43 *Vtrum dolus dans cauſam, ipſo iure diſſoluat diſtractum, ſicut contractum bonæ fidei.*
44 *Communis opinio affirmatiua.*
45 *Vbi contractus eſt bonæ fidei, ibi eius quoque diſtractus.*
46 *Diſtractus eiuſdem naturæ eſt virtutis, cuius eius contractus.*
47 *Diſpoſitum in contractu, obtinet etiam in eius diſtractu.*
48 *Authentica ſacramenta puberum Cod. ſi aduerſus venditionem procedit etiam in diſtractu.*
49 *Solemnitas requiſita in contractu deſideratur in eius diſtractu regulariter.*
50 *Dolus dans cauſam diſtractui bonæ fidei interdum, vel diſtractui, qui ſecum trahat ſolutionem annulletur ipſo iure, & res tradita fuerit, vtrum dominium intelligatur translatum.*
51 *Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, vtrum annullet abſolute, an ita demum ſi pars decepta velit.*
52 *Mulier decepta in dote poteſt ſtare contractui, vel illum reſcindere.*

53 Contrá-

53 *Contractus ſimulatus poteſt reſcindi vel non reſcindi ad arbitrium illius contrahentis, qui ex latere ſuo non ſimulabat, ſed vere contrahebat.*

54 *Dolus dans cauſam obligat decipientem, non deceptum.*

55 *Regula quod contractus non debet claudicare, multis modis limitatur.*

56 *Dolo deceptus non poteſt ſi velit conſeruare contractus, ſcilic. quando lex reſiſtit actui.*

57 *Dolo deceptus an poſſit à decipiente compelli, vt declaret, an velit ſtare cõtractui.*

58 *Nemo compellitur ſuo beneficio vti.*

59 *Regula quod tibi non nocet, & alteri prodeſt de facili concedendum eſt ornatur remiſſiue.*

60 *Minor deceptus cogitur declarare, An velit ſtare contractui.*

61 *Si de pluribus rebus ſit celebratus contractus bonæ fidei, & quo ad vnum dolus dederit cauſam, an contractus reſcindatur quo ad omnes.*

62 *Dolus dans cauſam* Delegationi, *non irritat ipſo iure, fallit in cauſſa dotis.*

63 *Dolus dans cauſam acceptilationi, non tollit ipſo iure.*

64 *Dolus dans cauſam exceptioni acquirenda vtrum annullet acquiſitionem ipſo iure, an ope replicationis.*

65 *Æquitas mater exceptionis etiam ſi exceptio ſit odioſa.*

66 *Pacta nuda ſunt ſtricti iuris, ideoque non ſunt nulla ipſo iure ſi illis dederit cauſam dolus, vide tamen in ſequenti.*

67 *Dolus dans cauſam renunciationi, vel donationi, non reddit nullum ipſo iure.*

68 *Dolus dans cauſam tranſactioni quando ipſo iure annullet; quando ope exceptionis.*

69 *Quando dolus cauſam dederit, quo modo ſuccurratur decepto remiſſiue.*

70 *Si Minor dolo Aduerſarii in cõtractu dixit ſe maiorem, & iurauit, an reſtituatur remiſſiue.*

1 QVinta doli mali diuiſio in duo diducitur, ſcil. in dolum dantem cauſam, & in dolum incidentem, de qua † Bald. & alii in *l. eleganter. ff. de dolo gloſſ. in l. qui nondum Cod. de hæred. vel actione vendita, & in l. in contractibus. ff. ex quibus cauſ. maior. in l. ſi fraude C. de præſcript. longi temp. in d. l. eleganter verb. ſed in hoc ipſo. Bart. in l. Pomp. nu. 9. ff. de neg. geſt. Iaſ. Gomeſ. Benincas. in §. omnium inſt. de act. Aug. in §. actionum in prin. in verb. in ea gloſſ. inſtit. de action. Imol. Roman. in l. ſi cum dotem. ff. ſoluto matrimonio. Pinell. in l. 2. parte 2. numero vndecimo, & duodecimo, & numero vigeſimo, & 23. cap. 2. & numero ſexto, cap. 4. Cod de reſcind. vend. Tiraquel. de leg. Connub. gloſſ. 5. numero 9. Euerhard. in loco à contractu ad diſtractum num. 5. Capra reg. 87. nu. 45. & 60.* Ergo de vtraque ſpecie doli agen-
2 tes videamus, † primo Quid ſit dolus dans cauſam, quibus in rebus committatur, quę ſit eius natura, & quemadmodum differat à dolo incidenti incipiens autem eo, quo conſtitui ordine, dico huius doli exploratam definitionem non inueniri penes noſtros Dd. ſed potius declarationem quandam relatam à *Gomeſio in d. §. actionum num. 9.*
3 *& 12. in verbo & dicitur,* † *& Benincas. num. 229. verbo nam, & tunc;* Nam ſic inquiunt Dolus dicitur dare cauſam contractui, vel alteri negocio, quando tu induxiſti aliquē doloſis ſuaſionibus, ad vendendum, vt illum deciperes, qui alias non erat venditurus
4 niſi dolo fuiſſet inductus, nec aliud quippiam negocium contracturus † *Capra* autem citato loco addito exemplo rem manifeſtius declarat dicens tibi habenti pulcherrimum corpus Iuris ciuil. non alias vendituro, quidam vt ſibi venderes perſuaſit. eo colore quod de proximo noua compilatio eſſet publicanda *Bartol. vero in dict. l.*
5 *Pomp numero nono*, explicat quando dolus det cauſam negociorum geſtioni, nec non quando dicatur dare cauſam ratihabitioni inquiens, ſi cum Dominus non haberet animum ratum habendi, quod geſtum erat à procuratore, dolo illum procurator induxit, vt ratum haberet, ita vt in omni negocio dolus videatur cauſam dare, quando ego alias mea ſponte non eram facturus, ſed alterius doloſa exhortatione feci, *Ancar. in c. cum dilecti col. vlt. reſtat modo extr. de empt. & vend.* ex mente *Cyn in l. 2. C. de reſcind. vend.* ait quod dicitur dare cauſam contractui, quando in contrahendo dolus committitur, *Sed Alber. in l. & eleganter numera 7.* vt dicatur, tunc quando non erat alias
5 contracturus niſi dolo fuiſſet inductus; quare puto † hunc dolum non ineleganter poſſe deſcribi dolus dans cauſam eſt machinatio fraudulēta, eū qui geſturus ſua ſponte non erat ad gerendum negocium inducens.

Q. 1. Quod ſpectat ad II. ſic dolus committitur in contractib. tam bonæ fidei, ꝗ ſtricti
6 iuris † *Dd. in d. l. & eleganter, & in d. §. actionū.* Rurſus in teſtamentis & iudiciis *Iaſ. in d. §. actionum n. 32.* In legibus quoque reperitur vt ibi exprimit *Iaſ. n. 36. & in l. 1. nu. 7. ff. de leg.*

nunciare, quam ſibi mandatum eſſet, ob eamque rationem ſtricti iuris iudicia, vel
actiones ſunt nuncupatæ, proinde definitur actio ſtricti iuris, in qua iudici recedere à
partium conuentione non permittitur *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig.* Quærendi
11 autem cur lex, non omnes contractus † bonæ fidei eſſe voluerit, reſpondet *Fabr. in d.*
§. actionum electos fuiſſe magis vtiles, & magis frequentes factoſque eſſe bonæ fidei
contractus, & probat Alciatus in *l. bona fides. ff. depoſit.* addens non ſolum in his eſſe vti-
litatem euidentem, ſed etiam late patere, & extendi apud omnes gentes, quod non
obtinet in ſtipulationibus quæ iure Romano inuentæ Romanis ſunt maxime vtiles,
non gentibus, & ideo contractus ſtipulationis non fuit deſcripto in albo conuentionū
bonæ fidei, Alii vero reſpondent factos eſſe contractus bonæ fidei illos, qui à iure gē-
tium ſunt inducti, tanquam æquiores, & meliores *Duaren. vero d. loco num.* 14. leges ad
neceſſitatem magis, quam ad frequentiam vel vtilitatem reſpexiſſe putat, ſiquidem
horum contractuum adeò neceſſarius eſt vſus, vt ſine his humana ſocietas conſiſtere
non poſſit, hinc refert Cicero Sceuol. Pontificem maximum dicere ſolitum fidei bo-
næ nomen manare latiſſimè idque verſari in tutelis, ſocietatibus, rebus emptis, vendi-
tis, locatis, conductis. quibus vitæ ſocietas continetur, aliam addit rationem *Beninca-*
ſa de action. § actionum num. 226. & num. 303. & nu. 308. Sed prior ratio tollitur quia cum
iudicia bonæ fidei ſint ex iure Romano fuiſſet ſtipulatio cum illis ſcripta veluti aliis o-
mnibus frequentior inter ciues Romanos cum in omni contractu interponatur *l. Iu-*
riſgentium. § quod fere. ff. de pact. Altera eſt deterior quādoquidem illa ratione manen-
te mutuum eſſet bonæ fidei, vt pote à iure gentium inductum *§. ius autem gentium Inſt.*
de iure naturali gent. & tamen cenſetur ſtricti iuris cum non ſit in *d. § actionum.* relatum.
Hoc igitur præmiſſo, ac velut iacto fundamento propius ad rem accedens percurro
12 argumenta communis ſententiæ quæ eſt ex dolo dante cauſam irritari ipſo iure † con-
tractus bonæ fidei, *Iaſon. Gomeſ. Benincaſ. in d. § actionum. Bart. in d. l. eleganter numer. 4. &*
ſeq. ff. de dolo. Mantua ſing. 316 num. 1. & ſeq. Crot. in l. ſi is qui pro empt. num. 114. *ff. de vſucap.*
Galaag. in Rub. ff. de verb. oblig. nu. 98. Dd. in l. ſiquis cum aliter. ff. de verb. maxime. Bar. Ang.
Imol. Iaſ. *Duaren. in d. l. in actionibus nu. n. 18. Bald. in l. non dubium in 7. opp. C. de legibus, Imol.*
in l. ſi cum dotem. §. ſin aliter, ff. ſolut. matrim. Abb. & alii in c. Dilecti extr. de empt. & vend.
13 *Bald. in Rub. C. de Inſtitut. actione † in fine* vbi dicit vnum ſingulare, quod in mandato do-
lus vitiat ipſo iure, ita demum ſi excedat formam mandati, alias ope tantum exceptio-
nis, Munitur autem hæc ſententia (quam *Iaſ. in d. § actionum num. 31.* meram veritatem
14 appellat) authoritate atque ratione, † authoritas eſt ex *d. l. & eleganter. ff. de Dolo.* quæ
eſt velut Achilles cōmunis opinionis ibi: (*aut nullam eſſe venditionē, ſi in hoc ipſo vt vēde-*
ret circumſcriptus eſt) ſecundo ex *l. 3. § ſin ff. pro ſoc.* ibi ſocietas ſi dolo malo, aut fraudandi
cauſa coita ſit, ipſo iure nullius momenti eſt, quia fides bona contraria eſt fraudi, &
dolo,

Tertio ex *l. ſi fraude. C. de præſcript. long. tempo.* ibi ſi fraude, vel dolo licet inter maio-
res, facta venditio eſt ſane confirmare conſequens tempus non potuit. Quarto *ex l. in*
cauſæ lect. 2. ff. de minor. ibi ſi minor circumſcriptus ſocietatem coierit, nullam eſſe ſo-
cietatem, nec inter maiores quidem, ratio autem defendendi eandem ſententiam eſt
multiplex, & prior ſumitur à *Bart. in d. l. eleganter num. 4. verbo mihi videtur,* quando gloſ.
quomodo dolus purgatur pactionem deſcendentem ex eo contractu, tunc illa actio
datur contra hæredes *l. ſi hominem. § datur. ff. depoſit. l. depoſiti, & l. contractibus. ff. de actio.*
& oblig. Sed quando dolus tribuit cauſam bonæ fidei, actio non præſtatur contra hæ-
redes, *§ aliquando Inſt. de perpet. & temp. actio.* Secunda ratio eſt, nam dolus, qui dat cau-
ſam diſtractui perimit ipſo iure *d. l. & eleg. §. non ſolum.* ergo eodem modo annullabit
contractum, cum eiuſdem naturæ iudicetur diſtractus, cuius eſt contractus *l. de tutela*
ff. de reſt. in integ. l. ab empt. ff. de pact. Tertia ratio eſt quoniā dolus impedit conſenſum,
quo omnes contractus recipiunt ſubſtantiam *l. 1. § adeo. ff. de pact.* ſed fragilis eſt vt Bar-
tolus animaduertit in *d. l. & eleganter num. 6.* ſequeretur ex ea per hunc dolum contra-
ctus, etiam ſtricti iuris annullari ipſo iure, propterea quod & in illis conſenſus eſt de
forma, & de ſubſtantia *d. § adeo* ibi dum ait ſtipulationem quoque ſine cōſenſu nullam
eſſe *l. inter ſtipulantem. § 1. ff. de verb. oblig.* & *Bald. in quæſt. de Schiſmat. col. 3. n. 16. verb. am-*
plius & ſi dicamus vt quod Dolo dante cauſam, non abeſt conſenſus, ſed quia vitium
eſt in modo veniendi ad conſenſum, fingitur abeſſe conſenſus per *dict. leg. ele-*
ganter.

15 In contrariam ſententiam itum † eſt ab *Vltramont. duce Petro à Bellapertica* vt inquit

*Bart.d.l.& eleg.num.4.Iaſ.in d.§.actionum nume.*28. *&* 29. quibus videtur accedere *Alber.d.l.& eleg.& in l.dolo.C.de inutil.ſtipul.*ſequuntur *Gomeſ.&* Benmca.*in §.actionum num.* ille 12. iſte *numer.* 271. *cum mult.ſeq.* Adducuntur & ipſi authoritatibus, atque rationibus, & in primis ex *l. dolo. C. de reſcind. vend.* vbi dolo inita venditio reſcinditur, ergo ipſo iure valebat, quod enim eſt nullum reſcindi non poteſt *l.nam etſi ſub condit.in princ. ff.de iniuſt.teſt.* Deinde ex *l.Iulianus.§.per contrarium.ff.de act.empt.* quam pōderat in hoc *Io.Faber.* in qua dolo inducens aliquem ad vēdendum, conuenitur actione ex empto, quod ſi eſſet nullus contractus actionem non pareret. Tertio confert tex. deductus à *Gomeſ in l.maioribus.Cod.comm. vtriuſque iudicii*, quæ definit diuiſionem dolo celebratam, etiam inter maiores eſſe reformandam, igitur tenebat mero iure, cui congruit *l. tres fratres.ff.de pact.in l.in contractibus.C.ex quib.cauſ.maior.* Suffragatur quoque ratio, e-
16 tenim dolus & metus æquiparantur † imo in metu dolus ineſt *l.ſi cum exceptione.* § *cum qui ff.quod met.cauſ.*metus autem reſcindit, nōn annullat *l. metum.* §. *volenti l.*7.*ff.de eo quod met cauſ.* Rurſus contractus dolo initus habet ſua ſolemnia, quibus ſuſtinetur, tametſi quoad effectum non valeat imminente remedio reſcindendi Tertio *Gomeſ.d. §.actionum num.*4.*verb.& vltra*, ratiocinatur, ſi is qui dolo deceptus eſt, nolit arguere
17 de nullitate vel reſcindere contractus † valet contra doloſum *gloſſ ſing.in l.iuriſgentium § prætor ait in verb.dolo malo.ff. de pact.* quam *Iaſ. & Alexand.* commendant in *vlt.not.* conuenit tex.in *l.Iulianus.§.ſiquis colludente.ff.de act.empt.* quem citat tanquam ſingularem ad hoc *Bald.in l.dolum.C.de peric.& comm.rei vend.* & gloſſ.mag. quam alii non allegant in *l in cauſa.§.item* relictum eſt apud Labeonem, in *verbo nec inter maiores*, Amplius dicebat *Gomeſ.*vt Citramontanos propriis armis vulneraret cōtendunt ipſi, nullum reddi contractum bonæ fidei propter defectum conſenſus, quę ratio viget in cōtractibus ſtricti iuris, qui tamen vero iure ſuſtinentur *l.ſiquis cum aliter.ff.de verb. obliga.* Sed ex ante dictis palam eſt nullam eſſe vim in hoc argumento, aliis enim rationibus communis ſententia defenditur. Iuuat adhuc Vltram: ratio vltra ipſos à nobis excogitata in bonæ fidei cōtractibus ineſt exceptio doli, & ſi nihil de ea cautum ſit *l. huiuſmodi.§. qui ſeruum.ff.de leg.*1.*l.etſi ideo ff.ſolut.matrim.*ibi (cum doli exceptio inſit de doli actione vt in cæteris bonæ fidei iudiciis) exceptio autem præſupponit actionem *l.pet.*2. *ff.de except.* ſupponit ergo validum eſſe contractum dolo initum, cum habeat in ſe tacitam exceptionem doli non ſecus ac validus eſt contractus ſtricti iuris, in quo de dolo cautum eſt partium conuentione. Augetur vis argumenti quod dolus incidens non plus poteſt in contractu bonæ fidei, quam in ſtricti iuris conuentionibus; Eſt ſane articulus in difficilis cum appareant hinc inde iura pugnantia, & rationes vtrinque vali-
18 diſſimę in fauorem tamen poſterioris ſententiæ non minimum vrgent † alleg. Lex dolus, & *l.Maioribus*, dum ſupponunt valere contractum, & ex aduerſo leges dicentes; contractum bonæ fidei ob dolum ipſo iure non valere, nullam obligationem parere;
19 nullam venditionem, nō carent interpretatione, etenim dicitur ipſo iure fieri † quod tamen deſiderat factum hominis & petitionem, vt in compenſatione in Falcidia, quæ reſecat legata ipſo iure *l.Linea Margaritarum ff.ad l.Falcid.* nullam eſſe interpretamur id eſt inefficacem vt dicitur de pacto nudo quod nullam producit obligationem efficacem, nulla eſt emptio ſcilicet reſpectu effectus, cum reſcindatur *dict.l.dolus, & dict.l. maioribus*, ſed ſi *d. l. & eleg.* accipiatur ſecundum comm. interpretationem non poteſt conciliari, cum deductis modo legibus, quæ ſupponunt valorem contractus. Porro autem D*uaren in dict.l.in actionibus nume.* 15. *&* 16. verum vt cenſeo ad hunc modum explicationem affert vno ante præmiſſo, quod viuis hæc rationibus cōfirmat, adeo vt
20 impudens videatur eſſe negare, nempe hæc verba ipſo † iure fieri ipſo iure admitti, & ſimilia eius eſſe poteſtatis in legibus noſtris, vt ius ciuile ſignificent poſitum ad differentiam iuris prætorii *l fin.§.fin ff.de ſuperficiebus* (ibi: *ſeruitutes prætorio iure conſtituuntur, & ipſe ad exemplum earum, quæ ipſo iure conſtituuntur tuebatur, ex l.*1.*ff.quod falſo Tutore*) ibi tunc valebit per prætoris tuitionem, non ipſo iure; *cum aliis deductis num.*6. Hoc ſic cōſtituto admonet olim apud Priſcos illos Romanos contractum dolo initum efficacem fuiſſe, admiſſique doli nullum apud iudicem ſolitam habere rationem niſi in bonæ fidei iudiciis, aut niſi quiſpiam minor fuiſſet circumſcriptus *Cic.*3.*de off.*

Atq; iſte dolus malus inquit, etiam legib. erat vindicatus, vt tutela *l.*12. *tabul.* circumſcriptio adoleſcētiū *l.Lectoria*, & ſine lege, in iudiciis, in quib. addit ex fide bona, in cęteris vero iudiciis impunit' erat, anteq̄ *C.Aquil.*formulas de dolo malo edidiſſet, quas in

indi-

iudiciis aduerſus doloſos Prætores ſequerentur, ibidem *Cic.* ſtomachari inquit Cannius, ſed quid faceret, non dum enim Aquilius Collega, & familiaris meus protulerat de dolo malo formulas ex his locis, quaſi ex ſpeculo perſpicuum eſt, dolum ipſo iure, id eſt, ciuili in bonæ fidei iudiciis vindicari, de cæteris iure tantum prætorio per actionem, vel exceptionem doli, id quod ſatis luculenter exprimit idem *Cic. in* 1. *de officiis*, dicens iam illis promiſſis non ſtandum quis non videt? Quæ coactus metu, aut dolo deceptus quis promiſerit, quæ quidem iure prætorio plerunque liberantur non nulla legibus, quandò itaq; dicitur ſocietas ipſo iure non valet in *l.* 3. *ff. pro Soc.* non ſignificat eſſe nullàm quaſi facto hominis non vt opus nulla quæ ſit exceptio neceſſaria, ſed denotat iure ciuili improbari in bonæ fidei cauſis non authoritate Prætoris, ſimili modo, quando in *l. in cauſa verb. item relatum eſt.* nullam eſſe ſocietatem, & ipſo iure prætorio ad obtinendam reſtitutionem quia eſt munitus ipſo iure, id eſt, iure ciuili remediũ habet tantundẽ dicendũ eſt *ad l. & eleganter*, dum ait nulla eſt vẽditio, non quàm aliquo modo non conſiſtat, ſed cum iure ciuili reſcindatur, non eſt opus reſtitutione Prætoris, ſtante enim remedio ordinario, ceſſat extraordinarium. Data autem communi opinione eam ampliat *Bald. in l.* 3. *de except. ſeu præſcript.* vt procedat etiam in diſtractu, quod eſt etiam ex intentione Bartoli vt conſpicuum eſt ex ſecundo argumento ſuper communi ſententia, † limitatur autem per Curtium iuniorem *in l. actione numer.* 4. *Cod. de tranſact.* ad mentem DD. in *d. l. & eleganter.* §. 1. Quando contractus bonæ fidei habuiſſet ſuam exequutionem, veluti ſi in venditione numeratum eſſet precium, vel facta traditio, ſiquidem tunc veniret infirmandus, non autem eſſet nullus, vt etiam dixit gloſſ. in *d. l. & eleganter poſt medium. in verb. vnde Bulgarus*; & in *l. de tutela C. de in integr. reſtit. Bald. Caſtr. & Bart. in l. ſi maior. C. de Dolo. Sed Iaſ. in. l. ſub prætextu. num.* 12. *C. de tranſ.* reprobat hanc limitationem multis fundamentis, confert *ſingulare* 59. Dyni *& infra in tit. de dolo in contractibus bonæ fidei* ponentur aliæ limitationes.

Quæſt. 2. Vidimus com. ſententiam teſtatam non ſolum vt ſupra, ſed per *Cagn. in l.* 2. *numer.* 16. *C. de reſcind. vend* per *Igneum in l. contractus ff. de reg. iur.* & in *Rub. ff. de verb.*

22 *obligat. per Didac. in c. poſſeſſor. parte* 1. §. 6. *numer.* 6. Inquiramus modò an dolus † dans cauſam annullet ipſo iure contractus, etiam ſtricti iuris, & videtur affirmatiue reſpondendum quoniam dolus tollit conſenſum; deceptus enim erat, errantis autem nullus eſt conſenſus, *l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud. l.* 1. *&* 2. *ff. de iud.* per defectum autem conſenſus, omnis contractus irritatur *l.* 1. §. *adeo. ff. de pact.* deficit enim materia ſine qua forma nihil poteſt efficere ſecundo quoniam ſtipulatio dolo inita eſt inutilis *l. dolo C. de inutil. ſtipul. iuncta Rub. argumento tex. in* §. *præterea inutil. Inſt. de inutil. ſtipul.* vbi dicitur inutilis ſi quis ad interrogata non reſpondeat, & tunc certum eſt nullam eſſe ſtipulationem *l.* 1. §. *cum adiicitur. ff. de verb. oblig.* Tertio ſi dolus dans cauſam non annullaret contractum ſtricti iuris, ſequeretur, quod tantum poſſet dolus incidens, quantum dolus dans cauſam quod videtur abſurdum, tum quia alter eſt principalis, alter acceſſorius, tum quia in contractibus bonæ fidei dolus incidens minus poteſt, cæterum re-

23 ceptior † eſt opinio in contrarium, vt per *Gomes. in* §. *actionum. nu.* 12. *&* 15. *Inſt. de action.* & probatur apertiſſime ex *d. l. dolo C. de inutil. ſtipul.* vbi dolo adhibito, vel metus exceptionem ſummoueri petitò debet, cum detur ex eo contractu actio, & exceptio, palam eſt, illud mero iure valere, ad idem gloſſ. ibi inducit textum *in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig.* Qui iure loquitur in dolo incidenti, non in dante cauſam, vt conſiderat *Iaſon. num.* 2. Nec vim habent, quæ ſunt deducta ex aduerſo, & ad primum reſpondet

24 *Bart. d. l. & eleg. num.* 6. inquiens, quod dolus non impedit conſenſum † circa contractum, nec erratur in contractu, ſed in cauſa, per quam quis inducitur ad contrahendum, quare conſentire videtur ſub quadam conditione, ſi verum eſt illud, per quod inducitur ad contrahendum, quod cum non ſit verum, facit deficere conſenſum, merito contractus eſt ipſo iure nullus, ſi bonæ fidei ſit, in quo habetur ratio, de eo quod eſt æquum licet in contractu non venerit §. *in bonæ fidei Inſt. de action.* At in contractibus ſtricti iuris, quia ſtrictè proceditur illa cauſa non attenditur, *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig.* & ideo Prætor ſuccurrit per actionem, vel per except. doli refert Curt. in *l. ſi is qui pro empt. nu.* 114. *ff. de vſucap*; *Mantua ſingulari* 316. nouam addit rationem cur dolus iſte ſtricti iuris contractus non annullet *Duaren. in d. l. in actionibus numer.* 16. *cum ſeq. ff. de in lit. iur.*

Ad ſecundum ſolutio eſt in aperto, ex *d. l. dolo*, dicitur enim ſtipulatio inutilis, multifariam, vel quia ſit nulla ipſo iure, vt in *d.* §. *præterea*, vel quia poſſit reſcindi per ex-

ceptionem, tunc enim redditur inutilis, & vocatur inutilis, quia non affert ſtipulatori vtilitatem & in *titul. de inutil. ſtipul.* non modo agitur de ſtipul. nulla, ſed de illa quoque quæ per exceptionem infirmatur: Tertium quoque diluitur, quippe quia licet dolus dans cauſam plus poſſit in contractibus bonæ fidei, quam dolus incidens, tamen non poteſt plus in contractibus ſtricti iuris, non quod ille dolus nō ſit potentior incidente, ſed ea ratione; q; cum ſtatutū ſit, eum dolū non irritare conuentionem ſtricti iuris cōſentaneum fuit, vt nec dolus incidens, qui longe debilior eſt annullaret, vt ratiocinatur *Iaſ. in d. l. ſiquis cum alter in 2. not.*

Quæſt. 3. Hic vero iure quæritur nunquid idem dolus diuerſos operetur effectus

25 in contractibus † bonæ fidei, & ſtricti iuris? *Bald. in cap. 1. de mut. petit.* quem citant, & laudant *Can. in c. cum dilecti ext. de empt. & vend.* reddit hanc diſcriminis rationem quia ſcilicet contractus bonæ fidei ſunt iuriſgentium, & ideo in eis attenditur principaliter conſenſus purus ſine dolo, ſed in contractibus ſtricti iuris, cum procedant a iure ciuili, a quo habent fomentum, & valent, nec per dolū annullantur: quandoquidē in eis conſenſus principaliter non attenditur, ſed verba Verum *Gomez. in d. §. actionum. n. 14. verb. poſtremo.* inquit hanc rationem eſſe falſam, vt falſus eſt Diabolus: ſiquidem nulli contractus iuriſgentium ſunt ſtricti iuris, vt contractus mutui, vnde conſequens eſt, & quod dolus tribuens cauſam, mutuo vitiaret ipſo iure, quod ſit iuriſgentium *l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure §. ius autem gentium Inſt. de iure naturali gent. & ciu.* Quod tamen eſt falſum, cum ſit ſtricti iuris; Addo ego quod contractus emphitheuticus, qui iuris ciuilis eſt. *§. adeo Inſt.* locat. & cond. videtur bonæ fidei propter omnimodam ſimilitudinem, quam habet cum locatione quæ eſt bonæ fidei *d. §. adeo*; Negat præterea *Gomez.* quod in contractibus iuris ciu. principaliter non conſideretur conſenſus per tex. *in l. 1. §. ad eo. ff. de pact.* vbi Vlpianus affirmat ſtipulationem ſine conſenſu nullam eſſe; Alia ratio deduci poteſt *ex d. Bar. in d. l. & elegante.* relatis ſupra in reſp. argumentorum, quoniam ſcilicet dolus non conuenit in contractu, ſed extra contractum, ſicut probauit in bonæ fidei autem iudicium quod æquum & bonum eſt, licet ſit extra contractū, ſed in conuentione ſtricti iuris, quod venit extra contractum non attenditur quamuis bonum & æquum ſit, argumento *d. l. quicquid aſtringendæ ff. de verb. oblig.* Tertia ratio cæteris, vt pote longe probabilior, quam reddit Iuriſconſult. in *l. 3. in fin. ff. pro Soc.* dicens dolo, & fraude initam ſocietatem nullius eſſe momenti, quia bona fides contraria eſt fraudi & dolo: Contraria enim mutuo ſe ſe expellunt, & propterea ſi dolus eſt in contractu, ergo non bona fides, ſi non bona fides igitur non eſt contractus bonæ fidei, quæ ratio non viget in ſtricti iuris contractibus, ſiquidem de his non dicitur quod illorum fides ſit contraria fraudi, & dolo; Quarta ratio colligitur ex Duareno *in d. l. in actionibus*: Etenim lege ciuili vindicabatur dolus in contractibus bonæ fidei, vtpote ad humanam ſocietatem magis neceſſariis, De dolo autem in contractibus ſtricti iuris nihil cauerat, quare cum Prætor, & in ſtricti iuris conuentionibus, voluiſſet deceptis ſuccurrere, & non poſſet tranſactum iuris ciuilis authoritate firmatum tollere, erat enim iuris ciuilis cuſtos *Cicero ſecundo de legibus l. 3. ff. de feriis l. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. l. cum ſponſus. ff. de public.* Sed interpretatio, emendatioque ex æquo, & bono illi permittebatur *l. ius autem ciuile. ff. de iuſtit. & iure*, ideo cepit, vel per actionem, vel per exceptionem dolo circumſcriptis auxilium præſtare & adeo dolus annullat contractum bonæ fidei quod interdum tollat contractum acceſſorium, licet non potuerit perimere principalem velut dolus dans cauſam matrimonio, illud non vitiat quod eſt principale, contractum autem dotis acceſſorium irritat *Bened. Capra reg. 87. num. 58.*

Quæſtior. 4. Cum itaque planum ſit ex iam dictis contractum bonæ fidei, ex

26 dolo dante cauſam annullari, vtiliter infertur ad contractus † celebratos à Principe, nam cum omnes in diſtincte ab eius maieſtate geſti dicantur habere naturam bonæ fidei, conſequens eſt ex huiuſmodi dolo fieri nullos, quemadmodum *Doctor. in d. §. actionum.* frequentius vno ore conſentiunt, & ſanè ſi verum ſit antecedens, conſequens etiam erit veritati conſentaneum, proinde conſideremus, nunquid vere probatur contractum à Principe geſtum, bonæ fidei qualitatem, & nomē accipere ſchola Dd. vtriuſq; cenſuræ ſequitur affirmatiuam ſententiam, legiſtæ quidem tam legendo, quam conſulendo, adhærent Baldo, qui eſt author huius opinionis *in tit. de pace Conſtan. §. ſiquis vero in ver not. Iaſ. in l. ciuitas col. 4 ver. item attende. ff. ſi cert. pet.* dicēs ab alio tactū nō legiſſe, ſed tamē tradit *Alex. in apoſtill. ad Bar. in l. Caſar. ff. de publ. Caccialup. in l. omnes*

pop.

pp.col.57.ff.de Iuſt.& iure, Iaſ.in l.cum fundus in 3.Fall.ff.ſi cert.pet. in l.& ſi poſt tres col.fin. verb.quantum ad primum.ff.ſi quis caut. & in l.ſi inſulam col.9.verb.iſta limitatio.ff.de verb. obligat.Gomes in dict.§.actionum.numer.34. Dec.conſ.187.col.fin.& conſ.4.in prin. Corne. conſ.63.vol 2.Ioannes Nevizz.inter Albert.Brunus conſil.12.col.5.Canon.quoque ſequuntur ſcilicet Dec.& Fely.in cap.1.col.1.de probat.& defenditur. Primo hæc opinio ex qualitate perſonæ, in qua bonam fidem oportet præſumere (dicuntur enim iſti contractus bonæ fidei, quia in his bona fides exuberet & hac præcipue ratione mouetur Bal.& qui eum ſequuntur DD; confirmo ergo ex notiſſima regula in ſimili quod ſcilicet ob magnam legalitatem perſonæ receditur à regula iuris communis vt copioſe comprobat Iaſon in auth.nouiſſimus numero 10.cum ſeq.C.de Iud.& facit in argumento tex.in l.ſed et ſi probari ff.de excuſ.tutor.in verb.valde diſciplinatos, per quem textum not.ibi Bald.quod propter excellentiam perſonæ receditur à iure, quod reputant notatu dignũ Lud.Rom.& Alex.in l.cum quod.ff.ſi cert.pet.& in terminis de Principe eſt tex in l.omnium C.de Teſt. Secundo idem Bald. ait optimum pro hac ſententia eſſe textum in l.Cæſar.ff.de public. vbi Princeps in contractu locationis dixerat legem, ne quis præter conductionem poſt idus Martias cotem ex inſula Creta exemeret, quidam ante dictas Calendas cum naue onuſta ceperant nauigare, ſed Nauis vi ventorum relata in portum fuit, & iterum poſt Calendas profecta eſt, conſulebatur, num contra legem poſt idus ex inſula Creta exiiſſe videretur, & negat Iuriſconſul. bona enim fides admonet initium ſpectari nauigationis, quod fuit ante Calendas; Ex hac opinione magni ſequuntur effectus, & maxime propter contractus publicanorum initos, cum Principe in quibus licet ſit dies, & pœna, tamen admittetur purgatio moræ cum ſit bonæ fidei contra reg.relatam à Bart.& Alex.in l.ſi Inſulam.ff.de verb.obligat.vbi eſt concluſio, non admitti purgationem moræ, vbi in contractu ſit dies, & pœna per l.traiectitiæ.§.de illo.ff. de act.& oblig.l.magnam Cod.de contrah.& committ.ſtipul.in l.2.Cod.de iure Emphyt. fallit autem in contractibus bonæ fidei iuxta ſingulare dictum Bald.in l.cum allegas col.pen. in 6.oppoſitione Cod.de vſur.quod commendat Iaſon in d.l.ſi Inſulam col.8.verb.vnum non omitto per tex.in l.Iulianus ff.de actio empt. à contrario ſenſu, ratio eſt: Quia facultas purgandi moram, eſt in æquitate fundata l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.obligat. Quæ magis attendetur in contractibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris, argumento l.bona fides. ff.depoſit.l.quia tantundem.ff.de neg.geſt.

Cæterum, & ſi verus eſſet iſte effectus; qui tamen eſt controuerſus, vt in dict.§. actionum per Gomes.ibi numero 2.& numero 134.verb.ſed aduerte. Non tamen proflueret ex illa communi opinione quòd cõtractus geſti cum Principe ſint bonæ fidei, quippe contractus Publicanorum cum principe, aut eſt locationis, aut venditionis d.l.Cæſar. & per totum titulum. qui ex ſua natura non propter perſonam principis eſt bonæ fidei
27 d.§.actionum. † Alter effectus eſt quoniam in contractibus bonæ fidei ſolet ſub audiri clauſula rato manente pacto, vt ait ſingulari Bald.in l.ſi pacto col 3.C.de pact.laudat Iaſon in l.cum proponas in vltimo not.C.de tranſact.& alii ſunt effectus quos ſeriatim enumerant DD.in d.§.actionum, & Catell.Cotta in ſuo memor litera.contractus facti; Plane ab iſta principali concluſione Doctor.recedit, & vt mihi videtur iuſtiſſime Gomet. in dict.§.actionum numer.2.verb.ſed tamen licet. Primo quia contractus geſti cum Principe, non ponuntur in dict.§.actionum, & conſtans eſt omnium opinio ſtricti iuris eſſe eos quos ibi Imperator omittit, ita enim regulam facit optimus pater, & eximius textualis Odofredus in l.minorum Codic.in quib.cauſ.in integr.reſt. Bartol.in l.certi cond. col.2.ff.ſi cert.pet. Bald.nouel.in tractat.dot.in prima parte col.19. Secundo quoniam lege non probatur, quod ita Princeps de geſtis à ſe contractibus diſpoſuerat, proinde cenſetur in dubio, vti iure communi l.in teſtamento Codic.de milit.Teſtament.l.ex facto.ff.de vulgar.& Pupill. Angelus in l.bene à Zenone Codic.de quadrienn.præſcript. cap.propoſuit extr.de conceſſ.preben. Tertio ex doctrina Socc.conſil.68.viſis inueſtituris ſeptima col.libro primo. in quo per multas authoritates concludit contractum feudi geſtum à Principe ſcilicet quando alicui feudum concedit eſſe ſtricti iuris, quia non recenſetur in §.actionum. Quarto vltra Gomeſium, & alios probo, quia an con-
28 tractus † ſit bonæ fidei vel ſtricti iuris, non à perſona contrahentium inſpicitur ſed à qualitate negocii contracti, vt ſcilicet tale ſit negocium, vt in eo liceat Iudici, quod ſibi videtur, ex æquo & bono iudicare §.in bonæ fidei Inſtit.de action. Quinto aut Princeps contrahit cum priuato, vt in titul.ff.de publ.aut cum alio Principe, ſi cum priuato cenſetur & ipſe contrahere tanquam priuatus Dec.in cap.primo

extra de probat. & contrahere eſt iuris priuati; competens cuilibet, tanquam Domino rei ſuæ *l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. §. ius autem gentium inſt. de iure naturali &c.* Contractus autem geſti inter priuatos non omnes ſunt bonæ fidei *d. §. actionum & Dd. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur.* Si vero cum alio Principe, tunc priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum *§. ſed hoc præſenti in Auth. de Sanctiſſ. Epiſc. in l. verum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de minor.* Sexto quando Princeps contrahit cum priuato, naturaliter tamen obligatur non ciuiliter quia ſcilicet naturalis obligatio in Principe tolli non poteſt. *§. ſed naturalia Inſt. de iure naturali &c. Imol. & alii in c. quæ in Eccleſiarum extra de conſtitut. Dec. in d. cap. 1. col. extr. de probat.* dicens eſſe com. opinionem: Quamuis ab ea diſcedat, a ciuili autem obligatione videtur ſolutus *l. princeps. ff. de legibus* ſi non obligatur ciuiliter conſequens eſt contractus ab eo geſtos non poſſe dici ex eius perſona,
29 nec bonæ † fidei, nec ſtricti iuris, quippe iſtæ ſunt qualitates à iure ciuili inductæ & iure naturali incognitæ. Septimo huic proxima eſt illa ratio quod contractus Principis lex eſt ſicut ſententia ab eo lata *Iaſ. in l. 1. numer. 10. ff. de conſt. Principum.* leges autem Principis, nec bonæ fidei dicuntur, nec ſtricti iuris. octauo confert *tex. in l. vni. §. 2. Co. de rei vxor. actione.* in quo ſpecialis fit declaratio ad hoc, vt ſtipulatio quæ eſt ſtricti iuris mutet naturam; & bonæ fidei qualitatem aſſumat in cauſa dotis, licet de publica agatur vtilitate *l. 1. ff. ſolut. matrim.* igitur quanto magis neceſſaria fuiſſet conſtitutio ſpecialis, vt omnes contractus ſtricti iuris, quoties fierent à Principe bonæ fidei iudicarentur. Nec ſatis vitium habent deducta ex aduerſo, & ad primum de qualitate perſonæ accommodatur ſolutio ex his quæ diximus in verbo noſtræ opinionis argumento, æ-
30 quitas enim non in perſona † debet redundare, ſed in negocio, vt in tutela, in emptione, *Duaren. in d. l. in actionibus in verbo bonæ fidei num. 12.* Atque inde corruit quicquid de legalitate perſonæ dictum eſt, nec vim facit *l. omnium. C. de teſt.* Siquidem ibi teſtamentum eſt cuiuſdam priuati non Principis, & quod de Principe affirmat text. ſibi vendicat locum in iudice; vnde fieret quod contractus geſti à iudice eſſent omnes bonæ fidei. *tex. vero in l. Cæſar.* non debuit meo iudicio allegari, tantum abeſt, vt probet com. ſententiam; nam ibi qui poſt legem dictam in locatione diſceſſerat ex Inſula Cretæ non contraxerat cum Principe & controuerſia non erat cum eo, ſed cum illo, qui conduxerat a Principe, & deciſio text. non eſt fundata in bonæ fidei ratione, ſed alibi vt conſtat ex illis verbis: *propterea quod tam initio electi cotes. videmur, cum ex portu nauis profecta eſt:*

Si tamen concedatur communis amplianda eſt ex mente *Iaſon. in l. ciuitas col-*
31 *lum. 4. ff. ſi cert. petat.* ad contractus geſtos † cum republica. Principi enim æquiparantur; imo Princeps ab ea ſolet authoritatem accipere. *§. ſed quod Principi Inſt. de iur. natur. gent. &c. l. 1. ff. de conſt. prin.* quare vtiliter infertur quod in his omnib. ſicut in bonæ fidei iudiciis iurari poterit in litem ob ſolum dolum, licet non concurrat difficultas probationis *Plot. multa congerens in l. ſi quando. §. 22. n. 3. C. vnde vi.*

Quæſt. 15. Infertur præterea ad contractus de Iure Canonico, nam inſpecta eius
32 iuris diſpoſitione omnes contractus ſunt bonæ fidei †. ſicut dixit *Bald. in c. 1. in fin. extr. de pign. per. Dd. in c. cum venerabilis extr. de except. Plot. in l. ſi quando dict. §. 22. num. 4. Iaſon. in §. quadrupli num. 90. in fin. Inſt. de actio. Gomeſ. in dict. §. actionum nu. 4.* ita vt videatur communis, probatur autem primo quia ius Canonicum in æquitate fundatur, & in multis recedit à rigore iuris Ciuilis, & ideo licet ſtipulatio generalis nõ expreſſa qualitate nec quantitate rei in ſtipulatione comprehenſæ nulla ſit, & ex ea agi non poſſit *l. triticum ff. de verb. oblig.* fallit tamen de æquitate Can. nam agitur eo iure ex omni promiſſione incerta, vt ſcilicet arbitrio boni viri, certificetur, vt eſt ſingulare dictum, & famoſum *Archid. in c. ſunt nonnulli 1. quæſt. 1.* cuius authoritate dicit Iaſ. allegatam *l. triticum* non ſeruari in foro Eccleſiaſtico. Munitur ex ratione deducta à *Gomeſ. in d. §. actionum.* Nam ait eſſe regulam, quod quando lex ciuilis fouet rigorem licet expreſſe non corrigatur per
33 ius Canonicum, rigor tamen eius non obſeruatur † illo iure *c. delectis extr. de iud. c. filius & ibi not. Abbas de Teſtam.* idem *Abbas in d. c. cum eſſes vod. tit.* Sed qualitas ſtricti iuris eſt de rigore iuris *l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig.* ibi de ſubtilitate ſuffragatur etiam dictum *Iaſon. in l. 3. Cod. de iure emphit. quæſt. 13. in fin.* Quod cum de iure Ciuili ſit conſtituta differentia, an emphyteuta, vendat partem rei acceptæ in emphyteuſim, tanquam emphyteuſiarius, & tunc non cadat, niſi ab illa parte tantum alienata, ſi vero alienauerit, tanquam dominus directus, cadat à toto; de iure Canonico propter æquitatem ſemper cadit à parte, nunquam à toto.

Contra-

Contrariam ſententiam probat ſibi contrarius *Iaſon in l. quod te. ff. ſi cert. pet. in l. & ſi poſt tres ff. ſi quis caut.* eandem ſequitur Gomeſ. aliis tamen rationibus Iaſon enim
34 adducitur ex notiſſima regula, † quod vbi non vertitur materia peccati, nec materia ſpiritualis, ſi ius ciuile non inueniatur ſpecialiter mutatum procedit etiam de *iure Canonico cap. 1. & 2. extr. de nou. oper. nunci. Panormitanus in c. Eccleſia col. 5. libr. 2. de Conſt.* nam tali caſu leges habent vim Canonum, & iſto modo arguendi vtitur; *Alex. conſ. 125. viſo, & oportune col. 2. lib. 2.* at hoc puncto bonæ fidei, & ſtricti iuris non inuenitur ius ciuile emendatum, & materia non eſt ſpiritualis, quod argumentum non bene diſſoluitur, à *Gomeſ.* dum ait in his, quæ reſpiciunt iuris rigorem, ius canonicum recedere a iure ciuili primum quia id non eſt perpetuum, per text. *in d. c. fin. extr. de donat.* accedit quod in contractibus ſtricti iuris, non ſemper rigor obſeruatur *l. cum quod. ff. ſi cert. pet.* vbi in mutuo quod eſt ſtricti iuris, attenditur, quod actum eſſe creditur, non quod eſt dictum, & omiſſum non habetur pro omiſſo, Rurſus in donatione, quæ eſt ſtricti iuris cum non ponatur in §. *actionum.* fit plena interpretatio de iure Canonico. Secundo loco probat *Iaſ. ex c. cum venerabilem ext. de except* ibi: (*cum permutatio inter contractus bon. fi. numeretur*) colligitur enim ex his verbis fieri differentiã de iure Can. inter contractus, & non omnes bonæ fidei cenſeri, & quamuis illa ſint verba partis litigantis à quibus non licet ſumere argum. *C. ſi papa de priuileg. in 6. gl. in l. vni. C. quando non pet. part.* vt contra Iaſ. conſiderabat *Gomeſ.* tamen ibi lata fuit ſententia in fauorem partis ita allegantis, vim ergo fecit Pontifex in ea, vt eſt veroſimile, ſicut etiam proximum vero creditur eſſe, illam differentiam contractuum, eo iure minime improbatam fuiſſe; Quando in ea pars fundamentum fecit. Tertio loco *Gomeſ.* vltra Iaſon. ducit argumẽtum ex *c. Eccleſia ext. de cauſa poſſ.* & proprie, & in quo Pontifex probat illam reg. iuriſcõ. poſitam in *l. ſolemus ff. de iud.* ſcilicet quod omnia cenſentur venire in iudicio de quibus nominatim non eſt cautum, ne veniant, quæ reg. in contractibus ſtricti iuris non obtinet, vt dicit gloſſ. *in d. c. Eccleſia verb. ad id venire.* & ita oſtendit de iure etiam canonico aliud in ſtricti iuris, aliud in bonæ fidei iudiciis obſeruari, quib. confert tex. in *c. cum dilectus ext. de arbitris.* Quarto iuuat, vt ego puto, hanc ſententiam argumentum à ſolitis quod eſt in iure validum *l. ſi quis donationis & ibi gl. de vſufru. l. certi cond. §. ſi nummos,* & ibi *Bart. Ang. Alex. ff. ſi cert. pet.* ſolet autem ius Canonicum quoties corrigit ius ciuile, & magna ex cauſa facere, & expreſſe dicere, vt in materia pacti nudi c. 1. *& ſeq. extr. de pact.* in materia præſcriptionis *cap. de quarta extr. de præſcript.* In materia iuramenti & cum contingat *c. licet de iure iur. c. quamuis de pact. in 6.* nulla autem eſt cauſa, cur voluerint canones prædictam differentiam tollere, cum nec ad animæ ſalutem, nec ad Eccleſiæ vtilitatem, vel libertatem conferat, & nuſquam apparet quod verbis expreſſis tollat eam, etenim nullibi quod ego ſciam oſtenditur, quod iure canonico in cõtractibus ſtricti iuris, veniant fructus à tẽpore moræ aut quod in ſtipulatione omiſſum, non habeatur pro omiſſo, ſiue quod dolus annullet contractus ſtricti iuris; Quod ſi iſti effectus inuenirẽtur habere locum de iure canonico in ſtricti iuris iudiciis, cum proprii ſint contractuum bonæ fidei dicerem & cauſam illorum eſſe emendatam, correxiſſet deinde lex Can. bonam partem iuris ciuilis ſine aliqua magna cauſa, quod non eſt dicendum, cum vbiq; ſit odioſa legum correctio argumento *l. ſi quando C. de in off. Teſt. l.*
35 *præcipimus. §. fi. C. de appell. l. ſancimus C. de Teſt.* † Nec faciunt negociũ allegata ex aduerſo, & quo ad primum non currit conſeq. ius nempe canonicum fundatum eſt in æquitate, igitur omnes contractus ſunt bonæ fidei quippe quia & in ſtrictis contractibus ſeruatur æquitas, licet non ita exuberans, ſicut in bonæ fidei, ex *l. bona fides. ff. depoſit.* ex *l. cum quod. ff. ſi cert. pet. ex l. bonam fidem C. de actio & oblig. ex c. cum dilecti extr. de Donat.* Argumento autem *Gomeſ.* ſatiſfactum eſt cum oſtendimus iure can. etiam rigorem attendi: negari præterea poteſt, illam differentiã ſtricti iuris, & bonæ fidei fundatam eſſe in rigore iuris, ſed in ratione maxime æqua, quam *Duaren.* deducit in *l. in actionibus ff. de in lit. iur.* Data tamen cõmuni ſententia infertur quod in terris Eccleſiæ, in quibus ſeruatur ius canonicũ, nec non in terris imperii, quo ad perſonas Eccleſiaſticas, in contractibus ſtricti iuris, ob ſolum dolum; nulla ſtante difficultate probationis, poterit in litem iurari, vt dixit *Plot. in citato. §. 2 3.* Nec non quod dolus dans cauſam eos irritabit contractus, & vt multa in pauca conferam, quieſcent omnes differentiæ quæ ſunt inter vtroſque contractus, vt dixit *Iaſon in §. quadrupli. num. 90. de actio,* & illas longa ſerie vltra Dd in §. *actionum* enumerat *Vaſq. de vlt. volunt. Parte 1. lib. 3. §. limit. 1. nu. 9. verb. tenendo tamen congerentis 4. differentias vſq. ad num. 10.*

Illa quoq; concluſio quod dolus dans cauſam contractui ſtricti iuris non perimat illum ipſo iure limitanda eſt ex mente quorundam recentiorum in *Rub. ff. de verb.*
36 *oblig.* vt locum non habeat † in contractu prætorio, cuiuſmodi eſt conſtitutum, de quo in *tit. ff. de conſt. pecu.* refert, & commendat *Gomeſ. de actio. §. actionum nu. 15.* Etenim conſtitutum eſt ſtricti iuris, tum quia non ponitur in §. *actionum*, tum quia fit nudo pacto. §. *de conſtituta Inſt. de actio.* quod dicitur ſtricti iuris, *Corn. in l. cum poſtea. C. de pact.* ex quo infertur contractus, non omnes eſſe inductos a iure gent. vel à iure ciuili. §. *ius autem gentium cum glo. Inſt. de iure naturali &c.* ſunt enim & a iure prętorio vt conſtitutum; & illud eſſe appellandum contractum nominatum putauit *Bart. in l. iuriſgent. §. ſed cum nulla. ff. de pact. verbo igitur nuda ante fin.* cum habeat ſpecificum, & elegans nomen, ſicutaliæ conuentiones nominatæ *d. l. iuriſgent. in princ. & Iaſ in d. §. de conſtituta nu. 53.* vocat hanc opinionem *Bar. ſing.* & peregrinam, licet eam non ſequatur propter rationem quæ leuis eſt, & ſiquis Bartolo opponeret, quod conſtitutum perficitur nudo pacto *d. §. de conſtituta.* Ideoq; non poſſit dici contractus nominatus; qui re, verbis, litteris, aut conſenſu perficitur *§. fin. Inſt. de oblig.* reſpondet eum nihil repugnare, quod nudo pacto contrahatur, & tranſeat in ſpeciale nomen contractus exemplo emptionis, quæ perficitur nudo conſenſu *l. 1 ff. de rerum permut.* & tamen elegans nomen habet, & quamuis nudus conſenſus non producat regulariter obligationem *d. l. iuriſgent. § ſed cum nulla* fallit quando in ſpeciale nomen tranſeat nudus ille conſenſus *d. l. 1. de rerum permut.*

Atque ex ea ſententia Bartoli ſingulariter infertur, quod conſtitutum producat actionem non propter geminationem nudi pacti; quæ creditur eſſe in eo celebrando, vt frequentius ſentiunt *Dd in §. de conſt. de act. & in Rub. ff. de verb. obl.* ſed quia contractus eſt nominatus, contractuum autem nominatorum proprium eſt actionem parere *d. l. iuriſgent.* Probatur autem limitatio prædicta ea primum ratione, quod ius prætorium conſtat ex æquitate naturali *l. 1 ff. de minor.* & præcipue eam ſequitur in conſtituto *l. 1. ff. de conſt. pecu.* Secundò ſuffragatur vnum ſimile; Nam coactus adire de iure ciuili, efficitur nihilo minus hæres in *tit ff. ad Trebell. l. mulier §. ſi mater. ff. de eo quod metus cauſ.* ſed coactus agnoſcere bonorum poſſeſſionem non efficitur bonorum poſſeſſor *l. 3. §. inuiſo. ff. de bonor. poſſ.* ibi: inuito bonorũ poſſeſſio nõ acquiritur, ampliatur vt procedat etiam quando metus dederit cauſam contractui prætorio ex allegata modo ratione. Plane ſubſiſto, quoniam non ſatis mihi conſtat, vtrum conſtitutum debeat appellari ſtricti iuris, ſiquidem vrget pro affirmatiua regula ex. §. *actionum*, & fauet negatiuæ opinioni aperta ratio, quod in conſtituto fructus, & acceſſores veniunt a tempore moræ, vt in cæteris bonæ fidei iudiciis *l. ſi duo. §. ergo ſi item illa, & l. promiſſor. ff. de conſt pecu.* in quibus tempus moræ attenditur, accedit quod durum videtur prætorem, qui in multis iuris partibus corrigit ſubtilitatem iuris ciuilis. §. 1. *Inſt. de bonor poſſ. §. fin. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. l. filio præterito, l. poſthumus præteritus. ff. de iniuſt. teſt.* contractum a ſe inuentum inter eos collocauerit, qui ſunt ſtricti iuris, nec illi bonæ fidei naturam dederit, Auget dubitationem, quod cum iſte contractus conſtitutioni ſit acceſſorius & ad antecedentem obligationem reſpiciat *Iaſ. in d. § de conſt. num. 51.* & ante eum Angelus ibi, videtur dicendum bonæ fidei eſſe, aut ſtricti iuris ſecundum naturam obligationis, ſuper qua interponitur vt *Iaſ. in l. ſiquis cum aliter. ff. de verb. oblig. num. 18. verbo tertia concluſio.* dixit in ſimili, quo ad tranſactionem, eam nempe ſtricti iuris dici, vel bonæ fidei iuxta qualitatem contractus, ſuper quo interponitur: & ante eum dixerat *Bart. in l. ſub prætextu num. 6. C. de tranſact. & in l. in ſumma nu. 2. ff. de condict. Indeb.* cui patrocinatur regula quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & confirmatur, quoniã actio de peculio, quæ datur contra filium eſt bonæ fidei, vel ſtricti iuris ſecundum actionem orientem, ex contractu geſto per filium *Cacialupus in l. frater à fratre, n. 26 ff de condict. indebit.* Qua ſtante ſententia nihil eſſet ſpecialitatis in conſtituto, nam quando eſſet bonæ fidei, dolo dante cauſam redderetur nullum, quando eſſet ſtricti iuris, ſolueretur ope exceptionis.

Quæſt. 7. Sed data altera opinione ſcilicet conſtitutionem eſſe ſtricti iuris, non puto eam regulam contractuum ſtricti iuris limitandam in conſtituto quicquid di-
37 xerit *Benincaſa in §. actionum n. 303. & ſeq.* Etenim ſi prætor voluit † eſſe ſtricti iuris, voluit etiam naturam illorum contractuum habere, ne induceret repugnantiam. Secundo quoniam contractus ſtricti iuris in ſua manens natura non producit effectum bonę fidei, ne cauſa producat effectum ſibi diſſimilem contra *l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur.* effectus aũt bonæ fidei eſt annullari propter dolum, corroboratur nam de iure Canon.

& in contractibus geſtis cum principe dolus irritat ipſo iure ſcilicet quia mutant naturam, & efficiuntur bonæ fidei, vt dictum eſt paulo ſupra, cum Dd qui tacite fatentur quod ſi de iure Canonico vel apud principem geſti eſſent ſtricti iuris non irritarentur ex dolo, nec faciunt ad rem allegata pro communi & primum quidem dirimitur, quia, & ſi ius prætorium ſit fundatum in æquitate, & præcipue in materia conſtituti *l.1. ff. de conſt. pecu.* tamen hoc magis probat quod conſtitutum ſit bonæ fidei, quam quod cum ſit ſtricti iuris debeat ſumere qualitatem bonæ fidei & dolo annullari vt ſimili ratione, dicunt interpretes cõtractus omnes de iure Canonico eſſe bonæ fidei, quoniã illud ius eſt in æquitate fundatum; Præterea illa naturalis æquitas, quæ eſt in conſtituto reſpicit ſolum obſeruantiam fidei *d.l.1.* quæ ait graue eſſe fidem fallere, non autem ad doli annullationem pertinet, & ſenſus eſt, vt qui fidem ſuam aſtrinxerit eam cuſtodiat diligenter. vim quoque non habet quod de metu expreſſum eſt ſiquidem metus dãs cauſam contractui bonæ fidei non annullat ipſo iure *Bart. in d.l. & eleg. num. 4 & 6. ff. de dolo*, multo igiter minus conſtitutionem ſi eſt ſtricti iuris. Quod vero dictum eſt de bonorum poſſeſſione fallit quando quis rogatus eſt reſtituere, tunc enim inuitus efficitur bonorum poſſeſſor gl in *d. §. inuito per tex. in l.1. §. bouer. ff. ad Trebell.* idemq; iuris eſſet ſi metu compulſus agnoſceret bonorũ poſſeſſionẽ ratio. n. *l ſi mulier. §. ſi metu* eſt generalis ad bonorũ poſſeſſionẽ æque ac ad hæreditatẽ. Il *Iaſ. Gomeſ. n.15. Benin. aſa in §. actionum n.293.* limitant q; dolus dans cauſam contractui ſtricti iuris eſſet talis qui caperet prudentiſſimũ hominẽ, eo nanq; caſu ipſo iure redderetur inutilis Verũ hæc quoque limitatio non eſt ꝓbanda, primu quia in contractu bonæ fidei, requiritur etiam eiuſmodi dolus, qui deciperet prudentiſſimũ virũ, alias dolus nihil operaretur *Iaſ. in l. ſi quis cum alter n.9 ff de verb. oblig.* cui conſequens eſt, q; ſi vera eſſet iſta limitatio dolus eque annullaret contractũ bonæ fidei, & ſtricti iuris. ſuffragatur *l. dolo. C. de inutil. ſtipul.* qua generaliter definitur in contractu ſtipulationis, & ita ſtricti iuris propter dolũ exceptionem otiri. Confirmatur propterea quod ratio per quam bonæ fidei conuentio annullatur ceſſat in ſtricti iuris contractu, vt oſtendimus ſupra.

Quæſt. 8. Egimus hactenus de dolo dante cauſam contractui bonæ fidei, & conuentioni ſtricti iuris, tantũ relinquitur, vt agamus de contractu bonę fidei, & ſtricti iu-
38 ris ſimul, vt † accidit quãdo dolus dedit cauſam venditioni, cui fuit adiecta ſtipulatio, vt fieri cõſueuit in omni fere contractu *l. iuriſgen. §. quod fere. ff. de pact.* vt ponit exemplũ *Bal. in l. dolo. C. de inutil. ſtipul. & Dd. in l.2. C. de reſcind. vend* & recte accõmodatur in contractu locationis, vel depoſiti, cui ſit poſtea adiecta ſtipulatio *Ang. in § ſequitur n.15. Inſt. de except* diſtinguit. *Iaſ. in d §. actionũ n.32. & 33.* & ſecutus ſententiã gl. in *l. ſiquis cum ali-*
39 *ter in verb. per machinationẽ* † ibi alij etiã, credidit annullari ſtipulationẽ ipſo iure, ea ratione q; ſtipulatio veniat ad contractum bonæ fidei, nunq̃ in conſequentiã argumento *l. cũ*
40 *principalis de reg iur* in qua acceſſoriũ ſequitur † naturã ſui principalis *l. nihil dolo § cũ principalis eod. tit. l non dubiũ. C de legib l. Aurelius. §. legatũ ff. de liber. leg.* & propterea reſciſſo principali, videtur reſciſſum, & acceſſoriũ, *gl. in l. ſi patronus. §. ſi patronũ. ff. ſi quid in fraud. patro* & ſi principalis contractus nõ tenet, nec acceſſorius valet *Bal. in l. ex teſt. C. de fideicommiſſ Alex. conſ. 76. lecto, & d ſtuſſo lib. 2. not. Bar. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Rom. conſ. 246. Dec. in d. l. cum principalis* eandẽ ſententiã probat *Bar. in l. ſiquis cum alter n 4. in fin. Iaſ. nu. 7. Alex. num. 2.* adductus ex doctrina *Bart in l. ſub prætextu lect. 1. Cod. de tranſact.* Quod nempe tranſactio, licet ſua natura ſit ſtricti iuris, tamen interpoſita ſuper contractu bonæ fidei annullatur ob dolum ipſo iure, non ſecus ac contractus bonæ fidei, vt conſiderat etiam *Albert. in dict. l. eleganter.* Huic opinioni ſuffragantur multa iura, quibus aperte oſtenditur, ſtipulationem ſequi naturam actus, cui adiicitur veluti *l. 5. §. conuentionales*, ibi, ſtipulationes pendent ex negocio contracto *l. ſi ſtipulatus in principio. ff. de vſur.* vbi ſtipulatio ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur *l. 1. §. belliſſime. ff. legat. nomine caueatur* in qua ſtipulatio interpoſita ſuper legatis, & fideicommiſſorum aſſumit naturam, vt ſcilicet fructus veniãt à tempore moræ ſicut in vltimis voluntatibus *l. minorum. C. de in integr. reſtit.* Quibus conuenit dictum *Bart. in l. fin. per illum text. ff. de ſolut.* & in *l. cum quis decedens. §. codi illis. ff. de leg. 3. quod* ſtipulatio interpoſita ſuper vltima voluntate regulatur ſecundum illius naturam, & hinc fit, quod ſtipulatio iudicatur diuidua, vel indiuidua ſecundum naturam rei cui adiicitur *l. 2. §. & harum l. ſtipulationes non diuiduntur. n princip. ff de verb. oblig. l. ſi cum §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.* vbi ſtipulatio de iudicio ſiſti celebrata ſuper actione iniuriarũ non tranſit ad hæredes; ſicut, nec actio iniuriarum. Multa præterea eiuſdem farinæ congerit *Iaſon. in Rub. ff. de*

verb.oblig.nume. 14. verb.ſexto, & vltimo,& in verbo ſeptimo facit, ratiocinatur, à ſimili
nam ait ſi in venditione ponatur ſtipulatio, tamen habet locum remedium *l. 2. C. de re-
ſcind. vend.* quamuis illa conſtitutio procedat tantum in contractibus bonæ fidei, vt di-
cit eſſe com.opin. in *d.l.ſiquis cum alter num.* 18. adeo vt iudicetur actus ex principali in-
tentione, quæ fuit vendere,& bonæ fidei contractum facere.

Contrariam ſententiam ſibi contrarius probat Bald. in *c.1.extra de plus pet.* ſicut
eſt teſtis Iaſ. in *d.l.ſiquis cum num.* Iaſ. eandemque ſenſiſſe videtur *Bart. ibi num.* 4. dum ait
ſuper ſtipulatione & ſuper contractu emptionis, non fieri nouationem, ſed vtrumque
contractum manere,& tam *l.2. quam l.ſiquis cum alter.* remedia competere, nec non in
l.ſing. in 6. ſpecial. ff. ſi cert. petat. definit in prædicto caſu interpoſitæ ſtipulationis ſuper
contractu bonæ fidei duplicem actionem oriri ſtricti Iuris vnam, bonæ fidei alteram;
aperte ſentiens ſtipulationem non habere ſe ad contractum emptionis tanquam ac-
ceſſorium, proinde vitiata emptione ob dolum non irritabitur ſtipulatio, immo ipſa
ſuſtinebit integrum contractum, cum illi robur,& authoritatem tribuat,& ad ſe natu-
ram illius contractus trahat *l. ex placito Cod. de rerum permut. l. ſiue apud acta. C. de tranſact.*
nam licet contractus innominatus, non producat actionem, niſi ſequuto implemen-
to *l.1. in fin. ff. de rerum permut. l. iuriſgent. in princ. ff. de pact.* tamen ſtipulatione interpoſita
ſtatim actionem parit *d.l.* ex placito, imo cum in his ſit locus pœnitentiæ *l. ſi pecuniam.
ff. de condict. ob cauſ.* tamen ceſſat pœnitentia, ſtipulatione vero intercedente, vt dixit
Bald. in l. quamuis. C. de tranſact. per textum in *l. Labeo ſcribit Bibliothecam*, & in *l. fundi par-
tem. ff. de contrah. empt.* Huc pertinet, quòd licet emptio, quæ conſenſu contrahitur cō-
trario conſenſu diſſoluatur *l. ab emptione. ff. de pact. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. l. pro
vt. ff. de ſolut.* tamen ob interpoſitam ſtipulationē ex contrario conſenſu minime diſ-
ſoluitur. *l. emptio. ff de reſcind. vend.* His quoq; cōuenit *l. miles §. de cauſa. ff. de re iud.* in qua
ſtipulatio interpoſita ſuper actione noxali, non immutat eius naturam,& Imol. eo loco
ait tex. eſſe ſingularem, conferunt præterea multa congeſta a *Iaſ. in Rub. ff. de verb. oblig.
n.15. verb. in contrarium, cum pluribus ſeq.*

Quod magis probãdum videtur pendere iſtius quæſt. deciſio, ab eo, quod maxime
controuerſum eſt inter Dd. vtrū ſtipulatio in alio contractu interpoſita ſequatur natu-
rā illius an vero ipſa trahat ad ſe illū contractū,& ad vtramq; partē latiſſime diſputat in
d. Rub. de verb. oblig. Alex. in l.1. in fin. C de pact. Dec. in l. cum mota. C. de tranſact. vbi non au-
dens firmare pedes, facile huc, atq; illuc impellitur,& *Bart. & Bald.* ſicut oſtēdimus pa-
rum ſibi conſtat, adeo quod in tanto opinionum conflictu difficile ſit diſcernere, quæ
ſit magis cōmunis *Curt. tamen in l.ſing. col 6* dicit *Bart. ſent. ad l. ſing.* eſſe cōmuniter reie-
ctam,& idem affirmat *Cagn.* ibi *Alex. in d.l.1.n.17.* vno modo diſtinguit, *Iaſ. in alleg. Rub.
n.20.* nō abſimilē diſtinctionē affert. Nos vero, vt quod ſit iudicii noſtri interponamus
nouam ſententiā ſecuti credimus ſtipulationē, nec ſequi naturam contractus, cui ad-
iicitur, nec ad ſe illius contractus vim, aut naturā trahere, ſed per ſe manere, ita vt ſuam
ſtricti iuris naturā obſeruat alio contractu, cui eſt adiecta bonæ fidei manente, ſuamq;
producat actionem bonæ fidei vnus, alter vero pariat ſtricti iuris, ad probationē vero
41 noſtræ ſententiæ præmittemus † ſtipulationē vario modo in iure celebrari,& illo qui-
dē inprimis quando ꝑ ſtipulationē aliq, negociū contrahitur, nullo alio ꝓcedente cō-
tractu, vel negocio, ita vt ſola ſit ſtipulatio nec ad aliū antecedētē contractū reſpiciat,
& hoc modo conſiderata ſtipulatio nō eſt noſtri negocii. II. contrahitur ſtipulatio non
ꝑ ſe, ſed in executionē alterius negocii, vel cōtractus, aut quaſi cōtractus cuiuſmodi eſt
ſtipulatio vt legatorū & fideicom. nomine caueatur, tēdit. n. ad executionē pſtandi le-
gatū, adhibetur nanq; ſtipulatio vt legatarius ſit magis in tuto, ſimilis eſt ſtipulatio de
iudicio ſiſti, de qua in *l. eum qui. § ſi iniuriarū ff. ſi quis cautio*, & hoc caſu ſtipulatio ſequi-
tur naturā illius negocii, quippe qa venit in conſequentiā, & ad acceſſionē quandā ꝓ-
inde deficiēte legato vel per defectū cōditionis, vel per aliā ſimilē occaſionē, ſtipulatio
etiā; vt legatorū &c. deficit, ſic & in actione iniuriarū, ſi iniuriā paſſus ante litē cōteſta-
tā deceſſerit, tertio modo celebratur ſtipulatio ad conualidandū actū ꝑ ſe inualidū, vt
cōtractū innominatū, vel nudū pactū hoc ꝑ ſe eſt infirmū,& ille ante implementū, ni-
hil iuris habet,& tunc ſtipulatio trahit ad ſe illū contractū, tribuēs ili efficaciam, & ius
agēdi,& ita ꝓcedat *l. ex placito. C. de rer. permut. l. ſiue apud acta. C. de tranſact.* Quinto mo-
do fit ſtipulatio ſuper cōtractu ſua natura valido, vt quādo adiicit emptioni, locationi
&c quemadmodū fieri ſolet ex cōſuetudine notariorū in quouis inſtrumēto cōtract⁹,
& hic caſus maxime pertinet ad quæſtionē noſtrā, in quo nouiter ſentio, quod ſtipula-
tio nec

42 nec trahatur ab illo contractu, aut illum trahat, vt nec mutet, nec mutetur. † Primo q̄a ſi ſtipul. traheretur fieret bonæ fidei vt credidit *Bart. in l. ſiquis cum alter. nu. 7. ff. de verb. oblig.* & *Cagn. in d. l. ſingul.* refert ex intentione aliorum, & hoc eſſe falſum oſtenditur ex *§. fuerat, Inſt. de act.* in quo definit Imp. Iuſtin. quod ſtipul. bonæ fidei aſſumit tantum in exactione dotis, indicans à contrario in exactione aliarũ rerum deductarum in alio contractu bonæ fidei naturam non aſſumere, corroboratur, quia induit naturam bonæ fidei quoniam ſubrogatur in locum actionis bonæ fidei, & ſubrogatio fit à lege, cum expreſſione illius qualitatis, At in ſpecie noſtra nulla fit ſubrogatio, etſi fieret non veniret à lege, ſed fieret ab homine, & abſq; expreſſione illius qualitatis. Secundo ſi ſtipulatio mutaret: aut mutaretur fieret nouatio tacite contra *l. fin. C. de noua.* qua cautum eſt, nõ videri factam nouationem, niſi verbis expreſſis hoc factum ſit, ſed vtramq; obligationem manere in illis verbis (*Sed contraria ſtare, & poſteriora incrementa illis accedere, niſi ſpecialiter remiſerit obligationem, & hoc expreſſerint & ſecundum magis pro antioribus elegerint.*) Imo fieret nouatio, abſq; eo quod ſaltem tacite conſtaret de animo contrahentium, contra *l. 2. ff. de nouat.* nam eædem ſunt perſonæ contrahentium, eadem res nullaque adiecta conditio, non datus, vel detractus fideiuſſor, ex quibus coniecturis conſtabat de animo ſecundum diſpoſitionem iuris antiqui. *§. præterea nouatione Inſt. quib. mod. tollitur oblig. & in d. l. fin. C. de nouat.* Tertio ſi ſtipulatio mutaretur fieret contra intentionem contrahentium, quæ fuit maius robur addere cumulando remedia præſertim cum ſtipulationem interponimus. Quę fuit inuenta obligat. firmandarum gratia, cum enim noſtra interſit plures habere actiones *l. fin. C. de Codicill. l. 2. C. com. de leg.* adiicitur ſtipul vt cumulatis actionibus magis ſit nobis conſultum, ideoq; in emptionis cõtractu qui dixerit ſe ſe deceptum poterit vti altero de duobus remediis ſcil. *leg. 2. C. de reſc. vend.* aut *l. ſiquis cum alter. ff. de verb. oblig.* Quod ſi ſtipul. contraheretur ob contractũ venditionis daretur ſolum auxilium ex *d. l. 2.* ſi vero traheret ad ſe venditionem ſola competeret actio, ex *d. l. ſiquis cum alter*; Quid iuuat emptorem duas actiones habere bonæ fidei ſi ſtip. trahatur, Aut duas ſtricti iuris, ſi ſtipul. traheret, nihil id equidem præſtat vtilitatis, quoniã non intereſt iſta magis, vti quam illa, multoq; minus, ſcilic. ſi dum ſtip. trahitur, vna tantum oritetur actio ex empto, Aut dum trahit ſola daretur actio ex ſtipulatu, quod ſi ſtip. nec trahit, nec trahitur duę proficiſcũtur actiones, & duo cõpetunt diuerſa remedia. Quarto ſi ſtipul. traheretur non operaretur ſecundum naturam ſuam, nec conſequeretur finem, ad quem eſt inuẽta ſcilicet firmandarum obligationum gratia Dd. *in Rub. ff. de ver. obl. Paul. li. 2. recep.* ſent. ca 5. q̃ eſt abſurdum ideò remouendũ, *l. nam abſurdũ. ff. de bon. libert.* Etenim ſi trahitur, magis ipſa confirmatur, quã confirmet, efficitur n. bonæ fidei, & confirmare eſt quod per ſe valebat validius efficere, vnde cõfirmatio dicitur, iuris prius habiti corroboratio *c. inter dilectos ext. de fide Inſt.*

Accedit verò quod ſi ſtip. traheret, vel traheretur, confirmans fieret vnum, & idem cum confirmante, nã aut emptio efficeretur ſtricti iuris, aut ſtip. bonæ fidei cum tamen longe differãt inter ſe, Nam Codicilli teſtamento confirmantur *l. conficiuntur. ff. de iure Codicill.* & tamen ſuam retinent naturam, & diuerſi ſunt à confirmante. Sexto hic conuenit, quod ſi ſtip. traheret, vel traheretur, vna tantum deberet actio proficiſci, vel bonæ fidei, ſi traheretur, vel ſtricti iuris ſi traheret, & tamen volunt Dd. oriri duas, nẽpe bonæ fidei, illi qui putant, q̃ trahatur vel ſtricti iuris, qui credunt ſtip. trahere alios contractus, ſolus *Bar. in d. l. ſing.* exiſtimat duas actiones oriri, vnam bonæ fidei, alteram ſtricti iuris ex quo aperte ſentire videtur, ſtip. non mutare, nec mutari, ſed in ſua natura manentẽ robur addere cumulãdo remedia, vt dixerit etiam *Ang. in §. ſequitur nu. 5. de except.* Atq. huic noſtræ ſent. vt tamẽ illuc redeamus vnde digreſſi ſumus cõſequẽs eſt. Quod dolus dans cauſã contractui bonæ fidei, & ſtricti iuris ſimul, ſecundũ data in antecedẽtib. excẽpla, non infirmabit ipſo iure vtrũq; contractum, ſed illũ bonæ fidei, alterum v. ope exceptionis *d. l. ſiquis cũ aliter*, ideoq; Actor quantum ad cõtractum emptionis, carebit actione, quãtũ ad ſtip. poterit repelli except. doli mali. Hinc refertur ad vnum q̃ eſt ſingulare & à Dd. in hac materia nõ conſideratum nẽpe quod actio de peculio ob huiuſmodi dolum, aliquando ipſo iure infirmabitur aliquando ope except. quando intẽtatur cõtra filium, quoniã eſt bonæ fidei, vel ſtricti iuris, ſecũdum naturam actionis orientis ex contractu geſto p filium ſed quãdo actio de peculio datur cõtra patrẽ, licet ſit eadem, q̃ præſtatur contra filium ſemper eſt ſtricti iuris, vt etiam diximus paulo ſupra, igitur contra patrem non infirmabitur ipſo iure, ſed ope except. cõtra filium, interdum annullabitur ipſo iure, interdum ope exceptionis.

Quæſt. 9. Ex his congruenter infertur ad vtilem quæſtionem. Nunquid dolo dante cauſam contractui ſi fuerit ſequuta traditio cenſeatur ex illo contractu nullo translatum dominium Ang. in §. ſequitur. num. 5. de exceptio in verb. ex quo nota, & verb. ſecundo addas, affirmat transferri ob ſequutam traditionem ex l. & eleganter. §. primo. & ex gloſſ. notanda in l. apud Celſum. §. de Autborit. ff. de except. doli, vbi eandem ſententiam ſequitur Raphael inquiens Angelus diuerſum eſſe in contractu ſimulato, in quo ſequuta etiam traditione dominium non transfertur, vt eſt caſus ſingularis in l. emptor. ff. de aq. plu. arcend. vbi Bar. & Ang. inferens magis nocere ſimulationem, quam dolum dantem cauſam contractui, quod perpetuo dicit eſſe notandum, quia totum contrarium videretur dicendum, dummodo intelligas de contractu ficto, & ſimulato iuxta l. nuda ff. de contr. empt. & l. imaginaria. ff. de reg. iur. non de omni ſimulatione, cuius multæ ſunt ſpecies, vt per Bartolum in conſilio incipit. Petrus Nicola, & in l. poſt contractum. ff. de donat. Bald. & Saly. in l. emptione, & in l. prima. Codic. plus valere quod agitur. idem probat Caſtrenſ. in l. ſi maior Codic. de dolo, vbi pulchre declarat, & citant conſonantem Bartolus ratio differentiæ eſt : quia in caſu l. nuda, cum intentio contrahentium ſit nuda contractum perficere non valet l. nunquam nuda. ff. de acq. rerum dominio. ſed in caſu noſtro doloſus, & vendens intendebant contractum venditionis facere, vt ſic aliquem contractum, qui ſit aptus natus transferre dominium l. cum manu ſata. §. fin. ff. de contrah. empt. & ita tradendo transferri dominium argumento gloſſ. in l. 2. cum ſimul. C. de acq. poſſ. Confirmatur contra Angelum quoniam in contractu ſimulato non adeſt cõſenſus vllo modo, vnde dicitur contractus pictus, & coloratus vt dicemus infra in lib. 5. inſtit. de ſimulatione. At in doloſo contractu aliquo pacto, conſenſus ineſt, vt tradidit Bart. in d. l. & eleganter, & nos expoſuimus ſupra; Sed Alber. in d. l. & eleganter. numero. 10. verb. Guid. de Suzza dicit &c. contrarium probans ait ex doloſo contractu non transferri dominium etiam ſi ſequatur traditio argumento ducto à minori ad maius non in contractu geſto per metum ſi ſequatur traditio, dominium non tranſfertur, ſed remanet penes illum, qui paſſus eſt metum, l. metum. §. volenti. ff. de eo quod metus cauſa. multò fortius quando contractus eſt nullus, vt accidit in dolo dante cauſam, & ideo ſi dolo deceptus erat dominus, poteſt intentare rei vendicationem, ſi vero dominus non erat, condictionem indebiti l. indebiti. ff. de Cond. Conualidatur hæc opinio noua ratione in modo tranſferendi, differentia eſt inter poſſeſſionem & dominiũ, facilius n. transfertur poſſeſſio, quam dominium l. ſiquis in §. differentia eſt de acquir. poſſeſſ. vbi Doctor. poſſeſſio autem tranſfertur ex inutili contractu l. prima. §. vir. ff. de acq. poſſeſſ. ergo ex nullo contractu non tranſfertur dominium, alioquin procederent a pari poſſeſſio, & dominium contra text. in d. §. differentia. Suffragatur reg. quod actus nullus nullum producit effectum; & patrocinatur illa quod acceſſorium ſequitur naturam principalis; traditio fit in exequutionem contractus, & illum reſpicit tanquam principalem, is vero nullus eſt, ergo nulla traditio, dominium autem non niſi ex vera traditione tranſfertur l. traditionibus cum matr. C. de pact. eandem ſententiam multis deductis iuribus probat Dyn. inter ſingularia DD. in ſingulari 59. incipit quod ſi dolus. eidemque ad ſtipulantur, quæ ponit Iaſon in l. ſub prætextu. numer. 12. C. de tranſ. Deciſio iſtius articuli, videtur pendere ex illa iuris queſtione An & quando ex inutili contractu tranſferatur dominium, circa quam videndus eſt idem Alber. d. l. & eleganter. numero ſexto verb. ſi quæris an dolus, & verb. ſi quæris an ex inutili, vbi copioſè, rem abſoluit.

43 Quæſt. 10. Hic nouus oritur Iuris articulus, vtrum dolus dans † cauſam ſicut annullat ipſo iure contractum bonæ fidei, ita quoque reſoluat eius diſtractum parique modo, ſicut contractum ſtricti Iuris rumpit ope exceptionis, ſic quoque eadem exceptione rumpit diſtractum, & ſane tutius eſſe videtur negare eodem modo per dolum vtrumque diſſolui, quippe contractus, & diſtractus ſunt contraria, contrariorum autem contraria eſt natura, & contrarii ſunt effectus. vt poſt Dialectos probat Iuris conſ. cum in l. fin. ff. de leg. Tertio in qua argumentũ hæreditatis operatur argumentum legatorum, & diminutio illius diminutionem iſtorum verbo ſimili l. illud. ff. ad l. Aquil. Nam defectus inſinuationis in donatione excedente ſummam 500. aureorum licet vitiet donationem, non tamen vitiat diſtractum donationis Saly. in l. ſancimus. C. de donat. Ioann. Andr. in A. l. ad Specul. in titu'o de Inſtru. edit. §. pen. in verb. item nota.

Tertio in his quæ ſunt ſeparata, non valet illatio de vno ad alterum, nec poſitiue, nec remotiue l. fin. vbi Bart. & Caſtrenſ. ff. de Calumn. l. naturaliter. §. nihil com. ff. de acq. poſſ.

Google

poſſ. l. Papinianus exult. ff. de minor. l. ſi Maritus lect. 1. ff. de donat. quare cum diſtractus, & cõ-
tractus ſint ſeparata, non valet argumentum remotiue, Dolus tollit ipſo iure contra-
ctum, igitur, & diſtractum. Quarto, *Bald. in l. 3. C. de except. & præſcription.* arguit per il-
lum text. quod non eodem modo contractus, & diſtractus per dolum reſoluantur,
nam dolo dante cauſam diſtractui, tollitur ope exceptionis etiam ſi bonæ fidei ſit.
44 Contrariam ſententiã probat † communis ſchola Dd. Authore, *Bart. in l. de tutela
C. de in integr. reſt. in l. ſub prætextu Cod. de tranſact. in l. in ſumma C. de condit. indebit. in l. pen.
l. de Dolo Iaſ. in l. ab emptione. ff. de pact. in l. cum poſtea C. de pact.* Alexander *in d. l. ſub prætex-
tu Euerard. in loco à contractu ad diſtractum nu. 5. verb non eſt. Tiraquell.* qui plures huius
opinionis ſectatores congerit *in gloſſ. ver. num. 9. de legibus Connub. Bald. in l. aduerſus* poſt
principium, *ff. de except. & in d. l. 3. Cod. de except. & in l. 1. C. quando liceat ab emptione di-
ſced. Aret. in l. ſi ſterunm ff. de verb. obligat. Roman. in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier numero 3.* v-
45 bi multa cumulat, *ff. ſoluto matrimonio.* † Munitur autem in primis illa ratione; Quia
vbi contractus eſt bonæ fidei, ibi diſtractus eius eſt bonæ fidei, *Bart. Bald. Saly. Angel.
Iaſon & alii, in l. ab emptione. ff. de pact.* in illis verbis (*Quia bonæ fidei, ad quam hæc omnia
rediguntur interpretatio, hanc quoque conuentionem admittit*) ſimilis eſt text. in *leg. 1. Cod.
quando liceat ab emptione diſcedere*, in qua Bald. & Caſtrenſ. dicunt quod ſi habitus eſt
46 bonæ fidei, & priuatio eſt quoque bonæ fidei. † Secundo, quoniam eiuſdem virtutis
eſt diſtractus, cuius eſt contractus, ꝑpterea ſicut contractus probat iuſtũ titulũ ad vſu-
capiendũ, ita & diſtractus, *Iaſ. in l. Pomp. §. propterea. ff. de acq. poſſ. l. ſi hominẽ. ff. de vſucap. l. ſi
duo ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.* Bald. *in l. 1. Cod. de vſucap. transform.* & quemadmo-
dum per contractum aliquis ſortitur forum in loco, in quo contrahit, *l. hæres abſens.
§. ſi quis tutelam & §. proinde ff. de iud. Ang. Iaſ. Alex. in d. l. Pomponius. §. præterea* ita & in
47 loco diſtractus. Tertio, accedit, quod diſpoſitum in contractu, † obtinet etiam
in diſtractu & ideò *authentica ſacramenta puberum Cod. ſi aduerſ. vend.* licet ſit exorbitans
48 & loquatur † in contractibus, porrigetur tamen ad diſtractus per gloſſ. ibi, quam
Dyn. Bartol. Bald. & alii ſequuntur in eo text & ſingularem dicit *Bald. in Rubr. extr. de
iureiur.* hinc *Franciſcus Aret. in l. ſi quis cum alter col. 6. ff. de verb. obligat.* affirmat diſpoſi-
tionem quantumuis exorbitantem, & correctoriam in contractu, locum habere
etiam in diſtractu; quare Bartolus recte in *l. Pomponius numero 9. ff. de neg. geſt.* aſſerit
circa diſtractum dolo initum eandem habendam eſſe diſtinctionem doli diſtribuen-
tis cauſam, vel incidentis. Adductis autem argumentis ex aduerſo, videtur ſatisfa-
ctum ex fundamentis communis ſententiæ. Nam ſi diſtractus eſt bonæ fidei, quan-
do contractus eſt bonæ fidei, conſtat non eſſe in omnibus contraria, imo quo ad i-
ſtam qualitatem maxime conuenire, quæ ſola qualitas eſt in cauſa, vt ipſo iure vitie-
tur, perſpicuum eſt etiam quod non ſunt penitus ſeparatæ, ſi in hoc articulo bonæ fi-
dei conſentiunt. Vim quoque non habet alterum argumentum de inſinuatione,
49 quippe quia regulariter ſolemnitas requiſita in contractu † eſt neceſſaria in diſtra-
ctu, *l. ſi ad reſoluendam C. de prædiis minor.* qua ſancitum eſt decretum iudicis, eſſe æque
neceſſarium Minori in obligatione rei immobilis, ac in diſtractu eius obligationis,
quem textum dicit ad hoc eſſe notabilem *Bald. in l. præſes col. 2. verb. idem apparet Cod. de
tranſact. in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact. & conſ. 220. proponitur lib. 1.* cum multis congeſtis à *Ti-
raquell. de legibus Connub. gloſſ. ver. numero* 11. & caſus inſinuationis deductus non ob-
ſtat propter diuerſitatem rationis, in contrahenda, & diſſoluenda donatione, ceſſat
enim ratio fraudis in diſſoluenda donatione, cuius intuitu inuenta fuit inſinuatio in
donatione perficienda vt animaduertit Euerardus in loco à contractu ad diſtractum
numero vndecimo. in fin. Ad *l. 3. de except. & præſcript.* idemmet. *Bald.* reſpondet
nempe quod loquitur de replicatione doli præcedente, ſcilic. aliqua exceptione in-
tentionis, vel facti.
50 Hæcquoque † concluſio in diſtractu reſtringitur ex intentione, *Bart. & Caſtr.
in l. ſi maior Cod de dolo*, vt non procedat quando diſtractus eſſet eiuſmodi, qui ſtatim
ſecum traheret exequutionem. veluti, ſiquis dolo inductus repudiaret hæreditatem,
in hoc enim diſtractu, protinus venit exequutio; amiſit enim repudians iura hæred.
in actu repudiationis, hoc ſane caſu diſtractus, non annullatur ipſo iure, ſed reſcindi-
tur per actum doli, & rationem differentiæ pulchre explicat *Caſtrenſ. d. l. ſi maior*, in qua
facit generalem concluſionem, tam in contractibus quam in diſtractibus bonæ fidei,
vt dolus dans cauſam, non annullet ipſo iure quoties contractus bonæ fidei trahit ſe-
cum exequutionem, vt aditio hæredis nam actione doli reſcinditur, ſic & diſtractus

ſecum ducens ſuam exequutionem, vt in propoſito exemplo repudiationis; Planè,
hæc limitatio, tam in diſtractu quam in contractu, habet contradictores, vt oſten-
dimus ſupra in quæſt. illa, an dolus dans cauſam, annullat ipſo iure contractum bonæ
fidei, in fine.

51 Quæſt. 11. Huc etiam pertinet illa quæſtio, vtrum † dolus dans cauſam contractui
bonæ fidei illum annullet in totum, reſpectu vtriuſq; contrahentis, An vero quo ad
decipientem tantummodo, ita quòd ſi deceptus velit, teneatur decipiens ſeruare cõ-
tractũ, & ſane videtur irritare abſolute ꝓ parte vtriuſq; ex notiſſima iuris regula, quod
contractus non debent claudicare l. 1. ff. de reſcind vend. l. litigatores. ff. de arbit. l. ſi cum dies.
§. vnde eleganter. ff. eo. ibi abſurdũ eſſe, viſum eſt, in alterius pſona ratũ eſſe alterius non,
etiam ratio eſt, vt dicebat Bald. conſ. 18. natiſſ. eſt li. 1. Quia illud quod claudicat iuſtũ non
eſt. Secundo fauet quia dolus eſt contrarius bonæ fidei l. 3. in fin. ff. pro Soc. & bona fides
eſt de ſubſtantia cõtextu bonæ fidei, Bar. in l. ſub prætextu. n. 8. C. de tranſact. Gomeſ. in §. a-
ctionum. n. 12. Inſt. de actio. & ideo deficiẽte bona fide deficit ſubſtantia cõtractus proin-
de non debet valere pro parte cuiuſpiam, Cæterum Dd communi voto ſentiunt con-
trarium ſequuti gloſſ. in l. & eleganter in princ. in verb nullum, & in verb ipſo, & ibi Bart. &
52 Bald. quæ in tract. Dot. priuileg. 35. nu. 1. in fin. infert quod mulier a marito † in dote decepta
poterit reſcindere contractum, vel ſtare contractui gloſſ. præterea in l. à Diuo Pio. ff. de ritu
nupt. in l. eo cauſa lect. 2. ff. de Minor. in l. iuriſgentium. §. prætor ait, vbi Alex. & Iaſ. ff. de pact.
Iaſon in l. tranſactione Cod. de tranſact. Igneus in l. contractus. ff. de reg. iur. Feder. de Senis conſ.
89. puto. Caſtrenſ. conſ. 295. ſi dicta col. 1. l. 2. Tiraq. de leg. Connub. gloſſ. 8. nu. 93. Ruy. conſ. 198.
num. 12. lib. 1. Benincaſa. §. actionum. numer. 263. Inſt. de actio. Capra reg. 87. num. 36. Canon.
maxime Abbas in c. cum dilecti col. 2. de Empt. & Vendit. Fely. in c. dilectis cl. 2. verb. Tertio
facit de reſcript. Archid. & Aret. in c. 1 extr. de probat. Dec. in c. cum inter in 6. not. extr. de ex-
cept. Ratio eſt propter odium doloſi, & fauore decepti Iaſon in d. l. tranſact. numer. 5. C. de
tranſact. probatur a ſimili ex doct. Bald. & Saly. in l. 1. C. plus valere quod agitur, quod ſi ex
53 duobus contrahentibus alter tantum ſimulabat, is qui vere contrahebat poteſt cogere
ſimulantem, velit, nolit, ſtare contractui, ſimile eſt etiam quod conſuluit Ancar. conſ.
141. ſuper prædicto. quod ſi actum ſit, vt ſi contraueniretur contractui, contractus ſit
nullus. Vno contraueniente poterit alter cogere aduerſarium contrauenientem vrge-
re ad implendum, & ſequitur Fely. in d. c. cum dilectus cl. 2. & in c. tuis quæſtionibus col. 1.
extr. de teſt. Confirmatur tandem ex generali regula quod ſcilicet vbicunque contra-
54 ctus annullatur fauore alicuius & is velit ſtare contractui, non poterit contra † illam
nullitas allegari Bart. conſ. 139. viſa quæ d. col. 3. congruit tex. in l. cum interdictis C. de arbitr.
Tut. vbi Minor poteſt approbare contractum, alias nullum defectu ſolemnitatis & co-
gere emptorem, vt precium reſtituat, multaq; in hanc ſententiam ſimilia cumulat Ti-
raq. de leg. Connub. gl. 8 quæſt. 10. n. 91. vſq. ad n. 98. & in l. ſi vnquam in ver. ſi reuertatur. n. 10.
C. de reuo. don. Iaſ. in d. §. actionum. num. 43. inter quæ recenſet illud quod manumiſſio in
fraudem creditorum eſt nulla, quo ad ipſos creditores, ſed quo ad manu mittentẽ, va-
let, & hoc modo videtur obtinere dictũ Butris in c. dudum. n. 26. de Conuer. Coniug. quod
dolus dans cauſam non obligat deceptum, ſed decipientem ſic ſi velit aduerſarius.

Nec officiunt, quæ ſunt dicta ex aduerſo, etenim regula quod contractus non de-
55 bet claudicare in multis, † perdit officium ſuum, nempe fauore pupilli, fauore filio-
rum, fauore Eccleſiæ, fauore Principis, nec non odio doloſi, vt limitat Silueſtr. Aldo-
brand. in §. 1. n. 33. & 34. Inſt. de Auth. Tutor. ratio limitationis eſt ad compeſcendos do-
loſos, callidi enim & doloſi homines videntes ob dolum nihil poſſe conſequi, libenti-
56 us abſtinent a machinationib. ſecundũ fundamentum verificatur † in decipiẽte, nam
deceptus bonã fidẽ habet, & legis eſt diſpenſatio in perniciem doloſi, vt ex vno latere
ſuſtineatur, vt ſcilicet iuxta vetus adagium, malum conſilium fiat conſult. peſſimum.
Porrò a. limitatur hæc concluſio, vt locum non habeat, quando contractus non va-
let non tantum propter odium doloſi, & fauore decepti; ſed quia lex reſiſtat actui, tex.
eſt in ſimili in l. à Diuo Pio. ff. de ritu nupt. ſentit Tiraq. d. gloſſ. 8. num. 49 in verb. niſi alias, lex
reſiſteret, facit apoſtill. in l. Iulianus. §. ſiquis colludens in verb. dolo. de act. empt. vbi multa
cumulans ait non eſſe in poteſtate cuiuſque contrahentium, alterum compellere ad
obſeruantiam Benincaſa in §. actionum. numer. 265. vbi multa Capra cancl. 87. numer. 37.
imo ſi conſentirent ambo adhuc ſortiri effectum, non poſſet gl. in d. l. à Diuo Pio, pleni-
us Alex. in l. iuriſg. §. prætor ait. ff. de pact. latiſſime Franciſcus Niconius inter repet. in Rub. ff.
ſol. matr. num. 141. verb. eſt bene.

Quæſt. 12.

Quæſt. 12. Data vero communi ſententia reuocatur iu dubium, vtrum iſte dece-
57 ptus poſſit à doloſo compelli, † vt declarationem faciat, an velit firmum habere con-
tractum an vero irritum reddere, & æquius eſſe videtur, vt cogi non poſſit. Etenim
fauori eius iſte contractus non valet, & ita demum ſi velit non tenet, quare ſicut inuito
58 beneficium non datur ita ſuo beneficio vti nemo compellitur † argumento *l. inuito.*
ff. de reg. iur. & probarur exemplo mulieris quæ non vrgetur declarare, nunquid ve-
lit vti Velleiano, ſicut nec filiur compellirur explicare, vtrum velit vti Macedon.
In contrariam ſententiam communi ſuffragio itum eſt quam probat *Bart. in l. Iulianus.*
§. ſi quis à colludente. ff. de act. empt. Alexand. in l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pact. Iaſon in
l. tranſact. numer. 9. C. de tranſact. & in §. actionum. num. 42. verb. an dolo deceptus. Probatur
59 autem ex vulgat. reg. quod ſibi non nocet, & † alteri prodeſt concedendum eſt de fa-
cili *l. 2. §. item variis. ff. de aqua pluu. arce. l. in creditore. ff. de euict.* quam exornat. *Bar. in l. ſicut.*
ff. de ſeruit. Men. de Arbit. Iud. cauſ. 237. n. 19.

Hæc declaratio non nocet declaranti, & prodeſt ei, qui declarationem petit, vt
ſciat vtrum ius habeat ex illo contractu. Secundo munitur ex *l. Iulianus. §. ſi quis à col-*
ludente. ff. de action. empt. ibi ſi quis à colludente procuratore meo, ab eo emerit an poſ-
ſit agere ex empto, & puto hactenus, vt aut ſtetur empt. aut diſcedat, & ibi Bart. tradit
formam agendi contra deceptum, vt declaret voluntatem ſuam, probatur etiam ex
doctrina. *Bart. in l. ſi quis Cod. de Decur. libr.* 10. & nos vltra alleg. leg. quod tibi non nocet
&c. cõfirmamus alia ratione: Etenim ſi doloſus agat ex illo contractu quaſi valido, Aut
deceptus obiicit exceptionẽ nullitatis, aut dicit velle ſtare conuentioni, aut tacendo
nullam oppoſitionem fecit, certe omni modo erit declarata voluntas decepti; Non
habet vim argumentum contrarium ex rationibus communis ſententiæ, quibus et-
iam probatur mulierẽ, & filium compelli poſſe ad declarandũ. Nunquid vti velit be-
neficio Velleiano, & Macedonian. & ampliatur communis opinio, vt obtineat etiam
60 in minore circumſcripto, nam & ille cogitur declarare, † nunquid velit ſtare contra-
ctui *Bart. in d. §. ſi quis à colludente.*

Quæſt. 13. Vltimò quo ad contractum bonæ fidei, quæritur quid iuris ſi celebre-
61 tur de pluribus rebus & in earum vna interuenerit † dolus dans cauſam, puta quia illã
non erat venditurus niſi dolo fuiſſet inductus, vtrũ annulletur contractus in totũ, an
v. quo ad illam rem tantum: Excitat hoc dubium *Bald. Nouellus in tract. de dot. priu. 35. n. 2.*
parte 7. & in l. ſcire debemus. ff. de ver. obl. & ibi concludit, vitiari contractũ, quo ad illã rem
nõ in totũ, dicens ita eſſe declarandã *l. & eleganter.* Ratio ſumitur ex *d. l. ſcire debemus*, q̃a
tot videntur eſſe emptiones, quot res vẽditę, confert reg. per inutile *col. l. 1. §. ſi quis. ff. de*
ver. obl. ſuffragatur in ſimili, q̃ defectus inſinuationis non irritat totã donationem, ſed
quo ad illam partẽ, quæ excedit quingentos ſolidos *l. Sancimus C. de don. Plane* Baldi ſen-
tentia admodũ eſt æqua, ſi in venditione plures ſint res comprehenſæ, ſub diuerſo pre-
cio, vel in locatione contẽtę ſub diuerſa mercede; ita vt res quælibet ſuũ precium, vel
ſuã habeat mercedẽ tunc enim vere militant ſupra deductæ rationes, cæterũ ſi plures
res vnico precio vendantur, ſubſiſto, & inclino magis in aliam ſententiã, indiuiduus n.
actus tunc eſt; vera indiuidua ſubſtãtia in vno precio conſiſtens quare non poteſt pro
parte vitiari, quin annulletur in totum *l. Iulianus. ff. ad exhibend.* diuiſio enim formã cor-
rumpit *Bal. in l. ſi ſeruus. ff. ſi quis caut.* eſt enim indiuidua *l. hæredes palam. §. fin. de teſta. l. ſi is*
qui, & ibi Bald. in princ. not. ff. eod tit.

Hactenus de dolo dante cauſam contractui bonæ fidei, redeamus ad dolum in
contractibus ſtricti iuris, qui cum illos irritet ope tantum exceptionis, quẽadmodum
oſtendimus ſupra, infertur quod dolus tribuens cauſam Delegationi, non ipſo iure,
ſed ope exceptionis irritabit illam, ſtricti enim iuris eſt cum fiat per ſtip. *l. delegare. ff. de*
nou. l. dolo C. de inutil. ſtipul. ita tradit *Imol. in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. num. 8. ff. ſoluto ma-*
62 *trim. & Rom. ibi. num. 2.* vbi limitat in Delegatione, quæ fiat cauſa dotis, ſiquidem † ſta-
tim annullatur fauore dotis per eum tex. quem dicit eſſe ſingularem Rom. ratio vide-
tur, quia ſtip. in cauſa dotis, ſine qua non conſiſtit delegatio, ſaperet naturam bonæ fi-
63 dei. *§. fuerat Inſt. de act. l. vni C. de rei vxor act.* Idemq; iuris eſt in acceptilatione, † cui de-
derit cauſam dolus, nempe quia fit per ſtip. *Bald. in l. ſi ſuperſtite C. de Dolo*, merito, nec ip-
ſa irritabitur ipſo iure, ſed hic oportune quæritur, An dolus dans cauſam exceptioni
64 acquirendæ † vtrum annullet acquiſitionem ipſo iure, an vero ope replicationis, cer-
te videtur quod ipſo iure, ea ratione quod exceptio ſua natura procedit ex æquitate *l.*
qui æquitate. & ibi gl. ff. de doli exceptione. Federicus Senenſis conſil. quinto. caſus eſt talis, quidam

clericus col.3. Bart. in l. ſi vnus. §. fructus ne peteret. ff. de pact. hinc *Signor. conſ. 139. col. 2. verb.*
65 *& quod hoc.* inquit æquitatem matrem eſſe † exceptionis & *Azzo. in ſum. tituli de exceptio.* ait omnem exceptionem inniti æquitate, *Angel. Aret. §. 1. col. 6. verb. capiamus 3. Inſt. de except.* dicit omnem exceptionem eſſe fauorabilem quamquam hoc repugnet exceptioni Macedoniani, quæ eſt odioſa, *l. qui exceptionem ff. de except.* & ibi gloſ. tradit, eam quoque exceptionem quamuis odioſam, nunquam carere tamen æquitate, proinde videtur propter dolum ipſo iure impediri, cum nihil magis repugnet æquitati, quam dolus, *l. 3. ff. pro Socio* huc pertinent, quæ tradit *Roman. in l. poſtquam C. de pact. & Tiraq. de retractu conſanguineo. §. 35. gloſſ. 1. num. 5.* infertur præterea quod dolus dans cauſam pacto de non petendo, vel de non mouendo controuerſiam, non irritabit
66 promiſſionem ipſo iure, ſiquidem pacta nuda † ſunt ſtricti iuris; Quare cum valeant ipſo iure, producent ex natura ſua exceptionem, *l. iuriſgentium §. ſed cum nulla. ff. de pact.* ideoque opus erit replicatione aduerſus dolum, *Corne. in l. cum poſtea. C. de pact. & ibi Roman. & Claud.* Aucar. *Butrius,* Imola, *Panormit. in cap. penultim. extra, quod metus cauſ.* & putant eſſe exemplum in *l. cum a te ff. de dolo,* verum ſunt, qui dubitent, quo modo pactum de non petendo ſit ſtricti iuris, cum non ſit contractus, *& d. l. cum à te.* ſatis ſit remota à propoſito articulo, etenim ibi nullum eſt pactum de non petendo, ſed non eſt ſolutio in abſcondito, quia cum pactum de non petendo obliget paciſcentem non petere, atque ita producat obligationem ſuccedit regula, *l. omnem. ff. de actio. & obligat.* ſcil. omnem obligationem pro contractu reputari, ergo ſtricti iuris, cum non ponatur in § *actionum Inſtit. de actio.* nobis videtur quod pactum de non petendo ſit aliquando bonę fidei aliquando ſtricti iuris, & eſt veluti diſtractus illius contractus per quem licebat petere, diſtractus autem eſt actionum eius naturæ, cuius contractus, vt copio-
67 ſe ſupra probatum eſt, infertur etiam quod dolus dans cauſam † renunciationi, non vitiabit ipſo iure, *Bald. in l. penultim. Cod. de dolo.* ratio eſſe videtur: quia renuncians donat, donatio vero eſt ſtricti iuris, neque enim reperitur in *d. §. actionum.* infertur præterea ad tranſactionem cui dolus cauſam dederit, an ſit ipſo iure nulla, ſanè *Bar-*
68 *tol. in l. ſub prætextu numero ſexto. Cod. de tranſaction.* inquit interpoſitam † tranſactionem ſuper contractu bonæ fidei eſſe eiuſdem naturæ, cuius eſt ille contractus, factum vero ſuper contractu ſtricti iuris, naturam illius aſſumere. Quare interdum tranſactio nulla erit ipſo iure, interdum infirmabitur ope exceptionis & quo modo ſuccur-
69 ratur decepto † vltra ſupradicta, tradit *Benue. Stracha de ſponſio. fol. 120.*

In dubium etiam vocatur quod ſi dolus dederit cauſam contractui geſto cum
70 minore qui dolo Aduerſarii dixit ſe maiorem, & iurauit an detur † reſtitutio, *Caſtr. in l. de Tutela Cod. de in integr. reſtit.* ſed latius *Odd. de reſtitutione in integr. quæſtion. 24. articulo quinto.* Tractatum eſt hucusque de dolo dante cauſam contractui, de dolo dante cauſam teſtamento nec non ſtatuto atque ſententiæ dicendum eſſet ex ordine, ceterum opportuniori loco, hæc abſoluemus, ſcil. quando de his rebus agemus in quibus dolus committitur.

De Dolo incidente.

1 *Quid ſit dolus incidens ex intentione Capra, & Gomeſii.*

2 *Quid vero ex mente Authoris.*

3 *Dolus incidens an idem operetur in contractu bonæ fidei, ac ſtricti iuris.*

4 *Ob dolum incidentem agitur ad ſupplementum.*

5 *Ratio cur dolus incidens, non annullet contractus bonæ fidei ex Gomeſio.*

6 *Alia ratio ex intentione Authoris.*

7 *Dolus incidens non vitiat ipſo iure contractus ſtricti iuris, & quæ ſit ratio.*

8 *Dolus iſte, tam in contractu ſtricti iuris, quam bonæ fidei producit exceptionē doli.*

9 *Dolus incidens an operetur pro re minoris valoris, quam duorum aureorum.*

10 *Actio doli non datur pro re minoris valoris, quam duorum aureorum.*

11. *Vtrum ob dolum incidentem in contractu emptionis, vel locationis perdatur electio competens ex* l. 2. C. de reſcind. vend.

12 *Doloſus perdit ſua priuilegia, & maxime priuilegium.* l. quoties C. de rei vend.

13 *Communis opinio eſt, non amitti electionem* d. l. 2. *ob incidentem dolum.*

14 *Vtrum dolus incidens annullet ipſo iure cōtractum dotis, contractus dotis propter metum ipſo iure non valet.*

15 *Dolus*

15 *Dolus incidens, & Dolus dans cauſam, vterque dolus eſt ex propoſito.*

16 *Non omnis dolus ex propoſito annullat ipſo iure contractum.*

17 *Dolus re ipſa aequiparatur dolo ex propoſito, qui dicitur incidens, non dolo ex propoſito qui dedit cauſam.*

18 *Dolus re ipſa comparatur dolo ex propoſito quo ad reſcindendum, non quo ad annullandum, & in contractibus ſtricti iuris.*

Relinquitur, vt de dolo incidente tractemus, de quo agitur in omnibus his locis, in quibus oſtendimus ſuperiori capitulo tractari de dolo danre cauſam, & propterea in gl. *l. dolo C. de reſcind. vend. in l. Iulianus. §. ſi venditor. ff. de actio empt. Capra concluſione 87. num. 59. Hoſtien. in tit. de dolo, & contum. in §. qua ſit poena, & ibi Apoſtill. in lit. f. Bald. in l. 7. ff. de dolo Cagn. in l. 2. num. 17. & num. 50. C. de reſcind. vend. Gomeſ. de contract. c. 2. num. 2. Caſtrenſ. & gloſſ. in l. ſiquis cum aliter. ff. de verb. oblig.* videamus ergo qui ſit dolus incidens, deinde an diuerſos effectus producat in contractu ſtricti iuris, & bonae fidei, mox alias materiae congruas quaeſtiones exponemus.

1 Quo ad primum quid ſit dolus incidens † *Capra* per exemplum magis, quam per definitionem declarat. dicens dolus incidit in contractu, puta cum haberem aliquem Mercantiam perſuaſiſti vt viderem illam eo colore, quod literas haberes, quibus ſignificabatur multas eiuſdem generis Merces in eundem locum venturas, propter quod induxiſti me, vt venderem minori precio, licet alias eſſem venditurus, vel perſuaſiſti, vt emere cariori precio quia doloſe affirmabas multas eius qualitatis merces periiſſe, naui tempeſtate maris ſubmerſa, quare tuis perſuaſionibus captus, carius emi, ecce hic dolus incidit in contractu, cum alias eſſem empturus, ſequitur *Gomes. in §. actionum num. 12. Inſtit. de actio verb. ſed quando dolus incidit.* inquiens dolum incidentem eſſe, quando ego alias rem meam venditurus, tua doloſa perſuaſione minori pre-
2 cio vendidi tibi ementi, ipſe vero † ita puto dicendum dolus incidens eſt machinatio fraudulenta, ad eum, qui alias negocium erat geſturus in re, ſuper qua contractus geritur, circumueniendum adhibita: ad ſubſtantiam enim iſtius doli requiritur, quod ille, qui decipitur non inducatur doloſe ad contrahendum ſed cum ipſe haberet animum contrahendi dolus interpoſitus fuerit in re deducta in contractu, veluti in re, & precio, quando ſit contractus emptionis vel in re, vel mercede ſi fuiſſet contractus locationis.

Quaeſt. 2. Ad ſecundam dubitationem videtur reſpondendum idem iuris eſſe in hoc dolo, & in eo qui dat cauſam, vt ſcil. contractum bonae fidei annullet ipſo iure
3 † conuentionem ſtricti iuris ope exceptionis, ea ratione quod vterq; dolus incidens, & cauſam tribuens eſt dolus ex propoſito, vt vberius exponemus in fine huius capitis; dolus autem ex propoſito annullat ipſo iure, vel ope exceptionis, ſecundum datam a nobis diſtinctionem bonae fidei & ſtricti iuris. Verum contrarium communiter deciditur, nempe ex dolo incidenti, nullum contractum ipſo iure vitiari, *Ieſ. Caſtr. & alii in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Caſtrenſ. conſ. 74. num. 2. & 3. vol. 1. Imol. in c. cum dilecti col. 3. de empt. & vend.* aſſerens ita eſſe commun. opinionem. cui conſequens eſt nullam eſſe differentiam, quo ad hunc dolum inter contractus bonae fidei, & ſtricti iuris, eo excepto, quod dolus iſte in contractu bonae fidei vendicatur actione ex eo contractu in conuentione ſtricti iuris, vel agitur actione de dolo, vel de dolo excipitur; *Gomeſ. in §. actionum num. 12. Benincaſa ibi num. 247. Capra vbi ſupra num. 60.* dicens in con-
4 tractu emptionis ob dolum incidentem agi ad ſupplementum † reſidui, vel ad reſtitutionem quanti pluris argumento *l. Iulianus. §. ſed & ſi venditor. ff. de actio empt.* per actionem ex illo contractu, non de dolo, & copioſe tradit *Pinell. in l. 2. part. 2. num. 12. C. de reſcind. vend.* ratio vero diſcriminis, cur dolus dans cauſam annullet. incidens
5 vero minime, ea redditur † à *Gomeſio in d. §. actionum num.* 12. quoniam dolus tribuens cauſam, repugnat conſenſui bonae fidei, quae à principio debet in contractu interuenire, & ſuper ea contractus fundari, & ideò tanquam ſubſtantia deficiente contractus eſt nullus argumentò, *C cum hi §. ſi praetor. ff. de tranſ. l. eius qui ff. de appell. recip. l. cũ precario. ff. de precaria.* ſed quando dolus eſt incidens, dolus nõ fuit adhibitus circa conſenſum quoniam fuit liber, & purus ab initio, cum alias eſſet contracturus, ſed tantum fuit adhibitus circa valorem rei, ideò non annullat ipſo iure, Caeterum haec ratio non videtur vndique tuta, ſupponit enim dolum annullare contractum bonae fidei, ob defectum conſenſus, vt etiam dixit *Capra ſupra citato loco numer. 40.* Quod aſſerit eſſe falſum *Bart. in d. l. & eleganter num. 6. verb. & illa ratio. ff. de dolo.* apertiſſimo fundamento;

ſiquidem & contractum ſtricti iuris annullaret, ſicut in antecedentibus expoſitum
eſt, cum omnis contractus defectu conſenſus irritetur ipſo iure *l. 1. §. adeo. ff. de pact. Be-*
6 *neaſa de actio. §. actionum num. 245.* Proinde tutius † eſſe credo dicere quod ſubſtantia
contractus bonæ fidei, in bona fide conſiſtat, vnde & nomen accipit rei, vt oportet
conſentaneum *Bart. in l. ſub prætextu num 6. C. de tranſact.* Dolus autem dans cauſam eſt
contrarius bonæ fidei *l. 3. ff. pro ſocio*, ideo deficiente bona fide propter dolum deficit
quoq; ſubſtantia, merito iure non conſiſtit; Nec ratio ceſſat non ſolum in ſtricti iuris
contractibus, ſed etiam in bonæ fidei iudiciis ob dolum incidentem, etenim cum re-
ſpiciat rem in contractu deductam, precium ſcilicet rem vel mercedem, non deſtruit
bonam fidem. ideo nec ſubſtantiam, quid igitur mirum ſi non deſtruatur ipſo iure; E-
tenim emptio licet ſequuta, ſit deceptio in precio. Item locatio, licet ut fraus in mer-
cede, non deſinit eſſe bonæ fidei argumento *l. 2. C. de reſcind. vend. l. in cauſæ. §. idem Pom-*
7 *ponius ff. de Minor.* Ex his infertur dolum incidentem † non vitiare ipſo iure contra-
ctum ſtricti iuris & probatur aperte ex *d. l. ſi quis cum aliter* & ibi Iaſo expendit in *2. not.*
reddens rationem a maiori, etenim dolus tribuens cauſam contractui ſtricti iuris, il-
lum non annullat ipſo iure *l. dolo. C. de inutil. ſtipul.* quanto minus vitiabit dolus incidẽs,
qui longe debilior eſt, præterea ſi dolus iſte, non irritat contractum bonæ fidei qui
rumpitur facilius, quanto minus infirmabit conuentionem ſtricti iuris, ex quibus col-
ligitur, quo ad contractum ſtricti iuris parui referre an dolus dederit cauſam, an ve-
ro inciderit: ſemper enim integra manet conuentio, & ſuccurritur decepto per ex-
8 ceptionem doli.†

Quæſt. 3. Non incongruenter hic quæritur an dolus incidens præbeat actio-
nem etiam quando deceptio eſſet in modica ſumma, nempe infra duos aureos, & ſa-
9 ne potior † videtur ſententia negatiua ex *l. ſi oleum. §. fin. ff. de Dolo.* inſpecta eius legis ge-
neralitate. & ſecundū hanc reſpondit *Crementis in l. 2. numero. 151. Cod. de reſcind. vend.*
Qui loci, ait quod etſi pro dolo incidenti, agi poſſit vbi minor ſit læſio, quam in dimi-
10 dia, tamen debet excedere † valorem duorum aureorum; contrarium probat *Pinel. in*
d. l. 2. parte 2. cap. 2. num. 15. adductus illa ratione, quia ob dolum incidentem non agitur
actione doli, ſed actione ex eo contractu *l. Iulianus in princ. & in §. ſi vẽditor, & in l. ex em-*
pto. §. ſi quis virg. ff. de act. empt. gloſſ. alt. in l. dolus, C. de reſcind. vend. Etenim quoties non a-
gitur actione doli, ceſſare debet regula duorum aureorum, quod placet etiam *gloſſ.*
in d. l. ſi oleum. § fin. quæ definit pro minori quantitate dari actionem in factum ceſſante
actione de Dolo. Quare Pinellus nominatim reprehendit *Crem. in d. loco*, ex allegato
fundamento.

Quæſt. 4. Hic quoque oportune reuocatur in dubium, vtrum ob dolum inci-
dentem perdatur optio ex *l. 2. Cod. de reſcind. vend.* quemadmodum accidit ob dolum
11 dantem cauſam: † Nam cum hic dolus reddat ipſo iure nullum contractum *l. eleganter*
ff. de Dolo, dubitandum non eſt emptorem volentem ſuppletur audiendum non eſ-
ſe, cum venditio nulla ſit, & procedit etiam in creditore qui doloſe vendit pignus, &
emptor fuit particeps fraudis, quo caſu aduerſus emptorem debitori competat actio,
nec auditur ſi velit precium ſupplere, ſed præciſe cogitur reſtituere per *gloſſ. notat*: &
receptum in *l. pen. Cod. ſi de vend. pignor.* agatur *Cagn. in d. l. 2. num. 211. Pinell. ibi in 2. parte*
cap. 3. num. 11. Dubitatur ergo, quo ad dolum incidentem, & ſane *Caſtr. in d. l. 2.* putat ob
hunc etiam dolum d. optionem perdi, & præciſe rem eſſe reſtituendam, & eum ſecu-
tus *Cremenſis ibi num. 14. & num. 151.* dicit egregiam eſſe declarationem. *Paul. ad Deciſ. d.*
l. ... dicta electio conceditur, quando læſio re ipſa committitur vt ſupra in præce-
denti diuiſione in *cap. de Dolo.* re ipſa, non autem quando vltra læſionem dolus incide-
rit, vel læſio ex dolo prouenerit, tunc enim ceſſat electio, quæ datur conuento, & hæc
opinio fundata eſt authoritate gloſſ. in *dict. l. pen.* in qua creditor vendit doloſe pignus,
emptore fraudem participante, & cum ille creditor eſſet venditurus, dolus interue-
niens merito dicitur incidens, ait gloſſ. optionem emptori non dari ſi fuerit à debito-
12 re in iudicio conuentus; Munitur etiam ratione, quippe doloſus amittit omnia † priui-
legia, quæ eſſet non commiſſo dolo habiturus *Rom. in l. etiam filii. §. licet. ff. ſolut. matr.* vbi
maritus ob dolum perdet priuilegium, ne conueniatur niſi in quantum facere poſſit,
Alexand. in l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de public. Marſil. in l. duobus. ff. de falſis; dicentes
propter dolum amitti beneficium *leg. quoties. Cod. de rei venditione.* Confirmatur, nam
cum dolus incidens, committatur in re, vel precio, committetur circa ſubſtantiam
contractus. *§. primo. & ſequent. Inſtitut. de emption. & vend. l. prima. ff. de Contrahend. em-*
ptione

ption. merito doloſis amiſſa facultate eligendi rem præciſe compelletur reſtituere.

33 Contrarium tamen ſentiunt † Dd. communiter in *l. Dolus C. de reſcind. vend. Bald. in d. l. 2. col. 1. in 5. opp. Paulus in l. item ſi precio. §. fin. ff. locati. Gloſſ. & omnes Canon. in c. cum dilecti extr. de empt. & vend. Anth. Burg. in c. cum cauſa. numer. 6. extr. de empt. & vend.* nempe quod res vendita, vel in contractu deducta, nunquam reſtituitur, ſed damnum dolo incidenti datum reſarcitur emptore ſupplente quod iuſto precio deeſt, vel venditore reſtituente, quod plus iuſto precio acceperat, non autem datum precio reperitur, id quod probat etiam *Capra d. reg. 87. numero* 60. & poſt eum *Pinel. d. l. ſecunda parte ſecunda cap. 2. numero* 11. & 12. Suffragatur aperte huic ſententiæ. Textus in *l. Iulianus. §. ſi venditor. ff. de act. empt.* ſi venditor inquit dolo facit, vt rem pluris vendat, puta de artificio mentitus, aut de peculio, empti eum iudicio teneri, vt præſtet emptori, quanto pluris ſeruum emiſſet, ſi ita peculiatus eſſet, vel eo artificio inſtructus, & in *verbo per eo itrartum.* Emptor dolo perſuaſit venditori rem minime valere, tenetur emptor reſarcire, quanto pluris res vendita valebat, & ibi ſumus in dolo incidenti, vt gloſſa perpendit, confert *tex. in dict. l. dolo Codic. de reſcind. vend.* quem citat *Pinell. dicto loco. numero* 12. & *numero* 13. dicens conſultius eſſe agere ratione talis doli, ſi probari poteſt quam remedio *d. l. 2.* Quandoquidem in hoc requiritur exacta probatio læſionis vltra dimidiam in damno vero propter dolum quælibet læſio emendatur ſecundum omnes in *d. l. & eleganter* & *in d. c. cum dilecti Bal. in d. l. 2. in 5. opp* nec faciunt negocium allegata in contrarium: Etenim *gl. in d. l. pen. C ſi vendito pig. agatur*, loquitur in caſu valde diuerſo & ſingulari vt oſtendūt illa verba gl. hic non erat Dominus, qui vēdebat, & ſic fraudulenter, ibi emptor, & venditor ſimul fraudulenter diſtrahebant pignus debitoris, hic venditor dominus erat & ob dolum incidentē fuit læſus in precio, Merito ibi creditore exiſtente non ſoluendo agi debitor in ſubſidium contra emptorem precio reſtituto recuperat rem cum fructibus *d. l pen. cuncta l. 1. eod tit.* vim quoque non habet, quod ſecundo loco vltra Dd. afferebatur, ſiquidē quamuis res, & precium ſint de ſubſtantia emptionis intellige, vt ſe res, & precium conſtituatur, eſt de ſubſtantia, ſed tātum precium maius, vel minus non eſt & ita *l. in cauſa. §. idem Pomp. ff. de minor d. l. 2. col. dolo C. de reſcind. vendit. & d. l. Iulianus. §. ſi venditor*, niſi precium eſſet in vno nummo *l. imaginaria vbi Dec. & Cag. ff. de reg. iur.* Intelligenda autem communis opinio videtur, vt Reus conuentus ob dolum incidentem non cogatur preciſe rem reſtituere ſed ſupplere quod deeſt iuſto precio, vel reſtituere quod plus iuſto accepit, ſed non videtur habere electionē vt ſi velit rem reſtituat ex *d. l. Iulianus. §. ſi venditor*, & colligitur ex *Pinell. d. l. 2. parte 2 n 12. & n. 13.* Nam ſemper agitur in *d. l. Iulianus*, vel ad ſupplendum precium, vel ad reſtituendum quod plus iuſto precio receptum eſt, quare corruit Pauli, & Crem. opinio exiſtimantiū rem eſſe preciſe reſtituendam cum e contra læſus non agat, niſi ad precium, vt firmat com. ſchola *Dd.* Infertur quoq; ex antedictis læſionem contingentem ex dolo incidenti, non ſolum emendari inter perſonas Eccleſiaſticas in foro Eccleſiaſtico, ſed etiam in ſeculari, & inter perſonas ſeculares, *Pinellus loco proximè citato nu. 14.*

Communis illa traditio, vt dolus incidens, non irritet ipſo iure contractum bonę fidei limitatur à *Bald. d in tract. dotis priuileg. 36. Imol. in l ſi cum d. s. ff. ſol. matr. in §. ſi mulier Ben. ucaſa de actio. §. actionum. num. 258. & ſeq. Bald. de Bartolinis inter repet. in l. 1. n. 313. ver. quinquageſimum nonum. ff. ſolut. matr.* limitatur inquam, vt locum non habeat in cōtractu dotis, qui ob incidentem dolum ipſo iure vitiatur fauore dotis, & matrimonij, ea primum ratione, quoniam in contractu dotis ob publicam vtilitatem quæ continetur in eo *l. 1. ff. ſol. mat.* debet exuberare bona fides, deinde authoritate *l. ſi res. §. 1. ff. de iure dot. in l. iure ſuccurſum in fi. ff. eo. tit. in pr.* hęc verba continērur (*ſi in æſtimatiōnis modo circumuenta eſt, erit in arbitrio Mariti vtrum iuſtam æſtimationē, an rē præſtat:*) in ſecunda ſi in dote danda circumuentus alteruter, etiā maiori 25. an. ſuccurrendum eſt Tertio ad ſtipulatur tex in *l. pen. § ſi dos. ff. quod metus cauſ.* vbi Paul. ait ſi dos metu promiſſa ſit non puro naſci oblig. quia eſt veriſſimum, nec talem promiſſionem dotis vllam eſſe Ita ergo ducatur argumentum ſicut metus regulariter non annullat contractus ſed reſcindit, & hoc fallit in contractu dotis *d. §. ſi dos.* in quo irritat ipſo iure infirmare, & ita ratiocinatur *Bald. de Bart. in d. l. 1. num. 313.*

Ex aduerſo pugnant *l. 1. C ſi aduerſ.* dotem, & *l. ſi ex cauſa. §. in dotis. ff. de minor.* In quibus decepta Mulier in dote, petit reſtitutionem in integrum, ergo contractus mero iure valet, alioquin inutilis eſſet reſtitutio, ſi conuentio foret ipſo iure nulla:

nec videtur firma ſolutio *d. Bald. de Bartol.* in his iuribus mulierem eſſe deceptam ſua facilitate, non dolo Aduerſarii ſiquidem in *d.l.1.* Mulier dicitur fuiſſe circumuenta, & in §. *in dotis.* vocatur circumſcripta; accedit regula communis qua ſancitum eſt, dolum incidentem non tollere ipſo iure contractus bonæ fidei, & qui pro ſe regulam habet, dicitur habere intentionem fundatam, *Dec. & Cagn. in l. 1. ff. de regul. iur.* quouſque non probatur contrarium, imo regula comprehendit etiam cauſas, & perſonas priuilegiatas, niſi ſpecialiter inueniantur à regula exceptæ, vt ibidem *Dec. & Cagnol.* affirmant, confert & illud quod contractus dotis non eſt magis bonæ fidei, quam ſunt alii poſiti in § *actionum, Inſtitut. de action.* cum bonæ fidei ſit ille contractus, in quo licentia eſt iudici, quod ſibi videtur ex æquo, & bono iudicare. §. *in bonæ fidei Inſt. de actio.* quæ definitio æque competit doti, ac aliis contractibus nec admitto quod in iſto magis contractu, quam in aliis exuberare debeat bona fides; rurſus ſuffragatur quod illa ratio, per quam ſupra oſtendimus cur dolus dans cauſam annullet, dolus incidens reſcindat, viget quoque in contractu dotis, igitur, & diſpoſitio *l. illud ff. ad l. aquil. l. a Titio. ff. de verb. oblig.* ſiue accipias rationem Dd. ſiue eam, quam nos præter ipſos deduximus, ideoque procliuiores ſumus in hanc poſteriorem ſententiam tanquam iuri magis conſentaneam, cui non repugnat authoritas *Bald.* quoniam non dicit id, ad quod allegatur, immo contrariũ aſſerit in *d. priuilegio 35. n. 2.* Nam ait ſi mulier volebat dotem conſtituere viro, non tamen in iſta re, ſed in alia vel in pecunia, & tamen per dolum viri fuit inducta ad dandum in dotẽ iſtam, quam dare nolebat, dolus incidens poteſt appellari, ideò valeret mero iure talis contractus, & in principio ſequent. cap. retentis eiſdem terminis, inquit, quod mulier decepta in dando dotem magis in vna re, quam in alia, ſibi vtiliore, agere poteſt vel ad æſtimationem ſui damni, vel etiam recedere a contractu rem ſuam repetendo, & ideò *ſummariã d. quæſt.* ait, dolus ſi incidat valebit contractus, nec minus obſtat *l. iure ſuccurſum, & l. ſi res æſtimata,* quippe ſupponitur in illis validitas contractus, cum maritus habeat electionem iuxta *l. 2. C de reſcind. vend.* non refragatur *l. 1. §. ſi dos. ff. quod metus cauſ.* 1. quia dos non inuenitur priuilegiata in dolo, ſicut ibi in metu, immo contrarium oſtenditur ex *d. l. 1. C. ſi aduerſ. dot.* inſuper ille text. non procedit in omni dote promiſſa metu, ſed quando eſt metu promiſſa per nudum pactum, ſecus quando eſſet promiſſa metu, & per ſtipulationem vt ibi Bartolus affirmat, reddens rationem differentiæ inter vtramque promiſſionem, eamque diſtinctionem videtur probare, *Baldus de Bartolinis ſupra citato loco,* nec eſſet verum quod dotis promiſſio facta metu ſit nulla; quamuis cæteri contractus, mero iure valeant, etenim dos cohæret matrimonio, *l. 2. & 3. ff. de iure dot. l. 1. ff. ſol. matrimon.* & matrimonium metu contractum, irritum eſt ipſo iure, ſcil. quia in matrimonio conſenſus debet eſſe omnino liber, cum pure, & ſimpliciter contrahatur *c. requiſiuit cap. cum locum extr. de ſponſa. cap. veniens eod. titulo c. ſufficit 27. quæſt. 2.* Igitur, & in dote tantundem dicendum eſt, propter illud conſtituatur, *leg. pro oneribus Cod. de iure dot.*

Ex his, quæ de vtroque dolo incidente, & dante cauſam diximus, colligitur
15 non obſcure tam vnum, quam alterum † eſſe dolum ex propoſito, qui opponitur
dolo re ipſa de quo in ſuperiori diuiſione. Etenim ſiue aliquis inducat Titium ad con-
trahendum, qui non erat contracturus, & ſic dolus fuit dans cauſam, ſiue dolus inci-
derit in re, vel in precio iuxta text. in *l. Iulianus. §. ſi venditor. ff. de act. empt.* ſemper eſt
ex propoſito illius qui voluit dolo decipere, vtroque enim caſu propoſitum eius fuit
circumuenire, & decipere; non ita in dolo re ipſa potuit enim abeſſe decipiendi pro-
poſitum, licet lex præſumat in tali læſione dolum ex propoſito, poteſt tamen proba-
16 ri contrarium ex quibus infertur † eos erraſſe, qui tradiderant dolum re ipſa in e-
normiſſima læſione, annullare contractum ipſo iure, eo colore quod dolus re ipſa, &
dolus ex propoſito, æquiparantur, & dolus ex propoſito annullat, vt Cagnol. in *l. 2.*
num. 81. C. de reſcind. vend. Berous conſ. 57. vol. 1. quippe non omnis dolus ex propoſito
annullat, Sed ille tantum qui dat cauſam non *leg. & eleganter. ff. de dolo,* non ille qui
incidit *d. l. Iulianus. §. ſi venditor,* & dolus re ipſa æquiparatur dolo ex propoſito, ſcil. do-
17 lo incidenti, qui reſcindit, non verò † annullat, *Pinell. in d. l. 2. parte 1. cap. 4. numer. 28.*
18 *& l. 2. parte 3. c. 2. num. 12. cum ſeq.* Ruſus dolus reipſa, & ex propoſito æquiparantur †
quo ad reſcindendum *Crotus in conſ. 120. num. 23. & 25. vol. 1. Cephal. conſ. 34. num. 24.*
& conſ. 62. num. 18. & conſ. 137. vol. 1. inſuper dolus reipſa, & ex propoſito æquiparan-
tur in contractibus ſtricti iuris, in quibus vterque dolus reſcindit non annullat Dd.

in l. ſi

d. l. ſiquis cum aliter. ff. de verb. oblig non in bonæ fidei in quibus dolus ex propoſito interdum annullat. vt ſi dederit cauſam; at dolus præſumptus contractum bonæ fidei non irritat & dolus re ipſa præſumptus eſt ex conſtantiſſima omniũ Dd. opinione, vt ſuprà in ſuperiori diuiſione probatum eſt latiſſime.

De Dolo in committendo & de dolo in omittendo Diuiſio V. Cap. I.

1 *Dolus aut in committendo aut in omittẽdo fieri dicitur.*
2 *Qui de vtraque ſpecie doli ſcripſerunt.*
3 *Ordo in explicatione iſtius* Diuiſionis.
4 *Quid ſit vterque dolus.*
5 *An dolus in omittendo ſit verus dolus &* numer. 8.
6 *Vtrum dolus in committendo ſit maior, & grauior dolo in omittendo, et* n. 13. & 25.
7 *Nunquid dolus in cõmittendo, in aliis differat à dolo in omittendo. &* nu. 14. & num. 38.
8 Dolum *in cõmittendo, quod ſit, & quid dolus in omittendo* Doct. *exemplis magis quam definitione explicant.*
9 *Definitio, ſeu potius deſcriptio vtriuſque doli ex mente* Authoris*, ad verbum ſub* num. 4.
10 *In delictis ſunt gradus, minor enim eſt dolus grauis, & grauiſſimus.*
11 *Pœnarum ſunt gradus.*
12 *Idem dolus Minor eſt, in Minore, maior vero in maiore.*
13 D*olum in omittendo maiorem eſſe dolo in committendo, Iaſon multis argumentis confirmat.*
14 P*lus punitur Iudex, qui omittit condemnare, quem debebat condemnare, quam ſi aliquem condemnaſſet inique ſed vide* num.
15 *Minus vitiat erronea expreſſio, quam omiſſio.*
16 *Pœna Platonis in furem.*
17 *Pœna eiuſdem contra eum, qui non indicauerit furem longe grauior.*
18 D*olus in omittendo; æqualis videtur dolo in cõmittendo.*
19 *Paria ſunt vxorem, vel ſeruum occidere, & infirmam vel infirmum derelinquere.*
20 *Necare videtur, qui denegat alimenta, & probatur multis modis.*
21 *Pauperes poſſunt diuitem Eccleſiæ denunciare, vt compellat dare eleemoſynam.*
22 *Paria videntur extorſiones facere, & ab aliis factis non prohibere ſi poſſit.*
23 *Lacedemoniorum lex aduerſus illos, qui poterant prohibere, & non prohibebant.*
24 *Eadem pœna punitur falſum dicens, & dolose verum tacens.*
25 D*olus in committendo grauior eſt ex communi Dd. ſententia.*
26 *Delictum tanto eſt grauius, quantum à virtute diſtat, & delictum in faciendo magis à virtute diſtat, quam in omittendo.*
27 T*ranſgreſſio regulariter grauior omiſſione ex* D. T*homa.*
28 *Maior eſt virtus, quæ conſiſtit in faciendo, quam quæ in omittendo ex* A*riſtotele.*
29 *Qui furtum non facit, aut non occidit, cæleſte regnum non aſſequetur, niſi, & benefecerit, ex D. Hieronymo.*
30 *Maiori bono, maius opponitur malum ex Ariſtotele.*
31 *Plus pœna irrogatur, ob delictum in committendo. quam in omittendo.*
32 *Solutio argumentorum Iaſonis.*
33 *Plus nocet regulariter vitioſa expreſſio, quã taciturnitas.*
34 *Nemo omnib. horis ſapit, &* Bonus quãdoq: dormitat Homerus.
35 F*alſitas pluribus modis committitur, ſed nõ ſunt pares falſitatis cauſæ.*
36 *Cauſæ exhæredationis ſunt* 14. *& quælibet ipſarum ſufficit; ſed vna eſt altera grauior.*
37 *Dolus in omittendo non facit retractari ſententiam ſecus dolus in committendo.*
38 *Multæ ſunt differentiæ inter dolum in omittendo, & dolum in committendo circa contractus.*
39 *Multæ etiam differentiæ, quo ad iudicia inter vtrumque dolum.*
40 *Differentia vnius, & alterius doli; quo ad teſtamentum.*
41 *Plurimæ etiam circa reſcripta.*
42 *Vtrum pro vtroq. dolo detur Iuramentum in litem, an pro ſolo dolo in committendo.*
43 *Sententia communiter eſt non competere Iuramentum, niſi pro dolo in cõmittendo.*
44 *Altera opinio probatur multis iuribus.*
45 D*iſtinctio in articulo.*
46 *Dolum committens, aut tenebitur iure actionis ex aliquo contractu; aut officio iudicis nobili, aut Mercenario.*
47 *Ob dolum commiſſum ab eo, qui tenebatur officio iudicis nobili, non iuratur in litem; & quæ ſit ratio.*

48 *Vtrum detur iuramentum in litem propter dolum mixtum, quia conſiſtat partim in faciendo, partim in omittendo. & iſtius doli exemplum.*
49 *Iuramentum eſt probatio priuilegiata.*
50 *Communis opinio eſt, dari iuramentum contra mixtum dolum.*
51 *Dolus, in quo agitur de lucro captando præponderat dolo, in quo de euitando agitur damno.*
52 *Regula, cauſa nocens magis attenditur, declaratur.*
53 *Mixtum continetur ſub ſimplici, tã in cauſa fauorabili, quam odioſa vbi ſit eadem ratio.*
54 *Contra Notarium quando detur iuramentum in litem.*
55 *Vtrum minor reſtituatur aduerſus dolum verum in omittendo.*
56 *Oddi in hoc articulo diſtinctio, quia non probatur.*
57 *Opinio negatiua videtur verior authori.*
58 *Contumaces rei, vel Actores, an ſint in dolo in omittendo, remiſſiue.*
59 *Dolus in omittendo, an poſſit per generalem renunciationem remitti.*

PRoximum nunc eſt vt ad aliam doli diuiſionem tranſeamus, quæ in duas ſpecies
1 diducitur nempe † in dolum in committendo, & in Dolum in omittendo, omnis
enim qui dolum committit, aut faciendo, aut negligendo committit, de quibus ſpe-
2 ciebus doli † Iaſ. gloſſ. & *Dd. in l. ſi mora. ff. ſolut. matrim. Tiraq. de pœnis, cauſa* 44. & eſt tex.
in *l. vel necare. ff. de lib. agno. in c. paſce* 86. *diſtinct. c. inter cætera* 22. *quæſt.* 4. *& ibi gl. & in l. ſi*
3 *ab hoſtibus ff. ſolut. matrim.* Videamus igitur quid vterque dolus † ſit, Secundo nunquid
dolus in omittendo ſit proprie dolus. Tertio an alter ſit altero grauior, & vtrum in aliis
differant ad inuicem. alias congruentes quæſtiones non omiſſuri. Quod attinet ad
primum Dd. non definiendo, ſed exemplificando declarant quando dicatur dolus in
4 omittendo, & quando in † committendo, vt ecce ſi iudex per imperitiam contra ius a-
liquem condemnat in faciendo delinquit *Tiraq. d. cauſ.* 44. *n. r.*

Mulier etiam, quæ partum præfocat malitioſè, dolum facit in committendo,
nec non qui ſcribit, aut dicit falſum pro vero *l. præſcriptione.* & ibi: *Bart. & Iaſ. Cod. ſi contra ius vel vtil. pub. Bald. & Bartol. in l. presbiteri C. de Epiſc. Eccleſia.* E contra Tutor, qui omittit facere inuentarium vel librum rationum, aut pecunias pupilli non conuertit in
emptionem prædiorum, dolum facit in omittendo, *Pariſ. conſ.* 84. *num.* 32. *volum.* 1. Teſtis quoque, qui omittit dicere verum in iudicio eſt in eodem dolo. *Marſ. in Rub. ff. de falſis colum.* 3. *verb. vlt. circa hanc & in l.* 1. *§ ſed & ſi quis eod. tit. Fely. in cap.* 2. *colu.* 1. *de teſt. cogen.* Notarius itidem ſi doloſe omiſit aliquam ſolemnitatem in Inſtrumento dolum
fecit in omittendo prior autem dolus non male ſicut arbitror poteſt ita deſcribi, vt ſit
machinatio fraudulenta facientis ad alium decipiendum adhibita, vt ex propoſitis exemplis manifeſtiꝰ apparet, quã ſit opus declarare. Poſterior vero hoc modo vt ſit fraudulenta machinatio negligentis ad alterum circumueniendum excogitata, ſiue in alterius perniciem directa quemadmodum deducta exempla non obſcure demonſtrãt,
fraudulenta machinatio tanquam genꝰ conuenit vtriq; ſpeciei; verbum autem negligentis, & facientis alteram ab altera diſtinguit.

Quæſt. 2. Quod ſpectat ad 2. quæſt. dolus in omittendo videtur improprie do-
5 lus, nam dolus in committendo habet ſe per modum † affirmationis, Dolus autem in
omittendo per modum negationis, cui conſequens eſt quod ille ſit magis proprie dolus quia affirmationes ſunt magis entia, quam negationes, quæ non dicuntur entia, vt
latè probat *Seraphin. de iuramento priuileg.* 31. *num.* 55. Vnde *Bart. in l. inter ſtipulantem nu.* 4. *ff. de verb. oblig.* ait, quod vbi eſt negatiua, ibi dicitur eſſe priuatio, & actus omiſſiuus,
non infert aliquam voluntatem, vel deliberationem *Dec. conſ.* 79. *col.* 2. *in fin. & conſ.* 151. *col.* 5. Secundo non eſt proprie dolus quoniam non producit effectus veri doli; pro hoc
enim dolo non datur iuramentum in litem *Seraphin. d. priuilegio* 31. cum tamen dolus
in faciendo illum effectum iuramenti producat *l. in actionibus. ff. de in litẽ iur. & l. ſi quando vbi Plot. C. vnde vi.* Tertio probatur q̃a nõ appellatur ſimpliciter dolus ſed cũ adiũcto
dolus in omittendo, merito nõ eſt ꝓprie talis, cũ nõ dicatur ſimpliciter talis, & ꝓpterea
Seraphin. citato loco dicit ita communiorem eſſe Dd. ſententiã, cæterũ contrarias partes probat in primis illa ratio, quod dolus tanquam genus comprehendit has duas ſpecies doli, ſpecies autem ſub eodem genere cõprehenſæ ſunt æque propriæ, vt adoptio,
& adrogatio, vt ciuilis, & naturalis obligatio §. 1. *& 2. Inſtit. de oblig.* Secundo ſuffragatur quod definitio doli in *l.* 1. *ff. eod.* cõuenit huic dolo, quippe quia & in ipſo adeſt fraudulenta machinatio ad circumueniendum alium adhibita, nec mirum quoniam, cum
dolus

dolus cõſiſtat in animo *l. Plagii. ff. ad l. Flauiam de plagi.* poteſt verificari, tam in faciendo quam in omittendo III. quoniam hic dolus paſſim appellatur à legibus dolus, atque ita legũ authoritate ꝓbatur, ſicut in cæteris huius nominis ꝓprietas Dd. in *l. 1. ff. ſi cert. pet.* Quarto confert quod hic dolus producit effectus doli veri, nempe actionem, & exceptionem doli, vt conſtat ex his, quæ dicemus in libro ſequenti in princ. in quo copioſe de effectu doli peregimus. Quinto confirmatur quoniam appellatione facti continetur etiam non pactum vt arguebat Seraphin *d. loco num. 52* per textum iuncta *gloſſ. in §. ſi rei legata Inſt. de legat.* per *Dec. in l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur.* per Alciatum in *l. facere non oportere. ff. de verb. ſign. f.* Sed hæc ponderatio parui ponderis eſt, ſiquidem allegata regula eſt vera, quando ſumitur factum in generali ſignificatione & fallit quando ſtricte ſumitur ad differentiam omiſſionis, vt colligitur ex *Alciato d. loco*, & probatur ratione; quia ſequeretur in terminis noſtris quod appellatione doli in faciendo contineretur etiam dolus in omittendo quod eſt abſurdum. Quare ex quatuor prioribus argumentis magis veram eſſe arbitror poſteriorem hanc ſententiam, & puto eſſe magis cõmunem: Dd enim ſicut communiter conſtituunt duas iſtas ſpecies doli, ita etiam cõmuniter ſentiunt vtramque propriam eſſe, nec vrget quod dixit *Seraphin.* citato loco; quoniam vere dicit tantum communem eſſe doctrinam quod ſit conſtituenda differentia in dolo in omittendo, & in dolo in faciendo, quod non inficior, ſed affirmo nõ inde ſequi quod vterque non ſit proprie dolus, nam inter ſpecies eiuſdẽ generis, ſemper inueniuntur differentiæ, non vrget etiam primum fundamentum, quoniam pro-
6 bat dumtaxat dolum in committendo maiorem eſſe dolum quam † ſit in omittendo,
ſed hoc non efficit hunc dolũ eſſe improptiũ, quippe furtũ manifeſtũ eſt maius furto
7 non manifeſto, cũ maiori pœna puniatur, & tamen non eſt magis ꝓprie furtũ † ſecun-
dũ etiã non facit negociũ, quoniã iuramentũ in litẽ præſtatur quandoq; pro dolo in o-
mittendo, vt ex ſubiectis apparebit, & præterea quando pro eo non præſtatur; fit, non
8 quia ſit minus proprie dolus ſed quoniam eſt minor dolus, q̃ in faciendo † III. diluitur
quia fallit regula deducta quoties adiunctum ſumitur à ſpecifica differentia, vt ecce
teſtamentũ nuncupatiuũ dicitur cũ hoc adiuncto, & tamen eſt proprie teſtamentum
q̃a nuncupatio ſeparat illud ſpecifica differẽtia à teſtamento in ſcriptis, ita in ꝓpoſito
adiunctum illud (*in omittendo*) ſumitur à ſpecifica differentia & diſtinguit illum a dolo
9 in committendo. †

Q. . Quæro ex ordine. Vtrum dolus in cõmittendo ſit grauior dolo in omittendo,
licet. n. vterq; ſit dolus tamen non eſt ſine ratione dubitatio, cũ in delictis dentur gra-
10 dus, & in eadẽ ſpecie delicti alterũ † dicitur altero grauius *l. 1. §. Diuus, & §. vlt. ff. de Sic.*
immo in ipſomet dolo gradus eſſe maioris, & minoris doli, dixit *Bald, conſ. 143. vol. 2.* in-
quiens ꝙ minor dolus eſt, quando parũ nocet, grauis quando plus officit, & grauiſſi-
mus, ex quo publica ꝓdeunt iudicia *l. ſeruus non in omnib. ff. de actionib. & obligationib. l.*
11 *auxilium § in delictis. ff. de minorib.* & ait confirmari ex genere pœnarũ, quarũ aliæ † mi-
nores ſunt, aliæ maiores, aliæ maximæ *l. quod ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. l.*
12 *reſpiciendum §. delinquere. ff. de pœnis*, quib. conuenit ꝙ dolus † in minore, dicitur minor
dolus, q̃ dolus in maiore *Rolan. conſ. 77. n. 9. vol. 3.* Ad ꝓpoſitã dubitationẽ reuerſus dico
ꝙ *Iaſ. in l. ſi mora ff. ſol. matr. & in l. ſancimus ver. 6. nota. C. de iudi.* velut Horatius cõtra vni-
uerſam Thuſciã, audet aduerſus omnẽ Dd. ſcholã firmare dolũ in omittẽdo grauiorẽ,
13 aut æque grauẽ eſſe dolo in cõmittendo & ita ratiocinatur † vbi grauior eſt pœna, ibi
grauius creditur eſſe delictũ, cũ ea ſoleat cõmenſurari peccato *l. ſancimus. C. de pœnis d. l.*
quid ergo §. pœna grauior. In dolo aũt in omittendo maior eſt pœna, vt ꝓbatur in iudice;
14 q̃ indebiti † condẽnando delinquit faciẽdo, & punitur arbitrio iudicis *l. fin. ff. de var.*
extraor. cogni. l. maleficiis. § ſi iudex de act. obl. Sed ſi omittat condẽnare dignũ condẽnatio
ne punitur in ſolidũ ad totale intereſſe *l. ſancimus. C. de iudiciis*, & ibi *Ang. & Caſt.* dicentes
grauius delinquere iudicem in omittendo. II. loco arguit ex doctrina *Bar. in l. demõſtra-*
15 *tio falſa in 7. queſt ff. de cõd. & demõſtra.* nẽpe ꝙ minus vitiat erronea † expreſſio, q̃ omiſſio
ꝑ tex. in *l. 1. in pr. C. de rei vxor. act.* cui ſuffragatur authoritas Platonis q̃ quanta ſit indi-
16 cat *l. 1. ff. de nũdinis*, is. n. vt refert *Tiraq. d. conſ. 44. n. 4. li. 9. de legib.* grauius † omiſſionẽ pu-
niuit, q̃ omiſſionem, furem. n. in duplum condemnabat, eum vero qui furtũ, & furẽ ſi
17 ſciuiſſet non indicabat infamem eſſe † iubebat. III. quod ſaltem æqualis ſit vterque
18 dolus † probat *Iaſon. ex gloſſ. in l. ſi ab hoſtibus. §. 1. ff. ſolut. matrim.* vbi procedunt à pari
19 quod Maritus occidat vxorem, vel illam derelinquat † infirmam per textum *in leg. ſi*
20 *ſeruum in princip. ff. de verbor. obligat.* cui ſimilis eſt *text. in l. necare.* † *ff. de liber. agno.*

in cap. paſce 86. diſt. ibi quiſquis paſcendo homines ſeruare poteris, ſi non paueris occidi-
21 ſti, vnde *gloſſ. in c. ſicuti hi 47. diſt.* ait quod pauperes poſſunt diuitem denunciare † ec-
cleſiæ vt præbeat illis eleemoſinam argumento capit. ad Apoſtolicam de Simonia.
Quarto, Iaſ. ducit argumentum ex *l. pen. C. de Can. larg. lib. 10* per quam pari pœna ple-
22 ctitur officialis non prohibens † extorſiones illicitas, & ſic, qui omittit & ille, qui ex-
tortiones facit, & ibi *Bald cum text.* ad hoc expreſſe not. ſimilis eſt text. in *c. ſicut dignum.*
§. *illi de homicid.* qui potuit inquit text. liberare à morte hominem, & non liberauit, il-
23 lum occidit, & vulgatum † eſt illud *Senecæ* qui non vetat peccare cum poſſit, iubet.
24 Quinto arguit *Iaſ.* tam falſus eſt & tam de falſo punitur teſtis, qui † verum ſupprimit,
quam, qui falſum aſſerit, *l. præſcriptione. & ibi Iaſ.* Bartol. *& Butri. C. ſi contra ius vel vtil.
pub. c. 1. & ibi* Innocentius, *& Abbas de crim. falſo.* idq; obtinet etiam in Notario qui doloſe
omiſerit quædam neceſſaria in inſtrumento, *Bartol. in l. ſi quis obrepſerit verb. quaro cum
pars. ff. de falſis,* quibus conſonant multa quæ eleganter *Tiraq.* congerit *d. cauſa 44. num.
16. cum ſeq.* Hæc ſunt quæ *Iaſ.* ſententiam adiuuant, quæ viderentur fortiora ſi ipſe
reſponderet multis argumentis quæ pugnant ex aduerſo & ipſemet enumerat in *d. l. ſi
mora num. 22. & ſeq.* neq; enim ſatis eſt ſuam probare ſententiam niſi deſtruantur con-
traria.

Etenim Doct. omnes quaſi Doctor vnus ſentiunt apertiſſime, maius eſſe delictũ
26 commiſſionis, quam omiſſionis, & ob id grauiorem dolum in cõmittendo † ſequuti
gloſſ. in d. l. ſi mora, quam litteris aureis ſcribendam dicit *Bald.* ibi & probant *Imol. Caſtr.*
Alex. *Franciſ.* Aret. & omnes eo loco præter Iaſ. *Bald. in l. legis virtus. ff. de legibus in l.* Imper.
*in prima lectura de ſtat. homi. in l. penult. ff. de eo per quem factum erit Corn. conſ. 51. col. 3. lib. 1.
& conſ. 178. eodem lib.* vbi dicit illam gloſſ. communiter reputari *ſingul Roman. conſ. 330.
Romin.* Iun. *in l. 1. numer. 34. ff quod quiſque iuris;* cum multis congeſtis a *Tiraq in d. cauſa
44. num. 23. & ſeq.* probatur autem argumento ex *D. Thomæ ſecunda 2. quaſt. 79. artic 4.*
vbi poſt multa in vtramq; partẽ adducta concludens ait peccatum eſſe grauius ſi con-
27 ſiſtat in faciendo † quippe delictum tanto eſt grauius, quanto a virtute diſtat, deli-
ctum autem in faciendo, longe magis abeſt a virtute, quam in omittendo, ſiquidem
tranſgreſſio contrariatur actui virtutis, omiſſio vero importat negationem ipſius. Se-
28 cundo, maior eſt virtus quæ conſiſtit in faciendo † *Ariſt. 4. ethicorum c. 1.* eſt inquit i-
pſius virtutis potius honeſta agere, quam turpia non agere confert quod Theologi di-
cunt præcepta, quæ ſunt in faciẽdo plus habere meriti, quam quæ in non faciendo,
29 nam † qui non occidit qui nõ rapit nullum meritum conſequitur, niſi etiam be-
nefecerit iuſta ſententia D. *Hieronymi in capite duo ſunt. Duodecima quaſt.* 1. ſi igitur
maior eſt virtus in faciendo, ita plus vitii eſt in faciendo ſiquidem vt *Ariſtot. 7. Ethico-*
30 *rum* maiori bono malum † maius opponitur, cui ſuffragantur duæ illæ tritæ in ſco-
lis regulæ, idem operatur propoſitum in propoſito quod oppoſitum in oppoſito, &
contrariorum eandem eſſe naturam, atque diſciplinam, ſiue vt dixit *Ariſtotel.* pro-
blemat. lib. 3. capite vndecimo ſcientiam, vel vt dicit *Bald. in le. ab emptione. ff. de pact.*
31 potentiam. Tertio, plus pœnæ irrogatur † delinquenti in committendo; quam
in omittendo, igitur plus eſt in eo doli, atque delicti. aſſumptum probatur in *authen-
tica de mand. Princip. §. leges & gloſſ. in verbo amputationem,* vbi Notatius omittens dolo-
ſe ſcribere ſolutiones tributorum punitur manus amputatione, quod ſi ſcripturam il-
licitam fecerit eſt comburendus. Quarto, delicta eo ſunt grauiora quo ſunt maioris,
& perniciosioris exempli *l. 3. §. ſed & Senatuſc ff. de Sicar.* ſed delicta, quæ conſiſtunt in
faciendo ſunt grauioris exempli, vt late probat *Tiraq. d. cauſa 44. num.* 53.
32 Nec multum valent, quæ pro † tutela *Iaſ.* deduximus, & primum quidem regeri-
tur contra ipſum, nam pœna Iudicis doloſe omittentis eſt inter eſſe partis lege, & cũ ſit
pœna ordinaria non poteſt augeri, commiſſionis autem pœna cum iudicis arbitrio re-
linquatur extraordinaria eſt, & poteſt augeri vſque ad mortem ideoque excedit pœ-
nam intereſſe *Tiraq. d. loco.* ad ſecundum in promtu eſt ſolutio ſingularem nempe eſſe
caſum in *d. l. 1. C. de rei vor. actione,* ſcil. quando non requiritur, vt aliquid exprimatur
33 quia a lege fingitur expreſſum, tunc ſi exprimatur, & quidem inepte † minus vitiat,
ſed extra illum caſum plus nocet vitioſa expreſſio, quam taciturnitas, *Dec. conſil.* 37. in
quo ſingulariter dicit quod ſi ſtatutum diſponat quod dicta teſtium valeant non ex-
preſſa ratione ſcientiæ, & teſtis eam reddat ſed inepte vitiatur dictum teſtis, & inquit
eam regulam huc pertinere quod expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, nec no-
bis Platonis auth. obſtet, cum habeamus iura, & rationes in contrarium, nemo enim
morta-

34 mortalium omnibus horis † ſapit, vt vetus eſt adagium, & bonus quandoque dormitat Homerus, ſi credimus Flacco, quem citat *Specul. in titul. de aduo. §. iam nunc videndum vt. ex præmiſſis.* Ad tertium non eſt ſolutio in abſcondito, quoniam homicidium eſt vnũ, alio grauius, vterq; occidit, ſed graui⁹ peccat, qui ferro vel veneno occidit, quippe ægrotanti, vel egeno poteſt aliquis alius ſubuenire, Ad quartum reſponde eam pœnam graſſatoribus imponi & officialibus, qui eos debita pœna non affecerint, non quod par ſit delictum, ſed vt officiales timore pœnæ ſint promtiores ad eradendum de terra viuentium ſceleſtos illos homines, vt palam eſt ex illis verbis eandem pœnam formidantibus non dicit merentibus, & ibi non omnibus modis, vt oſtendat diligentiam. Quintum de ſupprimente verum eodem modo ſubuertitur, ſunt
35 enim in falſo, ſicut in cæteris delictis gradus maioritatis; falſitas pluribus modis † committitur, ſed non ſunt pares delicti cauſæ, licet omnibus idem nomen conueniat,
36 vt accidit in cauſis illis 14. exhæredationis † cauſæ ſufficiunt quidem omnes ad legitimam exhæredationem nemo autem dixerit inter ſe habere paritatem delicti, vt conſtat ex §. *aliud quoq; c. aut. vt cum de appell. cognoſcitur*, & regulariter plus eſſe creditur mentiri quam verum tacere, & dicere mendacium ſemper eſt peccatum, tacere autem veritatem, ex Theologorum ſententia non ſemper eſt delictum, & quia dolus in
37 omittendo eſt leuior, non facit retractari ſententiam, ſecus † in cõmittendo, *Pedem. de caſ. 71. num. 39.* & ibidem exprimitur non valere argumentum à delicto in omittendo, ad delictum in committendo.

Quæſt. 4. Conſtat itaque ex ante dictis dolum omiſſionis eſſe leuiorem, atquè
38 hæc eſt vna principalis differentia † inter vtrumq; dolum, ex qua multæ aliæ tanquam ex fonte riuuli profluunt, & ad eã omnes quotquot ſunt reducuntur, differunt enim in

Contractibus in
Iudiciis in
Teſtamentis in
Reſcriptis.

Et ſanè quoad contractus prima illa eſt differentia quod dolus commiſſus in faciendo eſt in cauſa, vt quis teneatur de caſu licet non ſit ordinatus ad caſum, quia ſcilicet caſus propter illum dolum non euenit *l. 1. §. ſi rem. ff. depoſiti*, vbi hoc notat *Caſtrenſ.* dolus autem in omittendo non facit teneri de caſu niſi quando eſt ordinatus ad caſum *l. ſi vehend. §. 1. ff. ad l. Rod. de iactu. lege & in totum, ff. de impenſis in reb. dot. fact.* Secunda differentia eſt quia culpa leuiſſima in faciendo æquiparatur leui, & latæ culpæ in negligendo *Bartol. in l. quod Nerua in 7. Quæſtion. ff. depoſiti.* Tertia, pater legitimus adminiſtrator bonorum filii, ſi male eam adminiſtrationem gerat in committendo perdit adminiſtrationem, ſi negligendo non ità, *Bal. in l. cum oportet. §. non autem col. 1. C. de bonis quæ liberis*, nec eſt inquit nouum quod aliter puniatur culpa commiſſionis quam omiſſionis. Quarta eſt differentia, quia difficilius admittitur moræ purgatio, quando ſtipulatio eſt commiſſa propter malefactum, quam propter non factum. *Bart. in l. ſi Inſul. col. 5. in 6. quæſt. ff. de verb. obligat. Aret. conſ. 157. viſis diligenter col. vltima.* Quinta eſt differentia quoniam licet agentes, & conſentientes pari pœna puniantur *cap. quanto de ſententia excommunicationis* intelligendum eſt de his, qui cooperando conſentiunt, ſecus ſi negligendo, vel omittendo conſentiret, ſunt enim hi mitius puniendi gloſſa *ex Panormitan. in d. cap. quanto Ioannes de Plat. in l. placet Codic. de excuſatione munerum libr. 10.*

39 Circa † iudicia prima differentia eſt quod prodigus, tametſi ex delicto quod conſiſtit in omittendo puta ſi hominem interemerit, punitur etiam corporaliter *Bald. in l. furioſum in fine Cod. qui teſtamenta facere poſſunt. Ang. in l. Fulcinius. §. adeo in fine. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eat.* ſi tamen committat negligendo, puta quia non vindicauerit necem defuncti, vel mater prodiga non petiit filiis ſuis tutorem, non priuabitur eorum ſucceſſione *d. l. Fulcinius. §. adeo verb. idem in prodigo, & Ang. ibi*, nec non *Bald. Ang. Iaſon & omnes fermè in l. is cui bonis. ff. de verb. obligat.* Secunda eſt differentia, quia regula, quod Pupillus doli capax teneatur ex delicto, intelligitur quando in faciendo conſiſtit, ſecus in omittendo, notatur in *l. 1. §. impubes. ff. ad Sylla*: vbi *Dyn. Bartol. & alii & Saly. in l. 1. in 25. not. Cod. de falſo modo, Bald. Ang. Roman. & alii in d. l. is cui bonis.* Tertia licet teſtis in parte falſus, omnino reputetur falſus, eiuſque teſtimonium non ſolum in ea parte repellitur, ſed in cæteris quoque ſeparatis *Bartol. Angel. Imol. Roman. & alii Recentiores in l. prima. ff. ſi quis ſimpliciter de verborum obligat.*

Verum eſt ſi falſum conſtiterit in faciendo, videlicet falſum aliquid exprimendo, ſecus ſi in omittendo, puta quia interrogatus, verum ſuppreſſerit, quia tunc valet eius dictum in eo quod depoſuit, nec vitiatur propter illam veritatis negationem *Angel. conſ. 194. viſis proceſſibus in fine 2. col. Mars. ſingulari 76. & 576. & in l. Vltima Cod. de probat.* Quarto ſententia lata contra abſentem dolo aduerſarii ſcilicet ex falſis allegationibus eſt ipſo iure nulla *l. ſi. prætor. §. Marcellus. ff. de iudiciis*. quod ſi Aduerſarius falſum non allegauerit, ſed veritatem ſuppreſſerit omittendo allegare aliquam exceptionem abſenti competentem, valebit quidem ſententia mero iure, *Innocent. in capite præterea de dilationibus. Matheſ. notab. 18. incipit nota quod ſententia*, vbi rationem reddens ait; quoniam eſt minus delictum tacere ius aduerſarij quam falſum exprimere *col. 1. quæſtion. 4.*

Alia eſt differentia, quia ſi aduocatus præuaricatur aliquid omittendo ſcienter, atque ex iſta omiſſione perdit cauſam, valet ſententia ipſo iure, & neceſſaria eſt reſtitutio *l. Minor autem. §. 1. ff. de Minoribus*, ſi autem præuaricatur committendo veluti reuelando parti aduerſæ ſecreta cauſæ; ſententia eſt nulla prorſus *l. 1. vbi Bald. poſt gloſſ. C. de aduoc. diuerſ. iudi.* quoniam, vt inquit Bald. maior eſt præuaricatio commiſſionis, quam omiſſionis.

Sexto leuis culpa in faciendo punitur etiam criminaliter *l. ſi fortuito. ff. de incend. Ruin. &c.* non autem ea quæ eſt in omittendo *l. qui ædes eodem titulo Angel. in tractatu Maleficiorum in verbo incendiario col. 2.* Item & ſeptimo eſt differentia quod pro leui culpa in faciendo libertus reuocatur in ſeruitutem *l. ſecunda Cod. de libert. & eorum liber.* non etiam pro leui culpa in omittendo *l. ſolo Codic. de liber. cauſ.* quæ intelligunt *gloſſ. Bald & Saly. in d. l. 2.*

Octauo leuiſſima culpa, quæ in faciendo conſiſtit venit in actione legis Aquiliæ *l. in lege Aquilia lectura 2. ff. ad l. Aquil.* ſecus ſi conſiſtat in omittendo, notatur in *l. ſi cuius alius ſi vſuſfructus. §. denique. ff. de vſufructu.* quæ ab hoc multum not. *Bartol.* Bald. & Ang. ibi, & dicunt per illum textum limitari totum titulum. *ff. & C. ad l. Aquil. idem Bart. in l. qui bona. §. cum inter. ff. de damno infecto. Bald. in l. data col. 2. Cod. qui accuſare poſſunt*, quia, vt ille inquit, maior eſt culpa facere, quam omittere.

Nona differentia: quia leges prohibentes ſuper criminibus tranſigi vel paciſci *l. tranſigere Cod. de tranſact. cap. crimina de collus. detege*: intelliguntur in criminibus, quæ conſiſtunt in committendo, non in omittendo *Dyn. in l. 2. per gloſſ. ibi ff. ad Syllan. Cyn. in d. l. tranſigere. Barbat. inc. Rainald. col. 52. verb. ego adduco rationem. Bald. in l. iuriſgent. §. ſi paciſcar. ff. de pact.*

Decima eſt differentia quod licet vna culpa compenſetur non alia, tamen leuiſſima in faciendo non compenſatur cum alia leuiſſima in omittẽdo, quia prima eſt grauior *l. 1. in princ. de eo per quem factum erit*, & ibi *Bald. per gl. poſitam in verbo quamuis*, & in *l. omnes iudices col. 4. in verba quinquaginta C. de Recur. lib. 10.*

40 Quo ad vltimas † voluntates, quia ſi teſtator liberauerit tutorem ab reddendis rationibus, & à conficiendo Inuentario intelligitur Tutor per huiuſmodi legatum liberatus à dolo in omittẽdo, ſed non a dolo in cõmittendo, *Dec. conſ. 192. in caſu propoſito col. 2. Parıſ. conſ. 84. n. 32. vol. 1.*

41 In reſcriptis † vero ea primum eſſe differentia quod reſcriptum in quo ſuppreſſum eſt verum, vel narratum eſt quidem, ſed confuſe perplexe tribuit iuriſdictionem & valet proceſſus niſi opponatur ab initio, ſecus quando narratum eſt falſum *Abb. in capite cum dilecta. numero 15. extr. de reſcriptis. Berous in c. ſuper literis in lectura prima de Reſcriptis*, ipſo iure enim non valet. *Innocentius in capite cum olim de re iudicata*, *Capra concl. 47. n. 6. & ſeq.* Quoniam deteſtabilius eſt falſum exprimere, quam verum tacere *Abb. in c. quia CC. de conſang. & affin.* vbi tamen limitat non procedere in reſcriptis ad beneficia aliiſque gratioſis.

Secunda differentia eſt: quia ſi in reſcripto tacita veritas fuit, illud ſolum caput vitiatur, nunquid facta eſt ſubiectio, non autem alia capita ab eo diſtincta *cap. ſi eo tempore de reſcriptis lib. 6.* quem ad hoc ſingularem dicit *Barbat. conſil. 33. col. 2. lib. 3.* notatur *in cap. fraternitatis de hæreticis.* Quod ſi falſum aliquid fuerit ſuggeſtum, non ſolum articulus in quo ſuggeſtio fuit facta corruit, ſed & alii ſeparati. *cap. ſedes Apoſtolica de Reſcriptis*, vbi notat *Panarmitan.* multum diſtare in reſcriptis; vtrum verum taceatur an exprimatur falſum *Tiraq. de pœnis cauſa 44. n. 24. cum ſeq.*

Quæſt: 51

Q. 5. Occaſione differentiarum quas eſſe oſtendimus inter vtrumq; dolum non
42 leuis incidit quæſtio, vtrum pro dolo in omittendo † præſtetur iuramentum in litem;
43 & ſane plurium ſententia eſt non concedi, † ſiquidem in eo opus eſt legitimis probati-
onibus non priuilegiaris, vt eſt probatio per iuramentum per tex. in *l. Argentarius. §. cum
autem. ff. de edendo, &* ibi: *Petrus, Cyn. Bal.* Ang. *Saly. Alex. & recentiores, notat Iaſ. in l. ſi prius
in 2. quæſt. pr. ff. de nou. oper. nunciat. & in l. ſi quando. C. vnde vi.* nam in *d. §.* cum autem ad-
uerſus Argentarium non edentem probandum eſt damnum per legitimas probatio-
nes teſtium, vel Inſtrumentorum non per iuramentum quod etiam tradit *Curt. in l. ad-
monendi in repet. carte. 12. col. 3. verb. limita tamen.* vbi poſt *Ang. in d. §. cum autem* limitat in
dolo in omittendo, reddens rationem diſcriminis: quia delictum in committendo eſt
longe grauius per *Roman. ſing.* 406.

44 Cæterum † in contrarium eſt tex. in *l. in actionibus verb. plane. ff. de in litem iurando* v-
bi ſi promiſſor Stichi moram fecerit, & Seruus interim deceſſerit in litem pro damno
iurandũ eſt, ecce dolus fuit in omittẽdo, nempe in non reſtituendũ ſeruũ promiſſum,
& tamen probatur intereſſe per iuramentũ, ſimilis eſt tex. in *l. ſi cui. ff. locati.* vbi dolus eſt
in non reſtituendo Seruum conductum, & tamen iuratur in litẽ, confert tex. in *l. qui re-
ſtituere. ff. de rei vindicatione*, vbi viſus a iudice reſtituere non pareat condemnandus eſt
quanti aduerſarius iurauerit, & in *l. tutor qui repertorium. ff. de admin.* vbi aduerſus tuto-
rem promittentem facere inuent. datum iuramentum in litem, cui conſonat tex. in *l. ci-
lio in re. C. de in litem iurando.*

45 Ad conciliandam hanc † Antinomiam oportet ita diſtinguere, nam is qui dolum
commiſit, aut erat obligatus originaliter iure actionis ex aliquo contractu, vt in *l. ſi cui
ff. locati.* Aut tenebatur officio iudicis nobili, vt Argentarius de quo in *d. l. argentarius. §.
46 cum aũt de edendo*, † Aut officio iudicis mercenario, vt in *d. l. qui reſtituere.* Si dolus iſte
conſiſtit in faciendo indiſtincte aduerſus doloſum iuratur in litem *Iaſ. Alex. Paul. Ang.
& Bal. in d. §. cum aũt per tex. in l. ſi quando. C. vnde vi.* & in *c. fin. de eo quod met. cauſ.* Sed ſi do-
lus erat in omittendo, & doloſus tenebatur originaliter iure actionis, & competit iura-
mentum in litem *Cag. in l. 1. n. 126. verb. cauſ. 3. in fin. C. de ſent. quæ pro eo &c.* dicens ita eſſe
cõmune *Iaſ. in d. l. ſi prius n. 49. verb. 2. vltra*, & ita procedunt iura pro hac poſteriori ſen-
tentia deducta.

47 Sed ſi doloſus tenebatur *off. iud. nob.* vt argentarius, † & hoc caſu non fit probatio
per iuramentum ſed per teſtes, vel Inſtrumenta iuxta com. ſententiã teſtatã à *Iaſ. in d. l.
ſi prius n. 38. verb. cauſ. 2.* & à *Dec. in l. in actionib. n. 27.* & ita ꝓcedit prior opinio & ita limi-
tatur *d. l. qui reſtituere*, & declarat *Plotus in l. ſi quando. §. 28. n. 1. & 3. Roman. ſing. 406.* iuncta
additione IV. in qua dicitur ita eſſe intelligenda dicta. *Tiraq. cauſa 44. n. 28. & 29. Dec. in
d. l. in actionib. nu. 27.* reſpondens ad *l. qui reſtituere*, in qua vertitur officium iudicis poſt
latam ſententiam quia ſatis eſt originaliter occaſione actionis actum eſſe, vt ibi con-
tigit per rei vindicationem & ideo non mirum, ſi ibi præſtatur iuramentum in litem,
perinde enim eſt ac ſi doloſus conuentus eſſet actione, cum officium Mercenarium
eidem inſeruiat, atque ita procedit vltimum caput diſtinctionis. Ratio autem ſpecia-
litatis cur ob dolum in omittendo non iuretur in litem, quando doloſus tenebatur *off.
Iud. nob.* redditur à *Dec. d. num. 27.* nam iuramentum prædictum eſt contra ius commu-
ne cum reddatur in cauſa propria, & propterea dicitur priuilegiata probatio D*d. in l. ad
monendi. ff. de iureiur.* & ideo cum leges quæ de tali iuramento tractant, loquantur in a-
ctionibus, non debent extendi ad caſus, in quibus agitur *off. iud. nob.* quod nullam præ-
ſupponit obligationem *l. cum poſtulaſſem. ff. de damno infecto*, & confirmatur, quia hoc of-
ficio tentus nulla ſit obſtrictus obligatione, minus videtur derelinquere, quam in iure
actionis eſt obligatus.

Quæſt. 6. Sed quid iuris quando dolus eſt mixtus conſiſtens tam in faciendo, quã
in omittendo vt accidit in Tutore, qui non confecto inuentario vel libro rationum in
48 cipit adminiſtrare tutelam doloſe, † omiſſio enim inuentarii pertinet ad dolum in o-
mittendo, doloſa vero adminiſtratio reſpicit dolum in committendo & profecto vide-
49 tur ceſſare iuramentum prædictum, ſiquidem priuilegiata probatio † non eſt conce-
denda niſi quando expreſſo iure caueatur *c. 1. iuncta gloſſ. de priuilegiis in 6.* Secundo ſuf-
fragatur quoniam caſus mixtus non continetur in ſimplicibus, quãdo materia eſt ex-
orbitans *l. vim paſſam. § præſcriptione l. mariti. §. hoc quinquennium. ff. de adulteriis. Tiraq. de
leg. connub. gloſ. 5. num. 71.* vt caſus hic noſter, exorbitat namque à regulis iuris commu-
nis vt aliquis in ſua cauſa ſit teſtis, & iudex *l. is qui. ff. de iuriſd. om. iud. §. ſed neque barb.*

R 2

Iaſtit, de teſtam. merito non debet contineri ſub diſpoſitione doli in faciendo, aduerſus
quem præſtatur iuramentum prædictum imo benigniorem interpretationem cape-
re, non minus iuſtum eſt quam tutum, *l. ſemper in dubiis. ff. de reg. iur. l. benignius. ff. de leg.*
Rom. conſ. 62. Tertio videtur tex in terminis in *l. ſi ex cauſa. §. in remiſſum. ff. de minoribus,*
vbi delictum eſt in omittendo: quia non ſoluit vectigal. & in committendo, quia
merces aſportabat, & tamen aduerſus minorem nõ iuratur imo propter omiſſionem,
minor reſtituitur.

50 Cæterum contraria ſententia videtur † magis recepta ex his quæ notat *Plot. in d.*
l. ſi quando. §. 28. nume. 2. & §. 5. numer. 9. verb. contra tutorem, dicens huius ſententiæ eſſe
Doct. in d. l. Tutor qui repertorium Dec. conſ. 178. in cauſa colum. 2. verbo & caſu Ancar. conſilio
316. in cauſa colum. 1. Ruy. conſ. 29. Plura. colum. 2. volum. 1. & conſ. 213. cum in præſenti colum. 2.
lib. 2. Ratio videtur quoniam ſicut dolus præponderat culpæ, & ille magis attenditur
Butrius in c. cum dilectus nu. 2. & 21. extr. de his quæ vi, metuſue cauſa, ita dolus in commit-
51 tendo præponderat dolo in omittendo, & dolus in quo agitur de lucro captando † præ-
ponderat dolo in quo agitur de damno euitando, *Abb. in c. ſuper eo num. 24. extr. de crim.*
52 *falſ.* cui concinit reg. vulg. quod cauſa nocens magis † attenditur, quam cauſa iuuans
Bart. in l. ſi iur. ff. de vſucap. pro donato in *l. ſi quis in graui. §. eleganter. ff ad Syllan.* idque ma-
xime procedit, vbi cauſa nocẽs eſt magis conformis iuri cõmuni vt hic non cõmuni-
ter contra dolum in faciendo datur iuramentum *d. l. in actionib. & d. l. ſi quando* idemq;
Iuris eſt quando cauſa nocens eſt potentior, vt in hac ſpecie, in qua dolus in faciendo
grauior eſt dolo in omittendo, *Menoch. de arbit. lib. 1. quaſt. 8. num. 27. Alciat. de præ-*
ſumpt. reg. 1. præſumpt. 30. num. 4. cum add. Tolluntur autem allegata ex aduerſo, primò
quia in dolo in faciendo ſunt iura expreſſa, & in dolo mixto reperitur, & ille, qui con-
ſiſtit in committendo, & præponderat dolo in omittendo; ſecundum obiectum eui-
53 tatur: quoniam iuſtum ſub ſimplici continetur, tam † in cauſa fauorabili, quam odioſa,
quoties ſit eadem, vel maior ratio, non quidem vi verborum, ſed ex mente diſponen-
tis, vt eſt caſus celebris in *l. quid ergo. §. quod ait. ff. de his qui not. infam. d. l. 1. in fin. eod. tit. co-*
pioſe Tiraq. de leg. connub. glaſ. 5. num. 26. verbo cui adde. in propoſito autem maior eſt ratio,
ne dum æqualis quando concurrit vterque dolus, ex quo maior arguitur malitia do-
loſi, quippe de induſtria Tutor videtur omiſiſſe confectionem inuentarii, vt tutius li-
ceret graſſari in bonis pupilli, quare ceſſat occaſio benignioris interpretationis cum
nulla ſit cauſa excuſandi Tutorem duplici dolo maculatum. Tertium etiam euertitur
non ſolum: quia ibi ſumus in minore. verum etiam, quoniam delictum eo loco eſt ſo-
lum in omittendo propterea quod aſportare merces eſt ſua natura licitum.

Ex prædicta communi concluſione infertur ad teſtem, & ad Notarium, qui
deliquiſſet in omittendo puta quia ille non venerit ad teſtificandum iuxta mandatum
54 iudicis aut iſte † quia non ſcribat, vel non edat inſtrumenta, cum. n. nulla actione te-
neatur, ſed officio iudicis non poterit contrahere contra eos in litem iurati, ſed erit p-
bandum intereſſe partes per teſtes, vel alias legitimas probationes *Iaſ. in d. l. ſi prius n. 49*
verb pro iſta, & in *l. vbi n. 2. ff. de edendo Bal Alex. in l. qui accuſare in fin. C. de eden.* cum mul-
tis allegatis à *Ploto in d. §. 28. n. 6.* vbi limitat in notario oſtendens dari caſum in quo cõ-
tra eum iuratur in litẽ, etiã ob dolum in omittendo, nempe quando ipſe cõueniſſet ab
initio de mercede expreſſa, vel ſalario, & poſtea nollet edere, vel ſcribere aut tacite ex
forma ſtatutorum ſit conſtituta merces, tunc enim dicitur locare operas ſuas ſecun
dum conſuetudinem, vel ſtatutum loci laxantis mercedem *Dec. in l. 1. n. 23. verbo modo*
in iſta. C. de eden. iuncta lege ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur. & ob id tenetur actione lo-
cati Quare iurari poterit cõtra eum in litem ex concluſione ſupra firmata, *Plot. d. §. 28.*
n. 6. & 7. quod certe locum haberet contra notar. Senenſ. quibus vigore ſtatuti eſt cer-
ta pro confectione ſcripturarum conſtituta merces.

55 *Q. 7.* Prædictis affinis eſt alia quæſtio valdè quotidiana vtrum minor † reſtituatur
aduerſus dolum verum in omittendo, nam de dolo præſumpto ſuperius diſſeruimus
in *c. de dolo præſumpto.* Et certe *Bal. in l. pupillorum. C. de repudianda hæreditate.* prope finem,
negat reſtitutionem concedi per *text. in l. ſi ex cauſa §. ſi in commiſſum. ff. de Minoribus,*
nam cum poſuiſſet in principio regulam minorem ſcilicet qui in commiſſum incide-
rit habere reſtitutionẽ; affert poſtea limitationem qua probatur iſta ſententia. Nem-
pe, ſi dolus eius non interuenerit, Secundo vltra *Bald.* ſuffragatur quod aduerſus mi-
norem doloſum in omittendo datur iuramentum in litem, *Alex. conſ. 103. videtur col. 5.*
n. 18. verb. non obſtat vol. 1. Dec. conſ. 521. conſtit. in fine. Tertio dolus in omittẽdo quoties

velut

verus eſt non præſumptus arguit malitiam, malitia autem ſupplet ætatem maxime in
delictis *c. Monachus iuncta gloſſ. ſeptuageſima diſtinctione gloſſ. ſing.* in *cap. ex literis extra de
ſponſalibus*, quæ excipit vnum tantum caſum; quo ad ferendum teſtimonium, in quo
malitia non ſupplet ætatem, Dolus etiam arguit ſcientiam, quæ & ipſa ſupplet ætatem
l. 1. Cod. qui, & aduerſus quos. Quarto Ratio, per quam Minori denegatur reſtitutio ad-
uerſus dolum verum in committendo, viget in dolo in omittendo, nempe quod non
debet excuſatio ætatis prodeſſe ei aduerſus præcepta legum, qui dum leges inuocat
contra eas committit.

Quinto adiuuat *lex auxilium.* §. *dixi*, in quo minor ſi vxorem in adulterio depre-
henſam non dimiſerit, non reſtituitur, quamuis dolus eſſet in omittendo.

Contraria ſententia placet *Alber. in dict. l. ſi ex cauſa,* §. *nunc videndum num. 3. ff. de
minoribus per textum in l. 1.* §. *fin. iuncta l. vbi. ff. de eden.* Nam maiores non edentes te-
nentur ita demum ſi doloſe non edant. *dict. l. vbi* Minores autem ſi non edant excu-
ſantur *dict.* §. *fin.* ergo excuſantur etiam, quando doloſe non edunt, alias nulla eſſet ſpe-
cialitas in Minore, & *dict.* §. *fin.* eſſet ocioſus ex generali deciſione *dict. legis vbi.* Se-
cundo adſtipulatur: quia minor aduerſus mendacium reſtituitur, & ſic aduerſus do-
lum in omittenda veritate *dict.* §. *nunc videndum in fine.* Tertio ſi Minor citatus perſo-
naliter noluit comparere aduerſus veram contumaciam reſtituitur, ſimiliter etiam
quando negauit veritatem in iudicio reſtitutionem habet *Bald. in l. Minorum. ff. de mi-
noribus. Natta conſil. 17. num. 5. ex dict.* § *nunc videndum*, vt tradit *Oddus de reſtitutione parte*
56 *ſecunda quæſt. 83. articulo 3. num. 24.* † Quis erit huius controuerſiæ finis?

Oddus loco nuper citato pulchre diſtinguit, aut Minor tractat de lucro captan-
do & non conſequitur beneficium reſtitutionis aut agit de damno euitando, veluti ſi
pœnam incurreret non obtenta reſtitutione, & tunc reſtitutio concedatur. Verum
non vndequaque ſatisfacit primum quia ſi haberetur ratio damni minoris doloſi, re-
ſtitueretur etiam in dolo commiſſionis contra *dictum.* §. *nunc videndum.* Secundo quia
in §. *commiſſum.* Minor eſt in damno, & tamen ob dolum omiſſionis non reſtituitur.
Addo quod ob lucrum ſcilicet quoties minor certet de lucro captando, non reſtitui-
tur etiam ſi dolum nullum commiſerit, cum æquitas reſtitutionis ſit in læſione princi-
paliter fundata *l. quod ſi minor.* §. *1. ff. de minoribus l. ſi res.* §. *ſi mulier. ff. de iure dotium*, vbi
Minor pro parte factus locupletior, pro parte læſus aduerſus ſolam læſionem reſtitui-
tur, & licet ob omiſſum lucrum concedatur reſtitutio minori *l. ait prætor.* §. *fin. de Mi-
noribus & per titulum. Cod. ſi vt omiſſ. hæred. & per l. non omnia. Cod. de minoribus.* Tamen il-
lud contingit quando læſus eſt in omittendo lucro *dict. l. non omnia, &* §. *illud Inſtit. d. l.*
57 *Aquil.* Secus quando minor petit reſtitutionem vt lucretur. † Quamobrem verius
eſſe puto minorem aduerſus dolum verum in omittendo non reſtitui, ex *dict.* §. *in com-
miſſum ex* tertio, quarto & quinto argumento deducto pro hac ſententia, nam quoad
ſecundum de iuramento in litem DD. citati loquuntur in dolo in faciendo, Nec ad
rem pertinent contra & quo *ad l. primam.* §. *fin. iuncta l. vbi de edendo* reſp. ex mente gloſſ.
dict. legis vbi. in verbo, *niſi dolo malo*, ſcilicet quod in minore ignorantia magis præſu-
mitur, quam dolus, ſed vbi dolus probatur quamuis in omittendo non reſtituitur, poſ-
ſe autem probari, oſtendit textus in *d.* §. *in commiſſum*, nam alias ſuperuacanea eſſet illa
limitatio, niſi probari poſſet: quid enim ſi de nocte, vel non facta mercium profeſſione
tranſiret? valida profecto eſſet coniectura ad probandum dolum omiſſionis; Ad ſecũ-
dum reſponſio eſt, quod negatio veritatis non arguit de neceſſitate dolum, & ibi non
præſupponitur dolus, nam ſi eſſet in committendo, quia dixerit mendacium nõ reſti-
tueretur ex §. *nunc videndum*; ſi eſſet dolus in omittendo ſcilicet veritatem, nõ reſtitue-
retur ex *d.* §. *in commiſſum.* Tertium quoque diluitur quoniam in minore non preſumi-
58 tur dolus, ſicut diximus. & propterea ſi minor perſonaliter citatus palam negaſſet † ve-
nire reſtitutionem non haberet, quaſi conſtaret de dolo, *Natta dict. conſ. 17.* facta igitur
doli in omittendo probatione, minor non obtinebit reſtitutionem.

Quæſt. 8. Poteſt vltimo loco non incongruenter dubitari, an dolus iſte in omit-
59 tendo cenſeatur remiſſus per generalem † renunciationem & *Bartolus in l. Aurelius.*
§. *Caio. ff. de liber. leg. Caſtren. in l. ſi vnus.* §. *illud. ff. de pact. Socc. conſilio 150. numero 19.
volum. 3. Gabriel. conſ. 146. num. 28. Maſcard. de probat. volum. 3. concl. 1252. nu.*

19. Putant ex generali renunciatione cenſeri dolum
hunc remiſſum.

De Dolo Tertii & de dolo Principalis Diuiſio 6.

1 *Dolus principalis quis ſit.*
2 *Dolus tertii quis eſſe intelligatur.*
3 *Exempla ad declarationem iſtius doli.*
4 *Dolus tertii vtrum annullat ipſo iure contractum bonæ fidei.*
5 *Pars quando poſſit ex dolo tertii conueniri, & de præſcriptione dolo tertii cauſata.*
6 *Contra dolum tertii nunquid agi poſſit.*
7 *Dolus patris nunquid noceat filio, vel filiæ.*
8 *Ex dolo inſtitoris an dominus teneatur.*
9 *Ex dolo Proxenetæ nunquid vitietur contractus, & quomodo ipſe pro ſuo dolo teneatur.*
10 *Dolus Procuratoris vtrum noceat domino, & an ex eius dolo competat domino minori vel maiori reſtitutio.*
11 *Dolus Tutoris, vel curatoris, nunquid Pupillo noceat, vel furioſo.*
12 *Ex dolo ſerui an dominus damnum patiatur, & obligetur ex doloſe geſtis per illum.*
13 *Ex filiorum dolo an præiudicium generetur patri.*
14 *Dolus filii vtrum nocere poſſit patri quo ad bona quærenda.*
15 *Dolus vxoris nunquid viro nocere poſſit.*
16 *Dolus debitoris an poſſit obeſſe creditoribus.*
17 *Dolus Prælati poſſit ne præiudicare Eccleſiæ.*
18 *Dolus vnius rei an noceat alteri reo.*
19 *Dolus vnius ſocii, vtrum officiat alteri ſocio.*
20 *Dolus tertii an impediat obligationẽ committi.*
21 *An dolus tertii poſſit mihi nocere quo ad acquirendum.*
22 *Vtrum dolus fideiuſſoris obeſſe poſſit principali.*
23 *Dolus affirmatoris nunquid noceat principali.*
24 *Vtrum dolus aſſeſſoris noceat magiſtratui, cui aſſidet.*
25 *Dolus tertii adhibitus in teſtamento noceat eis, ad quorum fauorem dolus fuit adhibitus.*
26 *Dolus tertii an poſſit promitti, quod ſcilicet abfuturus ſit.*
27 *Dolum per ſe, vel per alium committere an ſit idem.*
28 *Vtrum dolus vnius excuſet dolum alterius.*
29 *Vtrum minor ob dolum tertii reſtituatur in integrum.*
30 *Vtrum contra tertium doloſum iurari poſſit in litem.*
31 *An dolus matris noceat filio; remiſſiue, & quid de dolo in falſis menſuris.*
32 *An dolus delegati præiudicet deleganti.*
33 *De dolo tertii in cauſa depoſiti remiſſiue.*

DOlus principalis videtur eſſe, qui vel à contrahentibus, vel ab eo qui principali-
1 ter negocium gerit commiſſus † eſt, de quo cum ſatis videamur egiſſe in ſuperio-
rib. diuiſionib. (nam tam dolus verus, quam præſumptus, tam de futuro, quam de præ-
terito, & deinceps ad negocium gerentis refertur) nihil vlterius diſſeremus, ſed in dolo
tertii præcipue conſiſtemus, quid ipſe ſit declarantes, non quidem definitione, neque
enim leges aut Dd. ipſum definiunt, ſed deſcriptione, atq; exemplis quantum erit in
2 nobis dilucidius explanabimus. † Dolum itaq; tertii hoc loco intelligimus eũ qui nec
à contrahentib admiſſus eſt, nec ab his qui principaliter negocium gerũt, tametſi ha-
berent connexionem quandã ratione poteſtatis, vt Seruus vel filius, vel ratione offi-
cii, vt procurator, Inſtitor, vel Proxeneta; hinc *Tiraq. de retractu conſangui* §. 24 *gl. 1. nu. 8.*
dolum tertii nuncupat, qui non eſt commiſſus ab aliquo ex contrahentib. & citat *gl. in
l. ſiquis affirmauerit in verbo de dolo dandam. ff. de dolo, nec non gl. & Dd. in l. 1. C. de Inſt. & ſub-
ſtit.* allegat quoq; ad exemplũ iſtius doli tex. in *l. fin. §. fin. ff. de eo per quem factum eſt*, (ibi, ſi
3 à fideiuſſore quinquaginta † ſtipulatus fuero, ſi in iudiciũ reus non venerit, petiturus à
reo centum, & dolo Sempronii factum fuerit, ne in iudicium reus veniat centũ à Sem-
pronio conſequar) Sempronii dolus ſicut perſpicuũ eſt, dolus tertii eſt, his ego addo a-
liud exemplũ ex *l. 4. §. itẽ quæritur. ff. de doli except. & in l. 19. §. fin. & in l. 20. ff. de dolo* (in qua
Paul. inquit, ſi Seruum, quẽ tu mihi promiſeras alius occiderit de dolo malo actionem
pletiq; in eum dandã recte putant, quia tu à me liberatus ſis) negociũ inter me, & te, e-
rat cõtractum, ille qui doloſe Seruum occidit tertius eſt, aliud quoque exemplum eſt
in *l. eleganter. ff. de dolo, & apud gloſſ. magiſtralem in §. 1. verb. ſed hoc ipſo d. l. eſt quoque gloſſ.
not. in l. 2. in verbo ſed dolo. Cod. de fideiuſſ. Tutor. & in l. 2. Cod, ſi quis aliq. Teſtari prohibu.*
4 Sed iam ad alias quæſt. progrediente videamus de dolo tertii † nempe an iſte
dolus

dolus contractum reſcindat, vel ſi bonæ fidei ſit, irritet ipſo iure, Demum quatenus hic dolus aliis noceat, & quatenus contra tertium doloſum agi poſſit. Et quo ad primum videtur ex hoc dolo tertii annullari contractus bonæ fidei non ſecus ac ex dolo contrahentis, primo quia militat eadem ratio, vt probatur ex *Bartol. in d. l. & eleganter col. 3. numer. 6. verb. præterea non eſt verum*, dicit enim quod ille qui conſentit propter dolum, errat in cauſa conſenſus, ideoque conſentit ſub quadam conditione, ſi verum eſt illud propter q inducitur ad contrahendū, quod, cum verum non ſit facit deficere conſenſum, merito contractus. Ego enim dolo deceptus non conſentio, niſi ſub illa conditione, ſiue à contrahente, ſiue a tertio fuerim dolo inductus. Secundo munit hāc ſententiam tex. *in l. 3. ff. pro Soc.* ibi: quia fides bona contraria eſt fraudi, & dolo, & in *l. ſi dolo C. de reſcind. vend.* ibi: ſciens contrarium eſſe dolum bonæ fidei hæc plane ratio verificatur etiam in cauſa doli, à tertio præſtiti. Accedit quod reſpectu eius, qui decipitur parui refert a contrahente an ab alio fuerit dolo inductus ad contrahendum.

Contrariam tamen opinionem probat gl. *in dict. l. ſi dolo in verbo Aduerſarii. Angel. in § præterea. numero. 25. in fine Inſtit. de act. gloſſ. in dict. l. & eleganter in prin. etiam. §. pen. Imol. in c. dilecti extra de emptione & vēd. Azzo in ſumma C. eod. tit. de Dolo Hoſtien. ext. de dolo. §. qualis in fine, Alberic. in d. l. eleganter. n. 7. Bald. in l. 7. num 6. & 7 ff. de dolo. Sebaſt. Medi. de Fort. caſib. in ſecunda parte quæſt. 10. n. 24. verb. 5. fallit.* Adeo quod pluribus videtur munita authorib Qui hoc in primis fundamēto ducūtur, Deceptus dolo tertii. poteſt agere contra doloſum, vt conſequatur quod ſua intereſt non fuiſſe deceptum *d. l. & eleganter in verb. dandam. & in § pen & l. fin ff. de eo per quem factum erit*, quod ſi redderetur nullus contractus, ſatis eſſet conſultum decepto per exceptionem doli annullantis, ſecundo confert quod ſi pars non fuit particeps fraudis non debet vnius dolus nocere alteri *Caſtrenſ. conſ. 19. num. 12. & 16. vol. 3. l. ſiquis in ſuo. § legis autem C. de in officioſo teſt. c. non debet de reg. iur in 6* & hoc fuit argumentum *Alberic. in d. l & eleganter. num. 2. gl. in d. l ſi dolo in verbo aduerſarii C. de reſc. ind. vend. Bald. quoq. in d. l. 7. ff. de dolo. num. 7.* ait quod ſi dolus tertii interceſſerit, & qui contraxit non participauerit fraudem, ſiue dolus tertii fuerit incidens ſiue dederit cauſam, non redditur contractus nullus, & ponit exemplum in dolo Proxenetæ, & ſecundum hanc ſententiam. *Sebaſt. Medic. ſup. citato loco.* conſtituit regulam cum fallentiis, nec pugnant allegata ex aduerſo quippe obtinent in dolo commiſſo ab vno ex contrahentib non à tertio; quoniam ſtante eius dolo nō poteſt parti opponi, fraus, vel dolus, & ſic ceſſat *lex 3. ff pro Soc.* Nec minus nocet quod reſpectu decepti parui referat, a quo ſit circumuentus, eſt enim verum vt conſulatur ſuæ indemnitati, non vt ille, qui non decepit, teneatur ex dolo alterius Ideoque tertium debet conuenire non contrahentem, niſi in ſubſidium quando doloſus non eſſet ſoluendo *d. l. eleganter. §. pen. Bald. in ſua Margarita in verbo reſcriptio verb. præſcriptio ſit dolo*, dicens ſingulariter quod ſi præſcriptio dolo tertii qui ſoluendo non eſt, fuerit completa reſtituitur actio aduerſus præſcribentem, etiam ſi ipſe non fuerit in dolo quod ſcribit eſſe notandum *Tiraq. de retract. conſangui. § 35 num. 33. verb. ſed hic in dubium*, & ego addo tex. in terminis in *l. 19. § ſi curus dolo. ff. de dolo*, & quid ſi dolus tertii dederit cauſam huic præſcriptioni. Vtrum eam annullet *Romanus in l. ex hoc edicto.*
5 *numero 4. ff. de eo per quem factum erit.* † Ob dolum quoq: tertii non poteſt agi aduerſus contahentem, niſi acquiſiiſſet immediate ex iſto dolo tertii. *Aloiſius de Alb. inter ſingularia Doct. ſingulari 36.*

Quæſt. 9. Ex his vero quæ proxime dicta ſunt non obſcure colligitur ſolutio 3: quæſt. an ſcilicet contra tertiū doloſum intendi poſſit actio, affirmatiua namque ſententia iuri, rationi & æquitati videtur conſentanea. Iuri nempe *l. 4. § item quæritur ſi debitor meus. ff. de except. doli*, ibi: aduerſus ipſum, aut debitorem meum poteris experiri *l. & eleganter in pr. in verbo: in manu miſſum dandam de dolo actionem l. 19. § fin. ff. de dolo*, & ibi *Bartol.* pulchre declarans in caſu *d.* §. quando competat actio de dolo, vel *l. aquil. l. 4. § ſi cum legitima*, iuncta gloſſ in verbo non poteſt. *ff. de except. doli l fin. § fin* qui tex. loquitur in terminis. *ff de eo per quem factum erit.* Conuenit rationi, quippe quia dolus delictum eſt, *Angel. in §. præterea. numero. 25. Inſtit. de action.* Inquiens quod ſtante ſtatuto vt ſuper quolibet delicto debeat Iudex inquirere, poterit & ſuper ſimplici dolo inquiſitionem facere, delictum autem obligat delinquentem, & pœna tenet ſuos Authores *l. vigeſimaſexta. §. fin. ff. de noxa. action.* Congruit æquitati ne ex delicto alterius mihi damnum inferatur, & in his terminis ait

Caſtrenſ. in Rubr de eo per quem factum erit, quòd ſi ſub certa pœna promiſero de iudicio
ſiſti, & tertius me dolo impedierit, debeo pœnam ſoluere *l. 1. §. ſed ſi Reus, & ibi Caſtr.*
de eo per quem factum erit, merito ſuggerit æquitas, vt repetam a doloſo, adeo quod ſi ter-
tius ille non ſit ſoluendo competit mihi exceptio, ne pœnam promiſſam ſoluam e-
tiam ſi ab initio diues lapſus poſtea fuerit facultatibus, dummodo non poſſit mihi im-
putari negligentia argumento *l. prima. §. pen. ff. de Magiſtr. conue. Caſtren. in d. § fin. ff. de*
eo per quem factum erit, & ita videntur intelligendi *Accurſ. & Bar. in d. l. & eleganter. § pen.*
prope finem. ff. pen. de dolo, & lex inde Neratius. §. 1. ff. ad l. Aquil. Bart. in l. is ſolis. ff. de condict.
indebiti l. plane lect. 2. & *ibi Bald. ff. de leg. 1. in l. 2. ff. de Inſtit. actione*, videtur etiam amplian-
6 da concluſio vt ſi pars etiam participauerit de dolo, debeat tamen prius conueniri †
tertius ſi fuerit ſoluendo *d. l. eleganter. § pen.* in illis verbis, & puto non competere ſi pa-
ratus ſit Reus &c. Et communis opinio videtur ſi tertius ille non ſit ſoluendo agatur
contra principalem in cauſa lucratiua non autem in onerosa, niſi participaſſet de frau-
de vt de communi teſtatur *Petrus Santer. de aſſecurat. & ſponſ. mercatorum parte 4. numero*
20. & 21. inter tractatus de aſſecuratoribus: & maxime hoc obtinet in procuratore doloſo,
quoniam & ſi ille tertius, cum quo illuſit procurator meus deliquerit, maius tamen eſt
delictum procuratoris qui fidem, quam mihi præſtitit turpiter fregit, facit tex. *in l. cum*
mandato verb. ſi autem ipſe. ff. d. minoribus.

Quaeſt. 2. His ſubiicitur alia quæſtio ſcilicet an dolus patris noceat filio, vel filiæ,
& primo quo ad dotem, de quo † articulo per *Bartolum Romanum Imol. & alios in l. me-*
7 *dia marito. ff. ſoluto matrimonio* & per *Campegg. in tract. dot. in 2. parte quaeſt. 90.* Et proba-
bilior videtur opinio vt obeſſe nõ debeat, primo ex *l. prima. §. 2. ff. de Carbo. edict. iuncta*
gloſſ. in verbo. Carboniano edicto, vbi patris factum, vel dictum non præiudicat filio. Se-
cundo quoniam in titulo oneroſo dolus Authoris non nocet ſucceſſori, niſi ipſe de
fraude participauerit *l. 4. § ſi cum legitimi. ff. de except. doli l. pen. l. quod autem. §. hoc tacitum*
C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. titulus autem dotis eſt oneroſus *l. pro oneribus C. de iur. dot.*
l. 1. vbi gloſſ. & Bart. ff. ſol. mat. Tertio adſtipulatur quod pater ex officio tenetur dotare
filiam *l. fin. Cod de dotis promiſſione*, adeo quod dotem datam primo viro non poſſit mi-
nuere in ſecundo matrimonio, niſi venerit ad deteriorem fortunam. Quarto con-
fert quod dotis contractus eſt inductus in fauorem filiæ, *Bald. Nouellus de dote in 6. parte*
prin. 17. num. 2.

Contraria tamen opinio videtur eſſe frequentius recepta, nam *Bart. Rom. Imol.*
& Campegg. locis ſupra citatis reſpondent dolum patris nocere filiæ ex *d. l. Mauia* in illis
verbis (conſequi eam pretium fundi euidens iniquitas eſt, cum dolus prius ipſi no-
cere debeat) probatur etiam ratione quippe ipſa filia in dote profecta a patre habet
cauſam ab eo, & cauſam lucratiuam, nam reſpectu mulieris dos lucratiuam cauſam
continet quare ſit locus regulæ quod dolus eius, a quo cauſam habeo lucratiuam mi-
hi nocet, *l. apud Celſum. §. de Authoris. ff. de except. doli*, & iſta fuit conſideratio *Bart. in d. l.*
Mauia, cui conuenit alia vltra DD. nam vitium perſonale cuiuſmodi eſt dolus, nocet
ſucceſſori vniuerſali, & ita filiæ: quia dos eſt ius vniuerſale *Doct. in Rub. ff. ſol. matrimo-*
nio, Dec. & gloſſ. in l. quod in ipſis. ff. de reg. iur. Non vrgent allegata ex aduerſo, & ad pri-
mum vltra ſolutionem gloſſ. *in l. D. fratres* in verbo: *fuiſſe*, & *Dyn. in d. cap. non debet.* Re-
ſpondeo ibi quæſt eſſe inter patrem, & filium, & propterea factum, vel dictum eius
non debet obeſſe filio, vt proſit patri in *l. Mauia* erat controuerſia inter maritum, &
mulierem, ad ſecundum ſolutio eſt ante pedes, nam titulus dotis eſt oneroſus quo
ad maritum, lucratiuus quo ad vxorem, & ita loquuntur ſupra relati DD. ad tertium
reſponſio eſt in conſpectu ſiquidem Mulier poterat agere contra patrem, propterea
virum moleſtare non debet, euidens namque iniquitas eſt *d. l. Mauia*, quibus con-
ſequens eſſe videtur, vt patris dolus noceat filiæ non indiſtincte, ſed quando quæ-
ſtio eſt inter mulierem, filiam, & maritum, iuxta textum in *d. l. Mauia*, ſiquidem do-
lus patris filiæ potius debet officere quam viro, & in his terminis dolus etiam extra-
nei dantis dotem noceret filiæ, & non Marito cum habeat ab illo cauſam lucratiuam,
maritus vero oneroſam & non fuit particeps fraudis. Verum ſi ageretur inter pa-
trem, & filiam quia forſitan pater doloſe dederat in dote fundum alienum, & is à ve-
ro domino fuerit euictus, profecto dolus iſte paternus non præiudicabit filiæ quo-
minus compellatur iterum officio Iudicis dotem conſtituere *l. fin. Codic. de dot. pro-*
miſſ. ne ſua malignitate liberet ſe ab onere dotandi contra text. in *l. qui liberos. ff. de ritu*
Nupt. id enim nec inter viuos facere poteſt nec in vltima voluntate, veluti ſi bona ſub-

iiceret

ſceret fideicommiſſo prohibendo expreſſe alienationem ex cauſa dotis *auth. res. quæ C. commu. de leg.* inutilis nanque eſt prohibitio defectu poteſtatis *Curt. ſen. conſ. 72. n. 13. Iaſ. in d. auth. res. col. 4. Fanuc. de lucro dotu n. 77. verb. de not.* caſu, & confirmantur prædicta ex eo, quod contra tertium doloſum, & ſic contra patrem agitur ex his quæ dicta ſunt in præcedēti articulo ſicut è contra dolus filiæ nō præiudicat patri in cauſa dotis, *auth. è contra ſi filius Codic. de repudiis. Menoch. de recup. poſſ. remed. nono numer. 88. quaſt. 7.* Pater quoque nocere in dote filii ſiue nurus non poteſt, imò ex ſuo dolo tenetur non ſolum de peculio ſed in ſolidum per textum apertum in *l. 37.* ita fit, vt nec patri liceat filiis præiudicium reſpectu dotis facere, nec filiis conceſſum damnum inferre parenti, ex notatis à *Menoch. centuria tertia caſu 242. numer. 2.* Extra cauſam autem dotis quomodo dolus patris poſſit obeſſe filiis, & natorum fraus poſſit nocere parentibus ex *text. in l. apud Celſum. §. in hac except. ff. de except. doli*, ponit *Dyn. in dict. capit. non debet gloſſ. in d. l. Diu. fratres, & in l. quod ipſis. ff. de reg. iur.* Quibus conuenit tex. *in l. 1. §. ſi Dominus*, vbi *Rom. ff. ſi quis aliquem teſtari prohib.*

Quaſt. 3. Accedit alia quæſtio ſane quotidiana, vtrum ſcilicet Dominus teneatur ex Dolo inſtitoris, id eſt, † ex dolo illius quem alicui negociationi præpoſuit *l. 3. & l. 18. ff. de inſtit. action.* Et videtur dicendum non teneri primo ex *l. quoties. ff. de noxal.* vbi Dominus pro delicto ſerui non alias cōdemnatur quam ſi eum habeat in poteſtate, aut dolo fecerit quominus haberet ergo inſtit. dolo non tenetur, niſi concurrente qualitate dominicæ poteſtatis. Secundo actus agentium non debet operari præter intentionem eorum *l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* Intentio autem domini præponentis inſtit. fuit de negociis, & contractibus obligari, alioquin eſſet in arbitrio inſtitoris Domino ſuo maxime nocere quod eſt abſurdum, *l. nam abſurdum. ff. de bonis libertorum.* Tertio ſumitur argumentum *ex l. 1. ff. de inſtitor. action.* vbi prætor ait, quod ſicut commoda ex contractu inſtitorum ſentimus, ita nos obligari ex eorum contractibus æquum eſt, tunc ſi ex dolo inſtitorum non capimus aliquod commodum: prohibitum eſt enim ex noſtro & ex alieno dolo lucrum facere, ergo ex delicto illorum non debemus obligari, vt idem operetur propoſitum in propoſito, &c. *l. fin. ff. de legation. 3.*

Contraria ſententia placet *Bartolo in l. prima. §. familiæ per illum text. ff. de public. & per l. primam. ff. de furt. aduerſ. Naut. caupo.* &c. probatur etiam *Angelo in §. fin. per eum textum inſtit. de obligation. quæ ex quaſi delicto*, commendat *Rota Genuenſ. deciſ. 14. numero 16. & 17.* & confirmatur non ſolum citatis iuribus, ſed etiam ex *l. ſed ſi pupillus in fine. ff. de inſtit.* ibi ſi inſtitor decipiendi cauſa detraxit, dolus ipſius præponenti nocere debet. Adiuuatur ratione, nam Dominus qui illum præpoſuit commiſit quaſi maleficium propterea, quod vtitur opera malorum hominum *d. §. fin.* Munitur etiā quoniam debet ſibi Dominus imputare quod non bene proſpexerit qualem virum elegerit *l. 1. §. unde quarit Ofilius. ff. de exercit. l. cum mandato in fine. ff. de minoribus.* & hæc opinio quæ tum verior, tum cōmunior eſſe videtur, declaratur, vt procedat ita demū ſi inſtitor delictum fecerit in his negociis, quibus præpoſitus eſt, non in aliis *Bart. in d. §. familiæ per illum text. facit lex quinta. §. non tamen omne. ff. de inſtitor. l. prima §. non autem ex omni. ff. de exercit. actione l. 3. §. eodem modo. ff. Naut. caup. &c.* Secundo declaratur, vt ita demum teneatur ex dolo inſtitoris, ſi ille, qui cum eo contraxit non fuit particeps fraudis *l. ſed ſi pupillus. §. de quo palam in fine. ff. de inſtit. act.* facit *Deciſio tertia numer. 15. Rota Genuenſ.* in qua agitur etiam de dolo Gubernatoris Nauis, an aſſecuratores teneantur. Nō faciunt modo negocium argumenta contraria, & ad primum reſponſio ſit, obtinere, quo ad iudicium noxale, nihil eſt enim ibi quod Domino poſſit imputari ſecus in cauſa inſtitoris. ſecundum quoq; tollitur, quod cum Dominus præponens malum inſtitorem ſit in quaſi delicto, vt palam fecimus, debet obligari ex eo quod inde ſequitur, & non videtur præter eius intentionem obſtringi, debuit enim cogitare &c. tertium diluitur propter diuerſitatis rationem, nam licet ex delicto inſtit. non debeamus ſentire commodum *l. fi. ff. de eo per quem factum eſt l. ſi cū ex. ept. §. Pedius. ff quod metus cauſ.* Debemus tamen obligari, quoniā videmur eſſe in culpa *ex d. §. fi.* nō bene explorantes, cuius conditionis hominem præpoſuerimus, ampliatur autem dicta concluſio vt procedat etiā in dolo exercitoris *d. § fi. & d. l. 1. ff. de furt. aduerſ. Naut. caup. &c.* nulla enim poteſt in hoc conſtitui ratio differentiæ inter exercitorem, & inſtitorem.

Quaſt. 4. Noua ſuccedit quæſtio de dolo Proxenetæ, tam in cōtractu Matrimonii q̄ in aliis negociis, † vtrū ſc. dolo ipſius vitietur contractus, & an, & quomodo ipſe pro

dolo ſuo teneatur, & ante omnia non videtur præter eundem Proxenetæ verbum eſſe Græcum quod proprie interpretem ſignificat, aut Pararium, cuius ſcilicet opera, aut interuentione inter duos negocia contrahuntur, vel nomina, vel nuptiæ, vel Aſſeſſores iudicii inueniuntur *l.3.cum gloſſ.ff.de Proxen.* qua in opera dolum malum debet præſtare, citra dolum nulli obligatur, etiam ſi Proxeneticum acceperit *l.2.ff.de Proxen.* & P*lato libr.12.de leg.* videtur ſtatuere, vt non minus quam venditor euictionis nomine Proxeneta teneatur, quamuis hoc iure Romani Ciues, à quibus leges accepimus non vterentur. Quid ergo iuris erit ſi Proxeneta matrimonii aſſeruit doloſe, mulierem eſſe pulchram, proceræ ſtaturę, & non defectuoſam, & tamen deformis, & breuis ſtatur æ poſtea inueniatur? de qua quæſtion tradit *Silua nupt.lib.2.in fine.num.120.* Plane quod attinet ad contractum matrimonii non videtur huius doli prætextu reſcindendum ex his quæ dicta ſunt in antecedenti Quæſt. nam dolus tertii, cuiuſmodi eſt proxenetę nõ irritat contractum bonæ fidei, *Bald.in l.7.in 2.lectura.ff.de dolo.* loquens in Proxeneta. Sed an rumpatur matrimonium ope exceptionis, & rumpi ſentit *Picus in l pactum quod bona fides C.de pact. & Alex.conſ.99.per excellentiſſimum vol.3.* dum negant ipſo iure reſcindi. Rurſus an teneatur Proxeneta decipiẽs doloſe, vel in dote, vel in deformitate vxoris, & quo ad primum *Alex. in l.ſi cum dotem.§.ſi mulier.ff.ſol.matr.* reſpondet teneri, cui patrocinatur *lex ſecunda.ff.de proxen.* ibi: Plane ſi dolo creditorem circumuenerit de dolo actione tenebitur. Quod vero attinet ad deformitatem non videtur obligatus, etiam ſi doloſe fuerit mẽtitus, quippe quia vel nullum damnũ intulit, vel leuis admodũ læſio eſt, q̃ fecit mẽtiendo, arg. *l.1.ibi: ſimplicitas ſit dãnoſa.ff de dolo,* & *l.id eſt.iuncta l.præcedenti eodem tit.* vbi ꝓ modica ſumma denegatur actio doli, Porrò autẽ nullum eſſe detrimentum illatum palam eſt: quia multis incommodis eſt liberatus, qui deformem non pulchram duxit vxorem, primo quidem ſuperbia coniugis formoſæ qua nihil eſt intollerabilius, vt Comicorum Princeps *Menander* ait & *Ouid. libr.1.Faſtorum.*

Faſtus ineſt pulchris ſequiturque ſuperbia formam.

Secundo effugit certum ferè periculum impudicitiæ, Mulieres enim formoſæ vix caſtæ, & forma cum pudicitia magnopere diſſidet *hinc Iuuen.ſatyra 10. Rara eſt adeo concordia formæ atq; pudicitiæ,* Ideoq; Bias hortabatur, ne quiſpiã pulcrã vxorẽ duceret, ne, inquit, habeat cõmunem. Tertio euitat morbum grauiſſimum Zelotypiæ, in quẽ facillime incidunt qui copulantur ſpecioſæ puellæ, teſte *D.Chryſoſtomo in 2.parte homilia 2.* Cruciat, ait, vxorum pulcritudo viros Zelotipia. Quarto liberantur mortis periculo, cui ſubiiciuntur, qui decoræ coniunguntur vxori, id quod cognoſcens ſanctus ille Patriarcha Abraham cum proficiſceretur in Ægyptum, & poſtea ad Abimelech veniret, dixit vxori, noui q; pulcra ſis Mulier, ideo ne me interficiant Ægyptii dic quod mea ſoror ſis *Geneſ.c.12.* & *c.26.* quem locum exponens *D.Ambroſius.* ait non magnopere quærendum decorem in coniuge, propterea quod viro plerunq; mortem gignere ſolet, ſed eſto in pulchritudine vxoris aliquid eſſe commodi, breue tamen illud eſt, & perexiguum. Poinde breue damnum ſuo dolo Proxeneta intulit. res enim caduca, fluxa, & fragilis eſt pulcritudo, vt inquit *Criſpus Saluſtius Romana primus in hiſtoria in titul. quem de bello Iugurtino compoſuit,* & *Socrates apud Diogenem Laertium,* in vita Ariſt. formã appellat exigui temporis Tirannidem, quare amor ille forma conciliatus, cum forma abiit, ceſſante enim cauſa ceſſat effectus, vnde *Bachis illa Terentiana* ait:

Forma impulſi noſtra nos Amatores colunt.
Hac vbi immutata eſt, illi ſuum animum alio conferunt.

Atq; his rationibus motus, vt veroſimile eſt *Anacharſis ille Philoſophus.* Vxorem deformem accipere ſtudioſe voluit, tantum abeſt vt ſtuduiſſet agere cõtra Proxenetam deformẽ pro ſpecioſa pollicentẽ; Vxorem, inquit, temperantẽ quęrito non formoſam, illa enim eſt theſaurus, qui ſurripi non poteſt, hæc autem; animi opinio ſiue perſuaſio.

Alia vero ſententia vt immo graui damno affectus iſte Maritus poſſit contra Proxenetam agere, probatur inprimis ex *c.non ſatis 34.quæſt.2.* vbi ſcriptum legimus ſi vxor non inuenerit gratiam in oculis viri propter aliquam fœditatem ſcribet libellum repudii, confert tex.in *c.quemadmodum ver.ſi poſt* iuncta gl. & ibi *Imola,* & alii de iure iurando, quo definitur ob deformitatẽ notabilẽ, ſuperuenientem poſt Sponſ. de futuro dari iuſtã cauſam ab illis diſcedendi, quæ res arguit deformitatem vxorũ eſſe viris maxime moleſtam. Accedit quod deformitas corporis indicat deformitatem animi; ra-

ro enim

Digitized by Google

ro enim in corpore deformi formoſus animus inſidet *Panorm. in c. quia diuerſitatem in princ. notabili* per illum tex. *de conceſſ. preben.* fieri nanque vix poteſt, vt qui omnino deformis eſt, bonus ſit, nam *Galenus lib de tempera. 2. c. 6.* inquit natura membra componit prout moribus animæ conuenit, hinc *Homerus* viros virtute præſtantes pulcra ſpecie decoros, & Deo ſimiles facit. Therſitem vero ignauum ſtolidumque fingens deformem etiã corpore finxit, Lacedæmonii ex ſuæ ciuitatis inſtituto deformes infantes exponebãt quaſi eorum vita & ſibi & Reip. inutilis eſſet futura, his conuenit quod deformitatem antiqui vſque adeo deteſtabantur, vt deformi occurrere inauſpicatum haberetur, hinc vt ſup. etiã diximus Septimius Seuerus Imperator ex Æthyopis cuiuſdam occurſu ingruere ſibi mortem concepit, Hinc Bias hortabatur, ne quis turpem duceret vxorem nam ait pœnam duces. Deformis præterea vxor parit deformes filios quo nihil moleſtius parentibus accidere ſolet, vt merito grauiter deceptus & graui damno affectus dicatur, qui dolo Proxenetæ deformem vxorem præter ſuam voluntatem acceperit & iure conuenire eum poſſit (ſtante tamen matrimonio) vt ſoluat quantum ſua interſit non dixiſſe vxorem deformem, imò pœnam, & cum aduerſus doloſum in contractibus bonæ fidei iuretur in litem *Dd. in l. in actionib. ff. de in lit. iur.* poterit maritus præuio iuramento ſuum damnum æſtimare.

Nec aduerſantur allegata in contrariũ, etenim vno verbo tollũtur omnia: quoniam cũ inter pulcritudinẽ, & deformitatẽ ſit quoddã mediũ in hoc, ſicut in aliis reb. maxime laudabile, nẽpe cũ ſit illa forma, quæ mediocrẽ quandã venuſtatẽ ſignificat & quæ vulgo dici ſolet forma vxoria poterat his omnib. incõmodis liberari maritus, quæ viris ob nimiã pulcritudinẽ coniugũ obuenire conſueuerũt ſi data fuiſſet vxor forma inter vtranq; poſita, quarũ magna copia eſt & licet pulcritudo breue ſit bonum, & forma fluxa, deformitas certe eſt perpetua, imo tẽpore recipit augmentũ, vt. n. ætas pulcritudinẽ expellet ita deformitatẽ augẽt, pinde ſanct⁹ ille Patriarcha Iacob, ne cũ turpi Lya temp traduceret æuũ, aliis *7.* annis voluit amore pulchræ Rachelis hoc modo inſeruire.

Sequitur alia pars principalis quæſtionis, nempe quid iuris in dolo Proxenetæ in aliis negociis extra matrimoniũ, ſiquidem multa negocia tractant; & ſunt huiuſmodi hominum, vt in ciuitate officinæ, atq; in venditionib. emptionib contractib. commerciis, licitis verſantur *l. 3. in fin. ff. de Proxen.* in qua *Vlp.* vtiles hos eſſe homines perhibet nunquid ergo cõtra eos agi poſſit? & ſane conueniendos non eſſe ſuadet regula quod nemini ſuum officium debet eſſe damnoſum *l ſiquis, ex ſignatorib. ff. quemad. teſta. aperi. l. abſentia. ff. de reg. iur. l. inter eos. ff. ex quib. cauſ. maiores* veruntamen in contrariũ eſt text. in *d. l. 2 ff de Proxeneticis*, ibi planè ſi dolo, & calliditate circumuenerit creditorem actionẽ de dolo tenebitur ſimilis eſt. n. agrimenſori, qui de dolo, & lata culpa obligatur *l. 1. ff. ſi menſor falſ. mod. dixer. gl. in d. l. 2. §. act.* & quemadmodum noſtra intereſt, ne fallamur in modi renunciatione *d. l. 1.* ſic ad nos pertinet, ne in modo negocii contrahendi fallamur & niſi Proxeneta plecteretur de dolo, maxime impedirentur commercia, quippe non omnia poſſumus per nos ipſos gerere, & periculoſum eſſet iſtorum hominum fidei ſe committere, atq; ita fieret contra publicam vtilitatem argumento *l ex hoc iure. ff. de Iuſt. & iure, & §. ius aũt gentium inſtit. de iure natur. &c.* Aut ergo Proxeneta ſolus cõmiſit dolum, nec aliquis ex contrahentib. fuit particeps fraudis, & tunc contra ipſum agitur actione de dolo *Rom. in l. aquiſſimam. ff. de eo per quem factum erit per l. 1. C. ſi vendito pignore agatur*, & ſtante difficultate probationis, poterit aduerſus eum in litem iurari, dicta cauſa *l. in act.* ſi ipſe ſit ſoluendo. i. tot habeat in bonis, vt ex his poſſit omne æs alienum ſoluere *l. ſoluendo. ff. de verb ſignif* at ſi ſoluendo non eſſet, nec per ſe, nec per ſuos fideiuſſores *l. ſi plures. §. præterea ff. de fideiuſſ. Alciat. in d. l. ſoluendo*, vel non haberet bona in territorio *Bad in c. ex ratione col. pen. de appellat. & ibi Dec col. 9* plura cumulat, licitũ eſt agere contra eum qui ex dolo Proxenetæ lucrum ſentit *d. l. fin ff. de eo per quem factũ erit in verb. plane ſi is qui dolo fuit*, nam & ſi non loquatur de Proxeneta tamen loqtur in tertio, & Proxeneta tertius eſt, & à Proxeneta probationẽ citat eum tex. *Alberic. in l. elegãter n. 10. ff. de dolo.* ſi vero vnus ex contrahentib participauerit cum Proxeneta de dolo, quo pacto ſit ſubueniendũ decepto, eleganter declarat *Bald. in l. 7. n. 7. & 8 in 1. & 2. lectura. ff. de dolo, & in l. 2. C. de fideiuſſ.* Minor; & in *l. multũ C. ſiquis alt.* vel ſibi. *Hoſtien. in ſumma de dolo, in §. & cõtra quẽ* facit etiã tex *in l. 4. §. 1. ff. ſiquis omiſſ. cauſ. teſt.* Nec obſtat regula q; nemini ſuũ officium debet eſſe damnoſum: nam fallit vbi mixta ſit culpa *Bald. in l. tum ab initio. ff. quemad. teſta. aperi.* & merito, nam tunc officiũ euadit maleficium, & damnoſum non debet eſſe officiũ quãdo bono animo, & recta intentione fuit adhibitũ:

Quæſt.5. Sequitur alia dubitatio vtrum ſcilicet dolus procuratoris noceat, & 10 quatenus nocere poſſit Domino, id eſt ei † cuius mandato negocia geſſit *l.1.ff.de procuratorib.* ad cuius rei clariorem doctrinam præmittēdum eſt quod procuratores ſunt in duplici differentia.

Alij enim ſunt in rem ſuam, Alij in rem alienam argumento *l.4.C.de procurat. Bar. Iaſ.& alii in l. qui ſtipendia C.eod.tit.* Procurator in rem ſuam datus dicitur is, cui ad propriam ſui vtilitatem ceſſæ ſunt actiones *l.8.§.vlt.ff.mand.l.2.in fin.ff.famil.herciſcund.d.l.4.de procurat.l.3.§.idem Labeo.ff.de in rem verſ.* Exercet enim mandatas, & ceſſas ſibi actiones, ſed quia non ad alienam vtilitatem, ſed ad ſuum proprium commodum agit, ideo in rem ſuam factus dicitur procurator *l.3.§.in propria.ff. quando appellandum ſit l.4. de re iudicata l.4.& l.25.§.vlt.ff.de procurat.* Exemplum eſt in eo, qui nomen emit, *l.1, C. de contr.iud.* *l.vtel.* Emptor quoque *heredit. dicitur procur.* in rem ſuam *l.34.& ibi Alberic. ff.de procurat.l.66 §.ſi ſecundus.ff.de euict.* Procurator in rem alienam dicitur qui mandatas ſibi actiones non ad ſuam, ſed ad domini vtilitatem exercet argumento *d.l.1.ff de procurat.* & in vniuerſo *titul.ff.mandat.& C.de procurat.* Secundo præmittere oportet, quod procurator in rem alienam, aut eſt alicuius rei particularis, aut vero omnium bonorum domini mandantis *l.apud Celſum.§ quæſitum eſt an de procuratoris, verbo ſi autem is.ff.de except.doli l.procurator tutorum.ff.mand.ii.* & hic quandoque habet mandatum cum libera, vt in *l.procurator cui libera cum l.ſeq.ff.de procur.* de quo multa ſcitu digna *Iaſ. in l.1.ff.de off.procurat.Cæſaris,* & inter alia probat hunc procurat. duplici modo habere mandatum cum libera videlicet aut à lege, vt procurator Cæſaris, vt tutor, vel curator, aut ab homine vt in *tit.ff.mandat.* Ad noſtrum vero negocium facit procurator cū libera ab homine, his ita conſtitutis ad quæſtionem propoſitam veniamus, nunquid dolus procuratoris noceat domino, & minimum nocere probat tex. in *l.ſi procurat.ff.de except.doli* in princ. & in generali ratione quam ponit, dolum vnius alteri non obeſſe, cui ſimilis eſt *tex.in l.ſed & ex dolo.§.item ſi quid.ff.de dolo,* vbi procurator tenetur ex ſuo dolo & dominus poteſt in eo tantum conueniri quod ad eum peruenit, conuenit tex. *in l.3.§.ſi procur ff.quod quiſq.iuris* à contrario ſenſu, nam ex facto procuratoris niſi habeat ſpeciale mandatum dominus non tenetur, vt per eum *text.dixit Roland.conſ.91.nu.3.volum.4.*

Ex aduerſo quod imo plurimum officiat dolus procuratoris oſtendit Vlpian in *l 5.ff.de tribu.act.* his verbis, procuratoris autem dolum nocere debere domino, neque Pomponius dubitat, neq; nos dubitamus vſque adeo, vt Caſtr in *l.ſed et ſi.§.ſi ſeruus Pupilli,ff.de tribu.act.* dixerit plus nocere domino procuratorem, quam dolum tutoris pupillo, confert *lex ſi procurat ff.de doli except.* ibi, & placet de dolo procuratoris excipiendum eſſe, & *lex.4.§.quæſitum eod.tit. verb.ſi autem procur.* is cui omnium rerum adminiſtratio conceſſa ſit, tunc de omni dolo eius excipi poſſe Ad hunc nodum explicādum vtiliſſima videtur diſtinctio, nihil eſt enim quod magis difficultatem tollat, quam bene diſtinguere argumēto *l.adeo.§ eum qui.ff.d.acq.rer.dom.l.pupillus in verb diſtinguemus,* & in *verbo diſtinguendum.ff.quæ in f. aud.credit.* Solet reprehendi & indiſtincte loquitur *Soc.in l.demonſtratio falſa col.2.ff.de cond.& demonſtrat.* quia ſc.non poteſt haberi notitia totius, niſi diſtinctis eius partibus, & cognitis *Silua nupt.lib.5.num.29.* Igitur, aut quærimus nunquid dolus commiſſus a procuratore noceat domino, quando ex controuerſia inter ipſum, & Dominum, aut quando res agitur inter procuratorem & alium pro negocio tamen domini, veluti ſi procurator litigans nomine meo cum Mæuio iudicium corrumperet iuxta *gloſſ.mag.in d.l.4 §.quæſitum verb.præſentem ff.de except.doli,* ita ſc. aduerſarius meus poſſit contra me de dolo procuratoris excipere, perinde ac ſi ego dolo feciſſem. Primo caſu dolus procuratoris non obeſt quippe tenetur domino præſtare quicquid dolo, vel culpa in præiudicium eius commiſerit *l.ſi procur.§ dolo ff. mandat.* (ibi: ſi dolo emere neglexiſti, ſi gratia ductus paſſus ſis alium emere teneberis, & ſi Seruus, quem emiſti fugit, ſiquidem dolo tuo teneberis) ad idem eſt tex. in *l ſi procurat. iuncta gloſſ.C.mand.in l.contractus.ff.de reg.iur.in l.dolo.ff.mand.* adeò vt ſi ſoluendo non eſſet, liceret domino agere contra eum, qui cum eo procuratore contraxit, ſi vel doli fuiſſet particeps *d.l eleganter.§.ſi dolo l.ſi procurat.ff.mand.* vel ſiquid ad eum ex dolo mei procuratoris peruniſſet *l.16.§.itē ſiquid dolo ff. de dolo l.1.§.fin ff.depoſit.* ibi hoc ipſo dolo facit quod nō reddit quod ad ſe peruenit in II. caſu iterum diſtinguendū eſt, nam aut loquimur in procuratore ad iudicia aut in procuratore ad negocia, aut ſumus in procuratore in rem ſuam, & indiſtincte nocet hic dolus, ſiue ante litem conteſt. ſiue poſt fuerit

commiſſus

commiſſus *d.§. quæſitum* quo nihil expreſſius,& gloſſ. ibi in verbo excipiendum affert exemplum, & ratio eſſe videtur, quoniam huiuſmodi procurator, dominus eſt etiam ante litem conteſt *l. ſi procurat. ff. de except. doli*, ibi: his, quæ à te extraneus eſt, nec alienus dolus, & ibi: eamque ſuo quodammodo nomine exequitur. Aut ſumus in procuratore in rem alienam, & tunc ſi rei particularis eſt, non totorum bonorum dolus commiſſus ante litem conteſt. domino non officit, quia ſcilicet cum adhuc factus non ſit dominus alienus dolus eſt, & dicitur vt extraneus non vt procurator dolum feciſſe *Ang. in d.§.* ſequitur multa cumulans citat communem ſententiam & *nu. 12. verb. 3. vero caſu.* reſpondet contrariis ſed ſi poſt litem conteſt. commiſſus dolus fuerit, veluti, ſi corruperit iudicium vt per *gloſſ. d. §. quæſitum in verbo præſentem.* nocet Domino *d. l. ſi procurat.* ibi: *poſt litem conteſt.* & ibi: *placet de dolo procuratoris excipiendum eſſe*; & amplia vt per *Angelum in d. §. ſequitur num. 12. verbo: ſed aduertas*, Aut ſumus in procuratore rei alienæ, ſed totorum bonorum cum libera, & eius dolus omnino damnoſus eſt Domino ante, & poſt litem conteſt. commiſſus *d. §. quæſitum verbo, ſi autem is procurator ſit totorum omnium rerum* &c. *l. procuratoris iuncta gloſſ. ff. de tribut. act.* & ratio colligitur ex *l. procur. totorum* ex *l. procur. cui libera, & l. mandato, & ibi Bart. ff. de procurat. Ang. in §. ſequitur n. 12. Inſtit. de except.*

In ſecundo vero caſu, quando loquimur in procuratore ad negocia, ſi dolo aliquem deceperit mea negocia gerens, neq; ego doli particeps fui, nec quicquam ex eo dolo ad me peruenit non teneor, ratio eſt quia dolus alterius nemini debet obeſſe *d. l. ſi procur. de except. doli l. non debet alteri. ff. de reg. iur. l. ignorans. ff. de procurat.* Sed ſi de dolo participauerim obligor in ſubſidium; nempe ſi procurator non eſſet ſoluendo; argumento *d. l. ſi procur. ff. mandati & l. eleganter. §. ſi dolo malo ff. de dolo.* Secundum gloſſ. declarationem in *d. l. ſi procur. verbo ſed ſi ibi*, dandam nempe vt detur priſtina actio ad debitum principale, actio vero de dolo ad cętera damna. Cęterum ſi ſine dolo meo ad me peruenit ex dolo mei procuratoris, teneor in quantum peruenerit *d. l. 16. §. item ſi quid dolo d. l. 1. in fine. ff. depoſiti*, quippe ſicut ex dolo alterius damnum ſentire non debeo *d. l. ſi procuratoris in princ.* ita nec lucrum capere argumento *l. ſicut de reg. iur.* & ne viſus procuratorum ad vtilitatem hominum inductus *l. 1. ff. de procuratorib.* ad eorundem perniciem conuertatur, & fiant inſidiatores, non procuratores, accedit, quod ex hoc ipſo quod non reſtituit, quod ad ſe peruenit præſumitur in dolo *d. l. 1. in fine. ff. depoſiti l. dolo. ff. mandati*, Latè *Dyn. in c. delictum perſona de reg. iur. in 6.* Et ſi quis occaſione procuratoris doli quæreret nunquid minor, vel etiam maior reſtitueretur in integrum propter dolum vel culpam procuratoris, vel aduocati videat *Oddum de reſtitut. quæſt. 13. nu. 46. quæſt. 14. num. 54.*

Q. 6. Altera quæſtio ſuccedit, vtrum dolus Tutoris, vel curatoris nocere poſ-
11 ſit furioſo vel pupillo † de qua per gloſſ. in *l. neq. interdicto in l. 1. §. hoc edicto ff. ne vis fiat ei & c. in l. ſi dolo. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti Alex. Bald. Iaſ. in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit Mantica de coniecturis lib. tit. 17. num. 31.* in hoc articulo variæ ſunt Doctorum opiniones putant enim aliqui pupillum omnino teneri per tex. in *l. 4. ff. de euict. in l. quod ſi nouit. §. quod in procuratore. ff de ædilit. edict.* & in *l. Pollà. C. de his, quibus vt indignis*, nam in duobus primis locis facta venditione à Tutore impuberis nomine & ſequuta euictione tenetur pupillus, etiam in ſolidum ſi Tutor ſoluendo non fuerit in alio textu, ſi Tutor pupilli nomine dicat falſum teſtamentũ & ſuccumbat, infert pupillo damnum eius portionis, quæ fuerat ei teſtamento relicta. Quidã vero exiſtimant pupillum nullo modo teneri, quoniam nec damnum ſentire debet, nec lucrum *l. 3. §. ſi ſeruus pupilli. ff. de tribut.* ibi dolum quidem tutoris pupillo nocere non debere tutor, nec tamen lucratur eſſe debere *l. 3. ff. quando ex facto tutoris* ibi; dolus Tutorum puero; neq; nocere, nec prodeſſe debet *l. neq. interdicto. ff de reg. iur. l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de actionib. empti l. his qui impuberum. § ſi Tutoris ff. quod vi. aut clam.* Nonnulli credunt diſtinguendum, aut tutor eſt ſoluendo, & Pupillus tenetur *l. 1. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei; d. l. 3. §. ſi ſeruus* ibi, & ſanè hactenus tenebitur, vt actionem, quam contra Tutorem habet, præſtet. Aut Tutor non eſt ſoluendo, & non obſtringitur, vt probant d. iura à contrario ſenſu; His diſtinctionibus aliam addit *Bart. in l. ſi dolo. ff ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* Sed eam refellit *Alex. in l. 1. §. ſi procur. ff. ſi quis ius dicenti*, &c. *cui adheret Iaſ. eod. loco.*

Quamobrem in tanta opinionum varietate tutius videtur ita dicere, nempe, vt regulam conſtituamus negatiuam ſcilicet dolo Tutoris non fieri præiudicium pupillo, iuxta *l. 3. ff. quando ex facto Tutor & l. 3. §. ſi ſeruus pupilli. ff. de tribut. l. neq. interdicto. ff. de*

reg. iur. hæc regula in quibuſdam cauſis perdit officiũ ſuum, quas vt dilucidius intelligamus opus eſt diſtinguere, Nam aut Tutor commiſit dolum delinquendo, aut contrahendo, aut agendo in iudicio, & hoc eſt quod forſitan voluit dicere gloſſ. in *d. l. ſi dolus in verbo acquiſita*, ibi, aut medium inter hoc. & videtur ſentire *Alex. in d. §. ſi procur. n. 3. verb. & hoc fuit de mente* gloſſ. quãuis *Bart.* ibi dixerit ſe non intelligere quid ſibi velit gl. in illo verbo, vel medium inter hoc. Quo ad primum caſum reſpondendum eſt, ſecundum regulam dolum tutoris pupillo non obeſſe ex lege meminerint vbi *Bald.* & latè *Menoch. & in l. ſi quis in tantam C. vnde vi, ex l. 1. C. de falſa moneta ex l. quicunq; C. de ſeruis fugitiuis. Alex. Iaſ. & alii, in d. l. ſi procur.* & ratio eſt, tum quia pœna ſuos debet tenere authores, tum quia tutor dictus eſt à Tuendo, non aũt à perdendo, tum etiam quia dum delinquit non gerit negocia pupilli, & ideo ſi tutor produxerit falſos teſtes pupillus nõ incidit in pœnam ſtatuti de his qui induceunt falſos teſtes. *Caſtr. in l. polla C. de his quib. vt indign.* Quo ad II. caſum ſc. in contrahendo videtur diſtinguendum, nempe aut tutor non habet vnde ſoluat, & pupillus non tenetur; aut ſoluendo eſt, & obligatur pupillus non de ſuo ære, ſed ad cedẽdas actiones contra tutorẽ *l. 3. §. ſed ſi pupillus ff. de tribut. act. l. fin. iuncta gl. in verbo tu quod. ff. de admin. tutor.* neq; obſtat *lex 4. ff. de euict. l. quod ſi nolit. §. quod in procurat.* vbi pupillus ſi tutor non ſit ſoluendo tenetur in ſolidum, ſiquidem ibi non fuit, nec in vendendo, nec in retinendo partem precii commiſſus dolus, vt ſentit gl. ibi in verbo accepto latum, quo ad III. caſum ſc. agẽdo in iudicio dicendum eſt, pro vt in *l. polla. C. de his quib. vt indig.* nocet. n. pupillo calumnia tutoris, licet ei ſuccurratur per actionẽ tutelæ, ibi dummodo memineris ſi in cauſa non obtinueris, & portionem, quam ex teſtamento pupillus habet te ei ſaluam facturum, quam adimi pupillo neceſſe erit ſecundum iuris formam & de calumnia tua præſidem deliberaturum.

Alia præterea afferri diſtinctio poteſt breuior, & facilior ex mente *Azzo. & Vgon. relata à gloſſ. in l. fin. ff. de admin. tutor. in verbo tu quod* circa med. & ſentit eam *Dyn. in reg. delictum perſonæ de reg. iur. in 6. Ang. in §. ſequitur num. 12. de except.* Aut pupillus, vel furioſus ex dolo, vel culpa Tutoris aut curatoris factus eſt locupletior, & tunc in eo, q. ad eum peruenit, obligatur indiſtincte, ſiue tutor ſit ſoluendo, ſiue non *l. 24. ff. ſi quis omiſſi cauſa teſtam.* ſiue lucrum ex delicto, vel contractu, vel quaſi contractu tutoris eſſſerit pupillo *l. Iulianus in fine l. apud Celſum. § illa etiam. ff. de dolo l. Dyn. in d. c. delictum num. 5.* Dicens hoc etiam obtinere in Eccleſia quæ ex dolo ſui prælati lucrum fecerit: quoniã ſicut pariſicantur pupillus, & Eccleſia, ita procedunt à pari, eorum adminiſtratores *l. Orphanotrophos. C. de Epiſc. & Cleric. l. ſi præſes,* & ibi *Dd. C. quomodo, & quando Iudex gl. Bal. & alii in l. ciuitas. ff. ſi cert. petat. Angel. conſilio 245.* incipit. quia omne datum optimum. Et idem iuris eſt in vniuerſitate, quatenus ad eam peruenit ex delicto illius qui præſes ſit vniuerſitatis prædictæ *l. ſi in vi. ff. de vi, & vi armata l. ſed & ex dolo. ff. de dolo. §. ſed an in Municipes.* Aut vero pupillus, vel furioſus non eſt factus locupletior, & tunc non tenetur, etenim ſi tutor non habet vnde ſoluat, pupillus abſolute non tenetur, ſi vero ſit ſoluendo obligatur tantum ad præſtandas actiones 11
dict. l. 3. ff. de Tribut. actione & l. 3. §. hoc edicto ff. ne vis fiat ei. &c. nec officit dict. lex 4. de euict. Quippe ibi, vt diximus non eſt dolus Tutoris, ſed pupillus tenetur de euictione ob naturam contractus, non aduerſatur etiam *dict. l. Polla:* quandoquidem actione tutelæ recuperat quod ex mala lite tutoris amiſit, ſed an tutor ſoluendo doloſe creditori pupillari tantum, quod non relinquatur, vnde ſatisfieri poſſit aliis creditoribus, illis præiudicet; Declarat Iuriſcon. in *leg. Tutores iuncta gloſſ. in verbo dolo. ff. de condictione indebit.*

Quæſt. 7. Quæritur an dominus ex dolo ſerui teneatur, de qua quæſt. eſt gloſſ. mag. in *l. Seruus. Cod. de pact. Ripa in Rub. ff. de interdict. n numer. 6. Menoch. de recup. poſſ. re-*
12 *med. 14. in principio.* & ſanè nocere domino dolum ſerui probat *lex 3. §. quod Seruus, & l. peregre. §. vltim. iuncta gloſſ. ff. de acq. poſſ.* vbi factum ſerui diſcedentis à fundo meo mihi præiudicat, quo ad poſſeſſionem.

Secundo dolus Serui obligat Dominum, vel vt damnum emendet, vel tradat ipſum pro noxa *l. 1. & 2. ff. de noxal.*

Tertio dominus ex dolo Serui tenetur quatenus eſt in peculio *l. licet. §. pen. ff. de peculio l. peculium. §. præterea cum ſeq. §. eod. tit. l. ei qui. ff. quod cum eo.*

Quarto confert tex. in *l. rem mihi. §. 1. ff. commod.* quo loco cum Seruus meus feciſſet meis contubernalibus furtum, agunt aduerſum me furti Serui nomine.

Exad-

Ex aduerſo eſt text. iuncta gloſſ. *in l. ſeruus C. de pact. in l. ſeruus tuus ff. depoſiti in l. ſi ſeruus legatus ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus l. quanto magis ff. de iureiur.* quibus iuribus expreſſum eſt ſeruum domino ſuo prodeſſe poſſe, nocere autem minime, vnde per manus traditum eſt per ſeruum meum conditionem meam non fieri deteriorem; gloſſ. *in d. l. ſi ſeruus.* §. 1. *de leg.* 1. Secundo, ſuffragatur text. in *l. fin. C. de acq. poſſ.* in quo malitia ſerui damnum non debet domino inferre. Tertio, ſimilis eſt text. *in l. ſi ſeruus C. quod cum eo*, vbi ſeruus in præiudicium domini non transfert poſſeſſionem rei dominicæ. Quarto, ſeruus nec aufugiendo poteſt domino damnum inferre, *l. 1. C. de ſeruis fugitiuis*, adeò, vt & is, qui fugientem ſeruũ animo doloſo recipiet conueniatur remedio *legis ſi Colonus C. de agricol. & cenſ. lib. 11. Menoch. de recuper. poſſ. remedio* 10. *nu.* 18. Ad diſſoluendum hunc nodum ſunt aliqui caſus diſtinguendi, quorum ille prior eſt quando ex dolo ſerui aliquid ad dominum peruenit, tunc enim domino obligatur, *l. licet. §. ex furtiua. ff. de peculio*, ibi verius eſt in quãtum locupletior factus actionem dandam idem Labeo probari quia iniquiſſimum eſt ex furto ſerui dominum locupletari impune, & hoc caſu locũ eſſe *legi ſi quis in tantum C. vnde vi.* aduerſus dominum ſi ſeruus occupauerit tradiderunt *gloſſ. ibi in* 5. *quæſt. & Bart. num.* 11. *Saly. col.* 3. *Menoch. num.* 63. *quæſt.* 5. *per text. in l. 1. §. quid ergo ff. de vi, & vi armata l.* 31. *§. fin. ff. de peculio.* Secundus caſus eſt quando ad dominum nihil peruenit & ſeruus dolo fecit in rebus dominicis, & tunc domino non præiudicat, quia ſcil. ſeruus meliorem conditionem domini & c. & ita procedit text. in *d. l. ſeruus C. de pact.* cum aliis ibi citatis à *gloſſ.* limitatur verò iſte caſus, vt procedat in iure quæſito non autem in iure quærendo per text. in *l. 3. C. de hæred. Inſtit.* in quo ſeruus inſtitutus hæres cogi non poteſt à domino adire hæreditatem ſi nolit, ſimilis eſt text. in *l. ſeruo inuito ff. ad Trebell. & in l. vltima C. de acq. poſſeſſione.* etenim regula nuper allegata quod per ſeruum domini conditio non poteſt fieri deterior; tunc locum habet cũ dominus damno periclitatur. Confirmatur, quoniam debitor, qui bona quæſita in fraudem credirorum prohibetur alienare oblatum ſibi lucrum ex hæreditate, vel legato poteſt in eorundem perniciem repudiare; *l. qui autem. ff. quæ in fraudem creditorum*; adeò vt maritus lucrum ſibi delatum vigore ſtatuti, quando moritur vxor ſine liberis poſſit in fraudem creditorum reſpuere; *Dec. conſ.* 260. *Zuccard. in Rub. de pact. num.* 121. *Cagn. in l. non fraudantur. ff. de reg. iur. Socc. Iun. conſ.* 124. *&* 125. *lib.* 1. fallit etiam ſi ſeruus ſe ipſum occiderit, aut vulnerauerit, damnum domino infert, gloſſ. magna in *l. ſeruus. C. de pact.* Tertius eſt caſus; quando ad dominum nihil peruenit; & dolo facit in re aliena, damnum dando, furando, & tunc dominus ſi ignorauerit; vel ſciuerit; ſed prohibere non potuerit, obligatur tamen, vel ſufferre litis æſtimationem, vel dare ſeruum pro noxa; ſed ſi ſcierit, & cum poſſit, non prohibuerit; tenetur in ſolidũ, *l. 2. ff. de noxal. l. 1. iuncta gloſſ. in verb. euitare eod. tit. l. 1. §. quid ergo adiicitur. ff. de vi, & vi arm.* ibi & ipſos ſeruos noxę dedendo maleficii cauſa indemnis erit, & ibi, cum ſeruus hoc modo poſſit domini conditionem deteriorem facere. Quartus; eſt caſus; quando ſeruus, qui dolo facit in re, vel in perſona alterius, peculium habet, & obligat dominũ peculio tenus *d. l. licet. §. pen.* qui tamen loquitur in domino locupletato per delictum ſerui; facit, *l. ſi quis ſeruum. §. etiam, & l. ſeq. §. in dolo. ff. de peculio*; ſed ſi dominus dolo malo feciſſet, vel particeps doli extitiſſet, teneretur vltra peculium, quantiq; ea res eſt cõdemnatur, *l. in bonæ fidei. ff. de pecul.* ibi; & ſi quid dolo malo domini captus, fraudatusque actor eſt, nec prodeſt domino poſt litem motam; alienare peculium ſerui, nam videtur in fraudem alienaſſe. *l. 44. ff. de peculio*; ſunt tamen plurimi caſus, in quibus ſeruus ex facto ſuo, nec quidem de peculio dominum obligat, quos congerit gloſ. magna in *d. l. ſeruus C. de pact.* inter quos ille eſt pręcipuus ſi id vẽdiderit, aut extero mandauit emendum, *l. cum ſeruus extero. ff. mand.* ſed an è contra dolus domini noceat ſeruis & quo ad acquirendũ dolum nocere eſt textus apertus in *l. 1. §. ſi dominus. ff. ſi quis aliquem teſtament. prohib.* & vide ibi *Roman.* & alios.

Quæſt. 12 Cum autem ſeruorum conditio, in multis filiorumfamil. conditioni cõparetur. §. 1. *inſtit. quod cum eo, l. ſeruus iuncta. l. filius. C. de pact.* non inconuenit poſt ſeruos de filiis diſſerere, quærendo nunquid ex filiorum dolo fiat pręiudicium patri,
13 quia † dubitatio in duos articulos rectè diſtinguitur; & primus ſit an filius ſuo dolo noceat patri in bonis iam quęſitis, ſiue in iure quæſito. Secundus vero vtrum domino officiat in bonis quærendis, ſiue in iure quęrendo, hæc enim diſtinctio eſt ad mentem *Iaſ. in l. 3. § ſi filius. ff. quod quiſq; iur. Doct. in l. 1. C. qui admitti.* & maximè *Bart. ibi in vlt. col.* ratio ad primum de quo ſcribentes in *l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de damn. inf. Ang.*

& Iaſ. in §. act. inſt. de act. ille n. 13. iſte n. 62. Ruin. conſ. 159. & cõſ. 117. n. 7. lib. 1. & cõſ. 149. lib. 3. n. 13. Rolan. conſ. 56. n. 10. lib. 1. Couar. lib. 2. reſol. c. 8. n. 7. verb. ex his patet. Curt. Sen. conſ. 60. Dux Philippus. col. 10. ver. venio ad ſecundũ Soci. Iun. conſ. 77. n. 8. lib. 2. cum aliis multis cõgeſtis à Menoc. de recup. poſſ. reme. 9. q. 7. n. 68. cũ ſeq nec nõ a Did. citato loco, & oẽs diſcũtiunt in terminis peculii aduentitii, vel profectitii, quærentes an ob dolũ filii, cõmittẽtis delictum, debeat publicari dictum peculium, cui ſimilis eſt dubitatio vt ob delictum filii debeat publicari legitima portio, & debita in bonis patris qui tempore ſententiæ erat adhuc in humanis, vt poſt obitum ipſius in fiſcum deferatur, Didac. vbi ſupra verbo: hinc apparet. & vide, quatenus de dolo filii excipiatur contra patrem: l. 4. §. in hac. ff. de except. doli. Bart in l. ſi quis in tantam num. 11. Cod. vnde vi, & d. §. vectigalib. refert. Cyn. & Iac. de Aren probantes ſententiam affirmatiuam, quos poſtea eſt ſequutus Rip. in c. ſæpe enim n. 76. de reſtitut. ſpol. & Pariſ. conſ. 117. lib 4. & priori loco vtuntur argument. text. in l. ſi poſtulauerit. §. iubet. ff. de adult. ibi perinde in communi partim publicanus in proprio cuius vſusfructus alienus eſt, nudam proprietatem; ergo in aduentitio peculio publicabitur proprietas, quæ ſpectat ad filiũ. Delictum patris nõ nocet filiis natis, ſed naſcituris, l. 2. & ibi Bart. C. de liber. Secundo loco arguit Rip. in d. c. ſæpe ex l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pec. vbi pater tenetur de peculio ꝓfectitio, ob inuaſionẽ, & occupationẽ à filio factã, multò ergo magis in aduentitio, in quo pater minus iuris habet, plus iuris filius. Tertio, ſuffragatur, l. clarũ. C. de auth. præſtanda, per quã legem dicunt ꝓbari Doct. quod bona minorũ licet ſint ꝓhibita alienari, ex delicto tamẽ eorũ poſſunt publicari, atque in fiſcũ deferri, ita in propoſito licet prohibita ſit aduẽtitii, vel ꝓfectitii peculii publicatio, tamen ſequuto delicto, erit permiſſa. Pariſ. d. conſ. 152. n. 24. magnã vim facit in tex. l. quinq. legib. cũ l. ſeq. ff. de bon. dãnat. in qua dos mulieris ob eius delictũ publicatur; & ſi in ea maritus habeat vſumfructũ, cui integer reſeruatur, ibi, ergo & in ſpecie noſtra ſaluo vſufructu parenti, publicari poterit proprietas peculii. Dolus patris in crimine læſæ maieſtatis, quoniam filiis noceat, Bertarch. in ſuo repert. verb. delictum patris in crimine læſæ maieſtatis. ex aduerſo, quod non publicetur peculium aduẽtitium, nec quidem reſpectu proprietatis, frequentiori calculo eſt receptum, ſicut eſt teſtis, Ruyn. conſ. 24. nu. 6. lib. 5. itidem Pariſ. teſtatur eſſe communem conſ. 154. n. 1. libr. 4. licet non cum illa ſentiat; probatur autem. l. 3. C. de bon. damnat. in qua damnato filio, non publicatur caſtrẽſe peculiũ, vnde arguendo de maiori ad minus, ſi illud de quo magis videbatur dicendũ, ꝙ poſſit publicari, nõ publicatur, vllo modo in ꝑiudiciũ patris; qui minus iuris habet in eo, & plus iuris filius, quãto minus debet publicari aduẽtitiũ, in quo ius vſusfructus pater habet? vt ait Soc. Iun. d. conſ. 77. n. 11. verb. nec obſtat reſp. lib. 2. cui non obſt. ꝙ dicãt aliqui Caſtrẽſe hodie publicari ex delicto filii. Nã tamq̃ falſum, & cõtra comm. ſententiã, refellit Didac. loco citato, nec non Menoc. d. loco. n. 70. ſecundo hanc ſententiam plurimũ adiuuat. l. 3. §. vtrum. ff de mino. q̃ egregiam ex mente Imol. dicit Alex. in d. §. ſi ex vectigalib. nam expreſſum eſt ibi in fine, ex patris delicto peculium profectitium non publicari, cũ alienari illud non poſſit à patre in filii detrimentũ; probat enim à fortiori, cũ plus iuris habeat pater in profectitio, q̃ è cõtra filius in aduẽtitio arg. l. profectitiũ de iur. dot. & ſuadet ratio, quia patris eſt vſusfruct. & proprietas in vno, in altero vero vſusfr. purus. Tertio loco patrocinatur tex. in l. cũ ancillis. C. de inceſt. nup. qua definitũ eſt, bona filii exiſtentis in patria poteſtate, nõ publicari ob delictũ, cuius enormitate publicarentur, ſi in ſacris paternis nõ eſſet cõſtitutus, atq; poſterior hæc ſentẽtia, ſicut cõm. eſt, ita quoq; videtur ad veritatẽ propenſior, nec quicq̃ aduerſantur oppoſita, & ante omnia tex. in d. §. iubet, intelligitur in eo, cui alienatio ꝑmiſſa eſt, nã tũc eius ex delicto fit publicatio ſollus proprietatis, q̃ retinet, vſufructu apud aliũ exiſtente; ac filio in aduẽtitiis inhibita eſt alienatio in totũ, l. 2. C. de caſtr. pec. mil. lib. 12. aliud verò arg. diluitur, q. a obtinet ille tex. quãdo filiꝰ eſt cõdemnatus in aliqua pecuniæ quãtitate in iudicio in quo dicitur quaſi cõtraxiſſe d. §. idẽ ſcribit, tũc. n. pater tenetur de peculio, ꝙ cõceſſerat filio, ſeparatũ à rationib. ſuis, arg. l. 1. ff. de pec & ſic in profectitio cuius adminiſtratio eſt apud filiũ, ſecus in peculio aduẽtitio, cuius adminiſtratio eſt apud patrẽ gl. magna in l. pater qui Caſtr. ff. de caſt. pec. & ita declarat, Bar. in d. §. ſed vect. n. 13. ver. itẽ obſtat; ad tertiũ, d. l. clarũ, eſt expedita ſolutio, quia illa prohibitio minoris eſt facta tãtũ fauore ipſius, cum in aduẽtitio tũ filii tũ patris verſatur fauor. Dolus autẽ patris quatenus noceat filio in feudis, Bertach. in v. delictũ patris nocet filio in feudis. Vltimũ quoq; non habet vim, quãdo dos reg. ex delicto mulieris non publicatur propter vſumfr. ſpectantẽ ad maritũ, ſpeciale eſt aũt in quinq; caſib. expreſſis in d. l. quinq., vt latius, & copioſius Menoch. de recuperãd. poſſ. rem. 9. quæſt. 7. n. 65. vſq. ad n. 91. vbi infert contra filium invadentẽ

propria

propria authoritate bona aduentitia exiſtentia apud aliũ, non habere locũ remedium. *l. ſi quis in tantam. Cod. vnde vi. ibi numero ſexageſimo quinto*, vbi ampliat etiam in eo peculio aduentitio, cuius vſusfructus non pertineret ad patrem, vt accidit, ſi filio eſſet legatum relictum, ea lege; vt nihil patri acquireretur; ratio ampliationis eſt; quoniam filius de illo peculio non poteſt teſtari; *l. penultim. Cod. qui teſtament. facere poſſ.* & ita ad extraneos transferri; proinde non debet venire in confiſcationem bonorum. *l. vara vbi Bartol. ff. de iur. patron.* amplia poſtea in eo caſu, cum pater ſpem ſolam habet futuri vſusfructus, quia nec tunc delinquendo filius amittit. *Soc. iun. conſil. 77. numer. 13. lib. 4. Ruy. conſil. 24. numero 13. verb. tertio prædicta libro 3.* ea ratione, quoniam futurum eſt, vt aliquo euentu, ſpecies illa ſortiatur effectum, facit *l. vltra. §. filius autem. in verb. duntaxat. Cod. de bon. quæ lib.* dum negat filium poſſe alienare bona, in quibus pater vſumfructum habet, vel quid aliud: quod poſtremum intelligitur ratione ſpei; ampliatur etiam, vt dolo filii non publicetur portio legitima, debita filiis in bonis patris viuentis vt per *Didacum var. reſolut. lib. 2. cap. 8. num. 7. verb. ex his patet.* limitat poſtea in eo peculio, cuius liberam adminiſtrationem filio pater reliquiſſet, authoritate, *Bartol. in dict. §. traditiones vectigalibus per l. cum filii. C. qui bon. ceder. poſſ.*

Verum ex his omnibus ego colligo, nullum eſſe inter Doctores diſcrimen quo ad principalem articulum noſtrum, nunquid ex dolo filii patri fiat præiudicium; conſentiunt enim omnes non fieri; nam qui aduerſantur communi ſententiæ, admittunt publicato peculio aduentitio, patri vſumfructum reſeruari, quem in eo habebat præcipuum, vt palam eſt ex *l. ſi poſtulauerit. §. habet de adult.* Communis autem ſchola Doctorũ concedit, vſumfructum non publicari, & addit præterea non publicari etiam proprietatem tametſi filii ſit, quoniam alienare, & ad extraneos transferre non valet; igitur nec ad fiſcum delinquendo. Id quod in caſtrenſi quoque procedere oſtenſum eſt; Ex quo infertur à multò magis, vt nec profectitium propter delictum filii publicetur, cum nihil iuris habeat in eo. Quod vero, ait *Angelus in §. ſequitur num. 13. inſtit. de except.* quod imò in cauſa peculiari noceat patri dolus filii, vide *Caſtrenſ. in l. 1. §. fin. C. de ann. excep.* vbi pater nõ præiudicat filio, in negotiis, & contractibus, & extra caſum publicationis. Deducitur etiam ex antecedentibus ſicut dolus filii non obeſt patri, ſic quoque viciſſim dolus patris non officit filio in quæſitis, recte enim hanc ſententiã probat, *d. l. 3. §. vt non. ff. de minor.* quæ definit, pfectitiũ peculiũ ex dolo patris nõ publicari, & ſi hoc obtinet in profectitio, quãto magis procedet in aduentitio, aut caſtrẽſi, in quo pater minus iuris habet. hactenus quo ad priorem articulũ de bonis quæſitis.

Quæſt. 13. Succedit modò, altera quæſtio in iure quærendo, vtrum, ſcilic. dolus
14 filii noceat patri, quo ad bona quærenda †, & ſanè poſſe nocere, dixit in terminis, *Bart. in l. 2. col. fin. C qui admitti.* per illum textum, vbi bonorum poſſeſſio filio familias delata, poteſt culpa filii intra debitum tempus non agnoſcentis admitti, etiam in præiudicium patris, cui ſimilis eſt *text in l. fin. ff. quis ord. in bon. poſſeſ. ſeru.* ad idem eſt tex. in *l. fin. circa medium. C. de acqui. poſſ.* arguendo de ſeruo ad filium. *§. 1. inſtit. quod cum eo, d. l. ſeruus iuncta. l. filius C. de pact.* vbi dolus ſerui, nolentis acquirere poſſeſſionem obuenientem domino, facit eam amitti. Tertio, adſtipulatur ratio. Nã facilius impeditur ius quærendum, quam ius quæſitum; *l. qui autẽ. ff. quæ in fraud. credit. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de donat. int. vir. & vxo. l. 1. §. confertur. ff. de collat. bon.* Quarto. iuuat hãc ſententiã, quod regula definiens conditionem deteriorem per ſeruum fieri domino non poſſe, *d. l. ſeruus. C. de pact.* quæ procedit etiam, in filio, *d. l. filius. l. contra iuris. §. ſi filius. ff. de pact. & l. 3. §. ſi filius. ff. quod quiſq; iur.* procedit quoties domino damnum infertur; non quoties lucrũ impeditur *d. l. fin.* quæ ita eam regulam antiquam declarat. Quinto, *l. renitente. C. de iur. delib. l. 3. C. de hæred. inſtit.* & hanc dicit commun. ex mente, *Zuccardi. n. 66. in l. 5. C. qui admitti Plaus. d. l. 1. in verb. cum ignorantem n. 53. in fin.* In contrarium eſt *glo. in l. 3. §. ſi filius meus. ff. quod quiſq; iur. quã Iaſ. ibi n. 1. ver. & adde*, quod iſtum tex. ait cõmuniter eſſe probatum, ex diſpoſitione illius text. quæ eſt, vt filius impetrans ius iniquum, non officiat actionib. patri per filium quæſitis, vel quærendis. Cui ſuffragatur. *l. is qui hæres. §. fin. ff. de acquir. hæred.* vbi filiofamilias in præiudicium patris, non licet delatam hæreditatẽ repudiare; cui conuenit, *l. 2. §. quod ſi in patris. ff. ſol. matr.* vbi filius in actione dotis patri non præiudicat; ſic quoq;, *l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum iuncta l. in aliena. ff. de acquir. hæred.* vbi in quærendis, nũ poteſt, patrem inuitum, æri alieno obligare. *l. fin. §. 1. & 2. C. de bon. quæ lib.* Controuerſa igitur res eſt, cũ vtrinq; inueniatur citata cõmunis ſentẽtia. Quare *Bal. in d. l. 3. §. ſi filius*, vt eũ ibi refert *Iaſ. n. 3.* diſtinguebat, vt ſc. filius delinquendo nõ præiudicet patri etiã in quærendis, contrahẽdo aũt poſſit præiudiciũ aſſerre, q̃ diſtinctionem

ſequitur *Ro. ibi*; ſed im̄pbat Iaſ. q̄a facili⁹ p̄iudicat delinquendo, q̄ cōtrahēdo, vt ipſe p̄bat in §. *præcedenti eiuſdē leg.* Ille vero aliter diſtinguēs, ait, fili⁹ negligēdo, cōmittēdoq; nocet patri in iure nondū q̄ſito, & ita videt̄ pcedere. *l. 1. C. qui admitti l. ſi ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeru. in l. fin. C. de acq. poſſ.* At nō faciēdo nō p̄iudicat, vt *d. l. 3. §. ſi filius. ꝑ quiſq; iur.* excepto tamē cōtractu, nā licet cōmittat in faciēdo, tamē p̄iudicat, & ratio differentiæ cur negligēdo fili⁹ noceat, faciēdo nō, eſt q̄a graui⁹ cēſetur illud, q̄ cōmittitur faciēdo, not. late in *l. ſi mora. ff. ſol. mat.* Sed ſi graui⁹ eſt delictū in faciēdo, cur graui⁹ patri nō nocet, & ipſe *Iaſ.* dixit aduerſus *Bal.* q̄ facilius obligatur delinquēdo, q̄ contrahēdo; Inſuꝑ obſtat *Iaſ. d. l. is qui hæres*, vbi omittēdo nō præiudicatur patri. Diſtingue ergo ſecundum Plautū *in d. l. 1. verb. cum ignorante n. 52. C. qui admitti.* aut loquimur in his, quæ ſunt tractanda in iudicio, in quo forma iudicii attenditur, & non poteſt filius obeſſe patri, nec in acquiſitis, nec in acquirendis, ratio eſt in promptu; quoniam ſcilicet non poteſt ſtare in iudicio ſine licentia patris *l. vlt. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib. l. 1. §. fin. Cod. de ann. except.* Si igitur dabit pater licentiam, præiudicabit per conſenſum paternum accedentem, ſed ſi inuitus officio iudicis dediſſet licentiam, vt in dicto. §. *neceſſitate*, non obeſſet, ſicut ibi expreſſum eſt. Aut in his, quæ ſunt vel fiunt extra iudicium, & tunc aut expreſſe, & non poteſt, nec de iure antiquo, vt *l. is qui hæres. §. fin. ff. de acquir. hæred.* nec de iure nouo. *l. fin. §. 1. & 2. C. de bon. quæ li. l. ſi contra iura. §. 1. ff. de pact.* confert *d. l. filium. C. de pact.* Aut tacitè, & nocet, vt ſi dolo, vel culpa ſinat labi tempus ad agnoſcēdam honorū poſſeſſionē. *l. 1. C. qui admitti l. fin. ff. quis ordo in bonor. poſſ. ſeru.* non obſtat ſi quis dixerit hanc bonorum poſſeſſionē in iudicio peti *l. fin. C. qui admit.* Nam non petitur in forma iudicii, *d. l. fin.* & omnes in *d. l. 1.* ideoq; filius admittitur, vbi velit agere perinde, ac in aliis extraiudicialibus. Similis eſt tex. in *d. l. fin. C. de acq. poſſ.* ibi ſed ſi ipſe accipere eam deſidia, vel dolo malo ſuper ſederit, nec obſtat *l. reniuente. Cod. de iur. delib.* nam reſponſio eſt ex *d. §. fin. l. is qui hæres.* ſc. quod eo iure, nec pater ſine filio, nec filius ſine patre poterat alteri in hæreditate præiudicare, nempe, quia ſicut non poterat ſine volūtate vtriuſq; adiri. *l. ſiquis mihi bona § iuſſum 16. ff. de acq. hæred.* ita nec repudiare *d. §. fin. per reg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.* Ratio diſcriminis inter tacitum, & expreſſum nocumentū, eſt vel quia, cum tacito conuenit legis tacita diſpoſitio per curſum temporis, vt in *l. 1. C. qui admitt.* vt dixit *Plaut. d. loco n. 54.* Vel vt dixit *Bart. in d. l. 1.* q̄a multa fiunt tacitè, q̄ p̄hibentur fieri exp̄ſſe pbans multis exēplis, vel q̄a facilius impedit̄ ius q̄rendū, q̄ ius q̄ſitum, vel meli⁹, vt dixit imꝑator in *d. l. fin. C. de acq. poſſ.* q̄a regula, q̄ filius, vel ſeruus, nō facit conditionē fratris vel domini deteriorē, vt dicta. *l. 3. §. ſi fil⁹. ff. quod quiſq; iur.* pcedit in dānis inferēdis, nō in lucris, diſpar. n. eſt ratio lucri, & dāni *l. fin. C. de codic. l. vide Ang. in § ſequitur nu. 13. inſtit. de except.* vbi ampliat ad Monachum reſpectu Abbatis an ſcilicet dolus noceat, vide omnino.

15 Q. 14. Hic elegāter q̄ritur, vtrū dol⁹ mulieris viro nocere † poſſit; & quidē obeſſe pbare videt̄ *l. ſi cōſtante. ff. ſol. mat. §. fin. vide Ang. in §. ſequit̄ . n. 11. inſtit. de except.* in quo dos ob mulieris dolū aliquādo in totū, interdū p parte publicat̄, ad idē eſt *l. ſi maritus. ff. eod. tit.* q̄ ſi marito nō fieret p̄iudiciū, nō publicaret̄, ſicut oſtēdimus ſupr. nō publicari peculiū aduentitiū filii, ne dāno afficiat̄ pater; nec mirū delicto mulieris dotē publicari; nā ꝓpriū eius patrimoniū & in dominio eius eſſe dicit̄, *l. in reb. C. de iur. dot.* Cōtraria tamē ſententia verior eſt, & frequētior, *Bar. in l. ſiquis in tantū. C. vnde vi n. 11. Menoc. de recup. rem. 9. q. 7. n. 67. & n. 85.* nos vero credim⁹, diſtinguēdos eſſe tres cas⁹: nā in primo ex dolo mulieris ſi aliquid ad virū puenit tūc de eo tenet̄. *l. 1. §. ſi. ff. depoſ. Dyn. in c. delictū perſon. de re. iur. in 6.* & ita in pr. caſu nocet dol⁹ mulieris: II. caſ⁹ eſt, in quo dol⁹ mulieris pdeſt marito, veluti ſi mulier ex delicto, & dolo ſuo facta eſſet ſerua pœnæ, dos mariti lucro cedit, quaſi mortua ſit *gl. in verb. quinq. l. 9. ff. eod. tit. in l. ſi alia in pr. ff. de bon. damn.* Si vero mulier ſit deportata cōſtante matrimonio, dos apud maritū manet, quo mortuo reſtituitur dos vxori, quaſi humanitatis intuitu, hodie nata actione *d. l. ſi alia in ſi.* Tertius eſt caſus in quo nihil prorſus dol⁹ nocet vxoris marito; nēpè quādo mulieris dos ſit publicata, vna ex qnq; legib. ſc. maieſtatis *l. Iulia de vi pub. Parricidii, venefici, de ſicariis*, nā oēs actiones ſuas, exceptioneſq; ſaluas habet maritus aduerſus fiſcū, *l. quinq. legib. & l. ſeq. ff. de bon. dān.* adeo q̄ ſi factū eſſet pactū de lucrāda dote; ſaluū ſit marito *gl. in d. l. quinq.*, adeo q̄ cū valeat argumētū de pacto ad ſtatutū, & nō poſſit afferri ratio diſcriminis inter pactū, & ſtatutū hoc caſu, & tex. in *l. 4. ff. de bon. dān.* dicat oēs omnino actiones marito aduerſus fiſcum eſſe ſaluas; ſuffragatur ratio. *l. ſi marito ff. ſol. matr.* vbi dol⁹ mariti, nō obeſt vxori, fiſcus enim publicatis bonis mariti; ſicut cæteris eius creditoribus, ita & vxori tenetur ſatisfacere: cur ergo nō idē eſt reſpōdendum quādo bona vxoris ſunt publi-

blicata, nam vt dicitur ibidem non debet mulier in perniciem mariti puniri, & ideo non obſtat argumẽtum factum in contrarium, nam licet dos publicaretur ſaluũ tamẽ manet ius mariti. Quintus eſt caſus quãdo mulier eſt damnata ex aliquo crimine non comprehenſo *in d. l. quinq. legib.* & tunc non ſolum non præiudicat marito, ſed maritus eſt in cauſa, vt ſalua dos ſit mulieri, nam ob intereſſe mariti dos non publicatur, ſed eius fructibus gaudet maritus perinde ac ante delictum, & condemnationem mulieris, idemque obſeruatur, quod diximus in peculio aduentitio, quod ob intereſſe paternum non redigitur in fiſcum *Doct. in d. l. ſi conſtante. § fin. Men. d. remed. 9. numer. 76. & n. 50.* Quibus omnib. conſequens eſt, nec mariti dolum obeſſe vxori *d. l. ſi marito*; quippe maritus non debet puniri in perniciem coniugis. Sed nunquid iſtud obtineat; quãdo maritus eſt grauatus reſtituere hereditatẽ, vt ſc. nõ poſſit in reſtitutione ꝑiudicium facere dotib. vxoris ſuæ. *Ancaran. fam. q. 12. q. 54. n. 24. fol. 183.* apud eum vide. *Itẽ Rom. in l. etiam filu. § licet n. 14. & n. 16. ff. ſol. matr.* vbi Romanus in fauorẽ dotis concludit, vide.

Q. 15. Non inutiliter etiam quæritur, nunquid dolus debitoris poſſet nocere creditoribus,
16 toribus, † & non poſſe probat tex. in *l. apud Celſum, §. ſi ex legati ff. de except. doli* ſecundo probat *text. in §. 1. ibi nihil agit inſt. quib. ex cauſ. manum. licet, vel non. l. in fraudem ff. qui, & à quibus manu.* adeo vt obtineat etiam in vltima voluntate. *l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1.* ibi non præiudicat nec creditoribus, nec fiſco, in contrarium eſt tex. in *l. 6. ff. quæ in fraud. cred. in §. vnde ſi quis*, & in *l. 1. § vtrum ff. ſi quid in fraud. patr. & de reg. iur. in l. non fraudãtur in pr.* vbi *Dec. & Cag. & l. nemo. §. 1. ff. pro ſocio* Pro ſolutione diſtinguendũ eſt, aut loquimur in bonis iam quæſitis, & procedit prima opinio: Aut in quærendis, & obtinet alia ſententia ita loquutur deductæ leges pro hac ſentẽtia, ratio diſcriminis inter ius quærendum, & ius quæſitum ponitur in *d. l. 6.* quia ſcilicet ſuum patrimoniũ non diminuit, qui non vult acquirere. *l. non fraudantur*; vbi *Dec. & Cagnol. de regul. iur.* damnum n. dicitur ad diminutionem patrimonii. *l. 3. ff. de damn.* infecto &c, vt ſupradictũ & facilius impediturus quærendum, quam ius quæſitum. fallit autem prima opinio de iure quæſito in *§. licet aũt Domino inſt. quib. ex cauſ. manum. licet, vel non l. ei qui ſoluendo. ff. de hæred. inſt. cũ l. ſeq. l. 1 in princ. C. de neceſſ. ſer. manum. ratio limit. eſt in d. §. licet*, q̃a ſc. valde ꝓſpiciendũ erat, ne agẽtes homines. quib. alias hæres extiturus nõ erat, vel ſeruũ ſuũ neceſſariũ heredẽ haberet, ne bona à creditorib. venderentur, atq; ita defunctus iniuria afficeretur, quæ autem, & qualis eſſet iniuria, quæ ex bonorum venditione debitoribus irrogabatur, pulchrè, vt omnia declarat *Cic. in oratione pro Quintio* dum ait. Hercule cuius bona ex edicto poſſidentur, huius omnis fama, & exiſtimatio, cum bonis ſimul poſſidentur & reliqui vt per eum. Sed hic cadit quæſtio an ſi ſeruum, vel animal à meo debitore mihi promiſſum, tertius aliquis occidat, an actio detur contra occiſorem creditori, vel debitori. *l. 19. § fin. & ibi Bartol. ff. de dolo*, vbi diſtinguit vtiliter, & vide ibi
17 Doctor. alios. Altera eſt quæſt. numquid dolus prælati, poſſit † Eccleſiæ nocere; de qua Iuriſtæ nempe gl. *Bart. Bald. Fulg. & alii in l. iubemus nullum. C. de ſacroſ. eccl. & appoſt. ad Bar.* ibi, *Iaſ. in §. filius meus. l. 3 ff. quod quiſq. iur.* vide *Anchar. fam. q. in q. 12. Canon. & max. Dyn. in regula delicta perſona de reg. iur. in 6. Abb. in c. 1. & ibi Ant. Butr. ex. de dolo, & contumacia Panorm. in c. de hoc ex. de ſimonia. Appoſt. ad Dyn. in d. c. delictũ in ver. prælato* & ꝓ affirmatiua eſt arg. ſumptũ à tutore erga pupillũ, à prælato erga eccleſiã q̃ rectè ꝓcedit, cum eccleſia, & pupillus æquiparentur, & eorum adminiſtratores *l. orphanotrop. C. de epiſc. & cler. Euerh. eo loco Men. conſ. 34. n. 3. 4. vol. 2.* Sed pupillus ex dolo tutoris obligatur. *l. 1. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat et. l. ſumma. §. à dolo. ff. de pecul. l. 3. § fin. ff. de trib. l. fin. ff. de admin. tut.* igitur & Eccleſia ex dolo prælati, confirmatur ſecundo, nam ſi eccleſia per factum p̃lati acquirit, nota in *auth. ingreſſi*, & in *auth. ſi qua mulier. Co. de ſacroſan. Eccl.* ſ ita ex facto eius debet amittere, argumento *l. nihil tam natur. ff. de reg. iur. §. fin. ff. de l. 3.* Ruſus & III. patrocinatur *l. iubemus nullum l. iubemus*, & *authent. hoc ius porrectum. Cod. de ſacroſ. eccleſ.* cui conuenit *auth. idem eſt de Neſtorianis in fin. de hæret.* In contrariũ eſt tex. *in c. delictũ perſonæ*, ꝑ quẽ tex. *Dyn.* ibi inq̃t, q̃ ſi Abb. vel Monachus, vel Clericus delinq̃t iniuriã faciẽdo, vel damnũ dãdo, vel alicuiꝰ poſſeſſionẽ inuadẽdo, nõ debet in damnũ eccleſiæ redũdare. II. cõfirmo ex Doctrina *Bar. in l. aut facta n. 11. ff. de pœnis*, dicẽs ex delicto officialis nõ teneri vniuerſitatẽ, q̃ppe q̃a vniuerſitas nõ cõfert mandatũ, vt delinquat; ita eccleſia nõ debet obligari ex dolo p̃lati q̃a nõ videt̃ mãdaſſe, vt delinquat. Sicut eccleſia ex delicto, vel dolo p̃lati nõ lucrat̃, vt infra oſtẽdã, ſic quoq; nõ debet ex eo damnum ſentire. IV p̃latus regulariter nõ põt nocere eccleſiæ latè *Menoc. conſ. 39. n. 26. vol. 2. Caſtr conſ. 396. li. 1. vide Ancar. fam. q. 1. q. 12.* Quid dicendũ: diſtinctione opꝰ eſt diſſonãtes ſentẽtias cõciliare; nã *Bar. & Bal. in d. l. iubemus*, putãt, & ipſi diſtinguendũ. Noſtra vero di-

Caſtrenſ. in Rubr. de eo per quem factum erit, quod ſi ſub certa pœna promiſero de iudicio
ſiſti, & tertius me dolo impedierit, debeo pœnam ſoluere *l. 1. §. ſed ſi Reus, & ibi Caſtr.*
de eo per quem factum erit, merito ſuggerit æquitas, vt repetam a doloſo, adeo quod ſi ter-
tius ille non ſit ſoluendo competit mihi exceptio, ne pœnam promiſſam ſoluam e-
tiam ſi ab initio diues lapſus poſtea fuerit facultatibus, dummodo non poſſit mihi im-
putari negligentia argumento *l. prima. §. pen. ff. de Magiſtr. conue. Caſtren. in d. § fin. ff. de*
eo per quem factum erit, & ita videntur intelligendi *Accurſ. & Bar. in d. l. & elegantèr. § pen.*
prope finem. ff. pen. de dolo, & lex inde Neratius. §. 1. ff. ad l. Aquil. Bart. in l. is ſolis. ff. de condict.
indebiti l. plane lect. 2. & ibi Bald. ff. de leg. 1. in l. 2. ff. de Inſtit. actione, videtur etiam amplian-
6 da concluſio vt ſi pars etiam participauerit de dolo; debeat tamen prius conueniri †
tertius ſi fuerit ſoluendo *d. l. elegantèr. § pen.* in illis verbis, & puto non competere ſi pa-
ratus ſit Reus &c. Et communis opinio videtur ſi tertius ille non ſit ſoluendo agatur
contra principalem in cauſa lucratiua non autem in oneroſa, niſi participaſſet de frau-
de vt de communi teſtatur *Petrus Santer. de aſſecurat. & ſponſ. mercatorum parte 4. numero*
20. & 21. inter tractatus de aſſecuratoribus: & maxime hoc obtinet in procuratore doloſo,
quoniam & ſi ille tertius, cum quo illuſit procurator meus deliquerit, maius tamen eſt
delictum procuratoris qui fidem, quam mihi præſtitit turpiter fregit, facit tex. *in l. cum*
mandato verb. ſi autem ipſe. ff. d. minoribus.

Quæſt. 2. His ſubiicitur alia quæſtio ſcilicet an dolus patris noceat filio, vel filiæ,
& primo quo ad dotem, de quo † articulo per *Bartolum Romanum Imol. & alios in l. me-*
7 *dia mariti. ff. ſoluto matrimonio* & per *Campegg. in tract. dot. in 2. parte quaſt. 90.* Et proba-
bilior videtur opinio vt obeſſe nō debeat, primo ex *l. prima. §. 2. ff. de Carbo. edict. iuncta*
gloſſ. in verbo. Carboniano edicto, vbi patris factum, vel dictum non præiudicat filio. Se-
cundo quoniam in titulo oneroſo dolus Authoris non nocet ſucceſſori, niſi ipſe de
fraude participauerit *l. 4. § ſi cum legitimi. ff. de except. doli l. pen. l. quod autem. §. hoc edictum*
C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. titulus autem dotis eſt oneroſus *l. pro oneribus C. de iur. dot.*
l. 1. vbi gloſſ. & Bart. ff. ſol. mat. Tertio adſtipulatur quod pater ex officio tenetur dotare
filiam *l. fin. Cod. de dotis promiſſione*. adeo quod dotem datam primo viro non poſſit mi-
nuere in ſecundo matrimonio, niſi venerit ad deteriorem fortunam. Quarto con-
fert quod dotis contractus eſt inductus in fauorem filiæ, *Bald. Nouellus de dote in 6. parte*
priui. 17. num. 2.

Contraria tamen opinio videtur eſſe frequentiùs recepta, nam *Bart. Rom. Imol.*
& Campegg. locis ſupra citatis reſpondent dolum patris nocere filiæ ex *d. l. Mauia* in illis
verbis (conſequi eam pretium fundi euidens iniquitas eſt, cum dolus prius ipſi no-
cere debeat) probatur etiam ratione quippe ipſa filia in dote profecta a patre habet
cauſam ab eo, & cauſam lucratiuam, nam reſpectu mulieris dos lucratiuam cauſam
continet quare ſit locus regulæ quod dolus eius, à quo cauſam habeo lucratiuam mi-
hi nocet, *l. apud Celſum. §. de Authoris. ff. de except. doli*, & iſta fuit conſideratio *Bart. in d. l.*
Mauia, cui conuenit alia vltra DD. nam vitium perſonale cuiuſmodi eſt dolus, nocet
ſucceſſori vniuerſali, & ita filiæ: quia dos eſt ius vniuerſale *Doct. in Rub. ff. ſol. matrimo-*
nio, Dec. & gloſſ. in l. quod in ipſis. ff. de reg. iur. Non vrgent allegata ex aduerſo; & ad pri-
mum vltra ſolutionem gloſſ. *in l. D. fratres* in verbo: *fuiſſe*, & *Dyn. in d. cap. non debet.* Re-
ſpondeo ibi quæſt eſſe inter patrem, & filium, & propterea factum, vel dictum eius
non debet obeſſe filio, vt proſit patri in *l. Mauia* erat controuerſia inter maritum, &
mulierem, ad ſecundum ſolutio eſt ante pedes, nam titulus dotis eſt oneroſus quo
ad maritum, lucratiuus quo ad vxorem, & ita loquuntur ſupra relati DD. ad tertium
reſponſio eſt in conſpectu ſiquidem Mulier poterat agere contra patrem, propterea
virum moleſtare non debet, euidens namque iniquitas eſt *d. l. Mauia*, quibus con-
ſequens eſſe videtur, vt patris dolus noceat filiæ non indiſtincte, ſed quando quæ-
ſtio eſt inter mulierem, filiam, & maritum, iuxta textum in *d. l. Mauia*, ſiquidem do-
lus patris filiæ potius debet officere quam viro, & in his terminis dolus etiam extra-
nei dantis dotem noceret filiæ, & non Marito cum habeat ab illo cauſam lucratiuam,
maritus vero oneroſam & non fuit particeps fraudis. Verum ſi ageretur inter pa-
trem, & filiam quia forſitan pater doloſe dederat in dote fundum alienum, & is à ve-
ro domino fuerit euictus, profecto dolus iſte paternus non præiudicabit filiæ quo-
minus compellatur iterum officio Iudicis dotem conſtituere *l. fin. Codic. de dot. pro-*
miſſ. ne ſua malignitate liberet ſe ab onere dotandi contra text. in *l. qui liberos. ff. de ritu*
Nupt. id enim nec inter viuos facere poteſt nec in vltima voluntate, veluti ſi bona ſub-

iiceret

ficeret fideicommiſſo prohibendo expreſſe alienationem ex cauſa dotis *auth.res quæ C. commu.de leg.* inutilis nanque eſt prohibitio defectu poteſtatis *Curt.ſen.conſ.72.n.15.Iaſ. in l.auth.res.col.4.Fanuc.de lucro dotis n.77.verb.de not.* caſu, & confirmantur prædicta ex eo; quod contra tertium doloſum, & ſic contra patrem agitur ex his quæ dicta ſunt in præcedẽti articulo ſicut è contra dolus filiæ nõ præiudicat patri in cauſa dotis, *auth. è contra ſi filii Codic.de repudiis. Menoch. de recup.poſſ.remed. nono numer.88.quæſt.7.* Pater quoque nocere in dote filii ſiue nurus non poteſt, imò ex ſuo dolo tenetur non ſolum de peculio ſed in ſolidum per textum apertum in *l.37.* ita fit, vt nec patri liceat filiis præiudicium reſpectu dotis facere, nec filiis conceſſum damnum inferre parenti, ex notatis à *Menoch.centuria tertia caſu 242.numer.2.* Extra cauſam autem dotis quomodo dolus patris poſſit obeſſe filiis, & natorum fraus poſſit nocere parentibus ex *text. in l.apud Celſum.§.in hac except.ff.de except.doli*, ponit *Dyn.in dict. capit.non debet gloſſ.in d.l. Diu.fratres, & in l.quod ipſis.ff.de reg.iur.* Quibus conuenit tex. *in l.1.§.ſi Dominus*, vbi *Rom. ff.ſi quis aliquem teſtari prohib.*

Quæſt.3. Accedit alia quæſtio ſane quotidiana, vtrum ſcilicet Dominus teneatur ex Dolo inſtitoris, id eſt, † ex dolo illius quem alicui negociationi præpoſuit *l.3.& l.18.ff. de inſtit. action.* Et videtur dicendum non teneri primo ex *l.quoties.ff. de noxal.* vbi Dominus pro delicto ſerui non alias cõdemnatur quam ſi eum habeat in poteſtate, aut dolo fecerit quominus haberet ergo inſtit. dolo non tenetur, niſi concurrente qualitate dominicæ poteſtatis. Secundo actus agentium non debet operari præter intentionem eorum *l.non omnis.ff.ſi cert.pet.* Intentio autem domini præponentis inſtit.fuit de negociis, & contractibus obligari, alioquin eſſet in arbitrio inſtitoris Domino ſuo maxime nocere quod eſt abſurdum, *l. nam abſurdum.ff.de bonis libertorum.* Tertio ſumitur argumentum *ex l.1.ff.de inſtitor. action.* vbi prætor ait, quod ſicut commoda ex contractu inſtitorum ſentimus, ita nos obligari ex eorum contractibus æquum eſt, tunc ſi ex dolo inſtitorum non capimus aliquod commodum: prohibitum eſt enim ex noſtro & ex alieno dolo lucrum facere, ergo ex delicto illorum non debemus obligari, vt idem operetur propoſitum in propoſito, &c. *l. fin. ff. de legation.3.*

Contraria ſententia placet *Bartolo in l.prima.§.familiæ per illum text. ff. de public. & per l.primam.ff.de furt aduerſ.Naut.caupo.* &c. probatur etiam *Angelo in §. fin. per eum textum inſtit. de obligation. quæ ex quaſi delicto*, commendat *Rota Genuenſ. deciſ.14. numero 16. & 17.* & confirmatur non ſolum citatis iuribus, ſed etiam ex *l.ſed ſi pupillus in fine.ff. de inſtit.* ibi ſi inſtitor decipiendi cauſa detraxit, dolus ipſius præponenti nocere debet. Adiuuatur ratione, nam Dominus qui illum præpoſuit commiſit quaſi maleficium propterea, quòd vtitur opera malorum hominum *d.§.fin.* Munitur etiã quoniam debet ſibi Dominus imputare quod non bene proſpexerit qualem virum elegerit *l.1. §. vnde quæris Ofilius. ff.de exercit.l.cum mandato in fine.ff.de minoribus.* & hæc opinio quæ tum verior, tum cõmunior eſſe videtur, declaratur, vt procedat ita demũ ſi inſtitor delictum fecerit in his negociis, quibus præpoſitus eſt, non in aliis *Bart. in d. §. familiæ per illum text. facit lex quinta.§.non tamen omne.ff.de inſtitor. l.prima.§.non autem ex omni. ff.de exercit. actione l.3.§.eodem modo.ff.Naut.caup. &c.* Secundo declaratur, vt ita demum teneatur ex dolo inſtitoris, ſi ille, qui cum eo contraxit non fuit particeps fraudis *l.ſed ſi pupillus.§.de quo palam in fine.ff. de inſtit. act.* facit *Deciſio tertia numer.15. Rota Genuenſ.* in qua agitur etiam de dolo Gubernatoris Nauis, an aſſecuratores teneantur. Nõ faciunt modo negocium argumenta contraria, & ad primum reſponſio ſit, obtinere, quo ad iudicium noxale, nihil eſt enim ibi quod Domino poſſit imputari ſecus in cauſa inſtitoris. ſecundum quoq; tollitur, quod cum Dominus præponens malum inſtitorem ſit in quaſi delicto, vt palam fecimus; debet obligari ex eo quod inde ſequitur, & non videtur præter eius intentionem obſtringi, debuit enim cogitare &c. tertium diluitur propter diuerſitatis rationem, nam licet ex delicto inſtit. non debeamus ſentire commodum *l.ſi. ff. de eo per quem factum eſt l.ſi cũ ex.cept.§. Pedius.ff quòd metus cauſ.* Debemus tamen obligari, quoniã videmur eſſe in culpa *ex d.§.fi.* nõ bene explorantes, cuius conditionis hominem præpoſuerimus, ampliatur autem dicta concluſio vt procedat etiã in dolo exercitoris *d.§ fi.& d.l.1.ff.de furt.aduerſ.Naut.caup.&c.* nulla enim poteſt in hoc conſtitui ratio differentiæ inter exercitorem, & inſtitorem.

Quæſt.4. Noua ſuccedit quæſtio de dolo Proxenetæ, tam in cõtractu Matrimonii q̃ in aliis negociis, † vtrũ ſc. dolo ipſius vitietur contractus, & an, & quomodo ipſe pro

dolo ſuo teneatur, & ante omnia non videtur præter eundem Proxenetæ verbum eſſe Græcum quod propriè interpretem ſignificat, aut Pararium, cuius ſcilicet opera, aut interuentione inter duos negocia contrahuntur, vel nomina, vel nuptiæ, vel Aſſeſſores iudicii inueniuntur *l. 3. cum gloſſ. ff. de Proxen:* qui in opera dolum malum debet præſtare, citra dolum nulli obligatur, etiam ſi Proxeneticum acceperit *l. 2. ff. de Proxen.* & *Plato libr. 12. de leg.* videtur ſtatuere, vt non minus quam venditor euictionis nomine Proxeneta teneatur, quamuis hoc iure Romani Ciues, à quibus leges accepimus non vterentur. Quid ergo iuris erit ſi Proxeneta matrimonii aſſeruit doloſe, mulierem eſſe pulchram, proceræ ſtaturæ, & non defectuoſam, & tamen deformis, & breuis ſtaturæ poſtea inueniatur? de qua quæſtion. tradit *Silua nupt. lib. 2. in fine. num. 120.* Plane quod attinet ad contractum matrimonii non videtur huius doli prætextu reſcindendum ex his quæ dicta ſunt in antecedenti Quæſt. nam dolus tertii, cuiuſmodi eſt proxenetæ nõ irritat contractum bonæ fidei, *Bald. in l. 7. in 2. lectura. ff. de dolo.* loquens in Proxeneta. Sed an rumpatur matrimonium ope exceptionis, & rumpi ſentit *Picus in l. pactum quod bona fides C. de pact. & Alex. conſ. 99. per excellentiſsimum vol. 3.* dum negant ipſo iure reſcindi. Rurſus an teneatur Proxeneta decipiẽs doloſe, vel in dote, vel in deformitate vxoris, & quo ad primum *Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier ff. ſol. matr.* reſpondet teneri, cui patrocinatur *lex ſecunda. ff. de proxen.* ibi: Plane ſi dolo creditorem circumuenerit de dolo actione tenebitur. Quod vero attinet ad deformitatem non videtur obligatus, etiam ſi doloſe fuerit mẽtitus, quippe quia vel nullum damnũ intulit, vel leuis admodũ læſio eſt, q̃ fecit mẽtiendo, arg. *l. 1. ibi: ſimpliciter ſit dãnoſa. ff de dolo, & l. id eſt. iuncta l. præcedenti eodem tit.* vbi p̃ modica ſumma denegatur actio doli. Porro autẽ nullum eſſe detrimentum illatum palam eſt: quia multis incommodis eſt liberatus, qui deformem non pulchram duxit vxorem, primo quidem ſuperbia coniugis formoſæ qua nihil eſt intollerabilius, vt Comicorum Princeps *Menander* ait & *Ouid. libr. 1. Faſtorum*

Faſtus ineſt pulchris ſequiturque ſuperbia formam.

Secundo effugit certum ferè periculum impudicitiæ, Mulieres enim formoſæ vix caſtæ, & forma cum pudicitia magnopere diſſidet *hinc Iuuen. ſatyra 10. Rara eſt adeo concordia formæ atq; pudicitiæ,* Ideoq; Bias hortabatur, ne quiſpiã pulcrã vxorẽ duceret, ne, inquit, habeat cõmunem. Tertio euitat morbum grauiſſimum Zelotypiæ, in quẽ facillime incidunt qui copulantur ſpecioſæ puellæ, teſte *D. Chryſoſtomo in 2. parte homilia 2.* Cruciat, ait, vxorum pulcritudo viros Zelotipia. Quarto liberantur mortis periculo, cui ſubiiciũtur, qui decoræ coniunguntur vxori, id quod cognoſcens ſanctus ille Patriarcha Abraham cum proficiſceretur in Ægyptum, & poſtea ad Abimelech veniret, dixit vxori, noui q̃ pulcra ſis Mulier, ideo ne me interficiant Ægyptii dic quod mea ſoror ſis *Geneſ. c. 12. & c. 26.* quem locum exponens *D. Ambroſius.* ait non magnopere quærendum decorem in coniuge, propterea quod viro plerunq; mortem gignere ſolet, ſed eſto in pulchritudine vxoris aliquid eſſe commodi, breue tamen illud eſt, & perexiguum. Proinde breue damnum ſuo dolo Proxeneta intulit. res enim caduca, fluxa, & fragilis eſt pulcritudo, vt inquit *Criſpus Saluſtius Romana primus in hiſtoria in titul. quem de bello Iugurtino compoſuit, & Socrates apud Diogenem Laertium,* in vita Ariſt. formã appellat exigui temporis Tirannidem, quare amor ille forma conciliatus, cum forma abiit, ceſſante enim cauſa ceſſat effectus, vnde *Bachis illa Terentiana* ait:

Forma impulſi noſtra nos Amatores colunt.
Hac vbi immutata eſt, illi ſuum animum alio conferunt.

Atq; his rationibus motus, vt veroſimile eſt *Anacharſis ille Philoſophus.* Vxorem deformem accipere ſtudioſe voluit, tantum abeſt vt ſtuduiſſet agere cõtra Proxenetam deformẽ pro ſpecioſa pollicentẽ; Vxorem, inquit, temperantẽ quęrito non formoſam, illa enim eſt theſaurus, qui ſurripi non poteſt, hæc autem, animi opinio ſiue perſuaſio.

Alia vero ſententia vt immo graui damno affectus iſte Maritus poſſit contra Proxenetam agere, probatur inprimis ex *c. non ſatis 34. quæſt. 2.* vbi ſcriptum legimus ſi vxor non inuenerit gratiam in oculis viri propter aliquam fœditatem ſcribet libellum repudii, confert tex. in *c. quemadmodum ver. ſi poſt* iuncta gl. & ibi *Imola,* & alii de iure iurando. quo definitur ob deformitatẽ notabilẽ, ſuperuenientem poſt Sponſ. de futuro dari iuſtã cauſam ab illis diſcedendi, quæ res arguit deformitatem vxorũ eſſe viris maxime moleſtam. Accedit quod deformitas corporis indicat deformitatem animi, rato enim

vo enim in corpore deformi formoſus animus inſidet *Panorm. in c. quia diuerſitatem in prin. notabili* per illum tex. *de conceſſ. preben.* fieri nanque vix poteſt, vt qui omnino deformis eſt, bonus ſit, nam *Galenus lib de tempera. 2. c. 6.* inquit natura membra componit prout moribus animæ conuenit, hinc *Homerus* viros virtute præſtantes pulcra ſpecie decoros, & Deo ſimiles facit. Therſitem vero ignauum ſtolidumque fingens deformem etiã corpore finxit, Lacedæmonii ex ſuæ ciuitatis inſtituto deformes infantes exponebãt quaſi eorum vita & ſibi & Reip. inutilis eſſet futura, his conuenit quod deformitatem antiqui vſque adeo deteſtabantur, vt deformi occurrere inauſpicatum haberetur, hinc vt ſup. etiã diximus Septimius Seuerus Imperator ex Æthyopis cuiuſdam occurſu ingruere ſibi mortem concepit, Hinc Bias hortabatur, ne quis turpem duceret vxorem nam ait pœnam duces. Deformis præterea vxor parit deformes filios quo nihil moleſtius parentibus accidere ſolet, vt merito grauiter deceptus & graui damno affectus dicatur, qui dolo Proxenetæ deformem vxorem præter ſuam voluntatem acceperit & iure conuenire eum poſſit (ſtante tamen matrimonio) vt ſoluat quantum ſua interſit non dixiſſe vxorem deformem, imò pœnam, & cum aduerſus doloſum in contractibus bonæ fidei iuretur in litem *Dd. in l. in actionib. ff. de in lit. iur.* poterit maritus præuio iuramento ſuum damnum æſtimare.

Nec aduerſantur allegata in contrariũ, etenim vno verbo tollũtur omnia: quoniam cũ inter pulcritudinẽ, & deformitatẽ ſit quoddã mediũ in hoc, ſicut in aliis reb. maxime laudabile, nẽpe cũ ſit illa forma, quæ mediocrẽ quãdã venuſtatẽ ſignificat & quæ vulgo dici ſolet forma vxoria poterat his omnib. incõmodis liberari maritus, quæ viris ob nimiã pulcritudinẽ coniugũ obuenire conſueuerũt ſi data fuiſſet vxor forma inter vtranq; poſita, quarũ magna copia eſt & licet pulcritudo breue ſit bonum, & forma fluxa, deformitas certe eſt perpetua, imo tẽpore recipit augmentũ, vt. n. ætas pulcritudinẽ expellet ita deformitatẽ auget, ꝑinde ſanct⁹ ille Patriarcha Iacob, ne cũ turpi Lya temp traduceret æuũ, aliis 7. annis voluit amore pulchræ Rachelis hoc modo inſeruire.

Sequitur alia pars principalis quæſtionis, n empe quid iuris in dolo Proxenetæ in aliis negociis extra matrimoniũ, ſiquidem multa negocia tractant, & ſunt huiuſmodi hominum, vt in ciuitate officinæ, atq; in venditionib. emptionib contractib. commerciis, licitis verſantur *l. 3. in fin. ff. de Proxen.* in qua *Vlp.* vtiles hos eſſe homines perhibet nunquid ergo cõtra eos agi poſſit? & ſane conueniendos non eſſe ſuadet regula quod nemini ſuum officium debet eſſe damnoſum *l. ſi quis, ex ſignatorib. ff. quemad. teſta. aperi. l. abſentia. ff. de reg. iur. l. inter eos. ff. ex quib. cauſ. maiores* veruntamen in contrariũ eſt text. in *d. l. 2. ff. de Proxeneticis*, ibi planè ſi dolo, & calliditate circumuenerit creditorem actione de dolo tenebitur ſimilis eſt. n. agrimenſori, qui de dolo, & lata culpa obligatur *l. 1. ff. ſi menſor falſ. mod. dixer. gl. in d. l. 2. §. act.* & quemadmodum noſtra intereſt, ne fallamur in modi renunciatione *d. l. 1.* ſic ad nos pertinet, ne in modo negocii contrahendi fallamur & niſi Proxeneta plecteretur de dolo, maxime impedirentur commercia, quippe non omnia poſſumus per nos ipſos gerere, & periculoſum eſſet iſtorum hominum fidei ſe committere, atq; ita fieret contra publicam vtilitatem argumento *l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure, & §. ius aũt gentium inſtit. de iure natur. &c.* Aut ergo Proxeneta ſolus cõmiſit dolum, nec aliquis ex contrahentib. fuit particeps fraudis, & tunc contra ipſum agitur actione de dolo *Rom. in l. æquiſſimum. ff. de eo per quem factum erit per l. 1. C. ſi vendito pignore agatur*, & ſtante difficultate probationis, poterit aduerſus eum in litem iurari, dicta cauſa *l. in act.* ſi ipſe ſit ſoluendo. i. tot habeat in bonis, vt ex his poſſit omne æs alienum ſoluere *l. ſoluendo. ff. de verb ſignif* at ſi ſoluendo non eſſet, nec per ſe, nec per ſuos fideiuſſores *l. ſi plures. §. præterea ff. de fideiuſſ. Alciat. in d. l. ſoluendo*, vel non haberet bona in territorio *Bald in c. ex ratione col. pen. de appellat. & ibi Dec col. 9* plura cumulat, licitũ eſt agere contra eum qui ex dolo Proxenetæ lucrum ſentit *d. l. fin ff. de eo per quem factũ erit in verb. plane ſi is qui dolo fuit*, nam & ſi non loquatur de Proxeneta tamen loqtur in tertio, & Proxeneta tertius eſt, & à Proxeneta probationẽ citat eum tex. *Alberic. in l. eleganter n. 10. ff. de dolo.* ſi vero vnus ex contrahentib participauerit cum Proxeneta de dolo, quo pacto ſit ſubueniendũ decepto, eleganter declarat *Bald. in l. 7. n. 7. & 8. in 1. & 2. lectura. ff. de dolo, & in l. 2. C. de fideiuſſ.* Minor; & in *l. multũ C. ſi quis alt.* vel ſibi. *Hoſtien. in ſumma de dolo, in §. & cõtra quẽ* facit etiã tex. *in l. 4. §. 1. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* Nec obſtat regula q; nemini ſuũ officium debet eſſe damnoſum: nam fallit vbi mixta ſit culpa *Bald. in l. cum ab initio. ff. quemad. teſta. aperi.* & merito, nam tunc officiũ euadit maleficium, & damnoſum non debet eſſe officiũ quãdo bono animo, & recta intentione fuit adhibitũ:

commiſſus d.§.quæſitum quo nihil expreſſius,& gloſſ.ibi in verbo excipiendum affert exemplum, & ratio eſſe videtur, quoniam huiuſmodi procurator,dominus eſt etiam ante litem conteſt l.ſi procurat.ff. de except. doli,ibi:his, quæ à te extraneus eſt, nec alienus dolus, & ibi:eamque ſuo quodammodo nomine exequitur. Aut ſumus in procuratore in rem alienam, & tunc ſi rei particularis eſt, non totorum bonorum dolus commiſſus ante litem conteſt.domino non officit,quia ſcilicet eum adhuc factus non ſit dominus alienus dolus eſt, & dicitur vt extraneus non vt procurator dolum feciſſe Aug.in d.§.ſequitur multa cumulans citat communem ſententiam & nu.12. verb.3. vero caſu.reſpondet contrariis ſed ſi poſt litem conteſt.commiſſus dolus fuerit,veluti, ſi corruperit iudicium vt per gloſſ.d. §. quæſitum in verbo præſentem.nocet Domino d.l. ſi procurat.ibi:poſt litem conteſt.& ibi:places de dolo procuratoris excipiendum eſſe, & amplia vt per Angelum in d.§.ſequitur num.12.verbo:ſed aduertas, Aut ſumus in procuratore rei alienæ,ſed totorum bonorum cum libera,& eius dolus omnino damnoſus eſt Domino ante,& poſt litem conteſt.commiſſus d.§. quæſitum verbo,ſi autem is procurator ſit cui omnium rerum &c.l.procuratoris iuncta gloſſ.ff.de tribut.act.& ratio colligitur ex l.procur.totorum ex l.procur.cui libera,& l.mandato,& ibi Bart.ff.de procurat.Ang.in §.ſequitur n.12.Inſtit.de except.

In ſecundo vero caſu,quando loquimur in procuratore ad negocia,ſi dolo aliquem deceperit mea negocia gerens,neq; ego doli particeps fui,nec quicquam ex eo dolo ad me peruenit non teneor, ratio eſt quia dolus alterius nemini debet obeſſe d.l. ſi procur.de except.doli l.non debet alteri.ff.de reg.iur. l.ignorans.ff. de procurat. Sed ſi de dolo participauerim obligor in ſubſidium; nempe ſi procurator non eſſet ſoluendo; argumento d.l.ſi procur.ff.mandati & l.eleganter. §.ſi dolo malo ff.de dolo. Secundum gloſſ. declarationem in d.l.ſi procur.verbo ſed ſi ibi, dandam nempe vt detur priſtina actio ad debitum principale,actio vero de dolo ad cetera damna. Ceterum ſi ſine dolo meo ad me peruenit ex dolo mei procuratoris,teneor in quantum peruenerit d.l.16.§.item ſi quid dolo d.l.1.in fine.ff.depoſiti, quippe ſicut ex dolo alterius damnum ſentire non debeo d.l.ſi procuratoris in princ.ita nec lucrum capere argumento l.ſicut de reg.iur. & ne vſus procuratorum ad vtilitatem hominum inductus l.1.ff.de procuratorib.ad eorundem perniciem conuertatur,& fiant inſidiatores,non procuratores,accedit,quod ex hoc ipſo quod non reſtituit, quod ad ſe peruenit præſumitur in dolo d.l.1.in fine.ff. depoſiti l.dolo.ff.mandati, Latè Dyn.in c.delictum perſonæ de reg.iur.in 6. Et ſi quis occaſione procuratoris doli quæreret nunquid minor, vel etiam maior reſtitueretur in integrum propter dolum vel culpam procuratoris, vel aduocati videat Oddum de reſtitut.quæſt.13.nu.46.quæſt.14.num.54.

Q. 6. Altera quæſtio ſuccedit, vtrum dolus Tutoris,vel curatoris nocere poſ-
11 ſit furioſo vel pupillo † de qua per gloſſ.in l.neq; interdicto in l.1.§.hoc edicto.ff.ne vis fiat ei & c.in l.ſi dolo.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti Alex.Bald.Iaſ in l.1.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicenti non obtemperauerit Mantica de coniecturis lib.tit.17.num.31.in hoc articulo variæ ſunt Doctorum opiniones putant enim aliqui pupillum omnino teneri per tex.in l.4. ff.de euict.in l.quod ſi nouit.§.quod in procuratore.ff de ædilit.edict.& in l.Polla.C.de his, quibus vt indignis, nam in duobus primis locis facta venditione à Tutore impuberis nomine & ſequuta euictione tenetur pupillus,etiam in ſolidum ſi Tutor ſoluendo non fuerit in alio textu,ſi Tutor pupilli nomine dicat falſum teſtamentũ & ſuccumbat,infert pupillo damnum eius portionis,quæ fuerat ei teſtamento relicta. Quidã vero exiſtimant pupillum nullo modo teneri,quoniam nec damnum ſentire debet,nec lucrum l.3. §. ſi ſeruus pupilli.ff.de tribut.ibi dolum quidem tutoris pupillo nocere non debere tutor, nec tamen lucratur eſſe debere l.3.ff.quando ex facto tutoris ibi;dolus Tutorum puero; neq; nocere,nec prodeſſe debet l.neq; interdicto.ff de reg.iur.l.Iulianus.§.idem Iulianus.ff. de actionib.empti l.his qui impuberum.§ ſi Tutoris ff.quod vi. aut clam. Nonnulli credunt diſtinguendum,aut tutor eſt ſoluendo,& Pupillus tenetur l.1.§.hoc edicto.ff. ne vis fiat ei; d.l.3.§.ſi ſeruus ibi,& ſanè hactenus tenebitur,vt actionem,quam contra Tutorem habet,præſtet. Aut Tutor non eſt ſoluendo,& non obſtringitur,vt probant d.iura à contrario ſenſu;His diſtinctionibus aliam addit Bart.in l. ſi dolo. ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam. Sed eam refellit Alex.in l.1.§.ſi procur.ff.ſi quis ius dicenti,&c cui adheret Iaſ eod.loco.

Quamobrem in tanta opinionum varietate tutius videtur ita dicere,nempe, vt regulam conſtituamus negatiuam ſcilicet dolo Tutoris non fieri præiudicium pupillis iuxta l.3.ff.quando ex facto Tutor & l.3.§.ſi ſeruus pupilli.ff.de tribut. l. neq; interdicto. ff. de

reg. iur. hæc regula in quibuſdam cauſis perdit officiũ ſuum, quas vt dilucidius intelligamus opus eſt diſtinguere, Nam aut Tutor commiſit dolum delinquendo, aut contrahendo, aut agendo in iudicio, & hoc eſt quod forſitan voluit dicere gloſſ. in *d. l. ſi dolus in verbo acquiſita*, ibi, aut medium inter hoc. & videtur ſentire *Alex. in d. §. ſi procur. n. 3. verb. & hoc fuit de mente* gloſſ. quãuis *Bart.* ibi dixerit ſe non intelligere quid ſibi velit gl. in illo verbo, vel medium inter hoc. Quo ad primum caſum reſpondendum eſt ſecundum regulam dolum tutoris pupillo non obeſſe ex lege meminerint vbi *Bald.* & latè *Menoch. & in l. ſi quis in tantam C. vnde vi, ex l. 1. C. de falſa moneta ex l. quicunq; C. de ſeruis fugitiuis. Alex. Iaſ. & alii, in d. l. ſi procur.* & ratio eſt, tum quia pœna ſuos debet tenere authores, tum quia tutor dictus eſt à Tuendo, non aũt à perdendo, tum etiam quia dum delinquit non gerit negocia pupilli, & ideo ſi tutor produxerit falſos teſtes pupillus nõ incidit in pœnam ſtatuti de his qui inducunt falſos teſtes. *Caſtr. in l. polla C. de his quib. vt indign.* Quo ad II. caſum ſc. in contrahendo videtur diſtinguendum, nempe aut tutor non habet vnde ſoluat, & pupillus non tenetur; aut ſoluendo eſt, & obligatur pupillus non de ſuo ære, ſed ad cedẽdas actiones contra tutorẽ *l. 3. §. ſed ſi pupillus ff. de tribut. act. l. fin. iuncta gl. in verbo tu quod. ff. de admin. tutor.* neq; obſtat *lex 4. ff. de euict. l. quod ſi nolit. §. quod in procurat.* vbi pupillus ſi tutor non ſit ſoluendo tenetur in ſolidum, ſiquidem ibi non fuit, nec in vendendo, nec in retinendo partem precii commiſſus dolus, vt ſentit gl. ibi in verbo accepto latum, quo ad III. caſum ſc. agẽdo in iudicio dicendum eſt; prout in *l. polla. C. de his quib. vt indig.* nocet n. pupillo calumnia tutoris, licet ei ſuccurratur per actionẽ tutelæ, ibi dummodo memineris ſi in cauſa non obtinueris, & portionem; quam ex teſtamento pupillus habet te ei ſaluam facturum, quam adimi pupillo neceſſe erit ſecundum iuris formam & de calumnia tua præſidem deliberaturum.

Alia præterea afferri diſtinctio poteſt breuior, & facilior ex mente *Azzo. & Vgon. relata à gloſſ. in l. fin. ff. de admin. tutor. in verbo tu quid* circa med. & ſentit eam *Dyn. in reg. delictum perſona de reg. iur. in 6. Ang. in §. ſequitur num. 12. de except.* Aut pupillus, vel furioſus ex dolo, vel culpa Tutoris aut curatoris factus eſt locupletior, & tunc in eo, q. ad eum peruenit, obligatur indiſtincte, ſiue tutor ſit ſoluendo, ſiue non *l. 24. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtam.* ſiue lucrum ex delicto, vel contractu, vel quaſi contractu tutoris ceſſerit pupillo *l. Iulianus in fine l. apud Celſum. § illa etiam. ff. de dolo l. Dyn. in d. c. delictum num. 5.* Dicens hoc etiam obtinere in Eccleſia quæ ex dolo ſui prælati lucrum fecerit: quoniã ſicut pariſicantur pupillus, & Eccleſia, ita procedunt à pari, eorum adminiſtratores *l. Orphanotrophos. C. de Epiſc. & Cleric. l. ſi præſes*, & ibi *Dd. C. quomodo, & quando Iudex gl. Bal. & alii in l. ciuitas. ff. ſi cert. petat. Angel. conſilio 245.* incipit. quia omne datum optimum. Et idem iuris eſt in vniuerſitate, quatenus ad eam peruenit ex delicto illius qui præſes ſit vniuerſitatis prædictæ *l. ſi in. vi. ff. de vi, & vi armata l. ſed & ex dolo. ff. de dolo. §. ſed an in Municipes.* Aut vero pupillus, vel furioſus non eſt fa- 11
ctus locupletior, & tunc non tenetur, etenim ſi tutor non habet vnde ſoluat, pupillus abſolute non tenetur, ſi vero ſit ſoluendo obligatur tantum ad præſtandas actiones *dict. l. 3. ff. de Tribut. actione & l. 3. §. hoc edicto ff. ne vis fiat ei. &c. nec efficit dict. lex 4. de euict.* Quippe ibi, vt diximus non eſt dolus Tutoris, ſed pupillus tenetur de euictione ob naturam contractus, non aduerſatur etiam *dict. l. Polla*: quandoquidem actione tutelæ recuperat quod ex mala lite tutoris amiſit, ſed an tutor ſoluendo doloſe creditori pupillari tantum, quod non relinquatur, vnde ſatisfieri poſſit aliis creditoribus, illis præiudicet: Declarat Iuriſcon. in *leg. Tutores iuncta gloſſ. in verbo dolo. ff. de conditione indebit.*

Quæſt. 7. Quæritur an dominus ex dolo ſerui teneatur, de qua quæſt. eſt gloſſ. mag. in *l. Seruus. Cod. de pact. Rip. in Rub. ff. de interdictu numer. 6. Menoch. de recup. poſſ. re-*
12 *med. 1. in principio* & ſanè nocere domino dolum ſerui probat *lex 3. §. quod Seruus, & l. peregre. §. vltim. iuncta gloſſ. ff. de acq. poſſ.* vbi factum ſerui diſcedentis à fundo meo mihi præiudicat, quo ad poſſeſſionem.

Secundo dolus Serui obligat Dominum, vel vt damnum emendet, vel tradat ipſum pro noxa *l. 1. & 2. ff. de noxal.*

Tertio dominus ex dolo Serui tenetur quatenus eſt in peculio *l. licet. §. pen. ff. de peculio l. peculium. §. præterea cum ſeq. §. eod. tit. l. et quis. ff. quod cum eo.*

Quarto confert tex. in *l. rem mihi. §. 1. ff. commod.* quo loco cum Seruus meus feciſſet meis contubernalibus furtum, agunt aduerſum me furti Serui nomine.

Ex ad-

Ex aduerſo eſt text. iuncta gloſſ. *in l. ſeruus C. de pact. in l. ſeruus tuus ff. depoſiti in l. ſi ſeruus legatus ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus l. quanto magis ff. de iureiur.* quibus iuribus expreſſum eſt ſeruum domino ſuo prodeſſe poſſe, nocere autem nunime, vnde per manus traditum eſt per ſeruum meum conditionem meam non fieri deteriorem, gloſſ. *in d. l. ſi ſeruus.* §. 1. *de leg. 1.* Secundò, ſuffragatur text. in *l. fin. C. de acq. poſſ.* in quo malitia ſerui damnum non debet domino inferre. Tertiò, ſimilis eſt text. *in l. ſi ſeruus C. quod cum eo*, vbi ſeruus in præiudicium domini non transfert poſſeſſionem rei dominicæ. Quartò, ſeruus nec aufugiendo poteſt domino damnum inferre, *l. 1. C. de ſeruis fugitiuis*, adeò, vt & is, qui fugientem ſeruũ animo doloſo recipiet conueniatur remedio *legis ſi Colonus C. de agricol. & cenſ. lib. 11. Menoch. de recuper. poſſ. remedio 10. nu. 18.* Ad diſſoluendum hunc nodum ſunt aliqui caſus diſtinguendi, quorum ille prior eſt quando ex dolo ſerui aliquid ad dominum peruenit, tunc enim domino obligatur, *l. licet. §. ex furtiua. ff. de peculio*, ibi veriùs eſt in quãtum locupletior factus actionem dandam idem Labeo probari quia iniquiſſimum eſt ex furto ſerui dominum locupletari impune, & hoc caſu locũ eſſe *legi ſiquis in tantum C. unde vi.* aduerſus dominum ſi ſeruus occupauerit tradiderunt *gloſſ. ibi in 5. quaſt. & Bart. num. 11. Saly. col. 3. Menoch. num. 63. quaſt. 5. per text. in l. 1. §. quid ergo ff. de vi, & vi armata l. 31. §. fin. ff. de peculio.* Secundus caſus eſt quando ad dominum nihil peruenit & ſeruus dolo fecit in rebus dominicis, & tunc domino non præiudicat, quia ſcil. ſeruus meliorem conditionem domini &c. & ita procedit text. in *d. l. ſeruus C. de pact.* cum aliis ibi citatis à *gloſſ.* limitatur verò iſte caſus, vt procedat in iure quæſito non autem in iure quærendo per text. in *l. 3. C. de hæred. Inſtit.* in quo ſeruus inſtitutus hæres cogi non poteſt à domino adire hæreditatem ſi nolit, ſimilis eſt text. in *l. ſeruo inuito ff. ad Trebell. & in l. vltima C. de acq. poſſeſſione.* etenim regula nuper allegata quod per ſeruum domini conditio non poteſt fieri deterior; tunc locum habet cũ dominus damno periclitatur. Confirmatur, quoniam debitor, qui bona quæſita in fraudem creditorum prohibetur alienare oblatum ſibi lucrum ex hæreditate, vel legato poteſt in eorundem perniciem repudiare; *l. qui autem. ff. quæ in fraudem creditorum*; adeò vt maritus lucrum ſibi delatum vigore ſtatuti, quando moritur vxor ſine liberis poſſit in fraudem creditorum reſpuere; *Dec. conſ. 260. Zuccard. in Rub. de pact. num. 121. Cagn. in l. non fraudantur. ff. de reg. iur. Socc. Iun. conſ. 124. & 125. lib. 1.* fallit etiam ſi ſeruus ſe ipſum occiderit, aut vulnerauerit, damnum domino infert, gloſſ. magna in *l. ſeruus. C. de pact.* Tertius eſt caſus; quando ad dominum nihil peruenit; & dolo facit in re aliena, damnum dando, furando, & tunc dominus ſi ignorauerit; vel ſciuerit; ſed prohibere non potuerit, obligatur tamen, vel ſufferre litis æſtimationem, vel dare ſeruum pro noxa; ſed ſi ſcierit, & cum poſſit, non prohibuerit; tenetur in ſolidũ, *l. 2. ff. de noxal. l. 1. iuncta gloſſ. in verb. euitare eod. tit. l. 1. §. quid ergo adiicitur. ff. de vi, & vi arm.* ibi & ipſos ſeruos noxę dedendo maleficii cauſa indemnis erit, & ibi, cum ſeruus hoc modo poſſit domini conditionem deteriorem facere. Quartus; eſt caſus; quando ſeruus, qui dolo facit in re, vel in perſona alterius, peculium habet, & obligat dominũ peculio tenus *d. l. licet. §. pen.* qui tamen loquitur in domino locupletato per delictum ſerui; facit, *l. ſiquis ſeruum. §. etiam; & l. ſeq. §. in dolo. ff. de peculio*; ſed ſi dominus dolo malo feciſſet, vel particeps doli extitiſſet, teneretur vltra peculium, quantiq; ea res eſt cõdemnatur, *l. in bona fidei. ff. de pecul.* ibi; & ſiquid dolo malo domini captus, fraudatusque actor eſt, nec prodeſt domino poſt litem motam; alienare peculium ſerui, nam videtur in fraudem alienaſſe. *l. 44. ff. de peculio*; ſunt tamen plurimi caſus, in quibus ſeruus ex facto ſuo; nec quidem de peculio dominum obligat, quos congerit gloſ. magna in *d. l. ſeruus C. de pact.* inter quos ille eſt pręcipuus ſi id vẽdiderit, aut extero mandauit emendum, *l. cum ſeruus extero. ff. mand.* ſed an è contra dolus domini noceat ſeruis & quo ad acquirendũ dolum nocere eſt textus apertus in *l. 1. §. ſi dominus. ff. ſiquis aliquem teſtament. prohib.* & vide ibi *Roman.* & alios.

Quaſt. 12 Cum autem ſeruorum conditio, in multis filiorumfamil. conditioni cõparetur. §. 1. *inſtit. quod cum eo, l. ſeruus iuncta. l. filius. C. de pact.* non inconuenit poſt ſeruos de filiis diſſerere, quærendo nunquid ex filiorum dolo fiat pręiudicium patri,
13 quæ † dubitatio in duos articulos rectè diſtinguitur; & primus ſit an filius ſuo dolo noceat patri in bonis iam quęſitis, ſiue in iure quæſito. Secundus vero vtrum domino officiat in bonis quærendis, ſiue in iure quęrendo, hæc enim diſtinctio eſt ad mentem *Iaſ. in l. 3. § ſi filius. ff. quod quiſq; iur. Doct. in l. 1. C. qui admitti.* & maximè *Bart. ibi in vlt. col.* venio ad primum de quo ſcribentes in *l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de damn. inf. Ang.*

& Iaſ. in §. act. inſt. de act. ille n.13. iſte n.62. Ruin. conſ.159. & cõſ.117. n.7. lib.1. & cõſ.149. lib. 3. n.13. Rolan. conſ.56. n.10. lib.1. Couar. lib.2. reſol. c.8. n.7. verb. ex his patet. Curt. Sen. conſ.60. Dux Philippus. col.10. ver. venio ad ſecundũ Soci. Iun. conſ.77. n.8. lib.2. cum aliis multis cõgeſtis à *Menoc. de recup. poſſ. reme.9. q.7. n.68. cũ ſeq.* nec nõ a Did. citato loco, & oẽs diſcũtiunt in terminis peculii aduentitii, vel profectitii, quærentes an ob dolũ filii, cõmittẽtis delictum, debeat publicari dictum peculium, cui ſimilis eſt dubitatio vt ob delictum filii debeat publicari legitima portio, & debita in bonis patris qui tempore ſententiæ erat adhuc in humanis, vt poſt obitum ipſius in fiſcum deferatur, Didac. vbi ſupra verbo: hinc apparet. & vide, quatenus de dolo filii excipiatur contra patrem. *l.4. §. in hac. ff. de except. doli. Bart in l. ſi quis in tantam num.11. Cod. vnde vi, & d. §. vectigalib. refert. Cyn. & Iac. de Aren.* probantes ſententiam affirmatiuam, quos poſtea eſt ſequutus Ripa *in c. ſæpe enim n.76. de reſtitut. ſpol. & Pariſ. conſ.117. lib.* 4. & priori loco vtuntur argument. text. *in l. ſi poſtulauerit. §. iubet. ff. de adult.* ibi perinde in communi partim publicanus in proprio cuius vſusfructus alienus eſt, nudam proprietatem; ergo in aduentitio peculio publicabitur proprietas, quæ ſpectat ad filiũ. Delictum patris nõ nocet filiis natis, ſed naſcituris, *l.2.* & ibi *Bart. C. de liber.* Secundo loco arguit *Rip. in d. c. ſæpe ex l.3. §. idem ſcribit. ff. de pec.* vbi pater tenetur de peculio ꝓfectitio, ob inuaſionẽ, & occupationẽ à filio factã, multò ergo magis in aduentitio, in quo pater minus iuris habet, plus iuris filius. Tertio, ſuffragatur, *l. clarũ. C. de auth. præſtanda,* per quã legem dicunt ꝓbari Doct. quod bona minorũ licet ſint ꝓhibita alienari, ex delicto tamẽ eorũ poſſunt publicari, atque in fiſcũ deferri, ita in propoſito licet prohibita ſit aduẽtitii, vel ꝓfectitii peculii publicatio, tamen ſequuto delicto, erit permiſſa. *Pariſ. d. conſ.152. n.24.* magnã vim facit in tex. *l. quinq. legib. cũ l. ſeq. ff. de bon. dãnat.* in qua dos mulieris ob eius delictũ publicatur; & ſi in ea maritus habeat vſumfructũ, cui integer reſeruatur, ibi, ergo & in ſpecie noſtra ſaluo vſufructu parenti, publicari poterit proprietas peculii. Dolus patris in crimine læſæ maieſtatis, quoniam filiis noceat, *Bertach. in ſuo repert. verb. delictum patris in crimine læſæ maieſtatis.* ex aduerſo, quod non publicetur peculium aduẽtitium, nec quidem reſpectu proprietatis, frequentiori calculo eſt receptum, ſicut eſt teſtis, *Ruyn. conſ.24. nu.6. lib.5. itidem Pariſ. teſtatur eſſe communem conſ.154. n.1. libr.4.* licet non cum illa ſentiat; probatur autem. *l.3. C. de bon. damnat.* in qua damnato filio, non publicatur caſtrẽſe peculiũ, vnde arguendo de maiori ad minus, ſi illud de quo magis videbatur dicendũ, ꝙ poſſit publicari, nõ publicatur, vllo modo in ꝑiudiciũ patris; qui minus iuris habet in eo, & plus iuris filius, quãto minus debet publicari aduẽtitiũ; in quo ius vſusfructus pater habet? vt ait *Soc. Iun. d. conſ.77. n.11. verb. nec obſtat reſp. lib.2.* cui non obſt. ꝙ dicãt aliqui Caſtrẽſe hodie publicari ex delicto filii. Nã tamẽ falſum, & cõtra comm. ſententiã, refellit *Didac. loco citato,* nec non *Menoc. d. loco. n.70.* ſecundo hanc ſententiam plurimũ adiuuat. *l.3. §. vtrum. ff. de mino.* quẽ egregiam ex mente Imol. dicit *Alex. in d. §. ſi ex vectigalib.* nam expreſſum eſt ibi in fine, ex patris delicto peculium profectitium non publicari, cũ alienari illud non poſſit à patre in filii detrimentũ; probat enim à fortiori, cũ plus iuris habeat pater in profectitio, quẽ è cõtra filius in aduẽtitio arg. *l. profectitiũ de iur. dot.* & ſuadet ratio, quia patris eſt vſusfruct. & proprietas in vno, in altero vero vſusfr. purus. Tertio loco patrocinatur tex. in *l. cũ ancillis. C. de inceſt. nup.* qua definitũ eſt, bona filii exiſtentis in patria poteſtate, nõ publicari ob delictũ, cuius enormitate publicarentur, ſi in ſacris paternis nõ eſſet cõſtitutus, atq; poſterior hæc ſentẽtia, ſicut cõm. eſt, ita quoq; videtur ad veritatẽ propenſior, nec quicquẽ aduerſantur oppoſita, & ante omnia tex. in *d. §. iubet,* intelligitur in eo, cui alienatio ꝑmiſſa eſt, nã tũc eius ex delicto fit publicatio ſolius proprietatis, quẽ retinet, vſufructu apud aliũ exiſtente; ac filio in aduẽtitiis inhibita eſt alienatio in totũ, *l.2. C. de caſtr. pec. mil. lib.12.* aliud verò arg. diluitur, quia obtinet ille tex. quãdo filius eſt cõdemnatus in aliqua pecuniæ quãtitate in iudicio in quo dicitur quaſi cõtraxiſſe *d. §.* idẽ ſcribit, tũc. n. pater tenetur de peculio, ꝙ cõceſſerat filio, ſeparatũ à rationib. ſuis, arg. *l.1. ff. de pec* & ſic in profectitio cuius adminiſtratio eſt apud filiũ, ſecus in peculio aduẽtitio, cuius adminiſtratio eſt apud patrẽ gl. magna in *l. pater quis Caſtr. ff. de caſt. pec.* & ita declarat, *Bar. in d. §. ſed vect. n.13. ver. itẽ obſtat;* ad tertiũ, *d. l. clarũ,* eſt expedita ſolutio, quia illa prohibitio minoris eſt facta tãtũ fauore ipſius, cum in aduẽtitio tũ filii tũ patris verſatur fauor. Dolus autẽ patris quatenus noceat filio in feudis, *Bertach. in v. delictũ patris nocet filio in feudis.* Vltimũ quoq; non habet vim, quãdo dos reg. ex delicto mulieris non publicatur propter vſumfr. ſpectantẽ ad maritũ, ſpeciale eſt aũt in quinq; caſib. expreſſis in *d. l. quinq.* vt latius, & copioſius *Menoch. de recuperãd. poſſ. rem.9. quæſt.7. n.65. vſq. ad n.91.* vbi infert contra filium invadentẽ

propria authoritate bona aduentitia exiſtentia apud aliũ, non habere locũ remedium. *l. ſi quis in tantam. Cod. vnde vi. ibi numero ſexageſimo quinto*, vbi ampliat etiam in eo peculio aduentitio, cuius vſusfructus non pertineret ad patrem, vt accidit, ſi filio eſſet legatum relictum, ea lege, vt nihil patri acquireretur; ratio ampliationis eſt, quoniam filius de illo peculio non poteſt teſtari; *l. penultim. Cod. qui teſtament. facere poſſ.* & ita ad extraneos transferri; proinde non debet venire in confiſcationem bonorum. *l. iura vbi Bartol. ff. de iur. patron.* amplia poſtea in eo caſu, cum pater ſpem ſolam habet futuri vſusfructus, quia nec tunc delinquendo filius amittit. *Socc. Iun. conſil. 77. numer. 13. lib. 4. Ruy. conſil. 24. numero 13. verb. tertio prædicta libro 3.* ea ratione, quoniam futurum eſt, vt aliquo euentu, ſpecies illa ſortiatur effectum, facit *l. vltra. §. filius autem. in verb. duntaxat. Cod. de bon. quæ lib.* dum negat filium poſſe alienare bona, in quibus pater vſumfructum habet, vel quid aliud; quod poſtremum intelligitur ratione ſpei; ampliatur etiam, vt dolo filii non publicetur portio legitima, debita filiis in bonis patris viuentis vt per *Didacum var. reſolut. lib. 2. cap. 8. num. 7. verb. ex his patet.* limitat poſtea in eo peculio, cuius liberam adminiſtrationem filio pater reliquiſſet, authoritate, *Bartol. in dict. §. traditiones vectigalibus per l. cum filii. C. qui bon. ceder. poſſ.*

Verum ex his omnibus ego colligo, nullum eſſe inter Doctores diſcrimen quo ad principalem articulum noſtrum, nunquid ex dolo filii patri fiat præiudicium; conſentiunt enim omnes non fieri; nam qui aduerſantur communi ſententiæ, admittunt publicato peculio aduentitio, patri vſumfructum reſeruari, quem in eo habebat præcipuum, vt palam eſt ex *l. ſi poſtulauerit. §. habet de adult.* Communis autem ſchola Doctorũ concedit, vſumfructum non publicari, & addit præterea non publicari etiam proprietatem tametſi filii ſit, quoniam alienare, & ad extraneos transferre non valet; igitur nec ad fiſcum delinquendo. Id quod in caſtrenſi quoque procedere oſtenſum eſt; Ex quo infertur à multo magis, vt nec profectitium propter delictum filii publicetur, cum nihil iuris habeat in eo. Quod vero, ait *Angelus in §. ſequitur num. 13. inſtit. de except.* quod imò in cauſa peculiari noceat patri dolus filii, vide *Caſtrenſ. in l. 1. §. fin. C. de ann. excep.* vbi pater nõ præiudicat filio, in negotiis, & contractibus, & extra caſum publicationis. Deducitur etiam ex antecedentibus ſicut dolus filii non obeſt patri, ſic quoque viciſſim dolus patris non officit filio in quæſitis, recte enim hanc ſententiã probat, *d. l. 3. §. vt non. ff. de minor.* quæ definit, profectitiũ peculiũ ex dolo patris nõ publicari, & ſi hoc obtinet in profectitio, quãto magis procedet in aduentitio, aut caſtrẽſi, in quo pater minus iuris habet. hactenus quo ad priorem articulũ de bonis quæſitis.

Quæſt. 13. Succedit modo, altera quæſtio in iure quærendo, vtrum, ſcilic. dolus
14 filii noceat patri, quo ad bona quærenda †, & ſanè poſſe nocere, dixit in terminis, *Bart. in l. 2. col. fin. C qui admitti.* per illum textum, vbi bonorum poſſeſſio filio familias delata, poteſt culpa filii intra debitum tempus non agnoſcentis admitti, etiam in præiudicium patris, cui ſimilis eſt *text in l. fin. ff. quis ord. in bon. poſſeſ. ſeru.* ad idem eſt tex. in *l. fin. circa medium. C. de acqui. poſſ.* arguendo de ſeruo ad filium *§. 1. inſtit. quod cum eo, d. l. ſeruus iuncta. l. filius C. de pact.* vbi dolus ſerui, nolentis acquirere poſſeſſionem obuenientem domino, facit eam amitti. Tertio, adſtipulatur ratio. Nã facilius impeditur ius quærendum, quam ius quæſitum; *l. qui autẽ. ff. quæ in fraud. credit. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de donat. int. vir. & vxo. l. 1. §. confertur. ff. de collat. bon.* Quarto, iuuat hãc ſententiã, quod regula definiens conditionem deteriorem per ſeruum fieri domino non poſſe, *d. l. ſeruus. C. de pact.* quæ procedit etiam, in filio, *d. l. filius. l. contra iuris. §. ſi filius. ff. de pact. & l. 3. §. ſi filius. ff. quod quiſq. iur.* procedit quoties domino damnum infertur, non quoties lucrũ impeditur *d. l. fin.* quæ ita eam regulam antiquam declarat. Quinto, *l. renitente. C. de iur. delib. l. 3. C. de hæred. inſtit.* & hanc dicit commun. ex mente, *Zuccardi. n. 66. in l. 5. C. qui admitti Plaut. d. l. 1. in verb. cum ignorantem n. 53. in fin.* In contrarium eſt *glo. in l. 3. §. ſi filius meus. ff. quod quiſq. iur. quã Iaſ. ibi n. 1. ver. & adde*, quod iſtum tex. ait cõmuniter eſſe probatum, ex diſpoſitione illius text. quæ eſt, vt filius impetrans ius iniquum, non officiat actionib. patri per filium quæſitis, vel quærendis. Cui ſuffragatur. *l. is qui hæres. §. fin. ff. de acquir. hæred.* vbi filiofamilias in præiudicium patris, non licet delatam hæreditatẽ repudiare; cui conuenit, *l. 2. §. quod ſi in patris. ff. ſol. matr.* vbi filius in actione dotis patri non præiudicat; ſic quoq; *l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum iuncta l. in aliena ff. de acquir. hæred.* vbi in quærendis, nũ poteſt, patrem inuitum, æri alieno obligare. *l. fin. §. 1. & 2. C. de bon. quæ lib.* Controuerſa igitur res eſt, cũ vtrinq; inueniatur citata cõmunis ſentẽtia. Quare *Bal. in d. l. 3. §. ſi filius*, vt eũ ibi refert *Iaſ. n. 3.* diſtinguebat, vt ſc. filius delinquendo nõ præiudicet patri etiã in quærendis, contrahẽdo aũt poſſit præiudiciũ aſſerre, quã diſtinctionem

ſequtur Ro. ibi; ſed improbat Iaſ. quia facilius præiudicatur delinquendo, quàm contrahendo, vt ipſe probat in §. præcedenti eiuſdem leg. Ille vero aliter diſtinguens, aut, filius negligendo, committendoque nocet patri in iure nondum quæſito, & ita videtur procedere. l. 1. C. qui admitti l. ſi ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeru. in l. fin. C. de acq. poſſ. At non faciendo non præiudicat, vt d. l. 3. §. ſi filius. ff. quod quiſque iur. excepto tamen contractu, nam licet committat in faciendo, tamen præiudicat, & ratio differentiæ cur negligendo filius noceat, faciendo non, eſt, quia grauius cenſetur illud, quod committitur faciendo, not. late in l. ſi mora. ff. ſol. mat. Sed ſi grauius eſt delictum in faciendo, cur grauius patri non nocet, & ipſe Iaſ. dixit aduerſus Bal. quod facilius obligatur delinquendo, quàm contrahendo; Inſuper obſtat Iaſ. d. l. is qui hæres, vbi omittendo non præiudicatur patri. Diſtingue ergo ſecundum Plautum in d. l. 1. verb. cum ignorante n. 52. C. qui admitti. aut loquimur in his, quæ ſunt tractanda in iudicio, in quo forma iudicii attenditur, & non poteſt filius obeſſe patri, nec in acquiſitis, nec in acquirendis, ratio eſt in promptu; quoniam ſcilicet non poteſt ſtare in iudicio ſine licentia patris. l. vlt. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib. l. 1. §. fin. Cod. de ann. except. Si igitur dabit pater licentiam, præiudicabit per conſenſum paternum accedentem, ſed ſi inuitus officio iudicis dediſſet licentiam, vt in dicto. §. neceſſitate, non obeſſet, ſicut ibi expreſſum eſt. Aut in his, quæ ſunt vel fiunt extra iudicium, & tunc aut expreſſe, & non poteſt, nec de iure antiquo, vt l. is qui hæres. §. fin. ff. de acquir. hæred. nec de iure nouo. l. fin. §. 1. & 2. C. de bon. quæ lib. l. ſi contra iura. §. 1. ff. de pact. confert d. l. filium. C. de pact. Aut tacitè, & nocet, vt ſi dolo, vel culpa ſinat labi tempus ad agnoſcendam bonorum poſſeſſionem. l. 1. C. qui admitti l. fin. ff. quis ordo in bonor. poſſ. ſeru. non obſtat ſi quis dixerit hanc bonorum poſſeſſionem in iudicio peti. l. fin. C. qui admitt. Nam non petitur in forma iudicii, d. l. fin. & omnes in d. l. 1. ideoque filius admittitur, vbi velit agere perinde, ac in aliis extraiudicialibus. Similis eſt tex. in d. l. fin. C. de acq. poſſ. ibi ſed ſi ipſe accipere eam deſidia, vel dolo malo ſuper ſederit, nec obſtat l. ueniente. Cod. de iur. delib. nam reſponſio eſt ex d. §. fin. l. is qui hæres. ſc. quod eo iure, nec pater ſine filio, nec filius ſine pâtre poterat alteri in hæreditate præiudicare, nempe, quia ſicut non poterat ſine volûtate vtriuſque adiri. l. ſi quis mihi bona § iuſſum 16. ff. de acq. hæred. ita nec repudiare d. §. fin. per reg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Ratio diſcriminis inter tacitum, & expreſſum nocumentum, eſt vel quia, cum tacito conuenit legis tacita diſpoſitio per curſum temporis, vt in l. 1. C. qui admitt. vt dixit Plaut. d. loco n. 54. Vel vt dixit Bart. in d. l. 1. quia multa fiunt tacitè, quæ prohibentur fieri expreſſe probans multis exemplis, vel quia facilius impeditur ius quærendum, quàm ius quæſitum, vel melius, vt dixit imperator in d. l. fin. C. de acq. poſſ. quia regula, quod filius, vel ſeruus, non facit conditionem fratris, vel domini deteriorem, vt dicta. l. 3. §. ſi filius. ff. quod quiſque iur. procedit in damnis inferendis, non in lucris, diſpar. n. eſt ratio lucri, & damni l. fin. C. de codicil. vide Ang. in §. ſequitur nu. 13. inſtit. de except. vbi ampliat ad Monachum reſpectu Abbatis an ſcilicet dolus noceat, vide omnino.

15 Q. 14. Hic elegàter quæritur, vtrum dolus mulieris viro nocere † poſſit; & quidem obeſſe probare videtur l. ſi conſtante. ff. ſol. mat. §. fin. vide Ang. in §. ſequitur n. 11. inſtit. de except. in quo dos ob mulieris dolum aliquando in totum, interdum pro parte publicatur, ad idem eſt l. ſi maritus. ff. eod. tit. quod ſi marito non fieret præiudicium, non publicaretur, ſicut oſtendimus ſupr. non publicari peculium aduentitium filii, ne damno afficiatur pater; nec mirum delicto mulieris dotem publicari, nam proprium eius patrimonium & in dominio eius eſſe dicitur, l. in reb. C. de iur. dot. Contraria tamen ſententia verior eſt, & frequentior, Bar. in l. ſi quis in tantũ. C. vnde vi n. 11. Menoc. de recup. rem. 9. q. 7. n. 67. & n. 85. nos vero credimus, diſtinguendos eſſe tres caſus: nam in primo ex dolo mulieris ſi aliquid ad virum peruenit tunc de eo tenetur. l. 1. §. ſi. ff. depoſ. Dyn. in c. delictum perſon. de re. iur. in 6. & ita in pr. caſu nocet dolus mulieris: II. caſus eſt, in quo dolus mulieris prodeſt marito, veluti ſi mulier ex delicto, & dolo ſuo facta eſſet ſerua pœnæ, dos mariti lucro cedit, quaſi mortua ſit gl. in verb. quinque l. 9. ff. eod. tit. in l. ſi alia in pr. ff. de bon. damn. Si vero mulier ſit deportata conſtante matrimonio, dos apud maritum manet, quo mortuo reſtituitur dos vxori, quaſi humanitatis intuitu, hodie nata actione d. l. ſi alia in fi. Tertius eſt caſus in quo nihil prorſus dolus nocet vxoris marito; nempè quando mulieris dos ſit publicata, vna ex quinque legib. ſc. maieſtatis l. Iulia de vi pub. Parricidii, venefici, de ſicariis, nam omnes actiones ſuas, exceptioneſque, ſaluas habet maritus aduerſus fiſcum, l. quinque legib. & l. ſeq. ff. de bon. dãn. adeo quod ſi factum eſſet pactum de lucrãda dote; ſaluum ſit marito gl. in d. l. quinque, adeo quod cum valeat argumentum de pacto ad ſtatutum, & non poſſit afferri ratio diſcriminis inter pactum, & ſtatutum hoc caſu, & tex. in l. 4. ff. de bon. dãn. dicat omnes omnino actiones marito aduerſus fiſcum eſſe ſaluas; ſuffragatur ratio. l. ſi marito ff. ſol. matr. vbi dolus mariti, non obeſt vxori, fiſcus enim publicatus bonis mariti; ſicut cæteris eius creditoribus, ita & vxori tenetur ſatisfacere: cur ergo non idem eſt reſpondendum quando bona vxoris ſunt publi-

blicata, nam vt dicitur ibidem non debet mulier in perniciem mariti puniri, & ideo
non obſtat argumētum factum in contrarium, nam licet dos publicaretur ſaluū tamē
manet ius mariti. Quintus eſt caſus quādo mulier eſt damnata ex aliquo crimine non
comprehenſo *in d.l.quinq.legib.*& tunc non ſolum non præiudicat marito, ſed mari-
tus eſt in cauſa, vt ſalua dos ſit mulieri, nam ob intereſſe mariti dos non publicatur, ſed
eius fructibus gaudet maritus perinde ac ante delictum, & condemnationem mulie-
ris, idemque obſeruatur, quod diximus in peculio aduentitio, quod ob intereſſe pa-
ternum non redigitur in fiſcum *Doct.in d.l.ſi conſtante.§ fin.Men.d.remed.9.numer. 76.&
n 50.* Quibus omnib.conſequens eſt, nec mariti dolum obeſſe vxori *d.l.ſi marito*; quip-
pe maritus non debet puniri in perniciem coniugis. Sed nunquid iſtud obtineat; quā-
do maritus eſt grauatus reſtituere hæreditatē, vt ſc. nō poſſit in reſtitutione p̄iudicium
facere dotib. vxoris ſuæ. *Ancaran.fam.q.12.q.54.n.24.fol.*183.apud eum vide. *Itē Rom.in
l.etiam filii.§ licet n.14.& n.16.ff.ſol.matr.* vbi Romanus in fauorē dotis concludit, vide.
Q.15. Non inutiliter etiam quæritur, nunquid dolus debitoris poſſet nocere credi-
16 toribus, † & non poſſe probat tex.in *l.apud Celſum,§.ſi ex legati ff.de except.doli.* ſecundo
probat *text.in §.1.ibi nihil agit inſt.quib.ex cauſ.manum.licet, vel non.l.in fraudem ff.qui,& à
quibus manu.* adeo vt obtineat etiam in vltima voluntate. *l.filiusfam.§.diui.ff.de leg.1.* ibi
non præiudicat nec creditoribus, nec fiſco, in contrarium eſt tex.in *l.6.ff.quæ in fraud.
cred.in §.vnde ſi quis*, & in *l.1.§ vtrum ff.ſi quid in fraud. patr. & de reg.iur.in l.non fraudātur
in pr.* vbi *Dec.& Cag.& l.nemo.§.1.ff.pro ſocio* Pro ſolutione diſtinguendū eſt, aut loqui-
mur in bonis iam quæſitis, & procedit prima opinio: Aut in quærendis, & obtinet alia
ſententia ita loquitur deductæ leges pro hac ſentētia, ratio diſcriminis inter ius quæ-
rendum, & ius quæſitum ponitur in *d.l.6.* quia ſcilicet ſuum patrimoniū non diminuit,
qui non vult acquirere. *l.non fraudantur*; vbi *Dec.& Cagnol.de regul.iur.* damnum n. dici-
tur ad diminutionem patrimonii. *l.3.ff.de damn.* infecto &, vt ſupradictū & facilius im-
pediturus quærendum, quam ius quæſitum. fallit autem prima opinio de iure quæſi-
to in *§.licet aūt Domino inſt.quib ex cauſ.manum.licet, vel non l.ei qui ſoluendo.ff.de hæred.inſt.
cū l.ſeq.l.1 in princ.C.de neceſſ.ſer.manum.ratio limit.eſt in d.§.licet*, q̄a ſc. valde p̄ſpiciendū
erat, ne agētes homines. quib. alias hæres exiturus nō erat, vel ſeruū ſuū neceſſariū hę-
redē haberet, ne bona a creditorib. venderentur, atq; ita defunctus iniuria afficeretur,
quæ autem, & qualis eſſet iniuria, quæ ex bonorum venditione debitoribus irrogaba-
tur, pulchrè, vt omnia declarat *Cic. in oratione pro Quintio* dum ait. Hercule cuius bo-
na ex edicto poſſidentur, huius omnis fama, & exiſtimatio, cum bonis ſimul poſſi-
dentur & reliqui vt per eum. Sed hic cadit quæſtio an ſi ſeruum, vel animal à meo de-
bitore mihi promiſſum, tertius aliquis occidat, an actio detur contra occiſorem cre-
ditori, vel debitori. *l.19.§.fin.& ibi Bartol.ff. de dolo*, vbi diſtinguit vtiliter, & vide ibi
17 Doctor. alios. Altera eſt quæſt. numquid dolus prælati, poſſit † Eccleſiæ nocere; de
qua Iuriſtæ nem pc gl. *Bart. Bald. Fulg.& alii in l.iubemus nullum. C.de ſacroſ.eccl. & appoſt.
ad Bar.* ibi, *Iaſ.in §.filius meus.l.3 ff.quod quiſq.iur.* vide *Anchar.fam.q.in q.12. Canon.& max.
Dyn.in regula delicta perſonæ de reg.iur.in 6. Abb.in c.1.& ibi Ant.Butr.ex.de dolo,& contuma-
cia Panorm.in c.de hoc ex.de ſimonia. Appoſt.ad Dyn.in d.c.delictū in ver.prælato* & p̄ affirma-
tiua eſt arg. ſumptū à tutore erga pupillū, à prælato erga eccleſiā q̄ rectè p̄cedit, cum
eccleſia, & pupillus æquiparentur, & eorum adminiſtratores *l.orphanotrop.C.de epiſc.&
cler. Euerh.eo loco Men.conſ.34.n.3.4.vol.2.* Sed pupillus ex dolo tutoris obligatur *l.1.§.hoc
edicto.ff.ne vis fiat ei.l. ſumma.§. à dolo.ff.de pecul.l.3.§.fin.ff.de trib.l.fin ff.de admin.tut.* igi-
tur & Eccleſia ex dolo prælati, confirmatur ſecundo, nam ſi eccleſia per factum p̄lati
acquirit, nota in *auth.ingreſſi*, & in *auth.ſi qua mulier. Co. de ſacroſan.Eccl.* ſi ita ex facto eius
debet amittere, argumento *l.nihil tam natur.ff.de reg.iur.§.fin.ff.de l.3.* Ruſus & III. pa-
trocinatur *l.iubemus nullum l.iubemus,& authent. hoc ius porrectum.Cod.de ſacroſ.eccleſ.* cui
conuenit *auth.idem eſt de Neſtorianis in fin. de hæret.* In contratiū eſt tex. *in c. delictū perſo-
næ*, p̄ quē tex. *Dyn.* ibi inq̄t, q̄ ſi Abb. vel Monachus, vel Clericus delinq̄t iniuriā faciē-
do, vel damnū dādo, vel alicuiꝰ poſſeſſionē inuadēdo, nō debet in damnū eccleſiæ re-
dūdare. II. cōfirmo ex Doctrina *Bar.in l.aut facta n.11.ff.de pœnis*, dicēs ex delicto officia-
lis nō teneri vniuerſitatē, q̄ppe q̄a vniuerſitas nō cōfert mandatū, vt delinquat; ita ec-
cleſia nō debet obligari ex dolo p̄lati q̄a nō videt̃ mādaſſe, vt delinquat. Sicut eccleſia
ex delicto, vel dolo p̄lati nō lucrat̃, vt infra oſtēdā, ſic quoq; nō debet ex eo damnum
ſentire. IV p̄latus regulariter nō pōt nocere eccleſiæ latè *Menoc.conſ.39.n.26.vol.2.Caſtr
conſ.396.li.1.vide Ancar.fam.q.1.q.12.* Quid dicendū? diſtinctione opꝰ eſt diſſonātes ſen-
tētias cōciliare; nā *Bar.& Bal.in d.l.iubemus*, putāt, & ipſi diſtinguendū. Noſtra vero di-

ſtinctio ita ſe habeat. Aut ex dolo p̄lati p̄uenit aliq̄d ad eccleſiā, aut nihil p̄uenit. Priori caſu obligari eccleſiā ad reſtitutionē, nō dubito ea ratione, q̄ dol⁹ eſt locupletari cū alteri⁹ iniuria, & q̄ recuſat reſtituere, q̄ iniuſtè ad ſe p̄uenit, in dolo eſt § *fin. l. 1. ff. depoſ.* quātò magis id p̄cedit in eccleſiā, q̄ cultrix eſt pietatis, & iuſtitiæ; ſicut in ſimili tenetur pupill⁹ dd. ll. Quādo aūt dicat̄ p̄ueniſſe eſt tex. in *l. cū prætor ff. de re. iur. & ibi Dec. & Cag.* vbi diſtinguūt, & *Bart. in l. ſi ipſa res. ff. quod met. cauſ. l. 1. d. proueniſſe. ff. de hæred. vel act. vend.* obligatur vniuerſitas, in id quod dolo tutoris, vel adminiſtratoris acquiſiuit *l. ſi vi me. ff. de vi & vi armat. l. ſed ex dolo. §. ſed an in municipes. ff. de dolo* & ſicut pater ex dolo filii, & dominus ex dolo ſerui tenetur quatenus ad ſe peruenit. *l. 1. §. quod ergo adiicitur. ff. de vi & vi armata Dyn. in d. c. delictum à num. 1. vſq; ad num. 8.* reddens rationem, quia eccleſia de ſuo non ſoluit, & ideo non videtur pati damnum, quod cōſiſtit in diminutione patrimonii, *l. 3. ff. de dam. infecto.* ſed vrgentior eſt ratio, ſupra à nobis allegata.

In ſecundo caſu quando ad eccleſiam nihil peruenit ex dolo prælati, imo ex eo, ſi obligaretur ſentiret damnū, & tunc, aut loquimur in bonis q̄ſitis, aut in bonis quærendis. Primo caſu, aut dolus conſiſtit in faciendo, & tunc ſolus prælatus non præiudicat Eccleſiæ argumento, *l. nec interdicto ff. de regul. iuris.* ſed cum conſenſu capituli præiudicat, *Bald. in d. l. iubemus nullum in fine, in verbo ſed tamen.* adde. text. *in §. ſi quis rapuerit in authent. de ſanct. epiſcop. Bart. in dict. l. iubemus in fine.* dicens ita eum textum eſſe allegandum, fallit ſi ſolus contraheret doloſe; ſeruata tamen legis ſolemnitate, *d. l. l. iubemus la. 2. de ſacroſ. eccleſ. & authent. hoc ius porrectum.* aut dolus conſiſtit in omittendo, & tunc ſolus prælatus poteſt præiudicare, etſi patiatur rē Eccleſiaſticā præſcribi, *Bartol. & Bald. dict. l. iubemus la. 1.* iuxta textum *in authent. quas actione. Codic. de ſacroſ. Eccleſ. not. in c. fin. extra de præſcript.* in altero caſu, quando loquimur in bonis quærendis, & tunc ſiue ſit dolus in cōmittendo, ſiue in omittendo, p̄iudicat Eccleſiæ, de priori dolo ponit exemplum, *Iaſon in dict. l. 3. §. ſi filius numero ſecundo*, nempe ſi emphiteuta eccleſiaſticus ob non ſolutum canonem ceciderit à iure ſuo; & prælatus acceperit ab eo ſolutionem, videtur remittere caducitatem, allegat *Card. & Imol. in cap. potuit extra locati. Bartol. in d. l. iubemus* probat per *textum in authent. de Neſtorianis, Cod. de hæret. in fin. vbi gloſſ. in verb. quoties*; de alio dolo in omittendo, idem Iaſ. ponit exemplum; in bonis relictis Monaſterio, non poteſt facere prælatus, vt non acquirantur per *Doctor. in authent. ſi qua mulier col. fin. Cod. de ſacr. eccleſ.* puta non acceptando, non adeundo; Imo dicit *Bald.* ibi, quod io ipſo ingreſſu monaſterii non poteſt Monaſterium facere, ne bona monachi ingredientis acquirantur, aut patiendo illa bona detineri à proximioribus conſanguineis; Addo idem eſſe iuris ſi relicta eſſet bonorum poſſeſſio, & intra legitimum tempus non agnoſceret illam, argumento, *l. 1. Cod. qui admitti*, ibi tranſacto tempore amittitur; ratio verò, cur magis præiudicet prælatus in quærendis, quàm in quæſitis, ſuperius deducta eſt, facilius enim impeditur ius quærendum. Aliter diſtinguit, *Bald. in d. l. iubemus* facit differentiam inter præiudicium perſonale, & præiudicium reale; rurſus inter dolum apertum, & dolum velatum, aliter etiam, *Bart.* ibi diſtinguendum putat. Ex ante dictis autem rectè quæritur, an ſolus prælatus relictam ſcilicet hæreditatem poſſit repudiare, de qua per *Iaſ. d. §. ſi filius numero tertio.* remiſſiue agit, citando *conſil. 9. Federici de Senis Bald. l. penultim. Cod. de repud. hæred.* & per notata ab ipſo in *l. contra iuris ff. de pact.* & alios multos in eam ſententiam citat *apoſtill. ad Iaſ. in dict. §. ſi filius. in verb. & ſolus.* & ego credo accipiendam eſſe quæſtionem, in expreſſa repudiatione, non in tacita, vide etiam *Baldum in dict. authent. ſi qua mulier colum. vltima num. 15.* quæri etiam poteſt eleganter, an ob ingratitudinē p̄lati, reuocari poſſit donatio facta Eccleſiæ de qua *apoſt. ad Bar. in d. l. iubemus nullū in ver. præiudicare*, vbi allegat *Spec. in t. de donatione. §. 1. verb. quod ſi Bart.* quē ſequitur *Abb. in c. fin. de donat. in l. ſi vnquā. & Ripa ibi; C. de reuoc. dona.* dubitari quoq; poteſt an dolus commiſſus ante prælaturam nocere poſſit Eccleſiæ, de qua *Panormitanus in cap. cum veniſſent numero 17. verb. in vita ſua extra de inſtit. Alexand. conſil. 22. volum. 1.* rurſus reuocatur in dubiū, an in quibus caſibus Eccleſia tenetur de dolo prælati habeat regreſſum contra prælatum, *Bart. in dicta leg. iubemus nullum, numero tertia verb. quod* & aperte *apoſt. ad d. auth. idē eſt. de Neſtorianis ad gl. in verb. quo tranſacto*, dicit etiam ſatis apertè *Bal. in d. l. iubemus nullū in fine, in verb. aut non eſt verū*; & conſeruo ea, quæ diximus ſupra de tutore, & pupillo, quatenus habeat contra tutorē tantum regreſſum, quādo ex dolo eius obligatur. Tandem controuerti poteſt quomodo dolus iſte prælati ſit p̄bandus, vt cognoſcamus Eccleſiā an teneatur, ſed colligi hoc potuit ex his, quæ trademus io fine de doli p̄bat. interea videndus eſt *Bergn. Cau. can. in 1. part. ſuarū deciſ. i. in deciſ. 46. n. 100. cum ſeq.* vbi multas coniecturas ponit, ad probandū dolū prælati.

Alias

1 Q.17. Alius exoritur iuris articulus, ſc. nũq d dol⁹ vni⁹ rei, noceat alteri reo † accipiendo reos prout in *l.5.§.cõuent.ff.de ver.obli.* vbi cõuẽtionales ſtipulationes ſunt, q̃ ex reorũ cõuentione fiunt, & vt ſumuntur in *Rub.in tex.ff.de duob.reis*; etenim licet rei dici ſoleãt; q. de aliquo crimine accuſati sũt, vel q. de aliqua re in iudicio diſceptãt, vt *Cic.2. de Oratore.* reos inquit appello non eos modo qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur, & Feſtus, reus eſt, inquit, qui cum altero litem cõteſtatam habet, ſiue is egit, ſiue cum eo actum eſt, & probatur vniuerſo *titulo.ff. de accuſat. Cod. de edendo.* & paſſim Reus ad differentiam actoris appellatur, tamen ad contrahentes hoc nomen porrectum eſt, *dicto.§.conuentionales.* ſed differentiæ cauſa, qui ſtipulatur reus ſtipulandi, qui ſpondet reus promittendi dicitur. *l.1.cum ſeq.ff. de duobus reis. l. in condemnatione. §.fin.ff.de reg.iur.l.50.§.vlt.l.52.§.1.ff.de fideiuſſ.* ſicut q. credit reus credẽdi, & q. debet reus debendi dicitur, qui ſatis dat, reus ſatiſdandi, & qui ſatis accipit, reus accipiendi, *l.34.§.quidam.ff. de ſolut.* de reis ergo credendi, & debendi; intelligenda eſt quæſtio noſtra, de qua *Bartol. in l. reos in 4. & 5. quaſt.ff. de duobus reis in l. ex duobus numero 34. & numero 40.ff. eod. tit. in quaſt.12. in l. ſi vnus in prin.ff. de pact. in l. ſi hominem. §. 1.ff. de ſolutionibus. Bald. in l. ſi in rem communem. Cod. ſi cert. petat. & in l. falſus in fin. Cod. de furt.* vide *Imolam in l. penultim. ff. de duobus reis. vide Roncagall. in tract. de duobus reis. Iaſ. in l. ſi duo ff. ſi quis cautio. Menoch. in tract. de recup. poſſeſſ. remed. 1. quaſt. 33. numero 381. Angelus remiſſiuè in §. primo, numero ſexto. inſtitution. de duobus reis.* videtur autem, quod dolus vnius correi noceat alteri per textum in *d.l.ſi duo*, vbi propter dolum vnius nõ cõmittitur ſtipulatio de iudicio ſiſti, facta alteri correo. Secundo, facit *l.ſi is cum quo. ff.commun.diuid.* in qua propter culpam vnius deſtruitur villa, quæ communis erat Socio; ibi ſi is cum quo fundum communem habes ad delictum non reſpondit, & ob id motu iudicis villa diruta eſt, vel arbuſta ſucciſa ſunt, illa verba, ad delictum, legendum videtur, ad delectum, vt inquit *Duar.diſput.lib.1.c.4.* nam inquit ex authoritate *Arriani de re milit.c.4.* qui ad delectum olim non reſpondebant, vt proditores liberati in ſeruitutem redigebantur; ſed, vt puto, non male etiam manet lectio communis, ad delictum non reſponderit, nam, quaſi ex contumacia videretur confeſſus per delictum, ſimilis eſt text. in *l.pen.in prin.ff.ſol.matr.* vbi ex graui facinore mariti dos publicata eſt vxoris Liciniæ, id etiam confirmat, *Plutar. in vita Gracchor.* Tertio ſuffragatur doctrina *Bald. in l.falſus in fin. C. de furt.* quod ſi vnus ex reis credendi fuit ex delicto ſuorum expulſus à ciuitate, & ciuitas coëgerit reum debendi ſoluere ſibi, non tenetur ſoluere alteri correo credendi, & ſic nocet dolus illius. Quarto, vrget tex. *in d.l.fin.ff.de duob reis.* vbi in duob. reis debẽdi alterius factũ alteri nocet. Ex aduerſo, quod dolus correi non debeat; confert primo quia dolus vnius, doloſo, & non alteri debet nocere. *Menoch. d. loco, arg. tex. in l.ſi vn⁹ in 1.ff.de pact.* & facit. *l.prin.§. plane ſi ex dolo.ff.de tut. & rationib. diſtr. l. ſi cõmunis familia de noxal. l.ſiue hered.ff.de neg.geſt.l.qui proprio.§.procurator.* vt in cæteris *ff.de procur.l.ex facto.C.de neg geſt.* Secundo patrocinatur; quia tãtum abeſt, vt dolus noceat nõ doloſo, vt intuitu nõ doloſi, ſuccurratur doloſo, arg. *l.ſi cõmunẽ fundũ. ff. quẽadmodum ſeru. amit. l. Ariſto. ff. quæ res pign. oblig. poſſ* hinc licet regulariter ſpoliãs debeat omnia reſtituere, & ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, *Abb. in c. literis num. 7. & nu. 33. de reſtit. ſpoliat. Alexand in l. naturaliter. §. nihil commune numero 33. & ibi Ripa. numero 79. rubr. cap. 55. ff. de acquir. poſſeſſ.* cum multis cumulatis à *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remedio primo quaſt. 33. numero trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, cum ſequ per textum in l. bonæ fides, verb. quod ſi egó. ff. depoſ.* quamuis Menoch. ab eo ſenſu diſcedat. Accedit & alia regula, quod delinquenti conceditur impunitas propter ſocii perſonam, qui non deliquit, *Ripa in dicto. §. nihil commune numero 80. Bertran. l. Athenis. §. de opere. ff. de aqua plu. arcen.* confirmatur, quia vbi concurrunt odium, & fauor circa vnam, & eandem rem fauor odio præualet, *Rip. ibidem per l. 2. Cod. de in ius voc.* ſed hĩc circa eandem rem concurrit odium doloſi, & fauor non doloſi, ergo fauor debet præualere. Quarto, Adſtipulatur, quia Correus in *l. ſocius.* damni fructus ex dolo, vel culpa ſocii habet contra illum actionem. *l. ſi merces. §. culpa. ff. locat. l. 1. §. nunc tractemus* & *§. ſeq. à contrario ſenſu. ff. de tut. & rationib. diſtr.* Quinto. *l. mora. §. fin. ff. de vſur.* vbi mora q̃ ſpecies eſt culpæ, vel doli vnius correi, alteri nõ nocet. Pro reſolutione *Menoc. d. loco q. 33. n. 382.* videtur diſtinguere, vt in lucro faciendo, dolus vnius noceat, in dãno vero euitando, non noceat, ſiue in quærendis noceat, in quæſitis non noceat, & ita dicit eſſe de mẽte, *Bar. in l. ex duob. reis.* & ad eundem *Bart. d. loco*, ſe remittit Ang. ſup. citatus. Ille vero *n. 33. in quaſt. 12.* conſtituit duas quæſtiones alterã in duobus reis debendi; alteram in duobus reis credendi. Et quo ad primum ait ſi ſumus in contractu, & quærimus de illa

obligatione, quæ naſcitur ad intereſſe propter culpam, & tunc culpa vnius nocet alteri per *text. in l. eandem in fin. ff. de duobus reis quũ alus ibi citatis*, & ratio eſſe videtur, quia factum illi etiam prodeſſet vt *l. eadem in fin.* ita debet nocere, argumento, *l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iuris. Bart. d. l. ex duobus. num. 54. in fine verb. ratio poteſt*; aut ſumus in obligatione, quæ ſtatim valet, ſed culpa poſtea commiſſa perpetuatur illa obligatio, vt debitor de interitu teneatur, vel ad vſuras, & tunc, aut ſunt ſocii, & culpa vnius nocet alteri, & ita procedit *lex pen. ff. de duob. reis.* ſecundum vnum intellectũ magis approbatum; aut non ſunt ſocii, & tunc non nocet, & ita procedit, *d. l. mora. § fin. ff. de vſur. Dyn.* qui loquitur in mora in *c. mora in fine ext. de reg. iuris. Bart. in d. l. pen. ff. de duob. reis. Caſtrenſ. in l. mora ret. ff. de verb. obligat. Bart. in auth. hoc ita. C. de duobus reis col. 4 quæſt. 11.* ita refert, & ſequitur *Dyn. in d. c. mora*; & ſupra etiam in *d. l. ſi ex duob. num. 34. in fin. præd.* vero inquit *Bart.* eſſe limitanda in aliquibus caſibus, de quibus in diſcurſu *d. l. ex duobus*, nempe ſi vnus ex reis debendi interpellatus moram culpa feciſſet, perpetuaretur etiam contra Correos obligatio, ſiue ſint ſocii, ſiue non, per *l. fin. C. de duob. &c.*

In ſecundo capite, ſcil. in duobus reis credendi, & tunc aut quærimus an dolus, vel culpa vnius noceat alteri in acquirendo, & nocet ſi ſint Socii, *l. ſi duo in fin. ff. ſi quis caut.* ibi ita demum exceptio aduerſus alterum danda eſt, ſi Socii ſint, ne proſit ei dolus propter ſocietatem; & ita in lucro intelligit eum textum. *Rip. in. §. nihil commune numer. 79. & Rub. num. 155.* ratio eſſe videtur, quia ratione ſocietatis eſt proinde, ac ſi dolus commiſſus eſſet in *d. l. ſi duo ab eo*, cui erat facta ſtipulatio de iudicio ſiſti, daretur occaſio, vt alter Socius impedimentum afferret, vt debitor incideret in ſtipulationem de iudicio ſiſti. Aut vero loquitur in acquiſitis, & *Bart. ibid. num. 40.* non loquitur explicite, ſed inquit in aliis die, vt ſupra dixi de mora, in qua, *numer. 36.* dicit, quod ſi vnus ex reis credendi ſit in mora recipiendi creditum, nocet alteri conreo, indiſtinctè ſiue ſocii ſint, ſiue non, ratio eſt, quia quilibet ipſorum poteſt ſolutionem recipere. *l. ſi vnus in prin. ff. de pact. l. ſi rem in § ſi duo. ff. de nouat.* hoc ſtante mora eius, qui poteſt ſolutionem recipere, nocet ei, ad quem ea res pertinet, poſito etiam, quod nullum ius haberet in re, ſed eſſet nudus miniſter. *l. ſi per te. C. de vſur.* ergò multo magis quando duo ſunt rei; *Menoch. autem loco ſup. citato.* dicit in acquiſitis dolum vnius ex reis minime nocere regulariter confert, *text. in l. 1. §. plane ſi ex dolo*, cum ſua *gloſſ. ff. de tut. & rationibus diſtrahen.* & ratio differentiæ eſt inter quærenda, & quæſitá, quia facilius impeditur ius quærendum, quàm ius quæſitum, & hæc regula poterit limitari, vt non procedat in caſu *Bart. d. num. 36.* & ratio ſpecialitatis eſt, propter naturam ſolutionis, quæ eſt, vt oblata, ei qui poteſt recipere, inducat moram ſimiliter limitari poſſet in acceptilatione. Nam acceptilatio facta ab vno ex reis credendi nocet alteri, etiam non ſocio, argumento, l. 3. *§. nunc de effectu. ff. de liber. leg. l. 2. ff. de duobus reis. Bartol. d. l ſi ex duobus colum. 2. num. 1.* ratio ſpecialitatis eſt in natura acceptilationis, quæ debitum exſtinguit ad inſtar ſolutionis. Nec aduerſantur, quæ ſunt adducta pro ſententia affirmatiua, vt ſcilicet indiſtincte noceret dolus vnius alteri, nam quo ad *l. ſi duo.* dictum eſt quando procedat, ſcil. in lucro quærendo, & inter reos ſocios, ad ſecundum & tertium fundamentum, patet ſolutio ex legibus adductis, nam datur ſocio læſo regreſſus contra ſocium doloſum, vt ibidem expreſſum eſt, & ſi ab initio conſtitiſſet iudici de intereſſe alterius ſocii, villam non innuiſſet, nec bona publicaſſet per ea, quæ not. *Bar. in d. l. Athenas. §. decipere. ff. de aqua plu. arcen.* ad vltimum etiam *d. l. penultim. ff. de duobus reis.* data ſolutio eſt. Similiter non officiunt, allegata pro contraria parte, & primum quidem fallit, vbi ſunt ſocii duo correi, tunc ſi vnus reputentur & ideo nocet dolus vnius alteri, *d. l. ſi duo.* Secundo, verò procedit in indiuiduis, & apparet ex *dict. l. ſi communem fundum*, vel connexis, vt in *cap. ſacris. §. fin. de ſepulcr. Iaſ. in l. ſi emancipati numer. ſexto. Cod. de collat.* latè *Menoch d. Remed. primo quæſt. 33. numero trecenteſimo ſeptuageſimo quarto. cum multis ſequentibus.* Teſtium; quoque argumentum diluitur; procedit enim quando vnus puniri non poteſt; quin lædatur & alter; itidem dicendum, quoties concurrunt odium, & fauor, vt præualeat fauor, ſcil. quando in eandem rem vtrumque concurrit, & ſeparari non poſſunt; *Menoch. dicto loco, numero trecenteſimo ſeptuageſimo nono.* Ad quartum ſolutio eſt; quod non ſemper Conreus damnificatus habet actionem contra Conreum, vt palam eſt in diſtinctione data. Quintum etiam *dict. l. mora ſolutum eſt*, indeciſæ quæſtionis, in qua declaratum eſt in quibus terminis procedat.

Quæſt.

Quaeſt. 18. Huic proxima eſt alia quæſtio, vtrum ſcilicet dolus vnius ſocii, no-
19 ceat alteri, † & ſane quod noceat probat text. in *l. 29. ff. ſi ſeruit. vind.* vbi culpa alterius
ex ſociis, non officit, dolus autem nocet, & ibi *Bart.* eo loco reddit rationem differen-
tiæ inter dolum, & culpam, & ſequitur *Florian.* Secundo iuuat reſponſum *Vlpiani in*
l. loci corpus. §. ſi fundus ff. eod. tit. ſi ſeruit. vindic. in l. ſupra. §. Caßius. ff. de aqua pluu. arcend. in
quibus victoria vnius ſocii in lite, & cauſa prodeſt, vel nocet alteri ſocio, vt in *d. §. fun-*
dus obſeruat Bartolus. Vide hunc articulum Deciſ. Rot. Genuenſ. *deciſ. 14. nu. 125. fol.*
66. Ex aduerſo, quod minime noceat oſtenditur, quia ſuus cuiq; dolus obeſſe debet,
non alterius *l. 26. §. fin.* vbi ad litteram, & gloſſ. ibi in *verb. neceſſe. ff. de noxal. action. d. l. 1. §.*
plane, iuncta gloſſ. 1. de tut. & rationib. diſtrahend. Secundo quia non debet alteri per alte-
rum iniqua conditio inferri *l. non debet cum concordantib. in gloſſ. ff. de reg. iur. l. cohæredib.*
C. famil. erciſc. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. c. deniq; 14. q. 5 Dec. *Cagn. in d. l. debet.* Ter-
tio quoniam vnus non debet alterius odio prægrauari. *l. ſi quis in ſuo. §. legis. ff. de inoff. teſt.*
& ibi latiſſime. Iaſ. *l. ſancimus, C. de pœnis*, cum allegatis per gl. ibi Canon. & max. *Dyn. in*
regula non debet, & *in regula ſine culpa de reg. iur. lib. 6.* Quarto, ex eo quod vnius ſocii do-
lus aliis ſociis non prodeſt. *l. 53. ff. pro ſocio. §. fin.* ibi ſocium omnium bonorum non cogi
conferri, quæ ex prohibitis cauſis acquirit; & *l. ſeq.* ibi quod ex furto, vel ex maleficio
quæſitum eſt, non oportet conferri, quia delictorum turpis, atq; fœda communio eſt;
igitur nec nocere, argumento *l. nam hoc natura. ff. de cond. ind.* Quinto loco ſunt multa
iura, quæ in terminis hanc ſententiam probant *l. ſi merces. §. culpæ. ff. locat. l. ſi is cum quo. ff.*
comm. diuid. l. rei communis. ff. pro ſocio. l. 47. l. 52. §. venit cum duob. ſeq. ff. pro ſocio. Pro reſo-
lutione videtur ita diſtinguendum. Aut ſumus in ſocietate facta incidenter, & ſine
tractatu ſocietatis ineundæ, vt quando idem fundus duobus legatus eſt, vel ſi eadem
hæreditas pluribus ſimul obueniat, nam hoc caſu incidiſſe in ſocietatem, non feciſſe
ſocietatem dicuntur. *l. vt ſit pro ſocio. cum l. ſequent. ff. pro ſocio.* Aut ſumus in ſocietate ex
conuentione, & tractatu facta de qua in *l. nam tractatu. ff. pro ſocio.* Priori caſu dolus v-
nius ſocii, non videtur obeſſe ſocio, nec quo ad alium, puta ſi is, qui cum ſocio doloſo,
contraxit, prætendat ex eo contractu aliquid contra alterum ſocium; Nec quo ad ſo-
cios inter ſe, ſcil. quia ſuus cuique dolus, &c. & nemo debet alieno odio prægrauari, &
non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri; cum aliis ſupradictis rationibus
pro opinione negatiua, fallit in indiuiduis. *dict. leg. 19. & gloſſ.* ibi quæ reddit rationem.
Bartol. in dict. l. loci corpus. §. fundus. In ſecundo caſu ſocietatis ex conuentione, & tunc;
aut quærimus an dolus mei ſocii mihi noceat quo ad alium, aut quo ad ipſum ſocium
doloſum, illo caſu videtur nocere in indiuiduis per *l. 19. ff. ſi ſeruit. vendic.* nam lo-
quitur in ſocietate conuentionali, vt ex dictis Bartoli ibi colligitur, ratio eſt reddi-
ta ibi in gloſſa in indiuiduis autem nocet, quo ad acquirendum. *l. ſi duo. ff. ſi quis cau-*
tion. in acquiſitis non nocet etiam quo ad alium ex ſupra dictis rationibus, ſcil. quia
ſuus cuique dolus eſt damnoſus, & nemo ex alieno dolo debet prægrauari, & ſicut do-
lus, non prodeſt ſociis, ita nec debere obeſſe; & multo minus nocet, quod non facit
inter ſe, dictis *l. rei communis, & l. 47.* cum aliis legibus ſupra citatis, in quibus tenetur
de dolo, & culpa ſicut expreſſum eſt, adeò quod cum ſocius teneatur tantummodo in
quantum facere poteſt, niſi ſoluendo eſſet, perdit dictum beneficium, ſi dolo fecerit,
quominus eſſet ſoluendo. *l. 64. in princip. & in §. tempus autem & l. 69. eodem titulo. ff. pro*
ſocio.

Quæſt. 19. Quæritur an dolus tertii impediat obligationem committi; & ex-
20 emplum † quæſtionis erit ſi duo ſint mercatores deferuntur in naui; Alter aſſecu-
rauit, culpa fuit commiſſa per gubernatorem nauis, an excuſet aſſecuratorem. Mouet
hanc quæſtionem *Petrus Santerna ſuo tractat. De aſſecurat. ex ſponſ. Mercat. part. 4. num.*
18. & 19. & arguit affirmatiuè per textum in *l. cum proponas. Cod. de Naut. fen.* ſed tamen
contrarium concludit per regulam, quod factum tertii nō impedit obligationē com-
mitti, allegat *l. quibus diebus. ff. de condit. & demonſtrat. iuncta gloſſ.* & melius videtur fa-
cere. *l. ind. Neratius. §. 1. ff. ad l. Aquil.* vbi ſi fuero inſtitutus ſub conditione ſi ſeruum
meum manumiſero, & tu occidiſti, quia tuo facto doloſo, non poſſum implere con-
ditionem, & per conſequens non adire hæreditatem, ago contra te lege Aquilia, & in
æſtimationem venit damnum illius hæreditatis. Non obſtat *dict. l. cum proponas*; quia
loquitur non in dolo tertii, ſed in dolo principalis contrahentis, vt palam eſt text. ex il-
lis verbis, per quæ id vitium debitoris poterit declarari tantum, quod iſte, qui læſus eſt,
poterit agere contra eum doloſum, vt conſequatur, quod ſua intereſt, & ſi non erit
mihi

ſoluendo iſte tertius, tunc agi poterit inſolidum non contra principalē, vel primo dānum conſequar, ſiue principalis ſis in cauſa lucratiua, ſiue in cauſa oneroſa; ſi participaſſet ille principalis de dolo, vt dicit communiter teneri per diſtinct. *l. fin. ff. de eo per quem factum erit*, idem *Petrus in ſup. citato loco num.* 23. & dictum eſt ſupra in *hoc eodem capite in quæſt.* 3.

Q. 20. Quæritur vigeſimo, an dolus tertii poſſit nocere, quo ad acquirendū, de † qua
21 *Caſt. in l. filiæ ff ſol. matr. Bart. in l. eleganter n.* 3 *ff. de dolo. Rom. in l. Rub. & l.* 1. *ff. ſi quis aliq. teſt. proh. gl. in l.* 2. *in v. noceat. ff. de except. doli.* & tunc pro negatiua eſt regula ſupra allegata, q͂ ſuus cuiq; dolus nocere debet, non alienus. *l. iniquiſſimum. ff. de iur. & fact. ignor. l. ſi proc. egit. ff. de except. doli. l.* 26. *ff. de noxal. actio.* q͂ non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, quod alterius odio nemo debet prægrauari, *l. non debet cum ibi not. per Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur.* ſecundo in hanc ſententiam eſt text. in *l. filium ff ſol. matr.* in quo pater nuptui dando filiam emancipatam, pactus eſt ſibi dotem reſtitui ſolut. matr. per mortem filii. Cui ægræ conſtitutæ maritus miſit libellum repudii, vt in altero caſu matrimonio ſoluto non ad patrem ſed ad hæredes mulieris veniret dos, inquit text. dolum mariti non præiudicare patri, ergo minus dotis actionem acquirit. tertio ſuffragatur, *l.* 2. *§. fratris. ff. ſi quis teſtari prohib.* vbi nec dolus patris poteſt generare præiudicium fratri quo ad acquirendam hæreditatē. quarto adſtipulatur, *l.* 1. *C ſi vend. pign.* agatur, quo loco Imperator ait, quod dolus venditoris non noceat emptori ad acquirendum; at ſi ille de dolo participauerit. quinto ad idem eſt. *l. apud Celſum. §. de authoris dolo. verb. & per hoc æque traditur. ff. de except. dol.* in qua cum Titii hæreditas ad me pertineret ab inteſtato, & ille facto teſtamento, te inſtituerit hæredem, perſuaſi tibi doloſe, vt repudiares illam, & eam repudiatam vendidi Sempronio, is vero contra poſſidentem res hæreditarias egit, & an poſſit opponi exceptio doli mei? In primo negat tex. & ſimilis eſt tex. in *l.* 1. *§. ſi autem. ff. collat. bon.* In contrariū, q͂ imò dolus tertii etiam ad acquirendum etiā noceat, oſtenditur ex *l. p. §. ſi dominus. ff ſi quis aliquem teſt. prohib.* in qua Dominus, vel pater, ſciens filium, aut ſeruum hæredem inſtitutum in teſtamētō Titii, volentis aliud condere teſtamentum; prohibuit; Seruus deinde manumiſſus eſt, vel filius emancipatus, mortuo teſtatore quæritur, an filio, vel ſeruo liceat acquirere hæreditatem, & negat I. C. propter dolum patris, vel domini, quo impeditur acquirere filiis, vel ſeruis; in eandem ſententiam citatur text. in *l. ſed ſi ex dolo. ff. de dolo.* cuius authoritate definitur pupillum dolo tutoris non acquirere nec dominum procuratoris dolo; nec Municipes per dolum Adminiſtratoris; Pro concluſione *Caſtr. d. l. filiæ. num.* 4. *ff. ſolut. matr.* diſtinguit, nam in acquirendo dolus tertii poteſt eſſe impedimento in perdendo iura veſtra minime, & ita procedere ait *d. l. filiæ*; ſed obſtant *Caſtr.* argumenta deducta pro hac ſententia negatiua, probant enim nec quidem in acquirendo dolum tertii obeſſe. *Bart. in d. l. eleganter num.* 3. ait. dolus tertii officit, quando ex aliqua cauſa ille tertius reputatur ille idem, quod contrahens; ſiue illi qui vult ex dolo illius tertii acquirere, vt eſt pupillus ex dolo tutoris, hæres ex dolo defuncti, Dominus ex dolo procuratoris *gl. in l.* 2. *in verb. noceat. ff. de except. dol.* & ita procedit inquit *Bart. d. l.* ſed ſi ex dolo, ſed in *d. l.* 1. *§.* 1. *ff. ſi quis aliquem teſt. prohib.* Nam ſeruus manumiſſus, & filius emancipatus non reputantur idem cum patre, vel domino, & tamen dolus patris nocet. Quamobrem *Rom. in rub. ff ſi quis aliq. teſt. prohib. & in l.* 1. *in fin. eod. tit.* alio modo diſtinguit. Aut dolus ille tertii eſt cauſa immediata, cur ego acquiram, & tunc dolus nocet, ne acquiram, *l. apud Celſum. §. mandaui. ff de except. dol. & §. ſi cum legitima d. l. apud Celſum in gl. ſuper verbo except.* tamen, & ita procedit *d. l.* 1 *§. autem. ff. de collat. bonor.* ita debet limitari regula prima adducta, quod ſuus dolus, *&c. nec obſtat. l.* 1. *C. ſi vend. pig.* quoniam ibi non erat cauſa principalis lucratiua; ſed oneroſa argumento *l.* 4. *§. autem cauſa legati. ff. de except. doli.* Aut iſte dolus non eſt cauſa immediata, cur acquiram, ſed mediata, & tunc non nocet etiam ad acquirendum, & ita procedit. *d. l. apud Celſum verb. & per hoc æque*, nam ibi cauſa immediata acquirendi Sempronio fuit emptio, non dolus meus; & ponit *Rom. in d. l.* 1. exemplum in eo, qui erat in teſtamento Meuii hæres inſtitutus, & cum nollet Meuius mutare teſtamentum, ego doloſe prohibui, atque ita non mutauit hęres ille inſtitutus, ex dolo meo non perdit hæreditatem, quā habet immediate ex teſtamento, non ex dolo meo, nec obſtat. *l.* 1. *ſi dominus eod. tit.* ibi ſeruus ille non habet hæreditatem ex dolo de mandato domini, & tamen ibi Rom. inquit ibi eſſe ſpeciale propter coniunctionem quæ eſt inter Dominum, & ſeruum, inter patrem, & filium, vox enim patris vox filii, & ſi non propter nimiam affectionem putatur pater ad commodū filiorum du-

luiſſe

lum commiſiſſe, vt ait Bart. vel quia præſumantur filii, vel ſerui conſcii doli, vt ait *Cuman. in l. pen. C. de bon. quæ lib.* & nota quoniam propter filios dolum ſolent patres committere. Præterea puto, quod imò immediate dolus det cauſam acquiſitionis, quia Dominus eo tempore, quo prohibuit ne fieret teſtamentum, ſeruus non erat adhuc manumiſſus, & ſic Dominus, ad ſuam propriam vtilitatem prohibuerat teſtari; & ita poſtea inuenio *Gabriel. conſ. 99. n. 8. vol.* 1 per tex. pulchrũ *in l. 1. ff. quib. non comp. bon. poſſ. & ibi gl. 2.* & ſecundum hunc poſteriorem caſum intelligitur *d. l. 2. §. patris*, nam ex dolo patris ibi non acquiro immediate, ſed ex teſtamento, in quo nõ eram inſtitutus, fallit tamen interdum vt inquit *Rom. d. l. 1. in pr. n. 4.*

Q. 21. Quæritur etiam an dolus fideiuſſoris nocere poſſit principali, & ſanè vi-
22 detur † eo modo, quo ſupra oſtendimus dolum alterius tertii puta procuratoris, tutoris obeſſe Domino, vel pupillo, vt ſc. contra ipſum tertium poſtea detur regreſſus. Sed in terminis non inuenio, eo quod imò non debeat officere, ſuffragãtur multæ iuris regulæ, quas deduximus, quia ſuus cuique dolus &c. *l. 26. ff. de noxal.* quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri; *l. non debet de reg. iur.* & quia acceſſorium influeret in principali non è contra *Dyn. in c. acceſſorium n. 2.* vbi etiam reſp. ad quædam cõtraria *l fin. C. de non num. pec. l. fin. ff. de conſtit. princip.* quæ tanto magis obtinet, quia inuenio quod dolus fideiuſſoris prodeſt debitori principali *l. ſi fideiuſſor. ff. de dol.* Nam ſi quis animal promiſiſſet, & pro eo ſic fideiuſſiſſes, & ante moram domi commiſſum animal occideres, ego ſum liberatus, vt ibi præſupponitur, adeo quòd in conſequentiã ſit ſublata etiam fideiuſſoria obligatio cum non conſiſtat ſine principali *d. c. acceſſorium*, & ibi in *tex. in verbo per conſequentias* ipſe quoque dimittitur, & liberatur principalis non immediate propter dolum fideiuſſoris, ſed ex regula, quod debitor ſpecierum per interitum ante moram, liberatur, *l. quod te & ibi gloſſ. & Doct. ff. ſi cert. petat. l. is qui l. ſi ſeruum Stichum ſtipulatus fuero. & l. ſi Sticho certa die* cum gloſſ. & *l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig.* vbi ſummarium Bartoli, ita ſe habet. Debitor ſpeciei, eius interitu liberatur ante moram, & quoniã virtute acceſſorii liberatur, & ipſe fideiuſſor, & videtur iniquum, quod ſuus dolus debeat patrocinari, ideo proteſtatur contra fideiuſſorem actione de dolo, nempe debitori, qui tenetur cedere eam creditori, ſi erat debitum animal ex cauſa oneroſa, ſi vero ex cauſa lucratiua, non debet cedere, vt diſtinguit *Bart. in d. l. 19. § fin, in fin. de dolo*, vbi dicit ſe reddere rationem diſcriminis inter vtrumque caſum in *l. ſi Stichus certo die. ff. de verb. oblig.* Sed in meo codice non dicit, ratio autem redditur à gloſſa in *l. huic ſcripturæ. ff. ad l. Aquiliam. 14. verbo, ſed cadere.* Scilicet quia interitu liberatus eſt; non ſic videtur, quando debebat ſeruum ex cauſa oneroſa; ideo debet cedere actionem; & dare quicquid apud eum eſt de re illa. *per l. in ſumma. §. ſi ſeruum. ff. de cond. indeb.* & vide *Bartol. d. l. ſi Stichus in fin.* dicens ita eſſe intelligendam gloſſam in *l. 19. §. fin. ff. de dolo.*

Quæſt. 22. Sed quid dicendum in affirmatoris dolo, qui proximus eſt fideiuſſori, imò vicem fideiuſſoris dicitur ſuſtinere. *l. tamen oſtendimus in fin. ff. de fideiuſſ tu-*
23 *torum.* Quare videtur † in affirmatore idem reſpondendum, quod diximus ſupra in fideiuſſore, in pari enim caſu, par ius ſtatuendum eſt. Sed tamen diſtinguendum eſt; Nam ſunt quidam affirmatores ſtrictè ſumpti, qui dicuntur affirmatores fideiuſſorum tutorum, de quibus in *dict. l. oſtendimus*, & in his videtur procedere, quod diximus in fideiuſſore, ex paritate cauſæ. Alii ſunt affirmatores, qui debitorem aliquem eſſe indemnem affirmant, vt in *l. 7. §. fin. ff. de dolo*, & in *leg ſequenti & in l. 1. §. cum fallo. ff de inſtit. actio.* Vbi affirmator dicetur, qui affirmat, cum tali homine rectè poſſe contrahi; & dictam affirmationem contingat aliquando fieri voce, vel verbo, vt dd. legibus, aliquando vero litteris, quæ credentiales appellantur; de quibus late per *Bartolum in l. Lucius. ff. de fideiuſſ.* In his vero affirmatoribus verbo factis; puto generalem concluſionem faciendam, quod nocent, per text. in *l. 1. ff. de dolo*, in quo ſi affirmanti doloſè, quod talis homo erat idoneus facultatibus cum ſcires eum labi; & propterea; quod ei rectè credere poſſum pecuniam, credidi, & apparet poſtea decoctor, certe ille contractus tenet, quia vt inquit gloſſ. eſt erratum à me in patrimonio, non in perſona, atque ita ſentio iacturam. Sed an detur contra ipſum affirmatorem actio de dolo. Diſtinguendum eſt iuxta textum in *d. l. 3. §. fin. & l. ſequ.* nempe, aut cum euidenti calumnia; & dolo affirmaſti, & teneberis actione de dolo; aut ſine dolo & non eris ea actione obſtrictus, & ita procedet *dict. l. 1. §. ſed cum fallo.*

Nam quando vel propter modicam rem; vel propter ſimplex mendacium

non dicitur dolus, ſed vbi ſui lucri cauſa affirmat idoneum, tunc dolus præſumitur & Bartol. ibi dicit vidiſſe de facto in quodam aduocato, affirmantem aliquem eſſe idoneum fideiuſſorem cum non eſſet, & Caſtrenſ infert contra Cardinales, qui pro lucro affirmant, aliquem eſſe idoneum beneficio, cum ſit indignus; ſed non puto id accidere in perſona tam graui, & in tanta dignitate poſita; quod in perniciem animæ ſuæ, & in re tam regia & contra honorem Eccleſiaſticum, mentiretur, Cardinales enim in Rom. Curia præſentes præfectis prætorio adæquantur, gl. ab omnibus approbata in *l. vnica in verbo iudicaturus. ff. de offic. præfect. prætor.* ideoquè conuenit tantum præſumere de bonitate, & integritate ipſorum, quantum præſumitur de præfecto *in d. l. vni.* quod tanto magis de illorum bonitate exprimendum eſt, quanto ſunt ſacerdotum leuitarum, de quibus in veteri teſtamento, *Abb. not ſingul. in cap. per venerabilem ext. qui filii ſint legitimi*, & ideo dicuntur ſacerdotes principales. *cap. ſecundo de offic. archidiaconi* & appellantur pars corporis *papæ Cardin. in clement. 2. in princip. de celebr. miſſ.* & papa cum iis iudicat orbem terrarum *d. cap. per venerabilem. §. rationibus ver. ſunt autem*, & ideo non poteſt cardinalis condemnare de rigore iuris, niſi cõuincatur *per 72. teſtes. c. præſul 2. quæſt. 3. vol. 4. Card. Diaconus 42. teſt. Cardinalis ſubdiaconus niſi 7. teſtib. d. cap. præſul & per gloſſa ordinar. in c. 1. de ſchiſmat. in ſexto.* Nec non obuians Cardinalis Reo mortis dum ducitur ad locum iuſtitiæ habet priuilegium liberandi cum à morte *Bald. in l. addictos in fin. & ibi Petr. de Suzz. de appell. & per Felyn. in cap. quærentes in primo 3. col. de off. delegati.*

Quæſt. 23. Quæritur 23. Vtrum dolus aſſeſſoris noceat officiali, ſiue Magiſtratui,
24 cui aſſidet; † eſt enim Aſſeſſor ille, qui iudici aſſiſtit, vt illum inſtruat ad procedendum, recteque iudicandum *Azzo in ſumma Cod. de aſſeſſ. Bologn. in Rub. ff. de offic. aſſeſſ. num. 3.* vbi defendit hanc definitionem ab impugnationib. Mantuæ, faciunt ad hanc quæſtionem, quæ ponunt *Doct. in l. 2.* per illum *tex. ff. quod quiſque iuris*, licet *Alex. Iaſ. Caſtrenſ. Bart. & alii*, quos vidi non ponant in terminis; videtur autem negatiua ſententia verior; Primo per *conſ. Caſtrenſ. conſ. 55. num. 12. & 16. vol. 1.* vbi inquit quod dolus vnius alteri obeſſe non debet; facit *Rub. C. Ne vxor pro marito, & Rub. C. ne filius pro patre*; nemo enim debet ferre iniquitatem alterius *l. 35. 1. ff. de eo per quem factum erit*, ibi non propter dolum alienum Reus lucrifaciat, & actor damno afficiatur.

Secundo ſumitur argumentum ex *d. l. 2.* In qua Papinianus dicit illo edicto contineri, dolum ipſius ius dicentis & Magiſtratus, vt ſcilicet ſibi noceat, iuxta regulam; quod ſuus cuiq; dolus, & *c. ergo non dolus aſſeſſoris*, argumento *l. cum prætor. ff. de iud.* Tertio per dictam *l. 2.* Magiſtratus non tenetur de imperitia aſſeſſoris, ergo nec dolo quia imperitia in adſeſſore, qui eſt iuriſperitus, vel doctor, eſt dolus ſaltem præſumptus *Salij. in d. l. 2.* dicens, ſpeciale eſſe in eo, qui aſſerit, vel aſſerere videtur ſe iuriſperitum, vt eſt Adſeſſor, appellatione doli contineatur lata culpa; & videtur probare ibi *Alexand. num. 1. col. prima in fin. Iaſ. ibid. col. 1. num. 2.* inquiens pondera videri per hunc tex. quod imperitia in aſſeſſore, & ſic in eo qui aſſerit ſe peritum eſt dolus præſumptus, & ita dicit notanter ad hoc *Bald. in cap. 1. §. iudices. de pace iuramento firmand. & Angel. etiam* in *d. l. 2.* ita videtur ſentire & *Bal. in c. in noſtra de procur.* notat ex illo textu quod in viro litterato faciente iniuſtitiam præſumitur dolus, ſi imperitia eſt dolus, ab imperitia Aſſeſſoris excuſatur, ergo à Dolo.

In contrarium fortiter vrget, quia Magiſtratus ob dolum Aſſeſſoris priuatur officio; *Bart. in l. diem functo. ff. de officio* Adſeſſ. *Iaſon. Neger. & Bolog. ibi numero* 68. & 69. *verb. ex iſta diſtinctione, & verb. ſecunda colligitur*, quod autem poteſt eſſe maius præiudicium. Secundo *ex d. l. 2. ff. quod quiſque iur.* Nam quicquid non eſt exceptum continetur ſub regula not. per Doct *in l. 1. ff. de reg. iur. §. teſtes autem inſti. de teſtam. ord.* ſed excipitur ibi imperitia Aſſeſſoris ne noceat, ergo includitur dolus, maxime quia in Dolo Aſſeſſoris ceſſat ratio, cur Magiſtratus ab imperitia excuſetur, vt colligitur ex dicta *gl. in pr.* Tertio facit à ſimili, de Magiſtro Nauis, qui tenetur de dolo ſuo; & ſuorum Nautarum. *l. 1. l. magiſtrum cl. 1. & ſeq. ff. de exerc. excepto caſu*, de quo in § *non ex omni.* eadẽ lege, ſibi enim debet imputari, quod non elegerit virũ aſſeſſorem probatæ vitæ, ſicut & Magiſtri, qui nõ aſſumunt ad iſtud officiũ bonos viros. Pro reſolutione diſtinguendi ſunt aliqui caſus, nã poteſt multis modis dubitari, an iſte dolus magiſtratui, & primo an officiat quo ad pœnã illi⁹ edicti *ff. quod quiſq; iuris ſcilicet.* q; ſi dixerit Magiſtratus ius iniquũ p dolũ Aſſ. & ipſi Magiſtrat⁹ debẽt in cauſa ꝓpria, iure vti. Secũdo quo ad ſyndicatũ ita vt faciat litẽ ſuã, ſi iniuſtã tulerit ſentẽtiã dolo Aſſ. tertio an ꝑiudicet quo ad offic. & Magiſt.

quoad

Quo ad primum videtur nocere magiſtratui hic dolus; ex ſecundo argumento ſumpto, *ad d.l.2.* & ex tertio argumento à ſimili de Magiſtro Nautarum. Nęc obſtant adducta ex aduerſo, ad primum enim reſponſio ſit, quod dolus proprius ipſius magiſtratus videtur, ex quo virum facinoroſum elegerit & de eius conditione non bona, ſe informauit, & ſic diluitur ſecundum argumentum & quia pro dolo Aſſeſſoris tenetur, vt Magiſtri pro dolo Nautarum. Non vrget ſecundum argumentum, quoniam imperitia etiam in ſua arte, non aſcribitur pro dolo vero, nec dolo præſumpto, de vero plus eſt manifeſtum, de præſumpto tradit, *Alexand. & alii in d.l.2.max. Iaſ. ibi numero 2.* dicens tutius eſſe tenere, quod imperitia ſit lata culpa, dolus autem eſt culpa latior, & dixit, *Alexan. ibi in princ. 2.colum.* ex *d. Barto. in l. quod Nerua verb. 4. quaero. ff. depoſit. per Bald. in l. pignus. Cod. de pign. action.* limitanda vero videtur concluſio in hoc primo caſu, quando aſſeſſor non eſſet electus ab ipſo Magiſtratu, ſed eſſet ſibi datus à republica, vel communitate vel principe, vt in ſimili limitant *Doctor. in d.l. 2.* vt officialis non teneatur in ſyndicatu de impetitia ſui Aſſeſſoris, ſi iſtum non elegerit; in ſecundo caſu quo ad faciendam litem ſuam dicendum eſt etiam, nocere, ſumpto argumento à multo magis; nam tenetur de imperitia ſui Aſſeſſoris *gloſſ. in d. l. 2. in fine*, & ſimiliter dicit ibi, igitur multo magis de dolo; limitãdo, vt in primo pręcedenti caſu; In tertio etiã caſu, præiudicium fieri, quo ad amiſſionẽ magiſtratus; magis eſt cõmunis cõcluſio, vt in primo argumento ſententiæ affirmatiuæ, quæ tamen declaranda eſt, vt Magiſtratus habeat contra Aſſeſſorem regreſſum, ad intereſſe ſi tenetur aſſeſſor, quia culpa ſua fuit magiſtratus ab officio remotus argumento, *l. merces. §. culpa. ff. locat. & l. penultim. ff. ſolut. matrimon.* Ex quibus iuribus, *Iaſ. & Niger. in dicta lege diem functo* inferunt, quod ſi propter inimicitias Aſſeſſoris, præſes non poſſet adminiſtrare officiũ, teneretur ad eius intereſſe, vt refert, & probat, *Bolog. in d. lege diem functo n. 26.* addens, ꝙ præſes, ſiue Magiſtratus in prædicto caſu, denegabit etiam ſalarium Aſſeſſorum; & poſtea aget aduerſus illum ad intereſſe; quemadmodum e conuerſo, ſi aſſeſſor propter inimicitias præſidis, non poſſet adminiſtrare, deberet habere ſalarium, quia adſcribitur culpæ præſidis, inferens ad Doctorem, conductum ad legendum, nam ſi legere non poſſet propter inimicitias principis, vel ciuitatis conducentis, eſſet ei præſtandum ſalarium durationis; idem ſi propter caſum impediretur legere, veluti propter peſtem; de exceptione doli, duas quæſtiones pulchras vide omnino apud *Marantam de ordine iudic. par. 6. in titul. de exception.* limitanda eſt autem principalis concluſio, quod ſcilicet dolus aſſeſſoris noceat, vt procedat quando dolus eſt commiſſus in his, quæ pertinent ad officium ſuum, non ſi extra officium, argumento. *dict. l. 1. §. magiſtrum iuncto. §. non ex omni. ff. de exercit. l. quicunque. §. non tamen omni. ff. de Inſtit. l. in eum §. ſeruum. ff. eod. de inſtit. & l. fin. ff. quod cum eo*, confirmatur in ſimili, nam licet notariis credatur, adeo quod vim duorum teſtium vnus Notarius obtineat, *Rayn. conſil 36. numero primo, libr. 4. Menoch. de arbr. iud. cauſ. libr. 2. cent. 2. caſu* 105. *numero* 39. vbi multos ad id citat authores, tamen procedit in his, quæ ſpectant ad eius officium, ſimili modo libris argentariorum creditur, in his, quæ eorũ reſpiciunt officium. *Iaſ. Ripa*, & alii in *l. admonendi ff. de iur. Iaſ. in l. age numero 3. Cod. de tranſaction.* Dec. *in cap. poſt ceſſionem num. 5. de probat. & conſ. 40. num. 3.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 9. Crau. conſ. 3. numero 15. & conſilio 196. numero 3.* Doctor. *in l. 1. C. de edendo.* ſic cum agitur de adhibenda fide Campanis, ſigillo, & ſimilibus intelligitur quoad cauſam ipſam ad ſe pertinentem *Crau. conſi. 196. numero 3. & conſ. 222 num. 12. & 13. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 2. caſu. 91. n. 23. cum ſeq.* & ratio prædictorum videtur, quoniam extra officium talis nempe aſſeſſor, non eſt aſſeſſor, nec Notarius eſt, nec argentarius, talis.

Quaeſt. 24. de dolo tertii in teſtamento, vtrum ſcilicet noceat eis, ad quorum
25 fauorem fuit adhibitus, † nam quod doloſo noceat, plus quam manifeſtum eſt ex *l. 1. & 2. C. ſi quis aliq. teſtam. prohib.* nam omnes leges loquentes de eo, qui prohibet aliquem teſtari, aut cogit ad non mutandum, vel mutandum teſtamentum, vel impellit ad teſtandum, locum habet non ſolum ſi ius, aut metus adhibeatur, ſed etiam dolus, mala fides, *l. 2. §. 1. ff. ſi quis aliq. teſtam. prohib. l. Lucius. 3. Sempronia. ff. de lega. 2. Cuman. in rub. & l. 1. ff. ſi quis aliq. teſtam. prohib.* & ibi *Roman. Gabriel. conſ. 990. num. 7. col. 2. verb. quo ad ſecundum.* Sola igitur vertitur dubitatio de dolo tertii, an noceat eis, qui dolum non adhibuerunt, & propter illum dolum ſenſerunt commodum, veluti, ſi Titius me feciſſet heredem in ſuo Teſtamento, & nolens poſtea mutare teſtamentum dolo Męuii; ſit prohibitus nõ culpa mea, vt in *l. 1. & 2. ff. ſi quis ali. teſtar.* aut ſi teſtator nolens me hæ-

redem facere, prohibitus ſit teſtari, dolo Caii, ne ad me perueniret hæreditas, vt in
ſimili *d. lex filia. ff. ſoluto matrimonio*, aut ſit coactus facere teſtamentum, & non me,
ſed alium inſtituerit hæredem, vt in caſu ſuper quo conſuluit, *Gabr. conſi. 99. volum. 1.*
diuido autem facilioris diſtinctionis gratia hanc quæſtionem in duos articulos; Quo-
rum prior eſt, an dolus patris, vel domini, noceat filio, vel ſeruo; ſecundus eſt an
dolſus cuiuslibet tertii, mihi noceat; quoad primum videtur affirmatiue reſponden-
dum, per text. in *l. 1. §. 1. ff. ſiquis aliquem teſtari prohib.* ad idem eſt text. in *l. vni. ff qui-
bus non competat bonorum poſſeßio*, quibus iuribus ſimul iunctis probatur dolum patris
vel domini nocere filio, vel ſeruo, tam de iure prætorio, quam de iure ciuili, nam
cum ſeruus, vel filius eſſent hæredes inſtituti, pater vel dominus prohibuit, ne muta-
retur teſtamentum; denegatur filio, vel ſeruo hæreditas, aut bonorum poſſeſſio li-
cet poſtea manumittantur, & ſic in caſu, in quo nec patri, nec domino licet ſpetare
commodum ex illa hæreditate; ratio eſt ſecundum *Roman. in d. l. 1. & 2. ff. ſiquis aliq. te-
ſtar.* propter coniunctionem, quæ eſt inter patrem, & filium, dominum, & & ſeruum,
cum aliis rationibus ſupra deductis *in quæſt.* 20. in contrarium facit dictum, *Bartol. in
l. penult. ff. ſiquis. aliq. teſtar. prohib. & Roman. refert. in l. 1. §. ſi dominus eod.* nempe, quod
maritus prohibuit vxori, ne teſtaretur, ad effectum vt eius hæreditas pertineret ad o-
mnes filios, & ne mater, propenſione amoris erga vnum filium, magis quàm alium,
alteri plus relinqueret, talis dolus filiis non nocet; nec illis aufertur hæreditas tam-
quam ab indignis. pro reſolutione diſtinguendum eſt. Nam aut pater vel dominus,
quando prohibuit ne mutaretur teſtamentum, habebat filium, vel ſeruum inſtitutum
in poteſtate, & tunc noceat dolus, eſt enim ac ſi ipſe dominus, vel pater fuiſſet inſti-
tutus, cum cenſeatur dominum inſtituere, qui ſeruum inſtituit, & ob id dolus eſt
præſcriptus ratione dictæ vtilitatis, & propter ſpem vtilitatis, quia ipſemet erat ac-
qui ſiturus hæreditatem, cum filius, & ſeruus quicquid acquirunt domino, vel
patri acquirunt, & ita procedit, *dict. l. prima. §. ſi dominus, & l. prima. ff. quibus bonorum
poſſ.* non competit. licet enim ex poſt facto ante aditam hæreditatem manumiſe-
rit, cenſetur fraudulenta manumiſſio, *dict. leg. 1. ff. quibus bonorum poſſeßio non competat
Gabriel. dict. conſil. 69. numero octauo verb. qua opinio colum. 3. ex notat. à gloſſ. Bartol. Paul.
Aret in l. ſi. ſeruus quis ff. de acquir. hæred.* aut ſeruus ante prohibitionem factam à domi-
no eſt manumiſſus, & ſic liberatus, aut filius emancipatus, dolus non nocet, quia nul-
la eſt ſpes vtilitatis præſentis in patre, vel domino & ita probat, *d. l. 1. ff. quibus bonorum
poſſ. &c. iuncta gloſſ.* & quia dicto filio, vel ſeruo, non acquiritur immediate ex do-
lo patris; vel domini, ſed ex teſtamento, in quo erat conſtitutus; *Gabriel. dict. conſ. 99.
nu. 8. verbo verum puto*, nec obſtat dictum *Bart. in d. l. filius.* nam procedit in ſpeciali illo
caſu, & rationem ſpecialitatis affert *Romanus in l. 1. §. Dominus in fin. ff. ſiquis aliquem te-
ſtar. prohib.* & quicquid dubitat ibi *Romanus* an verum ſit dictum Bartoli. In primo
igitur caſu à filio, vel ſeruo tamquam ab indigno aufertur hæreditas relicta, non qui-
dem odio perſonæ, ſcilicet filii, vel ſerui, qui non deliquit, ſed odio facti, *l. 2. vbi Rol.
colum. 2. Saly. l. 4. C. ſiquis aliquem teſtari prohib. & Gabriell. ſupra numero nono.* dicit com-
muniter teneri. Debet enim fiſcus accuſare patrem, vel dominum, & curare, vt
condemnentur tamquam doloſi, quæ ſententia condemnatoria nocet etiam filio,
vel ſeruo inſtituto ex dolo dicti patris, vel domini, & inducit communem eſſe
practicam, *Corne. conſil. 2. 9 numero vigeſimo nono. volum. 2. Bartol. & alii communiter in l.
fin. ff. ſiquis aliqu. teſtament. probib.* Alia ratio eſt, qaia vbi conſtet de voluntate etiam
per teſtes, habetur perinde ac ſi teſtatus eſſet. Aduerte tamen, quod ſi conſtaret,
quod ille teſtator, qui inſtituerat filium volebat mutare teſtamentum, & alium hære-
dem inſtituere puta Sempronium, quando fuit prohibitus, & hoc erat exploratum;
tunc iſte Sempronius aget actione de dolo ad intereſſe contra dictum prohibentem, 72
& contra eum iuraretur in litem, *Plot. in l. ſiquando. §. 45. in princ. C. unde vi*, & ſi ipſe
non ſit ſoluendo; datur regreſſus in ſubſidium contra fiſcum, vt dixit *Rom. in l. 1. in fine
prin. ff. ſiquis aliq. teſt. prob. Bart. in l. fin. eod. Alex. Iaſ. Rip. n. 32. in l. 1. § fuit quæſitum. ff. ad Tre-
bell. ex not. in l. fin. §. 1. ff. de eo per quem fact. erit*, latè *Gabriell. d. conſ. 99. nu. 13.* ratio eſt, quia
dolus prohibentis non debet nocere ei, qui erat inſtituendus. *l. iniquißimum. ff. de iur. &
fact. ignor.* & ideo agitur contra illum ad inter eſſe, & in ſubſidium contra fiſcum, qui
non debet locupletari cũ aliena iactura, *arg. d. l. 3. §. 1. ff. de eo per quẽ factũ erit*, ibi nõ pro-
pter dolũ alienum reus lucrũ faciat, & actor damno afficiatur. Et ſatis eſt ei conſultũ, q
ſi non appareat, quẽ ille teſtator nolebat inſtituere, quando fuit prohibitus mutare te-

ſtamentum

fruitur bonis illis ablatis ab hærede primo tanquam ab indigno. In ſecundo caſu; quando filius, vel ſeruus, tempore prohibitionis factæ teſtatori, ne teſtamentum mutaret; erat manumiſſus, tunc non aufertur ab eo, tanquam ab indigno hæreditas per fiſcum argumento *d.l.1. cum gloſſ.ff.quib.bon.poſſ.non competat*, quia ſcilicet non habet ex dolo præſumpto prohibentis patris hæreditatem. Ex quo ratione emancipationis nihil erat acquiſiturus; nec ex dolo vero, quando ex teſtamento habet, quia ſcilicet fuerit inſtitutus non immediate, ex dolo prohibitionis; ideoque dolus alterius non debet nocere, vt in ſimili dicitur de legato in *d.l.1.§.ſi dominus*, quod erat reſtituendum, ab eo, quod dolo fecerat; ei qui dolum nullum commiſerat; Sed quid ſi palam eſſet, quando pater prohibuit, ne teſtator mutaret teſtamentum, quod in illa mutatione volebat Caium inſtituere; vtrum Caius agens de dolo ad intereſſe contra doloſum, & reperiens non eſſe ſoluendo, habeat regreſſum contra filium emancipatum, quaſi locupletatus cum aliena iactura, & quaſi non habeat voluntate teſtatoris, & ſanè non inuenio apud Doctores in terminis, putarem tamen, quod non haberet, cum non ex dolo immediatè acquiſierit, ſed ex teſtamento, quod non fuit mutatum, & quia dicunt Doct. abſolutè dolum tertii non nocere, quoties ex illo dolo immediatè nõ acquiro excepto caſu *d.l.1.§.ſi dominum*. vbi eſt ſpecialitatis ratio de qua ſupra; quod ſi contra daretur regreſſus, dolus ille noceret, de dolo tertii in ſententia tradit *Alciat. l.ſub prætextu num.22, C.de tranſact.* Venio modo ad ſecundum articulum principalem, & quæro an dolus cuiuslibet tertii, noceat mihi in teſtamento, quo minus legata conſequar, aut hæreditatem, & videtur altero de duobus modis diſtinguendum; Aut dolus iſte tertii, eſt dolus præſumptus, aut dolus verus: *gl.in l.2.C.ſiquis aliq.teſt.prohib.* inquit non nocere, quia alienum damnum in alienum lucrum conuerti non oportet. Sed additio *Bart.* dicentis ex intentione *Petri, Cyni & gloſſ.in Rubr.ff ſiquis aliquem. teſta: prohibuerit* quod vbi dolus eſt immediatè cauſa acquiſitionis nocet tertio. Priore caſu ſi adeſt ſpes compendii in doloſo nocet, veluti ſi quis in teſtamento aſcripſiſſet legatum, ſeruo ſuo, & Titii, Titio noceat, ita quod partem legati non poſſit vendicare. *l.filius.§.ſequens.ff.de falſis l.impuberem.ff.eod.tit. Gabr.d.conſ.99.n.11.verb.* quia tametſi dolus, & exemplum eſt in patre, vel domino, qui prohibet teſtamentum mutari, in quo filius, vel ſeruus non manumiſſus erat inſtitutus. In poſteriori vero caſu, Dolus verus indiſtinctè nocet, quando dat cauſam actui, ex quo acquiritur, *d.l.1.ſi quis aliq. teſtam. prob. Gabr. vbi ſup.* dicens procedere etiam in ignorante dolum, quicquid in cõtrarium dixerit *Iaſ.in d.l.1.* Sed quando verus dolus non dat cauſam actui, ex quo acquiro, tunc non nocet, niſi adſit ſpes compendii in eo, qui dolum fecit, veluti ſi non eſſent hęredes legitimi ab inteſtato, & alter eorum prohibuerit, ne teſtes venirent ad reddẽdum teſtimonium teſtamento, quod moriens deſtinauerat condere; ex dolo illius prohibentis, non fit præiudicium alteri, quia nõ habet hæreditatem ex doloſa prohibitione, ſed ab *inteſtato.l.1.in princ.ff ſi quis aliq.teſtari*, vel ſi Titius erat in teſtamento inſtitutus, & cũ illud teſtator nollet mutare, Sempronius extraneus, prohibuit ne mutaret, non officit Titio, quippe quia non habet hæreditatem ex actu illo doloſo, principaliter, ſed ex teſtamento non mutato, ſed ſi adeſſet ſpes compendii, licet non immediate ex illo actu doloſo acqreret; dolus noceret, vt in dicto.§ *ſi dominus, & l.1.ff.quib.bon.poſ.non comp.* iſta eſt diſt. *Gabriel. dict. conſ.99.numer. 11. & 12.* Roman. autem *d.l.1. §.1.* diſtinguit alio modo non abſimili: aut dolus tertii eſt talis, vt ex eo immediatè legatum, vel hæreditatem acquiram, & tunc mihi nocet, ratio eſt, quia ſicut alienus dolus mihi nocere non debet, nec damnum inferre, ita nec commodum, *Caſtr.in l.fin.ff.ſiquis aliq.teſta.prohib.l.1.ff.ſi mulier.vent.nom.* rurſus vt dictum eſt, non odio perſonæ, quæ non deliquit, ſed odio facti. Aut non acquirit ex dolo tertii immediate, iuxta *l.2. & l.1.§.ſed ſi legatum*, & dolus tertii non nocet, ſicut ibi expreſſum eſt; fallit in dicto.§.*ſi dominus*, & ratio eſt in promptu; quia in domino prohibente aderat ſpes compendii, & in cauſa propria videbatur dolum adhibuiſſe, quaſi ipſe eſſet hæres inſtitutus; fallit etiam in filio ſucceſſuro matri ab inteſtato; ſi pater prohibuit, ne illa faceret teſtamentum, ad hoc vt tota hæreditas pertineret ad filios, vt dicit *Bart.in d.l.fin.* ratio ſpecialitatis eſt, vt per *Rom.* quia cũ de matre agatur; & de filio, non videtur carere voluntate matris ille, qui ab inteſtato venit, argumento *l.conficiuntur.ff.de iur.codicill.& Ro.* etiã ait ſe dubitare de illa doctrina *Bart.* ſed eam probat *Bald.in l.1.nu.13.C.ſiquis aliq.teſt.prohib.* Quid aũt iuris, ſi ille, qui ex dolo tertii adhibito in teſtamento poſſideret damnum, patitur an haberet exceptionẽ doli contra hæredem, vel legatarium ſentiẽtẽ commodum ex dolo tertii non ſuo, di-

ſtingue, aut habeo cauſam ab illo doloſo, quia immediate ex eius dolo acquiro, vt in c..., in quo conſuluit *Gabriel dict. conſil. 99. col. fi. num.* 18. & nocet mihi exceptio doli, quia cauſa eſt lucratiua *l. apud Celſ. §. item quæritur ver. præterea. & §. in hac exceptione. ff. de exceptione doli.* nam in teſtamentis datur exceptio doli. *l. 1. ff de except. doli* & *Albericus ibi verificat in Rub ff. & Cod. ſiquis aliq. teſt. prohib.* Si vero non habet cauſam immediatam ab illo dolo tertii, & tunc non obſtat dicta exceptio, ceſſaret enim ratio *d. l. apud Celſum*: Quando autem ille, qui ex dolo tertii damnificatus eſt agere poſſit, contra doloſum ciuiliter, nondum peracto ab illo iudicio criminali contra eundem doloſum, declarat idem *Gabr. d. conſ col pen. n. 15. cum ſeq.*

Quæſt. 25. Quæritur an dolus tertii promitti poſſit, nempe ſicut in illa ſtipulatio-
26 ne dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe promittimus † non adhibere dolum, nec per nos ipſos, nec per hæredes noſtros, quibus poſſumus præcipere; ita quæritur an cuiuslibet extranei dolus abfuturus promitti poſſit; & videtur ſententia negatiua potior; Quia dolũ alterius ꝓmittere eſt ꝓmitte re factum alienum, alieni n. facti promiſſio non valet. *l. ſtipulatio iſta habere licere in 1. ff. de verb. oblig. §. quique alium inſtit. de inutil. ſtipulat. l. ſicut reus ff. de fideiuſſ.* In contrarium videtur text. in *d. l. inter ſtipulantem ibi verb. & qui ſpondet, & d. l. ſtipulatio iſta. §. ſiquis dolum malum*; vbi valet dicta promiſſio, ſi fuerit adiecta pœna. Pro ſolutione non dubitant Doctores quin dolus iſte promitti poſſit, ſed quomodo poſſit, diſſentiunt; Et primo conueniunt, quod iſta ſtipulatio ſimpliciter concepta; promitto dolum malum abeſſe, abfuturumq; eſſe, in dubio non comprehendit dolum alienum, ſed dolum promittentis, & heredum, quibus prohibere poteſt. *Bart. in l. inter ſtipulantem in princ. nu. 2. Imola in l. ſtipulatio iſta. §. ſiquis dolum. num. 19. Ideo Petrus de Bellapertica relatus à Bartolo in d. l. inter ſtipulantem. num. 2. in 1. att*, quod promiſſor debet promittere non ſolum dolum malum abeſſe, ſe ſecuraturũ q; dolus malus aberit; *Bar. in d. §. ſiquis dolũ att*, debet dolꝰ tertii expreſsè ꝓmitti; adiecta pœna, & ita intelligit *d. §* & videtur probari *ex l. ſtipulatio iſta* in illis verbis 1. §. At ſiquis valet factum alienum promittere, pœnam, vel quanti ea res eſt promittere poteſt; debet autem, vt puto, expreſſe promitti, quoniam in dubio nõ cenſetur quis niſi factum ſuum, & ſucceſſorem promittere dictis legibus, debet adiici pœna, quia expreſſe promiſſio ſine pœna non valet, *d. verb. at ſiquis., & d. §. ſiquis dolum.* Id ipſum procedere poteſt, ſi dolus tertii promittitur expreſsè, adiecto iuramento, cum factum alienum iuramento promitti poſſit. *Ant. Baſſ. de iur.* Et *M. Ant. Bauer. de iuramento*, & in vtroq; caſu iuramẽti, vel pœnæ interpoſitæ pro dolo tertii, quando ſcilicet promiſit ſe facturum, & curaturum abſuturum dolum alterius extranei; tunc libellus non debet formari, quaſi ille dolo fecerit, ſed quaſi per ipſum non curetur, quod dolus non fiat ab extraneo, vt per *Bart. in d. l. inter ſtipulantem. n. 1.*

Quæſt. 26. Quæritur an idem ſit, dolum per ſe, vel per alium committere ſcilicet
27 quoad pœnam incurrendam, & nihil † intereſſe videtur aperte probare *tex. in l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi armata*, Deieciſſe autem videtur qui mandauit, vt aliquis deiiceretur, parui enim referre viſum eſt, ſuis manibus quis deiiciat, an per alium, & ideo ſi per aliũ mandauit, vel procurator meus, ego deieciſſe videor; In contrarium aliud eſt facere ꝑ ſe aliud facere per aliũ. *l. inter artifices. ff. de ſolut.* augetur; quia factũ ab vno, ꝑpter diuerſitatẽ temporis non reputatur idẽ factũ. *l. ſi cum fortẽ. § libertus. ff. de cond. indeb. Auth. de fide inſtrumentorum in princ.* Pro ſolutione dicendum eſt, quod quantum ad veritatẽ naturæ impoſſibile eſt, quod dolus vnius ſit dolus alterius, & quod à me dolus ſit factus, ſed bene quoad iuris interpretationem, *l. nemo. ff. de duobus reis*, nota: in *dicto. §. deieciſſe*, ideoque eadem erit pœna facienti dolum per ſe ipſum, vel per alium, & propterea ſicut tenetur lege Cornelia de Sicariis, qui occidit per ſe, ita & qui occidit per alium. *l. non ideo. C. de accuſation. l. & ſi certus ſit percuſſor. ff. ad Syllanianum*, & ſicut punitur tamquam calumniator, qui per ſe detulit, & non probauit, ita & qui per alium *l. 2. §. diuus Pius* & *l. non tantum. ff de iur. fiſci*; An autem qui dolo fecit per alium, dicatur ipſe proprio dolo feciſſe, ita quod contineatur ſub ſtatuto, loquente de eo, fecit dolum, cum ſtatuta ſint proprie, & ſtrictè intelligenda. *l. 3. §. hæc verba. ff. de negoc. geſtis.* pendet ab illa quæſtione, an faciens per alium, videatur ipſe facere proprie, de qua *Iaſon in l. ſiquis id quod. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum*, *Bald. in cap. in cauſis. §. opizzone verbo etiam in ſtatutis de pace Conſtantiæ. Aretinus in proæmio inſtitut. §. igitur col. ſecunda. Bartol. in l. hæc verba. ff. de adulter. Alexand. in l. ſi familia. §. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. Abbas, & Felyn in cap. mulieres de ſentent. excommun. Alexand. conſ. 65. numer. 4. Cepoll.*

conſ.

conſ.34. Bald. conſ.52. volum. 3. & tandem *Romanum* vide in *l. æquiſſimum. ff. de eo per quem factum erit* vbi qualiter hoc ſit accipiendum in cauſa criminali, vtſcilicet dolus vnius reputetur dolus alterius, latè declarat.

28 *Q.* 27. An dolus vnius excuſet dolum † alterius, negatiue reſpondet *Alexan. conſ. 77. volum.* 3.

Quæſt. 28. Vltimo quæritur, vtrum minor 25. annis, non ſua facilitate, vel culpa
29 aduerſarii, ſed dolo cuiuslibet tertii læſus habeat † reſtitutionem, in integrum, & ſane videtur reſtituendus ex edicto de minorib. argumento *l. 1. & l. non omnia. ff. eod.* generaliter enim definiunt minorib. læſis ac aliis reſtitutionis auxilium concedi, pondero verbum aliis, quod tam aduerſarios, quam extraneos comprehendit, item verbum læſis, quod verificatur in quaq; læſione à quocunq; veniat, & addo, rationem legis, dantis reſtitutionem, nempe quia ſcilicet fragile eſt, & infirmum huius ætatis conſilium *d. l. 1. cui conuenit etiam l. 1. ff. de reſtit. in integ.* vbi prætor dat reſtitutionem lapſis, nedum per metum, ſed etiam per ætatem, vt in propoſito, nam & minor ætas fuit in cauſa, vt non poſſit cognoſcere dolum illius tertii. Secundo adſtipulatur tex. tunc vrgens, allegatus per *Oddum de reſtit. in integ. part. 1. quæſt. 4. artic. 4. in princ. in l. diuus. ff. de reſtit. in integ.* ibi maxime ſi deceptio ab aduerſario interuenerit; quæ dictio maxime implicat caſum læſionis à tertii dolo, vt ſecundum ſuam naturam operetur, quæ eſt, vt extendat caſum implicitum, ad explicitum, vt ſcilicet illud quod dicitur, magis procedat in caſu explicito per comparationem. *c. fin. ad finem extra de ſumma trinit. gl. ff. ſingularis ad hoc in c. ſacro in verbo laudabilius ext. de ſentētia excommunic.* & vere iſta dictio includit vtrūque caſum, ſed ponit maioritatem rationis in altero, & idem ius ſtatuit. *l. illud ff. ad l. Aquiliam*, & ibi *Floran*. Tertio in terminis videtur eſſe textus in §. *fin. l. properandum. Cod. de iudic.* vbi ſi facto curatorum minoris lis expirauerit tempore, & curatores non ſint ſoluendo, minori ſuccurritur per reſtitutionem contra aduerſarium. Contraria tamē opinio videtur ad veritatem propenſior, authoritate, atq; ratione; authoritas eſt *Pauli in l. arbitrio.* § *ſi cuius dolo. ff. de dolo* in illis verbis, non vt arbitrio Iudicis reſtituatur; & ibi. à duabus e um de dolo (loquitur de tertio doloſo) dandū Iudicium; & *Vlpian. in l. 2. §. fin. cum l. ſeq ff. ſi quis caut.* ibi ſed ei actio datur, aduerſus eum, qui decinuit, Ratio autem eſt, quia cum reſtitutio ſit extraordinarium auxilium, non competit, vbi dari poſſit aliud remedium, *l. in cauſæ ff. de minorib.* ſicut in ſpecie noſtra minori prouiſum eſt de alio remedio, ille tertius doloſus eſt ſoluendo, quod ſi poſſit emendare damnum, conueniretur actione doli dicto § *ſi cuius dolo. d. l. 3. §. 1. ff. de eo per quem facti erit*, certe hic ceſſat reſtitutio argumento *l. cum mandato. ff. de minor.* vbi quoties minor poteſt de dolo agere cum ſuo procuratore non reſtituitur, ſi vero non eſt ſoluendo, & tunc datur illi regreſſus contra aduerſarium, ne ex dolo alterius lucrum faciat, cum aliena iactura *d. l. 5. §. 1.* quæ in terminis hanc rationem allegat, dolus enim alterius ſicut nocere mihi non debet, ita nec prodeſſe. Et ſi quis opponat quod ſaltem iſte regreſſus, qui conceditur veniat per viam reſtitutionis, non quidem ex edicto de minori. verū ex generali clauſula; ſi quam diu, vt dixit ſubtiliter *Oddus ſupra citato loco num. 17. verb. ego puto* authoritate gloſſæ in *dicta lege 3. in verbo actionem*, cui addo pōderationem verbi, actionem reſtitutoriam; tamen non admodum firma videtur obiectio.

Primum quia gloſſ. ibi, nihil allegat deinceps, quia in ea interpretatione non ſe fundat Accurſ. cum ponat aliam ſententiam, quod imo ibi non ſit reſtitutio, quia cōpetat directa priſtina actio, quaſi non eſſet ipſo iure extincta, per iura, quę allegat; confirmatur ille regreſſ9, vbi nō agatur de priſtina actione, ſed de emēdatione alteri9 dāni, cōpetit actio in factū, vt læſus conſequatur, quanti ſua intereſt dolū nō fuiſſe adhibitum, argumento *dict. §. ſi cuius dolo*, ſuffragatur, quia licet aduerſarius ab initio non fuerit in dolo, ſed tertius, tamen cum ſit locupletatus cum alterius iactura, incipit eſſe in dolo ex poſt facto, cum nolit reſtituere, argumento *l. 2. ff. de excepi.* doli; quippe æquiparantur, quod quis dolum adhibeat, vel cupiat locupletari cum alterius iactura; Non vrgent allegata ex aduerſo; Nam ſi dicimus cum Oddo, quod iura in eo allegata; licet generaliter loquantur; non tamen eſt locus, *leg. prima. ff. de leg. præſt.* & lege precio. *ff. de public. in rem actio.* Quia diſtinguuntur per leges alias, de materia loquentes, nempe per tex. in *l. quod ſi minor.* § *non ſemper ff. de minor.* ibi & nemine cum eis contrahente; indicat enim dari reſtitutionem, quando læſus eſt à ſecuri

contrahentibus. Vide omnino *Caſtrenſ. in l. 2. & 3. ff. de eo per quem fact. erit*, vbi quomodo detur iſte regreſſus, & an detur reſtitutio. Alterum fundamentum diluitur; primum ex ſolutione Oddi, quod ſcilicet dictio, maxime, ponitur pro, duntaxat, iuribus per eum citatis, & *l. 5. ff. de concubin.* ibi ingenuam in concubinatu eſſe poſſe traditur maxime eam, quæ obſcuro loco nata eſt, vel corpore quæſtum fecerit, idem in *l. 2. Cod. an ſeruus ex ſuo facto*; Rurſus elicitur quia dictio maxime ſæpe abundat, *gloſſa in l. fin. §. fin. Cod. de manum: ff. teſtam.* per illum tex. ibi maxime propter libertates, quoniam propter nullum alium caſum, quam libertatis ea Imperatoris prouiſio inuenta eſt, ſimilis eſt tex. *in l. ſi dolo Cod. de reſcinden.* & tradit *Zaſ. in l. 1. §. quaſitum eſt; ff. quorum legat.* Præterea dato, quod illa dictio, maneret in priori illo ſignificatu, adhuc tamen, non includeret neceſſariò dolum tertii. Nam poteſt quis decipi altero de duobus modis, primo ex fragilitate ſuæ ætatis, & ita verificantur illa verba ſiue ſua culpa, & infirmitate conſilii ſiue fraude aduerſarii, & illi ſuccurritur per reſtit. *l. primo. ff. de reſtitut. in integ.* ibi, ſubuenit ſiue metu, ſiue ætate. Altero modo fraude aduerſarii; & vtroque modo habet reſtitutionē; maxime autem ſi fraus ab aduerſario, &c. Non obſtat ponderatio verbi (actionem reſtitutoriam) nam idem importat quod ex integro agere per *l. cum à te in fin. ff. de dolo*, & maxime ſtante ea declaratione *gloſſ. in ver. actionem*, nam ſi non expirauerat ipſo iure actio, non egebat reſtitutione. Non vrget tertium fundamentum, quoniam ibi non ſumus in cauſa doli Tertii, ſed intelligentiæ Curatoris, qui cenſetur eſſe idem cum minore, per *Bar. in l. eleganter n. 3 ff. de dolo.*

Quaeſt. 29. Quæritur an contra iſtum tertium doloſum iurari poſſit in litem
30 iuxta terminos. *l. ſi quando. Cod. vnde vi, & l. in actionibus. ff. de in litem iur.* † & ſanè videtur negatiuè, reſpondemus per *d. l. in actionib.* nam datur per eum textum iuramentum in litem in actionibus bonæ fidei regulariter, interdum & in ſtricti iuris iudiciis, ita vt præſtetur contra principales contrahentes occaſione doli præſtiti in contrahendo; At tertius eſt extra contractum, & hoc nomine non tenetur, qui non eſt ex contrahentibus, vt docuimus initio huius diuiſionis; Verum alia ſententia eſt magis vera, & magis communis, nam præſtatur iuramentum contra quemcunque doloſum, in pœnam ſui doli, vt per Doctores in dictis legibus & præſertim *Plotum in. d. l. ſi quando. §. 49. num. 12. & num. 20. verb. infero.* vbi poſito pro conſtanti, quod contra doloſum quemcunque curetur, reuocat in dubium, an contra hæredem, & ſucceſſorem illius doloſi poſſit iurari, item an aduerſus eum, qui tenetur pro doloſo; licet dolus non ſit, id ipſum apertè probat in §. 4. *numero* 1. & ratio dictæ opinionis eſt, quia nihil eſt cur doloſo tertio ſit parcendum magis, quam contrahentibus. Nec aduerſatur argumentum deductum, quoniam *in d. l. 2. lege*, non adeſt dictio taxatiua, & non negat, quando vltra contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, & ſic vltra contrahentes non debet iuramentum præſtari; ſed quæritur, an is qui doloſus non eſt, ſed tamen eſt obligatus pro doloſo, patiatur iuramentum in litem, & contingit duplici modo, eum qui dolo non fecit, teneri tamen pro doloſo, nempe aut ex forma ſtatutorum; vt villa, vniuerſitas, quæ propter ſtatuta tenetur pro delicto commiſſo in ſuo territorio. vel pater, vt teneatur pro filio, vel dominus pro ſeruo, Aut iure cummuni, vt hæres, & ſucceſſor doloſi, vel alius bonorum poſſeſſor vniuerſalis, vel particularis dicti doloſi, & in vtroque caſu ceſſare iuramentum dixit *Plotus. d. §. 45. numero 17. verb. quarto limita, & numero 20. ver. & infero; & numero 22.* vbi limitat in hærede, quando dolus fuiſſet in committendo vel aduerſus defunctum fuiſſet lis conteſtata, *Doctores in l. alto iure C. de in litem iuran. Bart. in d. l. in actionibus. numero 22.* ratio videtur, quia cum detur illud iuramentum in pœnam, & in odium doloſi, ceſſat hæc ratio in non doloſo, & pœnas, & odia conuenit reſtringere, *ca. odio*, & ibi not. *de reg. iur. in 6.* & ea de re agemus infra in ſequenti diuiſione doli.

31 *Quaeſt.* 30. Quæritur tertio an dolus matris noceat filio † vide gloſſam in *l. Diuo. ff. de iure patron. in l. emancipatum § fin. & ibi Bartol. ff. de ſenatori. Dynus in regula non debet aliquis in 6. Alexand. de Imol. in l. adoptiuum §, patronum. ff. de in ius vocando*, quæ iura citat *Bertachinus in verbo delictum fol. 49.*

Quaeſt. 31, Quæritur de dolo illius, qui falſas menſuras, & falſa pondera accommodauit contrahentibus, de cuius pœna, vide quæ dicam infra *in 3. lib. de titul. de dolo in contractib. bonæ fidei.*

32 *Quaeſt.* 32. Quæritur an delegans teneatur de dolo, vel de imperitia † delegati.

n. *Alex. in l. hoc edicto num. 10. ff. quod quiſq. iuris*, vbi etiam quærit an epiſcopus teneatur de dolo, & imperitia ſui Vicarii.

Quæſt. 33. Quæritur de dolo tertii in cauſa depoſiti. *l. 16. ff. depoſiti ibi vide.*

De dolo Authoris, & de dolo ſucceſſoris Diuiſio VII.

1 *Authoris nomen variè in iure vſurpatur, & quomodo in hac diuiſione capiatur.*
2 *Author duplex, vniuerſalis, & ſingularis.*
3 *An hæres teneatur ex dolo defuncti in contractibus, examinatur.*
4 *Concluditur affirmatiuè.*
5 *Contraria diluuntur.*
6 Dolus dans cauſam contractui, *non obligat ſucceſſores actione doli.*
7 *Pœna doli in delictis, num tranſeat in hæredes, diſcutitur ſecundum ius ciuile, &* numer. 9.
8 *Quid iure* Canonico. & num. 11. & 24. *vbi reſoluitur quæſtio.*
10 *Quid in delictis priuatis.*
11 *Quid in publicis.*
13 *Diſtinguitur in priuatis delictis, & limitationes afferuntur.*
14 Limitatio *prima.*
15 *Limitatio ſecunda.*
16 *Limitatio tertia.*
17 *Limitatio quarta.*
18 *Limitatio quinta.*
19 *Aliæ limitationes remiſſiuè.*
20 *In delictis publicis firmatur regula negatiua.*
21 *Ampliatur etiam lite conteſtata.*
22 *Limitatur condemnatione ſequuta.*
23 *Limitatur in quinque publicis delictis.*
24 *Diſtinguitur reſoluendo de iure Canonico.*
25 *An dolus Authoris in Vſucapionibus, hæredi noceat.*
26 *Diſtinguuntur capita articuli.*
27 *Vitium doli reale nocet hæredi.*
28 *Vitium perſonale hæredi nocet in continuanda vſucapione ex defuncti perſona.*
29 *Etiam ſi hæres bona fidei ſit.*
30 *Mala fides defuncti nocet ſecundum communem ſententiam iure ciuili hæredi volenti ex ſe vſucapionem incoboare, contra Martinum.*
31 *Tolluntur argumenta pro opinione Martini.*
32 *Limitatur communis opinio in hærede volente ex alio titulo incipere vſucapionem.*
33 *Diſputatur idem articulus de iure Canonico.*
34 *Firmatur opinio affirmatiua, vt magis communis.*
35 *Quibus caſibus hæres ex dolo defuncti conuenitur, actio diuerſam ſortitur naturam, & eſt communis opinio.*
36 *Notantur quatuor diſcrimina.*
37 *Numquid iuramentum in litem propter dolum competat contra hæredem, ſicut contra defunctum.*
38 *Firmatur opinio* Bart. *communis.*
39 *Conſtituuntur in eodem articulo quinque concluſiones.*
40 *An dolus defuncti noceat in publiciana actione.*
41 *Publicianæ actionis duo capita.*
42 *Firmata de hæredibus comprehendunt, quoſcunque vniuerſales ſucceſſores.*
43 *Dolus ſucceſſoris vniuerſalis definitur.*
44 *An dolus ſucceſſoris vniuerſalis æque ac dolus authoris puniatur.*
45 *Affirmatiue concluditur pluribus fundamentis.*
46 *An dolus hæredis alteri vt puta cohæredi noceat.*
47 *Magiſtralis Doctorum diſtinctio recenſetur.*
48 *An dolus hæredis ſcripti noceat proximiori vel æquali in gradu, remiſſiue.*
49 *Num hæredis dolus obeſſe poſſit legatariis & commiſſariis diſcutitur.*
50 *Firmatur opinio negatiua.*
51 *Contraria refelluntur.*
52 *Vtrum dolus hæredis in non faciendo inuentarium præiudicet fideicommiſſario vniuerſali, remiſſiue.*
53 *An dolus hæredis ſibi noceat ad perdendam hæreditatem dolo quæſitam remiſſiue.*

AVthoris nomine multa in iure ſignificantur; nam tutor dicitur author fieri cum probat quod à pupillo agitur. *Letiam ſi. la. 3. ff. de auth. tut. §. tut. autem inſt. eod. tit.* vnde auctorari, id eſt, authorem eſſe; & authoritatem interponere. *leg. & fi. ff. de author. tutor. leg. huius. ff. quod. falſ. tutor. authent.* Authores pro prudentibus, & conſultis, & iuris præceptoribus ponuntur. *leg. apud Celſum. §. Labeo decimo tertio. ff. de*

dol. except. l. 2. §. poſt originem ff. de origin. iur. verb. poſt hoc deinde de authorum ſucceſſione in hunc ſenſum accipit, *Cic. 1. de Oratore* cum illum, inquit, differendo par eſſe non poſſet ad auctores confugiſſe, vt in *l. quæro. ff. de actio. emption. l. 1. C. de verb. ſignific.* ibi: iuris authoribus placuit. Author legis dicebatur, qui cum ea dignitate præditus eſſet, vt eius oratione commoueri populus poſſet, ab his, qui leges ferebant deligebatur, vt eas ſuaderet. Ita Pompeius eius legis quã tulit Lentulus de Cicerone reuocãdo, frequẽter à Cicerone author appellatur in ea, q̃ poſt reditum habuit oratione. Auctor ſeditionis dicitur in *l. eiuſdẽ. §. leg. auct. ff. de ſicariis. l. ſi quis 38. §. auct. ff. de pœnis*, qui ſeditionẽ prius inducit, & perſuadet, tandem dicitur auctor is, a quo in nos ius tranſit, vnde creditorem authorem rectè appellamus, *Cicero in Verrem.* Tum illi intellexerunt ſe id quod a malo auctore emiſſent diutius obtinere non poſſe ſe ab eo, qui vendendi nullam authoritatem habebat. *leg. creditor. § fin. ff. de action. emption.* ibi quæro an pila, quæ ab auctore domui coniuncta erat ad emptorem quoque iure emptionis tranſeat, *l. ſed & ſi ff. de euict. & l. ſi per imprudentiam. ff. de euict.* & iſte venditor, primus author dicebatur. Author vero ſecundus appellabatur, qui per euictionem fideiubebat. *l. illud. ff. de euiction*, illud quæritur, an is qui mancipium vendidit debeat fideiuſſionem, & euictionem dare, quem vulgo auctorem ſecundum vocant, & alio nomine venditionis confirmator, appellatur, vt apud *Anton. Auguſtin. lib. 3. cap. 6.* Author etiam paulo latiore ſignificatione dicitur is, à quo quis habet cauſam. *l. Pomponius §. cum quis. ff. de acquirend. poſſeſſ. leg. an vitium. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.* an vitium authoris, qui mihi rem legauit, mihi noceat, ſi forte author meus iuſtum initium poſſidendi nõ habuit; hinc in iure dicitur author laudari. Quoties aliquis conuentus actione reali ob aliquam rem debet laudare ſuum authorem: id eſt, litem denunciare, ad effectum, vt poſſit contra eum habere recurſum de euictione. *leg. emptor. Codic. de euictionibus. Alexand. in leg. non ſolum. §. morte colum. penultim. & antepenultim. ff. de non. oper. nunciat.* & in *l. 2. §. voluntate. ff. ſolut. matrimonio colum. 3. in fin. & ſequent.* Eodem ſenſu dicitur in iure nominari author; quando ſcilicet poſſidens aliquis nomine alieno, puta pro locato, pro commodato, conuentus eſt in iudicio; debet enim ſtatim in principio litis nominare dominum in iudicio, ſiue authorem, à quo cauſam poſſidendi habet, & dicere ſe poſſidere nomine alieno, nam author nominatus venit, quando ad defendendam cauſam ſuam & ille Reus, qui nominauit, abſoluitur ab inſtantia Iudicii, & transfunditur contra Dominum nominatum, ſi ante litem conteſtatam nominauit, *Afflict. deciſ. 129.* de qua materia nominationis. *Bartol. in l. 2. C. vbi in rem actio*, & plenè *Abbas in cap. quoniam frequenter colum. penult. & fin. extra vt lite non conteſt.*

Poſteriore verò ſignificatione authorem hic intelligimus, ſcilic. pro eo à quo cauſam habemus domini, vt eſt textus expreſſus in *l. apud. §. de authoris, & §. ſequent. ff. de except. doli*, ibi de authoris dolo, exceptio emptori non nocet, & ibi ſi cum legitima hæreditas. *l. vitium. Cod. de acquir. poſſeſſ.* ibi: ſucceſſorem authoris ſui culpa comitatur, & ibi *Bald. not.* quod vitium reale in perſonam authoris contractum, deſcendit in omnem ſucceſſorem.

2 Author autem † ſecundum hac acceptionem ſumptus, duplex eſt, vniuerſalis; ſcilic. & ſingularis, vt ex ante dictis iuribus plane colligitur. Nos agamus in primis de vniuerſali Authore, & ſucceſſore, poſtea de ſingulari, tum authoris, tum ſucceſſoris dolo tractaturi. Vniuerſalem authorem intelligo, ſiue à iure ciuili; vt in hæredem, ſiue à prætore, vt in bonorum poſſeſſorem ſiue à conſuetudine, vt in acquiſitione per adrogationem, quæ moribus inducta eſt. *§. poſt inſtit. de acquiſit. per adrogat. in princ.* ibi filius datus in adrogationem eſt author vniuerſalis pro omnibus bonis ſuis, quæ adrogatori patri acquiruntur olim in totum, hodie ex conſtitutione Iuſtin. quo ad vſumfructum, ſiue per conſtitutiones Imperiales; vt ſi cui adiiciantur bona defuncti libertatum conſeruandarum gratia iuxta *titul. de eo cui libert. cauſa bona addic.* nam à conſtitutione D. Marci inductum eſt, vt ibi exprimitur, &c. vt in omnibus prædictis caſibus titulus, & acquiſitio eſt vniuerſalis, ita & author eſt vniuerſalis. Quærimus igitur priori loco de authore defuncto reſpectu hæredis.

Quæſt. 1. Vtrum dolus authoris noceat hæredi, ita vt ex dolo defuncti teneatur, vel alio modo damnum patiatur, diuiditur autem hęc quæſtio in tres articulos; & primo quidem in contractibus, vel quaſi. Secundo in delictis, vel quaſi. Tertio in vſucapionibus. De primo eſt tex. in *l. bonitem. §. datur. ff. depoſit. iuncta gloſſ. & Bart. ibi*, &

in §.

in §. pen. iuncta gloſſ. inſtit. de perpet. & tempor. action. in l. ex depoſito, & l. ex contractibus. ff. de actionibus & obligat. in l. quoties, & ibi *Cagnol. & Dec. ff. de regulis iuris in l. prima Codic. ex delicto defuncti in l. 12. §. hæres. ff. ad exhibend. in l. ad ea. §. fin. & in l. hoc iure. §. fin. ff. de regu-*
3 *lis iuris.* Et non teneri defuncti dolo eius hæredem probant multa † iura, quæ *gloſſ. in dicto. §. datur, & in dicto. §. pen.* deducit: Et primo quidem ex. *l. prima. §. prætor ait. ff. depoſiti,* in qua defunctus in cauſa depoſiti facti ex incendio, tumultu, ruina, naufragio, ob inficiationem tenetur in duplum, hæres minime, ſed tantum in ſimplum.

Secundo ex. *l. tertia. ff. ſi menſor falſ. mod. dix.* per quam factum agrimenſoris non tranſit ad eius hæredem, nec obligatur; ibi; in hæredem, ſimileſque perſonas denegandam *Pomponius ſcribit.*

Tertio per *text. in l. ſi cum iudicio. §. iniuriarum verb. idem dicendum. ff. ſi quis caution.* ibi: nam non competit niſi aduerſus hæredem ex ſtipulatu actio.

Quarto ex *l. illud. §. fin. ff. de tribut. act.* vbi definitur hæredem teneri tantum de eo, quod peruenit ad illum; quia non de dolo eſt, ſed rei perſecutione continet, & duntaxat interueniente competit, *l. quia non. ff. eod. tit.* Quinto ex. *l. fin. ff. de eden.* nam & illa actio, quæ præſtatur contra non edentem, non datur tamen in hæredem niſi ex facto ſuo. Sexto ſuffragatur dictus §. *pen. inſtitut. de perpet. & tempor. action.* ibi: ex contractu actio contra hæredem non competit, veluti cum teſtator doloſe verſatus ſit & ad hæredem eius nihil ex dolo peruenit. Dolus ſocii tranſit ad hæredem *l. 40. ff. pro ſoc.* Septimo vltra Docto. quia valet argumentum de delictis ad contractus. *l. omnium. ff. de iud. c. fin. de for. compet. clemen. Paſtoralis de iud.* At in delictis de dolo defuncti hæres non tenetur. *§. ex maleficiis inſtit. de perpet. & tempor. action. l. ex iudiciorum. ff. de accuſ. § fin. inſtit. de obligat. ex quaſi delicto,* & ratio eſt prædictorum; quia ſicut ex dolo defuncti non iuuatur, ita nec detrimentum ſentit. *l. ſicut pœna cum ibi notat. per Dec ff. de reg. iur.* ſuus enim cuique dolus non alterius obeſſe debet. Quoniam inter perſonalia non tranſeunt ad hæredes. *l. vitio. C. de acquir. poſſ. Iaſ. in l. Pomponius. §. ſi quis num. 4 ff de acq. poſſ.* Dolus autem vitium perſonæ eſt; quia eſt machinatio fraudulenta ad circumueniendum alterum adhibita, facit *l. ſi ex dolo. §. vltimo iuncta l. ſi oleum. § pen. ff. de dolo l. 4. § de authorit.*
4 Cæterum † contraria ſententia verior eſt; vt palam eſt ex multis iuribus, quibus in ſpecie deciditur propoſita quæſtio, nempe. *l. ſi hominem. §. datur. ff. depoſiti,* datur actio depoſiti in hæredem ex dolo defuncti in ſolidum. *l. ex contractibus. l. ex depoſito. ff. de action. & obligat. ex depoſito,* ait Pomponius & commodati, & mandati; & tutelæ *l. 2. ff. depoſ.* & quatenus hæres teneatur de dolo defuncti in his; quæ inficiando creſcunt *l. 18. ff. depoſiti vide Cagnol. in l. toties. ff. de reg. iur.* & ob dolum malum defuncti hæres in ſolidum tenetur *l. hoc iure. §. fin. ff. de reg. iur.* vt ibi: *Cag. pulchrè, ex l. toties. ff. eod. tit.* & in *l. 48. ex* contractib ait idem Pōponius: venientes actiones in hæredes dantur, licet delictum in eis verſetur, veluti cum tutor in tutela gerenda dolo fecerit, & *Vlpian. in l. ad ea. § ff. de reg. iur.* In contractibus ſucceſſores ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt, non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam in ſolidum tenentur, & dolum ſocii ad hæredem tranſire eſt *text. in l. 40. ff. pro ſoc.* & in *leg. hoc iure. §. fin.* idem *Vlpian.* in contractibus, ait, quibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur, nempe ſi ſolus eſt, vel ſi ſunt plures, vt ſcilicet vnuſquiſque pro ea parte, qua hæres eſt, conueniatur, *d. l. ſi hominem. §. datur,* & *d. l. ad ea. §. fin.* Ratio videtur, vt in *dicto. §.* datur, quia hic dolus ex contractu, reique perſecutione deſcendit, *Cagnol. in dict. l. toties. ff. de reg. iur.* Hæres autem adeundo dicitur quaſi contrahere cum creditoribus hæreditariis. §. *hæres quoque,* & ibi *Angel. in princip. inſtit. de oblig.* ex quaſi contractu, & eſt communis opinio, ideoque pro delictis defuncti non tenetur hæres, niſi fuerit lis cōteſtata cum defuncto. *l. 1. C. ex delic. defunctorum.* quaſi tunc defunctus fuerit factus debitor, & debita hæreditaria hæres adeundo videtur promittere ſe ſoluturum quæ adeò eſt vera concluſio, vt interdum actio doli non detur contra defunctum, & præſtetur contra hæredem, vt eſt caſus ſingularis in *l. hæredibus. ff. de dolo,*
5 vbi gloſſ. pulchra, † nec aduerſantur allegata in contrarium, nam prioribus fundamentis ſatisfacit *Bartolus in dict. l. ſi hominem. §. datur,* & *Alciat. in l. 122. §. ex factoris. ff. de verb. oblig.*

Reliquis nos accommodabimus ſolutionem, primum enim eſt ex. *l. 1. §. prætor ait. ff. depoſit.* & diluitur, quia illud duplum, naſcitur ex mendacio; atque ita ex delicto, & extra contractum magis quam ex contractu; ideo, ad quæſtionem noſtram non pertinet, in qua agimus de dolo in contractu, & ita concordat

cum *d.§.datur.l.ſi hominem eod.tit.* eodem modo euitatur, ſecundum de Menſore, illa e-
nim obligatio princip. naſcitur ex delicto menſoris. *Bart. eitato loco.* Ad tertium reſpon-
ſio eſt. Quia ſtipulatio ſequitur naturam negotii, cui adhæret Doct max. Iaſ. *in Rub ff.*
de verb.oblig. & ibi fuit interpoſita ſuper actione iniuriarum, quæ non tranſit ad hære-
des, & tanquam acceſſoria ſequitur naturam principalis. Ad quartum ſimiliter reſp.
Bart dolum non in contractu adhibitum eſſe, ſed in doloſa diſtributione; Ad quin-
tum ſolutio eſt Bartoli, actionem illam de edendo, vel eſſe actionem datiuam a lege,
non natiuam ex contractu, aut originem ducere à delicto, ſcilicet in non parendo iu-
dici præcipienti, vt edatur. Ad ſextum *d.§.inſtit.de perpet.& tempor.act.ſol.* eſt agi ibi de
6 dolo dante cauſam, non de incidente, hanc ſolutionem † etiam probat *Cagn. in d. l.hoc*
iure.§.fin.nu.2.verb. nec obſtat, & ideo cum annullauerit contractũ. *l.eleganter, & ibi Bart.*
& Doct.ff de dolo, non poteſt hæres ex contractu obligari, cum non entis nullę ſint qua-
litates, vel, vt verbis vtar Bart. Cõtractus ibi nullus eſt ob dolum dantem cauſam, ideo
non poteſt purgari per actionem dependentem ex contractu, meritò contra hæredes
non datur in ſolidum. ſeptimum euitatur obiectum; quoniam ceſſat dicta argumenta-
tio, quando reperitur expreſſe deciſum contrarium *Saly & Cyn. in l vnic. C. vbi de poſſeſſ.*
agi oportet, reſtat vltimum, cæteris firmius, ſed euitatur ex his, quæ tradit *Corraſ. Miſcell.*
iuris cap.22.n.6. nempe quod actio doli, quicquid dixerit *Bart. in l.hæredibus.§.vltim.ff. de*
dolo, eſt in rem ſcripta non perſonalis, patet, quia verba edicti ſunt concepta in rem. *l.1.*
ff.de dolo, nec non quia datur contra cunctos, ad ipſos peruenerit commodum ex dolo
l.hæredibus, l.ſed & ſi ex dolo, datur etiam in hæredes, & cæteros ſucceſſores. *l.ſi plures.in fi.*
ff.de dolo, ideoque cum hæc actio poſſeſſorem ſequatur ſcripta eſt in rem, quid igitur
mihi ſi tranſeat ad hæredes; & hanc ſententiam probat *Menoch.de recuper poſſ.remed.5.*
q.20.n.3.& num.in fin.de action.doli. Atq; hæc obtinent etiam in dolo facto a defuncto,
in quaſi contractu; non ex *d.l.ex contractibus, & ex depoſiti.ff de actionib. & obligationibus.*
non ex identitate rationis, valet enim argumentum de contractibus ad quaſi contra-
ctus *l.ſi pupilli.§.ſi quis ibi.ff. de negot. geſt. l. apud Iulianum. §. fin. cum l. ſeq. ff. ex quibus*
cauſ. in poſ. eat. l. ait prætor. §. in princ. iuncto. §. non ſolùm. ff. de minor. hinc *Bartol. Iaſon.*
Ang. Saly. in auth. ſacramenta puberum. Cod ſi aduerſus vend. inquiunt; quod ſicut contra-
ctus firmatur iuramento, ita & quaſi contractus. *fa. l.12.§.hæres.ff.ad exhib. vbi de dolo de*
functi in hac action.

Quæſt. 2. Sequitur alius iuris articulus de dolo defuncti in delictis, an tranſeat
7 pœna † doli ad hæredes, de quo *Doct. in l.vnic. Ne ex delicto defuncti. l.1.ff.de priuat.delict.*
l.ſicut pæna.ff.de reg.iur.l.pupillum.§ quod in hæredes & ibi *glo.magna.ff.de reg.iur.l.toties eod.*
tit.§.pen.inſt.de perpet.& temporal.action. Clarus in §.fin.quæſt.51.verb.vlterius quæro Did.lib.
3.cap.3.num.7.reſolut. Gom.cap.1.delictorum num.85. verb.item adde, quod mortuo, vbi plura
cumulat *Duenn.reg.13. Gabriel.comm.opin.in tit.de criminal.conſil.35. Angel.in rub.de acqu.*
hæred Ruyn.conſil.20.lib.4. Suarez.alleg.26. Vaſq.controuerſ.illuſtr.cap.96.num.27.v.ſexta
limitatio; Canoniſtæ & maxime *Abb.in c.fin.num.6.ext.de ſepultu. Burgeſ.in ca.1.col 4. de*
empti.& vendit. Dyn.in cap.poſſeſſor de reg.iur. Et tunc videtur hæredem dolo defuncti
teneri, ſiue in priuatis, ſiue in publicis delictis, ſiue de iure ciuili, ſiue de iure Can & pri-
mo de iure ciuili, & in priuato delicto, ex *l.3 §.quod autem ait.ff quod quiſq, iuris*; ibi an hęc
pœna tranſmittatur ad hæredem. ſecundo ex *l.ſi pro fure.ff.de condict.furt.* ibi cõdictio
rei furtiuæ, hæredem quoque iuris obligat. tertio ex *l.toties.ff.de reg.iur.* toties in hære-
dem damus actionem de eo, quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conue-
nitur, non ex ſuo; In publicis etiam Iudiciis idem iuris videtur ſtatutum, primo ex *l.*
fin.ff.ad l.Iul.pecul. ibi, publica iudicia peculatus, & de reſiduis, & repetundarum ſimi-
liter aduerſus hæredem exercentur, ſecundo ex *l.publicatum. ff. de accuſat.* ibi excepto
repetundarum, & maieſtatis iudicio, quæ etiam mortuis reis, quibus cum nihil actum
eſt, adhuc exercere placuit, vt bona eorum fiſco vindicentur, *l.fin ff. ad l. Iul. maieſtatis.*
vbi declaratur hoc obtinere, non in omni capite legis Iuliæ ſed in eo, quod incidit in
crimen perduellionis, ſcil. quando hoſtili animo, erga rempublicam, vel principem
fuerit animatus, tertio in crimine hæreſis eſt expreſſum in *l.2.& l. apoſtatarum in fine. C.*
de hæret. & prædicta omnia confirmantur ex regula, quod hæres fungitur eadem per-
ſona, cum defuncto, *auth. de iur.iur. à mor.præſt.* ſuſcipitque eius commodum, & incom-
modum. *l.3 ff.de bonorum poſſ.l.hæreditas ff de reg.iur.l.cum hæredes.ff.de acq.poſſ.* & turpia
lucra ſunt reſtituenda. *l.Lucius. ff.de iur.fiſci*, & ex alieno onere non debent diteſcere;
8 De iure † autem Canonico videtur habere minus dubitationis, nam teneri ex dolo
defuncti

defuncti hæredem hoc iure; probat tex. in *c. fin. de ſepultur.* & ibi gl. ordinaria, & com-
muniter *Doctores in c. litteris ext. de raptor. c. tua nos d. l. ſua* Bald. in *l. vnic. C. ex delicto defun-
cti*; & ratio eſt in promptu, quia tenetur hæres exonerare conſcientiam defuncti, vt
dixit *Gomeſ. in c. 1. delictorum d. n. 85. in fin.*
9 Ex aduerſo, quod imò hæres † non teneatur, oſtenditur ſcilicet quod nec in
10 priuatis, nec in publicis delictis obligetur, & primo quo ad priuata † delicta eſt text. *in
l. 1. ff. de priuat. delictis*, vbi *Vlpian.* ait ciuilem conſtitutionem eſſe pœnalibus actioni-
bus hæredes non teneri, nec cæteros, quidem ſucceſſores, ſecundo ex §. *penult. de per-
pet. & temporal. action.* in quo Iuſtin. ait eſſe certiſſimum ex maleficiis pœnales actio-
nes in hæredem non competere, velut furti, vi bonorum raptorum tertio ex *l. ſicut pœ-
na. ff. de reg. iur.* vbi inquit Pomponius, ſicut pœna ex delicto defuncti hæres teneri non
debet, ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum peruenit, cui reſpondet text. in *l.
pupillum. §. in hæredes. ff. eod. tit.* ait enim in hæredes non ſolent actiones tranſire, quæ
pœnales ſunt ex maleficio, velut furti, damni, iniuriarum, & ratio prædictorum eſt,
quia per mortem delictum, & pœna extinguuntur *l. defuncto ff. de publ. iud l. Senatus. §.
ſi propter mortem. ff. de Turpill. Ancaran. conſ. 273. Corn. conſ. 195. colum. fin. lib. 2. l. fin. Cod. ſi
reus, vel accuſ. mort. fuer.* quia ſcilicet mors omnia ſoluit. § *deinceps. in auth. de nuptiis. Dec.
in d. §. in hæredes* dicens, neminem poſt mortem poſſe accuſari, nec in cadauer mortui
11 ſæuire ſuſpendendo ad furcas ſequitur ibidem *Cagnol.* Præterea † in publicis iudiciis
pœnam ad hæredes, non tranſire, confirmat *tex. in d. l. ex iudiciorum.* vbi *Modeſt.* ex pu-
blicorum iudiciorum admiſſis, non aliàs tranſeunt aduerſus hæredes pœnæ bonorũ
ademptionis, quam ſi lis conteſtata, & condemnatio fuerit ſequuta, ecce quod regu-
12 lariter non tranſit pœna ad hæredes; Rurſus, nec iure quidem † Canonico tenebi-
tur hæres ex delicto defuncti, nam & ſi obligetur non tamen tenetur, ex delicto,
ſed ex quaſi contractu, vt dixit Abb. *Panormit. in cap. vltim. de ſepultur.* nam ait *Panorm.*
obligari hæredem ad refectionem damni, & læſionis illatæ per defunctum; quia taci-
te ſaltem ipſe defunctus decedens cum ſignis contritionis promittit, & iniungit hæ-
redi illius damni compenſationem, ita quidem, vt hæres ratione huius tacitæ promiſ-
ſionis, vel præcepti potius, quam de delicto teneatur; *Repetit Abb. in d. c. litteris de raptor.*
eſt gloſſ. inſignis *in c. à nobis in magno, de ſent. excom. in gloſſ. vltim.* Dolus defuncti qua-
tenus noceat hæredi de iure ciuili, de iure Canonico lite conteſtata non cum defun-
cto. *Iannec. de inuent. part. 7. fol. 244. n. 69. 70. & 71.* Quid ergo magis probandũ? puto di-
13 ſtinguendum; hoc modo, aut quærimus † de iure ciuili, aut de iure Canonico: & pri-
mo quidem capite aut ſumus in priuatis delictis, aut in publicis; Aut in priuatis quidẽ
concluſio ſit negatiua, ſcilicet non tranſire ad hæredem dolum defuncti. *l. 1. ff. de pri-
uat. delict. §. fin. ff. de perpet. & tempor. action. l. ſicut in pœnis l. pupillum. §. in hæredes. ff. de regu.
iur.* & adducta illa ratione, quia morte delinquentis, pœna, & delictum extinguitur;
14 limitatur † autẽ vt non procedat, quãdo pœna eſt à lege impoſita ipſo iure, nã ea tunc af-
ficitur hæres, & ita procedit *l. 3. §. quod ait. ff. quod quiſq. iuris*, ratio limitationis exprimi-
tur ibi in *gl. fin. in vltima ſolutione.* ſcilicet quia pœna erat declarata in viuẽte per legem;
ſecus ſi quis haberet actionem ad imponendam pœnam. & vt arbitror eſt perinde, ac
ſi fuiſſet cum defuncto lis conteſtata, quo caſu certum eſt pœnam ad hæredem extẽ-
15 di; vt paulo infra dicemus; ſecundo limitatur † ſi de eo dolo aliquid ad hæredem per-
ueniſſet *l. vni. C. ex delic. defunc. l. toties. ff. de reg. iur. l. ſi ipſa res ff. quod met. cauſ. l. ſi plures. ff. de
vi, & vi armata.* ex ratione *dictæ legis vni* ne ſcilicet ex alieno ſcelere ditetur, & ex ra-
tione *d. l. ſicut. ff. de reg. iur.* quia ſicut damnum non patitur ex dolo defuncti; ita nec de-
bet lucrum capere, ex *d. l. Lucius. ff. de iur. fiſci*, quia turpe lucrum reſtituendum, & ita di-
luitur tertium argumentum contrariæ partis. *l. in hæredem cum l. ſequenti. ff. de dolo, l. cum
prætor*, & ibi: *Decius. ff. de reg. iur. l. 2. §. perueniſſe. ff. de hæreditate vendita*, idemque iuris
eſſet, ſi dolo feciſſet hæres ne ad ſe perueniret. *l. qui re. §. & ſi quid. ff. de hæredi. vel actione
vendita*, & *l. 28. ff. de dolo*, & quandoque hæres non tenetur de eo quod ad eum perue-
16 nit, vide *Decium & Cagnol. in l. toties. ff. de reg. iur*, Tertio fallit † in pœna furti, quæ por-
rigitur ad ſucceſſorem, propter frequentiam furtorum, vt dixit Decius, & *Cagnolus in
lege toties. ff. de reg. iur. Gomeſius cap. 1. delictorum num. 85. in fine per textum in l. ſi pro fure. ff.
de condict. furt.* & ita tollitur ſecundum obiectũ contrariæ ſententiæ: eſt enim vt inquit
Bartolus, ſpeciale in furto propter frequentiam delicti, ſicut in ſimili dicitur de adul-
terio in *l. transigere. Codic. de tranſactionibus*, prohibitam ſcilicet eſſe tranſactionem
in eo propter frequentiam illius ſceleris; Sed falſum eſt; quod pœna furti, afficiat

non dicitur dolus, ſed vbi ſui lucri cauſa affirmat idoneum, tunc dolus præſumitur
& Battol. ibi dicit vidiſſe de facto in quodam aduocato, affirmantem aliquem eſſe
idoneum fideiuſſorem cum non eſſet, & Caſtrenſ infert contra Cardinales, qui pro
lucro affirmant, aliquem eſſe idoneum beneficio, cum ſit indignus; ſed non puto id
accidere in perſona tam graui, & in tanta dignitate poſita; quod in perniciem animæ
ſuæ, & in re tam regia & contra honorem Eccleſiaſticum, mentiretur, Cardinales
enim in Rom. Curia præſentes præfectis prætorio adæquantur, gl. ab omnibus appro-
bata in *l. vnica in verbo iudicaturus. ff. de offic. præfect. prætor.* idcoquè conuenit tan-
tum præſumere de bonitate, & integritate ipſorum, quantum præſumitur de præ-
fecto *in d. l. vni.* quod tanto magis de illorum bonitate exprimendum eſt, quanto
ſunt ſacerdotum leuitarum, de quibus in veteri teſtamento, *Abb. not ſingul. in cap. per
venerabilem ext. qui filii ſint legitimi*, & ideo dicuntur ſacerdotes principales. *cap.
ſecundo de offic. archidiaconi* & appellantur pars corporis *papæ Cardin. in clement. 2.
in princip. de celebr. miſſ.* & papa cum iis iudicat orbem terrarum *d. cap. per venerabilem.
§. rationibus ver. ſunt autem*, & ideo non poteſt cardinalis condemnare de rigore iuris,
niſi cōuincatur *per 72. teſtes. c. præſul 2. quæſt. 3. vol. 4. Card. Diaconus 42. teſt. Cardinalis ſub-
diaconus niſi 7. teſtib. d. cap. præſul & per gloſſ. ordinar. in c. 1. de ſchiſmat. in ſexto.* Nec non ob-
uians Cardinalis Reo mortis dum ducitur ad locum iuſtitiæ habet priuilegium libe-
randi eum à morte *Bald. in l. addictos in fin. & ibi Petr. de Suzz. de appell. & per Felyn. in cap.
quærenti in primo 3. col. de off. delegati.*

Quæſt. 23. Quæritur 23. Vtrum dolus aſſeſſoris noceat officiali, ſiue Magiſtratui,
24 cui aſſidet; † eſt enim Aſſeſſor ille, qui iudici aſſiſtit, vt illum inſtruat ad proceden-
dum, recteque iudicandum *Azzo in ſumma Cod. de aſſeſſ. Bologn. in Rub. ff. de offic. aſſeſſ.
num. 3.* vbi defendit hanc definitionem ab impugnationib. Mantuæ, faciunt ad hanc
quæſtionem, quæ ponunt *Doct. in l. 2.* per illum *tex. ff. quod quiſque iuris*, licet *Alex. Iaſ.
Caſtrenſ. Bart. & alii*, quos vidi non ponant in terminis; videtur autem negatiua ſenten-
tia verior; Primo per *conſ. Caſtrenſ. conſ. 55. num. 12. & 16. vol. 1.* vbi inquit quod dolus v-
nius alteri obeſſe non debet; facit *Rub. C. Ne vxor pro marito, & Rub. C. ne filius pro patre*,
nemo enim debet ferre iniquitatem alterius *l. 35. 1. ff. de eo per quem factum erit*, ibi non
propter dolum alienum Reus lucrifaciat, & actor damno afficiatur.

Secundo ſumitur argumentum ex *d. l. 2.* In quia Papinianus dicit illo edicto conti-
neri, dolum ipſius ius dicentis & Magiſtratus, vt ſcilicet ſibi noceat, iuxta regulam,
quod ſuus cuiq; dolus, *& c. ergo non dolus aſſeſſoris*, argumento *l. cum prætor. ff. de iud.* Ter-
tio per dictam *l. 2.* Magiſtratus non tenetur de imperitia aſſeſſoris, ergo nec dolo quia
imperitia in adſeſſore, qui eſt iuriſperitus, vel doctor, eſt dolus ſaltem præſumptus *Sa-
ly. in d. l. 2.* dicens, ſpeciale eſſe in eo, qui aſſerit, vel aſſerere videtur ſe iuriſperitum, vt
eſt Adſeſſor, appellatione doli contineatur lata culpa; & videtur probare ibi *A-
lexand. num. 1. col. prima in fin. Iaſ. ibid. col. 1. num. 2.* inquiens pondera videri per hunc tex.
quod imperitia in aſſeſſore, & ſic in eo qui aſſerit ſe peritum eſt dolus præſumptus, &
ita dicit notanter ad hoc *Bald. in cap. 1. §. iudices. de pace iuramento firmand. & Angel. eti-
am* in *d. l. 2.* ita videtur ſentire & *Bal. in c. in noſtra de procur.* notat ex illo textu quod in vi-
ro litterato faciente iniuſtitiam præſumitur dolus, ſi imperitia eſt dolus, ab imperitia
Aſſeſſoris excuſatur, ergo à Dolo.

In contrarium fortiter vrget, quia Magiſtratus ob dolum Aſſeſſoris priuatur of-
ficio; *Bart. in l. diem functo. ff. de officio* Adſeſſ. *Iaſon. Niger. & Bolog. ibi numero 68. & 69. verb.
ex iſta diſtinctione, & verb. ſecundo colligitur*, quod autem poteſt eſſe maius præiudicium.
Secundo *ex d. l. 2. ff. quod quiſque iur.* Nam quicquid non eſt exceptum continetur ſub
regula not. per Doct. *in l. 1. ff. de reg. iur. §. teſtes autem inſti. de teſtam. ord.* ſed excipitur ibi
imperitia Aſſeſſoris ne noceat, ergo includitur dolus, maxime quia in Dolo Aſſeſſoris
ceſſat ratio, cur Magiſtratus ab imperitia excuſetur, vt colligitur ex dicta *gl. in pr.* Ter-
tio facit à ſimili, de Magiſtro Nauis, qui tenetur de dolo ſuo; & ſuorum Nautarum. *l. 1.
l. magiſtrum cl. 1. & ſeq. ff. de exerc. excepto caſu*, de quo in § *non ex omni.* eadē lege, ſibi enim
debet imputari, quod non elegerit virū aſſeſſorem probatæ vitæ, ſicut & Magiſtri, qui
nō aſſumunt ad iſtud officiū bonos viros. Pro reſolutione diſtinguendi ſunt aliqui ca-
ſus, nā poteſt multis modis dubitari, an iſte dolus magiſtratui, & primo an officiat quo
ad pœnā illi⁹ edicti. *ff. quod quiſq; iuris ſcilicet.* q. ſi dixerit Magiſtratus ius iniquū p dolū
Aſſ. & ipſi Magiſtrat⁹ debēt in cauſa ꝑpria, iure vti. Secūdo quo ad ſyndicatū ita vt fa-
ciat litē ſuā, ſi iniuſtā tulerit ſentētiā dolo Aſſ. tertio an ꝑiudicet quo ad offic. & Magiſt.
quo ad

quo ad primum videtur nocere magiſtratui hic dolus; ex ſecundo argumento ſum-
pto, *ad d.l.2.* & ex tertio argumento à ſimili de Magiſtro Nautarum. Nec obſtant ad-
ducta ex aduerſo, ad primum enim reſponſio ſit, quod dolus proprius ipſius magiſtra-
tus videtur, ex quo virum facinoroſum elegerit & de eius conditione non bona, ſe
informauit, & ſic diluitur ſecundum argumentum & quia pro dolo Aſſeſſoris tene-
tur, vt Magiſtri pro dolo Nautarum. Non vrget ſecundum argumentum, quoniam
imperitia etiam in ſua arte, non aſcribitur pro dolo vero, nec dolo præſumpto, de ve-
ro plus eſt manifeſtum, de præſumpto tradit, *Alexand. & alii in d.l.2.max. Iaſ. ibi nu-
mero* 2. dicens tutius eſſe tenere, quod imperitia ſit lata culpa, dolus autem eſt culpa
latior, & dixit, *Alexan. ibi in princ. 2.colum.* ex *d. Barto. in l. quod Nerua verb. 4. quæro. ff. de-
poſit. per Bald. in l. pignus. Cod. de pign. action.* limitanda vero videtur concluſio in hoc pri-
mo caſu, quando aſſeſſor non eſſet electus ab ipſo Magiſtratu, ſed eſſet ſibi datus à
republica, vel communitate vel principe, vt in ſimili limitant *Doctor. in d.l.* 2. vt of-
ficialis non teneatur in ſyndicatu de imperitia ſui Aſſeſſoris, ſi iſtum non elegerit; in
ſecundo caſu quo ad faciendam litem ſuam dicendum eſt etiam, nocere, ſumpto ar-
gumento à multo magis; nam tenetur de imperitia ſui Aſſeſſoris *gloſſ. in d. l. 2. in fine*,
& ſimiliter dicit ibi, igitur multo magis de dolo; limitãdo, vt in primo præcedenti caſu;
In tertio etiã caſu, præiudicium fieri, quo ad amiſſionẽ magiſtratus; magis eſt cõmunis
cõcluſio, vt in primo argumento ſententiæ affirmatiuæ, quæ tamen declaranda eſt, vt
Magiſtratus habeat contra Aſſeſſorem regreſſum, ad intereſſe ſi tenetur aſſeſſor, quia
culpa ſua fuit magiſtratus ab officio remotus argumento, *l. merces. §. culpa. ff. locat. &
l. penultim. ff ſolut. matrimon.* Ex quibus iuribus, *Iaſ. & Niger. in dicta lege diem functo* in-
ferunt, quod ſi propter inimicitias Aſſeſſoris, præſes non poſſet adminiſtrare officiũ,
teneretur ad eius intereſſe, vt refert, & probat, *Bolog. in d. lege diem functo n.26.* addens, ꝙ
præſes, ſiue Magiſtratus in prædicto caſu, denegabit etiam ſalarium Aſſeſſorum; &
poſtea aget aduerſus illum ad intereſſe; quemadmodum è conuerſo, ſi aſſeſſor pro-
pter inimicitias præſidis, non poſſet adminiſtrare, deberet habere ſalarium, quia ad-
ſcribitur culpæ præſidis, inferens ad Doctorem, conductum ad legendum, nam ſi
legere non poſſet propter inimicitias principis, vel ciuitatis conducentis, eſſet ei
præſtandum ſalarium durationis; idem ſi propter caſum impediretur legere, veluti
propter peſtem; de exceptione doli, duas quæſtiones pulchras vide omnino apud *Ma-
rantam de ordine iudic. par. 6. in titul. de exception.* limitanda eſt autem principalis con-
cluſio, quod ſcilicet dolus aſſeſſoris noceat, vt procedat quando dolus eſt commiſſus
in his, quæ pertinent ad officium ſuum, non ſi extra officium, argumento. *dict. l. 1. §.
magiſtrum iuncto. §. non ex omni. ff. de exercit. l. quicunque. §. non tamen omni. ff. de In-
ſtit. l. in eum §. ſeruum. ff. eod. de inſtit. & l. fin. ff. quod cum eo*, confirmatur in ſimili, nam li-
cet notariis credatur, adeo quod vim duorum teſtium vnus Notarius obtineat, *Ruyn.
conſil 36. numero primo, libr. 4. Menoch. de arbr. iud. cauſ. libr. 2. cent. 2. caſu* 105. *numero*
39. vbi multos ad id citat authores, tamen procedit in his, quæ ſpectant ad eius offi-
cium, ſimili modo libris argentariorum creditur, in his, quæ corũ reſpiciunt officium.
Iaſ. Ripa, & alii in *l. admonendi ff. de iur. Iaſ. in l. age numero 3. Cod. de tranſaction.* Dec. *in cap.
poſt ceſſionem num. 5. de probat. & conſ. 40. num. 3.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 9. Crau.
conſ. 3. numero 15. & conſilio 196. numero 3.* Doctor. *in l. 1. C. de edendo.* ſic cum agitur de ad-
hibenda fide Campanis, ſigillo, & ſimilibus intelligitur quoad cauſam ipſam ad ſe per-
tinentem *Crau. conſi. 196. numero 3. & conſ. 222. num. 12. & 13. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 2.
caſu. 91. n. 23: cum ſeq.* & ratio prædictorum videtur, quoniam extra officium talis nem-
pe aſſeſſor, non eſt aſſeſſor, nec Notarius eſt, nec argentarius, talis.

Quæſt. 24. de dolo tertii in teſtamento, vtrum ſcilicet noceat eis, ad quorum
25 fauorem fuit adhibitus, † nam quod doloſo noceat, plus quam manifeſtum eſt ex
l. 1. & 2. C. ſi quis aliq. teſtam. prohib. nam omnes leges loquentes de eo, qui prohibet ali-
quem teſtari, aut cogit ad non mutandum, vel mutandum teſtamentum, vel impel-
lit ad teſtandum, locum habet non ſolum ſi ius, aut metus adhibeatur, ſed etiam do-
lus, mala fides, *l. 2. §. 1. ff. ſi quis aliq. teſtam. prohib. l. Lucius. 3. Sempronia. ff. de lega. 2. Cuman.
in rub. & l. 1. ff. ſi quis aliq. teſtam. prohib.* & *ibi Roman. Gabriel. conſ. 990. num. 7. col. 2. verb. quo
ad ſecundum*: Sola igitur vertitur dubitatio de dolo tertii, an noceat eis, qui dolum non
adhibuerunt, & propter illum dolum ſenſerunt commodum, veluti, ſi Titius me fe-
ciſſet heredem in ſuo Teſtamento, & nolens poſtea mutare teſtamentum dolo Mæuii,
ſit prohibitus nõ culpa mea, vt in *l. 1. & 2. ff. ſi quis ali. teſtar.* aut ſi teſtator nolens me hæ-

redem facere, prohibitus ſit teſtari, dolo Caii, ne ad me perueniret hæreditas, vt in
ſimili *d. lex filia. ff. ſoluto matrimonio*, aut ſit coactus facere teſtamentum, & non me,
ſed alium inſtituerit hæredem, vt in caſu ſuper quo conſuluit, *Gabr. conſi. 99. volum. 1.*
diuido autem facilioris diſtinctionis gratia hanc quæſtionem in duos articulos; Quo-
rum prior eſt, an dolus patris, vel domini, noceat filio, vel ſeruo; ſecundus eſt an
doſus cuiuslibet tertii, mihi noceat; quoad primum videtur affirmatiue reſponden-
dum, per text. in *l. 1. §. 1. ff. ſiquis aliquem teſtari prohib.* ad idem eſt text. in *l. vni. ff qui-
bus non competat bonorum poſſeſſio*, quibus iuribus ſimul iunctis probatur dolum patris
vel domini nocere filio, vel ſeruo, tam de iure prætorio, quam de iure ciuili, nam
cum ſeruus, vel filius eſſent hæredes inſtituti, pater vel dominus prohibuit, ne muta-
retur teſtamentum; denegatur filio, vel ſeruo hæreditas, aut bonorum poſſeſſio li-
cet poſtea manumittantur, & ſic in caſu, in quo nec patri, nec domino licet ſperare
commodum ex illa hæreditate; ratio eſt ſecundum *Roman. in d. l. 1. & 2. ff. ſiquis aliq. te-
ſtar.* propter coniunctionem, quæ eſt inter patrem, & filium, dominum, & & ſeruum,
cum aliis rationibus ſupra deductis *in quæſt. 20.* in contrarium facit dictum, *Bartol. in
l. penult. ff. ſiquis aliq. teſtar. prohib. & Roman. refert. in l. 1. §. ſi dominus eod.* nempe, quod
maritus prohibuit vxori, ne teſtaretur, ad effectum vt eius hæreditas pertineret ad o-
mnes filios, & ne mater, propenſione amoris erga vnum filium, magis quàm alium,
alteri plus relinqueret, talis dolus filiis non nocet; nec illis aufertur hæreditas tam-
quam ab indignis. pro reſolutione diſtinguendum eſt. Nam aut pater vel dominus,
quando prohibuit ne mutaretur teſtamentum, habebat filium, vel ſeruum inſtitutum
in poteſtate, & tunc noceat dolus, eſt enim ac ſi ipſe dominus, vel pater fuiſſet inſti-
tutus, cum cenſeatur dominum inſtituere, qui ſeruum inſtituit, & ob id dolus eſt
præſcriptus ratione dictæ vtilitatis, & propter ſpem vtilitatis, quia ipſemet erat ac-
quiſiturus hæreditatem, cum filius, & ſeruus quicquid acquirunt domino, vel
patri acquirunt, & ita procedit, *dict. l. prima. §. ſi dominus, & l. prima. ff. quibus bonorum
poſſeſſ.* non competit. licet enim ex poſt facto ante aditam hæreditatem manumiſe-
rit, cenſetur fraudulenta manumiſſio, *dict. leg. 1. ff. quibus bonorum poſſeſſio non competat
Gabriel. dict. conſil. 69. numero octauo verb. quæ opinio colum. 3. ex notat. à gloſſ. Bartol. Paul.
Aret in l. ſi. ſeruus quis ff. de acquir. hæred.* aut ſeruus ante prohibitionem factam à domi-
no eſt manumiſſus, & ſic liberatus, aut filius emancipatus, dolus non nocet, quia nul-
la eſt ſpes vtilitatis præſentis in patre, vel domino & ita probat, *d. l. 1. ff. quibus bonorum
poſſ. &c. iuncta gloſſ.* & quia dicto filio, vel ſeruo, non acquiritur immediate ex do-
lo patris; vel domini, ſed ex teſtamento, in quo erat conſtitutus; *Gabriel. dict. conſ. 99.
nu. 8. verbo verum puto*, nec obſtat dictum *Bart. in d. l. filius.* nam procedit in ſpeciali illo
caſu, & rationem ſpecialitatis affert *Romanus in l. 1. §. Dominus in fin ff. ſiquis aliquem te-
ſtar. prohib.* & quicquid dubitat ibi *Romanus* an verum ſit dictum Bartoli. In primo
igitur caſu à filio, vel ſeruo tamquam ab indigno aufertur hæreditas relicta, non qui-
dem odio perſonæ, ſcilicet filii, vel ſerui, qui non deliquit, ſed odio facti, *l. 2. vbi Rol.
colum. 2. Saly. l. 4. C. ſiquis aliquem teſtari prohib. & Gabriell. ſupra numero nono.* dicit com-
muniter teneri. Debet enim fiſcus accuſare patrem, vel dominum, & curare, vt
condemnentur tamquam doloſi, quæ ſententia condemnatoria nocet etiam filio,
vel ſeruo inſtituto ex dolo dicti patris, vel domini, & inducit communem eſſe
practicam, *Corne. conſil. 2 9 numero vigeſimo nono. volum. 2. Bartol. & alii communiter in l.
fin. ff. ſiquis aliqu. teſtament. prohib.* Alia ratio eſt, quia vbi conſtet de voluntate etiam
per teſtes, habetur perinde ac ſi teſtatus eſſet. Aduerte tamen, quod ſi conſtaret,
quod ille teſtator, qui inſtituerat filium volebat mutare teſtamentum, & alium hære-
dem inſtituere puta Sempronium, quando fuit prohibitus, & hoc erat exploratum,
tunc iſte Sempronius aget actione de dolo ad intereſſe contra dictum prohibentem, 12
& contra eum iuraretur in litem, *Plot. in l. ſiquando. §. 45. in princ. C. vnde vi*, & ſi ipſe
non ſit ſoluendo; datur regreſſus in ſubſidium contra fiſcum, vt dixit *Rom. in l. 1. in fine
prin. ff. ſiquis aliq. teſt. proh. Bart. in l fin. eod. Alex. Iaſ. Rip. n. 32. in l. 1. § fuit quæſitum. ff. ad Tre-
bell. ex not. in l. fin. §. 1. ff. de eo per quem fact. erit*, late *Gabriell. d. conſ. 99. nu. 13.* ratio eſt, quia
dolus prohibentis non debet nocere ei, qui erat inſtituendus. *l. iniquiſſimum. ff. de iur. &
fact. ignor.* & ideo agitur contra illum ad inter eſſe, & in ſubſidium contra fiſcum, qui
non debet locupletari cũ aliena iactura, arg. *d. l. 3. §. 1. ff. de eo per quẽ factũ erit*, ibi nõ pro-
pter dolũ alienum reus lucrũ faciat, & actor damno afficiatur. Et ſatis eſt ei conſultũ, q
ſi non appareat, quẽ ille teſtator nolebat inſtituere, quando fuit prohibitus mutare te-
ſtamentum

fruitur bonis illis ablatis ab hærede primo tanquam ab indigno. In ſecundo caſu, quando filius, vel ſeruus, tempore prohibitionis factæ teſtatori, ne teſtamentum mutaret; erat manumiſſus, tunc non auſertur ab eo, tanquam ab indigno hæreditas per fiſcum argumento *d. l. 1. cum gloſſ. ff. quib. bon. poſſ. non competat*, quia ſcilicet non habet ex dolo præſumpto prohibentis patris hæreditatem. Ex quo ratione emancipationis nihil erat acquiſiturus; nec ex dolo vero, quando ex teſtamento habet, quia ſcilicet fuerit inſtitutus non immediate, ex dolo prohibitionis; ideoque dolus alterius non debet nocere, vt in ſimili dicitur de legato in *d. l. 1. §. ſi dominus*, quod erat reſtituendum, ab eo, quod dolo fecerat; ei qui dolum nullum commiſerat; Sed quid ſi palam eſſet, quando pater prohibuit, ne teſtator mutaret teſtamentum, quod in illa mutatione volebat Caium inſtituere; vtrum Caius agens de dolo ad intereſſe contra doloſum, & reperiens non eſſe ſoluendo, habeat regreſſum contra filium emancipatum, quaſi locupletatus cum aliena iactura, & quaſi non habeat voluntate teſtatoris, & ſane non inuenio apud Doctores in terminis, putarem tamen, quod non haberet, cum non ex dolo immediate acquiſierit, ſed ex teſtamento, quod non fuit mutatum, & quia dicunt Doct. abſolute dolum tertii non nocere, quoties ex illo dolo immediate nō acquiſito excepto caſu *d. l. 1. §. ſi dominus*. vbi eſt ſpecialitatis ratio de qua ſupra; quod ſi contra daretur regreſſus, dolus ille noceret, de dolo tertii in ſententia tradit *Alciat. l. ſub prætextu num. 22, C. de tranſact.* Venio modo ad ſecundum articulum principalem, & quæro an dolus cuiuslibet tertii, noceat mihi in teſtamento, quo minus legata conſequar, aut hæreditatem, & videtur altero de duobus modis diſtinguendum; Aut dolus iſte tertii, eſt dolus præſumptus, aut dolus verus: *gl. in l. 1. C. ſi quis aliq. teſt. prohib.* inquit non nocere, quia alienum damnum in alienum lucrum conuerti non oportet. Sed additio *Bart.* dicentis ex intentione *Petri, Cyni & gloſſ. in Rubr. ff. ſi quis aliquem. teſta. prohibuerit* quod vbi dolus eſt immediate cauſa acquiſitionis nocet tertio. Priore caſu ſi adeſt ſpes compendii in doloſo nocet, veluti ſi quis in teſtamento aſcripſiſſet legatum, ſeruo ſuo, & Titii, Titio noceat, ita quod partem legati non poſſit vendicare. *l. filius. §. ſequens. ff. de falſis l. impuberem ff. eod. tit. Gabr. d. conſ. 99. n. 11. verb.* quia tametſi dolus, & exemplum eſt in patre, vel domino, qui prohibet teſtamentum mutari, in quo filius, vel ſeruus non manumiſſus erat inſtitutus. In poſteriori vero caſu, Dolus verus indiſtinctè nocet, quando dat cauſam actui, ex quo acquiritur, *d. l. 1. ſi quis aliq. teſtam. proh. Gabr. vbi ſup.* dicens procedere etiam in ignorante dolum, quicquid in cōtrarium dixerit *Iaſ. in d. l. 1.* Sed quando verus dolus non dat cauſam actui, ex quo acquiro, tunc non nocet, niſi adſit ſpes compendii in eo, qui dolum fecit, veluti ſi non eſſent hęredes legitimi ab inteſtato, & alter eorum prohibuerit, ne teſtes venirent ad reddēdum teſtimonium teſtamento, quod moriens deſtinauerat condere; ex dolo illius prohibentis, non fit præiudicium alteri, quia nō habet hæreditatem ex doloſa prohibitione, ſed ab *inteſtato. l. 1. in princ. ff. ſi quis aliq. teſtari*, vel ſi Titius erat in teſtamento inſtitutus, & cū illud teſtator nollet mutare, Sempronius extraneus, prohibuit ne mutaret, non officit Titio, quippe quia non habet hæreditatem ex actu illo doloſo, principaliter, ſed ex teſtamento non mutato, ſed ſi adeſſet ſpes compendii, licet non immediate ex illo actu doloſo acqreret; dolus noceret, vt in dicto. *§. ſi dominus, & l. 1. ff. quib. bon. poſſ. non comp.* iſta eſt diſt. *Gabriel. dict. conſ. 99. numer. 11. & 12.* Roman. autem *d. l. 1. §. 1.* diſtinguit alio modo non abſimili: aut dolus tertii eſt talis, vt ex eo immediate legatum, vel hæreditatem acquiram, & tunc mihi nocet, ratio eſt, quia ſicut alienus dolus mihi nocere non debet, nec damnum inferre, ita nec commodum, *Caſtr. in l. fin. ff. ſi quis aliq. teſta. prohib. l. 1. ff. ſi mulier. vent. nom.* ruſſus vt dictum eſt, non odio perſonæ, quæ non deliquit, ſed odio facti. Aut non acquirit ex dolo tertii immediate, iuxta *l. 2. & l. 1. §. ſed ſi legatum*, & dolus tertii non nocet, ſicut ibi expreſſum eſt; fallit in dicto. *§. ſi dominus*, & ratio eſt in promptu; quia in domino prohibente adeſt ſpes compendii, & in cauſa propria videbatur dolum adhibuiſſe, quaſi ipſe eſſet hæres inſtitutus; fallit etiam in filio ſucceſſuro matri ab inteſtato; ſi pater prohibuit, ne illa faceret teſtamentum, ad hoc vt tota hæreditas pertineret ad filios, vt dicit *Bart. in d. l. fin.* ratio ſpecialitatis eſt, vt per *Rom.* quia cū de matre agatur; & de filio, non videtur carere voluntate matris ille, qui ab inteſtato venit, argumento *l. conficiuntur. ff. de iur. codicill. & Ro.* etiā ait ſe dubitare de illa doctrina *Bart.* ſed eam probat *Bald. in l. 1. nu. 13. C. ſi quis aliq. teſt. prohib.* Quid aūt iuris, ſi ille, qui ex dolo tertii adhibito in teſtamento poſſideret damnum, patitur an haberet exceptionē doli contra hæredem, vel legatarium ſentientē commodum ex dolo tertii non ſuo, di-

conſ.34. Bald. conſ.52. volum. 3. & tandem *Romanum* vide in *l. æquiſſimum. ff. de eo per quem factum erit* vbi qualiter hoc ſit accipiendum in cauſa criminali, vt ſcilicet dolus vnius reputetur dolus alterius, latè declarat.

28 *Q. 27.* An dolus vnius excuſet dolum † alterius, negatiue reſpondet *Alexan. conſ. 77. volum. 3.*

Quæſt. 28. Vltimo quæritur, vtrum minor 25. annis, non ſua facilitate, vel culpa
29 aduerſarii, ſed dolo cuiuslibet tertii læſus habeat † reſtitutionem, in integrum, & ſane videtur reſtituendus ex edicto de minorib. argumento *l. 1. & l. non omnia. ff. eod.* generaliter enim definiunt minorib. læſis ac aliis reſtitutionis auxilium concedi, pondero verbum aliis, quod tam aduerſarios, quam extraneos comprehendit, item verbum læſis, quod verificatur in quaq; læſione a quocunq; veniat, & addo, rationem legis, dantis reſtitutionem, nempe quia ſcilicet fragile eſt, & infirmum huius ætatis conſilium *d. l. 1. cui conuenit etiam l. 1. ff. de reſtit. in integ.* vbi prætor dat reſtitutionem lapſis, nedum per metum, ſed etiam per ætatem, vt in propoſito, nam & minor ætas fuit in cauſa, vt non poſſit cognoſcere dolum illius tertii. Secundo ad ſtipulatur tex. tunc vrgens, allegatus per *Oddum de reſtit. in integ. part. 1. quæſt. 4. artic. 4 in princ. in l. d:um. ff. de reſtit. in integ.* ibi maxime ſi deceptio ab aduerſario interuenerit; quæ dictio maxime implicat caſum læſionis a tertii dolo, vt ſecundum ſuam naturam operetur, quæ eſt, vt extendat caſum implicitum, ad explicitum, vt ſcilicet illud quod dicitur, magis procedat in caſu explicito per comparationem. *c. fin. ad finem extra de ſumma trinit. gl. ſſ. ſingularis ad hoc in c. ſacro in verbo laudabilis ext. de ſententia excommunic.* & vere iſta dictio includit vtrunque caſum, ſed ponit maioritatem rationis in altero, & idem ius ſtatuit. *l. illud ff. ad l. Aquiliam,* & ibi *Floren.* Tertio in terminis videtur eſſe textus in *§. fin. l. properandum. Cod. de iudic.* vbi ſi facto curatorum minoris lis expirauerit tempore, & curatores non ſint ſoluendo, minori ſuccurritur per reſtitutionem contra aduerſarium. Contraria tamẽ opinio videtur ad veritatem propenſior, authoritate, atq; ratione; authoritas eſt *Pauli in l. arbitrio. § ſi cuius dolo. ff. de dolo;* in illis verbis, non vt arbitrio Iudicis reſtituatur; & ibi. à duabus eum de dolo (loquitur de tertio doloſo) dandũ Iudicium; & *Vlpian. in l. 2. §. fin. cum l. ſeq ff. ſi quis caut.* ibi ſed ei actio datur, aduerſus eum, qui detinuit, Ratio autem eſt, quia cum reſtitutio ſit extraordinarium auxilium, non competit, vbi dari poſſit aliud remedium, *l. in cauſæ ff. de minorib.* ſicut in ſpecie noſtra minori prouiſum eſt de alio remedio, ille tertius doloſus eſt ſoluendo, quod ſi poſſit emendare damnum, conueniretur actione doli dicto *§ ſi cuius dolo. d. l. 3. §. 1. ff. de eo per quem facti erit,* certe hic ceſſat reſtitutio argumento *l. cum mandato. ff. de minor.* vbi quoties minor poteſt de dolo agere cum ſuo procuratore non reſtituitur, ſi vero non eſt ſoluendo, & tunc datur illi regreſſus contra aduerſarium, ne ex dolo alterius lucrum faciat, cum aliena iactura *d. l. 5. §. 1.* quæ in terminis hanc rationem allegat, dolus enim alterius ſicut nocere mihi non debet, ita nec prodeſſe. Et ſi quis opponat quod ſaltem iſte regreſſus, qui conceditur veniat per viam reſtitutionis, non quidem ex edicto de minori. verũ ex generali clauſula; ſi quamdiu, vt dixit ſubtiliter *Oddus ſupra citato loco num. 17. verb. ego puto* authoritate gloſſæ in *dicta lege 3. in verbo actionem,* cui addo põderationem verbi, actionem reſtitutoriam; tamen non admodum firma videtur obiectio.

Primum quia gloſſ. ibi, nihil allegat deinceps, quia in ea interpretatione non ſe fundat Accurſ. cum ponat aliam ſententiam, quod imo ibi non ſit reſtitutio, quia cõpetat directa priſtina actio, quaſi non eſſet ipſo iure extincta, per iura, quę allegat; confirmatur ille regreſſ⁹, vbi nõ agatur de priſtina actione, ſed de emẽdatione alteri⁹ dãni, cõpetit actio in factũ, vt læſus conſequatur, quanti ſua interfuit dolũ nõ fuiſſe adhibitum, argumento *dict. §. ſi cuius dolo,* ſuffragatur, quia licet aduerſarius ab initio non fuerit in dolo, ſed tertius, tamen cum ſit locupletatus cum alterius iactura, incipit eſſe in dolo ex poſt facto, cum nolit reſtituere, argumento *l. 2. ff. de except.* doli; quippe æquipatantur, quod quis dolum adhibeat, vel cupiat locupletari cum alterius iactura; Non vrgent allegata ex aduerſo; Nam ſi dicimus cum Oddo, quod iura in eo allegata; licet generaliter loquantur; non tamen eſt locus, *leg. prima. ff. de leg. præſt.* & lege precio. *ff. de public. in rem actio.* Quia diſtinguuntur per leges alias, de materia loquentes. nempe per tex. in *l. quod ſi minor. §. non ſemper ff. de minor.* ibi & nemine cum eis contrahente; indicat enim dari reſtitutionem, quando læſus eſt a ſecun-

contrahentibus. Vide omnino *Caſtrenſ. in l. 2. & 3. ff. de eo per quem fact. erit*, vbi quomodo detur iſte regreſſus, & an detur reſtitutio. Alterum fundamentum diluitur; primum ex ſolutione Oddi, quod ſcilicet dictio, maxime ponitur pro, duntaxat, iuribus per eum citatis, & *l. 5. ff. de concubin.* ibi ingenuam in concubinatu eſſe poſſe traditur maxime eam, quæ obſcuro loco nata eſt, vel corpore quæſtum fecerit. idem in *l. 2. Cod. an ſeruus ex ſuo facto*; Rurſus elicitur quia dictio maxime ſæpe abundat, *gloſſa in l. fin. §. fin. Cod. de manum: ſ. teſtam.* per illum tex. ibi maxime propter libertates, quoniam propter nullum alium caſum, quam libertatis ea Imperatoris prouiſio inuenta eſt, ſimilis eſt tex. *in l. ſi dolo Cod. de reſcinden.* & tradit *Zaſ. in l. 1. §. quæſitum eſt; ff. quorum legat.* Præterea dato, quod illa dictio, maneret in priori illo ſignificatu, adhuc tamen, non includeret neceſſariò dolum tertii. Nam poteſt quis decipi altero de duobus modis, primo ex fragilitate ſuæ ætatis, & ita verificantur illa verba ſiue ſua culpa, & infirmitate conſilii ſiue fraude aduerſarii, & illi ſuccurritur per reſtit. *l. prima. ff. de reſtitut. in integ.* ibi, ſubuenit ſiue metu, ſiue ætate. Altero modo fraude aduerſarii; & vtroque modo habet reſtitutionē; maxime autem ſi fraus ab aduerſario, & c. Non obſtat ponderatio verbi (actionem reſtitutoriam) nam idem importat quod ex integro agere per *l. cum à te in fin. ff. de dolo*, & maxime ſtante ea declaratione *gloſſ. in ver. actionem*, nam ſi non expirauerat ipſo iure actio, non egebat reſtitutione. Non vrget tertium fundamentum, quoniam ibi non ſumus in cauſa doli Tertii, ſed intelligentiæ Curatoris, qui cenſetur eſſe idem cum minore, per *Bar. in l. eleganter. n. 3. ff. de dolo.*

Quæſt. 29. Quæritur an contra iſtum tertium doloſum iurari poſſit in litem
30 iuxta terminos. *l. ſi quando. Cod. vnde vi, & l. in actionibus. ff. de in litem iur.* † & ſanè videtur negatiuè, reſpondemus per *d. l. in actionib.* nam datur per eum textum iuramentum in litem in actionibus bonæ fidei regulariter, interdum & in ſtricti iuris iudiciis, ita vt præſtetur contra principales contrahentes occaſione doli præſtiti in contrahendo; At tertius eſt extra contractum, & hoc nomine non tenetur, qui non eſt ex contrahentibus, vt docuimus initio huius diuiſionis; Verum alia ſententia eſt magis vera, & magis communis, nam præſtatur iuramentum contra quemcunque doloſum, in pœnam ſui doli, vt per Doctores in dictis legibus & præſertim *Plotum in. d. l. ſi quando.* §. 49. *num.* 12. *& num. 20. verb. infero.* vbi poſito pro conſtanti, quod contra doloſum quemcunque curetur, reuocat in dubium, an contra hæredem, & ſucceſſorem illius doloſi poſſit iurari, item an aduerſus eum, qui tenetur pro doloſo; licet dolus non ſit, id ipſum apertè probat in §. 4. *numero* 1. & ratio dictæ opinionis eſt, quia nihil eſt cur doloſo tertio ſit parcendum magis, quam contrahentibus. Nec aduerſatur argumentum deductum, quoniam *in d. l. 2. lege*, non adeſt dictio taxatiua, & non negat, quando vltra contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, & ſic vltra contrahentes non debet iuramentum præſtari; ſed quæritur, an is qui doloſus non eſt, ſed tamen eſt obligatus pro doloſo, patiatur iuramentum in litem, & contingit duplici modo, cum qui dolo non fecit, teneri tamen pro doloſo, nempe aut ex forma ſtatutorum; vt villa, vniuerſitas, quæ propter ſtatuta tenetur pro delicto commiſſo in ſuo territorio. vel pater, vt teneatur pro filio, vel dominus pro ſeruo, Aut iure communi, vt hæres, & ſucceſſor doloſi, vel alius bonorum poſſeſſor vniuerſalis, vel particularis dicti doloſi, & in vtroque caſu ceſſare iuramentum dixit *Plotus. d.* §. 45. *numero* 17. *verb. quare eo limita, & numero* 20. *ver. & infero; & numero* 22. vbi limitat in hærede, quando dolus fuiſſet in committendo vel aduerſus defunctum fuiſſet lis conteſtata, *Doctores in l. alio iure C. de in litem iuran. Bart. in d. l. in actionibus. numero* 22. ratio videtur, quia cum detur illud iuramentum in pœnam, & in odium doloſi, ceſſat hæc ratio in non doloſo, & pœnas, & odia conuenit reſtringere, *ca. odio*, & ibi not. *de reg. iur. in 6.* & ea de re agemus infra in ſequenti diuiſione doli.

31 *Quæſt.* 30. Quæritur tertio an dolus matris noceat filio † vide gloſſam in *l. Diuo. ff. de iure patron. in l. emancipatum § fin. & ibi Bartol. ff. de ſenatori. Dynus in regula nan debet aliquis in 6. Alexand. de Imol. in l. adoptiuum §. patronum. ff. de in ius vocanda*, quæ iura citat *Bertachinus in verbo delictum fol. 49.*

Quæſt. 31. Quæritur de dolo illius, qui falſas menſuras, & falſa pondera accommodauit contrahentibus, de cuius pœna, vide quæ dicam infra *in 3. lib. de titul. de dolo in contractib. bonæ fidei.*

32 *Quæſt.* 32. Quæritur an delegans teneatur de dolo, vel de imperitia † delegati.

ni. Alex. in l. hoc edicto. num. 10. *ff. quod quiſq. iuris*, vbi etiam quærit an epiſcopus teneatur de dolo, & imperitia ſui Vicarii.

Quæſt. 33. Quæritur de dolo tertii in cauſa depoſiti. *l.* 16. *ff. depoſiti ibi vide.*

De dolo Authoris, & de dolo ſucceſſoris
Diuiſio VII.

1 *Authoris nomen variè in iure vſurpatur, & quomodo in hac diuiſione capiatur.*
2 *Author duplex, vniuerſalis, & ſingularis.*
3 *An hæres teneatur ex dolo defuncti in contractibus, examinatur.*
4 *Concluditur affirmatiuè.*
5 *Contraria diluuntur.*
6 Dolus *dans cauſam contractui, non obligat ſucceſſores actione doli.*
7 *Pæna doli in delictis, num tranſeat in hæredes, diſcutitur ſecundum ius ciuile, &* numer. 9.
8 *Quid iure Canonico.* & num. 11. & 24 *vbi reſoluitur quæſtio.*
10 *Quid in delictis priuatis.*
12 *Quid in publicis.*
13 *Diſtinguitur in priuatis delictis, & limitationes afferuntur.*
14 Limitatio *prima.*
15 *Limitatio ſecunda.*
16 *Limitatio tertia.*
17 *Limitatio quarta.*
18 *Limitatio quinta.*
19 A*liæ limitationes remiſſiuè.*
20 *In delictis publicis firmatur regula negatiua.*
21 *Ampliatur etiam lite conteſtata.*
22 *Limitatur condemnatione ſequuta.*
23 *Limitatur in quinque publicis delictis.*
24 *Diſtinguitur reſoluendo de iure Canonico.*
25 A*n dolus Authoris in Vſucapionibus, hæredi noceat.*
26 *Diſtinguuntur capita articuli.*
27 *Vitium doli reale nocet hæredi.*
28 *Vitium perſonale hæredi nocet in continuanda vſucapione ex defuncti perſona.*
29 *Etiam ſi hæres bonæ fidei ſit.*
30 *Mala fides defuncti nocet ſecundum communem ſententiam iure ciuili hæredi volenti ex ſe vſucapionem inchoare, contra Martinum.*
31 *Tolluntur argumenta pro opinione Martini.*
32 *Limitatur communis opinio in hærede volente ex alio titulo incipere vſucapionem.*
33 *Diſputatur idem articulus de iure Canonico.*
34 *Firmatur opinio affirmatiua, vt magis communis.*
35 *Quibus caſibus hæres ex dolo defuncti conuenitur, actio diuerſam ſortitur naturam, & eſt communis opinio.*
36 *Notantur quatuor diſcrimina.*
37 *Numquid iuramentum in litem propter dolum competat contra hæredem, ſicut contra defunctum.*
38 *Firmatur opinio* Bart. *communis.*
39 *Conſtituuntur in eodem articulo quinque concluſiones.*
40 *An dolus defuncti noceat in publiciana actione.*
41 *Publiciana actionis duo capita.*
42 *Firmata de hæredibus comprehendunt, quoſcunque vniuerſales ſucceſſores.*
43 *Dolus ſucceſſoris vniuerſalis definitur.*
44 *An dolus ſucceſſoris vniuerſalis æque ac dolus authoris puniatur.*
45 A*ffirmatiue concluditur pluribus fundamentis.*
46 A*n dolus hæredis alteri vt putà cohæredi noceat.*
47 *Magiſtralis Doctorum diſtinctio recenſetur.*
48 *An dolus hæredis ſcripti noceat proximiori vel æquali in gradu, remiſſiue.*
49 *Num hæredis dolus obeſſe poſſit legatariis & commiſſariis diſcutitur.*
50 *Firmatur opinio negatiua.*
51 *Contraria refelluntur.*
52 V*trum dolus hæredis in non faciendo inuentarium præiudicet fideicommiſſario vniuerſali, remiſſiue.*
53 *An dolus hæredis ſibi noceat ad perdendam hæreditatem dolo quæſitam remiſſiue.*

AVthoris nomine multa in iure ſignificantur; nam tutor dicitur author fieri cum probat quod à pupillo agitur. *Letiam ſi. la. 3. ff. de auth. tut.* §. *tut. autem inſt. eod. tit.* vnde auctorari, id eſt, authorem eſſe; & authoritatem interponere. *leg. & ſi. ff. de author. tutor. leg. huius. ff. quod. falſ. tutor. authent.* Authores pro prudentibus, & conſultis, & iuris præceptoribus ponuntur. *leg. apud Celſum.* §. *Labeo decimo tertio. ff. de*

dol. except. l. 2. §. poſt originem ff. de origin. iur. verb. poſt hæc deinde de authorum ſucceſſione in hunc ſenſum accipit, *Cic. 1. de Oratore* cum illum, inquit, differendo par eſſe non poſſet ad auctores confugiſſe, vt in *l. quæro. ff. de actio. empti iam l. ... C. de verb. ſignific.* ibi: iuris authoribus placuit. Author legis dicebatur, qui cùm ea dignitate præditus eſſet, vt eius oratione commoueri populus poſſet, ab his, qui leges ferebant deligebatur, vt eas ſuaderet. Ita Pompeius eius legis quã tulit Lentulus de Cicerone reuocãdo, frequẽter à Cicerone author appellatur in ea, q̃ poſt reditum habuit oratione. Auctor ſeditionis dicitur in *l. eiuſdẽ. §. ĩẽq; auct. ff. de ſicarus. l. ſi quis 38. §. auct. ff. de pœnis*, qui ſeditionẽ prius inducit, & perſuadet, tandem dicitur auctor is, a quo in nos ius tranſit, vnde creditorem authorem rectè appellamus, *Cicero in Verrem.* Tum illi intellexerunt ſe id quod à malo auctore emiſſent diutius obtinere non poſſe ſe ab eo, qui vendendi nullam authoritatem habebat. *leg. creditor. § fin. ff. de action. emption.* ibi quæro an pila, quæ ab auctore domui coniuncta erat ad emptorem quoque iure emptionis tranſeat, *l. ſed & ſi ff. de euict. & l. ſi per imprudentiam. ff. de euict.* & iſte venditor, primus author dicebatur. Author vero ſecundus appellabatur, qui per euictionem fideiubebat. *l. illud. ff. de euiction*, illud quæritur, an is qui mancipium vendidit debeat fideiuſſionem, & euictionem date, quem vulgo auctorem ſecundum vocant, & alio nomine venditionis confirmator, appellatur, vt apud *Anton. Auguſtin. lib. 3. cap. 6.* Author etiam paulo latiore ſignificatione dicitur is, à quo quis habet cauſam. *l. Pomponius §. cum quis. ff. de acquirend. poſſeſſ. leg. an vitium. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.* an vitium authoris, qui mihi rem legauit, mihi noceat, ſi forte author meus iuſtum initium poſſidendi nõ habuit; hinc in iure dicitur author laudari. Quoties aliquis conuentus actione reali ob aliquam rem debet laudare ſuum authorem: id eſt, litem denunciare, ad effectum, vt poſſit contra eum habere recurſum de euictione. *leg. emptor. Codic. de euictionibus. Alexand. in leg. non ſolum. §. morte colum. penultim. & antepenultim. ff. de nou. oper. nunciat.* & in *l. 2. §. voluntate. ff. ſolut. matrimonio colum. 3. in fin. & ſequent.* Eodem ſenſu dicitur in iure nominari author; quando ſcilicet poſſidens aliquis nomine alieno, puta pro locato, pro commodato, conuentus eſt in iudicio; debet enim ſtatim in principio litis nominare dominum in iudicio, ſiue authorem, à quo cauſam poſſidendi habet, & dicere ſe poſſidere nomine alieno, nam author nominatus venit, quando ad defendendam cauſam ſuam & ille Reus, qui nominauit, abſoluitur ab inſtantia Iudicii, & transfunditur contra Dominum nominatum, ſi ante litem conteſtatam nominauit, *Afflict. deciſ. 129.* de qua materia nominationis. *Bartol. in l. 2. C. vbi in rem actio*, & plenè *Abbas in cap. quoniam frequenter colum. penult. & fin. extra vt lite non conteſt.*

Poſteriore verò ſignificatione authorem hic intelligimus, ſcilic. pro eo à quo cauſam habemus dominii, vt eſt textus expreſſus in *l. apud. §. de authoris, & §. ſequent. ff. de except. doli*, ibi de authoris dolo, exceptio emptori non nocet, & ibi ſi cum legitima hæreditas. *l. vitium. Cod. de acquir. poſſeſſ.* ibi: ſucceſſorem authoris ſui culpa comitatur, & ibi *Bald. not.* quod vitium reale in perſonam authoris contractum, deſcendit in omnem ſucceſſorem.

2 Author autem † ſecundum hac acceptionem ſumptus, duplex eſt, vniuerſalis; ſcilic. & ſingularis, vt ex ante dictis iuribus plane colligitur. Nos agamus in primis de vniuerſali Authore, & ſucceſſore, poſtea de ſingulari, tum authoris, tum ſucceſſoris dolo tractaturi. Vniuerſalem authorem intelligo, ſiue à iure ciuili, vt in hæredem, ſiue à prætore, vt in bonorum poſſeſſorem ſiue à conſuetudine, vt in acquiſione per adrogationem, quæ moribus inducta eſt. *§. poſt inſtit. de acquiſit. per adrogat. in princ.* ibi filius datus in adrogationem eſt author vniuerſalis pro omnibus bonis ſuis, quæ adrogatori patri acquiruntur olim in totum, hodie ex conſtitutione Iuſtin. quo ad vſumfructum, ſiue per conſtitutiones Imperiales; vt ſi cui adiiciantur bona defuncti libertatum conſeruandarum gratia iuxta *titul. de eo cui libert. cauſa bona addic.* nam à conſtitutione D. Marci inductum eſt, vt ibi exprimitur, &c. vt in omnibus prædictis caſibus titulus, & acquiſitio eſt vniuerſalis, ita & author eſt vniuerſalis. Quærimus igitur priori loco de authore defuncto reſpectu hæredis.

Quæſt. 1. Vtrum dolus authoris noceat hæredi, ita vt ex dolo defuncti teneatur, vel alio modo damnum patiatur, diuiditur autem hęc quæſtio in tres articulos; & primo quidem in contractibus, vel quaſi. Secundo in delictis, vel quaſi. Tertio in vſucapionibus. De primo eſt tex. in *l. hominem. §. datur. ff. depoſit. iuncta gloſſ. & Bart. ibi, & in §.*

in §. pen. iuncta gloſſ. inſtit. de perpet. & tempor. action. in l. ex depoſito, & l. ex contractibus. ff. de actionibus & obligat. in l. quoties, & ibi *Cagnol. & Dec. ff. de regulis iuris in l. prima Codic. ex delicto defuncti in l. 12. §. hæres. ff. ad exhibend. in l. ad ea. §. fin. & in l. hoc iure. §. fin. ff. de regu-*
3 *lis iuris*. Et non teneri defuncti dolo eius hæredem probant multa † iura, quæ *gloſſ. in dicto. §. datur, & in dicto. §. pen.* deducit; Et primo quidem ex. *l. primo. §. prætor ait. ff. depoſiti*, in qua defunctus in cauſa depoſiti facti ex incendio, tumultu, ruina, naufragio, ob inficiationem tenetur in duplum, hæres minime, ſed tantum in ſimplum.

Secundo ex. *l. tertia. ff. ſi menſor falſ. mod. dix.* per quam factum agrimenſoris non tranſit ad eius hæredem, nec obligatur; ibi; in hæredem, ſimileſque perſonas denegandam *Pomponius ſcribit.*

Tertio per *text. in l. ſi cum iudicio. §. iniuriarum verb. idem dicendum. ff. ſi quis caution.* ibi: nam non competit niſi aduerſus hæredem ex ſtipulatu actio.

Quarto ex *l. illud. §. fin. ff. de tribut. act.* vbi definitur hæredem teneri tantum de eo, quod peruenit ad illum; quia non de dolo eſt, ſed rei perſecutione continet, & duntaxat interueniente competit, *l. quia non. ff. eod. tit.* Quinto ex. *l. fin. ff. de eden.* nam & illa actio, quæ præſtatur contra non edentem, non datur tamen in hæredem niſi ex facto ſuo. Sexto ſuffragatur dictus §. *pen. institut. de perpet. & tempor. action.* ibi: ex contractu actio contra hæredem non competit, velut cum teſtator doloſe verſatus ſit & ad hæredem eius nihil ex dolo peruenit. Dolus ſocii tranſit ad hæredem *l. 40. ff. pro ſoc.* Septimo vltra Docto. quia valet argumentum de delictis ad contractus. *l. omnem. ff. de iud. c. fin. de for. compet. clemen. Paſtoralis de iud.* At in delictis de dolo defuncti hæres non tenetur. *§. ex maleficiis inſtit. de perpet. & tempor. action. l. ex iudiciorum. ff. de accuſ. § fin. inſtit. de obligat. ex quaſi delicto*, & ratio eſt prædictorum; quia ſicut ex dolo defuncti non iuratur, ita nec detrimentum ſentit. *l. ſicut pœna cum ibi notat. per Dec ff. de reg. iur.* ſuus enim cuique dolus non alterius obeſſe debet. Quoniam inter perſonalia non tranſeunt ad hæredes. *l. vitio. C. de acquir. poſſ. Iaſ. in l. Pomponius. §. ſi quis num. 4 ff de acq. poſſ.* Dolus autem viuium perſonæ eſt, quia eſt machinatio fraudulenta ad circumueniendum alterum adhibita, facit *l. ſi ex dolo. §. vltimo iuncta l. ſi oleum. § pen. ff. de dolo l. 4. § de authoris.*
4 Cæterum † contraria ſententia verior eſt; vt palam eſt ex multis iuribus, quibus in ſpecie deciditur propoſita quæſtio, nempe. *l. ſi hominem. §. datur. ff. depoſiti*, datur actio depoſiti in hæredem ex dolo defuncti in ſolidum. *l. ex contractibus. l. ex depoſito. ff. de action. & obligat. ex depoſito*, ait Pomponius & commodati, & mandati; & tutelæ *l. 22. ff. depoſ.* & quatenus hæres teneatur de dolo defuncti in his, quæ inficiando creſcunt *l. 18. ff. depoſiti vide Cagnol. in l. toties. ff. de reg. iur.* & ob dolum malum defuncti hæres inſolidum tenetur *l. hoc iure. §. fin. ff. de reg. iur.* vt ibi: *Cag. pulchre, ex l. toties. ff. eod. tit.* & in *l. 48. ex* contractib ait idem Pōponius: venientes actiones in hæredes dantur, licet delictum in eis verſetur, velut cum tutor in tutela gerenda dolo fecerit, & *Vlpian. in l. ad ea. § ff. de reg. iur.* In contractibus ſucceſſores ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt, non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam inſolidum tenentur, & dolum ſocii ad hæredem tranſire eſt *text. in l. 40. ff. pro ſoc.* & in *leg. hoc iure. §. fin.* idem *Vlpian.* in contractibus, ait, quibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur, nempe ſi ſolus eſt, vel ſi ſunt plures, vt ſcilicet vnuſquiſque pro ea parte, qua hæres eſt, conueniatur, *d l. ſi hominem. §. datur*, & *d l. ad ea. §. fin.* Ratio videtur, vt in *dicto.* §. datur, quia hic dolus ex contractu, reique perſecutione deſcendit, *Cagnol. in dict. l. toties. ff. de reg. iur.* Hæres autem adeundo dicitur quaſi contrahere cum creditoribus hæreditariis. *§. hæres quoque*, & ibi *Angel. in princip. inſtit. de oblig.* ex quaſi contractu, & eſt communis opinio, ideoque pro delictis defuncti non tenetur hæres, niſi fuerit lis cōteſtata cum defuncto. *l. 1. C. ex delic. defunctorum.* quaſi tunc defunctus fuerit factus debitor, & debita hæreditaria hæres adeundo videtur promittere ſe ſoluturum quæ adeo eſt vera concluſio, vt interdum actio doli non detur contra defunctum, & præſtetur contra hæredem, vt eſt caſus ſingularis in *l. hæredibus. ff. de dolo*,
5 vbi gloſſ. pulchra, † nec aduerſantur allegata in contrarium, nam prioribus fundamentis ſatisfacit *Bartolus in dict. l. ſi hominem. §. datur*, & *Alciat. in l. 122. §. ex factores. ff. de verb. oblig.*

Reliquis nos accommodabimus ſolutionem, primum enim eſt ex. *l. 1. §. prætor ait. ff. depoſit.* & diluitur, quia illud duplum, naſcitur ex mendacio; atque ita ex delicto, & extra contractum magis quam ex contractu, ideo, ad quæſtionem noſtram non pertinet, in qua agimus de dolo in contractu, & ita concordat

cum *d.§.datur.l.ſi hominem eod.tit.* eodem modo euitatur,ſecundum de Menſore,illa e-
nim obligatio princip.naſcitur ex delicto menſoris: *Bart.citato loco.* Ad tertium reſpon-
ſio eſt. Quia ſtipulatio ſequitur naturam negotii,cui adhæret Doct max.Iaſ. *in Rub ff.
de verb.oblig.* & ibi fuit interpoſita ſuper actione iniuriarum, quæ non tranſit ad hære-
des,& tanquam acceſſoria ſequitur naturam principalis. Ad quartum ſimiliter reſp.
Bart dolum non in contractu adhibitum eſſe, ſed in doloſa diſtributione ; Ad quin-
tum ſolutio eſt Bartoli , actionem illam de edendo , vel eſſe actionem datiuam a lege,
non natiuam ex contractu, aut originem ducere à delicto, ſcilicet in non parendo iu-
dici præcipienti,vt edatur. Ad ſextum *d.§.inſtit.de perpet.& tempor.act.ſol.* eſt agi ibi de
6 dolo dante cauſam, non de incidente,hanc ſolutionem † etiam probat *Cagn. in d.l.hoc
iure.§.fin.nu.2.verb. nec obſtat*,& ideo cum annullauerit contractũ.*l.eleganter,& ibi Bart.
& Doct.ff de dolo*,non poteſt hæres ex contractu obligari,cum non entis nullę ſint qua-
litates,vel,vt verbis vtar Bart. Cõtractus ibi nullus eſt ob dolum dantem cauſam,ideo
non poteſt purgari per actionem dependentem ex contractu ; meritò contra hæredes
non datur in ſolidum.ſeptimum euitatur obiectum;quoniam ceſſat dicta argumenta-
tio,quando reperitur expreſſe deciſum contrarium *Saly & Cyn.in l vnic.C.vbi de poſſeſſ.
agi oportet*, reſtat vltimum,cæteris firmius, ſed euitatur ex his, quæ tradit *Corraſ. Miſcell.
iuris cap.22.n.6.* nempe quod actio doli,quicquid dixerit *Bart.in l.hæredibus §.vltim.ff.de
dolo*,eſt in rem ſcripta non perſonalis,patet,quia verba edicti ſunt concepta in rem. *l.1.
ff.de dolo*, nec non quia datur contra cunctos,ad ipſos peruenerit commodum ex dolo
l.hæredibus,l.ſed & ſi ex dolo,datur etiam in hæredes,& cæteros ſucceſſores.*l.ſi plures.in fi.
ff.de dolo*, ideoque cum hæc actio poſſeſſorem ſequatur ſcripta eſt in rem, quid igitur
mihi ſi tranſeat ad hæredes; & hanc ſententiam probat *Menoch.de recuper poſſ.remed.5.
q.20.n.3.& num.in fin.de action.doli.* Atq; hæc obtinent etiam in dolo facto a defuncto,
in quaſi contractu; non ex *d.l.ex contractibus,& ex depoſiti.ff de actionib. & obligationibus.*
non ex identitate rationis ; valet enim argumentum de contractibus ad quaſi contra-
ctus *l.ſi pupilli.§.ſiquis ibi.ff. de negot. geſt. l. apud Iulianum. §. fin. cum l. ſeq. ff. ex quibus
cauſ.in poſ.eat.l.ait prætor.§.in princ.iuncto.§.non ſolùm.ff. de minor.* hinc *Bartol. Iaſon.
Ang.Saly.in auth.ſacramenta puberum. Cod ſi aduerſus vend.* inquiunt, quod ſicut contra-
ctus firmatur iuramento,ita & quaſi contractus. *fa.l.12.§.hæres.ff.ad exhib.vbi de dolo de
functi in hac action.*

Quæſt. 2. Sequitur alius iuris articulus de dolo defuncti in delictis, an tranſeat
7 pœna † doli ad hæredes,de quo *Doct.in l.vnic. Ne ex delicto defuncti. l.1.ff.de priuat.delict.
l.ſicut pœna.ff.de reg.iur.l.pupillum.§.quod in hæredes* & ibi *glo.magna.ff.de reg iur.l.toties eod.
tit.§.pen.inſt.de perpet.& temporal.action.Clarus in §.fin.quæſt.51.verb.vlterius quæro Did.lib.
3.cap.3.num.7.reſolut.Gom.cap.1.delictorum num.85.verb.item adde, quod mortuo*, vbi plura
cumulat *Duenn.reg.13 Gabriel.comm.opin.in tit.de criminal.conſil.35.Angel.in rub.de acqu.
hæred.Ruyn.conſil.20.lib.4.Suarez.alleg.26.Vaſq.controuerſ.illuſtr.cap.96.num.27.v. ſexta
limitatio*; Canoniſtæ & maxime *Abb.in c.fin.num.6.ext.de ſepultu.Burgeſ.in ca.1.col 4.de
empti.& vendit.Dyn.in cap.poſſeſſor de reg.iur.* Et tunc videtur hæredem dolo defuncti
teneri,ſiue in priuatis,ſiue in publicis delictis,ſiue de iure ciuili,ſiue de iure Can & pri-
mo de iure ciuili,& in priuato delicto,ex *l.3 §.quod autem ait.ff quod quiſq. iuris*;ibi an hęc
pæna tranſmittatur ad hæredem. ſecundo ex *l.ſi pro fure.ff.de condict.furt.* ibi cõdictio
rei furtiuæ,hæredem quoque iuris obligat. tertio ex *l.toties.ff.de reg.iur.* toties in hære-
dem damus actionem de eo quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conue-
nitur,non ex ſuo ; In publicis etiam Iudiciis idem iuris videtur ſtatutum,primo ex *l.
fin.ff.ad l.Iul.pecul.* ibi,publica iudicia peculatus,& de reſiduis, & repetundarum ſimi-
liter aduerſus hæredem exercentur,ſecundo ex *l.publicarum. ff. de accuſat.* ibi excepto
repetundarum,& maieſtatis iudicio,quæ etiam mortuis reis, quibus cum nihil actum
eſt,adhuc exercere placuit,vt bona eorum fiſco vindicentur,*l.fin ff. ad l. Iul. maieſtatis.*
vbi declaratur hoc obtinere, non in omni capite legis Iuliæ ſed in eo, quod incidit in
crimen perduellionis, ſcil.quando hoſtili animo , erga rempublicam , vel principem
fuerit animatus,tertio in crimine hæreſis eſt expreſſum in *l.2.& l. apoſtatarum in fine. C.
de hæret.* & prædicta omnia confirmantur ex regula, quod hæres fungitur eadem per-
ſona,cum defuncto,*auth.de iur.iur.à mor.præſt.* ſuſcipitque eius commodum,& incom-
modum. *l.3 ff.de bonorum poſſ.l.hæreditas ff de reg.iur.l.cum hæredes.ff.de acq.poſſ.* & turpia
lucra ſunt reſtituenda. *l.Lucius. ff.de iur.fiſci*, & ex alieno onere non debent diteſcere;
8 De iure † autem Canonico videtur habere minus dubitationis, nam teneri ex dolo

defuncti

defuncti hæredem hoc Iure, probat tex. in *c. fin. de ſepultur.* & ibi gl. ordinaria, & com-
muniter *Doctores in c. litteris ext. de raptor. c. tua nos d. l. ſua* Bald. *in l. vnic. C. ex delicto defun-
cti*; & ratio eſt in promptu, quia tenetur hæres exonerare conſcientiam defuncti, vt
dixit *Gomeſ. in c. 1. delictorum d. n. 85. in fin.*

9 Ex aduerſo, quod imò hæres † non teneatur, oſtenditur ſcilicet quod nec in
10 priuatis, nec in publicis delictis obligetur, & primo quo ad priuata † delicta eſt text. *in
l. 1. ff. de priuat. delictis*, vbi *Vlpian.* ait ciuilem conſtitutionem eſſe pœnalibus act. om-
bus hæredes non teneri, nec cæteros, quidem ſucceſſores, ſecundo ex §. *penult. de per-
pet. & temporal. action.* in quo Iuſtin. ait eſſe certiſſimum ex maleficiis pœnales actio-
nes in hæredem non competere, velut furti, vi bonorum raptorum tertio ex *l. ſicut pœ-
na. ff. de reg. iur.* vbi inquit Pomponius, ſicut pœna ex delicto defuncti hæres teneri non
debet, ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum peruenit, cui reſpondet text. in *l.
pupillum. §. in hæredes. ff. eod. tit.* ait enim in hæredes non ſolent actiones tranſire, quæ
pœnales ſunt ex maleficio, velut furti, damni, iniuriarum, & ratio prædictorum eſt,
quia per mortem delictum, & pœna extinguuntur *l. defuncto ff. de publ. iud. l. Senatus. §.
ſi propter mortem. ff. de Turpill. Ancaran. conſ. 273. Corn. conſ. 195. colum. fin. lib. 2. l. fin. Cod. ſi
reus, vel accuſ. mort. fuer.* quia ſcilicet mors omnia ſoluit. § *deinceps. in auth. de nuptiis. Dec.
in d. §. in hæredes* dicens, neminem poſt mortem poſſe accuſari, nec in cadauer mortui
11 ſæuire ſuſpendendo ad furcas ſequitur ibidem *Cagnol.* Præterea † in publicis iudiciis
pœnam ad hæredes, non tranſire, confirmat *tex. in d. l. ex iudiciorum.* vbi *Modeſt.* ex pu-
blicorum iudiciorum admiſſis, non aliàs tranſeunt aduerſus hæredes pœnæ bonorũ
ademptionis, quam ſi lis conteſtata, & condemnatio fuerit ſequuta, ecce quod regu-
12 lariter non tranſit pœna ad hæredes; Rurſus, nec iure quidem † Canonico tenebi-
tur hæres ex delicto defuncti, nam & ſi obligetur non tamen tenetur, ex delicto,
ſed ex quaſi contractu, vt dixit Abb. *Panormit. in cap. vltim. de ſepultur.* nam ait *Panorm.*
obligari hæredem ad refectionem damni, & læſionis illatæ per defunctum, quia taci-
te ſaltem ipſe defunctus decedens cum ſignis contritionis promittit, & iniungit hæ-
redi illius damni compenſationem, ita quidem, vt hæres ratione huius tacitæ promiſ-
ſionis, vel præcepti potius, quam de delicto teneatur; *Repetit Abb. in d. c. litteris de raptor.*
eſt gloſſ. inſignis *in c. à nobis in magno, de ſent. excom. in gloſſ. vltim.* Dolus defuncti qua-
tenus noceat hæredi de iure ciuili, de iure Canonico lite conteſtata non cum defun-
cto. *Ianuec. de inuent. part. 7. fol. 244. n. 69. 70. & 71.* Quid ergo magis probandũ? puto di-
13 ſtinguendum; hoc modo, aut quærimus † de iure ciuili, aut de iure Canonico: & pri-
mo quidem capite aut ſumus in priuatis delictis, aut in publicis; Aut in priuatis quidẽ
concluſio ſit negatiua, ſcilicet non tranſire ad hæredem dolum defuncti. *l. 1. ff. de pri-
uat. delict. §. fin. ff. de perpet. & tempor. action. l. ſicut in pœnis l. pupillum. §. in hæredes. ff. de reg.
iur.* & adducta illa ratione, quia morte delinquentis, pœna, & delictum extinguitur;
14 limitatur † autẽ vt non ꝓcedat, quãdo pœna eſt à lege impoſita ipſo iure, nã ea tunc af-
ficitur hæres, & ita procedit *l. 3. §. quod ait. ff. quod quiſq. iuris*, ratio limitationis exprimi-
tur ibi in *gl. fin. in vltima ſolutione.* ſcilicet quia pœna erat declarata in viuẽte per legem;
ſecus ſi quis haberet actionem ad imponendam pœnam. & vt arbitror eſt perinde, ac
ſi fuiſſet cum defuncto lis conteſtata, quo caſu certum eſt pœnam ad hæredem extẽ-
15 di; vt paulo infra dicemus; ſecundo limitatur † ſi de eo dolo aliquid ad hæredem per-
ueniſſet *l. vni. C. ex delic. defunc. l. toties. ff. de reg. iur. l. ſi ipſa res. ff. quod met. cauſ. l. ſi plures. ff. de
vi, & vi armata.* ex ratione *dictæ legis vni* ne ſcilicet ex alieno ſcelere ditetur, & ex ra-
tione *d. l. ſicut. ff. de reg. iur.* quia ſicut damnum non patitur ex dolo defuncti, ita nec de-
bet lucrum capere, ex *d. l. Lucius. ff. de iur. fiſci*, quia turpe lucrum reſtituendum, & ita di-
luitur tertium argumentum contrariæ partis. *l. in hæredem cum l. ſequenti. ff. de dolo, l. cum
prætor*, & ibi: *Decius. ff. de reg. iur. l. 2. §. perueniſſe. ff. de hæreditate vendita*, idemque iuris
eſſet, ſi dolo feciſſet hæres ne ad ſe perueniret. *l. qui re. §. & ſi quid. ff. de hæredi. vel actione
vendita*, & *l. 28. ff. de dolo*, & quandoque hæres non tenetur de eo quod ad eum perue-
16 nit, vide *Decium & Cagnol. in l. toties. ff. de reg. iur*, Tertio fallit † in pœna furti, quæ por-
rigitur ad ſucceſſorem, propter frequentiam furtorum, vt dixit *Decius*, & *Cagnolus in
lege toties. ff. de reg. iur. Gomeſius cap. 1. delictorum num. 85. in fine per textum in l. ſi pro fure. ff.
de condict. furt.* & ita tollitur ſecundum obiectũ contrariæ ſententiæ: eſt enim vt inquit
Bartolus, ſpeciale in furto propter frequentiam delicti, ſicut in ſimili dicitur de adul-
terio in *l. transigere. Codic. de tranſactionibus*, prohibitam ſcilicet eſſe tranſactionem
in eo propter frequentiam illius ſceleris; Sed falſum eſt, quod pœna furti, afficiat

redes per dictum §. *pen. de perpet. & tempor. act.* ibi ex maleficiis actiones in hæredes nõ
competere; velut furti, vi bonorum raptorum. *l. pupillum. §. in hæredes. ff. de reg. iur.* vbi ve-
luti furti. *ff. de reg. iur.* nec vim facit. *l. ſi pro iure*, quoniam non in furti pœna, ſed in con-
dictione furtiua loquitur, quæ rem perſequitur, *d. l. pro fure*, merito ſi ad hæredem res
furata perueniat, poteſt condictione compelli ad reſtitutionem; ne locupletior fiat
cum aliena iactura;

17 Quarto fallit † ſi in defunctum fuiſſet lis conteſtata. *d. leg. vnica. Cod. ex delicto de-
functi*, qua definitum eſt hæredem, in ſolidum pro delicto defuncti obligari, & ratio
eſt, quia actiones, quæ morte, vel tempore pereunt, incluſæ iudicio, ſaluæ permanent.
l. omnes actiones. ff. de reg. iur. & quia per litis conteſtationem actio, quæ ſua natura non
tranſit ad hæredes, fit tranſmiſſibilis. *l. non ſolet deterior. ff. de reg. iur. & ibi Cagnol. & Dec.*
referentes plures effectus litis conteſtationis, & de multis ſe referentes ad *Soccinum
in c. quoniam in penultim. carta, extra vt lite non conteſta.* ratio rationis eſſe videtur, quia
per litis conteſtationem quaſi contrahitur, & obligatio ex quaſi contractu tranſit ad
hæredes, vt in ſuperiori articulo dictum eſt.

18 Alia † limitatio ſit ex intentione *Didaci* ſupra in *loco citato*, vt procedat quo ad
pœnam ſoluendam, quæ non tranſit ad hæredes, ſed quo ad emendationem damni
illati per defunctum hæres tenetur, vt probat per textum in §. *his autem verbis inſtit. de
lege Aquilia*, vbi Iuſtinianus præſupponit quod ſi lex Aquilia non contineret niſi da-
mni emendationem tranſiret ad hæredes, vt a contrario ſenſu probatur ibi *num. 7. ver-
bo quo ſit*, & ſtante hac limitatione non eſſe differentiam inter ius ciuile, & ius Cano-
19 nicum, ſbi *Didac.* animaduertit. Poſſet aliis quoque modis † limitari, vt per *Duen. d.
reg. 13.* quos de induſtria prætermitto.

20 Secundo caſu ſcilicet † in delictis publicis, & puto regulam negatiuam eſſe con-
ſtituendam vna cum *gloſſa in dicto. §. pen. inſtit. de perpet. action. in verb. ex maleficiis per tex.
in d. Lex iudiciorum in princ.* vt ſupra pro negatiua parte expendimus, eadem ſcilicet ra-
21 tione, quia morte delictum & pœna extinguitur, ampliatur † etiam concluſio, vt pœ-
na ad hæredem non porrigatur, etiam ſi lis de illo delicto fuerit conteſtata, vt ibi ex-
primitur, limitatur, ſi condemnatio ſequuta fuerit, tunc enim extenditur ad hæredes,
22 & vt pacto ad illam pœnam † magis tenetur hæres tamque ex ære alieno defuncti,
quam ex delicto, vel magis ex obligatione ex quaſi contractu, ſicut nuper diximus; li-
23 mitatur † Secundo in quinque publicis delictis, ſcilicet maieſtatis, repetundarum, pe-
culatus, de reſiduis, *l. fin. ff. pecul.* quia de pecunia principali agitur, vt ibi Iuriſcon. ait; in
crimine hereſis, propter atrocitatem facinoris, & ita euitantur obiecta ſuperiora de-
ducta pro opinione affirmatiua, & limitatio iſta probatur in *dict. Lex iudiciorum*, in illis
verbis, excepto repetundarũ & maieſtatis iudicio, illa enim dictio, excepto, oſtendit
regulam eſſe in contrarium; ſicut in aliis criminibus in *l. ſi. de pecul.* oſtenditur eſſe ſpe-
ciale illa ratione quia de principis pecunia agitur.

24 Quod vero † ad Ius Canonicum, eſt conſtituenda regula affirmatiua, ſcilicet
tranſire ad hæredem per textum in *c. fin. de ſepultur. in c. litteris de raptor. in c. ſua nos de v-
ſur.* & ſi nihil ad eum peruenerit, nam in *dicto c. fin.* hæredes eius, & propinqui, ad quos
bona peruenerunt ipſius, & pro eodem ſatisfaciant, cẽſura ſunt eccleſiaſtica compel-
lendi, & ſupra de crimine inceſtus, & de violenta in Clericos manuum immiſſione
dixerat, de quibus criminibus nihil potuerat ad hæredes perueniſſe; Nec obſtat opi-
nio Panotmitani ſupra in contrarium allegata, quoniam & ſi impœnitens deceſſerit
defunctus, tamen hæres tenebitur ſatisfacere, vt plane colligitur *ex. c. ſua nos de vſur.*
ibi in crimine vſurarum defunctis, & ita expendit *Didac. dict. loco num. 7.* ex mente *Baldi
in. l. vnic. C. ex delict. defuncti num. 13.* Hæc verò concluſio Iudicio meo declaranda eſt,
vt hæres teneatur ex delicto defuncti etiam lite non conteſtata, etiam ſi nihil perue-
nerit, non quo ad pœnam, ſed quo ad emendationem damni, & læſionis, ita relin-
quuntur allegata iura, maximè textus in *c. litteris*, ibi, vt quibus per incendium da-
mni irrogat; iuxta facultates ſuas condigne ſatisfaciant, & ſic valent à peccato libera-
ri, ſed ſi lis fuerit conteſtata, vel etiam condemnatio ſequuta, crediderim ſicut de
iure ciuili hæredem teneri inſolidum à multo magis, nam de iure ciuili mitius agitur
cum hærede. *Iaſ. in l. Pompon. §. cum quis num. 26. infra. ff. de acquir. poſſ.* conuenitur in ſo-
lidũ, ergo lõge magis de iure Cano. Sed hoc loco bene q̃ritur, an hęres in quib. caſib.
tenetur ex delicto defuncti, teneatur vltra vires hæreditarias, ſi nõ fecerit inuẽtarium

disputa-

diſputat *Did.citato loco num.8. verb.illud verò obſeruatione dignum*, & dicit communi cal-
culo probatam eſſe ſententiam negatiuam; ſcilicet non teneri vltra vires hæreditarias,
quã ipſe ſequitur authoritate text.*in d.c.literis*,in quo expreſſum eſt, quod debet hæres
ſatisfacere iuxta facultates ſuas. Rurſus, quia cum hæres teneatur ex delicto defun-
cti contra regulam, quod mors omnia diſſoluit,oportet rigorem hunc aliqua æqui-
tate temperari, licet credat in via ſubtilis diſputationis contrariam ſententiam poſ-
ſe defendi.

Quæſt. 3. Tertius ſuccedit articulus; vtrum ſcilicet dolus defuncti noce-
25 at hæredi, & ſucceſſori † in vſucapionibus, ſcilicet quo ad continuandam, vel
perficiendam vſucapionem; quem articulum diſputat, *Accurſ. in l. nihil C.pro hærede*
in l.ſi ego.§.partus ancillæ verb. ex omnibus igitur cauſis ff.de public.in rem actione. & in *l.ſequi-*
tur. § fructus in verb. non fuerint.ff.de vſucapion. Angel.in §.ſequitur num. 10.*inſtitut.de ex-*
ception. Dyn.in c.poſſeſſor de regul.iuris in 6.Iaſon.in l.Pomponius. §.cum quis numero vigeſi-
mo cum ſequenti.ff.de acquiren.poſſeſſ. cum innumeris authoribus congeſtis à *Fely. in cap.*
26 *ſi diligenti numero 6.verb. contra opinionem famoſam,extra de præſcript.* ad clariorem † hu-
ius quæſtionis doctrinam, aliqua capita ſunt conſtituenda; & primo vtrum loqua-
mur in dolo defuncti, quod inducit vitium reale, vel quaſi reale, nempè, ſi furto rem
ſubtraxerit defunctus, de cuius vſucapione agitur; nam cum in furto ſit dolus,vtique
vitium reale inducit, *l.ſi partem in fine. Cod.vſucap.* pro emptore & *§.furtiua inſtitut.de v-*
ſucap. non ſic dico in re acquiſita per defunctum crimine expilatæ hæreditatis, nam
hæc non dicitur effecta vitio reali; vt latè per *Iaſ.in d.l.Pomponius. §. cum aliquis numero*
ſexto & ſeptimo,cum ſequentibus. vbi reddit pulchram rationem præter alios; quia in-
ter furtum, & expilationem, vt inducatur vitium reale; iſta verò nequaquam,ſcilicet
quia in furto, adeſt poſſeſſor rei furatæ; at quando iacet hæreditas; nemo eſt qui eam
rem poſſideat, *l.* 1. *§.Scæuola.ff.ſiquis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit.* Secundo; quia in
furto adeſt Dominus, quo inuito res contrectatur; ſed in iacente hæreditate non ad-
eſt, *l.fin.ff. de crimin. expilatæ hæreditat.* quo ſcilicet inuito contrectatio fiat, & ideo res
illa non afficitur vitio reali,tametſi crimen expilationis ſit grauius furto, *glo.in l.ſi te.§.*
fin. C. ex quibus cauſ.infamia irrogatur. de vtroque vitio reali & q.reali, eſt *gl.magna in l.4.*
§. de auth oris in verb. perſona.ff. de except. doli. Iaſ. in l. Pompon. §. cum quis.ff.de acq.poſſ. vi-
tium quaſi reale, veluti ſi defunctus emiſſet rem minoris, pupilli, vel fiſci nam licet
vitium non ſit commiſſum,aut delictum, tamen ex priuilegio conceſſo perſonæ cen-
27 ſentur huiuſmodi res affectæ vitio quaſi reali. Et in hoc *primo capite* † conſtituenda
eſt cõcluſio omnium firmata conſenſu, nocere videlicet defuncti dolum hæredi tam
de iure ciuili, quam de iure canonico, & ſiue velit hæres coninngere tempora cum
defuncto, ſiue velit ex perſona ſua inchoare vſucapionem; ratio eſt, quia vitia rea-
lia tranſeunt ad quemcunque ſucceſſorem, & ideo vſucapionem impediunt. *l. vitia*
*C.de acquir.poſſeſſ.d.§.furtiuam.d.l.ex parte Angelus in d.§.ſequitur num.*10.*Iaſ.in dicto §.ta-*
*men aliquis.num.*3.*§.res fiſci noſtri, & in gloſſ. inſtit.de vſucapion.l.cum hæres.l.an vitium.ff.de*
diuer.& tempor.præſcript.

Alterum caput eſt, quando dolus defuncti inducit vitium perſonale,& vt accidit;
quando ſcienter,& doloſe emit à non vero domino,nec ab eo,qui habeat authoritatẽ
vendendi, vel donandi, vt eſt *gloſſ. magiſtralis in d.l. an vitium in verb.an vitium per text.*
in l.dolus. Cod. de reſcind.vendit. Iaſ.in d. §. cum aliquis numero quarto. & tunc diſtinguen-
28 dum eſt. Aut quæremus vtrum noceat hæredi dolus iſte defuncti † ad continuan-
dam vſucapionem, coniungendaque tempora ipſius; & expeditæ quæſtionis eſt ob-
eſſe dolum ſucceſſori, per textum in *§.Diutina inſtit.de vſucapion.l. vnica. Cod.de vſucap.*
transformi. glo.in dicto §.cum quis; & in d.l.cum hæres.ff.de diuerſ.præſcript. ratio eſt in prom-
ptu, quia mala fides ab initio nocet vſucapioni. *d.§.diutina & l.fin. Cod. commun.de v-*
ſucap. ibi propter initii vitium vſucapio non abſumit. Ampliatur concluſio etiam ſi
29 hæres ipſe † non ſit in mala fide, adhuc nocet mala fides defuncti *dicto §.diutina*; ibi;
quod ſi ille iuſtum initium nõ habuit, hæredi licet ignoranti poſſeſſio nõ prodeſt, ratio
eſt; quia cum hæres in ius omne defuncti ſuccedat; ignoratione ſua defuncti vitia non
excludet. *d.l.cum hæres, & facit. l.ſi ergo.ff.de public.in rem actione.* ibi: quia vitiorum de-
functi hæres ſucceſſor eſt.

Aut hæres, omiſſa acceſſione ex perſona defuncti; vult ex perſona ſua inchoare
vſucapionem, atque ita toto triennio ſi res mobilis eſt, vel toto decennio, ſi res eſt im-
mobilis; bona fide, quam habet, & iuſto titulo pro hærede vult vſucapere, & tunc aut

Digitized by Google

dubitamus de iure ciuili, numquid poſſit; aut de iure Canonico. Si de iure ciuili, ſo tenet tit. loco disputationi inter Azzonem, Martinum, & Ioann. & Accurſ. ex altera in *gloſſ. vetustis vltimo quaſtionis* 5. in *l. nihil pro hærede, in dicta l. ſi ego. §. partus ancillæ in verſiculo cauſis de publiciana.* Illi enim duo priores ſententiam affirmatiuam amplectentes, probant tribus argumentis. & primo res de qua agitur eſt vſucapibilis, quia non eſt affecta vitio reali; adeſt titulus, adeſt bona fides, nihil eſt ergo, quod obſtet vſucapioni. Secundo ex *l. 1. C. de præſcript. longi temporis.* Tertio ex *dicto. §. cum aliquis cum d. lege Pomponius. §. cum aliquis. ff. de acquir. poſſeſſ.* ibi, quæ itur acceſſione prioris domini non vtitur, ita nec impedienda eſt, & in *dicto. §.* manifeſtè hæc ſententia deprehenditur, cum aliquis, inquit, vtitur adminiculo authoris, vti debet cum ſua cauſa; ſuiſque vitiis ergo ſi non vtatur adminiculo vitium authoris ei nõ nocebit, quarto vltra gloſſam. *Mart. & Iohan.* confert, quod ſi vera eſſet ſententia contraria non foret differentia inter vitia realia, & perſonalia, quod eſt abſurdum, cum perſonalia ſua natura non egrediantur perſonam. Quinto ius canonicum, ſtrictius procedit in vſucapionibus, quam faciat ius ciuile. *cap. fin. extra de præſcript.* & magis prohibet lucrum iniuſtum, & magis aufert cauſam peccandi, quam faciat lex ciuilis. *Iaſon in dicto §. cum aliquis. numero xv. in fin.* ſed ius canonicum in propoſito caſu permittit hæredi ex perſona ſua incipere, & perficere vſucapionem; *Dyn. in c. poſſeſſor. de regul. iur. in 6. Angel. in dicto §. ſequitur n.* ergo igitur multo magis ius ciuile. Verũ cõtrariã ſententiã ſequuti ſunt *Fran.*

30 *& Accurſ.* quibus adhæret magis.† cõmunis ſchola doctorũ ſicut colligitur ex *Angelo, & Iaſ. d. loco.* Prima quia hæres eſt ſucceſſor vitiorũ defuncti *l. an vitium l. cum hæres ff. de diuer. præſc. l. 2. in fi. C. de fruct. & lit. expenſ. l. ſequitur. § hæres qui. ff. de vſucap.* & licet *Azzo, & Martinus*, reſpondeant id eſſe verum quoties hæres vtatur acceſſione defuncti argumento. *d. § cum aliquis & d. l. 1. C. de præſcript. long. tempor.* tamen nimis generaliter dicta iura loquuntur, & violantur, dum ita reſtringuntur, maxime cum in *d. l. cum hæres*, ſtatim ac dixit ignoratione ſua vitia defuncti non excludi, ſubiicit hæredem non vſucapere, quod defunctus non potuit, quod ibi poſſit inchoando vſucapionem à perſona ſua; non ita abſolute dixiſſet Iuriſconſultus. Inſuper ait textus, quod ignoratione ſua hæres non excludit defuncti vitia; ſed certè excluderet inchoando a ſe vſucapionem; ſimilis eſt textus: *in dicto. §. hæres cui.* Secundo huic ſententiæ ſuffragatur, quod defunctus & hæres cenſentur diſpoſitione iuriſciu. vna, eademque perſona *Auth. de iureiur. à mor. præſt. in princ.* ergo vt defunctus ab initio habuit non bonam fidem, ita nec hæres propter iuris præſumptionem. Tertio accedit textus ſumendo argumentum à ſpeciali ex *l. ſi ego §. partus. ff. de publiciana*, in qua eſt ſpeciale, vt ſuccedens titulo ſingulari in ancilla furtiua, vſucapere poſſit partum apud ſe bona fide conceptum, vel actione publiciana pro illo agere, ſi ancillam furtiuam ignorauerit. ergo ſecus in ſucceſſore hærede vniuerſali, licet, & ille ignoret, ſicut etiam exprimit, dum ait, ſed hæres furis hanc actionem ſcilicet publicianam, quia defuncti vitiorum ſucceſſor eſt &c. Quarto arguit Ioannes *ex l. vbi. §. interdum. ff. de vſucapion.* ſumens argumentum à contrario, nec definitur ibi ſi vitium reale fuerit purgatum rem vſucapi poſſe; Ergo ſi vitium ſit perſonale, vt eſt malæ fidei, licet videatur purgatum per ignorantiam hæredis, tamen obſtat vſucapioni hæredis; ibi voluit ſi vitium, quod obſtabat, tum ex perſona, tum ex re purgatum fuerit; Vere enim perſonale vitium non videtur poſſe purgari, quia ſucceſſor hæres vitiorum eſt, & quia cenſetur eadem perſona cum defuncto; ideoque dixit Iuriſconſultus; Vitium quod obſtat, non ex perſona &c. Non obſtat, quæ afferuntur pro *Azzone*, & Mar-

31 tino primum.† enim diluitur, quippe quia non adeſt bona fides, quandoquidem iuris interpretatione cenſetur eſſe malæfidei, vt dictum eſt, ceſſat etiam titulus pro ſe, quod tunc habet locum titulus pro hærede, cum defunctus erat bonæ fidei. *Innoc. & omnes. de vſucapi. gloſſa. in d. §. partus in fin. in verb. cauſis, & gl. in l. cum qui. §. prætor ait in verb. nec proderit. verſ.* nec proderit. *ff. de publ. in rem actio.* Ad ſecundum reſponſ. eſt procedere in ſucceſſore ſingulari, qui non ſuccedit in vitia. Tertio poteſt ſatisfieri, vel quod non bene colligitur argumentum à contrario ſenſu ad inducendam legum ſupra allegatarum correctionem, vel loquitur ille textus in ſingulari ſucceſſore, quod arguit ille titulus principalis illius legis

V

legis, & §. *ſeq.* & tunc bene argumentum ſumatur à contrario; itam ita demum vtitur vitiis ſui Authoris, ſi eius vtatur acceſſione. Tollitur quartum fundamentum, quoniam non propterea ſequitur, vt inter vitia realia, & perſonalia non ſit differentia, nam reale vitium ſi fuerit purgatum non obſtat vſucapioni hæredis, vitium perſonale non poteſt purgari, aut purgatum habetur pro non purgato. *d. l. vbi. §. interdum.* Rurſus vitium reale nocet omnibus tam vniuerſalibus, quam ſingularibus ſucceſſoribus. *Iaſon. in dicto. §. cum aliquis numer. 3. & 4.* ſed vitium perſonale ſingulari ſucceſſore ignorante, non officit *dict. §. partus.* à contrario ſenſu.

Secundum argumentum refellitur ex eo quod imo communis opinio eſt de Iure Canonico vt hæres incoando vſucapionem ex perſona ſua non poſſit ſtante mala fide defuncti acquirere, vt teſtatur *Iaſ. in d. §. cum aliquis nu. 23.*

32 Communis autem iſta † ſententia limitanda ex mente Baldi, *Rom. & Iaſon. in dicto. §. cum aliquis numero vigeſima,* quando hæres nollet vſucapere ex titulo, quem habet, non à teſtatore, ſed ab alio extraneo, ſiue illam habuerit ante mortem teſtatoris, ſiue poſt; ratio limitationis eſt, quia mala fides defuncti; ei non nocet; ex quo vſucapere poſſet, etiam ſi hæres ei non extitiſſet, probatur hæc limitatio in *l. an vitium in fin. ff. de diuerſ. præſcript.* quem textum *Bald. & Roman.* dicunt eſſe ſingularem, dum ait hæredem, in extranei locum ſucceſſiſſe; non eius cui hæres extitit. Defunctus enim dum viuebat rem quampiam pignori dederat, & poſtea diſtraxerat. ego emi ab illo emptore; & poſtea ſucceſſi defuncto, an vſucapiam contra creditorem pignoris, reſpondet textus, quod ſic; quia extraneo ſucceſſori, quo ad illam rem; non defuncto; Cæterum non videtur vera limitatio, licet dictum ſit in ſe verum.

Quoniam non eſt de regula. Nam regula eſt hæredem non vſucapere, quod defunctus non potuit, vt bona ſit limitatio, oportet afferre caſum, in quo hæres, tanquam hæres defuncti, vſucapiat, quod à defuncto propter malā fidem non poterat vſucapi.

33 Sed quid de Iure Canonico; † vtrum hæres non obſtante mala fide defuncti; poſſit ex perſona ſua vſucapionem incipere magna eſt controuerſia inter Doctores, tam Canoniſtas, quam legiſtas; vt conſtat ex allegatis à *Iaſan. in dicta. §. cum aliquis. l. Pomponius ff. de acquir. poſſeſſ. nume. 21. verb. ſecundo limito. cum ſequen.* & ex cumul. à *Felyn. in dicto c. ſi diligente num. 6. Dyn. enim in c. poſſeſſor, & Ioan. And. in c. cum quis de reg. iur. in 6.* adhærent opinioni affirmatiuæ *Imol.* quoque in *c. illud 2. column. extra de præſcription. Marianus in Rubr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in tertio tractatu artic. 4. verſiculo ſexto.* competit publiciana, vbi declarat *l. cum hæres. ff. de præſcript. & regulis cum quis in ius alterius. de regulis iuris* quæ videbantur obſtare. Contrarias partes ſequuti ſunt *Butrius, & Abb. in dicto cap. ſi diligenti. Abb. in cap. nihil ſupra de præſcriptionibus Imol.* ſibi cōtrarius in *ca. fin. colum. 3. de præſcriptionib. Butrius in cap. cura. colum. 4. de iure patro.* Ex legiſtis probant *Dyni* ſententiam: *gloſſ. in dicto. §. cum quis in leg. 2. Codic. de vſucapion. pro hærede in l. ſi ego. §. partus de publicia. Bartol. in dict. leg. cum hæres de præſcriptio. in leg. vitia. Codic. de acquiren. poſſeſſ. Caſtrenſ. conſilia 238. & conſilio 290. volum. ſecunda* vt per *Felyn. dicta. cap. ſi diligenti numero ſexto, verba ſed opinio Dyn. Baldus in dicta l. cum quis. §. in hoc de public. Angel. in l. 2. Codic. de præſcription. longi tempor. Imol. in l. ſequitur. §. hæres. ff. de vſucapion.* Aduerſus *Dyn.* ſentiunt Cuman. in dicto *§. cum aliquis Alexand. & Bald. ibidem,* & in *Auth. ad hæc. Codic. de vſucapionibus. Romanus conſilia decimoquarto & conſilio ducenteſimoprimo, columna ſecunda; Abbas conſilio vigeſimonono, Alexand. ſibi contrarius in conſilio octuageſimo quarto,* in cauſa vertente inter Cameram, & *conſilio tertio, & conſilio octuageſimonono, & conſilio ducenteſima tertio; volum. ſecundo; & conſilio ſexageſimo ſecundo; volum. quarto.*

Pro opinione Dyni eſt ratio ſatis aperta *Iaſan. dicta. §. cum aliquis numero vigeſimo ſecundo;* quippe quod mala fides defuncti cenſeatur eſſe in hærede; eſt ex rigore Iuris ciuilis; At de Iure Canonico rigor non attenditur; ſed æquitas naturalis argumento *leg. tertia; de pactis;* dicens quod pactum nudum obligat eo iure, licet de iure ciuili, nullam pariat obligationem. *l. Iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pactis.*

Secundo quia mala fides ſicut dolus defuncti eſt vitium perſonale, at vitia perſonalia non tranſeunt in hæredem ex æquitate Canonica, vt dixit *Bartol. in dict. l. cum hæres ff. de præſcription.*

Tertio probatur à ſimili, quia ſucceſſor vniuerſalis in prælatura non impeditur præſcribere ex perſona ſua rem mala fide poſſeſſam à ſuo anteceſſore è *cura,* & ibi *gloſſ. & Doct. extra de iure patronatus.* Ea vero ſententia declaratur ad mentem

iſtorum, vt procedat, quando, vel titulus non requiritur ad præſcriptionem, vel quia ius commune non reſiſtat, vel nulla ſit præſumptio iuris in contrarium, iuxta textum in *cap. primo de præſcript. in 6. Iaſon. dicto §. cum aliquis. numer. 21.* Secundo declaratur, vt obſeruanda ſit in terris Eccleſiæ, non autem in terris Imperii, in quibus obſeruatur iuris ciuilis diſpoſitio, vt per *Felyn. dicto cap. ſi diligenti. numer. 6.* Contraria ſententia confirmatur alia argumentatione *Butrii*; quam magnifacit *Angelus in dicto. §. ſequitur. numero 10. de exception.* ſcilicet quando hæres tenetur exonerare animam defuncti, *Alexand. conſil. 4. numero 21. lib. 2. & conſil. 201. numero 14. vol. eod. & conſil. 96. lib. 2. numer. 10. & conſil. 97. lib. 7. numer. 8. cap. fin. de ſepultur. cap. litteris de raptor. & cap. ſup. eo illo titulo.* Sed defunctus tenebat rem alienam malæfidei, igitur eam hæres tenetur reſtituere, & per conſequens non poteſt vſucapere eam rem, quam debet reſtituere. Nec officit reſponſio, quod præſcriptio ſit ſimilis ſolutioni. *l. ſi pupillus. §. fin. ff. de adminiſtr. tutor.* atque adeo, ſicut ſi ſoluiſſet hæres ſatisfeciſſet animæ defuncti, ita & præſcribendo, vt ratiocinatur. *Iaſon dicto. §. cum aliquis. num. 23.* Nam eſt verum quo ad ipſum hæredem præſcribentem, vt nomine ſuo non tenetur reſtituere, ſed non quo ad defunctum, qui non præſcripſerat, nec poterat præſcribere, ideo remanet eius anima onerata. Secundo hæc eadem opinio confirmatur ex argumento Abbatis; Nam hæres actionum defuncti eſt ſucceſſor *d. l. hæres*, ergo & malæfidei, & iſtud non reperitur mutatum de iure Canonico, nec obſtat reſponſio *Bald.* ſcilicet, quod dicta lex cum hætes procedat in præſcriptione longi temporis in qua reperitur titulus, & ſic quando oportet vti adminiculo ſimili ipſius defuncti, & ideo ibi malafides defuncti impedit hæredem præſcribere, ſed ſecus eſt in præſcriptione 30. annorum, in qua non requiritur titulus; & quod ita loquatur dicta lex cum hæres paret, quoniam de iure Digeſtorum non erat cognita præſcriptio longiſſima; Quoniam & ſi vera eſſet reſponſio, quo ad illum textum, non tamen eſt congrua ſolutio ad regulam, quod heres eſt ſucceſſor vitiorum defuncti, quæ & de iure Codicis eſt cognita, quo iure eſt cognita etiam longiſſimi temporis præſcriptio, per textum in *l. 2. Cod. de fructib. & lit. expenſ.* vbi ad literam exprimitur hæredem vitiorum defuncti ſucceſſorem eſſe. A' qua opinione non videtur in dubio recedendum, quippe quia eſt magis communis, vt Iaſon *dict. §. cum aliquis. numero 23. Felyn. in dict. cap. ſi diligenti. num. 6. verb. pauci tamen ſunt*; Quam *Iaſon ſupra citato loco* confirmat, quoniam quod hæres repræſentet defunctum, & fingatur vna, eademque perſona cum defuncto, procedit etiam de iure Canonico, ſiquidem non inuenitur correctum, *argumento cap. 1. & 2. de non. oper. nunciat.* iſta autem repræſentatio facit, vt credatur & ipſe hæres malæfidei, proinde prohibetur vſucapere. Augetur vis argumenti, quia ius canonicum plus conſulit Animæ, quam ius ciuile, latius punit hæredem ex facto defuncti, quam ius ciuile. *d. c. litteris.*

Quare ſi de iure ciuili hæres non præſcribit, merito nec de iure Canonico, Adeo quod ſi hæres de iure ciuili, poſſet a ſe incipiendo vſucapere, Non poſſet de iure Canonico propter periculum animæ defuncti, cum animarum ſalutem reſpiciant principaliter Can. & animæ ſunt precioſiores cunctis rebus; confirmatur etiam quia æquitas Iuris Can. interpretanda eſt ita, vt ex ea non inducatur peccatũ, vt foret ſi hæres ex ſua pſona vſucaperet, & vitiũ defuncti non tranſiret in illum, vt ſi cætera debita tenetur exoluere, ita & iſtud reſtitutionis rei mala fide poſſeſſæ ſine qua reſtitutione nõ remittitur peccatũ. *c. pec. de reg. iur. in 6.* Nec obſtant allegata ꝑ ſententia Dyn. aperta n. eſt ſolutio ex ante dictis ad duo illa priora fundamenta; Tertiũ autem diluitur, vt inquit *Iaſon d. §. cum aliquis in fine*, quia ſuccedens in beneficio non habet cauſam ab anteceſſore præmortuo, ſed à ſuperiore conferente beneficium *gloſſ. in dicto cap. cum Abb. & alii in c. 1. de ſolut.* addo, quod nec ſucceſſor repræſentat ipſum, nec fungitur eadem perſona cum ipſo Anteceſſore; quod in eo procedit iuxta terminos. *cap. 1. de præſcriptionib. in 6.* ſcilicet quando non repugnat præſcriptioni ius commune, nec iuris pręſumptio; Alias ſi pſcriptio ſit talis, quę deſiderat titulo; & tunc aut iſte prælatus ſucceſſor valet vti ad præſcribendum titulo prædeceſſoris, & non poſſet vſucapere, quia eſt effectus ille titulus mala fide, aut ex nouo titulo acquiſito, & tunc vſucaperet, ſed non tamquam ſucceſſor in illa Eccleſia, ſed tamquam quilibet alius; argumento *dictæ legis, an vitium in fine. ff. de diuerſ. præſcript.*

Quæſtio. 4. Noua hic quæſtio naſcitur, an in quibus caſibus hæres ex dolo

de-

defuncti tenetur, & doli actione conuenitur, talis actio ſit eiuſdem naturæ, cuius eſt quando daretur contra doloſum ſi viueret, & talis eſſe videtur; Primo quia defuncti nomine præſtatur.

Secundo quia hæres ſicut ſuccedit in vitio defuncti *dicta l. cum hæres, & l. ſecunda Cod. de fruct. & lit. expenſ.* ita debet in pœna ſuccedere.

Tertio quia cauſa hæredis, & defuncti debet à pari procedere *d. l. 2. in fine.* Con-
34 traria † tamen opinio proximior eſt ad veritatem, ex his quæ tradit *Bald. in l. in hæredem ff. de dolo,* & eſt quoque magis communis; Nam ſunt plures differentiæ, quarum prima
35 eſt, quod actio † doli contra doloſum eſt temporalis, olim enim intra annum vtilem, hodie biennio continuo finitur, eoque tranſacto, ſi quid ex eo dolo perueniſſet ad doloſum, teneretur actione in factum.

Contra hæredem vero de eo, quod ad eum peruenit tenetur perpetuo. Altera differentia eſt, quia actio doli infamat doloſum, ſi fuit condemnatus, ſed hæredem condemnatum non infamat, quare in hæredem eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt actio in factum.

Tertia eſt differentia, quod contra doloſum datur cum cauſæ cognitione propter præiudicium infamiæ contra hæredem; datur ſine cognitione cauſæ cum hæres non ſubeat periculum infamiæ, etiam ſi condemnetur *Bald. in d. lege in hæredem.* Additur, & quarta differentia, quia contra doloſum dicitur proponi ex maleficio, cõtra hæredem dicitur proponi ratione bonorum, vt per eundem *Bald. in l. 30. ff. de dolo.* Non obſtant contraria propter diuerſitatis rationem, nam cum hæres in veritate natura dolum non fecerit, non debet ſubire infamiam, & cum non afficiatur infamia, debet eſſe in eum perpetua actio, ſicut alia ciuilis, eademque ratione, non eget cognitione cauſæ quando præſtatur contra ipſum. Et ſatis à pari procedit hæres, cum teneatur ad reſtitutionem, ſicut, & doloſus defunctus.

36 Fit locus quintæ quæſtioni † nunquid dolus defuncti in quibus caſibus nocet hæredi, faciat, vt ſicut ob ipſum contra defunctum daretur iuramentum in litem iuxta *legem in actionibus ff. de in lit. iuran. lege primum cum ſeq. ten. Cod. eod. tit. l. ſi quando. Codice vnde vi. c. fin. ex. quod metus cauſa,* ita etiam præſtatur contra eius hæredem *Bartol. in dict. lim actionibus numero ſecundo,* conſtituit aliquas concluſiones prout colligit *Curt. Iun. ibi numero. 34.*

Quarũ prima eſt, quod ſi dolum verum feciſſet defunctus, & antequam aduerſus eum lis eſſet conteſtata, moreretur; relictus ab eo hæres, pati hoc iuramentum non debet; Probatur hæc concluſio authoritate *legis 2. & 4. C. eodem de in litem iuran. in dicta lege ſecunda,* ibi neque dolus, neque lata culpa, neque fraus hæredis conuincitur omiſſa iuriſiurandi facultate, Iudex de veritate cognoſcet, quæ etiam argumentis liquidis inueſtigari poteſt, in *l. 4.* alio iure, tutor eſſe dicitur, quo ad illum titulum, alio iure eſt eius hæres, probatur ratione fundata in regula generali. *l. 1. C. ex delic. defunc.* quod actio ex delicto non tranſit ad hæredem niſi lite conteſtata, & dolus eſt delictum. *l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rationib. diſtrahend.* eſt etiam pulcher textus in *l. fin. ff. de fideiuſſ. tutor.* ibi: Nam litis conteſtatione & pœnales actiones tranſmittuntur ab vtraque parte; & perpetuantur. Contrarium probat *Curtius Iunior dict. num. 34.* ſcilicet quoad dolum commiſſum in contractibus vel quaſi, prout in his loquuntur iura ſub titulo. *ff. & Codice de in litem iuran.* Mouetur per tex. in *leg. ex depoſito,* vt in *lege ex contractibus de actionib. & obligation.* vbi *gl. Bart.* & omnes volunt; heredem teneri ex dolo defuncti in ſolidum, etiam lite non conteſtata, & ſi nihil aliud ad hæredes perueneſit. Suffragatur, quia hæres eſt ſucceſſor vitiorum defuncti; vt ſæpius dictum eſt nec aduerſatur, inquit *Curtius; regula dict. leg. vni. Codice ex delicto defuncti;* quando procedit in his, quæ ſunt merè delicta, ſecus quando dolus verſatur circa contractus, de quibus in *dictis titulis de in litem iuran.*

37 Sed tamen † opinio Bartoli eſt frequentiſſima omnium conſenſu probata, vt teſtatur *Didacus libro ſecundo, capite decimoquarto, numero quinto, verbo: vltimo omittendum variar. reſolutionum* & plene conſtat ex *Ploto in leg. ſi quando §. quadrageſimonono, numero vigeſimo, Codice de in lit. iurand. Capicc. deciſion. 91.* Cui non obſtat argumentum Curtii.

Nam aliud eſt hæredem in contractibus ex dolo defuncti teneri; aliud eſt contra illum dari iuramentum in litem, quod niſi ob dolum præſtatur, quem non admittit hæres; vt oſtendit *lex ſecunda Codice eodem.* Nam ait, ſi nullus dolus

vel nulla fraus ab hærede ſit commiſſa; relicto Iuramento, iudex de veritate cognoſcit, quæ etiam argumentis liquidis probari poteſt. Obligatur ergo hæres ex dolo defuncti in contractu commiſſo, ſed contra ipſum veris probationibus erit probandum damnum illatum, non priuilegiatis, & ſibi imputet is, qui deſtinientum paſſus eſt, ſi non fuerit cum doloſo litem conteſtatus, & hanc ſolutionem ſentit *Curtius*, ſed non guſtauit, nec etiam refragatur, quod hæres ſit ſucceſſor vitiorum defuncti nam Iuramentum datur contra doloſum, non contra ſucceſſorem doli, *dicta leg. 21 Cod. eodem, & l. 3.*

38 *Quæſt. 5.* Altera eſt † concluſio, ob dolum verum in actionibus bonæ fidei commiſſum ante litem conteſtatam, & poſt ipſam conteſtationem mortuo defuncto iuratur in litem contra hæredem, veluti ſi ſeruum venditum occidiſſet, antequam in iudicio ab emptore peteretur, ita quod non poſſet lite poſtea conteſtata reſtituere, & *Curtius dict. loc. num. 35.* dicit hanc concluſionem indubitabilem, ratio eſſe videtur quia propter litis conteſtationem pænales actiones tranſmittuntur ex vtraque parte ad hæredes, *dicta leg. fin. ff. de fideiuſſor. tutor.* Tertia eſt concluſio in actionibus bonæ fidei, quando dolus eſt commiſſus poſt litem conteſtatam, ſi cōmittens dolum moriatur ante ſententiam, non poteſt iurari contra hæredem, quæ communi conſenſu reiecta, & improbata eſt, ſi Curtio credimus *citato loco num. 36.* per rationem ibi allegatam. Quarta concluſio, in actionibus ſtricti iuris arbitrariis, non datur iuramentum contra hæredem, etiam poſt litem conteſtatam, niſi commiſſus ſit poſt primam ſententiam. Et Doctores communi conſenſu tranſeunt cum Bartolo, quia tunc cauſatur iudicis arbitrium, quando commiſſus eſt dolus, vt deferendo dictum Iuramentum, & dolus committitur in non parendo iudici, vel faciendo, quo minus parere poſſit. *Bart. d. verb. ſi verb.*

Quinta concluſio vltra Bartolum, & Curtium in dolo præſumpto, nam prædictæ concluſiones obtinent in dolo vero, ita ſe habet. ob dolum præſumptum, lite nondum conteſtata, mortuo reo aduerſus eius hæredem, non iuratur in litem, probatur *l. vltima Cod. eodem*, probatur à maioritate rationis; nam ſi in prædicto caſu non iuratur ob dolum verum, contra hæredem, vt dictum eſt in prima concluſione, longe minus in dolo præſumpto, qui minor eſt dolus, facta autem litis conteſtatione ante mortem doloſi dolo præſumpto, poſſet iurari contra hæredem, quia pænales actiones per litis conteſtationem tranſeunt in hæredes, vt paulò ſupra expoſitum eſt. Sequitur *Didacus d. lib. 2. c. 4. num. 5. verb. vlt. omittendum non puto, variarum reſolut.*

Quæſt. 6. Quæri etiam rectè poteſt, an dolus defuncti noceat hæredi in illa a-
39 ctione quæ publiciana † dicitur. Numquid ſcilicet prohibeatur illam intentare hæres ob dolum defuncti; pendet enim ex principali illa quæſtione de vſucapione, datur enim hæc actio ei, qui eſt in vſucapiendi conditione, *§. ſed iſta inſtitut. de actionib. l. 3. cum ſequen. ff. de public.* Pro enucleatione huius quęſtionis, præmittendum eſt, quod
40 actio publiciana à prætore Publicio inducta, duo habet † capita, vnum alteri contrarium, nam in primo capite ei conceditur, qui cum rem alienam iuſta ex cauſa bonaq; fide aliquandiu poſſediſſet, poſtea illam caſu amiſit. conceditur inquam aduerſus eum, qui nactus eſt illam poſſeſſionem, modo dominus verus non ſit, quia prætor æquius putauit eum, qui ex iuſta cauſa illam prius acquiſierat, quam eum qui poſtea caſu accepit, obtinere, *l. fin. ff. de vſucapionib.* itaque permittit ei rem illam ita petere, quaſi vſucepiſſet. §. *ſed iſte, & §. namque inſtitut. de actionib. l. prima. ff. de publiciana.*

In ſecundo autem capite datur ei, cuius rem aliquis abſens reipub. cauſa, vel apud hoſtes exiſtens, per ſubiectas ſibi perſonas vſucapiat, cum nullum in ciuitate reliquiſſet defenſorem, aduerſus quem poſſet interrumpi vſucapio, poſtea reuertitur, nam permittit prætor aduerſum eum domino agere, dicendo, quod non vſuceperit, quod verè vſuceperat. *§. reuerſus inſtit. de actionib.* Sanè hoc vltimum caput publicianæ, non pertinet ad quæſtionem noſtram, cum dominus præſupponatur is, qui in ea publiciana agit, vt reſciſſa vſucapione rem ſuam ſibi vendicet. Primum itaque caput eſt quæſtionis noſtræ, in quo defunctus mala fide poſſederat aliquot annis fundum, & cum cecidiſſet à poſſeſſione fuit mortuus, relicto hærede, qui publiciana nolebat experiri contra nouum illum poſſeſſorem; an ei liceat? Et verius eſſe videtur, vt non liceat. Nam aut ille nouus poſſeſſor erat dominus & non poteſt, quoniam publiciana non datur regulariter aduerſus dominum. *l. pen. & fin. ff. de public. Angel. in §. ſed iſta. num. 22.*

num. 12. inſtit. de action. & gl. ibi, dum affert aliquas limitationes ad illam regulam, vt & facit *Accurſius in dicta. l. fin.* Aut dominus non eſt, & tunc, aut vult vti acceſſione defuncti, & non vtitur publiciana, quando ei datur tantum, qui poterat vſucapere, *Angel. in dicto. §. ſed iſta num. 6. verb. tertio præmitto*, per textum *in l. cum qui. in princ. ff. de publ. e. ibi.* poſſe vſucapere, ergo publicianam habebit; At hæres propter malam fidem defuncti, ibi non vſucapit. *§. d. utina inſtit. de vſucapion. l. vitia. C. de acqu. poſſeſſ.* aut non vult vti acceſſione, ſed penitus vſucapionem inchoare, & adhuc non dabitur ei publiciana, quoniam vt ſupra oſtendimus ex magis communi, non poteſt vſucapere, quia vitiorum defuncti ſucceſſor eſt, ergo nec publicianam habere, vt probat apertiſſime textus in *d. l. eum qui. §. prætor ait.* aut generaliter loquens, ait. In hac actione non oberit mihi ſi ſucceſſor ſum, & dolo feci, cum is in cuius locũ ſucceſſi bona fide emiſſet, nec proderit ſi dolo careo, cum emptor, cui ſucceſſi dolo feciſſet, & *gl. ibi not.* agi de ſucceſſore vniuerſali.

Hæc de authoris vniuerſalis dolo dicta ſufficiant, in quibus & ſi hæredis tantum
41 † mentionẽ fecimus, oſtendentes an & quatenus dolus ſui authoris ei noceat, tamen id ipſum obtinere putamus in alio ſucceſſore, vt initio tractatus dicti oſtẽdimus, nempe bonorum poſſeſſore, arg. *l. prætor. ff. de regulis iuris. l. 2. ff. de bonorum poſſeſſione. l. prima, & ſecunda, ff. de poſſeſſoria hæredit. petitio.* Arg. *legis si cui. §. ſi hæres. ff. vt in poſſeſſ. legatorum.* Vel in patre adrogatore *ex titulo inſtit. de acquiſition. per ad rogat.* nempe, vt filii adrogati nomine teneatur. *§. finali eod. titul.* pro dolo enim filii tenebitur pater adrogator nomine illi viuentis non proprio nomine, ſed poſt mortem filii quia dominium rerum illius conſolidatur cum vſufructu patri acquiſito per adrogationem ex conſtitutione Iuſtiniani. *§. 1. eodem titulo. & §. 2.* tenebatur iure ſuo, & nomine proprio, vt quilibet alius hæres. Vel in eo cui adiiciuntur bona libertatum confirmandarum gratia per textum *in §. 1. inſtitut. eod.* ibi, & ſi idoneè creditoribus cauens de ſolido, quod cuique debetur ſoluendo.

Propoſitus modo ordo poſtulat, vt ad dolum ipſius ſucceſſoris vniuerſalis progrediamur; qui poteſt ita deſcribi.

42 Dolus † ſucceſſoris vniuerſalis eſt machinatio fraudulenta, ab eo, qui in ius vniuerſum ſuccedit occaſione illius iuris commiſſa machinatio; fraudulenta eſt pro genere, ab eo, qui in ius vniuerſum; pro differentia ad excludendum dolum ſucceſſoris ſingularis; occaſione illius iuris commiſſam, ad ſeparandum alium dolum; commiſſum non ex cauſa hæreditaria; Nam ſi ſucceſſor dolum commiſiſſet, furando, occidendo, non diceretur dolus ſucceſſoris, quia tamquam quilibet extraneus fecit, eſt textus in *leg. 2. Codic. de in litem iurando.* vbi hæres inſtrumenta hæreditaria doloſe occultans, patitur iuramentum in litem, ille dicitur dolus hæredis quãdo ſuper re hæreditaria, commiſſus eſt, & tanquam ab hærede.

Quæſtio prima. Hic quæritur an iſte dolus ab hærede, alioque vniuerſali ſuc-
43 ceſſore commiſſus † reputetur, vt dolus ille defuncti, ita vt hæres de ſuo proprio teneatur, ſicut defunctus teneretur de dolo à ſe commiſſo. & negatiue reſpondendum videtur ex his, quæ diximus *ſupra in dolo authoris. quæſt. 4.* in qua plures oſtendimus eſſe differentias inter dolum hæredis, & dolum defuncti; Verum contrarium
44 † magis eſt probandum per *textum in lege toties. vbi Decius, & Cagnolus. ff. de regulis iuris.* Nam probatur, quod ſicut dolo defuncti conuenitur ipſe defunctus in ſolidum; etiam ſi nihil ad eum ex illo dolo peruenerit, ita hæres de ſuo dolo proprio conuentus tenetur in ſolidum, at ex dolo defuncti teneretur de eo tantum, quod ad eum perueniſſet; Ratio eſt, quia etiam ex proprio delicto conuenitur hæres, ſi ipſe eſt author principalis delicti, ideoque tenetur in ſolidum, non tantum pro rebus ad ſe peruenientibus. *leg. in hoc iudicio. ff. de ſeruo corrupto, facit lex prima. §. rectiſſime. ff. de vi, & vi armata.*

Secundo confirmatur ex *l. prima. §. prætor ait. ff. depoſit.* in quo hæres depoſitarii ob inficiationem propriam tenetur in duplum, ſicut ad duplum obligaretur defunctus ſi ipſe fuiſſet inficiatus.

Tertio ſuffragatur *lex nona, & l. 22. ff. depoſ.* nam in vtraque expreſſum eſt, hæredes pro dolo proprio in ſolidum obligari, & ſi vnus hæredum dolum fecerit, ſolus ipſe tenetur in ſolidum, ſi duo fecerint dolum, quiſq; oneratur pro parte, probat etiã *Alciat. in*

l. ex eo parto 121. §. ex facto rei. ff. de verb. obligat. motus ex *dicta lege 22.* quæ incipit ſi duo, qua probatur, quemq; debere proprium dolum præſtare. Quarto adſtipulatur, quod ſicut pro dolo defuncti aduerſus defunctum ſi viueret iuraretur in litem. *l. in act. ff. de in litem iurand. Plotus in l. ſi quando. Cod. de in litem iurand.* ita & contra hæredem ex dolo proprio *dicta l. 2. Codic. de in litem iurand.* ibi ſi hæres inſtrumenta pupillaria, dolo vel circumueniendi pupilli gratia exhibere non vult, & *l. prima Cod. eodem titulo, in princip. iuncto verſiculo ſiquid dolo*; ſiue eſſet hæres, cum beneficio legis & inuentarii ſiue non per ea quæ cumulat. *Plotus in d. l. ſi quando. §. 49. nu. 22. verb. fallit ſecundo. Decius conſi. 137. numero 4. col. 3. verb. iſto concluſio & conſil. 496. numero 12. col. pen Aret. conſ. 148. Angel. conſil. 31.*

Quibus conſequens eſſe videtur, vt & contra hæredem de proprio dolo duret actio tantum biennio ex generalitate *legis vltimæ. Codice de dolo*, & cum in hoc dolo proprio hæredis verificetur definitio data à Iuriſconſulto in *l. prima. ff. de dolo*, omnes eius qualitates debent verificari. Ideoque hæres, qui ex dolo defuncti non efficitur infamis, vtique proprio erit infamis. Nec aduerſatur obiectum, Nam quæ dicta ſunt in quarta quæſtione procedunt in dolo commiſſo à defuncto, quia præſtatur aduerſus hæredem; mitius enim agi debet cum eo, qui dolum non fecit, quam cum defuncto doloſo.

Quæſtio. 2. Quæritur ſecundo an dolus hæredis alteri nocere poſſit ſcilicet

48 † cohæredi, & minime nocere indicat textus *in l. in commodato. §. ſi ex facto hæredis. ff. commodati ex lege in depoſiti cum lege ſequenti. ff. depoſiti.* facit *lex ſi plures. ff. de vi, & vi armat. l. inter cohæredes. §. quod ex facto hæredis. ff. commodati ex l. in principio. ff. familiæ hercis.* & quod ex facto ſuo vnius ex cohæredibus ex ſtipulatione hæreditaria præſtat, à cohærede non repetit, veluti ſi ab re hæredeque ſuo dolum malum abfuturum defunctus ſit ſtipulatus. *l. ſi communis famulo. ff. de noxalib.* facit etiam a ſimili *lex quod ſi nolit §. Pomponius. ff. de ædilit. edict.* facit etiam; quia ſi vnus cohæredum partem ſuam emphyteuſis alienaſſet non propterea omnes caderent, *Soccin. in l. quarta §. Cato Iaſon in l. fin. Codice de iure emphyte. Corneus conſil. ſexageſimo ſeptimo in ſecundo vol, Curtius Senior conſil. ſeptuageſimo ſecundo.* idem ſi vnus iſtorum male in re emphyt. verſatur non facit cadere alios, *auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſi.* In contrarium verò facit *lex quarta. §. Cato. ff. de verbor. obligat.* in qua teſtator promiſerat per ſe non fieri quo minus mihi per fundum ſuum, ad fundum meum, ire, agere liceat, & deceſſit pluribus hæredibus relictis quorum vnus prohibuit ne irem, agerem, ad fundum meum, ait textus, quod omnes hæredes, tenentur pro hæreditaria portione. Secundo ex *lege in executione. §. in ſolidum. ff. de verborum obligat.* in qua ſi defunctus promiſiſſet de euictione & mortuus eſſet pluribus hæredibus relictis, verbo contra faciente omnes tenentur; Tertio facit, quod vno cohæredum Canonem non ſoluente, cæteri cohæredes cadunt in commiſſum; *l. communi. ff. communi diuidundo iuncta gloſſa magna Bartolus in leg. fraudari. ff. de public. Alciatus in l. quarta. §. Cato nu. ſexageſimo quarto.*

49 Diſtinguunt † plerique doctorum pro ſolutione huius quæſtionis inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, vt ſcilicet in illis quidem dolus vnius aliis non officiat, & ita procedat. *l. in depoſiti cum lege ſequenti. ff. depoſiti*, cum *reliquis ſupra citatis.* In iſtis vero pro dolo vnius cæteri quoque teneantur; & ita procedit *lex 4. §. Cato.* nempe in ſtipulatione, quæ ſtricti iuris eſt, ſic *lex in executione. §. in ſolidum.* ſed eam refellit diſtinctionem *Alciatus in dicto. §. Cato. numero 61. verbo mirari per textum in dicta lege inter cohæredes. § quod ex facto*; nam ibi ſumus in ſtipulatione, & tunc in *primo reſponſo.* dolus vnius; non officit aliis, confirmatur vltra ipſum ex *dicto. §. Cato verbo. At ſi de eo cautum ſit*; vbi dolus vnius aliis non nocet in illa ſtipulatione, amplius non agi.

Alia itaque diſtinctio affertur; aut loquimur in diuiduis ſtipulationibus, aut in indiuiduis, priori caſu dol⁹ vnius cohæredis aliis nō noceat, & ita procedit prima opinio. In ſecundo vero dolus vnius obeſt aliis & ſecundū hæc procedit poſterior ſententia, & probatur *d. §. Cato ver. ob omnibus ſe id factū*, de quo cautū eſt indiuiduū ſit, veluti amplius non agi, tū cū hæredē; qui aduerſus ea facit pro portione ſua ſolū pœnā cōmittere declarādo, q; in priori caſu indiuiduæ obl. & ſi dolo vnius cæteri teneātur non habent

re-

regreſſum cõtra cohæredem doloſum. *d. lege inter cohæredes* §. *quod ex facto*, quia ſcilicet quemadmodum ex alieno dolo lucrari non debeo, ita nec damnum ſentire. *l. ſicut. ff. de reg. iuris. Alciatus in dicto.* §. *Cato. nu. 64.* diſtinguit alio modo. Aut vnus cohæredem doloſe facit, & venit contra id, ad quod principaliter erat obligatus diſpoſitione legis, aut principaliter diſpoſitione hominis.

Primo caſu is, qui delinquit obligatur de ſuo dolo in ſolidum, & aliis non nocet, quia lex eum inſolidum obligare poteſt, & legalis pœna delictum non excedit. *l. reſcriptum. ff. de his quibus, vt indig.* & delictum debet ſuos tenere authores *l. ſancimus. Cod. de pœnis*, & ideo in contractu depoſiti, cum illa cautio dolum malum abeſſe, inſit legis diſpoſitione, cohæres contra faciens ſolus tenebitur, *dicta l. in depoſiti*, nec repetit ab cohæredibus, vt *dicta l. 4. & lege ſequenti, & l. ſi communis. ff. de noxal.* Hinc etiam procedit diſpoſitio, *dicta leg. quod ſi nolit.* §. *Pomponius. ff. de ædilit. edict.* vbi ſi vnus ex pluribus emptoribus rem emptam deteriorem faciat, ſolus, & in ſolidum tenetur, quia non ex contractu, ſed ędilitii edicti authoritate tenetur. *l. 1.* §. *1. ff. de ædilit. edicto* hinc etiam fit, quod ſi vnus ex cohæredibus partem ſuam emphit. irrequiſito Domino alienat, vel male in re emphyt. verſatur non nocet aliis, *Authen. l. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ.* quia diſpoſitione legali tantum aduerſatur, & contrafacit, nam pœnæ legales, vt dictum eſt, delictum non excedunt.

Secundo vero caſu dolo vnius tenentur omnes pro portione hæreditaria, lege enim duodecim tabularum fit pro rata diuiſio, vt inquit ibi *Alciatus.* Et hinc eſt, quod vno ex cohæredibus canonem non ſoluente cæteri quoq; cadunt, quia canon non authoritate legis, ſed ex ipſo contractu, partiumque facto conſtitutus eſt, ita videmus in euictione, in qua facto vnius, cæteri obligantur. *dict. l. in executione.* §. *inſolidum.* Euictio enim non legis authoritate, ſed facto contrahentium principaliter debetur, ſiquidem lex eam introduxit ex præſumpta contrahentium mente, conſuetudineque, *l. quod ſi nolit.* §. *aſſidua. ff. de ædilitio edicto*, videas *dicto loco Alciatum.* vbi occurrit certis dubitationibus, quæ ſuam hanc diſtinctionem videbantur reddere obſcuriorem.

Q. 3. Quæritur tertio an dolus hæredis ſcripti, noceat proximiori, vel æquali in
47 gradu † *Ancar. famil. quæſt. in quæſt. 76. n. 3. & 4.*

Quæſt. 4. Quæritur quarto, vtrum hæredis dolus nocere poſſit legatariis, & fidei-
48 commiſſariis, & † ſane nocere probatur ex dictis in proxima præcedenti quæſtione, in qua oſtendimus, dolum hæredis in multis caſibus nocere cohæredibus, ergo à maiori, vel ſaltem à pari poterit obeſſe legatariis, & fideicommiſſariis, qui minus iuris habent in teſtamento, argumento *auth. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. cum ſimil.* Secundo probatur ex *l. ſi ſuſpecta. in princip. ff. de inoff. teſtament.* in qua definitur, quod ſi mota quetela inofficioſi teſtamenti legatarii, quibus in eo teſtamento ſunt relicta legata, vel fideicommiſſa, timentes colluſionem inter ſcriptos hæredes, & eum qui de inofficioſo teſtamento agit, poſſunt ſi volunt adeſſe liti, & voluntatem teſtantis defendere, quod ſi dolus non poſſet nocere hæredis ſcripti, fruſtra legatarii peterent aſſiſtentiam litis, & fruſtra appellarent, ſemper enim eſſet illis conſultum per actionem doli. Tertio eodem modo probat *lex prima & vniuerſus tit. ff. vt legator. & fideicommiſſ. nomine caueatur.* Nam per illud edictum tenetur promittere hæres de conſeruandis legatis, & omnem dolum malum abfuturum, quod ſi dolus ille non noceret ſu-
49 peruacuo, peteretur illa cautio, ſed tamen † contraria opinio eſt verior, & probatur primo ex regula generali, quod non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri *l. non debet. ff. de reg. iur. l. nemo poteſt mutare. ff. eod. titul.* & alterius dolus alteri nocere non debet, *l. 26.* §. *ſi abſente. ff. de noxalib.* & ex his, quæ diximus ſupra in *titulo de dolo tertii.* Sed ſecundo loco à ſimili. Nam legatarii dolus non officit hæredi, quia datur ei aduerſus doloſum legatarium actio doli. *l. ſi legatarius. ff. de dolo*, igitur nec legatario nocebit dolus hæredis. Tertio probatur in terminis ex *lege 11 cum.* §. *hæres, verbo dolum. ff. vt in poſſeſſ. legat.* namque *Vlpianus*, ibi ait, quod non ſolum hæredis, ſed cuiuſque alterius ſucceſſoris dolus aduerſus legatarium, & fideicommiſſ. punitur ex illo edicto, imô & dolus hæredis, imo & culpa punitur, ſcilicet quoties dolus tendat in perniciem legatariorum, & fideicommiſſariorum. Quarto etiam probatur in terminis, ex *titulo. ff. ſiquis omiſſ. cauſ. teſtament.* Quo cautum eſt, quod ſi hæres in teſtamento ille ſcriptus ſit, qui poterat ab inteſtato ſuccedere, & vt frandaret legatarius, omiſſa ſucceſſione ex teſtamento petat hæreditatem ab inteſtato, debet nihilo

50 minus ſoluere legata; nec ille dolus obeſt legatariis. † Non repugnant allegata ex ad-
uerſo, & primum quidem diluitur ex diuerſitate rationis; illa enim ratio ſupra allega-
ta cur dolus hæredis noceat cohæredi, non militat cum legatariis; ſecundo quia illi
cohæredes, quibus nocet, habent aduerſus doloſum regreſſum per *legem inter cohære-
des. §. quod ex facto. ff. familiæ herciſcundæ.* Secundum autem, & tertium fundamen-
tum, tantum abeſt, vt probent contrariam ſententiam, vt illam maximè deſtruant.
Etenim adeo lex improbat dolum hæredis contra legatarios, vt non ſolum puniat
commiſſum, ſed etiam prouidet, ne poſſit committi. Et ideo in titulo vt legatorum,
& fideicommiſſ. compellit hæredem dare illam cautionem conſeruandi legata, do-
lumque malum omnem adfuturum, & ſi non caueat mittit legatarios in poſſeſſio-
nem rei legatæ per titulum, vt in poſſeſſionem legatorum. Similiter lex timens dolum
hæredis ſcripti contra legatarios, quando mota eſt querela inofficioſi; concedit lega-
tariis aſſiſtentiam, & ſi non aſſiſteret, vt dolus committeretur ab hærede, puniretur ni-
hilominus ſi de illo conſtaret ſaltem ex indiciis, iuxta *legem dolum C. de dolo*; ſed quan-
do eſt difficile dolum probare, ideo permittitur legatariis aſſiſtere liti, & a ſententia
appellare. Quomodo autem poſſit hæres in re hæreditaria dolum committere decla-
rat *gloſſ. in l. 1. in verb ſtipulentur. ff. vt legator. & fideicommiſſ. nomine*, veluti tradendo ſer-
uum venenatum; affectum fundum poſtea ſeruitute, ſi legatum eſt ſub conditione, &
hæres impediat conditionẽ exiſtere; ſi alienaret rem legatam, & faceret deſinere eſſe
hæreditariam. *l. ſi cui. §. in poſſeſſ. ff. vt in poſſ. legatorum.*

Quæſt. 5. Quæritur vtrum dolus hæredis vniuerſalis in non faciendo inuen-
51 tarium, præiudicet fideicommiſſario † vniuerſali, *Bald. in auth. ſed cum teſtator. Cod. ad
l. Falcid.*

Q. 6. Quæritur an dolus hæredis noceat ſibi ad perdendam hæreditatem quam
52 dolo † acquiſiuit, dicam *infra de dolo in vlt. quæſt.*

De Dolo Authoris, & ſucceſſoris ſingularis
Cap. II.

1 *Dolus Authoris ſingularis deſcribitur.*
2 *Tituli triplex acceptio.*
3 *Vitium triplex.*
4 *Vtrum dolus Authoris ſingularis noceat Vſucapioni, vel præſcriptionibus.*
5 *Reſoluitur quæſtio magiſtrali diſtinctione.*
6 *Primi capitis deciſio ampliatur, & limitatur.*
7 *Secundum caput diſtinctionis.*
8 *Secundi capitis deciſio ampliatur.*
9 *Alia concluſio firmatur attinens ad idem caput, quæ & ipſa ampliatur.*
10 *Subiicitur noua concluſio, cui ſuccedit, & altera.* num. 11.
12 *Quæ ampliatur, ac limitatur.*
13 *Refelluntur in contrarium obiecta.*
14 *Vtrum dolus Autoris ſingularis, noceat Succeſſori in actione publiciana diſputatur.*
15 *Fædere diſtinctionis quæſtio reſoluitur.*
16 *Vtrum dolus Authoris noceat in rei venditione.*
17 *Diſtinctione dirimitur dubium.*
18 *Limitatur.*
19 *Ampliatur.*
20 *Vtrũ noceat in actione hypothecaria, & concluditur affirmatiue.*
21 *Ampliatur concluſio.*
22 *Vtrum noceat quoad exceptionem.*
23 *Adhibitur diſtinctio, & plures caſus conſiderantur.*
24 *An exceptio doli, quæ datur contra Authorem delegantem noceat ei, cui fit legatio, remiſſiue.*
25 *An quæ competebat contra cedentem opponatur contra Ceſſionarium, remiſſiue.*
26 *An dolus ſucceſſoris ſingularis noceat.*
27 *Diſtinguuntur tres caſus, & ponitur primus.*
28 *Subiicitur ſecundus caſus.*
29 *Subiicitur tertius.*

1 DOlus authoris ſingularis poteſt non † ineleganter ita deſcribi, vt ſit fraudulenta
machinatio in re, quæ in nos de iure dominii, vel poſſeſſionis tranſlata fuit, adhi-
bita; machinatio fraudulenta: loco generis eſt, in re, quam iure dominii vel poſſeſſio-
nis; in nos tranſlata fuit, loco differentiæ; Quia ſi in alia re dolum quis commiſiſſet,
non in illa, quam vendidit, aut donauit, vel alio habili titulo dedit, non eſſet dolus au-
thoris

thoris mei dicitur iure dominii, vel poſſeſſionis, quippe vtroque modo meus eſt au-
thor, & ideo ſi rem titulo habili ad transferendum dominiũ dederit, vt titulo emptio-
nis, permutationis & pro ea conueniar ab alio in iudicio, debeo laudare meũ authorẽ
vt cauſam defendat, & vt agere poſſim aduerſus eũ euictionis nomine, ſi verò tradatur
mihi titulo in habili; ita vt ſolam poſſeſſionẽ naturalem ſiue corporalẽ detineã, vt in re
locata, & commodata, detineo nomine ſuo, & pro re ſim: adductus in iudicio, de-
beo, ſcil. te auctorem nominare, qua nominatione facta, liberatus ſum a Iudicio, vt
ſuperiori capitulo in principio expoſuimus.

Secundo, præludiũ loco præmuniendũ eſt, quod titulus, quatenus denotat cauſam
acquiſitionis (nã multiplex eſt tituli ſignificatio, vt per *gloſ. & Bar. in l. non eſt C. famil. erc.*
Cynus in l. cogi in prima quæſtione. C. de petit hæredita.) pcipuè tamẽ ſignificat acquiſitionis
2 cauſam, & in hunc ſenſum titulus acceptus eſt † triplex, nempe oneroſus, lucrati-
uus, quaſi lucratiuus, de duabus prioribus eſt *lex prima. §. 2. C. de impon. lucrat. deſcript.*
lib. 22. de omnibus eſt textus *in lege 4. §. de authoris dolo, cum ſequ. vſq; ad §. metus cauſa. ff.*
de exceptione doli. tradit latè *Iaſon. in §. item ſiquis in fraudem num. 27. & ſequenti inſtitut. de*
actionib. titulus oneroſus eſt, quando res ad aliquem peruenit cum onere aliquid dan-
di, vel faciendi, nempè quia is qui rem accipit oneratus eſt aliquid viciſſim date, aut
facere, ſicut eſt in omni contractu correſpectiuo, vt in emptione; lucratiuus eſt, cum
res ad aliquem peruenit ſine onere, vel grauamine aliquid dandi vel faciendi, ſed ex
mera liberalitate, vt hæreditas, legatum, donatio iuxta tradita ab imperatote in *d. l. 1.*
de imponend lucrat. quaſi lucratiuus titulus eſt, quando res peruenit ad aliquem cum o-
nere, & lucro ſimul, & exemplum eſt apud Iuriſconſultum in *d. l. 4. §. ſiquis autem verſ.*
cæterum ſi noxa, in eo, qui cauſa noxæ ſeruum accepit, ſiquidem reſpectu damni eſt
cum onere; & quia plus valet, quam damnum, eſt cum lucro, itidem ſi res, quæ vale-
bat 20. ſit empta ab eo qui ſcienter vendidit pro 12. vt explicat *Ioannes gloſſ. in d. verſ. cæ-*
3 *terum in verb. cauſa* 3. præmittendum † quod & diximus ſuperiori capitulo, quod ſci-
licet vitium eſt triplex, reale, vt in re furtiua, quaſi reale, vt in re fiſci, vel pupilli, em-
pta ſine debitis, & conſuetis ſolemnitatibus, vitium perſonale, vt doli, vel malæ fidei
gloſſ. mag. in d. §. de authoris in verſ perſona per Iaſ. in l. Pomponius. §. cum aliquis. ff. de acqui-
renda poſſeſſione. num. 3. & 4.

Quæſtio. prima. Quærò autem priori loco, vtrum dolus authoris ſingularis,
4 noceat ſucceſſori itidem ſingulari, quoad vſucapiendum, ſiue etiam † præſcriben-
dum. De qua quæſtione *Caſtrenſ. in l. dolum. Cod. de peric. & commod. rei vend.* & ſane res
eſt controuerſi iuris, & videtur omnino nocere. Primo quidem, quoniam valet ar-
gumentum de ſucceſſore ſingulari ad vniuerſalem, *l. Pomponius. §. quæſitum eſt ff. de a-*
quir. poſſ. cum enim ibi dubium eſſet apud Iuriſconſ. numquid in acceſſione hæredis,
idem obſeruetur, quod in acceſſione emptoris, exploſa quorundã ſententia, reſponſ.
ſubtilius eſt quod in emptore eſt, id quoque & in hærede probari. Sed ſucceſſor vni-
uerſalis ex dolo authoris non vſucapit, nec de iure ciuili, nec de iure Canonico, vt co-
pioſe ſupra probatum eſt, ergo nec ſucceſſor ſingularis. Secundo, ad idem eſt text.
in *auth. malæ fidei. C. de præſcription. & in §. rurſus in auth. vt ſponſ. largit as*, Malæ fidei inquit
text. poſſeſſore alienante ceſſat longi temporis præſcriptio. Ergo emptor, & ſic ſuc-
ceſſor impeditur ex dolo, & mala fide authoris vſucapere; In contrarium eſt *text. in l.*
an vitium. ff. de diuerſ. præſcription. In qua vitium authoris ſingularis, puta donatoris mi-
hi ad vſucapiendum non nocet, puta ſi iuſtum initium non habuit poſſidendi, nam
inquit *Vlpianus* vſucapere poſſum, quod author vſucapere non potuit; facit ſecundo
loco tex. *in. l. dolum. C. de peric. & commod. rei ven.* III. *l. 1. C. de præſcript. longi temporis.* quar-
5 to ex *lege 4. §. de authoris. ff. de except. doli.* Ad reſoluendam † hanc difficultatem oportet
aliquos caſus diſtinguere. Primus quidem caſus eſt, quando dolus authoris induxit
vitium reale, vt ſi rem furatus vendiderit, vel violenter poſſeſſam alienauerit acci-
plenti bona fide, & tunc eſt conſtituenda concluſio affirmatiua. Dolus authoris no-
cet, & vſucapionem impedit §. *furtiua, inſtitut. de vſucapionib.* ex diſpoſitione. *lex 12. ta-*
bularum. dicebat enim rei furtiuæ æterna authoritas eſto; & vt notat *Angelus* ibi lex
reſiſtit vſucapioni ob vitium furti *Caſtrenſ. & gloſſ. in d. l. dolum. C. de peric. & commod. rei*
vendita, vel violentiæ, eſt ad idem textus in *l. 4. §. de authoris, verbo & per hoc æque. ff. de*
excepti. doli. ratio eſt, quoniam vitium reale ſequitur rem, quocumque vadat, puta ſi
vendidiſſet ſcienter rem pupilli, vel fiſci, nam idem iuris ſeruatur, in vitio quaſi reali.
§. res fiſci noſtri inſtitut. de vſucap. & ibi *Doctores Iaſ. in d. § cum aliquis. l. Pompon. ff. de acq. poſſ.*

6 Primo ampliatur, ſiue † ſucceſſor ſit ex cauſa oneroſa, ſiue ex cauſa lucratiua aut quaſi lucratiua. Quippe quia impedimentum vſucapionis naſcitur ex vitio rei, quod æque reperitur in alienatione ex titulo oneroſo, ac lucratiuo, ideoque appellatur exceptio cohærens rei in dicto §. *de authoris*, quam dicit ibi text. nocere etiam in cauſa oneroſa.

Secundo ampliatur, ſiue de iure ciuili, ſiue de iure Canonico, etenim non inuenitur correctum de iure Canonico quod vitium rei impediat vſucapionem, imo ſtrictius procedit lex Canonica in materia vſucapionis propter timorem peccati. *c. finali, & ibi Canoniſtæ de præſcription.* limitatur autem in præſcriptione 30. vel 40. annorum, dolus enim iſte inducens vitium reale, vel quaſi non nocet quoad longiſſimam præſcriptionem per generalitatem *l. ſicuti, & l. omnes. C. de præſc. 30. ann.* nam virtute illorum iurium ipſemet fur, & violentus poſſeſſor, præſcriberet, vt adnotat *Angelus in dicto. §. furtiua gloſſ.* 1. & iſta limitatio, procedit, vt arbitror etiam de iure Canonico, quippe circa vitium rei, nihil quicquam diſpoſuit, ſed ſatis habet, vt præſcribens ab initio fuerit bonæ fidei, quod eſt etiam de iure ciuili. *l. iuſto. §. & poſſeſſionis. ff. de vſu. capionib.* & in ea vſque in finem perſeuerauerit, quod eſt præcipuum iuris Canonici *dicto c. fi.* ideo ſi per 30. annos, vel 40. rem furtiuam bona fide emptam poſſiderit eo quoque iure vſucapiet; Non ſic fur ipſe, vel poſſeſſor violētus præſcriberet dicto tempore de iure Canonico propter iniuſtum initium, & malam fidem ab initio, ratione euitandi peccati *d. c. fin.*

7 Secundus caſus † eſt, quando dolus ſingularis authoris induceret vitium perſonale, vt ſiquis doloſe fundum alienum venderet, vel donaret, vel legaret. Et tunc prima concluſio ſit. Si ſucceſſor ſingularis vult vti acceſſione ſui authoris doloſi, & nocet, & impedit vſucapionem *Caſtrenſ. dict. l. dolum*, ratio eſt ex *lege Pomponius. §. cum aliquis. ff. de acquiren. poſſeſſione.* quia ſcilicet, qui vtitur acceſſione alterius, debet vti cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis. *l. 4. §. de authoris ff. de exceptio: doli*, ibi æquiſſimum viſum eſt. Cum qui ex perſona authoris vtitur acceſſione pati dolum authoris, comprobatur, quia dum vtitur acceſſione initium poſſeſſionis ſumitur ab authore, quod fuit vitioſum propter malam fidem, quæ impedit vſucapionem. §. *primo*, ibi: quis à non domino bona fide, *inſtit. de vſucap.*

8 Ampliatur † concluſio, ſiue ſit ſucceſſor ex cauſa oneroſa, ſiue lucratiua propter generalitatem *dict. § eum aliquis. & dict. §. de authoris.* eadem enim ratio determinat, plures caſus, quod genus continet ſub ſe plures ſpecies. facit. *l. illud ff. ad l. aquil. l. à Titio.*
9 *ff. de verborum obligation.* aut ſucceſſor non vult vti acceſſione doloſi authoris, & tunc † prima concluſio ſit. Dolus authoris de iure Digeſtorum, & Codicis non nocet ad præſcribendum. *l. 1. C. de præſcription. long. tempor.* ibi: ad noua dominia & exinde noui viginti anni interceſſerint, non eſt inquietanda, quæ nunc poſſidet perſona, quæ ſicut acceſſione prioris Domini non vtitur, &c Ratio eſt quia adeſt bona fides inita ex perſona ſucceſſoris, titulus eſt habilis, & res eſt vſucapibilis, nihil igitur eſt impedimento præſcriptioni. §. 1 *cum ibi not. inſtit. de vſucap.*

Ampliatur, vt procedat etiam in vſucapione rerum mobilium propter identitatem rationis vt notat *Angelus in §. ſed iſte. numer. 22. verb: ſed addas. inſtitut. de actionib.* & ita procedit. *tex. in dict. l. an vitium. ff. de præſcription.* quamuis Angel. non dicat, loquitur in authore ſingulari, ibi legauit, vel donauit, & non vſus eſt ſucceſſore, acceſſione authoris, ideo reſponſum eſt vſucapere poſſum, quod author non po-
10 tuit. Alia concluſio † ſit de *iure authent.* ſi verus rei Dominus ius ſuum ſciat, & notam habeat rei ſuæ alienationem; Dolus authoris non nocet, præſcriptione decem vel viginti annorum ſui ſucceſſoris; *Authent. malæ fidei in ſecundo reſponſo, Angelus in dicto § ſed iſte. numer. 22.* ratio eſt, quia alienationis verbo etiam vſucapio continetur, quoniam vt ait Iuriſconſultus in *lege alienationis. ff. de verb. ſignificat.* vix eſt vt non videatur, velle alienare, qui rem ſuam permiſit vſucapi & ſibi imputet verus Dominus, qui ſeruit, & tacuit.

11 Tertia ſit concluſio iure † authenticorum, ſi verus rei Dominus ius ſuum ignoret, & neſciat alienationem factam, Dolus authoris nocet ſucceſſori quo ad præſcriptionem decem, vel 20. annorum, ſed non quo ad illam longiſſimam 30. vel 40. annorum *d. authent. malæ fidei, & dicto. §. rurſus in primo reſponſo*, ratio eſſe poteſt, quia

cum ignoret, dignus eſt aliqua venia vſque ad 20. annos, ideo non currit aduerſus
illum talis præſcriptio, ſed non vſque ad 30. vel 40. quoniam nimis magna eſt negli-
gentia in longiſſimum tempus protrahi, ideo punienda eſt, maxime propter bonum
publicum, vt rerum dominia non ſint ſemper in incerto. *l. prima & ſecunda ff. de vſucap.*
12 *§. primo inſtit. de vſucapion.* Ampliatur † vtraque concluſio, vt procedat etiam de iure
Canonico, ratio eſt quoniam ſucceſſor ſingularis non ſuccedit in vitia ſui Authoris,
quando non vult vti acceſſione, quoniam leges, quando dicunt ſucceſſorem ſucce-
dere in vitiis authorum, intelligunt & loquuntur, de ſucceſſore vniuerſali. *l. cum hæ-
res. ff. de præſcription. l. 2. Cod. de fructib. & lit. expenſ.* eſt *lex cum qui. §. prætor ait. ff. de pu-
blician.* vbi ad litteram, quod mala fides authoris non nocet, & ipſe ſucceſſor particula-
ris volens vſucapere ex perſona ſua, eſt in bona fide, ideo nihil prohibet, vt de iure
Canonic. vſucapiat, modo perſeueret in vſucapione vſq; in fi. de fi. limitatur poſterior
hæc concluſio ſecundum *Angelum in dicto. §. ſed iſta. numero 12. verb. Addas tamen,*
In vſucapione rerum mobilium, quoniam *dict. auth. mala fidei* eſt exorbitans ergo non
extendenda; quod ait placere *Bartolo in dicto. §. cum aliquis,* ſed forſitan non eſt iure ve-
ra hæc limitatio, quoniam in exorbitantibus ex paritate rationis fieri poſſe exten-
ſionem receptum eſt, quia in his non ita proceditur ſtricte, ſicut in correctoriis. *Imol.
in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio* Alciat. *de verbor. ſignific. libro 2. in dicta vero auth.
mala fidei,* non ſolum adeſt eadem ratio in bonis mobilibus, ſed maior. Nam in domi-
no ignorante lex non vult procedere vſucapionem 10. annorum, quanto magis vſu-
capionem triennii, cum tunc breue tempus, multis aliis modis limitatur d. auth. per e-
undem *Ang. citato loco. num. 12. verb. adde. vſque ad num. 13.* & ad eum omnes recurrunt.

Nec vrgent allegata † argumenta initio quæſtionis, quibus indiſtincte vide-
13 batur probare, quod dolus authoris noceret ſucceſſori particulari ad pſcribēdum, ete-
nim primum ſumptum ex *lege Pomp. §. quæſitum de acq. poſſ.* tollitur, quoniam æquipara-
tio ibi inter ſucceſſorem vniuerſalem & particularē procedit in illo puncto denegan-
dæ acceſſionis propter identitatem rationis, at inter vtrumque ſæpe non eſt ratio di-
uerſitatis, cum vnus ſuccedit in vitiis ſui authoris, alter non ſuccedit, vnus ſemper ſit
ex cauſa lucratiua, vt hæres, vt bonorum poſſeſſor, alter vero aliquando ex lucratiua,
aliquando ex quaſi lucratiua, aliquando ex oneroſa, vt probauimus, dolus authoris v-
niuerſalis ſemper noceat in vſucapionibus; Alterius vero non ſemper noceat, ſicut
prædiximus.

Secundum quoque fundamentum commouetur ex *d. Auth. malæ fidei,* quo-
niam quomodo ſit accipiēdum principium illius conſtitutionis, ex quo ducebatur ra-
tiocinatio; apparet ex ſequentibus verbis, ſiquidem principium non habet orationem
perfectam, ſed regulatur ex ſubſequentibus, quæ declarant præcedentia. argumento
l. pacta nouiſſima. C. de pactis.

Quæſt. 2. Quæro ſecundo vtrum dolus authoris ſingularis noceat ſucceſſori in
14 actione publiciana; veluti † ſi à doloſo, & malęfidei poſſeſſore, fundum, vel
aliam rem titulo habili ad transferendum dominium bona fide acciperem, & poſt
aliquod tempus cecidiſſem poſſeſſione, nunquid actione publiciana poſſim e-
ius rei amiſſam poſſeſſionem recuperare; an verò dolum authoris, non poſſim, & pu-
blicianam non competere, videtur aperte probari primo ex textu *in l. ſequitur. §. de illo.
ff. de vſucapion.* in quo ſeruus ancillam ſurripuerat & pro libertate ſua mihi dederat,
concepit ancilla in domo mea, an poſtea editum partum vſucapere poſſim. Sabinus,
& Caſſius non putant, quod verum eſt, ergo nec pro partu competit publiciana, *l. eum
qui, & l. ſi ſponſus. ff. de public.* & pondero, quod non lōquitur textus de Ancilla, quippe
nō erat in illa dubitatio propter vitiū furti, ſed loquitur in partu, qui furtiuus eſt, & ſic
dolus ſerui, id eſt, authoris nocet ad vſucapiendū, & ad intentandam publicianā. Con-
firmatur per text. *in l. ſi ancillam ff. pro ſuo,* vbi tenetur ancillam furtiuam bona fide, par-
tum eius apud ſe conceptum, ſi cognouerit poſtea furtiuam eſſe ancillam, & non de-
nunciauerit domino, non vſucapit, ideoq; nec publicianam habet.

Secundo probatur ex *d. auth. mala fidei.* nam emens à malæ fidei poſſeſſore, ſi igno-
ret verus dominus, non vſucapit niſi 30. annis, & ſic non vſucapit, ergo nec publicia-
nā habet. *d. l eum qui in pr. & l. ſi ſponſus. ff. de pub.* In contrariū eſt tex. apertus in *l. eum qui.
§. prætor ait. ff. de publ.* ibi proinde hoc ſufficit me bonæ fidei emptorem fuiſſe, quamuis
à non Domino emerim, licet ille callido cōſilio vendiderit, neq; enim dolus vendito-
ris mihi nocebit. Ad idem eſt text. in *l. ſi ego. §. partus. ff. de publiciana,* in quo partum an-

cillæ furtiuæ apud me ignorantem vitium furti conceptum, poſſum actione publiciā na recuperare, ratione meæ bonæfidei, quãuis a malæfidei poſſeſſore data ancilla fuerit. Similis eſt textus in *l. iuſto. §. & ſi poſſeſſionis. ff. de vſucap.* vbi ſi ancillam alienam bona fide accepero non tamen furtiuam, & antequam partum ederet cognoui à non domino accepiſſe, partum tamen eius vſucapio, ideoq; pro illo mihi publiciana competit, *d. l. eum qui. & l. ſi ſponſus.*
15 Pro † reſtitutione difficultatis ſunt aliqui caſus diſtinguẽdi. Quorum primus eſt, quando ſucceſſor vult vti acceſſione ſui authoris, qui bonæfidei eſt non dolus, & iſte caſus eſt, præter quæſtionẽ noſtrã, ſed confert ad intellectum ſequentiũ caſuũ & in eo poterit ſucceſſor, ſi ceciderit à poſſeſſione, intentare publiciā ad eam recuperandã, ſiue ceciderit ipſe, & intentabit eã nomine proprio, ſi vero antequam author rem venditam, vel donatam tradiderit emptori, vel donatario, ceciderit à poſſeſſione, ſucceſſor intentabit illam nomine ſui authoris, ex quo ſibi non competit, quia nunquam poſſedit, vt notabiliter *Angel. in §. ſequitur. num. 17. verb. vnde etiam tu aduertas, inſtitut. de exception.* Ratio eſt manifeſta, quippe ſucceſſor poterat vſucapere, ergo & publicianam habere, *dicta lege eum qui.* Secundus caſus eſt proprius noſtræ quæſtioni, ſi velit ſucceſſor vti acceſſione ſui authoris doloſi, & nec ſuo nomine, nec nomine authoris, vtetur publiciana ad recuperãdam poſſeſſionem amiſſam, ratio eſt, in promptu, quoniam propter malum initium non poterit procedere vſucapio. *l. 3. ff. pro ſuo. l. 2. in ſ.* pro emptore. *l. iuſto. §. & ſi poſſ.* igitur nec vſucapio *d. l. eum qui dicta. l. ſi ſponſus*, & ratio eſt quia vtitur acceſſione non ſua cauſa. *d. §. cum aliquis. l. Pompon. ff. de acquir. poſſeſſ.* & quia æquiſſimum eſt pati dolum illius, cuius acceſſione vtitur, nec in hoc caſu ſibi vendicat locum *authen. malæ fidei*; ſcilicet quando propter malam fidem authoris non interdicatur omnis vſucapio, ſed prorogetur vſq; ad 30. annos, nam procedit illa inſtitutio in eo, qui emit, vel alio titulo accipit à malæfidei poſſeſſore, & non vult vti illius acceſſione, tamen q̃a verus domin⁹ ius ſuum ignorat, differt vſucapionem vſq; ad 30. annos, & quod intelligatur in ſucceſſore qui non vtitur acceſſione palam eſt ex *l. præcedenti* ad cuius correctionem poſita eſt authoritas prædicta, nam in illa agitur de ſucceſſore qui nõ vtitur acceſſione, ibi & exinde noui viginti anni interceſſerint, & ibi ſicut acceſſione prioris domini non vtitur, Probatur etiã ratione, quippe malum initium tollit in totum vſucapionẽ, non prorogat in tempus prolixius *d. l. iuſto. §. & ſi poſſ.* cum aliis prope citatis. *l. ſequitur. §. de illo. ff eod. tit. de vſuc.* at qui vtitur acceſſione vitioſę poſſeſſionis, vtitur malo initio, ſcilicet ob malam fidẽ, quæ fuerat in authore. Tertius caſus, quando vult vti quadam acceſſione Authoris doloſi, eo dolo, quo inducitur vitium reale, quia rem futiuam vendidit mihi bona fide accipienti, & deneganda eſt publiciana euidentiſſima ratione, quoniã cum res ceciderit in vitiũ furti, vel quaſi, nõ eſt capax vſucapionis, igitur nec publ. *d. l. eũ qui cum aliis ſupra deductis.* Quart⁹ eſt caſus, in quo non vult vti acceſſione doloſi, & dolus inducit vitiũ perſonale, & tũc de iure Digeſtorũ, & Codicis competit publiciana ſucceſſori, ſi ceciderit à ſua poſſeſſione, & ita procedunt iura ſupra allegata pro opinione affirmatiua ſcilicet *l. eum qui. §. præt. ait cum reliquis adductis.* Quartus caſus eſt, quando nõ vult vti acceſſione authoris doloſi, & tũc de iure auth. ſi verus dominus ius ſuũ ignoret, poteſt dubitari an cõpetat publ. cum nõ currat præſcriptio, niſi per 30 an. & non vſucapio, pro qua videtur concedi publiciana *tot. tit. ff. de publ.* Tamẽ puto hanc actionem competere, ea ratione adductus, quod per dictã auth. non eſt ſublata in totum vſucapio, ſed prorogata, vt notanter dixit Angelus in dicto *§. ſed iſta. n. 12. ver. non obſtat* dicta auth. igitur nec erit ſublata publ. vt eodem loco argumentatur *Angel.* Imo prolixiori tempore vtetur ea, ita fit quod ſi ſucceſſor in vno grauatur, quod dilata ſit vſucapio vſque ad vigeſimũ annum, releuatur in altero, vt ſentiat etiam longiori tempore publicianæ commodum, atq; ex his dilatum eſt, ſecundum fundamentum ſententiæ negatiuæ, cui nec primum argumentum fauet; Quippe loquuntur ea iura in caſu ſingulari, ſcilicet in vſucapione partus ex ancilla furtiua, nam lex adeo proſequitur odio vitium furti, vt & illum prohibeat vſucapere partum ancillæ furtiuæ, ſi cognouiſſet prius eſſe furtiuam, licet partus non ſit furtiuus. Quando autem non cognouerit furtiuam eſſe ancillam, partum vſucapit, ex quo ſatis apertè deprehenditur, ibi caſum contineri ſingularem; quando in ignorante furtiuam ancillã procedit vſucapio partus, tum dd. iuribus, tum *l. ego. §. partus. de publ. & in §. de illo*, adeſt alia ſpecialitatis ratio, quia illa Ancilla fuerat à ſeruo ſubrepta, & Domino tradita, in præmium ſuæ libertatis, Ideoque Iuriſconſultus reſpondet, poſſeſſio, quam ſeruus vitioſe nactus ſit Domino noceat.

16 *Quæſt. 3.* Tertio quæro an dolus authoris noceat ſucceſſori in actione rei † vendicationis, ita vt repellatur à vendicando rem, quam eſſet proculdubio vendicaturus, ſi non obſtaret dolus authoris, veluti ſi a doloſo poſſeſſore, fundum, vel aliam rem titulo emptionis, vel donationis bona fide accepi, & ex perſona mea computando tempus vſucepi, completaque vſucapione cecidi a poſſeſſione. Intento contra poſſeſſorem, vel detentorem, rei vindicationem, reus obiicit exceptionem ex dolo mei authoris. Et videbatur non nocere talis exceptio. Primo quia ego ex præſcriptione dominium acquiſiui. *l. doce ancillam. C. de rei vend. §. 1. inſtit. de vſucap. l. 3. ff. eodem.* Secundo ex *dict. l. 4. §. de authoris, ff. de exceptione doli* a contrario ſenſu, nam ibi nocet exceptio dolo authoris aduerſus eum, qui vtitur acceſſione ſui authoris ex ratione ibi allegata, ergo a contrario non officeret ei, qui non vtitur acceſſione, vt in propoſita quæſtione. Quod argumentum eſt validum in iure, vt per *Doct. in l. 1. ff. de off. eius.*

Tertio ſuffragatur *d. l. 4. §. Idem tract. Pomponius* verbo: authoris autem dolus emptori non obiicitur. quod in omnibus procedit, qui vicem emptorum ſuſtinent, vt in permutatione, & in datione in ſolutum contingit. In contrarium fortiter vrget *tex. in d. l. 4. §. ſi quis autem ex cauſa legati, & § cæterùm ſi noxa*, ſi quidem ad literam definitur
17 obſtare ſucceſſori exceptionem ex dolo authoris. † Pro concordia diſtinguendum eſt; Aut ſucceſſor eſt ex cauſa oneroſa, aut ex cauſa lucratiua, vel quaſi lucratiua (quæ autem iſtæ cauſæ ſint initio huius capituli expoſuimus) priore quidem caſu exceptio doli ex perſona authoris non obſtat quominus iure vendicem rem meam a me vſucaptam, & ita procedunt rationes & leges ſupra pro priori opinione deductæ, ratio eſſe poteſt, quoniam iſte ſucceſſor agit de damno euitando; ideo dolus alterius ſibi non
18 habet obeſſe; aliud eſt damnum inferre, aliud lucrũ † eripere. Declaratur concluſio vt recte procedat de iure *ff.* & *Codice*, ſed de *iure Auth.* ita demum procedit ſi ſeruata ſit in vſucapiendo forma *Auth. male fidei. Cod. de præſcrip. long. temp.* Fallit ſi dolus eſſet commiſſus in ipſa actionis acquiſitione, nam tunc cuicunque ſucceſſori ea vtenti exceptio obiicitur. *Ang. in §. ſequitur de except. num. 1.* verbo *ſexto fallit. ſed cogita.* Poſteriori autem caſu exceptio doli obſtabit, & ita repelletur à vindicando tametſi vſuceperit, & ita procedunt iura allegata pro alia ſententia in *§. ſi quis autem ex cauſa legati*, & *§. cæterum*, & totam vim deciſionis pendere in vtroque capite ex cauſa lucratiua, vel oneroſa indicant verba dicti. *§. ſi quis autem*, ego puto exceptione eos eſſe repellẽdos, cum lucratiuam cauſam ſint nacti, aliud eſt enim emere, aliud ex his cauſis ſuccedere, & in cauſa lucratiua, ratio rationis eſſe poteſt, ex *lege ſicut pœna. ff. de regul. iuris.* vbi ſicut ex delicto authoris pœnam pati non debet ſucceſſor, ita nec lucrum ſentire. argumento legis ſecũdum naturam. *ff. eodem titulo* Aliqua dubitatio ſubeſſe poſſet, in cauſa quaſi lucratiua, ſi quidem in ea agitur etiam de onere, niſi Iuriſconſultus idem iuris eſſe reſpondiſſet in ea, ac in mere lucratiua, forſan ea ratione, quod cauſa nocens magis attenditur, quam cauſa iuuans, *Bart. in l. ſi tur. ff. de vſucapion. pro don. & in l. ſi quis in grau. §. eleganter. ff. ad Syllan.* *Alciat. reg. 1. præſumpt. 30. cum* Appoſtil. ibi, *Iaſ. in l. ſi arrogator n. 47. ff. de adoption. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1. n. 17.*

19 Ampliatur † iſta concluſio in cauſa lucratiua, vt ſcilicet dolus authoris, non modo noceat quando cauſa eſt lucratiua ab initio, ſiue reſultet lucratiua ex poſt facto, vt in *l. Mæuia marito, §. fundus. ff. ſolut. matr.* & ibi notat *Raphael* & probat *Angel. at in §. ſequitur num. 14. verb. ſecundo vero caſu, de exception.* Sed vereor ne ibi cauſa lucratiua ſit ab initio, quoniam dos in perſona mulieris, cui datur aperte eſt ſemper ex cauſa lucratiua, *Campegg. de dote in 2. p. vr. quæſt. 20.* & ideo ſubnectit tex. conſequi cum fundi euicti exiſtimatione, euidens iniquitas eſt, cum dolus patris ipſi nocere debeat, cui conſequens eſt in *d. §. fundus.* ampliationem non continere, quicquid *Raph. & Ang. dict. locis* exiſtimauerint, & ſuffragatur ratio, quoniam quando agit, cum tunc cauſa ſit oneroſa, agit de damno euitando, non de lucro capiendo, & ideo ſi obiiceretur exceptio, nõ ad extorquendum lucrum, ſed ad inferendum damnum pertineret cogita an ſit concluſio de cauſa lucratiua, fallit ſi in vſucapiendo ſit ſeruata forma *auth. male fidei. C. de præſcript. long. temp.*

20 *Quæſt. 4.* Quæro quarto loco an dolus authoris præiudicet ſucceſſori in actione † hypothecaria, in illa, quæ quaſi ſeruiana dicitur *§. item ſeruiana de actionib.* vel vtilis Seruiana *l. 1. §. cum prædium de pignor.* eſt actio in rẽ, quæ creditori pignoris perſequẽdi cauſa datur, vnde, & pignoris vindicatio & petitio, & perſecutio dicitur *l. 9. in fi. C. de pigno. act. l. 2. C. ſi vnus ex plurib. credit. l. 59. C. ad Trebell.* Debitor. n. meus doloſe fundũ mihi hy-

pothecauerat, quē dolo tenebat, cecidit à poſſeſſione, ego volo actione hypothecariā recuperare, obiicitur exceptio doli mei authoris, an noceat? Videtur diſtinguendum, vt in proxima præcedenti q̄ſtione de cauſa lucratiua, vel oneroſa, nunquid ſc. eſſet mihi debitor ex cauſa oneroſa, aut lucratiua, vel quaſi, quoniam & actio hypothecaria eſt realis, ſicut rei vendicatio, de qua ꝓxime dictum eſt, verum contraria ſententia eſt verior, per textum apertum in *l. 4. §. ſi quis aūt verbo idem tractat. de except. doli*, idem tractāt in eo, qui actione Seruiana, vel hypothecaria experiatur, nā & hunc putat Pomponius ſummouendum ſc. exceptione doli, quia res ad eum, qui dolo facit reuerſura eſt, quomodo aūt ſit reuerſura ad debitorē doloſum, docet *Ang. in d. §. ſequitur n. 54. ver. ſecundo ſiego.* Quippe quando agitur hypothecaria pro me creditore auocatur tantummodo poſſeſſio *l. ſi cum venderes in princ. ff. de euict.* & pro debitore dominium *l. pignore, & l. ſerui nomine*, vbi gl. & *Bart. ff. de vſucap* & per conſequens fundus reſpectu dominii, quod eſt in re magis principale, & præcipuum, rediret ad authorem meum doloſum. Non obſtat ratiocinatio contraria, nam in præcedenti caſu actionis rei vendicationis, diſtinguitur inter cauſam oneroſam, & lucratiuam, quoniam ad authorem doloſum non erat res, nec quo ad dominium, nec quo ad poſſeſſionē reditura, ſed in ꝓpoſito ꝑ maiori parte ad doloſum authorē eſt reuerſura, perinde, quia dominium abſorbet cauſam poſſeſſionis *l. natural. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ* tamquam principale, poſſeſſio, vt acceſſoria, ideo noluit lex, vt dolus authoris, magis noceret ſucceſſori bonæ fidei in re leuiori, quam bona fides ſucceſſoris prodeſſet, authore doloſo in re maioris precii. Vide *Bald. in l. 13. & l. 14. C. de dolo.*

21 Ampliatur † concluſio in actione Seruiana, q̄ de reb. in prædium vrbanum inuectis, & illatis, quæ tacito pignoris iure pro penſione, alligantur, fuit a prætore propoſita *§. item Seruiana, de actionib. l. vlt. ff. de Saluiano interd.* & probatur ampliatio in *d. §. ſi quis in verſiculo idem tractat* ibi: ſi Seruiana, vel actione hypothecaria, experiatur, probatur etiam paritate rationis.

Q. 5. Quæro quinto loco, vtrum dolus authoris noceat ſucceſſori quoad exceptio-
22 nē, † vt ſi conueniatur, dū poſſidet & apponat exceptionē ex ſuo titulo, donati ſc. vel legati, an tollatur per replicationē doli authoris, & videtur dicendū, q̄ noceat, primo argumento ſumpto a pari *l. fin. C. ad l. Falcid.* Nam ſucceſſori agenti rectè obiicitur exceptio ex dolo ſui authoris, vt ſupra demonſtratū eſt, ergo à pari obiicietur replicatio. II. ꝓpter cauſam lucratiuā repellitur ſucceſſor ab agendo *l. 4. §. cum quis, & §. idem tractat.* ergo repelletur etiā ab excipiendo. In contrariū eſt text. in *l. an vitium. ff. de praeſcript.* vbi iuriſconſultus ait, quod dolus authoris, nec nocet, nec prodeſt ſucceſſori poſſiden-
23 ti. Pro reſolutione † diſtinguo alios caſus.

Nempe aut iſte ſucceſſor eſt ex cauſa oneroſa. Aut ex cauſa lucratiua, vel quaſi. Priori caſu concluſio ſit negatiua q̄ ſc. non noceat dolus authoris ad infringendā exceptionem ſucceſſoris, probatur a maioritate rationis. Nam ſi ſucceſſori ex cauſa oneroſa agenti & vendicanti, non nocet obiectio ex dolo authoris, ſecundū ea, quæ paulo ſuperius expoſuimus tertia quæſtione, multo minus nocebit illa excipienti, per regulā, q̄ cui damus actionem, multo magis damus exceptionem, *l. nemo inuitus. §. cui damus, ff. de reg. iur. c. qui ad agendū extra de reg. iur. in 6. arg. l. per retentionem. C. de vſuris. l. 2. cum ibi notatis per Bald. C. de fideiuſſorib.* ratio eſt quia exceptio magis veſtitur æquitate; quam actio *l. quia æquitate. ff. de except. doli. §. certe illud de rer. diuiſ.* & maxime ꝓcedit regulariter, quando ad idem tendit actio, & exceptio *Cagn. & Dec. in d. §. cui damus*, vt eſt in hac ſpecie, vtroq; enim modo, ſucceſſor vult rem emptā, vel alio titulo oneroſo acquiſitā conſeruare, adeoq; ſicut mulier, propter inopiam viri poteſt, per viam actionis ponere in tuto dotē ſuam *l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. l. vbi adhuc. C. de iur. dot.* ita & per viam exceptionis. *Cagn. d. § vid. mus n. 2. Bal. Noue in tract. de dote in 7. part. principal. n. 18. & 24.* declaratur dicta concluſio, ſi ſucceſſor ex cauſa oneroſa conueniretur poſt completā vſucapionem, ſed ſi ante perfectam vſucapionem, ſane noceret quippe per litis conteſtationem interrumpitur vſucapio, notant *Doct. in l. naturaliter. ff. de vſucapion. Bal. de præſcript.* etiamſi de dolo authoris nihil diceretur virtute conteſtatæ litis.

Secundo caſu ſcilicet in ſucceſſore ex cauſa lucratiua, vel quaſi, & tunc aut quærimus an dolus authoris noceat ſucceſſori quo ad vſucapiendum, ita quod dolus ille officiat ipſo iure, & ſi à nullo moleſtetur in iudicio ipſe ſucceſſor, & duplex eſt concluſio prima de iure digeſtorum, & Codicis, non impedir per *l. an vitium. ff. de præſcriptio.* ita enim ille textus procedit.

Secunda concluſio de iure auth en. abſolutè non impedit, ſed ſi vnus dominus
ignoret ius ſuum, & neſciat rem ſuam ab alio poſſideri prorogat vſucapionem vſque
ad 30. annos. *auth. malafidei. Codic. de præſcript. longi temp.* Aut quærimus ſi nondum
completa vſucapione, iſte ſucceſſor, & poſſeſſor bonæ fidei conueniatur in iudicio,
& dum opponit de ſuo titulo, donati ſcilicet, vel legati, replicatur de dolo authoris,
& concluſio ſit vſucapionem impediri. Probatur a maioritate rationis, nam ſi de do-
lo authoris non replicaretur, vel tantum diceretur, eum accepiſſe ita demum im-
pediretur vſucapio propter litis conteſtationem quæ ciuiliter interrumpit vſucapio-
nem, *Doctor. in d. l. naturaliter Bald. in ſuo tractatu præſcriptionum in tertia parte ſextæ partis
principalis. numero 2. & ſeq.* aut conuenitur poſt completam vſucapionem, & ipſe exci-
pit de dominio quæſito per vſucapionem, ex perſona ſua perfectam, & ei replicatur de
dolo authoris, & tunc *gloſſ. in l. 4. §. cum aliquis ff. de except. doli in verb. repellendos*, *An-
gel. in §. ſequitur. numer. 15. verb. aduertas tamen. in l. pure. §. ſi cum. ff. de except. doli*, pu-
tat dolum authoris non obſtare excipienti, gloſſ. mouebatur per *l. an vitium*, ſed pa-
rum facit, vt oſtendi, quia loquitur ante vſucapionem completam, & quando à nullo
moleſtatur ſucceſſor in iudicio. Non vrgent argumenta initio huius quæſtionis ad-
ducta, licet enim *Angel. & gloſſ.* non reſpondeant, tolluutur tamen me iudice per ra-
tionis diuerſitatem, ſæpe enim datur exceptio, licet denegetur actio, & ſæpe refelli-
tur quis ab agendo, & non reiicitur ab excipiendo, tum quia exceptio, vt dictum eſt
maiori nitatur æquitate eſt enim æquitas mater exceptionis *Tiraquell. de retract.* & rei
fauorabiliores quam actores habentur. *l. fauorabiliores. ff. de regul. iuris*, & facit, quod tur-
pius eiicitur, quam admittitur hoſpes, fauet multum etiam poſſeſſio, in qua reperitur.
Confirmo quia ſi non verus dominus conueniat hunc ſucceſſorem, & non poterit de
dolo authoris opponere, quia reſpondebit ſucceſſor, quoad te liberas ædes habeo, ſi
verus dominus, & tunc aut ignorauit ius ſuum, & ſibi imputet, quod non intra vigin-
ti annos recuperauit iuxta *text. in auth. mala fidei. C. de præſc.* ibi poſſeſſor præſcriptione
munitus firmiter eas habebit.

Quæſt. 6. Quæro. 6. an exceptio doli, quæ dabatur contra authorem delegantem
24 noceat † ei, cui ſit delegatio, ſed vide textum *in l. doli. ff. de nouat.* & ibi *Doct.* vide *Ang. in
§. ſequitur. n. 18. ver. tertio principal. quæro, inſt. de except.* nos tractabimus *inf. in titulo de ex-
ceptione doli.*

25 *Quæſt.* 7. Quæro. 7. vtrum † exceptio doli quæ competebat contra cedentem, op-
poni poſſit contra ceſſionarium, tractabimus *infra in titulo de exceptione doli*, tamquam
in loco magis opportuno; interim vide *Ang. in dict. §. ſequitur. n. 16. ver. & iſta inducuntur
inſt. de except.*

Quæſt. 8. Hæc de dolo authoris ſingularis, videamus nunc de dolo ſucceſſoris ſin-
26 gularis, quæretes an † dolus iſte noceat, & quomodo, & ſunc haud videtur nocere, ſi
author ipſe fuit bonæ fidei, & dolo caruit, exemplo ſucceſſoris vniuerſalis, cui propri-
us dolus non officit, ſi defunctus erat in bona fide. *§. diutina inſtit. de vſucapion. l. cum qui.
§ prætor. att. l. ſiego. §. partus. ff. de public. actione. l. 2. §. ſi defunctus. ff. de vſucap. pro emptore*, &
ita dixit gl. *in d. l. 2. §. ſi eam rem in prin.* Confirmatur, quia nulla videtur afferri poſſe ra-
tio differentiæ, cur magis bona fides authoris vniuerſalis proſit doloſo ſuo ſucceſſori;
quàm bona fides authoris ſingularis iuuet ſuum ſucceſſorem doloſum; maxime cum
inter eos tempora coniungantur. In contrarium tamen eſt tex. in *l. 4. §. cæterum ſi noxa
verb ſuffi. it. enim. ff. de doli excep.* ibi (cum ſit bonæ fidei emptor, vt non patiatur doli ex-
ceptionem ex perſona authoris, vtiq; ſi ipſe dolo caret, cæterum ſi ipſe dolo non caret,
perueniętur ad exceptionem doli, & patietur de dolo ſuo exceptionem) & id ipſum
comprobat *gl. in eadem. l. ibi in verb. ſuo*, & ſequitur *Angel. in dicto. §. ſequitur. num. 15. ver.
27 tertio fallit.* Pro reſolutione † videtur tres caſus diſtinguendi; Primus caſus eſt, quando
dolus non ſolum eſt in ſucceſſore, ſed etiam in authore, puta ſi venditor doloſo ven-
dat, & emptor ſcienter emat, atq; ita de dolo vterq; participauerit; Et tunc concluden-
dum eſt, dolum nocere, atq; ſucceſſorem exceptione doli remoueri, *d. l. 4. verb. ſufficit.*
in his terminis loquitur, & principaliter ei nocet ſucceſſori, dolus ſuus proprius, non
dolus authoris ibi & patietur de dolo ſuo exceptionē, & ita debent intelligi, gl. & An-
gel. ratio concluſionis eſt, quoniam dolus nemini debet ſuffragari. *l. 1. ff. de doli except.*
ibi, ne cui ſuus dolus, & *l. 2. eod. titul. l. 1. ff. de minor.* at ſuffragatur ſi non reiicitur per ex-
ceptionem; Secunda ratio eſt, quoniam nulla eſſet differentia inter ſucceſſorem ſin-
gularem bonæ fidei, & malæ fidei, quod eſt abſurdum;

Tertia ratio eſt, quia æquitas illa, vt ſucceſſor non repellatur ex dolo auth. propter cauſam oneroſam; ſuperatur ex maiori æquitate, vt dolus ſuus nemini proſit; & nulla eſt æquitas, vt doloſo ſuccurratur, cum enim ſcienter oneroſo titulo emerit, videtur voluiſſe donare, *§. ſiquis in alieno ſolo cum ſequent. inſtitut. de rerum diuiſ.* His accedit, quod daretur maxima occaſio delinquendi. Ampliatur concluſio, vt longe magis procedat, quando ſucceſſor eſt ex cauſa lucratiua, & cum authore participauerit de dolo; quia ſi de qoo minus videtur ineſſe, ſcilicet in cauſa oneroſa, & ineſt exceptio, ergo & illud, de quo magis, *auth. multo magis. Cod. de ſacroſ. eccleſ.* Ampliatur etiam, vt longe magis procedat de iure Canonico, cum illo iure quandocunq; ſuperueniens mala fides noceat. *c. fi. ex. de præſcr.*

28 Secuodus caſus † eſt, quando ſucceſſor doloſus accipit titulo habili ad transferendum dominium rem aliquam à bonæ fidei poſſeſſore, nunquid dolus proprius ei noceat ad vſucapiendum; An vero poſſit coniuogere tempora ſui authoris bonæ fidei, & facienda eſt cōcluſio oegatiua, vt ſc. vſucapere non valeat, nec vti ſui auth. acceſſione, tex. eſt in hanc ſenteotiam apertus in *l. Pomp. § fi. ver. præterea ff. de acq. poſſ.* ibi præterea, ne vitioſæ quidem poſſeſſioni vlla poteſt accedere, ſed oec vitioſa ei, quæ vitioſa non eſt, ſimilis eſt textus *in l. 2. §. ſi eam rem. ff. de vſucap. pro emptor.* ſi eam rem, quam pro emptore vſucapiebat, ſcienti mihi alienam eſſe vendiderit, non capiam vſu. Hoc tamē vrget argumentum ex aduerſo, ſumptum à ſimili de ſucceſſore vniuerſali ad particularem: eſt enim inter vtrumque diuerſitatis ratio, qua conſtituitur meritò diuerſum ius; Nam cùm ſucceſſor vniuerſalis hæres nempe bonorum poſſeſſor, fideicõmiſſ. vniuerſalis cenſeatur, vna eſt perſona cum defuncto, *auth. de tut. iuran. præſt. dicta l. 2. § ſi defunctus.* eſt perinde, ac ſi aliquis ab initio eſſet bonæ fidei poſſeſſor, & poſtea acquireret alienæ rei ſcientiam, ideo non impeditur de iure ciuili vſucapio, hæc ratio repræſentationis perſonæ ceſſat in ſucceſſore particulari. Rurſus ſucceſſor vniuerſalis; ſicut eſt ſucceſſor vitiorum defuncti *l. cum hæres. ff. de præſcript. l. ſi ego. §. partus. ff. de publ. cum alijs ſupra citatis*, Ita eſt ſucceſſor virtutum, atque ita bonæ fidei, vt idem operetur propoſitum in propoſito & cæt. vt *l. fin. ff. de legat.* Ergo ſicut ſucceſſor particularis non ſuccedit in vitiis *l. an vitium. ff. de præſcription. l. 4. §. cæterum ſi noxa verb. ſufficit enim. ff. de except. doli*, ita non eſt, ſucceſſor virtutum, nec per conſequens bonæ fidei. Amplia, vt longe magis procedat de iure Canonico.

29 Tertius eſt † caſus, quando dolus ſucceſſoris dedit cauſam negocio, vel incidit in negocio, cum author eſſet bonæ fidei; & tunc eſt facienda concluſio affirmatiua, quod noceat ad reſcindendum contractum, vel negocium altero de duobus modis, nempe ſi dolus dedit cauſam, anoullet negocium bonæ fidei, argumento *l. & eleganter ff. de dolo*, vbi not. & diximus ſupra in illa diuiſione, quao do egimus de dolo incideote, & dante cauſam. Si verò dolus dederit cauſam negocio ſtricti iuris; tollitur contractus, vel oegocium per exceptionem doli. Quando verò dolus erit incidens, tunc qualequale negocium ſit, ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, dabitur contra doloſum exceptio, vel replicatio per ea, quæ diximus *ſupra in in diuiſione de dolo incidente, & dante cauſam.* Limitatur concluſio in caſu, quo is qui dolum paſſus eſt, vellet ſtare contractui, vel negocio, tunc ſi in damnum doloſi, contractus valeret, vt ibidem diximus.

De Dolo nominato & innominato, Diuiſio. VIII.

1 *Non eſt nouum diuidere dolum in nominatum, & in innominatum, cum multæ ſint in iure noſtro ſimiles diuiſiones.*
2 *Reſponſa Prudentum olim, quæ dicerentur.*
3 Delictum aliud nominatum, aliud non.
4 *Mortis cauſa capio, alia nominata, alia innominata.*
5 *Dolus nominatus, in quo committatur.*
6 *Vbi admittatur innominatus.*

POteſt octauo loco dolus in duas ſpecies diſtribui, ſcilicet, vt alius ſit nominatus, alius innominatus, de prima ſpecie agitur in titulo de furtis, in titulo de falſis, in ti-

tulo de ſicariis & ſimilibus; de ſecunda vero in titulo. *ff. & Cod. de dolo; in titul. ff. de doli*
1 *mali, & metus exceptione.* Nec cuiquam † nouum videatur, à nobis ita dolum diſtri-
bui: ſunt enim in iure quamplures ſimiles diuiſiones ſpecierum, & prior illa notiſſi-
ma eſt, quæ diſtribuit contractus in nominatos, & innominatos. *l. iuriſgentium conuen-
tiones in princ. ff. de pactis. l. 1. ff. de præſcri. verb.* Iidem vltima voluntas aut nominata eſt,
aut innominata, illa quidem, quæ elegans nomen habet, vt teſtamentum, codicillus,
legatum, fideicommiſſum, donatio cauſa mortis. Altera quæ ſimpliciter in ſimplici
nomine vltimæ voluntatis continetur, de qua per *Zaſium ſing. intell. c. 1. in prin.* ius quo-
que ciuile, aliud nominatum eſt; aliud innominatum, ſine ſpeciali nomine. Primum
illud eſt, lex, Plebiſcitum, Senatuſconſultum, Principum conſtituta. *§. conſtat autem in-
ſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. l. 2. §. his legibus latis. ff. de orig. iuris.* Secundum verò eſt, quod
ſpeciale nomen non habens, retinet communem appellationem, & dicitur ius ciuile;
d. §. his legib. latis: ibi, hoc ius, quod ſine ſcripto compoſitum venit à prudentibus pro-
pria aliqua parte nõ appellatur, vt cæteræ partes iuris ſuis nominibus deſignantur, ſed
communi nomine appellatur ius ciuile & ſiquis obiiciat, quod immo hoc ius elegans
2 nomen habeat dicitur enim prudentum reſponſa, §. † *reſponſa prudentũ. inſt. de iur. nat.
gent. & ciuil. l. ius autem ciu. ff. de iur. & iur.* ibi ius ciuile eſt; quod principum decretis, vel
authoritate prudentum venit; crederem obiectum poſſe rolli, dicendo; quod Iuriſcõſ.
interpretationes appellantur communi nomine ius ciuile, nec omnes, reſponſa pru-
dentium; ſed quæ fiebant ad leges 12. tabularum, vel ad edicta prætorum, vel principũ
cõſtitutiones ſcilicet libero quodam ſcriptoris, & interpretis officio, ius ciuile appel-
larentur, cuiuſmodi ſunt, quæ paſſim inueniuntur in iure, definitionum, regularum,
quæſtionum, ad edictum tam prouinciale, quam vrbanum; ſicut ex variis legum in-
ſcriptionibus perſpicuum eſt; vt in *l. 1. ff. de offic. eius.* quæ ex *lib. 1. quæſt. Papin*, ſumpta eſt
ex l. 1 ff. de pact. quæ eſt *Vlpiani* ſumptà ex *lib. 4. ad edictum. lege actio. ff. de neg. geſt.* quæ eſt
Pauli ex lib. 1. ſenten. ſed quoties iuris prudentes à Iudice interrogati, quid iuris in aliqua
ſpecie dubitabili reſpondebant, dantes ſignata reſpõſa; tunc verò iuris illa interpreta-
tio, ſpeciali nomine reſponſum dicebatur; vt *d. § reſponſa prudentum*; vide pro his *Solo-
3 moniũ in d. § reſp. prudentũ.* Item, *vide Ang. Spannoch. ad l. gallus. ff. de lib. & poſth.* ſimiliter †
delictũ, in nominatũ & innominatũ, q̃ diuiſio ſatis aperte probatur in *l. 3. ff. de crim. ſtell.*
ibi vbicunq; igitur criminis titulus deficit; illi ſtellionatũ obiiciemus: & ibi, & gene-
raliter dixerim deficiente titulo criminis, hoc crimẽ locũ habet, vt ſiquis merces ſup-
poſuerit, vel obligatas auerterit, vel corruperit; ſtellionatus reus erit, vt ſic quæ delicta
particulare nomen non habent, communi appellatione ſtellionatus dicantur; Tandẽ
4 † mortis cauſa capio, duplex eſt, vna nominata; vt legatum; fideicommiſſum, hæredi-
tas, quippe occaſione mortis alterius capiuntur; altera innominata, vt quando mortis
alicuius occaſione acquirimus, & deficimus certo nomine illius acquiſitionis; tunc
enim communi nomine dicitur, mortis cauſa capio: tex. eſt elegans, hanc diuiſionem
rectè probans in *l. mortis cauſa capio, quæſt 6: illius principis ff. de donat. cauſa mortis.*

Sed iam ad noſtram doli partitionem redeamus; in qua diximus, dolum alium
nominatum eſſe, alium innominatum; etenim quoties dolus cõmittitur in aliquo ma-
5 leficio, quod elegans † nomen habet, vt furtum, homicidium, periurium, falſum; &
ipſe dolus dicitur nominatus, ſicut quando duorum obligatio contrahitur ſuper ali-
quo negotio nominato, dicitur tunc nominata conuentio, vt in emptione, locatione,
6 ſocietate, vt in *lib. de furtis, de falſis. de adulteriis, de ſicariis*; ſi verò dolus admittatur † in
aliquo maleficio, quod ſingulari nomine careat, & tunc generalem ſignificationem;
& denominationem accipiens, dicitur ſtellionatus; dicta *l. 3. ff. de crimine ſtellionatus*, ac
ſi dolus committatur in hominum commerciis, & negociis dum contrahunt, vel di-
ſtrahunt, ſiue in actibus inter viuos, ſiue in vltimis voluntatibus dum nullum factum
interceſſerit, quod criminaliter accuſari poſſit; & tunc ſimpliciter dicitur dolus ſiue
alio ſingulari nomine; & de iſto agitur in *tit. ff. de dolo*, patet ex *l. 1.* ibi dum ait, quæ dolo
malo facta eſſe dicentur, ſi de his rebus alia actio non erit, & iuſta cauſa videbitur iudi-
cium dabo; proinde dicebam, ſuperiori libro in definitione doli, nõ bene reprehendi
Sulpitium, qui ſcil non omnem dolum malum definit, ſed dolum malum innomina-
tum, in quo ſemper videtur eſſe ſimulatio alterius decipiendi cauſa; vt latius ibi expo-
ſui. De hoc etiam dolo innominato agitur in *tit: de dol. mal. & met. except. in tit:*

Cod. de dolo, palam eſt ex *l. 2. §. circa & l. 4. per totum.*

ff. de exception: doli.

De dolo in re propria, & in re aliena & in re communi Diuiſio IX.

1 *Qui dolum in re aliena committunt.*
2 *Qui in re propria.*
3 *Qui in re communi.*
4 *In re propria, prima fronte non videtur committi dolus.*
5 *In contrarium tamen eſt veritas.*
6 *Contraria tolluntur.*
7 *An dolus in re propria ſit punibilis.*
8 *Concluditur affirmatiuè.*
9 *Sed tamen tutius eſt diſtinguere.*

OMnis dolus, aut in re committitur aliena, aut in re propria, aut in re communi, ideoque prædictis diuiſionibus hanc adiungimus; In re aliena dolum committunt
1 † tutores, curatores, negotiorum geſtores, vt *in titulo de adminiſ. tutor. in titul. de tutel. & ration. diſtrahend. in titul. de negot. geſt.* In re propria, vt qui doloſe vendit, vel alienat res ſuas, vt in *§. licet. l. etiam. ff. ſol. matr.* qui acerbè nimis in ſeruos ſuos animaduertit. *l. 2. ff.*
2 *de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris in §. ſed maior aſperitas inſtit. eod.* † de dolo in re propria
3 in *l. 10. Cod. quæ res pignor. poſſint, vel non poſſint. tit.* In re communi. vt ſocius † vt *ff. pro ſoc. in tit. ff. com. diuid. in tit. ff. famil. hercíſc.*

Quæſt. I. Verum contra hanc diuiſionem opponitur, nam ſuperuacuum videtur illud membrum doli in re propria. Siquidem in re propria non videtur dolus fie-
4 ri. Primo ex regula, quod ſcienti, & † conſentienti non fit dolus, nec iniuria *l. eum donationis*, & ibi *Bart. Iaſ. Rom. C. de tranſact. l. nemo vbi glo. Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. e. ſcienti*, & ibi *Dyn. & gloſ. de reg. iur. in 6.*

Secundo ex definitione doli in *l. 1. ff. eodem.* Eſt enim fraudulenta machinatio, ad circumueniendum alterum adhibita. at in re ſua, nec circumuenitur, nec decipitur alius. Tertio non eſt dolus, qui fit lege permittente argumento *l. Gracchus C. de adulteriis.* Sed quis poteſt ſe ipſum permittere ſe venundari ad precium participandum, atq; ita redigere in ſeruitutem § *ſeruus autem de iure perſonarum* & ibi gl. *mag. l. ſi miniſterium. C. de liber. cauſa. l. 1. ff. quib. ad libert. proclam. non liceat*, ratio eſt, quoniam quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter. *l. in re mand. C. mandati.* Quarto ſuffragatur, quod dolo non facit, qui ſuo iure vtitur. *l. nemo & ibi Dec. & Cagnol. de reg. iur.*

Quinto ſi dolus in re propria committeretur, etiam puniretur, quia dolus delictũ eſt, vt ſupra probatum eſt, ſed non punitur; *l. ſed ſi lege. §. conſuluit. l. ſed ſi poſſeſſor. §. ſicut.*
5 *ff. de petit. hæred.* In contrarium † tamen vt puto veritas eſt, & probatur ex dicta. *l. etiam. §. licet*, vbi beneficium habet maritus ne conueniatur niſi in quantum facere poſſit, prodit ratione doli, in propriis rebus commiſſi, vt ibi ſumunt eum text. Doct. & ait culpam in reb. propriis non puniri. ſed dolum, ad idem eſt *tex. in l. ſi conſonante. §. ſi maritus. ff. ſolut. matr.* & ibi *Alex. & Bar.* vbi nimia ſæuitia in ſeruo proprio coërcetur iudicio dotis, cui reſpondet tex. *in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* in quo refert *Iuriſconſ. D. Adrianum*, in quinquennium relegaſſe Vmbritiam quandam matronam, quod ex leuiſſimis cauſis Ancillas ſuas atrociſſime tractaſſet, & D. *Anton. in eadem. l.* iuſſit Iulium Sabinum compelli, ſeruos ſuos bonis conditionib. vendere; quod nimis ſeuere tractaſſet, vel infami iniuria affeciſſet: confert. § *ſed maior aſperitas cũ ſeq. & ibi Sylueſ. Aldebran. inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* facit etiam tex. quem non vidi allegatum ab aliis in *l. 1. §. fin. verb. caterum ſi id egit.* ibi non hic *& ſibi inſidiatus eſt. ff. de collat. bonorum.* & ſiquis in fraudem creditorum, vel patronorũ alienet, vel fiſci fraus & dolus eſt in re ꝓpria:
6 Non faciunt † negociũ deducta ex aduerſo, & I. non obſtat regula quod dolus non fit ſcienti &c. Nam procedit in aliis, nemo ſi facit contra nos dolum ſi ſciamus, & conſentiamus, quia cum ſciamus nemo nos decipit, nulla eſt machinatio; non aliud agitur aliud ſimulatur, & ibi non verificatur doli definitio, igitur nec definitur, ſed in re propria cadit dolus, licet ſciamus, & cõſentiamus, q̃a alios poſſumus decipere, vt qui dolo ſe occidit animal, ſupplantat arbores ſui prędii, vt creditorib. damnum inferat, qua ſolutione tollitur etiam II. obiectum, quando ex dolo in re propria, poteſt etiam alius decipi, & circumueniri; III. fundamentum commouetur, quia eſt ſpeciale in eo, qui ſeſe permittit vendi, quãdo certa conſtitutione legis ciuilis eſt inductũ, ea forſan ratione, quod indignus ſit libertate, qui ſponte ſua ſe redigit eo modo in ſeruitutem, quaſi lex tacita iſtis dicat, quod dicere ſolebat patronus, quando reuocabat libertos in ſeruitutem

tem ob ingratitudinem, eſto ſeruus, poſtquam liber eſſe neſciſti. Ad quartum reſpondetur, non eſſe in dolo dominũ, dum in ſui præiudiciũ male rẽ ſuã adminiſtrat aut diſſipat. Sed dũ alteri in conſequenti ĩ officit. Vltimo fundamẽto ſatisfacienus in ꝓxima quæſtione, & adeo eſt vera iſta ſententia, vt in re ꝓpria dolus interdũ pſumatur, veluti ſi qs ædificet in ſuo, & ſuis ſumptib ſi fabricatio nihil ei ꝓſit, & alteri noceat, & ideo tãquã doloſus poteſt ꝓhiberi, ne ædificet *Gra. conſ. 31. n. 10. facit tex. in l. opus nouum, & ibi Bar. ff. de oper. publ. l. flumina §. fin. ff. de damn. infect.* cũ aliis citatis à *Duenna reg. 32 in pr. limit. Rom. conſ. 52. Iaſ. conſ. 32. vol. 1.*

7 *Q. 32.* Nunc ĩ e loco in dubiũ, vtrũ dolus in re propria cõmiſſus, puniatur† & videtur nõ puniri, I. ex dicta *l. ſed ſi lege. §. conſuluit, & d. l. ſed ſi poſſeſſor. §. ſicut de petit. hæred. & gl. ibi in ver. nulli notat.* II. ex *l. legis Aquilia ff. ad l. Aquiliã.* in qua creditor, cui debebatur ſeruus à Tirio poſt morã à debitore cõmiſſam; ſeruũ occidit, non cõpetit ei legis Aquiliæ actio, reddit rationẽ, nam creditor ipſe ſibi potius, q̃ aliis iniuriã intuliſſe creditur; III. ex *l. 3 ff. de bon. eor. qui ſibi mortẽ conſciuerint*, vbi ſine cõſcientia criminis ſe occidens, non
8 punitur, vt bona eius publicentur. In† contrariũ facit *tex. in d. l. etiã §. licet. ff. ſol. matr.* vbi maritus ꝑ dolum commiſſum in re ꝓpria, perdit beneficium ne conueniatur, niſi in quantum facere poſſit. II. ſuffragatur *d. l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & *§. ſed maior aſperitas cum. § ſequenti inſtit. eod. tit.* Vide *Rom. in l. etiam ſiu. §. licet. ff. ſol. matr.* III, adſtipulatur *d. l. liber homo. ff. ad l. Aquiliã.* per quã not. q, punitur, qui ſe ipſum vulnerat; quãuis, vt arbitror, parũ conueniat ille tex. ꝓpter rationẽ quã allegat; ſcilicet quia nemo eſt dominꝰ membrorũ ſuorũ, excepto vſu; nã quo ad vſum membrorũ corporis dominus eſt *Dulac. in reg. peccatũ §. 2. nu. 2.* nã ſi dominus non eſt, videtur facere in alieno, magis, q̃ in ſuo, ratio v. rationis, vt obiter hoc nõ ꝑtermittã, cur nemo ſit dn. membrorũ ſuorũ, eſt; q̃a non nobis ſolũ nati ſumus, vt dixit *Plato*, ſed patriç parentib. atq; amicis, & cõfirmat
9 *Cic. 1. de off.* Ad tollendã† aũt difficultatẽ, videtur diſtinguẽdũ. Aut dolus cõmittitur, in re noſtra animata, vt in ſeruo; aut in re inanimata, quo nomine beſtias etiã cõprehendo; q̃a carent anima rationali; I. caſu dolus punitur *d. l. ſi conſtãte §. ſi maritꝰ d. l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & ita *Bar. & Alex. notant in d. §. ſi maritus*, & ratio eſt, q̃a leges pietate motæ ſæuire in hominẽ non ꝑmittunt, vt dixit *Sylueſter Aldobrand. in §. ſi. nu. 27. in verb tandẽ gl. inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* nec obſtat *d. l. legis Aquilia*, nã licet contra creditorẽ occidentẽ ſeruũ poſt morã debitoris non detur actio legis Aquiliæ, vt ibi expreſſum eſt; non ſeq̃tur, quin ille creditor puniatur à iudice per tex. *in d. §. ſed maior aſperitas. d. l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Non obſtat textus de bonis eorum, nam ibi non fuit dolus, ſed dolor, rurſus licet non puniatur publicatione bonorum; punitur tamen in alio ſcilicet, vt careat eccleſiaſtica ſepultura. II. caſu; aut ille dolus cõmiſſus eſt in re ꝓpria ad alterius præiudiciũ, & punitur, vt *d. §. licet d. l. etiã*, nam ibi maritus doloſe verſatus eſt, in reb. ſuis, vt vxor non poſſet recuperare dotẽ ſuã, ideo perdit beneficiũ, ne conueniatur niſi in quantũ facere poſſit; & ſuadet ratio; q̃a conuenit definitio doli *in d. l. 1.* Quare ſi dolus verus eſt, debet puniri, quia delictum eſt.

Aut non eſt adhibitus dolus ad fraudem alterius, ſed temeritate, & parum conſulto iudicio, necauit animal, deteriorauit rem, vel extraxit, ita quod Domino tantum inferatur damnum, & tunc non punitur, & ita procedat *l. ſed ſi lege. §. ſi conſuluit, & l. ſed ſi poſſeſſor, §. ſicuti de petitio. hæredit.* nam ibi putabat in re ſua facere, & nemini prçiudiciũ inferre. Cum hac tamen declaratione, quod ſi generaliter faciat in omnib. reb. & duret facere doloſe, vt viuendo luxurioſe, temerè patrimoniũ ſuum profundat; tunc lex, quoniam intereſt reipublicç ne quis re ſua male vtatur, *§. finali inſtitut. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, interdicit ipſam bonorum adminiſtrationem, dando curatorem *l. is cui bonis. ff. de verbor. obligation. l. 1. & ſequen. de curat. furioſi*, & interdicit non quidem ad pœnam, ſed ad propriam vtilitatem, & ad publicum commodum.

De Dolo aut dicto, aut facto; aut ſilentio commiſſo, Diuiſio VIII.

1 *Dicto; quando dolus committatur, prime teſtificando.*
2 *Iurando.*
3 *Quomodolibet mentiendo.*
4 *Facto quando committatur dolus.*
5 *Dolus quando committatur; taciturnitate, ac ſilentio.*

DOlus quicunque; aut dicendo committitur, aut faciendo, aut tacendo, omnibus
enim iſtis modis fraudulenta machinatio poteſt inueniri, ad alium circumueni-
endum adhibita, ſentit hanc diuiſionem *Angelus in §. ſequitur num. 10. verb. & nota be-*
1 *nè quod dolus inſtit. de except.* Dicto † quidem committitur à teſte qui in iudicio ſcien-
ter falſum depoſuerit *l. 1. ff. de falſis c. 1.* de crimine falſi, adeo quod ſi depoſuit in cauſa
capitali contra innocentem punitur tamquã homicida. *l. 1. in princ. ff. ad l. Corn. de Sica-
rus. Clarus in §. falſum verb. teſtis, qui falſum*, vbi in facti contingentia refert iudicio ſena-
tus; quendam Certutum, fuiſſe furcis ſuſpenſum, quia in cauſa criminali falſum teſti-
monium ad offenſam depoſuerat, teſtis autem deponens falſum in cauſa ciuili, atque
ita dolum dicendo committens punitur plerunque amputatione linguæ, aliquando
fuſtigatur, vt declarat *Clarus dicto loco*, & refert quib. modis conuinci poſſit teſtis, quod
2 doloſè falſum dixerit. Secundo committitur † dolus dicto per eum, qui iuramen-
tum præſtat. *c. quamuis de pactis in 6. c. cum contingat extra de iureiur.* eſt enim iuramentum
religioſa aſſertio ſacræ rei teſtimonio firmata *Cic. 3. de officiis*, dicitur ſiue hoc iuramen-
rum ſit extraiudiciale, de quo in *l. 1.* & in *auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit.*
Siue iudiciale, de quo in *l. 1. & l. 17. & Doctores in l. admonendi. ff. de iniur. iurando.* & *in l. 1.*
3 *C. de iureiur.* Tertio committitur † dicendo mendacium vt in *l. 7. ff. de dolo*, vbi ſi quis lu-
cri ſui cauſa affirmauerit aliquem eſſe idoneum, cum ſciret facultatibus labi, vt cum
in fideiuſſorem acciperem, doli actione tenetur, negando depoſitum factum, cauſa
tumultus, incendii, ruinæ, naufragii, iuxta tex. in *l. 1. §. prætor ait iuncta gl. in ver. in dupl.
ff. depoſ.* negando etiam in cauſa legis Aquiliæ. *§. ex maleficiis verb. ſed & legis Aquiliæ in-
ſtit. de actionib.* & in aliis negationib. de quib. per *Iaſ. in l. eum qui iuraſſe. de iur. iur. vbi* et-
iam *Alexand.*

Dolus facto † committitur, vt in inſtrumentis falſo fabricatis; in falſa moneta
4 in *tit. C. de falſ. moneta*, in falſa menſura *Pract. Papien. in forma libelli, quo agitur ad reſcinden-
dam ſententiam ex falſis inſtrumentis, in verb. qualis, qualis* & in *verb. procurauit*, & in *verbo
ita ſit*, vt in hunc dolum præcipuè incidant notarii, quando pecunia corrupti, confi-
ciunt falſam ſcripturam. Committitur etiam iſte dolus, ſi in ſupplici libello menda-
cium ſcripſerit, In iuris, vel facti narratione, vt *l. præſcript. C. ſi contra ius vel vtilitatem pu-
blicam*; facto etiam dolum committit, qui libellum famoſum edit contra aliquem. *l. 18.
§. carmen. ff. de teſt. & l. carmen de teſt. l. 1. §. pen. ff. de iniur.*

Facto etiam dolum committit Hypocrita, qui ſub ouina pelle inſidias lupi ex-
ercet, nam fallit doloſa imagine ſanctitatis, vt dixit *D. Auguſt. in homilia ad Euangelium,
primum quadrageſimæ.*

5 Silentio † dolus admittitur, quando fraudulenter tacemus, quod iure erat, iu-
ſtitiæ conſentaneum exprimere, vt *d. l. præſcript.* quæ à pari ponit, vt ſupplicans falſum
narrauerit, ac per fraudem tacuerit veritatem vbi *Bald.* de dolo iſtius qui tacet verita-
tem, & ſumi poteſt exemplum ex *l. ſi rem, quæ apud lect. 2 ff. de euict. in fine. & in l. ſi paterfa-
milias. ff. de adoption. l. ſed & ſi hac. §. patronum. ff. de in ius vocan.*

Tacendo vt ſi Clericus ſit conuentus coram Iudice ſeculari, & ita contra eum fa-
bricatus ſit proceſſus, quia doloſe tacuerit, & ſilentio prætererit Clericatum; valebit
proceſſus *Franc. Hicomet. inter Repetentes in Rub ff. ſol. matr. n. 139. verb. hic eſt.*

Quoniam vero hæc doli partitio Symbolum habet cum illa, in quam diuiſimus
dolum, in committendo, & in omittendo, ideo his paucis ſatis erit illam explicaſſe, vt
ad vltimam doli diſtributionem tranſeamus.

De Dolo pernicioſo, & de dolo iocoſo
Diuiſio IX.

1 *Non eſſe ſuperfluum de dolo iocoſo tracta-
re, pluribus demonſtratur.*
2 *Dolus iocoſus alius in faciendo, alius in di-
cendo, & exempla doli in dicendo propo-
nuntur.*
3 *Exempla doli in faciendo recenſentur.*
4 *Idem dolus diuiditur, vt alius ſit incidens,
alius dolus dans cauſam.*

VT omnem doli ſpeciem quantum in nobis eſt amplecteremur, putauimus hanc
quoque diuiſionem, cæteris ſupra enumeratis addendam: nec quiſpiam obiiciat,
quod, vel res leuis, poterat ſine crimine prætermitti; quaſi vt ſicut de minimis non cu-
rat prætor, ita nec de leuib. ſolicitus eſt prudens lector. Vel quia alio loco conuenientior

eſſet

eſſet eius tractatio, nempe à definitione doli mali. vſq; huc doli mali ſpecies, enumera-
1 uimus, inter quas non videtur dolus iocoſus cönnumerandus; Reſponſio enim † eſt
in promptu, ad primum haud rem leuem eſſe, cuius dignatus eſt meminiſſe *Iuriſcõſul-
tus in l. 3. ff. de ſeruo corrupto, Cagn. in l. nihil. dolo. ff. de reg. iur. Specul. in tit. de ſeru. non ord. an-
te verſ. & quia*, vbi tractat quatenus iocoſe dictum, vel factum imputetur. *Caietanus* in
ſua ſumma in verbo dolus; Imo & *Salomon. prou.* 8. delectabat inquit per ſingulos dies,
ludens coram eo, & confert illud *Eccleſ.* 32. recurre prior in domũ tuam, & illud lude.
Quare cum ex veteri ſanctiſſimorum virorum ſententia ludendum vnicuiq; ſit domi
ſuæ, vt refert R*hodigin. antiquarum lectionum li.* 25. *cap.* 11. ipſe quoq; nolui domi meæ lu-
dere parũper, de iocoſo dolo pauca verba faciens, recreandi lectoris gratia traditurus.
Et quamquam vtrumq; dolum pernicioſum, ſc. & iocoſum propoſuimus, non tamen
fecimus eo conſilio, vt vtriuſq; diſputationem haberemus, ſed ſimplici ſpecierũ enu-
meratione contenti in ſolo iocoſo dolo moraremur aliquantulum, quippe de perni-
cioſo diſſeruimus ſatis, vt arbitror diligenter in ſuperioribus diuiſionibus Quod verò
attinet ſecũdum dictum facile diluitur, quoniam & ſi dolus iocoſus, mali, aut nihil af-
ferat, aut certè quod affert leuiſſimum ſit, alioquin dolus iocoſus non eſſet, tantum ha-
bet ſpeciem quamdam mali in eo, qui dolo iocoſo deceptus eſt, quemadmodum ſub-
iectis exemplis fiet manifeſtũ, ſed prius eſt, vt quid ipſe ſit definitione, aut ſaltem de-
ſcriptione explicemus. videtur autem nobis ita deſcribendus. Vt dolus iocoſus ſit cal-
lida machinatio, ad ludendum, non ad fraudandum adhibita, vel ſic; eſt ſimulatio al-
2 terius ridendi non fraudandi facta. Diuiditur † autem hic dolus in duas ſpecies; nã
alius faciendo, alius dicendo committitur. Prioris autẽ doli exemplum eſt apud *Plat.
in Sympoſiacis quintæ Decadis. 2. problemate*, dum originem exponit illius adagii. *Nihil ad
Parmenonis ſuem*, narrat enim ad hanc ferme ſententiam. Parmeno quidam fuit, ex
hominum eorum genere qui noſtris etiam temporibus, varias animantium, & homi-
num voces, ita ſcite imitantur, ac repræſentant, vt audientibus tantum, non etiã viden-
tibus, veræ non imitatæ voces videantur, nec deſunt, quos hoc artificium maiorem in
modum delectet. Parmeno igitur hac arte vulgo, vt iucundiſſimus, ita etiam in repræ-
ſentanda, imitandaq; voce ſuculæ fuiſſe perhibetur, quem cum aliqui conarentur æ-
mulari protinus ab omnibus diceretur illud, recte quidem verum *Nihil ad Parmenonis
ſuem*. hos omnes vir vnus iocoſo dolo decepturus, veram ſuculam ſub pallio occultatã
geſtans, emittere vocem compellebat, quam populus imitatitiam eſſe credens, ſtatim
exclamauit. Sed quid hæc ad Parmenonis ſuem? Tunc ille ſue deprompta ad riſum
& pudorem ſimul vniuerſam concionem commouit, quod lepidum dolum illius in
proprium errorem in iudicando cognouiſſet.

3 Alterius autem † doli exemplum libet petere ab illo plebano, cuius multa ioco-
ſe facta, & dicta non ſine laude vrbanitatis circumferuntur Etenim die quadã, dum
ſuæ eccleſiæ reſtaurandæ erat magis intentus, venit præter ſpem amicus hoſpes, cum
pleriſq; ſociis apud illum manſurus, Plebanus verò, cum nec vellet, nec poſſet ita re-
pente tot hoſpitibus honeſtum, vt decens erat. prandium parare, ad dolum confugit,
quo ſine ſumptu. & ſine dedecore, ſe improuiſo onere liberaret. Itaq; miſſis in ſta-
bulum equis, dixit amico, cæteriſq;, qui ſecum erant, conuiuis donec quæ ſunt neceſ-
ſaria comparantur deſcendentes per viridarium ambulemus, acceperunt conditionẽ
omnes, viam ineuntes. Tum Plebanus clerico ſuo acri ingenio iuueni, quid facto opus
eſſet, clam edixit. Vix cœperunt, in viridario flores colligere, varioſq; inter ſe conſerre
ſermones, quando vicinæ eccleſiæ campanas ſonantes, & defuncti alicuius indicia e-
dẽtes audiunt. Quo ſono tũ cõmotus hoſpes (nam exorientis peſtilentiæ rumor per e-
am regionẽ percrebuerat) interrogauit nunquid forſitan ad eam villam mortuus ac-
ceſſiſſet, Reſpondit Plebanus, elapſo menſe, multi ſane migrarunt vita, cæterum pau-
cis ab hinc diebus, melius cœpit ſe res habere, nam heri ſero decẽ corpora defunctorũ
humauimus, hodie ſextus eſt defunctus, qui datidus eſt ſepulturæ, & vt breui tempo-
re ſperemus villæ ſanitatẽ. Ea voce perterrefact⁹ amic⁹ illico cõſcenſo cũ sociis equo,
& vix ſalutato Plebano diſceſſit, qui magnificis verbis nihil eſſe timendum fugientib.
magis, quàm diſcedentibus præ nimio timore peſtis fruſtra addere animos ſimulabat.

4 Alia eſt † huius doli diuiſio. Alius dolus eſt dans cauſam; alius incidens, illius ex-
emplũ exſtat apud R*hodiginum antiquarum lectionum lib.* 11. *cap.* 7. acceptum quidem ex
Imp. Galieni vita, Gemmarius quidam vitreas gemmas, vt legitimas veraſq; Impera-
toris vxori magno precio vendiderat, mox detecta fraude irata mulier, ac indignatio-

ne furens, hominem ad ſupplicium repoſcebat, eum vero rapi iuſſit Imperator, & conſcindendum leonibus. ſtabat miſer in limine, mortis pallidus, ac terrore perfuſus. At is caponem immitti mandauit, cumq; tam ridiculum mirarentur omnes, per præconem edixit: Imposturam fecit, imposturam eſt paſſus, atq; ita dimitti hominē iuſſit, & imposturæ dolum pernicioſum, imposturæ iocoſo dolo nocentē dimittens. Vnus enim dolus, alterius fuit cauſa excogitādi doli. Alterius verò doli incidentis exemplum, accipere licet à *Ioſepho Monardo in rub. & l. 1. vt pub. letitia, vel cōſulū nunciatores. lib. 12. fol. 50. verb. tot. pariter*; ipſe vero a Strabone acceptam hiſtoriam refert ad hunc fermè modū: Taſſus inquit incolas habet parte plurima piſcatio, & piſcatu victitantes, cum infecūda ferè ſit regio, verum piſculenta. Hinc iucundum narratur factum. Oſtentabat ibi cytharedus artē, audiebant, vt tum viſum eſt, attentius Taſſei omnes; ſed an ex animo facerent quidam ex cogitato dolo tentauit, vt Cytharedum derideret: nam inde diſcedens dedit tintinabulo ſignum, quod dari ſolitum erat quoties venditionis piſciū veniſſet hora. Quo ſono audito confeſtim cum ſua muſica, deſtituto artifice, auolarunt omnes, vno vix excepto qui obleſo erat auditu; proinde captum eū artificii ſuauitate opinatus Cytharedus, propius accedens, eſt quod agam gratias, inquit, & quidē maximas; tum quod muſicæ negligens haud quaquam videre, tū quod deſpectui me prorſus non habueris, nam reliqui primum tintinabulo cecinit ſignū piſcarium dicto citius, hinc ſe ꝓripuere, at is veluti cōmotior, & exciſatior factus, an, inquit, increpuit æs, eo vero annuente, bene tibi ſit, inquit, magiſter optime, ac conſurgens feſtinabundus accurrit ad viuarium ipſe quoq;, atq; ex incidenti inuento iocoſo dolo; Cytharedum ſuæ opinionis defraudauit, dum crederet dulcedine cantus, tot homines detinere; hoc dolo nedum homines, ſed gentilium Deos fictitios vſos fuiſſe, indicat *Lyricus Horatius lib. 1. Carminum, Ode 10 quæ* incipit; *Mercuri facunde, nepos Atlantis, ibi:*

Callidum quicquid placuit iocoſo
Condere furto.
Te boues olim niſi reddidiſſes
Per dolum amotas puerum minaci
Voce, dum terres viduus pharetra
Riſit Apollo.

Et *lib. 3. Carminum Ode 26.* Parræ.

Sic & Europe niueum doloſo
Credidit tauro latus.

Sed & apud inferos hunc eundem iocoſum dolum fuiſſe aliquando vſurpatum, commemorat, *Seneca in eo libello, quem de morte Claudii Cæſaris edidit*, narrat enim, quod cum dictus Claudius Imperator defunctus aſcendiſſet in cælum, & in numero Deorum referretur, celebratis Iouis authoritate cælicolarum comitiis; dataq; omnibus facultate dicendi; obtinuit tandem, D. Auguſti ſententia, vt tanquam cælo indignus detruderetur ad inferos; ibiq; à Mercurio perductus Æaci iudicio, vt nebulonē Imperatorem deluderet, nouæ pœnæ addictus fuit; iuſſus eſt enim alea ludere, pertuſo fritillo, vt ſc. fugientes teſſeras quæreret, & nihil proficeret.

Nam quoties miſſurus erat reſonante Fritillo,
Vtraque ſubducto fugiebat teſſera fundo,
Cumque recollectos auderet mittere talos.
Luſuro ſimilis ſemper, ſemperque petenti
Decepere fidem, refugit, digitosque per ipſos.
Fallax aſſiduo dilabitur alea furto.

Ita fit, vt vbiq; gentium, gratus ſit omnibus iſte dolus iocoſus. Nec equidem mirum, omnibus enim grata virtus. virtutis autem ſpecies eſt, iocoſus dolus, illius ſcilicet virtutis, quæ Eutrapele dicitur, quando ſcilicet loci, temporis, & perſonarum habita, vt dicunt ratione dolus adhibetur; quamobrem nec ſit mirum, ſi legibus non puniatur, nec detur pro illo actio doli iuxta *legem 3. ff. de ſeruo corrupto*, virtus enim præmianda non mulctanda eſt. Nec pecatum etiam in foro conſcientiæ inducit niſi leuiſſimū veniale. vt dixit *Caietanus in ſua ſumma in verb. dolus*, & refert *Cagnol. in dicta l. nihil dolo. ff. de reg. iuris.*

Finis libri ſecundi.

TRACTATVS DE DOLO LIBER TERTIVS.

IN QVO *DE PERSONIS QVÆ DOLVM FAciunt, ac de rebus, quæ dolum recipiunt, diſputatur.*

De perſonis, quæ dolum committere poſſunt, Cap. I.

1 *Omnis homo mendax, & nemo mundus à ſorde.*

2 *Dolus peccatum aliquando mortale; aliquando veniale.*

3 *Homines magnopere boni, & magnopere mali pauci ſunt, medii autem plurimi.*

4 *Iob vacauit à dolo, item & alii.*

5 *Vt plurimum homines doloſi à lege reputantur.*

6 *Qui per legem à dolo excludantur.*

7 *Pupillus quandoq; dici poteſt, qui eſt in poteſtate patris.*

8 *Pupillus vnde dicatur.*

9 *Quod pupillus dolum committere non poſſit, arguitur.*

10 *Arguitur ex aduerſo.*

11 *Pupillus poteſt exhæredationis cauſam cõmittere, item deportationis, item excommunicationis, item pœnæ corporalis.*

12 *Pupillus proximus pubertati, doli particeps.*

13 *Proximus infantiæ ſecus.*

14 *Proximus pubertati, quis nam dicatur.*

15 *An quis intelligatur nec ne pubertati proximus, Iudicis arbitrio relinquitur.*

16 *Furioſus an dolum committere poßit, pro affirmatiua arguitur.*

17 *Argumenta recenſentur pro negatiua.*

18 *Furioſo animus deeſt, comparatur infanti, dormienti, quadrupedi, & rei inanimatæ.*

19 *Secundum Theologos non peccat.*

20 *Concluditur diſtinguendo.*

21 *Furioſus nõ habens dilucida interualla dolum committere poteſt, fallit tamen, vt ibi.*

22 *Furioſus dilucida interualla habens dolum facit.*

23 *Ebrietas, inſania eſt voluntaria.*

24 *Ebrius delinquens duplici pœna damnandus.*

25 *Ebrius dolum non committit ex communi ſententia, & furioſo comparatur.*

26 *Ebrius de induſtria non excuſatur à dolo.*

27 *Ebrietas quandoq; eſt veniale peccatum, ſi vero aßidua, efficitur mortale.*

28 *Deſertor eſt vnicus dolus multiplicis culpæ.*

29 *Prodigus quis dicatur.*

30 *Prodigus comparatur furioſo, declaratur,* num. ſeq.

34 *Prodigum dolum committere poſſe probatur.*

32 *Prodigalitas quid ſit ex mente Ariſt.*

33 *Prodigus mentem dicitur habere ſanam, mores non ſanos.*

34 *Furioſus non incidit in pœnam.* l. ſi quis in tantam C. vnde vi.

35 *Quamobrem prodigo non imputetur dolus in omittendo.*

36 *Ruſticus ſagax non gaudet priuilegio Ruſticorum.*

37 *Ruſticus ſubiicitur pœnæ,* l. ſi quis in tantam C. vnde vi.

38 *Ruſticus clam agens contra legum præcepta, præſumitur in dolo.*

39 R*uſticus ſubire poteſt pœnam* l. 2. §. mater ff. ad Tertul.

40 R*uſticus corrumpens album Prætoris excuſatur.*

44 R*uſticus non incidit in crimen vſurarum, remißiuè.*

42 *In* R*uſtico pœna vera contumacia non cadit.*

43 R*uſticus dolum committere poteſt, nec cõparatur furioſo, aut infanti.*

44 R*uſticorum dolo, & calliditati per Dominos ſatis occurri non poteſt.*

45 R*uſticus agens contra ius naturale, gentium, vel ciuile notorium, vel clam contra alias leges præſumitur in dolo.*

46 R*uſticus à dolo excuſatur committens contra ius ciuile non notorium.*

47 *Mulieres facillime decipiuntur.*

48 *Mulierum conſilium infirmum.*
49 *Mulieres olim ſub tutela erant,*
50 *Mulieres olim propinquis nubere non poterant.*
51 *Fortuna cur Muliebri forma fingatur.*
52 *Mulieres dolum committere poſſe non dubitatur.*
53 *Quibus caſibus præſumitur dolus in viro, non præſumitur in muliere.*
54 *Minores an dolum committere poßint quæritur.*
55 *Affirmatiuè concluditur.*
56 *Vtrum vniuerſitas poßit dolum cõmittere.*
57 *Diſtinguitur facile non poſſe vel cum difficultatè poſſe.*
58 *Affertur alia diſtinctio ex mente Soc. remißiue.*
59 *Item, & alia diſtinctio ex mente aliorum.*
60 *Iudex quis ſit, & vnde dicatur.*
61 *Iudicem dolum cõmittere poſſe, non ambigitur.*
62 *Iudicum doloſorum pœnæ antiquæ, ac recentiores.*
63 *Iudices doloſi arbitraria pœna puniuntur.*
64 *Iudex bonus quis dicatur.*
65 *In dubio, in Iudice non præſumitur dolus.*
66 *Præſentia Iudicis facit ceſſare præſumptionem doli ſuper geſtis coram eo.*
67 *Princeps donum Dei, et lex animata in terris.*
68 *Antigoni celebre reſponſum.*
69 *Princeps poteſt ſecundum conſcientiam ſuam iudicare.*
70 *Princeps ſe habet ad populum, vti Paſtor ad gregem.*
71 *In Principis auditorio, non currũt fatalia.*
72 *Dilationes ad arbitrium eius concedũtur.*
73 *Coram Principe Iuris rigor relaxatur.*
74 *Contractus omnes coram Principe celebrati dicuntur bonæ fidei. & qua ratione.* num. 84.
75 *Princeps ſe habet ad Remp. tanquam anima ad corpus.*
76 *Princeps quaſi Maritus Reipub. dicitur.*
77 *Item quaſi Pater, vel Tutor.*
78 *Prouerbium illud bonos omnes Principes vno annulo inſculpi poſſe, declaratur.*
79 *Aliud prouerbium, Neronis quinquennium, exponitur.*
80 *Principem dolum cõmittere poſſe, & nonnunquam ſolere, probatur.*
81 *Deus ſæpè pænas ſumit populorum per malos Principes.*
82 *In magnis aulis, turba vitiorum confluit.*
83 *Princeps habet leges in ſcrinio pectoris, non quoad ſinceritatem intentionis; ſed ad autoritatem condendi.*
84 *Paſtor ſæpe etiam nocet ouibus ſuis.*
85 *In Principe dolus non præſumitur.*
86 *Princeps talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet.*
87 *Princeps ſi abſque proceſſu mandet aliquem ſuſpendi, poteſt abſque peccato eius iuſſa executioni mandari.*
88 *Princeps reſcribens motu proprio, non præſumitur velle grauare quemquam.*
89 *Ætas noſtra bonos ſortita eſt Principes.*
90 *Ferdinandi Magni Etruriæ Ducis laus.*

OMNES profectò homines videntur poſſe dolum committere, cum de his extet
1 propheticum teſtimonium, omnis homo † mendax; Quis homo viuit, & non
peccat? & alibi ſacrum eloquium canit. Nemo mundus à ſorde, ne quidem vnius diei
infans cui conſonat *Auguſtinianum illud in quæſtione ex vtroque teſtamento*: Homo ſine
2 querela eſſe poteſt, ſed non ſine peccato, dolus † autem peccatum eſt quandoque
mortale, ex ſententia *Caietani*, quandoque veniale, vt quoties intenditur deceptio io-
coſa, refert *Cagn. in l. nihil dolo. ff. de reg. iur.* Quibus conuenit *vulg. diſt.* Inter mortales re-
gnant fraudesque dolique. Et nulla eſt pietas, pectoribusque fides, & conuenit dictum
Archi: is enim dicere ſolitus erat; quemadmodum, licet ſummam diligentiam adhibe-
as, tamen piſcem ſine ſpinis non inuenies; ſic neque hominem, qui non doloſum,
fraudulentum, & ſpinoſum quiddam habeat admixtum; refert *Aelianus de var. hiſtoria
lib.* 10. Verum contrarium ſuadet *Ariſtot. ſecundo topicorum*, dicens homines, vt in pluri-
3 bus eſſe malos; in paucioribus bonos, & *Plato in Phædro*: homines, † ait, vehementer bo-
ni, aut vehementer mali, pauci ſunt; medii autem plurimi, ſentiũt enim grauiſſimi viri
aliquos eſſe, qui dolum non committant, in quorum numero Socratem forſitan po-
neret antiqua gentilitas ob Delphicum Oraculum perſuaſa; Chriſtiana vero religio
4 ſacræ paginæ authoritate mota † Iob recenſeret, verum, ſimplicem, & rectum,
& timentem Deum, qui in his, quæ ſibi diabolica inuidia acciderant non peccauit;
ſicut dixit deſtructor peccati, nec non & illum, quem rerum ſummus opifex ſecun-
dum cor ſuum inuenerat. Nam etſi verum ſit omnem hominem eſſe mendacem;
neminem ſine peccato reperiri, aut mundum à ſorde, attamen extant nonnulli; qui
dolum non faciunt, vt ſupponit *Regius Propheta in Pſalmo*. Domine quis habitabit in

Taber-

Tabernaculo tuo, ibi: qui dolum non egit lingua ſua; licet abſque peccato originali,
aut veniali, de quibus ſupra dictæ authoritates intelliguntur, nemo inueniatur.

Quare cùm dolus, vt dixit Sulpitius, relatus à *Iureconſ. in l. 1. §. 1. ff. de dolo*, ſit ſimula-
tio, vel vt dicit ibidem *tex. in princ.* ſit malitia, calliditas, aut fallacia, ad alium decipien-
dum intenta, ſecundum *Labeonem in d. l. 1. §. dolum*, & homines omnes fere ſint valde ſi-
mulatores, authore *Tullio ad Q. fratrem*; multis ſimulationum inuolucris tegatur, &
quaſi velis quibuſdam obtendatur vniuſcuiuſque natura; frons, oculi, vultus perſæpe
5 mentiuntur; malitioſique, & fallaces † homines communiter reputentur à lege, quæ
propterea malitiis hominum dicit eſſe obuiandum *l. cum hi. § ſed cum lu. ff. de tranſact.*
l. in fundo ff. de rei vend. Conſtituenda videtur regula affirmatiua. Omnes ſcilicet do-
lum, qui eſt idem cum malitia *Bart. in l. qua fortuitis in princ. C. de pignor. act.* poſſe com-
mittere, *l. ante pen. § hoc edicto ff. de vi bonorum raptorum l. item apud Labeonem. §. conuicium.*
ff. de iniuriis, quibus probatur, quòd tam præſentes, quàm abſentes poſſunt dolũ com-
mittere, ab ea vero eſſe nonnullos excipiendos, qui vel habitu præclaro virtutum, vel
6 magis cæleſti fauore adiuti ad bonum ſemper inclinant, alios autem, vel ratione † æ-
tatis, vel ſimplicitatis, vel ſexus, vel ægritudinis, vel perſonæ, vel officii, à dolo videntur
alieni, quales apparent;

1	Pupilli.	4	Prodigi.	7	Minores.	9	Magiſtratus, & Iudi-ces.
2	Furioſi.	5	Ruſtici.	8	Vniuerſitates, & collegia.	10	Principes ſeculares.
3	Ebrii.	6	Mulieres.				

Quæſt. 1. Cæterum quoniam non ſatis conſtat inter Doct. de ſingulis diligentius
diſpiciamus, à pupillis iuxta propoſitum ordinem incipientes. In quo articulo accipie-
mus pupillum, non ſtrictè vt in *l. pupillus. ff. de verb. ſignif. in l. fin. §. pupillus. ff. de verb. oblig.*
in gloſſ. l. fin. ff. vbi pupill. educ. debeat, cùm ſc. qui cùm impubes eſſet, exiit de poteſtate pa-
tris morte, vel emancipatione. Sed largiſſime ꝓ puero, quo nomine etiam in poteſtate
7 patris cõſtitutus pupillus appellatur, ſi per † ætatem liceat. *l. 5. ff. de adminiſtr. tutor. l. 29.*
ff. eod. l. 3. ff. quando ex facto tutor. vel curat. quo ſenſu dicitur pupillaris ſubſtitutio, nam
cum fiat liberis impuberibus in poteſtate conſtitutis. §. 1. *inſtit. de pupill. ſubſtit. l. 2. &* ibi
Doct. ff. de vulg. & pupill ſumi non debet in ſtricta ſignificatione pupilli, ſed in latiori, ſe-
cundum quam & Seruus dicitur pupillus. *l. quam Tuberonis. §. iam autem pupillum. ff. de*
8 *peculio*, nec mirum, tum quia pupillus vox diminutiua † eſt à pupo, quæ dictio puerum
ſignificat; *Alciat in d. l. pupillus* tum etiam quia pueri dicuntur, donec fiant puberes. *l.*
mela in princ. & ibi *Bart. ff. de aliment. & Cibar. legat.* facit. *l. pueri ff. de verb. ſignif.* hoc igi-
tur præmiſſo, & velut iacto fundamento; Quæro an in pupillo cadat dolus adeo; vt a-
ctione doli conueniri, aliiſque pœnis, quibus plectuntur doloſi, mulctari poſſit, & ſa-
9 ne videtur negatiua ſententia ad veritatem propenſior. †

Primo quia pupillaris ætas quicquid videt ignorat. *l. fin. C. de falſa monet.* in qua hac
ratione remittitur impuberi etiam ſcienti pœna falſæ monetæ; ſimilis eſt tex. *in l. fin. ff.*
de iuris, & facti ignoran. vbi Impuberes nihil poſſe, vel ſcire intelliguntur. *Bartol. in l. Æ-*
milius. ff. de Minor. gloſſ in d. l fin. de iur. & fact. ignoran. l. pupilli. ff. quod falſo tut. auth. geſt. eſt.
ibi: *ſcientia pupilli non eſt computanda.* Vide *Tiraq. de pœnis, cauſa 7.* nam aliqua digna in-
uenies.

Secundo ſuffragatur *l. iuraſſe. ff. de iureiur.* in qua pupillus non dicitur peieraſſe, nec
de periurio punitur, redditur ratio, quoniã ſciens fallere neſcit, at dolus fallacia eſt ad
decipiendum; & circũueniendum adhibita. *l. 1. §. 1. in fin. ff. de dolo, Alex. in d. l. iuraſſe Bar.*
ibi dicit non præſumi pupillum deieraſſe etiamſi conſtet contrarium eius, ꝙ depoſuit;
id ipſum notat *Bald. in l. pactum. C. de collat. & in l. 1. col. 5. C. de ſeru. fugit.* nec mirum ſemi-
plenum .n. intellectum habet pupillus, vt tradidit *Bal. in c. 1. §. 1. col. 1. quo temp. miles in v-*
ſib. feud.

Tertio adſtipulatur, quoniam pupillus delinquens in pupillari ætate; non modò
tunc non punitur, ſed nec poteſt plecti poſt pupillarẽ ætatẽ. *l. ſcimus. C. de pœnis, gl. in l.*
ſciunt. C. de leg. hæred. Tiraq. de pœnis d cauſ. 7. n. 8. in fin.

Quarto pupillus vim inferens alteri ſine tutore non cadit à iure ſuo, nec incidit in
pœnam *l. ſi quis in tantam: C. vnde vi*, vbi *Bart. & Bald. nec non Menoch.*
10 Verum † ex aduerſo, quod pupillus dolum committat. I. probatur, quoniam pu-
pillus poteſt exhæredari. §. *non ſolum autem inſt. de pupill. ſubſtit.* ibi, ſed etiam exhæreda-
tis & ibi, ſi exhæredato pupillo; *Doct. in l. 2. ff. de vulg. & pupill.* ergo doloſe vnam ex qua-
11 tuordecim cauſis poteſt admittere, quibus permiſſa † eſt exhæredatio. §. *aliud quoque*

diſputat, quibus conſequens eſſe dicit, *num. 15. & 16.* infantes, & proximos infantiæ
doli capaces non eſſe, per *l. impuberem. ff. de furt. l. in negociis* vbi *Decius numer. 9. ff. de reg.*
iur. In alimentis autem quando ſunt relicta vſque ad pubertatem definitur pubertas
in maſculo vſque ad decimum, & octauum in puella vſque ad decimum quartum
annum, ſecundum formam à Diuo Adriano datam, quam refert in *l. mela. ff. de alimen.*
& cibar. legat. dicens pietatis intuitu in ſola ſpecie alimentorum hoc tempus ætatis
eſſe obſeruandum; declarantur prædicta vt ſcilicet quando pupillus doli capax tene-
tur ex delicto; debet intelligi ex delicto in committendo, non autem in omittendo,
Bart. in l. 1. §. impubes, & ibi *Dyn. & Bald. ff. ad Syllan.* niſi quando dolus eius argueretur
expreſſe, etiãſi eſſet in omittendo *Bart. in l. exceptiuntur d. tit.* item niſi concurrerent tria,
de quib. *d. l. exceptiuntur.* vt ibi per *Bar. & per Siculum in c. 1. de delict. puer.* quãuis hoc caſu
mitius puniatur.

Quæſt. 2. Secundo dubitatur de furioſo, an ſcilicet ipſe dolum poſſit committe-
16 re; & videtur † affirmatiua ſententia ad veritatem propenſior; Primo quoniam furio-
ſus pupillis, & minoribus æquiparatur: *l. Fulcinius. §. adeo ex hoc quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur.*
adeo vt gaudeat omnibus priuilegiis pupilli, & minoris, gloſſa ordinar. in *l. 2. C. de Cu-*
rat. furioſi Bald. in l. 2. C. qui admitt. Ioan. And. in add. ad Spec. in Rub. *de præſcript. Felyn. in c.*
cum non liceat circa finem. 3. colum. de præſcript. igitur ſicut pupilli, & minores dolum com-
mittunt, vt ſuperiori quæſtione probatum eſt, & facit *l. 1. C. ſi aduerſ. delict. l. auxilium. ff.*
de minor. Secundo ſuffragatur, quia furioſus ſæpe fingit furorem. *l. obſeruare. ff. de curat.*
furio. vel ad euitandam pœnam, vel ad euitanda onera ciuilia, vel ad negociũ aliquod
perficiendum, vt de Moyſe Iudæorum legiſlatore legitur & de Solone altero Atheni-
enſium conditore legum tradunt *Plut. in eius vita*, & de Iunio Bruto memoriæ prodi-
dit *Liuius lib. 1. Decad. 1.*

Tertiò confirmatur, quoniam furioſus ſæpe delinquit, & ob delictum punitur. *l.*
Diuus. ff. de offic. præſid. circa medium, igitur, & dolum poteſt committere, qui deli-
ctum eſt.

Quarto adiuuat hanc ſententiam, quod furioſus habet voluntatem conſentiendi &
contradicendi. *l. 2 §. voluntatem. ff. ſol. matrim.* nam ſi filia habens patrẽ furioſum, poteſt
de dote agere, Quia furioſus pater habetur pro conſentiente, dolus aũt cõſenſu com-
mittitur, quia eſt, cũ ſimulatur vnũ & aliud agitur. Eſt calliditas, & machinatio ad aliũ
17 circumueniendum adhibita. *l. 1. ff. de dolo.* In contrarium † facit *l. furioſi. ff. de reg. iur. §.*
præterea inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. vbi furioſi nulla eſt voluntas, *l. in negociis eod.*
tit. & §. furioſus inſtit. de inutil. ſtipulat. vbi furioſus quod agit, non intelligit. *l. 2 §. furioſ.*
ff. de iure codicill. ibi: furioſus habetur pro quieſcente, & *l. 2. §. furioſus. ff. de procurat.* Vbi
18 furioſi † animus deeſt *l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acquir. poſſeſſ.* ibi furioſus non acquirit poſ-
ſeſſionem, quia affectionem tenendi non habet. *l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quib. cauſ. in poſſ.*
eatur. ibi: furioſus non latitat, *Socin. conſ. 47. lib. 3. conuenit. l. vlt. in fin. de adminiſ. tutor.* vbi
legitur, quod factum a furioſo refutatur perinde, ac ſi caſu accidiſſet ſine facto perſo-
næ ſuffragatur. *l. ſed ſi quamcunque iniuriam. §. 1. ff. ad l. Aquil.* dicens damnum datum
à furioſo æquè exiſtimandum eſſe, ac ſi quadrupes fecerit, aut ſi tegula ceciderit, fu-
rioſus mortuo comparatur, & dormienti, *l. 1. §. adipiſcimur. Item infanti. l. Infans ff. ad l.*
19 *Corneliam de Sicariis ad l. pen. §. fin. ad l. Pompeiam de Parricid.* Ideoque apud † Theologos
furioſus non dicitur peccare *Alexand. de Alexand. in ſecunda parte ſumma quæſtione*
172. refert *Tiraquell. de pœnis capite primo numero tertio Bald. in leg. humanitatis. Codi-*
ce de impub. & al. ſubſtit. l. ſi quis alicui de acquirend. hæred. Dolus autem ſine voluntate,
ſine intellectu, ſine affectione committi non poteſt, nec caſu, nec à mortuo; proin-
de *Baldus in dicta leg. humanitatis columna quarta*, dixit in terminis furioſum care-
re dolo, nec poſſe exhæredari *Menoch. de recuper. poſſeſſ. in l. ſi quis in tantam. Codic. vn-*
de vi numero nonageſimo ſecundo, ait quod nec culpa, nec dolus poteſt furioſo adſcribi.
20 Concluſio † fit cum diſtinctione, nam aut diſputamus in furioſo, qui perpetuo morbo
corripitur. Aut in eo, qui habet aliquando dilucida interualla. *§. furioſi inſt quib. non eſt*
permiſſ. face. teſt. l. 12. §. natura ff. de iud. l. 9. C. de impub. & ali. ſubſtit. l. 22. §. ſi marit. ff ſol. matr.
ſunt enim aliqui, quorum morbus perpetuus eſt, aliqui quibuſdam interuallis ſenſu
ſeniores ſunt, eorumque furor interuallum habere dicitur *dict. §. ſi maritus* vel in-
termiſſionem. *leg. 20. de teſtam. leg. 6. Codic. de curat. furio.* vel inducias. *l. 9. Cod. qui teſtã.*
21 *face. poſſ.* priori caſu non poteſt dolum facere † rationibus ſupra deductis, *Bal. l. 14. ff. de*
dolo. fallit autem ſecundum aliquos ſi ſua culpa in furorem incidiſſet, lapſus *in Clem. c.*

28 in duplici culpa eſſe, vt dicebat Pittacus; ſed vnum dolum eſſe † deteriorem, quàm
multas culpas.

Tertium quoq; facile diluitur, nam delicta puniuntur, non ſolum ex dolo, ſed et-
iam ex culpa *d.c. inebriauerunt d.l. reſpiciendum d.l.1. C. ſi quis Imp. maledixerit*, ibi vt ex per-
ſonis hominū dicta penſemus. Et quoniā culpa punitur mitius, quā dolus ex Legiſtarū
Canoniſtarum, & Theologorum ſententia *Tiraq. d. loco nu. 3.* ideò clementius punitur
ebrius. Noſtra autem diſputatio eſt de dolo, non de culpa.

Q. 4. Quæritur quarto loco nunquid prodigus, dicatur dolū cōmittere, & videtur
29 nullus in eo eſſe dolus. l. q̄a ꝓdigus eſt, q̄ in ſermone apparet † ſapiens, cæterū in factis
inſipiens eſt. *l. is qui. §. damus*, vbi *Bart. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.* ibi & ſi mentis ſuæ vi-
30 deantur eſſe cōpotes. Il. ꝓpterea q̄ furioſo † cōparatur *l. 1. C. de curat. fur.* ideo nec teſta-
mentū condere. *l. is cui, & ibi Bar. ff. de teſtam. §. item is inſtit. quib. non eſt permiſ. fac. teſtam.*
nec contractū facere, nec iudicio intereſſe, *Doct. & max. Bar. in l. is cui bonis, ff. de ver. obl.
in l. certi condictio §. idem ff. ſi cert. pet. in l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quib. cau. in poſſ. eat. Felyn. in c.
cum non liceret de præſcript. col. 2. in fin.* eaque ratione ſicut furioſo, ita & prodigo filio ma-
iori poteſt pater exemplariter ſubſtituere. *Bal in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſt. col.
pen. verb. quinto quæro.* Itē non iurat in litē prodigus, q̄a ſolus doloſus præſtat illud iura-
mentū, vt in *l. videamus in pr. ff. de in lit.* & ibi *Alex.* Ill. cōfert *tex. in d. l. Fulcin. § adeo in ver.
idem in prodigo.* in qua parcitur ꝓdigo in dolo in omittēdo. Itē ſi vocatus à Iudice nō cō-
pareat; non dicitur latitare ſi hæres factus non vindicauerit necem defuncti, aut mater
prodiga non petierit pupillis filiis ſuis tutorem, non priuatur ſucceſſione, *Tiraq. de pœ-
nis cauſ. 44. n. 16. verb. idem de prodigo.*

31 A contraria † tamen ſententia recedendum non eſt, dolum ſc. poſſe committi
à prodigo etiam poſt bonorum interdictionē, & ratio eſt, quia dolus ab eo, qui diſcur-
ſum rationis, & intellectum habet poteſt fieri, quippe aptus eſt ſimulare aliud pro alio,
in quo doli ſubſtantia conſiſtit *l. 1. §. 1. ff. de dolo.* Rurſus, quia defectus, ſiue vitium pro-
digi non occupat integritatem mentis, quo ad omnia, ſed duntaxat quo ad bonorum
adminiſtrationem in qua vere nō facit nec finem, nec modum *l. 1. ff. de curat. furioſ. &c.*
vbi furioſus non ſanam mentem dicitur dicitur habere, prodigus non ſanos mores;
ꝓinde cognoſcit quid agit, delictū faciat, an nō, iuſtè an iniuſtè operetur, vnde rectè
dixit *Ripa in l. is cui bonis numero 53.* prodigalitatem reſpicere vitium in diſſipatione bo-
norum, in qua nulla eſt voluntas, nullum animi iudicium, *Menoch. de recuper. poſſeſſ.
in l. ſi quis in tantam numero 98. & 99.* cui conuenit, quod tradit. *Ariſt. lib 4. Ethicorum,*
32 dum ait, quod prodigalitas eſt incontinentia † in pecuniarum profligatione, quarè
prodigus in delictis non excuſatur, imo ſi homicidium ex animo committat capite
plectitur. *l. furioſum, & ibi Bald. Cod qui teſtam. facere poſſ. Tiraq. dict. cauſ. 44. numero 16.
Angel. in dicta l. Fulcinius. §. adeo ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur.* pari actione incidit in pœ-
nam. *l. ſi quis in tantam. Cod. vnde vi, Bart. ibi num. 14. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. primo
quæſt. 96.* dicens ita eſſe communem, & tamen illa conſtitutio non datur niſi contra
doloſum. His ſuffragatur, quod prodigus æquiparatur adulto, & pupillo dolo capa-
ci, vt per *Menoch. d. loco ibi dum ait numero 98.* quod remedium *dicta legis ſi quis in tantam*
datur contra pupillum, & adultum, cui prodigus comparatur. Nec faciunt negocium
allegata in contrarium, & ad primum ſolutio eſt in promptu, quod prodigus eſt inſi-
piens in factis; ſcilicet in negociis contrahendis, & pecuniarum diſſipatione, vt paulo
ſupra dictum eſt, & nō obſcure indicat *§. damus*, ibi tamen ſic tractare bona ad ſe perti-
nentia, vt deducantur in egeſtatem. Secūdum diluitur fundamentum, quod æquipa-
ratio procedit non in omnibus, ſed in pecuniis, & negociis tractandis; non in delictis;
33 quia prodigus cognoſcit quid agat; & non mentem inſanam dicitur habere, ſed † non
ſanos mores. *d. l. 1. ff. de curat. fur.* proinde furioſus de homicidio non punitur *l. diuus. ff. de
off. c. præſid. l. infans ff. ad l. Corn. de Sicar. l. pen. ff. de Parricid.* prodigus autem pœnam nō ef-
34 fugit, vt dictum eſt paulo ante; furioſus etiam non incidit † in pœnam *l. ſi quis in tan-
tam.* ex magis communi *Bart. ibi num. 13. Cyn. & Alber. ibi late Menoch. ibi quæſt. 8. numer.
91.* Ad tertium reſpondetur, quod ſicut in delictis in committendo, dolum poteſt
committere; ita & in his, quæ conſiſtunt in omittendo, verum in dubio non præſu-
mitur ille dolus commiſſus, ſed potius creditur factum ex negligentia, & hæc eſt ra-
35 tio, vt in his delictis prodigo; ſicut † pupillo, & minori parcatur, *Tiraq. d. cauſ. 44. n. 6.* E-
go enim arbitror. quod ſi conſtaret, prodigum doloſe omiſiſſe vendicare necem de-
functi, aut petere filiis tutorem, quod non parceretur.

Quaſt. 5. Quæritur etiam de ruſtico, vtrum & in eo dolus cadat, accipiendo
ruſticum, natura, moribus, & qualitate ruſticana, non illum (vt plerique inueniuntur)
36 qui verſutus ſit, prouidus, & ſagax, qui nouit † agros coluiſſe, ſed ſtudiis operam de-
diſſe videatur, vt *Dec. & alii in l. ſiquis id quod ff. de iuriſdict. omn. iud. Tiraq. de pœnis leg. cau.*
11. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. caſu 194. in 1. Et ſanè id genus homines dolum commit-
37 tere probatur ex multis, & primò quidem, quoniam ſubiicitur ruſticus pœnæ *legis* †
ſiquis in tantam. C. unde vi, vt per Bald. & Bart. ibi. & latiſſimè etiam *Menoch. de recuper.*
poſſeſſ. remed. 9. quaſt. 2. multa cumulans. Secundo quia & ruſticus incidit in pœnam.
l. 1. C. de interdicto matrim. qua annullatur matrimonium contractum à tutore, cum
pupilla, cuius geſſerat tutelam, & irrogatur infamia. ratio eſt expreſſa in *l. ſi tutor eodem*
titul. nempe, quod fraude hac mala ſuam tegere velit adminiſtrationem, proinde in
d. l. ſi tutor. extenditur quoque pœna ad caſum, in quo tutor filio ſuo collocauerit in
38 matrimonium pupillam. Tertio, accedit, quod † ſi ruſticus clam egit contra legum
præcepta, præſumitur à lege dolus, atque ita punitur. *Soccin. Iun. conſil. 21. num. 49. lib. 2.*
Pariſ. conſ. 57. num. 27. lib. 4. Gomeſ. in §. ex maleſic. num. 20. Inſtit. de act. Craue. conſ. 322. num.
1. Plot. in l. ſiquando num. 790. C. de in ut. ur. Tiraq. de pœn. d. cauſa 11. numer. 21. & de retractu
conuent. in præfat. num. 14. Quarto, Ruſticus punitur etiam pœna. *l. 2. §. mater ff. ad ſe-*
39 *nat. conſ. Tertull.* nempe † ſi ruſtica mater tranſierit ad ſecunda vota, non petito tu-
tore filiis ſuis; quod dixit *Caſtren. in C. de acquir. hared & in l. venia,* vbi quoque *Alciat. C.*
de in ius vocan. eſt enim contra naturam, vt mater vtilitati filiorum non conſulat, *l. ma-*
tris pietas. C. qui pet. Tutor.

Ex aduerſo in ruſtico dolum non conſiderari probatur in primis ex *l. ſi quis id quod*
40 *ff. de iuriſd. omn. iud* in qua non imputatur dolus ei, qui per ruſticitatem † album præ-
toris corruperit, ratio omnium conſenſu illa eſt, quia non per dolum, ſed per ſimplici-
tatem corrupiſſe præſumitur *Iaſ. & Dec. ibi.* Secundo, Ruſticus non incidit in frau-
41 dem vſurarum, † vt per *Iaſ. in d. l. ſiquis id quod num. 32. Cepoll. de ſimul. contractu. c. 6. princ.*
42 *ex gloſſ. in l. cum. allegat. C. de vſur.* Tertio, Non cadit in ruſtico pœna † veræ contuma-
ciæ. *l. 2. §. vlt. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit,* tradidit. *Ripa in tractat. de peſte in tit. de remed.*
preſeruat. num. 229. ratio eſt, quoniam vera contumacia dolum requirit, qui ſanè do-
lus in ruſtico non præſumitur, *Curt. Iun. in d. l. 2. §. vlt. num. 6. Dec. in c. ſuper litteris nu. 7.*
verſ. 2. aduertendum eſt de reſcript. & ibi *Mant. num. 18.* ad reſoluendam hanc difficul-
43 tatem arbitror eſſe diſtinguendum. Nam † aut quærimus, vtrum in ruſtico dolus non
cadat, ſicut in furioſo, vel infante, ita quod neſciat dolum committere, quemadmo-
dum de furioſo, mente capto & id genus perſonis reſponſum eſt ſuperiori 2. *quaſt.* Et
non dubito, quin ruſticus dolum committere poſſit, & illius ſit capax; nam ſcit, intel-
ligit, & ſanum conſilium habet, & propterea leges in pleriſque caſibus præſumunt in
eo dolum, & fraudem, vt ex argumentis opinionis affirmatiuæ, dilucide conſtat, imò
ex aliis multis caſib. luculentius apparet. quos congerit, *Menoch. de arbr. cent. 2. caſu 194.*
a n. 1. uſque ad num. 32. & vtinam non ſæpe committerent, dominis ſuis furtum facien-
44 tes, in quo ſunt adeo callidi, & verſuti, vt impoſſibile ſit eorum euitare † fraudes. Aut
dubitamus vtrum in ruſtico dolus præſumatur, & tunc duos conſtituo caſus; aut lo-
quimur in his caſibus in quibus dolus, & in aliis perſonis non præſumitur, vt regulari-
ter accidit, cum dolus in dubio non præſumatur, ſed ſit probandum. *l. dolum cum ibi*
notat. C. de dolo, & certè in ruſtico multo magis non debet fieri doli præſumptio, cum
45 propter ruſticitatem minus ſcire, quàm alii in ciuitate degentes credatur. Aut vero †
diſputamus in his caſibus, in quibus, quo ad alios connumeratos, in oppidis, & ciui-
tatibus dolus præſumitur, vtrum & in ruſtico præſumendus ſit; & puto in his, quæ fe-
cit ruſticus, aduerſus ea, quæ ſunt contra ius naturale, vel gentium; contra ius ciuile
notorium; contra honeſtatem, nec non in his, quæ clam facta ſunt ab eo, dolum præ-
ſumi quemadmodum conſtat tum ex allegatis pro priori ſententia, tum ex aliis mul-
tis, cumulatis à *Menoch. d. caſu 194. nec non à Tiraquell. d. cauſa 11. nu. 7. cum multis ſequen-*
46 *tib.* In aliis vero dolum † in dubio non præſumi, vt in *l. 1. §. vlt. ff. de edendo,* vbi ruſti-
co ſubuenitur, non edenti. *d. l. ſiquis id quod,* dum ignorans, album prætoris eſſe, & ne-
ſcit, quæ ſint in eo deſcripta, veniam meretur, ſimilis eſt caſus in *l. cum de indebito. §. ſin*
autem is. ff. de probat. vbi ruſticus non debet probare ſeſe indebitum ſoluiſſe, ſed pro eo
adeſt præſumptio ob ſuam ruſticitatem, nec non alii ſunt quam plures ſimiles caſus
congeſti à *Menoch. d. caſu 194. a num. 33. vſq. in finem,* vbi oſtendit in vtramque partem
plurimum poſſe iudicis arbitrium.

Quaſt. 6.

Quæſt. 6. Sed quid in muliere dicemuſne eam dolum committere, an negabi-
mus propter fragilitatem ſexus, & imbecillitatem conſilii? & videtur ab iis longè do-
47 lus abeſſe, ſiquidem facillimè ipſæ † decipiuntur, vt dixit *Ariſt. lib. 9. de animalib.* & pro-
bat illud *Ouidianum in Epiſtola Phyllidis ad* Demophontem.

Fallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria ſimplicitas, digna fauore fuit,
Sum decepta tuis, & amans, & fœmina verbis.

48 Secundo quoniam † infirmum dicitur eſſe conſilium fœminarum, *gloſ. in l. 1. Cod. de cōfirm. tut. & in §. 1. de ſatiſdatione tut.* & ideo imperatores in *l. ſi pater in fin. Cod. de ſponſal.* ſcriptum reliquerūt fœminarum conſilium plerumq; aduerſus propria commoda laborare, ratio eſt ex *Ariſt. 1. polit. cap. vlt.* quia inualidū eſt eorum conſilium, & ob hanc rationem, inualuit conſuetudo, apud omnes fermè Italos, vt ipſis mulieribus interdicta ſit contrahendi poteſtas ſine conſenſu propinquorum, *Bald. in l. 2. quæſt. 9. Cod. de reſcinden. vend. in cap. ſicut, colum. vltima. de probat*, imò hac ratione ducta antiquitas Romana in tutela mulieres conſtituebat donec nuberent, *Cicero in oratione pro Murena.* Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii Maiores in tutorum
49 poteſtate † eſſe voluerunt, ob ſexus iſtius imbecillitatem lata fuit *lex Iulia de fundo dotali. §. 1. inſtitut. quibus ex cauſ. alien. licet, vel non, ibi:* (ne ſexus muliebris fragilitas.) Item *Senatuſconſ. velleian. l. 2. §. verba in fine. ff. ad velleian.* ibi: infirmitas mulierum. In eadem ratione fundata erat illa conſuetudo Romanorum, vt mulieres propinquis non
50 † nuberent, quoniam mulieres propter imbecillitatem multorum ope egentes propinquis idcirco adiungere noluerunt, vt ſi quæ iniuria a viris ſuis afficerentur, cognati opem ferrent, *Plut. in problem. cap.* 116. Huc ſpectat, quod fortuna muliebri forma
51 fingeretur, vt illius † imprudentiam euidentius exprimerent, & Minerua ſine matre nata credebatur, quoniam in fœminis prudentia non eſt, cuius Dea eſt ipſa Minerua, quāobrē ſtatutū requirens cōſenſum conſanguineorū, nō cōprehendit fœminas *Caſtr. cōſ. 74. col. vlt. lib. 1. & cōſ. 83. eod. lib. in pr. Dec. in l. 2. col. 6. ff. de reg. iur.* cū aliis innumeris congeſtis à *Tiraq. in l. 1. connub. n. 79.* ubi hæc, quæ diximus, & alia multa de fragilitate, imbecillitate atq; infirmitate mulierū cumulat, quib. verificatur dictū *Ouidiana puellæ ad Leandrum.* *Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis.*

Cæterum ex aduerſo mulierem doli capacem eſſe, imo illum ſæpe commitere, conſtat ex his, quæ copioſe diximus ſupra in prima diuiſione doli; dum egimus de dolo præſumpto. *Quæſt. 2.* Palam eſt etiam ex *Rubr. ff. ſi ventr. nomine mulier. in poſſeſſ. miſſa, ead. poſſeſſ.* dolo malo ad alium translata eſſe dicatur in *l. 1. d. rubr* ibi: idcirco conſtituit actionem in factum in mulierem, quæ in alium hanc poſſeſſionem dolo malo tranſtulit, cui conuenit. *l. 2. eod. tit. vbi Paul.* ait dolo facit mulier, quæ in poſſeſſionem venientem nō prohibeat, ſed quæ circumſcribendi alicuius cauſa, & clam, & per quādam machinationem in poſſeſſionem introducat; Probatur ex *l. ſi decipiendi. ff. ad Velleianum*, vbi mulier ob dolum perdit beneficium Velleiani, ait enim Paulus actionem, quæ in dolum mulieris competit ampliſſimus ordo non excludit, cui conuenit. *l. 5. C. eod. tit.* ibi decipere noluiſti, & ideo Senatuſcōſulto tibi nō ſuccurretur, quo infirmitati, non calliditati conſultū eſt, & *l. 18. ibi:* niſi creditor aliqua ratione per mulierē deceptus ſit, nō tunc replicatione doli, exceptionē Senatuſcōſulti remoueri conſtitutū eſt.

Pro reſolutione diſtingue duos caſus. Primus eſt, an mulier ſit doli capax, dolumq; committere valeat, & non dubium eſt, quin poſſit, & valeat ex modo deductis
52 viribus, quæ manifeſtiora ſunt, quàm poſſint † cauillari; imò naturalis videtur dolus fœminarum: *Propert. lib. 2. ad Amicum.* ſcribens.

Sed vobis facile eſt verba, & componere fraudes,
Hoc vnum didicit fœmina ſemper opus.

Cui conſonat illud *Ariſt. de anima 8.* Mulier melioris eſt pietatis, quam vir, ſed maioris inuidiæ, & malitioſior eſt viro, & facilius decipit. Conuenit illud vulgatū Poëtæ.

Nux, Aſinus, Mulier ſimili ſunt lege legati.
Hæc tria nihil recte faciunt ſi verbera ceſſent. *Pierius lib. 55. in fin. & ferula.*

Secundus caſus eſt nunquid in caſu, in quo in viro præſumitur in dubio dolus †
53 cōmiſſus, præſumatur etiā in muliere, & negauerim tū ex his quæ diximus in hoc articulo pro priori opinione, tum etiam ex his, quæ tradidimus in prima Deciſione doli, in *tit. de dolo præſumpto in 2. quæſt.*

Q. 7. Septimo incidit dubitatio, an minores dolū cōmittant, & negandū videtur ex
54 *l. 1. ff. de min. 25. annis*, ibi nā cū inter oēs † cōſtet fragile eſſe, & infirmū, huiuſmodi ætatis

conſilium,& multis captionib' ſuppoſitum,multorumq; inſidiis expoſitum,auxilium
eis prætor hoc edicto pollicitus eſt,& aduerſus captiones opitulationem prætor edi-
cit,ecce tantum abeſt,quod doloſe alios minor decipiat,vt aliorum inſidiis ipſe maxi-
me ſupponatur;eademq; ratione ſit inducta in eius fauorem reſtitutio in integrum à
55 prætore,ſed tamen † alia ſententia verior eſt,& probatur ex *lege ſi ex cauſa.* §.*nunc vi-
dendum.ff.de minor.* & §.*ſi in commiſſum.ff.de minor.* ibi an etiam delinquentibus,vt puta
ſi dolo aliquid fecit minor in re depoſita,vel commodata,vel alias in contractu,& pla-
cet in delictis non ſubueniri,& ibi quod ſic erit accipiendum,ſi non dolus ipſorum in-
teruenıat,confert.*l.auxilium.*§.*in delictu,& in l.2.*§.1.*eod.tit.* ad idem eſt text *in l. 1. Cod.
ſi aduerſ. delict.* ibi in criminibus ait ætatis ſuffragio minores non iuuantur,etenim ma-
lorum mores infirmitas animi non excuſat. & ibi *gloſſ magiſtr. in verb. infirmitas ſuffra-
gatur.l.2.C.ſi minor maiorem ſe dixerit*, ſi is qui minorem nunc ſe aſſeuerat, fallaci maio-
ris ætatis mendacio te deceperit,& *l.3.eod. tit.* ſi alterius circumueniendi cauſa minor
ætate maiorem,&c. Confirmatur,nam ſi pupillus proximus pubertati doli capax ex-
iſtimatur,vt ſupra probatũ eſt in *prima quæſtione* , quanto magis in adulto eſt idem re-
ſpondendum?nec vim habet ratio adducta in contrarium;quippe & mulieres propter
ſexus imbecillitatem,fragiles,infirmæq; dicuntur,ob eamq; cauſam inuentum eſt ſe-
natuſconſultum Velleianum,introducta eſt *lex Iulia de fundo dotali*, vt diximus paulo
ſupra,& tamen ſæpe dolum committunt,ſicut ſupra apertè probatum eſt,idemq; iuris
eſt in pupillo pubertati proximo,cuius tamen conſilium magis fragile eſt , quam mi-
norum ; non repugnat igitur infirmitas ætatis, quando poſſit illam interdum malitia
ſupplere,& alios decipere.*l.3.C.ſi minor ſe maiorem dixer.*

Quæſt. 8. Octauo venit in dubium vtrum vniuerſitas poſſit dolum committe-
56 re,nempe vniuerſitas † perſonarum,de qua in *Rub. & l.1.cum ſeq.ff.quod cuiuſq. vniuer-
ſitatis nomine l.1.de libert.vniuerſo.in tit.de manumiſſ.*quæ ſeruis ad vniuerſ. pertinentibus
imponuntur, vt ſunt municipia,collegia,corpora, curiæ, ſocietates *d.tit.ff. quod cuiuſq.
vniuerſ.nomine.* non autem vniuerſitas rerum pertinet ad quæſtionem noſtram ſiue ſit
iuris,vt hæreditas,vel peculium.*l.item.*§. *non ſolum.ff.de petit.hæred.* Doct.*in* Rub.*ff.ſolut.
matrimon.*ſiue ſit vniuerſitas facti,vt in *l.1.*§.*fin ff.de rei vend:c.*quæ verificatur in grege,
vel in armento, priori itaq; modo ſumpta vniuerſitas,videtur,quod non poſſit dolum
cõmittere. Primo ex *l.ſed ex dolo.ff.de dolo.*§.*1.* ſed an in municipes de dolo detur actio,
& puto ex ſuo quidem dolo , non poſſe dari : quid enim municipes dolo facere poſ-
ſunt? Secundo,quoniam vniuerſitas integra conſentire non poteſt.*l.1.ff.de libert. ad v-
niuerſ.pertinent*, *l.1.*§.*fin.ff.de acquir.poſſ.*vbi *Iaſ.*reddit rationem,cur non poſſit præſtare
conſenſum , nempe quoniam inter municipes multi ſunt infantes , multi furioſi , vel
mente capti, qui non valent vllo modo conſentire, & hinc eſt, quod vniuerſitas non
poteſt ex communicari,ne ſcilicet infantes,& furioſi teneantur. *c.Roma.*§. *vniuerſita-
tem de ſent.excom.in 6.*Iaſ.*d.*§.*vltim.num.1.verb.facit quod.* Tertio adiuuat hanc ſenten-
tiam,quoniam vniuerſitas eſt perſona ficta, non habens animam,nec intellectum *Iaſ.
d.*§.*fin.nu.2.*ſine quo dolus ad alium decipiendum non poteſt intendi. *l.1.*§.*1.ff.de dolo*,
& ideo ex dolo eorum, qui res vniuerſitatis adminiſtrant ſi quid ad eam peruenerit,
dari poteſt de dolo actio. *d.l.ſed ex dolo.*§.*ſed an.* Non autem ex dolo proprio poteſt
conueniri.

In contrarium eſt text. quem citat Bart.*in gloſ. in d.l. ſed ex dolo Iaſ.in d.*§. *fin. tex-
tus inquam in l. metum.*§.*animaduertendum.ff.de ea quod metus cauſa*, ibi,ideo ſiue ſingula-
ris ſit perſona , quæ metum intulit, vel populus , vel curia, vel collegium, vel corpus
huic edicto locus erit. Secundo vniuerſitas poteſt delinquere, ergo & dolum facere,
in quo delictum eſt,aſſumptum probatur, primo in committendo in *auth. item nulla
communitas C.de epiſcop.& cleric. auth.caſſa.C. de ſacros. eccleſ.* Secundo in omittendo.*l.
iubemus nulla nauem. C.de ſacros.eccleſ.iuncta.l.ſi procurator.*§.*ſi tutoris ff. mandati. late Bart.
in l.aut facta* §.*nonnunquam num.3.& 4.ff.de pœnis.* Pro reſolutione *gloſſ.& Bart. in d.l.ſed*
57 *ex dolo*,& gloſ.in *d.*§.*animaduertendum*, diſtinguunt, aut quæris † an vniuerſitas nul-
lo modo facere poſſit dolum,& tunc vera ſit poſterior hæc ſententia , quia dolum cõ-
mittit,aut quæris,an cum difficultate,vel faciliter,& reſponde,quod difficiliter com-
mittet,ſiquidem oportet,quod conuocato legitime conſilio , veluti per ſonum cam-
panæ ; & per maiorem partem illorum vniuerſitatis ſit actum, imo quod proceſſerit
propoſitio,& conſilio dato ſequatur doli commiſſio,alias non dicitur fieri per vniuer-
ſitatem,ſed per ſingulos *Curt.Iun.conſ.175.num.5.l.aliud.*§.*refertur.ff.de reg.iur.ibi* Dec.&
Cagnol:

Cagnol. l. quod maiori. ff. ad municip. & *Bart.* ibi, cum *appoſt. Alex.* Ideoque ad *l. ſed ex dolo,*
reſpond. quod illa interrogatio, quid ſi Municipes, arguit difficultatem non impoſſi-
bilitatem. alii, vt *Bald. d. l. ſed ex dolo Iaſon in d. §. fin. l. 1. ff. de acquir. poſſ. & ſentit. Bar. in d. §.*
aut facta. num. 4. verb. reſpondeo propriè, dixerunt verè, & propriè vniuerſitatem dolum
non committere, ſed fictè, & interpretatiuè, ſcilicet quia per miniſtros, & Magiſtra-
tus ſuos, & ita inquit *Iaſon. d. §. fin. num. 2. verb. ſic etiam intellige*; & in *d. l. ſed ſi ex dolo*, cum
ſit ficta perſona, carẽs, animo & ſenſu, quomodo poteſt verè dolũ admittere. Diſtinguit
58 † etiam *Marianus Soccin. in c. dilectus filius à n. 26. vſq. ad 28. ext. de ſimonia*, quem videas o-
mnino, videas etiam in eodem tex. *Anc. in 2. col. vers. ſed dominus.* Sed an Vniuerſitas con-
ſtituatur in dolo, vel contumax ex contumacia Syndici, non comparentis, *Bar. in l. non*
poteſt dolo. ff. de reg. iur. reſpondet affirmatiuè in his, quæ per eum fieri poſſunt, alias ſe-
59 cus. † Alii diſtinguunt, aut loquimur quo ad primam citationem, & tunc vniuer-
ſitas per ſyndicum in dolo non conſtituitur, quia prima citatio debet fieri actori-
bus ciuitatis. Quod alias ſic communem dicit Villabol eſſe teſtatam à *Bald. de-*
ciſ. 60.

Quæſt. 9 Quæritur nono vtrum iudices dolo faciant. Iudex autem appellatur, qui
60 de aliqua re vel iure Magiſtratus, qui † iubendi poteſtatem habet iudicat, atque co-
gnoſcit. Et videtur quod non; etenim Iudex, vt refert *Budæus in l. 1. ff. de iuſt. & iur.* ſe-
cundum *Ariſto.* qui latinè Mediiurius dicitur, à medio, & iure, compoſito vocabulo,
quoniã inter vtrãq; partẽ medius iuſtitiæ miniſter eſt. Secundo iudex eſt idem, quod
vir bonus. *l. continuus. ff. de verb. oblig. l. cæteri. §. primo. ff. fam. herciſc. l. vir bonus. ff. iud. ſol-*
ut. l. 1. §. ſiquis in fraudem ff. ſiquid in fraudem patron. Bartol. in d. l. continuus Alexand. conſil.
3. num. 8. lib. 1. Ruy. *conſil 63. numer. 1. libr. 4. Pariſ. conſ. 68. numer. 3. lib. 4. Socein. Iun. conſil.*
7. numer. 23. & conſil. 22. lib. 32. vir autem bonus dolum non committit, alioquin non di-
ceretur bonus. Vnde *Hor. lib. 1. epiſt. ad Quint.*

Vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges, iuraq; ſeruat.

§. 1. inſt. de offic. iud. III. Vlp. in l. 4. incipit cæteræ. ff. fam. herciſc. in quia Iudex eſt qui innocen-
tis viri officio fungitur, conſonat lex in *l. quæſitum. ff. de teſt. l. cum quem temerè. ff. de iudic.*
Vbi religio propria dicitur eſſe iudicantis; cui reſpondet *Cicero in Oratione pro Cluentio,*
inquiens Iudicis eſt, atq; ſapientis habere in conſilio, legem, fidem, religionem, æqui-
tatem, libidinem autem, & inuidiam, metum, cupiditates omnes amouere; maxime
exiſtimare conſcientiam mentis ſuę, quam à Diis Immortalibus accepimus, quæ à no-
bis diuelli non poteſt.

Quarto adſtipulatur, quod iudicis præſentia in celebratione alicuius actus, vel
negocii, facit ceſſare doli præſumptionem *Gramm. conſ. ciuil. 131. num. 12. cum ſequen. Bar-*
tol. in l. 1. C. de Præd. Cur. lib. 10. Felyn. *in c. quoniam contra de probat, verb. & tenendo. num. 12.*
61 Contrarium autem vtinam † verius non eſſet; nec enim pœnæ eſſent contra do-
loſos iudices legibus comparatæ, vt in *l. venales. Cod. quando prou. non eſt neceſſe. l. fin. ſi ex*
falſ. allegat. l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebell. l. diuus. ff. de re iud. In quibus à corrupto
perſonarum iudice lata ſententia, vel annullatur, vel per reſtitutionem in integrum
reſcinditur, ſi gratia motus iudicauerit; dicitur enim iudex corruptus, & per ſordes iu-
dicare; nempe ſi aliquid accipiat, vt ſententiam proferat gratioſam, vel nullo modo
proferat. *l. 3. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad l. Iuliam repet.* Secundo declarant iudicem ſæpe dolo
62 facere famoſæ illæ pœnæ à Principibus † irrogatæ iudicibus, Nempe Cambyſis, qui cu-
te à iudice iniquo detracta Tribunal ornauit, & in ea filium ad iudicandum ſedere
iuſſit, vt paternæ pœnæ conſideratione admoneretur, quæ pœna maneat corruptum
iudicem *Valer. lib. 6. cap. 3. Alexand. ab Alex. lib. 3. genial. dierum c. 5.* Bald. *in comm. ad l. 12. ta-*
bularum. l. 52. Darii quoque Regis, qui iudicem nequam cruci iuſſit affigi; Alex. Seue-
rus ſi furem nunquam iudicem vidiſſet, dicebat ſe paratum habere digitum, quo illi
oculum erueret. *Ælius Lamprid. in eius vita*, Antiquiſſima *l. 12. tabularum* capite mul-
tabatur iudex, arbiterue iure datus; qui ob ſententiam dicendam pecuniam accepiſſe
decreuerat, ſicut author eſt *Gellius lib. 20. cap. 1.* quam legem egregio commentario illu-
ſtrat *Balduin. nuper citato loco.* Poſtea ex conſtitutione Iulii Cæſaris, relata in *l. 3. & in l. lex*
Iulia. §. hodie. cum nimis grauis videretur. *l. 12. tabularum* pœna, inductum eſt, vt facti
63 qualitate iudices puniantur adeo, vt † arbitrariam eſſe pœnam dixerit *Clarus. §. fi. quæſt.*
73. Gram. conſ. 135. n. 9. not. 25. n. 8. Boerius quæſt. 153. n. 39. Boſsius tract. cauſ. crim. in tit. de offic.
corrupt. num. 7. & 8. Contra id genus Iudicis eſt *l. 1. §. 1. verb. & qui iudicem. ff. ad l. Cornel. de*

alſ. not. gloſſ. in dict. l. 3. Bald. in l. 1. numer. 1. C. de pœnis Iud. qui male iud. nec non *l. Iubemus. C. ad l. Iul. ∽ m. repet. l. vlt. Cod. de pœn. iud. qui male iud.* qua Iudex per ſordes iudicans effici-
tur infamis *l. 1. ff. de his, qui not. infam. nouo iure. Cod. de pœna Iud. &c.* Quomodo autem di-
ctæ pœnæ quæ videntur contrariæ, non pugnent ad inuicem, imò altera non expellat
alteram, egregie *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu. 342. numer. 8. cum multis ſequen.* Qui-
bus omnibus plus quam manifeſtum eſt, iudices dolum committere, quamuis non
deberent, & maxime repugnet eorum officio, & multa ſint incorrupti iudicis merita,
vt refert *Petr. de Palude in 4. ſententiarum.* Quædam fuiſſe, qui dum in Francia agrum
ſuum foderet, inuenit humanam linguam loquẽtem & interrogata cuiuſnam eſſet re-
ſpondet fuiſſe linguam hominis pagani olim Iudicis, qui eo quod nunquam protulit
ſententiam iniquam Deus reſeruauit animam ſuam in illa lingua quouſque baptiſ-
mum reciperet, fuit baptizata, & ſtatim in puluerem reducta. Nec vrgent, quæ afferun-
tur ex aduerſo, obtinent enim, & vera ſunt in bono iudice, integro, & incorrupto, ille
64 eſt † enim medii iuris, inter vtramque partem iuſtitiæ miniſter; ille ius dicens, & lex
animatam; ille vir bonus, ille religioſus, ille qui legis, æquitatiſque memor, conſci-
entiam ſibi datam à Deo, minime lædit & ad hoc, vt talem ſe ſe præbeat Iudex eligi-
65 tur, & quia ſui officii eſt talem ſeſe præbere, de eius † bonitate confiſus in dubio dolum
in illo non præſumit *Bald. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. l. 1. Cod. de decur. libr. 10. & l. ſiquis
decurio eod. tit.* ius pro ipſo ſemper præſumit. *l. 2. C. de off. ciuil. iud. Gram. conſ. 4. n. 3.* & ideò
eius præſentia facit in aliorum negociis † ceſſare præſumptionem doli, vt dictum eſt in
66 quarto argumento contrariæ partis. *Alc. in l. ſiquis in conſcribendo C. de pac.*
Quæſt. 10. Decimo venit in dubium, numquid princeps temporalis dolum com-
mittat, & videtur negandum ex multis, & primo quoniam lex cum ſit inventio quæ-
67 dam, & † donum Dei. *l. 2. ff. de leg.* cum ſit recta ratio, ſecundum *Ciceronem*, iubens ho-
neſta, prohibens contraria non committit dolum, igitur nec Princeps, quippe eſt lex
animata in terris *Auth. de conſul. §. fin.* imo plenus philoſophiæ dicitur omnia intra in
Scrinio pectoris habere recondita *Iaſ. in l. omnium Cod. de teſtam. in l. cum Syllanianum. C.
de his, quibus vt indig.* ideo profitetur princeps velle ſe ſecundum leges viuere. *l. digna
68 vox C. de legib. §. vlt. inſtit. quibus mod. teſtam. infirm.* Cui conſonat dictum Antigoni † ce-
lebratum, & relatum à *Rhodigino libro 12. ca. 46. in fine*, nam aſſerente quodam eſſe regi-
bus honeſta omnia, & iuſta, per Iouem, inquit, hoc Barbaris, nobis vero ea modo ho-
neſta, quæ honeſta ſunt, & iuſta, quæ iuſta, & illud poſſumus, quod de iure poſſumus
argumento *cap. aliquando 11. cap. quæſtion. prima l. nepos proculo. ff. de verb. ſignif.* Ex his
69 ſecundo loco deducitur, quod Princeps poteſt iudicare † ſecundum conſcientiam,
nec conſtringitur ferre ſententiam ſecundum allegata, & probata *Bartol. in l. 1.* (vt
quæ deſunt aduocat. ſuppleat Iudex nec non poteſt eſſe Iudex in cauſa propria, *Ber-
tach. in verb. Iudex. numer. 28.* Alii verò iudices non ita. *l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. 1. Cod.
nemo in ſua cauſ.*
70 Tertio adſtipulatur, quoniam princeps ſe habet ad populum, vt Paſtor ad † gre-
gem *Abb. in c. multa de preb. & in c. quæ in eccleſiarum col. 6. ex. de conſt.* id eſt Paſtor nihil agit
aduerſus gregem dolosè, igitur nec princeps contra populum.
Quarto ad idem confert, quod Princeps iudicat tamquam Deus, qui non fallit,
nec fallitur argumento not. in *c. ad poſi. ionem de accuſ.* per quem textum ita voluit *Bart.
71 in l. Æmylius*, vbi eſt bonus text. *ff. de minor.* atque hinc fit, vt in eius auditorio non † cur-
72 rant fatalia *l. fin. §. fin autem. C. de tempor. appel.* dilationes ad eius † arbitrium concedun-
73 tur, Iuris rigor relaxatur † *clem. ſæpe de verb. ſig. clem. diſpendioſam de iud.*
74 Quinto adiuuat prædicta quod contractus omnes † geſti à Principe, vel coràm
Principe dicuntur eſſe bonæ fidei, ſcilicet propter exuberantem bonam fidem Princi-
75 pis *Ploius in l. ſi quando. § 22. nu 4. & ſeq. C. vnde vi.* Et prædictis ſuffragatur, quod † prin-
ceps habet ſe ad Rempublicam, vt anima ad corpus ſecundum *Senec. de clem. c. 4.* Prin-
ceps enim eſt anima, vt igitur anima doloſe non agit contra corpus, ita nec princeps
aduerſus Rempub.
In contrarium multa ſunt, quæ allegantur. Et primo quoniam Princeps, homo
eſt, & omnis homo mendax, vt ſacræ Paginæ teſtimonio conſtat. Dolus autem crimen
eſt, Nemo autem ſine crimine viuit, vt dixit *Horatius*. Secundo Princeps eſt Maritus, &
76 † Pater Reipub. iuxta illud *Lucani.*

Vrbiq; Pater. Vrbiq; maritus.

Etenim ſicut inter virum, & vxorem c[illegible]e matrimoniũ cõtrahitur, & Oeconomicũ,

inter

inter Prælatum,& Eccleſiam coniugium perficitur ſpirituale,& diuinum. ***D. Thom. in***
3. parte ſua ſumma quæſt. & art. 1. ita inter Principem, & Rempub. celebratur matrimo-
nium morale, atque politicum. Eſt etiam Pater, vel vt ait ***Seneca de clem. cap. 4.*** eſt veluti
tutor ad pupillum, Princeps ad Populum, ſed maritus ſæpe vtitur dolo aduerſus vxo-
rem, in ***tit. ff. rerum. amotar.*** Pater erga filium. ***l. pater filium ff. de collat. dot.*** vt quando a-
lienat in fraudem filii, nec habeat legitimam, quando iniuſtè exhæredat, adeo quod
in dubio creditur iniuſte exhæredaſſe in ***auth. vt cum de appell. cognoſ. §. aliud quoque ca-***
pitulum, vbi onus probandi contrarium incumbit hæredibus; Tutor erga pupillum in
tit. de admin. tut. & late probatum eſt ſupra in illa quæſt. vtrum pupillus teneatur de do-
lo tutoris.

Tertio facit illud tritum ſermone prouerbium, bonos omnes Principes vno an-
78 nulo inſculpi poſſe, quo † ſignificatur, paucos eſſe bonos, plures eſſe malos, qui non poſ-
ſunt carere dolo, & doloſos reperiri aliquos principes non obſcurè oſtendit ***D. Paulus***,
quando admonet nos, vt non principibus bonis obediamus; ſed etiam diſcolis, imo
accidit, vt vnus, & idem Princeps initio bonus, poſtea corruptus labatur in deterius,
79 quemadmodum de Nerone legimus, qui fecit locum prouerbio, ***Neronis*** † ***Quinquen-***
nium, in eos, qui ab initio boni, prolapſi ſunt in peſſima delicta; iuſtiſſime enim per qn-
quennium imperauit, poſtea immaniſſima factus eſt bellua, ut meminit ***Cælius Rhodig.***
fruſtra ***Claud. de 4. Honor. conſulat.*** tantoperè laboraſſet Principem inſtituere, atque for-
mare, ſi doloſus princeps eſſe non poſſet, ibi:

Si tibi Parthorum ſolium fortuna dediſſet
Clare puer terrisq; procul venerandus Eois.
——Sufficeret ſublime genus.
Altera Romanæ longe Rectoribus Aulæ.
——conditio,
Et infra: in ciuem, patremq; geras, in conſule cunctis.
Nec tibi, nec tua te moueant, ſed publica vota.

Sed pro concluſione diſtinguendum eſt. Aut quærimus vtrum Princeps dolum
80 committere † poſſit, & ſolent nonnunquam admittere, & adhæreo poſteriori ſenten-
tiæ, tum adductis rationibus, tum ex authoritate ***D. Auguſtini de Ciuitate Dei***, ait enim
Deum regna etiam impiis diſtribuere, maxime propter peccata populi, nullo enim
81 modo grauiori pœna populum afficit, quam dando † ei malum principem, quod ſanè
ex antiquorum hiſtoriis adeo teſtatum cuique eſſe poteſt, vt nemo debeat amplius du-
82 bitare, imo credere, quod dixit ***Plautus***, velut in mare flumina, ſic † in magnas aulas vi-
tia confluere, Nec officiunt allegata in cõtrarium, Nam quo ad primum eſt lex anima-
ta, omniaq; habet in Scrinio pectoris iura recondita quo ad poſteriorem condendi
legem. ***l. 1. ff. de conſtit. princ. §. ſed quod principi inſtit. de iure natur. gen. & ciuil.*** nec non quo-
83 ad authoritatem interpretando leges. ***l. 1. & l. fin. C. de legib.*** non vero † quo ad ſincerita-
tem mentis, & intentionis, lex enim non mouetur affectibus, vt homo quia lex reſpi-
cit futura. ***l. legis virtus. C. de leg.*** non videt eos ad quos loquitur; & loqtur in vniuerſum
ad omnes, nec odio nec amore mouetur; At homo, vt Princeps qa ſępe, & præſentia ne-
gotia tractat, & præſentes intuetur perſonas, facile corrũpitur, vt dixit ***Ariſt. de iudice, in***
1. Rethoricorũ. eodemq; modo diluitur ſecundum argumentum; Tertiũ vero conuerti-
84 tur. Nam ſæpe paſtor cupiditate ductus nimis † emungit gregem, ita vt eliciat ſangui-
nem, vnde eſt adagium, ***qui nimium emungit educit ſanguinem***, ſæpe etiam ſpe lucri, ni-
mis ad viuum tondet oues, adeo vt incidat cutem. Porro autem quartum & quintum
eadem ſolutione tolluntur, etenim Princeps in dubio præſumitur bonus à lege, vt pau-
lo infra dicemus, & talis eſſe creditur, qualem eſſe oportet, & propterea, quia debet in
illo exuberare bona fides, contractus ab illo geſti, vel coram ipſo reputantur bonæ fi-
dei, & licet ei ſecundum conſcientiam, & in propria cauſa iudicare.

Aut dubitamus, nunquid Princeps præſumatur facile dolum committere, ita q;
85 in quibus caſibus in alia perſona dolus præſumeretur, præſumatur † in Principe, & veri-
us eſt non præſumi, ***Berous conſ. 76. num. 71. lib. 1. & conſ. 138. n. 10. lib. 3. Men. præſumpt. in 3.***
86 ***præſumpt. lib. 5.*** Eſt enim regula, quod talis eſſe princeps † creditur, qualis eſſe debet, ***Bal.***
in l. 1. ff. de conſt. Princ. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. & talis eius mens eſſe reputatur, qualis
eſt mens legis, vel rationis naturalis. ***Dec. conſ. 97. in pr. Bal. in c. 1. in tit. qui, vel quos contro-***
uerſia prætendi diff. idemq; in principe præſumitur iuſta cauſa, ***Fely. in c. quæ in Eccleſiarum***
extra de conſtit. Curt. Iun. conſ. 20. & quomodo iſtud intelligatur ***conſ. 49. col. 20. 21.*** ibiquæ-

tit an poſſit probari contrarium, præſumitur etiam, quod nolit damnum inferre tertio, igitur nec dolum, qui ſemper damnum affert. *l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. l. nec auus*, & ibi *Bald. C. de emancipat. liberorum Bald. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. Dec. conſil. 606. nu. 77. Iaſon. in l. ſi quis quemquam. ff. ſi quis caut.* & illi placere creditur, quod iuſtum eſt *Iaſ. in l. quod principe. ff. de conſtit.* ideoque ſi Princeps abſque pro-
87 ceſſu mandet aliquem † ſuſpendi, licite, ac ſine peccato, poteſt aliquis exequi ſuum mandatum *Cagnol. in l. velle non creditur num. 8. ff. de reg. iur.* eademque ratione ſi Prin-
88 ceps reſcribat cum clauſula motu ꝓprio eius tamen intentio † ſemper præſumitur, quod nemo debeat grauari, aut iniuriam pati. *Bald. in c. ad aures de reſcript. Panormit. in c. 1. de re iud. in cap. cauſam el. 2. de teſtibus*, latè *Caſſaneus in Catalogo glor. mundi, part. 5. conſider. 24. numero* 107.
89 Hac vero † noſtra ætate eſt, cur Ciues Deo Opt. Max. gratias agamus, quoniam Principes Chriſtiani, & Catholici ſunt tales, vt veri Patres, veri tutores, veri mariti,
90 veri paſtores poſſint appellari, & præſertim Magnus Etruriæ Dux Ferdinandus qui † Claudiani partes inſtitutionum principio ita induiſſe oſtendit, vt veri Principis imaginem factis non minùs, quàm illum verbis repræſentet.

De rebus in quibus dolus committitur, Cap. II.

1 *Circa ſex potiſsimum res dolus committi ſolet.*
2 *Contractus, quid ſit, diffinitur ex mente Authoris.*
3 *Abſq; negocio non datur contractus.*
4 In l. Labeo. ff. de ver. ſign. *non diffinitur contractus; ſed contractum.*
5 *Altera contractus diffinitio reiicitur.*
6 *Omnis contractus dolum recipere poteſt.*
7 *Contractus poteſt recipere dolum tribus temporibus.*
8 *Tribus etiam temporibus contingere poteſt dolus in delicto.*
9 *Tutela etiam poteſt recipere triplici modo, ac tempore dolum.*
10 Dolus, *ad duplicem finem tendere poteſt, in contractu, commiſsus.*
11 *Dolus in contractu, quando in fraudem hominis adhibeatur.*
12 *Quando adhibeatur in fraudem legis.*

SVperiori titulo de perſonis expoſuimus, quæ dolum committunt modo *Iuſtin. in §. 1. inſt. de rer. diuiſ. & §. fin. inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil* nec non *Hermogeniani in l. 2. ff. de ſtatu homin.* ſequentes ordinem, videamus de rebus, in quibus præcipuè dolus admittitur, & quidem dolus fit, vt inquit *Paul. in l. 1. ff. exceptio. doli. Ang. in §. ſequitur nu. 2. in*
1 *inſtit. de except.* †

1 In contractibus.
2 In vltimis voluntatibus.
3 In iudiciis tam ciuilibus, quàm criminalibus.
4 In legibus & ſtatutis.

Decius, & alii in l. ex hoc edicto. ff. quod quiſque iuris, & in l. quod te n. 45. ff. ſi cert. pet. l. 2. § 1. & ibi Bart. ff de dolo. Mathes. *ſing.* 18. *Ang. d. loco.*

5. in reſcriptis, vt per ſcribentes in *l. legib. C. ſi contra ius, vel util publ. Canon. in c. ſuper litteris*, & maxime per *Beroum extra de reſcriptis*, nec non per alios in *c. ſedet ext. eodem*, & demum in vnaquaque diſpoſitione, vt per *Ang. d. loco.*

6. In iuramentis. *c. quamuis*, & ibi latiſſime *Didac. de pact. in 6. & in c. cum contingat de iureiurand.*

Exordientes autem quo propoſuimus ordine intueamur, quemadmodum dolus adhibeatur in contractibus, qui ex intentione, vt noſtri iudicii eſt, poteſt non in-
2 concinne definiri, vt ſit † negocium, re, verbis, conſenſu, litteriſue geſtum vtrinque vel ex vno latere obligationem inducens: Negocium loco generis eſt, & adeo eſt in definitione neceſſarium, ad conſtituendam ſubſtantiam contractus, quod ibi
3 deſinat eſſe proprie † contractus, vbi proprie deficiat *negocium §. hæres quoque. inſtit. de obligation. quæ ex quaſi conſ.* in quo Iuſtinianus ait hæredem pro legatis, quibus

eſt

eſt oneratus proprie ex contractu non obligari, quippe quia legatarius, nec cum hærede, nec cum defuncto, vllum negotium proprie geſſiſſe dicatur. Dictum eſt re, verbis, &c. quando nllus eſt verus contractus, qui non aliquo ex his modis celebretur, ſicut ſcriptum reliquit *Imperator in §.fin.inſtit.de obligat.*& ante eum dixerat *Caius in l.1.§.obligationes iuncta gloſ.in verb.conſenſu.ff. de action. & obligat.* nec ad rem pertinet, definitio Vlpiani ex mente Labeonis in *l.labeo.ff.de verb.ſig.* quandoquidem explorati iuris
4 eſſe puto, non definiri ibi contractum, prout † eſt conuentio, ſed prout ſignificat aliquod eſſe contractum, ſicut etiam non definir quid ſit agere vel gerere, verum quod geſtum, vel actum eſt, ideoque vtitur Iuriſconſul. genere neutro, dicens, quod Labeo, cum, ſi definiſſet contractum, & conuentionem erat dicendum, quē Labeo, &c. quoniam eſt generis maſculini, id quod etiā arbitror probari ex illis verbis, contractū obligationem eſſe, etenim contractus non eſt obligatio, ſed cauſa obligationis, illam enim non producit, *l.licet,§.ea obligatio.ff.de procurat*; ſed aliquod eſſe contractum, eſt obligatio, ſiquidem vbi aliquod contractum eſt, ibi eſt obligatio, ſicut egregie declarat *Albertus Bologn.ſcil.* Roman. *Eccleſia Card.in rubr.ff.de verb.oblig.cap.6.* in quo copioſe, & accurate intellectum *d.l.Labeo* declatat, quod etiam facit, *Bellon.lib.2.cap.2.ſupputat.*
5 ita fit, vt ſoluto prædicto nodo, noua noſtra definitio non ineleganter aſſignata † videatur, & melior fortaſſe ſit definitione, quam poſtea: vide apud *Martinum, Antonium del RIO in l.contractu.ff.d regul.iur.cap.4.* dicentem quod contractus eſt negotium inter duos pluresue data opera geſtum, ne vel alter, vel vterq; inuicem obligetur. In cōtractu itaque, vt diximus definito, dolus committitur, qui vt dilucidius intelligi poſſit, aliqua præmittentes gratia diſputationis quaſi fundamento conſtituemus, mox deinde propius ad rem accedentes diſſeremus.

Primo, de contractibus bonæfidei.

Secundo, de contractibus ſtricti iuris.

Tertio, de contractibus innominatis.

Quarto, de contractibus nominatis.

Quæ ad dolum pertinent ſingulorum ante omnia exponemus, poſtea, quæ communia ſint omnium afferemus.

6 Præmittendum eſt itaque in omni † contractu poſſe dolum committi, nullamque conuentionem dari, quæ in ſe dolum non recipiat. *l.contractus, & ibi* Dec. *& Cagnol.ff.de regul.iuris.* In qua contractus quoſdam dolum malum duntaxat recipere inquit Iuriſconſ quoſdam dolum, & culpam, de dolo ſolo quæritut in depoſito, in precario, *ſi vt certo.§.nunc videndum, ibi ſolum dolum.ff commod. l.1.§.ſi veſtimenta. & §.fin ff. commod.l.1.§ ſi veſtimenta, & §.fin ff.depoſ.§.præterea inſtit.quib.mod.re contrahi.oblig.l.quæſitum, in qua de precario.§. eum quoque.ff.de precario*; de dolo, & culpa, ſcil.leui, agitur in mandato, commodato, pignore, tutelà, in negociorum geſtione *d.l.contractus*, quo fit, vt contrahentes ſemper de dolo teneantur, ſæpe vero de dolo, & culpa, in tantum, vt non valeat conuentio, ne quis de dolo in futurum teneatur. *l. ſi vnus. §. illud.ff. de pact.* Ibi: nulla pactione, & *d.l.contractus in verb.excepto eo.* quod Celſus putat non valere ſi conuenerit, ne dolus præſtetur, id quod animaduertunt, & laudant *Bart. Bald. Angel. Alexand. Iaſ.in d.§ illud, idem Bart.in l. Aurelio.§. Caius.ff. de liber. legat.Bald. Saly. Caſtrenſ. & Alexand.in l.2. C.de tranſact.* Alexand. *conſil.157.colum.2 verb.nec etiam lib.1.& cauſ.144.colum.2.volum.5.& Deciſ. Delphin. quæſt.*515.& nos diximus ſupra *in titulo de dolo*
7 *futuro.* Secundo, præmittendum eſt dolum in contractu poſſe † cōmitti tribus temporibus ante contractum, in ipſo contractu, poſt contractum, *Angel.in §.ſequitur à nu. 7.vſque ad num. 9.inſtit. de except.verb.capio ſecundum principale. Bald.in l.quæ fortuitis C.de pignor.actio*: ante, vt cum dedit cauſam contractui. *l.1.ff.de except.doli.l.dolo, de inutil. ſtipulat.* Secundo, quando aliquod petitur ex contractu, licet antea nullus dolus fuerit cōmiſſus, vt ſiquis agat in iudicio ex contractu celebrato ſine cauſa, etenim licet in principio contractus non dicatur aliquis dolus commiſſus, tamen dolo facit petere ex illo contractu inutili *l.2.§.circa ff de except.dol.*& facit in ſimili *lex quæ æquitatis.ff.eod.tit.* Tertio modo videtur dolus adhiberi ſi facto creditoris debitor perdat pecuniam, quā ſoluturus erat. *l.ſi opera.ff.de except.dol.l.viro atq; vxore & ibi not. in ſimili caſu.ff.ſolut. matrimonio.* nec mirum. quod dixerim tribus temporibus dolo fieri poſſe, nam id ipſum
8 accidit in † maleficiis, nempe præſtans opem delicto, vno ex tribus temporibus, præſto eſſe poteſt. Ante maleficium, vt accommodando ſcelus; in maleficio aſſiſtendo delinquenti, poſt maleficium, aſſociando furem, vel homicidam, & præbendo illi

ſoſe comitem, vt copioſe per *Bart. in l. in furti §. ope ff. de furt. Angel. de maleficiis in verbo non reum auxiliatorem. in gl. in verb. dicto maleficio*, ſemp aſsiſtit. Nec abſimile eſt, quod &
10 † in tutela tribus modis & temporibus dolus committitur ſcil. Primo in adminiſtratione, quando tutor doloſè adminiſtrar. *Iaſ. in l. 1. C. de tranſact.* Secundo in tranſigendo ſuper iuribus tutelæ, quando, ſc. dolus dat cauſam tranſactioni, de quo dolo in *l. actione. & ibi Iaſ. Alciat. & alii. C. de tranſact.* Tertio, poſt tranſactionem factam non obſeruando conuenta in tranſactione de quo etiam dolo eſt tex. in *d. l. actione verb. niſi dolo*
11 *ſecundū intellectū Plat. quem* Bart. & *Ang.* ibi commendat. Tertio monendi † ſumus dolū in contractu ad duplicē finem cōmitti, nempe aut in fraudem hominis, aut in fraudē
12 legis. In fraudem † hominis tunc adhibetur dolus, quando hoc agimus, vt alterū, ſuper calliditate decipiamus & id bifariā contingere poteſt, ſiue q̄ cōſulto, ſtudioſeq; alterū decipiamus, q̄ re ipſa etiam ſi fraudandi propoſitum abſit, alterū fallamus, puta ſupra dimidium iuſti precii argumento, *l. 2. C. de reſcin. vend* & diximus ſupra in *tit. de dolo ex*
12 *propoſito, & dolo incidenti*; in † fraudem legis dolo fit, quando contrahentes non ſe inuicē decipiunt, ſed conſulunt potius, vt legi, quæ eorū voluntati obſtat, fraudem faciant, vt in *l. Iulian. ff. ad Maced.* in qua cum Macedoniano detur exceptio filiis fam. numeratam pecuniam accipientibus, mutuo datur vinum, vel oleum, vt illo vendito filiusfam nummos accipiat, etenim Senatuſconſultum dicitur hoc modo circumuentum, & propterea in pœnam fraudantis competit exceptio Maced. perinde ac ſi numerata fuiſſet pecunia, vt ante per *Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem num. 15. & 18 inſtit. de action.* & in *l. non dubiū n. 45. C. de legib. Dyn. de reg. iur. in 6.* & nos infra *ſuo loco* copioſius diſſeremus.

De Dolo in contractibus bonæ fidei, Cap. III.

1 *Contractus bonæ fidei ab Authore deſcribitur.*
2 *Bonæ fidei verbo plura continentur.*
3 *Bonæ fidei contractus omnes, quomodo dicantur.*
4 *Bona fides quæ malæ fidei opponitur, etiam in contractibus ſtricti iuris deſideratur.*
5 *Bona fides nonnunquam capitur pro æquo, & bono.*
6 *Iuxta quam acceptionem contractus bonæ fidei dicuntur.*
7 *Bonæ fidei contractus, quomodo olim ſecernerentur à contractibus ſtricti iuris.*
8 *Qui eſſent, & qui ſint contractus bonæ fidei ex Cicerone, & Iuſtiniano.*
9 *Bonæ fidei contractus, quid diſtent à ſtricti iuris.*
10 *An dolus ipſo iure, annullet contractus bonæ fidei.*
11 *An iure Canonico omnes contractus ſint bonæ fidei.*
12 *An contractus ſtricti iuris celebrati coram Principe, mutent naturam.*
13 *Principi, quare licitum in propria cauſa iudicare.*
14 *Principis alia priuilegia referuntur.*
15 *Contractus à ciuitate vel republ. celebrati bonæ fidei reputantur.*
16 *Princeps varia ſuſtinet onera pro regimine ciuitatis, ſicut Maritus onera Matrimonii.*
17 *Rudes, & ignari iniuria inuehunt in Principi.*
18 *Dolus dans cauſam diſtractui, annullat ipſo iure ſicut contractum.*
19 *An is, cuius gratia contractus annullatur propter dolum, cogatur declarare, ratum habeat, necne.*
20 *Vtrum quilibet dolus vim habeat annullandi contractum, & pro affirmatiua arguitur.*
21 *Arguitur pro negatiua.*
22 *Proponitur media ſententia Alciati.*
23 *Alciati ſententia confirmatur.*
24 *In diiudicando dolo plus unum poteſt Iudicis arbitrium.*
25 *Vtrum naturalis obligatio naſcatur ex contractu, cui dedit cauſam dolus, & arguitur pro affirmatiua.*
26 *Sententia negatiua latè comprobatur.*
27 *Contraria reſoluuntur.*
28 *Quæritur an contractum dotis dolus annullet ipſo iure, & tres opiniones referuntur.*
29 *Super hoc articulo diſtinctio proponitur.*
30 *Dolus ex propoſito vitiat ipſo iure contractum dotis.*
31 *Ampliatur etiam in læſione infra dimidiam.*
32 *Dolus incidens non annullat dotis contractum, ſicut nec alios.*
33 *Dolo re ipſa ſi fuerit læſa mulier promittendo dotem vltra patrimonium annullat ipſo iure.*
34 *Si huiuſmodi dolus intercesſerit in æſtimatione*

tione rei data in dotem, non reſcinditur datio ipſo iure, ſed vel per reſtitutionem in integrum, vel per l. 2. C. de reſcind. vend.

35 *An mulieris dolus occultantis fideicommiſſo bona ſubiecta, quæ in dotem dedit vitiet dotis conſtitutionem.*

36 *Concluditur, quod ſi dolus dedit cauſam contractui, vitiatur.*

37 *Si vero mulier tacuit adhibetur diſtinctio.*

38 *Maritus tenetur explorare conditionem vxoris, cum qua contrahit.*

39 *Non exiſtentibus aliis bonis pro danda dote, bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt.*

40 *Muliere doloſe aſſerente ſe diuitem, cum indigeret, non reddit nullum ex huiuſmodi dolo matrimonium.*

41 *Maritus ab vxore deceptus, quod per mendacium dixerit ſe diuitem, ſuccurritur expellendo mulierem de domo.*

42 *Et ſi poſtea mulier diteſcat, tenetur de bonis quaſitis ſatisfacere promiſſioni dotis.*

43 *Mulier ita mendax, non gaudet beneficio Authentica præterea,* C. vnde vir, & vxor.

44 *An dolus in dote dans cauſā liberationi mariti, vitiet ipſo iure cōtractū remiſſiuè.*

45 *Si Socer promittat doloſe Genero ſe facturum hæredem illum, vt ducat filiam ſuam, matrimonium non vitiatur.*

46 *Si Socer vltra dotem alliciendi Generi gratia promittat ſe facturum illum hæredem, non valet promiſſio.*

47 *Idem ſi nihil dotis nomine, ſed tātum ſucceſſione promiſerit.*

48 *Siue totius, ſiue partis hæreditatis.*

49 *Lex ſtipulatio hoc modo concepta,* ff. de verb. oblig. & l. vlt. C. de pact. *procedunt tam in parte hæreditatis, quàm in tota.*

50 *Si Socer nulla dote promiſſa, promiſerit Genero legatum, promiſſio valet, & competit aduerſus hæredes Soceri actio.*

51 *Fallit promiſſa nomine legati re magna æſtimationis.*

52 *An maritus poſſit facere pactum, quod teneatur in ſolidum ſi dolum fecit in rebus dotalibus remiſſiuè.*

53 *Quomodo maritus à dolo commiſſo per ſe, vel per aliū in rebus dotalib. liberetur.*

54 *An ſi venditor promiſerit dolum malum abeſſe emptori læſo in precio infra dimidiam, detur actio aduerſus emptorem.*

55 *Firmatur ſententia negatiua, & contraria tolluntur.*

56 *Vtrum venditor commendans rem venalem, teneatur ex ſuo dolo.*

57 *Arguitur pro negatiua.*

58 *Proponuntur argumenta pro affirmatiuà opinione.*

59 *Reiecta diſtinctione Bart. tres caſus diſtinguuntur.*

60 *Si vēditor verbis generalib. cōmendauerit, non tenetur, & ſibi imputet emptor.*

61 Si *venditor laudauerit ſpecialiter, tenetur actione ex emto.*

62 *Confirmatur ratione.*

63 *Fallit ſi commendatio eſſet euidenter falſa.*

64 *Si emptor nō empturus eſſet; ſed doloſis cōmendationibus venditoris fuerit inductus, habet aduerſus illum de dolo actionem.*

65 *Vtrum dolus venditoris noceat emptori, quo ad vſucapiendum, remiſſiuè.*

66 *Venditor non denuncians emptori, vt tolleret vina ſibi vendita, eaq; interim corrupta ſint, tenetur.*

67 *Ampliatur huiuſmodi concluſio.*

68 *Venditor ſciens precium frumenti fore proxime per Principem taxandum, & vendens carius, tenetur reſtituere quantò carius vendidit.*

69 *Vtrum qui contra iura mercatur ſit in dolo.*

70 *Diſtinguitur venditor ſciens ab ignorante.*

71 *Alia diſtractio ſumitur à qualitate rei vendita.*

72 *In re modici valoris nō præſumitur dolus.*

73 *Quæ nam res modici, vel magni valoris dicatur.*

74 *Numquid deceptus dolo in contractu venditionis volens reſcindere teneatur reſtituere precium, remiſſiuè.*

75 *Vendens equum, vel bouem cum omnibus ſuis ſchenellis, & magagnis, ſciens ex eis vnam, & non propalans, numquid ad intereſſe teneatur, & arguitur pro negatiua.*

76 *Affirmatiua tamen verior concluditur.*

77 *Diluuntur contraria.*

78 *Vendens equum dolentem ſpatulis, & dicens generaliter ſe vendere pro defectiuo, dolentem ſpatulis, & habentem omnes magagnas, an teneatur, remiſſiuè.*

79 *An præſumatur dolus in contrahente, qui tacet ea, quæ ſi sciuiſſet emptor veriſimiliter non emiſſet.*

80 *An commodans falſa pondera contrahentibus, teneatur de ſuo dolo.*

81 *Qua pœna puniatur falſis vtens pōderibus, & menſuris.*

82 *Iuſta ſunt, vel ne pondera, vel menſuræ, ex publicis ponderibus, vel menſuris cognoſcitur.*

83 *Pœna Canonis, quæ ſit?*
84 *Pœna tẽporalis, quæ? ſi lædatur ius publicũ.*
85 *Dardanarii, qui dicantur?*
86 *Quanam ſit pœna temporalis, ſi lædatur ius publicum.*
87 *Arbitrariam pœnam dixit Menoch.*
88 *Vtens falſo pondere ex conſenſu eius, cum quo contrahit, de dolo non tenetur.*
89 *Circa menſuras attenditur vſus Regionis.*
90 *Emptor deceptus in falſo pondere, vel mẽſura, agit ex empto, quanto minoris, vel redhibitoria ſi corporis vitium ſit.*
91 *Si conuenerit illam menſuram præſtari, & emptor credat iuſtam, venditor eſt obligatus.*
92 *Emptor ſcienter decipiens falſis ponderib. vel menſuris venditorem, pluribus actionibus tenetur.*
93 *Decipiens ignoranter tenetur ex* l. 2. C. de reſcind. vend.
94 *Cõmodans ſcienter falſa pondera, vel menſuras, tenetur actione doli, & furti, ſi cõtrahẽtes cõuenerint ſtare illis ponderib.*
95 *Si non conuenerint datur condictio aduerſus eum, qui lucratus eſt, & ſubſidium de dolo aduerſus commodantem.*
96 *Commodans interdum contraria commodati actione conueniri poteſt.*
97 *Si emptor emens cum pacto adiectionis in diem, doloſè ſubiecerit alium non idoneũ emptorem, eiq; fundus adiectus ſit, non tenetur de dolo, ſed ex empto ad id, quod intereſt.*
98 *Sutor incidens veſtem mulieri, tenetur de dolo, ampliatur* num. 100. & 101.
99 *Artifex omittens aliquid circa miniſteriũ ſuum, dicitur negligens, & in dolo.*
100 *Dolus in arte, vel officio proprio commiſſus nemini debet patrocinari.*
101 *Sutor male incidens veſtem, non excuſatur, dicens pannũ non ſufficere ad veſtẽ.*
102 *Sicuti nõ excuſatur faciendo iunctam veſtimento, quæ deformitatem inducat.*
103 *Niſi forte ſutori abſenti fuiſſet miſſa mẽſura à domino.*
104 *Si dolus tacendo fuerit commiſſus in contractu locationis, quonam pacto locatori ſuccurratur, remiſſiuè.*
105 *Equo culpa ſolius conducentis mortuo, an debeatur locatori precium famulo adhibito, remiſſiuè.*
106 *Si ad effugiendam ſolutionem decimarum quis in alienam parrochiam ſe contulerit, an primo plebano decimæ ſint præſtandæ, remiſſiuè.*
107 *In contractu pignoris, diuiſionis, in negociis geſtis, in pacto ſubditorum, quatenus veniat dolus, remiſſiuè.*
108 *Contra doloſum in mandato, quomodo procedatur? remiſſiuè.*
109 *Quomodo in contractu depoſiti? remiſſiuè.*
110 *Quæſtio quotidiana ex mente Guilielmi excitatur.*
111 *Canonicus infirmitate oppreſſus, permutans præbendam pinguem cum tenui, an teneatur de dolo, ſi alius primum beneficium in tali Eccleſia vacaturum antea impetraſſet, & arguitur pro affirmatiua.*
112 *Arguitur pro negatiua.*
113 *Quæſtio licet dubia ſit ex regulis ciuilibus, reſpondetur tamen negatiuè ex iure Canonum.*

DOlum in contractibus bonæ fidei declaraturus procedã hoc ordine; etenim primo inquirã, quid ſit contractus bonæ fidei; ſecundo, cur appelletũr bonæ fidei, cũ & in aliis omnibus contractib. deſideretur bona fides. *l. bona fides ff. depoſ. l. maleficio. ff. de action. & oblig.* Tertio, qui ſint contractus bonæ fidei. Quarto, quonam modo diſcrepent a contractibus ſtricti iuris. Quinto, quid operetur dolus in contractib. iſtis in vniuerſum, ſiue in commune, deinde quid particulariter operetur in ſingulis.

1 Ad primum autem † contractus bonæ fidei, licet à doctoribus non definiatur, poteſt non abſurde ita deſcribi, vt ſit cõuentio, ex qua propter æquum, & bonum præſtanda ſunt etiam ea, quæ non fuerunt expreſſe dicta inter contrahentes; vel ſic, conuentio eſt, in qua libera poteſtas permitti videtur iudici ex æquo, & bono æſtimandi, quantum actori reſtitui debeat. §. *in bonæ fidei inſti. de actio.* nam licet ibi Iuſtinian. eo modo actionem bonæ fidei definiat, non contractum, tamen hac fidei bonæ qualitate inſpecta non diſcrepant inter ſe, quippe vbi contractus eſt bonæ fidei, ibi & actio adeſt bonæ fidei, & iudicium, quod ſuper ea redditur, bonæ fidei appellatur, ratio videtur, quoniam cauſa, quæ facit cur bonæ fidei contractus nuncupetur, eadẽ reſtat, vt actio bonæ fidei vocetur, vt ex ſubſequentibus manifeſtius apparebit. Hic aduerte, quod hæc ſunt dicta in illa diuiſione doli ſcilicet dolus dans cauſam & dolus incidens.

2 Quoad ſecundum † præſtat ſcire, quod bonæ fidei verbo plura continentur, & primo quidem bona fides denotat, quidquid a dolo fraude, & calliditate, alienum eſt, quo ſenſu bonam fidem præſtari dicimus, *l. ſi cum fundum. ff. de contrahen. empt.* in hoc ſignificatu ſumitur nobilis illa iuris regula, in omni negocio

contra-

contrahendo bonam fidem eſſe neceſſariam. *l. bonam fidem C. de action. & obligat. l. bona*
fides. ff. depoſ. quippe ab omni negocio perficiendo, debent fraus, dolus & calliditas ab-
3 eſſe, & ſecundum hanc acceptionem omnes contractus poſſunt † appellari bonæ
fidei, ſiquidem, & in contractibus illis, quos vulgo appellant ſtricti iuris bona fides de-
ſideratur, & dolus omnis excluditur, dicitur etiam ſincera fides. *l. 2. C. de propoſ. pub. pſſit.*
l. 19. C. de teſtam. l. 10. C. de diſtractio pignor. vocatur etiam integra fides. *l. 1. Cod. de ſuffragio.*
Hæc bona fides exigitur quidem in ſtricti iuris contractibus ſed in bonæ fidei; maxi-
4 mè, & † principaliter requiritur. *l. 5 C. de reſcind. vend.* ibi ſciens contrarium eſſe do-
lum bonæ fidei, quæ in huiuſmodi maxime contractibus exigitur, palam eſt, quia in
his vſuræ veniunt ex mora, quæ in ſtricti iuris contractibus non veniunt, hinc malæ
fidei emptio non eſt emptio *l. 1. Cod. de reſcinden. vend.* ibi malæ fidei emptio irrita eſt. *l.*
ſi fraude. C. de præſcript. long. tempor. in qua mala fides impedit vſucapionem in contractu
bonæ fidei; malæ autem fidei ſtipulatio, eſt ſtipulatio, nec niſi per exceptionem doli
reperitur. *l. 36. ff. de verb. obligat. Cuiac. lib. 8. obſeruat. cap. 10.* atque ex his prima poteſt ra-
5 tio deſumi, cur iſti contractus præter alios dicantur bonæ fidei. Nonnunquam † bo-
næ fidei nomen illud demonſtrat, quod nos bonum, & æquum dicimus, nam ait Iuriſ-
conſult. bona fides, quæ in contractibus exigitur, ſummam æquitatem deſiderat,
Hinc etiam *Caius in l. ex maleficio. ff. de act. & obl.* agens de actione negotiorum geſt. tam
directa, quam contraria, inquit, his actionibus inuicem experiri poſſunt, de eo, quod
alterum alteri ex bona fide præſtare oportet, ſic in *l. quaro. ff. locati & in l. ſi fideiuſſ. §. quę-*
dam. ff. mandati, & Cic. qui locum iſtum poteſt illuſtrare in *3. officiorum* ait, Magni Iudi-
cis eſt ſtatuere quid quemq; ex bona fide, i. ex æquo, & bono præſtare oportet; faciunt
6 in hanc ſententiam. *l. 2. §. fin. ff. de action. & obligat. §. fin. inſtit. de oblig. ex conſenſu*, & iuxta †
hanc poſteriorem acceptionem rectius dicuntur contractus, & actiones bonæ fidei,
quia ſcilicet in his Iudex habet poteſtatem iudicandi, quicquid ex bona fide, ideſt ex
æquo & bono videtur, nam prior ratio inſinuat certæ, hos contractus bonæ fidei ap-
pellari. ſed non aperit cur alii appellentur ſtricti iuris, cum & ipſi bonam fidem habe-
ant, licet non ita principaliter. At alia ratio demonſtrat, non modo, cur illi bonæ fidei
vocentur, ſed cur aliis ſtricti iuris nomen conueniat, nempe, quoniam in his Iudex
nullam habet poteſtatem iudicandi, niſi de his, quæ nominatim in contractu de-
ducta ſunt. *l. quia tantundem. ff. de neg. geſt. l. vltim. Codic. de compenſat.* Exemplum eſt in
ſtipulatione, quæ cum ſtricti iuris ſit, *l. vnic. §. ſed ſi non ignoremus. C. de rei vxor. act.* ab eo
quod inter partes conuentum fuit, recedere Iudici non licet. *l. quicquid adſtringenda. ff.*
de verb. obligat. ſicut apertius dicemus cap. ſequenti, vbi de dolo in contractibus ſtricti
iuris agemus.

Ad tertium quot ſint iſti contractus bonæ fidei rectè dicitur, eos eſſe omnes, in
7 quibus prætor iudicandis, dabat iudici ſuo, qui † delegatus, Iudex datus, recupera-
torue, aut pedaneus vocabatur, *Duarenus in l. iuriſgentium. ff. de pact.* liberam pronunci-
andi poteſtatem cum illa clauſula; ex fide bona iudica, vel illa, quod æquius, meliuſue
tibi videatur iudicato; id ipſum non obſcurè innuit *Cicer. in Topicis ad Trebat.* in omnibus
inquit iudiciis; in quibus ex fide bona addebatur, & in *tertio de officiis*, oſtendit in
hæc verba. Quintus Sceuola Pontifex maximus, ſummam vim eſſe dicebat in
his arbitriis omnibus, in quibus addebatur ex fide bona, fideique nomen exiſtimabat
manare latiſſime, id eſt, tutelis, ſocietatibus, fiduciis; mandatis, rebus emptis, venditis,
conductis, locatis, in quibus recte ſocietas continetur. *Duaren. in d. l. iuriſgentium*; Equi-
dem Baro in §. *actionum autem: inſtitut. de action.* dicit hanc fuiſſe formulam. Si paret Ti-
tium ex vendito Seio centum dare oportere, Caius Iudex ex bona fide condemnato.
8 Qui vero † eſſent, iſti contractus, in quibus prætor iudicium mandaret cum dictis clau-
ſulis, conſtat ex allegato *loco Ciceronis*. Ex quo videtur ferme deduxiſſe Iuſtinian. Impe-
rat. §. *actionum inſtit. de action.* in quo enumerat actiones bonæ fidei, quæ ſupponunt, ex
quib. emanant eſſe eiuſdem iuris, nec non ab eodem Cicerone non obſcure colligitur
ratio, cur hi præcipue ſint facti bonæ fidei contractus, nimirum quia in his rectè ſocie-
tas continetur.

Ad quartum accedentes videamus in quibus diſcrepent, bonæ fidei, &
9 † ſtricti iuris contractus, & ſanè plurimæ ſunt inter has conuentiones differentiæ qua-
rum duas ponit Angelus *in §. præterea quaſdam inſtitut. de action. col. 4. & ibi Iaſon col. 3. poſt*
medium, quinque recenſet, alias duodecim enumerat *Vaſq. de vltima. voluntat. part. 2. lib.*
3. §. 21. n. 9. limit. 1. verb. illud autem ſummopere, vſq; ad verſ. ſtat ergo ſolennitas, inter quas

illæ ſunt præcipuè, de quibus paulo ſupra, ſcilicet quòd in bonæ fidei Iudiciis fructus
veniunt a tempore moræ, In ſtrictis vero contractibus a die litis conteſtationis, in illis
veniunt multa, de quibus nec actum, nec cogitatum eſt inter contrahentes, nam in il-
lis obligatur alter alteri, in id quod ex æquo, & bono præſtari oportet, & ſic veniunt
rupta, & cæſa, & ſimilia, *l. fundum. § ſi ruptum. ff. de act. empt. & §. fin. inſtit. de obligat. ex
conſen.*

Tertia eſſe creditur inſignis quidem illa differentia, quod dolus dans cauſam
contractibus bonæ fidei reddit nullum ipſo iure, non ita dolus dans cauſam cõtractui
ſtricti iuris. *l. eleganter, C ibi not. in princ. ff. de dolo. Canon. in c. cum dilecti. de empt. & vendit.*
atque iſte videtur eſſe præcipuus effectus, quem dolus operatur in contractibus bo-
næ fidei.

Quæſtio. 1. Ideoque vt quintæ dubitationi ſatis fiat, videamus numquid in bo-
10 næ fidei contractibus dolus operetur annullationem † ipſo iure. Sed de hac quæ-
ſtione diſſeruimus ſupra in *illa diuiſione doli; De dolo dante cauſam & incident.* Quibus di-
ctis adde *Didac. reg. 200. incip. dolus*, Adde etiam quid iuris quando dolus dedit cauſam
contractui bonæ fidei, & traditio eſt ſequuta *Dyn. ſing. 59. fol. ic 10.* vbi dicit communi
ſuffragio Doctores concludere, bonæ fidei contractus ex dolo ipſo iure perimi, am-
pliat, & limitat multis modis; addo etiam *Ruy.* omnino videndum *conſ. 10. vol. 1. & conſil.
73. vol. 2.* & contra hanc communem diſputat *Gomeſ. in tract. de action. numer. 239. & Se-
baſt. Med. de fortuit. caſib.* Addo etiam *Bald. de dot. parutl.* vbi dicit, quod ſi contractus bo-
næ fidei contineat plures res etiam ſuper vna ſit adhibitus dolus pro illa ſola reſcindi-
tur ipſo iure & ego probo à fortiori ex *l. ſi ex falſis C. de tranſact.*

Quæſt. 2. Hinc infertur an contractus Iure Canonico ſint omnes bonæ fidei,
11 omnis quoq; dolus dans cauſam, illos deſtruat, & perimat ipſo iure, quod & † ſupra ci-
tato loco diſputauimus, quærentes an iure conſtet, ſecundum Canones omnes con-
tractus eſſe bonæ fidei, & oſtendimus communem illam Doctorum traditionem, fa-
cilè deſtrui, & nunc addimus prædictis *Vaſquium in ſucceſſionum tractatu par. 1. li. 3. §. 22.
limit. 1. verb. illud autem ſummopere*, nam & ipſe à communiori ſententia recedit, ſicut &
nos receſſimus in *l. in actionib. ff. de in lit. iurando.*

Quæſt. 3. Infertur tertio loco ad contractus geſtos à Principe, vel coram Prin-
cipe, nam & iſte propter qualitatem perſonæ in qua bona fides exuberat, cenſent eſſe
bonæ fidei Doctores. cui conſequens eſt, quòd propter dolum annullentur ipſo iure,
verum & hunc articulum, ſub trutina poſuimus in prædicta doli diuiſione, probantes
12 aduerſus Doct. multis argumentis ex perſona Principis, non immutari ordinariam †
naturam contractus Communi autem ſententiæ mirificè confert, quòd tradit *Vaſqui.
de ſucceſſ. tract. §. 26. lim. 31. nu n. 27. verb. vigeſimumnonum lib. 3. imò eodem* loco confirma-
tur à ſimili, ad probandam ſummam bonitatem perſonæ, quòd Princeps poteſt iudi-
care in cauſa propria. *l. proxime. ff. de his quæ in teſtam. delentur. l. & hoc Tiberius ff. de hæred.*
13 *inſtituend.* Nec † mirum quod tantum de Principis bonitate lex confidat, & tantum
illi tribuat, quoniam Princeps habet ſe ad ſubiectos populos, vt pater ad filios, vt auius
ad nepotes. *l. ſi quis. l. 12. C. de inoff. teſtam.* ibi: ſed nos, qui omnes ſubiectos noſtros, ha-
14 bere exiſtimamus affectione paterna, & imitatione; † pari modo depoſitio Principis
ſine iuramento & in iudicio criminali, adeo quod probatio in cõtrarium non recipia-
tur argumento. *l. omnium. C. de teſtam.* nam ſi ibi præſentia Principis ſupplet omnes ſo-
lemnitates, quanto magis Principis depoſitio; huc pertinent, etiam multæ aliæ præro-
gatiuæ, multaque priuilegia Principis, quæ cumulat *Vaſq. dict. §. 26. limit. 31. à numer. 2.
vſque ad numer. 43.* ſunt enim quadraginta, & vltra quibus addi poſſunt; quæ congerit
*Caſſan. Catalog. Flor. mund. part. 5. conſider. 24. Cagnol. in l. ſi quis maior nume. 164. Codic.
de tranſaction.*

Q. 4. Infertur quoque ad contractus celebratos à ciuitate, vel Repub. nam & i-
15 pſi reputantur † eſſe bonæ fidei *Iaſ. in l. Ciuitas col. 4. ff. ſi cert. petat.* ideo per dolum red-
duntur ipſo iure nulli, quoniam ſc. æquiparatur Principi, immò Princeps ab ea ſolet
Imperium accipere. *§. ſed quod Principi inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Plot. in leg. ſi quan-
do. C. vnde vi. §. 22. num. 3.* Vnde diximus ſupra, & maritum Reip. appellari; nam quaſi
iure dotis, in hoc matrimonio politico, quod inter eum, & Rempub. contrahitur, re-
gnum accipit, vectigalia, pœnarumq; compendia; *c. 1. in vſibus feudorum.* Quæ ſint re-
16 galia, vt his poſſit ſuſtinere † onera matrimonii ſc. refectionem viarum, Pontiũ, tem-
plorum, munitam deniq; & tectam habere ciuitatẽ, vt vir ornatam tenet vxorem, in-

ſuper

Digitized by Google

ſuper bella gerere. defendere ciues, caritatem annonæ repellere, hæc enim ſunt onera, quæ debet princeps quaſi maritus ſubire; nam ſalutem Reip. tueri nulli magis con-
17 uenit, quam Principi *l. 4. ff. de off. præfect. vigilum.* Quod ſi conſiderarent † rudes, & ignari homines, non tã grauiter ferrent, quod multis pecuniis repleatur Principis marſupium, ſcientes ex his innumeris fermè ſumptibus eundem vexari ad ſuſtinendam Principis Maieſtatem, quæ addenda ſunt his quæ diximus ſupra in doli diuiſione.

Q. 5. Infertur inſuper ad diſtractus, & an prout cõtractus ſunt bonæ fidei, ita eorum diſtractus ſint bonæ fidei *Bart. Bald. Saly. Angel. Iaſ. & alii in l. ab emptione per illum tex. ff.*
18 *de pact.* conuenit † igitur, & hos ex dolo dante cauſam annullari ipſo iure, in quo articulo addo his quæ dicta ſunt *Caſt. & Bar. in l. ſi maior. C. de dolo*, vbi ponunt limitationes.

Q. 6. Infertur etiam ad quæſtionem, quod cum dolus annullet cõtractum bonæ fidei ipſo iure in fauorem illius contrahentis.

19 Numquid iſte † cogatur, & poſſit propterea ratum habere contractum, vel improbare; *Cagn. in l. 2. n. 62. verb. ſed vbi malo dolo C. de reſcind. vend. Aret. in conſ. 77. in 2. dubio Fely. in c. dilectus el. 2. col. 4. & 5. extra de reſcript. c. fin. col. 6. extra de iudiciis* & numquid cogatur ad inſtantiam doloſi, declarare vtrum velit ſtare contractui, an ab eo recedere; in quo articulo communis eſt opinio affirmatiua, vt per *Iaſ. in l. interpoſitas C. de tranſactio. Bart. in l. Iulian. §. ſi quis colludente. ff. de act. emp. Iaſ.* multa alia cumulat in *l. tranſactione finita. 6. C. de tranſact. Fabianus de Monte in tractat. de emp. & vend. in 5. quæſt. principali nu. 48. item gl. in l. eleganter in verb. nullum, & in verb. ipſo iure. ff. de dolo, & in l. Iuriſgen. §. prætor ait. ff. de pact.* Diximus in ſupradicta diuiſione doli *quæſt. 12.* Quibus adde *Vaſq. in ſucceſſ. tractat. 1, part. lib 1. §. 10. n. 513. verb. in ſumma*, concludens generaliter, quod vbi contractus fauore alterius ex contrahentibus claudicat alter non priuilegiatus poteſt opinionem non priuilegiato dare, vt ſtatim eligat vel vt contractui pareat vel ſi ab eo recedere malit, vt ſic par vtriuſque conditio fiat, vt per *Caballin. in tractat. de vſur. quæſt. 11. n. 257. Bal. & Salyc. in l. dolum. C. de peric. & commod. rei vend. l. Iulian. §. ſi quis colludente. ff. de action. empt. Pinell. de bonis maternis l. 1 part. 1. n. 35. vbi Capic. improbat deciſ. 110 & Rebuff. in conſt. Gall. Tom. 2. gl. 6. art. 2.* facit in ſimili, quod minor, in cuius fauorem contractus non valet, poteſt dictum contractum approbare, vt latiſſime per *Tiraq. le mort. Sais. Leuiu. parte 7. mihi pag. 7.*

Q. 7. Sed cum ex antedictis conſtet, an quilibet dolus annullet bonæ fidei contra-
20 ctus opportune quæritur. † Vtrum quilibet dolus vim habeat annullandi, vel irritandi contractus. Et profecto videtur ſententia affirmatiua probabilior primo quia prætor in edicto de dolo ſimpliciter loquitur *l. 2. ff. de dolo in pr.* nec diſtinguit, igitur nec diſtinguere oportet vulg. *l. de precio. ff. de publ. in rem actio.* II. quia quilibet dolus malus eſt machinatio ad decipiendum, fraudandumue alium adhibita *l. 1. §. 1. verb. itaq. dolum. ff.*
9 *de dolo.* III. ſuffragatur, quoniam nemini debet ſuus dolus patrocinari. *c. mora, & c. culpa de reg. iur. in 6* ſicut nec aliis ſimplicitas eſſe damnoſa *d. l. 1. in princ. de dolo.*

21 In contrarium, quod imo † non omnis dolus ſufficiat ad annullandũ. Sed ille tãtummodo, quo prudentes viri circumueniri poſſent, & decipi; probant Iuriſtæ *in l. interpoſitas*, maxime *Iaſ. C. de tranſact. & in l. ſi quis cũ aliter. ff. de verb oblig. & in § actionũ n. 1. de act. Bal. in rub. C. de reſcind. vend. Alex. in l. eleganter in add. ad* Bart. *ff. de dolo, Cardin. Alban in rub. ff. de eo quod met. cau. Hip. de Marſ. ſing. 407.* Canoniſtæ & maxime *Innoc. in c. cum dilectus, extra quod met. cau. Abb. in c. cum dilectus de empt. & vend.* & com. opinionem dicit *Suarez. in ſuo Theſauro ver. dolus.* Nititur aũt iſta cõmunis opinio ea ratione, quia dolus, & metus æquiparantur. *d. c. cũ dilect. interpoſitas*; ideo ſicut ille ad reſcindendum actũ debet eſſe talis, qui caderet in conſtantem virum, ita & dolum conuenit eſſe talẽ, vt capere poſſet prudentem cui patrocinatur regula vulgaris, quod ſc. dolus non attenditur, niſi ex magna, & euidenti cauſa, *Cag. in l. nullus nu. 2. ff. de reg. iur.* vt propterea leuis dolus non ſit conſiderãdus, cũ ſicut ait Pontifex *in c. cum dilect.* de his, *quæ vi met. cauſ.* non tam ad circumuentionem, decepti quam ad fatuitatẽ debeat retorqueri. Vt vt tamen ſe res habeat, placet mihi
22 inter has ambiguitates † media ſententia *Alciati is in l. cum poſteaquã n. 9. C. de pact. in l. interpoſitas n. 27. C. de tranſact. ait* ex qualitate perſonarum, quæ dolo ſe deceptas allegant, definiendum eſſe, nam facilius mulieres, quam viri, & Ruſtici, quam ciues, Adoleſcentes, quã maiores, decipiuntur, ideoq; leuior dolus exigitur, pro reſciſſione geſti negocii, cui conſonat, quod ait *Iaſ. in d. l. interpoſitas n. 4* ſcilicet, quod minor metus ſufficit in fœmina, quam in maſculo gloſſ. *in c.* cum locum de Sponſal. ergo & minor dolus, quod demonſtrat *Ouidiana Cydippe.*

Verba quid exultas, tua ſi mihi verba dederunt.
Sumq; parum prudens capta puella dolis.

Quæ ratio viget etiam in Ruſtico, in minori, cuius ætatem multorum captioni-
23 bus eſſe ſuppoſitam, ſcribit *Vlpian. in l. 1. ff. de minor.* Confirmo † *Alciat.* ſententiam quoniam per manus traditum eſt, actionem doli ad reſcindendum, agendumque dari cum cauſæ cognitione in qua veniunt res, cauſa, perſona, tempus, vt declarat *Corvenus in l. de dolo. C. de dolo.* Quare doctrina Innoc. vt *inquit Alciat.* toties eſt vera, quoties homo prudens doloſe circumuentum allegat, & propterea plurimum in ea re poteſt iudicis arbitrium, qui habita ratione perſonarum, modo minorem, modo maiorem
24 †, dolum rei deſiderabit. eaque ratione, illa regula neminem eſſe excuſandum ob dolum, niſi ſit talis, qui cadat in prudentem virum, eſt ſecundum prædictam diſtinctionem intelligenda, & dolus non ſolum debet eſſe talis, vt contractum bonæ fidei annullet, ſed debet eſſe dolus dans cauſam, non incidens, ſecundum ea quæ diximus.

Quæſt. 8. Succedit alia quæſtio, vtrum in contractibus, in quibus dolus dedit
25 cauſam, inſit † naturalis obligatio, & ſane opinionem affirmatiuam probat *Bart. in l. cum quis num. 21. in fin. C. de iur. & fact. ignor. in l. 1. nu. 20. in fin. ff. de condict. indeb. in l. ſi is, qui pro emptore, in ſectione priuatiua ff. de vſucap. Bal. & Petrus l. cum in d. quis, & alij Doctores in d. l. 1.* & videtur eſſe magis communis, vt colligitur ex *Gargia in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret num. 77. verb. hinc quæritur ff. de pact.* dum ait Bartolo conſonantes eſſe cæteros Doctores & vnica ratione ſuſtinetur ab illis, nempe quia hic contractus habet ſuã formam, & omnia eſſentialia, tametſi dolo fuerit initus, merito debet producere ſuum effectum obligationis, & confirmo à ſimili in ſententia, quæ licet ſit iniqua, & data contra ius litigatoris, producit exceptionem rei iudicatæ, & actionem, ſi habet ſuam formam, & ſua eſſentialia. *l. prolatam à contrario ſenſu. Cod. de ſent. l. 2. C. quando prouoc. non eſt neceſſe.*

Secundo vltra Doctores ad eorum fauorem argumentor, nam in contractibus dolo initis adeſt conſenſus, *Bart. in l. eleganter numer. 6. ff. de dolo*, dum reprehendit eos; qui exiſtimabant contractus bonæ fidei propter dolum ipſo iure annullari, quia dolus excludit conſenſum, etenim ſi vera eſſet hæc ratio inquit Bartolus etiam contractus ſtricti iuris ob dolum non valeret ipſo iure, ſi adeſt conſenſus, ergo & naturalis obligatio. *l. 1. §. adeo. ff. de pact. §. 1. de obligat. ex conſenſu. l. conſenſu. ff. de action. & obligat.*

Tertio cum dolus, & metus æquiparentur. *c. cum dilectus extra de his, quæ vi met. cauſ. l. interpoſitas. C. de tranſaction.* & in contractu geſto per metum adeſt naturalis obligatio. Quę non eſt in contractu dolo celebrato. Quarto quia datur contra hos doloſos contractus exceptio, nam præſupponit obligationem *tot. tit. ff. de except. doli* & per conſequens actionem.

26 Contrariam ſententiam † ſequitur Fortunius citato loco verbo: ſed ego dubito, ductus pluribus rationibus; & primo quia naturalis obligatio trahit originem ab æquitate naturali argumento. *l. Stichum. § naturalis. ff. de ſolutionib.* ita vt ibi non ſit naturalis obligatio, vbi non ſit naturalis æquitas quemadmodum non oritur effectus, quando nulla adeſt cauſa; in contractu autem doloſo, naturalem æquitatem ceſſare exploratum; quippe aduerſus doloſam conuentionem, datur ex naturali æquitate remedium: *l. 1. ff. de excep. doli l. 1. ff. de dolo. l. 1. ff. de minor.* quomodo igitur poteſt adeſſe naturalis obligatio; imò prætor. *d. l. 1. de excep. doli* profitetur, ſi idcirco illam doli exceptionem datur ne cui per occaſionem Iuris Ciuilis contra æquitatem naturalem dolus proſit.

Secundo in contractibus innominatis, vt ſunt pacta, quæ non tranſeunt in ſpeciale nomen, non ineſt obligatio naturalis ob dolum, patet ex *l. Iurisgentium. §. prætor ait. ff. de dolo*, vbi prætor, qui naturalem ſequitur æquitatem, vt palam eſt in omnibus ſuis edictis, dixit ſe pacta dolo inita non ſeruaturum, merito, & idem eſt reſpondendum in contractibus nominatis, quippe reſpectu naturę nihil intereſt nominata, ſit, an innominata conuentio, vtpote, quæ fidem mandat ſeruari, & conuentionem iuſtã cuſtodiri, *l. 1. de pact. l. 1. ff. de conſt. pec.* Vltimo ſe fundat *Fort. in doctrina Bart. in l. 1. colu. pen. ff. de cond. indeb.* ibi; quartus caſus, & vltimus *num. 27.* nam ſcribit *Bart.* quod vbicunque ex æquitate naturali, introducitur exceptio, tollitur naturalis obligatio, vt manifeſtiſſimum eſt ex naturali æquitate, aduerſus dolum exceptionem eſſe comparatam: *d. l. 1.*

ff. de

ff de dolo,& l.1.ff.de except.doli. Facit pro hac *Fortunii* ſententia notiſſima regula, quod iure naturæ nemo debet locupletari cum aliena iactura, vel iniuria. *l. iure ſuccurſum in fin.ff.de iure dot.l.ſicut pœna.ff.de reg.iur.& ibi Cagnol.& Dec.in l.nam hoc natura.ff.de condit.indebit.in c.locupletari de reg.iur.in 6.l.1.§.cum naturale,* & ibi *gloſſ ff.de iuſt.& iur.* nullo ergo modo poteſt oriri obligatio naturalis, nam ex dolo alterius naſceretur locupletatio, cum alterius iactura.

Vide eundem *Fortunium num.37.& num.33.* vbi de intellectu legis *prima ff. de except.doli,& §. 1. inſtit. de except.* Hæc Fortunii ſententia quoad contractus bonæ fidei videtur eſſe ſine controuerſia, etenim ſi ꝓpter dolum nulli ſunt ipſo iure, vt frequẽter tradũt interpretes, quomodo poteſt aliqua in his obligatio contineri, & ſi ciuilis obligatio in huiuſmodi conuentionibus tollitur, quæ ſtrictior eſt, longo magis tollitur naturalis, quæ benignior apparet, etenim quum aliquod annullatur, vel perimitur ipſo iure, omnis prorſus tollitur vt in ſolutione, & acceptilatione poteſt eſſe perſpicuum §. 1. *& 2, Inſt.quib.mod.toll.oblig.ibi* ſolutione omnis tollitur obligatio. Corroboratur ex doctrinâ *Bart.in d l.eleganter num.6.* in qua rectiſſime probat interueniente dolo deceptũ errare non in contractu, ſed in cauſa contractus, ideoque conſentire ſub quadam cõditione, ſi verum eſt illud, propter quod inducitur ad contrahendum, quod cum non ſit verum, merito deficit conſenſus, & ideo merito etiam eſt nullus ipſo iure, vbi etiam reddit pulchram rationem, cur ſit diuerſum in contractu ſtricti iuris. Verum quoad illos contractus, qui non ſunt bonæ fidei poteſt dubitari, cum ſtrictius procedatur in illis argumento *l.quicquid adſtringendæ.ff.de verb.oblig.* & propterea non annullantur ipſo iure, cæterum & in his adhæreo Fortunio, quando reſpectu æquitatis naturalis & iuriſgentium omnes contractus ſunt bonæ fidei, & iure naturæ, quoad obſeruantiam
27 ſupradictis argumentis, quibus † non officiunt allegata in fauorem communis; etenim ad primum idem *Garſias reſpondet num.79.* procedere quoad obligationem ciuilem ꝓpter illam formam Iure Ciuili inductam, vel approbatam, non quoad obligationem naturalem, quoniam deficiunt ea, quæ ſunt neceſſaria ad producendam naturalem obligationem, cui aduerſatur dolus. *l.3.in fin.ff.pro ſocio*, ibi; quia bona fides (quam præcipue ſpectat natura) contraria eſt fraudi, & dolo; deſiderat natura, neminem locupletari cum alterius iactura, merito lucrum iſtud, quod in doloſo contractu reperitur, excludit naturalem obligationem; eadem quidem ratione reſpondetur ad obiectum ſententiæ iniquæ, quod præterea tollitur, quia cum victus non appellauerit videtur conſentire, cuius conſenſus ratione rectè datur exceptio rei iudicio & ſicut iniqua ſententia non liberat verum debitorem à naturali obligatione. *leg. Iulianus verum debitorem.ff.de condit.indeb.* ita iniuſte condemnans non inducit naturalem obligationẽ, ſed ciuilem, ſicuti prætoris moris eſt.

Secundum obiectum diluitur ex traditis à *Bart.in d.l.eleganter nu.6.* & ex his quæ ſupra diximus, confirmatur ex doctrina *Bart.* Tertio ſatis facit *d. Bald.d.num.6.* vbi egregiè demonſtrat differentiæ rationem inter doloſum, & & meticuloſum contractum, vt ſc. quoad obligationem non ſit ad alterum inferendum. Ad quartum datur actio ꝓpter ciuilem obligationem non naturalem, quæ ſi reperiretur non daretur vtiꝗ; exceptio illa inducta a prætore ne contra naturalem æquitatem, cuiquam dolus ſuus prodeſſet. *d l.1 ff.de except.doli.* Quintum euitatur, quoniã impediri, vel non impediri, ſoluti repetitionem in actione de dolo, quemadmodum in aliis ferè omnib. procedit ex odio, vel fauore. *l qui except.ff de cond.indeb.* & ideò *Caſtr.in l.damus num.4.ff.eod.tit.* inq; quod cum doli exceptio non ſit ſemper odioſa, non impedit ſemper ſoluti repetitionẽ *Cag.in l.2,num.68.verbo ſecundo concludit. C.de reſcind.vend.* dicens, ꝙ exceptio doli, quãdo contra ius commune competit, vt ſi in locum exceptionis Macedoniani ſuccedit, eſt odioſa, quando vero datur ex æquitate naturali, vt cum ſuccedit in locum actionis quod met.cauſa, tunc eſt fauorabilis, & idem dicit Alciat. in *l ſub prætexta inſtrumenti numero.* 30. vbi *Fulgoſ.Paul. Alexand.Iaſon.* citat, *Curt. Iunior.* ibi permultas authoritates *numero 25.*

Q.9 Egimus hactenus de dolo in contractib. bonæ fidei agendum modo eſt ſingulariter de dolo, in particularibus contractibus eiuſdem qualitatis, & vt à contractu
28 magis fauorabili incipiamus, quæro † mulier in dote danda fuit dolo decepta; An hic dolus reddat nullum ipſo iure contractum dotis, an alio remedio ſit ei ſuccurſum. Et in hoc articulo tres eſſe poſſunt opiniones. Prima quidem vt contractus ſit nullus ad inſtar aliorum contractuum bonæ fidei nam & ipſe bonæ fidei eſt. *§.actionum autem.*

per *Iaſ. & alios inſtit. de action. 2. ex l. ſi res. §. 1. ff. de iur. dot.* vbi mulier circumuenta, vt daret nomine dotis ſeruum, quem ſua voluntate, niſi fuiſſet dolo capta, non erat datura, recuperat ſeruum tanquam inutiliter datum.

Secunda opinio eſt, quod imò ſtante firmo contractu competat mulieri, & eius hæredi reſtitutio in integrum. *l. 1. C. ſi aduerſ. dot. l. ſi ex cauſa iudicati. §. in dotis. ff. de minorib.* in dotis quoq; modo mulieri ſubuenitur, ſi vltra vires patrimonii, vel totum patrimonium in dotem dederit.

Tertia opinio eſt, iuuari mulierem, remedio *l. 2. C. de reſcindend. vend. & d. l. ſi res. §. 2.* quibus locis expreſſum eſt in poteſtate mariti eſſe, vel rem acceptam in dotē reſtituere, vel iuſtam æſtimationem ſupplere, nam *d. l. 2.* habet locum in contractib. bonæ fidei, *Bart. in 3. quæſt. & Cagnol. ibi nu. 56. & d. l. ſi res*, nominatim loquitur in dote. Ad

29 habendam veritatem † in hac difficultate, videtur diſtinguendum. Aut mulier dolo ex propoſito, & dante cauſam decepta fuit (quis autem iſte ſit dolus ſupra expoſitum eſt) aut non fuit dolus ex propoſito, ſed incidens, iuxta eam, quam in ſuperioribus declarationem fecimus, aut fuit dolus re ipſa.

30 Priore caſu † ſiue mulier ſit maior, ſiue minor, contractus erit nullus, quoad ſimilitudinem aliorum contractuum bonæ fidei & ita procedet prima opinio *Cagnol. d.*

31 *l. 2. num. 63. verb. ſed vbi mulier*, quæ † ampliatur etiamſi dolus contineret læſionem infra dimidiam *Cagn. in d. l. 2. num. 63. verb. conſidera tamen*, *Stracha de Mercat. in tractatu de ſponſion. nu. 12c*, vbi multa exempla ponit. Quia non attenditur quantitas læſionis, ſed dolus, probat *Pinell. d. l. 2. in 2. part. num. 13.* limitatur autem nam ſi in hoc contractu dotis plures ſint res deductæ; dolus vero ex propoſito, in vna tamen re dederit cauſam, pro illa tantum, non autem in totum annullatur contractus, *Cagn. d. l. 2. nu. 63. verb. quid ſi fuerit in parte tantum arg. l. qui duos. ff. de contrahen. empt.* ego ſoleo à fortiori allegare *l. ſi ex falſis. C. de tranſact.* vbi tranſactio quæ ſtricti iuris eſt plura capitula continens in ſe, imitatur in totum, ſi in vero capitulo fuerit reuelata falſitas.

32 Secundo caſu † ſicut alios contractus bonæ fidei incidens dolus non annullat, ita nec dotis contractum, vt latius expoſuimus, vbi egimus de dolo incidente, & dante cauſam quæſt. 5. Declarat *Cagn. d. l. 2. nume. 63. verb. ſin autem mulier volebat*, ſcilicet dari mulieri facultatem matrimonio etiam conſtante, rem illam, quam dedit, aut æſtimationem repetere, iuxta *d. l. ſi res. §. 1.* ita vt teneatur viro eatenus, quatenus fuit prima intentio circa dotis conſtitutionem, ſi non fuiſſet decepta, ne remaneat indotata, quod eſſet iniquum. *d. §. 1. & Bald. de priuil. dotis ſpecial. 35. & ſeq.*

33 Tertio caſu † dolus re ipſa poteſt duplici modo contingere, vno quidem quando mulier dotem dedit. vltra patrimonium, vel dedit totum patrimonium; vel vltra vires patrimonii, vel ſupra qualitatem viri, vel vxoris, intereſt enim loqui de patrimonio, vel de viribus patrimonii vt *gloſſ. & Bald. in l. vni. Codice ſi aduerſ. dotem*, nam patrimonium includit debita, & credita, ſed vires patrimonii non dicuntur, niſi deducto ære alieno. *l. cogi cum notat. ff. ad Trebell. Cag. l. 2. n. 64.*

Primo caſu quando vltra patrimonium mulier dederit dotem, velut ſi erat mille aureorum, promiſerit mille & centum, & nullus eſt contractus ſi mulier ſit minor, *Bald. in dicta leg. vnica. Codice ſi aduerſ. dot. Cagnol. dict. leg. 2. numero ſexageſimoquarto:* In aliis autem caſibus ſcilicet quando totum dedit patrimonium, vel vltra vires patrimonii, vel vltra qualitatem viri dabitur minori fœminæ reſtitutio. *d. l. vnica. & §. in dotis. l. ſi ex cauſa.*

34 Altero caſu † vel dolus re ipſa contingit in æſtimatione rei datæ in dotem, & tunc ſi læſio ſit vltra dimidiam, duplici remedio ſuccurretur minori feminæ, nempe ex *l. 2. Codic. de reſcinden. vendit.* quia obtinet locum in omnibus contractibus bonæ fidei, & tam in maiore, quam in minore. *Bartol. ibi in tertia quæſtione Cagnol. ibidem. numero quinquageſimoſexto*, & præterea beneficio reſtitutionis, quæ competit minoribus læſis etiam ſua facilitate. *leg. non omnia. ff. de minorib. leg. in cauſis. §. penultim. ff. de minorib.* ita quod *dict. leg.* remedium competeret etiam mulieri maiori, vltra dimidiam deceptæ, facit. *dict. l. ſi res. §. 2.*

Sin vero minor mulier decepta ſit infra dimidiam, ſola reſtitutione vtitur, ita quod ſemper debita quantitas debeat in dote remanere, *Caſtrenſ. in d. l. vnica. & Cagn. dict. l. 2. numero ſexageſimoquarto.* Ex quo ſentire videntur mulieri maiori non ſuccurri, ſi læſio fuerit infra dimidiam, contra quod diſputat *Pinellus in dict. leg. 2. parte 2. numero decimotertio*, vbi ſolutio argumentis *Cagnoli* concludit idem iuris eſſe in contractu dotis

ſic in

ac in minoribus ob fauorem ætatis, ideoque ſicut iſti reſtituuntur etiam ſi læſi ſint in-
fra dimidiam, ita & in cauſa dotis debeat fieri emendatio, ob minorem læſionem, ſi-
ue iſta contingat læſio in perſona vxoris, ſiue mariti, non debent enim ad imparia iu-
dicati vir, & vxor, in cauſa dotis, vt placet etiam *Cagnol. dict. l. 2. numer. 63. verbo pro qua
opinione*, qui paulò *infra num. 64.* dicit prædicta limitari, ſi in contractu dotis interceſ-
ſerit Iuramentum ex traditis per *Campeggium de dote prima parte quæſt. 31. Curt. Iun. conſ.
62. in 2.* dubio.

Quæſt. 10. Quæro præterea mulier doloſe dedit nomine dotis bona ſubiecta
35 fideicommiſſo, † reſtituenda poſt mortem ſuam, qualitatem rerum non manifeſtans
marito. An valeat dotis conſtitutio, & ſi valeat, quonam pacto ſit conſultum viro?
& ſane videtur diſtinguendum, aut mulier circumueniens maritum, dixit eſſe libera,
36 aut ſimpliciter dedit, ſciens tamen illa eſſe ſubiecta fideicommiſſo. Primo caſu, † quo-
niam dolus fuit ex propoſito & cauſam dedit contractui, maritus enim non illam du-
xiſſet vxorem, nullus erit ipſo iure dotis contractus, vt accidit in cæteris contractibus
bonæ fidei, vt diximus paulo ſupra in principio huius capituli, nec ſuſtinebitur, niſi
marito volente, ad cuius fauorem annullatur iſte contractus, per ea, quæ diximus ſu-
pra hoc eodem capitulo & ſupra in 5. diuiſione doli, in dolo dante cauſam. Secundo
37 vero † caſu iterum videtur diſtinguendum, aut mulier habet alia bona libera, aut non
habet; Priori caſu ſi bona poſt mortem mulieris ſint euicta a marito, ita vt non potue-
rit retinere lucrum dotale pacto, vel ſtatuto ſibi debitum, poterit agere de euictione
ſuper reliquis bonis mulieris, & ex his lucrum prædictum conſequi, *Alex. conſ. 176. col.
pen. vol. 7. Grau. conſ. 176. in fin. Bald. conſil. 469. vol. 4.* vbi in terminis ponit quæſtionem;
ratio eſt, quia grauata mulier reſtituere bona, in dolo eſt, ſi cum habeat bona libera,
conſtituat nomine dotis, eaque habet reſtitutioni ſubiecta, voluit enim eo modò
fraudare maritum lucro nuptiali eueniente poſt mortem vxoris, *Cyn. Bald. & Salyc. in
l. 1. Cod. de iur. dot. Corn. conſ. 14c. colum. 2. volum. 2.* quæ fraus tanto detegitur eſſe maior,
quanto ipſa ſi ſuperſtes fuiſſet marito, de bonis ipſius eſſet vere lucrata, ſecundum
conuentionis legem; In alio vero caſu; prædicti duo caſus principalis ſcilicet quan-
do mulier ſimpliciter dedit bona ſubiecta fideicommiſſo, nec ei ſunt alia; videtur di-
38 cendum, maritum non poſſe euictionis nomine agere, ſed imputare ſibi quod † non
explorauerit conditionem eius, cum qua contraxit *l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Bald. in l.
in ciuile. Codic. de furt. Cuman. conſilio vigeſimoſexto, incipit ſtatutum* & ideo dicta bona ſunt
reſtituenda, & ex aliis, quia nulla ſunt, non deducet lucrum conuentum, vel ſtatuto
delatum.

Contrarium tamen, quod imò ex dictis bonis poſſit lucrum retinere verius eſſe
arbitror; quoniam res ſubiectæ fideicommiſſo, quando alia non reperiuntur bona,
39 quibus dotatur mulier poſſunt alienari † tamquam libera; *Auth. res quæ Cod. comm.
de legat.* & in corpore vnde ſumitur, *Iaſon ibi* latiſſimè, *Bald. in dict. conſil. 469. volum. 4.*
& ita euertere fideicommiſſum. *Roland. de lucro dot. quæſt. 58. incip. vide autem ſi mulier*,
Nec obſtat ratio adducta ex aduerſo, procedit enim quò ad explorandam conditio-
nem perſonæ cum qua contrahimus, non rerum ſuper quibus contrahimus, vt indi-
cant verba legis, debet eſſe non ignarus conditionis eius &c. & ideo, qui mutuo dat
filiofamilias, non excuſatur ſi dicet ignorare ſe eum fuiſſe filiumfamilias, debuit e-
nim explorare conditionem ipſius. *leg. pen. ff. ad Maced. Dec. in l. qui cum alio in principio.*
dicens ex eo tex. notandum, quod qui cum alio contrahit debet eſſe certus de condi-
tione, & qualitate contrahentis; non dicit rerum contrahentis, aliàs raro inuenire-
tur poſſeſſor bonæ fidei, ſemper enim imputaretur quod non bene exploraſſet;

Quæſtio. 11. Quæro mulier dolo circumuenit Iuuenem perſuadens ei, quod e-
rat diues, atque amplas habebat facultates, atq; ita induxit dolo ad matrimonium ſe-
cum contrahendum, quomodo ſit huic decepto ſubueniendum, cum vere vxor pau-
per eſſet, & inops, excitat hanc quæſtionem *Innocent.* in *c. ex parte, extra de reſtitut. ſpo-
liat.* & refert eam *Caſſan. de conſuet. Rub. 4. n. 32. fol. 126. verb.* 3. dic, quod licet dolus, & nõ
reſponderit, niſi quoad validitatem matrimonii, & ideo rectius eſt duo capita huius
quæſtionis conſtituere. Primum eſt an ſubueniatur decepto, ita vt dirimere matri-
monium valeat. Secundum eſt, dato, quòd non, vtrum ei ſuccurrendum ſit quo ad
dotem.

40 Primæ dubitationi † videtur in fauorem Iuuenis aduerſus mulierem reſponden-
dum, non quia hic contractus matrimonii, cum ſit bonæ fidei. *§. act. inſt. de actio. §. fui-*

rat eodem tit. atq; ei dolus cauſam dederit, neq; erat aliàs contracturus coniugium marito ad inſtar aliorum contractuum debet eſſe nullus ipſo iure, tum etiam quia deficit conſenſus, qui requiritur in matrimonio pro forma, deeſt enim cõſenſus in cauſa cõtractus matrimonii; nam intelligitur ille maritus ſub iſta tacita conditione, conſentire, ſi vera ſint, quæ ſibi promiſſa fuerunt. Cæterum Innocent. & Caſſan. ſententia tenenda eſt, nihil proficere illum dolum, ad dirimendũ matrimonium, per ea quæ diximus copioſe *in primo libro*, quando tractauimus de dolo bono, in ſpiritualibus, deducta obiecta, & alia eo loci reſoluentes.

41 Quo ad ſecundam † dubitationem, alio de duobus modis poterit, vt arbitror, huic marito eſſe ſuccurſum, vno quidem, vt vxorem expellat de domo, quoniam nemo cogitur indotatam vxorem alere, *Iaſ. in l. ſi donatarius. §. ſiquis indebitam num. 2. ff. de condit. cauſ. dat.* & hoc tanto magis procedit quando dos eſt promiſſa à muliere, vt in ſpecie noſtra, in qua interuenit etiã dolus. Nam aliàs videntur dicere Doctores quod ſi dos ſit ab alio promiſſa, quod tunc non poteſt expelli, quià eſſet pœna mulieris ex facto alterius, ſed tamen videtur contra hanc ſententiã Doctorum textus apertus in *l. generaliter. C. ad ſenat. conſ. Velleian.* vbi imperator ait tam fœminam, quàm maſculum dotem promittentem pro aliqua muliere, cum qua matrimonium licitum eſt, omnimodo compellatur ſuam confeſſionem adimplere, neq; enim ferendum eſt, mulierem fieri indotatam, & ſic à viro forſitan repelli, & diſtrahi matrimonium, ecce dos eſt ab alio promiſſa, & tamen ſupponit text. mulierem indotatam poſſe repelli, ſed in noſtris terminis ceſſat iſta dubitatio, cum & a muliere ſit dos promiſſa, adhibito etiam dolo, qui nemini debet patrocinari, *l. 1. ff. de dolo in 1. l. 1. ff. de exceptio. doli.*

42 Alio vero modo, quod † ſi mulier iſta venerit ad pinguiorem fortunam, licet tempore promiſſæ dotis nihil haberet in bonis, teneatur de bonis, poſtea quæſitis implere promiſſa, quippe quia dos eſt ius, & quidem vniuerſale, vt per *Bartol. & alios in rubric. ff. ſolut. matrimonio.* ideo recipit augmentum, & diminutionem, & ideo nudum illud nomen dotis ab initio conſtitutum, ex quæſitis poſtea bonis impletur, præſertim ne doloſa mulier ſuæ malitiæ præmium ferat, facit in ſimili text. cum ſua materia in *c. onerandus extra de ſol.* Ex his inferri poſſe puto, quod vxor iſta, quæ fallaciter di-
43 xerat ſe ſe diuitem, cum laboraret inopia, ſi deceſſerit † interim marinis, non debeat gaudere beneficio *authent. præterea. C. vnde vir, & vxor*, & in corpore vnde ſumitur in *authen. vt liceat matri, & auiæ. §. quis vero, & in authen. de exhib. & introduct. reis.* non ſolum, quia dolum fecit mulier, & doloſus non debet ex dolo præmium ſentire, imò perdit omne priuilegium, quod ſibi competit de iure communi *Socc. Iun. conſ. 48. n. 15. 16. & 45. & conſ. 44. nu. 27. vol. 1.* ſed ex verbis *d. §. quia vero*, nam ibi agitur de illa muliere, quæ ſcienter accepta eſt à marito ſine dote, & de ea, quæ irrationabiliter ſit expulſa de domo à marito. ergo in caſu noſtro, quo magis amore diuitiarum ducta eſt, quam affectu nuptiali, & rationabiliter propter dolum ſuum expulſa eſt, non vendicat locum illius conſtitutionis priuilegium.

44 *Quæſt. 12.* Alia eſt etiam quæſtio dolus dans cauſam liberationi mariti † annullat ipſo iure, & quando eſt facta ſine dolo mariti, an liberet ipſum, vide *Rom. in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. ff. ſoluto matrimonio.*

Quæſt. 13. Quæro præterea, ſocer vt filiam ſuam daret nuptui doloſe promiſit futuro genero, ſe illum facturum in teſtamento hæredem, ſed poſtea celebrato matrimonio nihil illi teſtamento reliquit, aliis inſtitutis hæredibus, quid Iuris aut quomodo conſultum erit iuueni? Excitat hanc dubitationem. *Bald. in l. Arthemidorami Cod. vt in poſſeſſ. leg.* vide in hac quæſt. *Crau. conſil. 192. numer. 124. refert. Iaſ. in l. pacta nouiſſima numero 13. & in l. pactum quod dotali. Cod. de pact. gloſſ. eſt in c. conſtitutus 20. quæſt. 3. & in leg. à diuo Pio. ff. de ritu nuptiarum*; & ſane vt in ſuperiori articulo diſtinguendum eſt. Nam aut quærimus, vtrum poſſit deceptus gener recedere à matrimonio, aut numquid reſpectu dotis, & promiſſionis factæ liceat aliquo modo experiri. Primo
45 † caſu dicendum eſt, vt in antecedentibus non dirimi matrimonium ex dictis in *1. lib. de dolo bono* in ſpecie non poſſe. Secundo caſu iterum diſtinguere oportet. Aut ſocer dotem conſtituit Genero, & inſuper vt ipſum magis alliceret, promiſit hæredem inſtituere; aut loco dotis promiſſionem fecit de inſtituendo, nempe ſi faciam hæ-
46 redem; aut vero † promiſit ſe facturum illum hæredem pro vna parte hæreditatis, puta in quadrante, vel triente, vel ſe prædium, vel domum teſtamento relicturum: Primo caſu non valet promiſſio illa, quia ſc. votum inducit captandæ mortis alterius, & libe-

& liberam impedit teſtamenti factionem, ex not. per Doct. *in l. ſtipulatio hoc modo con-
cepta. ff. de verb. obligat. & in l. fin. C. de pact.* nec eſt, cur aliquo beneficio ſit Genero ſuc-
currendum, qui dote ſua debet eſſe contentus, quia poteſt onera matrimonii ſuſtine-
re, *l. pro onerib. C. de iur. dot.*

47 Secundo caſu non valet † promiſſio eadẽ ratione, quia ſcilicet impeditur libera te-
ſtamenti factio, & inducitur votum captandæ mortis, quæ ratio tanti momẽti eſt apud
leges; vt licet cauſa dotis ſit maxime fauorabilis, & Reipub. interſit, *l. 1. ff. ſol. matr.* & ibi
nullam vtilitatem contineat, tamen hæreditas per pactum dari non poteſt, etiã in cauſa
dotis, vt not. *Bald. Sal. & Iaſ. in d. l. pactum quod dotali in fine, & l. hæreditas. C. de pact. conuent.*
ratio eſt inq̃t ibi *Iaſ. n. 6.* quia fauorabilior eſt cauſa liberi arbitrii in teſtat. ſed tamẽ pote-
rit Gener circumuentus expellere vxorem indotatam, per ea, quæ paulo ſupra dixi-
48 mus. Tertio caſu † videtur, quod promiſſio valeat, quia *l. ſtipulatio hoc modo concepta, & d.
l. finalis*, loquuntur in tota hæreditate, ibi ſi me hæredem non feceris, tantum dare ſpõ-
des hæreditatis, reſeruat ſibi facultatem teſtandi in aliis, quippe de aliis partibus hære-
49 ditatis poteſt teſtari, ita vt non procedat *d. l.* ſtipulatio hoc modo, à ceſſante † ratio-
ne, verumtamen non ceſſat alia ratio voti captandæ mortis, ergo ſuccedit regula. *§. af-
finitatis inſtitut. de nuptiis*, confirmatur, quia nec hæreditas, nec hæreditatis pars poteſt
dari per pactum. *l. pactum quod dotali. C. de pact.* vbi ad litteram. *Dec. conſ. 184.* dicens ve-
rum non eſſe, quod pars aliqua hæreditatis pacto dari poſſit, latè *Cagn. in l. fin. nu. 91. ver.
ſed inſtat dubium. C. de pact. argumento l. hæred. C. de pact. conuent.* propterea talis promiſſio
non inducit obligationem *d. l. pactum quod dotali*, inferens quod diſpoſitio *d. l. fi. C. de pact.*
ęque procedit in pacto portionis hæreditatis, ac vniuerſæ ſucceſſionis. Non vrget ar-
gumentum ex aduerſo, primo quia poteſt negari agi de tota hæreditate in dictis iuri-
bus cum enim ſimpliciter de hæreditate loquantur, & de parte poſſunt intelligi. Se-
cundo quia valet argumentum de parte ad totum ſtante paritate rationis. *l. quæ de tota.
ff. de rei vind.*

Tertio quia libera teſtandi facultas dicitur etiam auferri, ſi non poſſit aliquis de
parte hæreditatis ad ſuum votum teſtari *d. l. pactum quod dotali*, in qua de parte hæredi-
tatis initum erat pactum, & dicit Imp. non valere ea ratione, quia libertatem teſtamen-
50 ti faciendi mulieris patri auferri non potuit. In vltimo † caſu quando promiſit dare le-
gatum, vel fideicommiſſum ſingulare, videtur valida conuentio Soceri, ſiquidem nec
impedit liberam teſtandi factionem, nec inducit votum captãdæ mortis, nam *l. ſtipula-
tio, & l. finali & l. pactum quod dotali.* & *l. hæreditas*, nunquam in relictis particularibus lo-
quuntur; ſed ſemper in hæreditate, & quicquid dicunt de coarctanda voluntate te-
ſtatoris, & de voto captandę mortis reſpectu hæreditatis dicunt, ceſſante ratione legis,
merito debet ceſſare diſpoſitio. *l. quod dictum. ff. de pact. c. cum ceſſante de appell. l. adigere. ff.
de iure patronat. Rom. in auth. ſimiliter col. 5. C. ad l. Falc.* & *in l. ſi vero. §. de viro in 32. fall. ff. ſol.
matrim. Salyc. in l. 3. C. de inſtr. Bartol. in l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius. &c.* quibus conſequens
eſt, poſſe generum conuenire hæredes Soceri ad rei promiſſæ præſtationem niſi forſi-
51 tan † res promiſſa relinqui in teſtamento iure legati, vel fideicommiſſi, eſſet tanti va-
loris, vt bonam partem ſubſtantiæ Soceri contineret, nam tunc induceretur votum
captandæ mortis, & facit in ſimili, quod tradit *Tiraquel. in l. ſi vnquam C. de reuocand. don.
in verb. omnia vel partem. n. 3. & 4.* dicens eam legem procedere etiam in donatione vni-
us rei, quæ ſit magnæ exiſtimationis, quia alias eſſet imponere legem verbis, & non re-
bus contra *l. 2. C. comm. de leg. c. commiſſa de elect. lib. 6.* ſicut etiam nihil refert quo ad inſi-
nuationem, donata fuerit res certa in quota bonorum, ſimiliter, & in caſu *leg. & ſi non
totam. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. & l. vlt. C. de bon. vacant. lib. 11. & in caſu auth. ex cauſa. Cod. de
lib. præteritis.*

Quæſtio. 14. Quæri etiam poteſt, an maritus poſſit facere pactum, vt teneatur pro
52 dote † in ſolidum ſi dolum fecit in rebus dotalibus *Campegg. de dote parte 3. con-
cluſ. 40.*

53 *Quæſt.* 15. Item maritus dolo commiſſo per ſe, vel per alium in bonis † do-
talibus, quomodo liberetur *Roman. in leg. etiam filii. §. licet. ff. ſolut. matrimonio.* Omit-
to illam quæſtionem tractat. *Thimon. de Prater. conſil. 86. numero decimo*; vide apud
eum.

54 *Quæſt.* 16. Sed à dotis conuentione, ad † emptionis, & venditionis contractum
tranſeamus, in quo reuoco in primis in dubium quæſtionem *Iaſon in leg. doli clau-
ſula. ff. de verb. oblig. numer. 3.* Vendit aliquis fundum, infra dimidiam iuſti precii, & re-

nunciat beneficio *legis 2. C. de reſcind. vend.* & in contractu fuit appoſita clauſula dolum malum abeſſe abſuturumq; eſſe, poſtea læſione cognita venditor intendit agere aduerſus emptorem, ſcientem verum rei, vel rem tanquam doloſam, virtute dictæ clauſulæ doli. An poſſit, & videtur affirmatiue reſpondendum.

Primo quia illa clauſula cum miniſterio poſita eſt, ideo non debet manere ſine affectu operandi, nullum enim verbum debet in contractibus eſſe ocioſum, *l. ſi quando cum vulgarib. ff. de leg. 2. Cephal. conſ. 87. numer. 10. vol. 1.* Secundo contractus ex conuentione legem accipiunt. *l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti, vbi Caſtr. l. contractus, & ibi Doctor. ff. de reg. iur. l. in conuentionibus. ff. de verb. obligat. Tiraquell. de retr. conſang. §. 1. gl. 10. numero 7.*

55 Contrariam † ſententiam probat *Iaſon in d. l. doli clauſula*, per illum tex. quo definitum, eſt doli clauſulam, non referri ad ea, quæ ſpecialiter ſunt ſpecificata, ideo ad ſpecialem illam conuentionem renunciationis. *d. l. 2.* non debet referri, & adiuuat *Iaſ. per tex. in l. ſi. in fine. §. ſi in ſtipulat. ff. rem ratam haberi*; In quo Lucius Titius promiſit, ratum ſe habiturum, & inter contrahentes aperte agebatur, vt hæredes Titii omitterentur; doli clauſulam, quæ eſt in ſtipulatione interpoſita; difficile eſt, propter amiſſos hæredes committi, & gloſſa ibi ait, difficile, id eſt impoſſibile, quia nullus dolus commiſſus eſt, & idem puto ſentire Iaſon. quod in dicta renunciatione nullus fuerit dolus commiſſus alioquin nulla eſſet, ideoque clauſula doli operaretur. Simili modo; emptor non perſuaſit doloſe dictum venditorem eam rem eſſe minoris valoris: nam eſſet dolus ex propoſito incidens, & tenetur emendare damnum propter dolum incidentem firmo manente contractu, ſecundum ea, quæ diximus in *5. diuiſione doli mali in cap. de dolo incidenti, Pinell. in dicta l. 2. par. 2. numer. 11.* ſed dolus contingit ex re ipſa, & ſciente emptore verum rei valorem; Intellige etiam, quod dicta renunciatio ſit facta à maiore, nec non ſpecialiter ex his, quæ tradit *Cagnol. d. l. 2. in quaeſt. 12. numer. 132. verb. docentes vtile eſſe in ſpecie vſq; ad verb. tertia concluſ. nu. 134.* Non faciunt negocium allegata ex aduerſo. Nam dicta clauſula quo ad multa alia non erit ocioſa, & is omnibus aliis ſpecialiter non expreſſis operabitur effectum ſuum.

Quæſtio. 17. Quæro etiam venditor rem, quam propoſuit venalem multum do-
56 loſe † commendauit, vt alliceret emptorem iuxta exemplum Pythii & Cannii rela-
tum à *Cicer. 3. de offic.* nunquid teneatur venditor poſtea comperto mendacio per
57 actionem doli, & non † teneri vllo modo probat textus in *l. in cauſa. §. idem Pompo-
nius. §. de minor.* quo definitur, quod naturaliter licet contrahentib. inuicem ſe de-
cipere. *Alber. tractat hanc quaeſtio. in leg. 38. ff. de dolo*, vbi ponit pulchram diſtin-
ctionem.

Secundo ex *l. ſciendum. §. dictam. ff. de edil. edict.* in qua, Non debet venditor præſtare, quæ ad laudem ſerui pertinent; veluti, frugi, & dicto audientem eſſe.

Tertio ex *l. ea quæ. ff. de contrahend. empt.* eà quæ commendandi cauſa in venditionibus dicuntur, ſi palam appareant venditorem non obligant, velut Seruum ſpecioſum, domum bene ædificatam, & in *fine tex.* dolumque malum abeſſe præſtare venditor debet.

Quarto ex *l. quod venditor. ff. de dolo*, quod venditor, vt commendet, dicit ſic habendum eſſe, quaſi neq; dictum neq; promiſſum ſit.

58 Ex aduerſo † pugnat *Vlpian. in l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de action. empt. & vendi.* Vbi vendebat Titius fundum cum pluribus municipiis dare legata debere, & in tabula venditionis dixerat, vni Municipio, obnoxium eſſe, & poſtea in *l. venditionis* adiecit, ſi quid tributorum nomine fundus deberet, id emptorem præſtare oportere; tenetur ex empto, quaſi deceperit emptorem.

Rurſus ſecundo eandem adiuuat ſententiam *d. l. quod ſi venditori in fine.* ibi, ſi verò decipiendi emptoris cauſa dictum eſt æque ſic habendum eſt, vt non naſcatur aduerſus dictum, promiſſionemue actio, ſed de dolo actio.

Tertio ex *dicta l. ea quæ verb. at ſi dixerit*; hominem litteratum, vel artificem,
59 præſtare debet, nam hoc ipſo pluris vendit. Quid † dicendum? *Bartol. in d. l. quod ſi ven-
ditor*, dicit eſſe diſtinguendum ſecundum *gloſſ. ibi*, quam inquit eſſe ſignandam, quia
non eſt alibi. Nobis autem tres videntur eſſe conſtituendi caſus. Vnus eſt in quo ven-
ditor, nec de doli actione, nec alia tenetur. Secundus in quo tenetur actione ex eo con-
tractu. Tertius eſt, in quo obligatur doli nomine.

Primus

60 Primus † caſus eſt, quando verbis generalibus venditor, commendat rem ven-
ditam, ſcilicet domum eſſe bene ædificatam, ſeruum frugi, & dicto audientem, vt in
dict. l. ea quæ, & dict. l. ſciendum, in principio. nam nullam contrahit obligationem, etiamſi
doloſa illa commendatio fuit, & ita procedunt. *d. l. quod ſi venditor, in princ.* aliæq; nuper
allegatæ, ratio eſt, vt mihi videtur, quamuis Doctores non allegent, quia cum moris
ſit venditorum laudare rem venditioni expoſitam, imputandum eſt illi, qui temere
commendanti fidem præſtet, nam qui citò credit, leuis eſt corde, dolus enim vt obli-
get doloſum, debet eſſe talis, qui caperet cordatũ hominẽ, ſicut diximus paulo ſupra,
habita ſemper, vt illic expoſuimus, ratione perſonarum, & hunc primum caſum pro-
bat etiam gloſſ. *in d. l. quod ſi venditor in princ. vide Bald. & Saly. & Alber. in d. l. quod ſi ven-
ditor.* & aliam quæſtionem an fraus venditoris in vendendo poſſit allegari, ab eius cre-
ditore contra emptorem *Corn. conſ. 230. incipit videtur per totum vol. 2.*

61 Secundus caſus eſt † quando venditor doloſam ſuam commendationem facit
in ſpecie affirmans Seruum litteratum eſſe, vel artificem, conſtantem, laborioſum,
ex induſtria ſua peculium acquirentem. vt in *d. l. ea quæ poſt principium* & *in l. ſi quid ven-
ditor de mancipio ff. de ædilitio edicto.* Aut vero ſanum eſſe Seruum aſſeruerit, cum igna-
rus ſine artificio, piger, ſomniculoſus ſit, negligens, aut vnum, vel alterum vitium rei
detegit, cum multa latentia taceat, & tunc tenebitur venditor ex eo contractu, nem-
pe, vt liceat emptori, redhibitorio, aut æſtimatorio iudicio agere. *dict. l. ſi quid venditor
de ædilit. edic.* & ita intelligo. *d. l. ea quæ, ibi* præſtari debet, nam hoc ipſo pluris vendit per
d. l. ſciendum, ibi: oportet id eum præſtare; Vel ſi nolit redhibitoriis actionibus emptor
vti, agat ex empto. Quoniam æque competunt actiõ ex empto, & redhibitoriæ em-
ptori, *dict. l. ſciendum: verbo nam*, & qui ex empto, & ita intelligo *d. l. Iulianus. §. idem Iu-*
62 *lianus*, ibi: ex empto eum teneri, quaſi decepiſſet; Ratio † prædictorum eſt, quoniam
venditor ad ſpecialem laudem deſcendens, videtur recipere ſe præſtaturum quod af-
firmat, *d. l. ea quæ, & l. ſciendum*; & dicta commendatio non creditur facta ad nudam
63 laudem ſerui; Fallit autem † ſi ſpecialis illa commendatio, erat de re patenti; vt ſi
laudauerit ſeruum, quod eſſet ſanus, & de eo interpoſuerit etiam ſtipulationem, non
tenetur, ſi cæcitatis morbo laboraret, nam de ea mala valetudine non videntur ſenſiſ-
ſe contrahentes, quæ obuia erat, & palam oculis noſtris expoſita *d. l. ea quæ & gloſſ. in d.
l. quod ſi venditor. in princ.*

64 Tertius † caſus eſt, quando emptor non erat empturus, ſed doloſis commen-
dationib. venditoris ita captus fuit, vt emeret, & tunc fraude reuelata, cõpetit illi con-
tra vendentẽ actio doli. non ex illo contractu *dict. l. quod ſi venditor in fine, & ibi gl. ma-
gna circa medium*, & ratio forſitan eſt, vt non oriatur actio ex empto, quia dolus erat
dans cauſam, & ſic irritauit contractum ipſo iure, merito ceſſante actione ex empto;
quæ oriri non poteſt ex contractu nullo, cum nulla alia competat actio, datur illa, quæ
doli appellatur, & præſtari ſolet in ſubſidium *l. 1. ibi*, & alia actio non erit. *ff. de dolo, &
§. idem Pomponius, & §. merito. dict. l. 1.* atque ita videntur in vnam conſonantiam iungi
prædicta iura hinc inde præallegata, reſtat tantum ſolutio ad §. *idem Pomponius l. in cau-
ſa. ff. de minor.* & verè nihil obſtat quia ſecum trahit ſolutionem dum ait licere contra-
hentibus ſe decipere in precio, & ideo loquitur, quo ad precium, non quo ad quali-
tatem, ſed multum intereſt, vtrum in precio, an in qualitate rei contingat læſio, *Pinell.
in l. 2. C. de reſcind. vend. part. 3.*

Accedat multos eſſe illius §. *intellectus*, de quo ſupra diſſeruimus, vt merito non
ſit in eo aliqua vis ponenda.

De dolo venditoris multa pulchra docet B*aldus in leg. dolum Codice de action.
emption.*

Quæſtio decimaoctaua, Quæro vtrum dolus venditoris noceat emptori quo ad
65 vſucapiendum † hanc quæſtionem excitat, & reſoluit *Caſtrenſ. in leg. dolum. Codice
de pericul. & commod. rei vend.* & nos tractauimus ſupra in illa diuiſione de *dolo Autho-
ris, & ſucceſſoris ſingularis.*

Quæſtio decimanona; Quæro vendidit Titius vina; quæ in doliis erant; ea-
que antequam ab emptore tollerentur, ſua natura corrupta fuerunt, cum ſciret ven-
ditor bonitatem eorum non duraturam vſque in eum diem quo tolli deberent, nec
66 admonuit emptorem, vtrum † teneatur quanti intereſt admonitum non eſſe *gloſſa.
Alberic. & Fulgoſ. in leg. ſi vina. ff. de pericul. & comm. rei vendit.* diſtinguunt, aut ven-
ditor aſſecurauit bonitatem vini vſque in diem dictum, quo debebant vina tolli

duraturum, & quia falſa aſſeuerauit; Aut vero ſciens rei bonitatem tacuit, & non tenetur, quaſi imputetur emptori, quod non citius traditionem viri acceperit; *Saly. vero. & Bald. eodem loco* putant, vtroque caſu obligatum eſſe venditorem, doloſe enim fecit, dum rei naturam ſibi notam non denunciat emptori, *Caſſan. conſil. 52. nume. 6. & ſequen. poſt verſ. & ſi dicatur*, & eſt tex. non citatus à Doctoribus in *l. 1. §. 1. ff. de action. empti. & vend.* ratio eſſe videtur quoniam vbi venditor, ſciens, tacet rei qualitatem, qua cognita, vel emptor non eſſet, vel certe minoris empturus, dicitur eſſe in dolo. *l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de action. empt.* vt notat Roman *ſing. 282. Hippol. de fideiuſſor. numero 88, Bald. in l. 2.* dicens, eum textum eſſe notabilem. *C. de pericul. & commod. rei ven.* & poſteriorem hanc ſententiam probat Pinel in *d. l. 2, parte tertia numero vigeſimoprimo verbo aliud exemplum. C. de reſcind. vend.* ita intelligendum dicens. *d. l. ſi ruina. ff. de pericu. & commod. rei vend.* qui pulcherrimus eſt in hanc ſententiam, quando venditor ſcit, & tacet;

Et confirmatur ex *l. quaero. ff. de act. empt.* in qua *Modeſtinus ait*. Si quis ita fundum venerit, vt ſcilicet id venditum intelligatur, quod inter tales confines venditor poſſideat, & ſciat ſe intra illos confines aliquam partem certam non poſſidere; & non certiorauit emptorem, & tenetur ex empto, qui aliàs emptor caperetur, qui certioratus, aut non emiſſet, aut minoris emiſſet; vt in ſimili ait textus ſi venditor fundi dixit ei, quæ ſeruitutes debeantur a fundo, ab eodem præſtentur, & certus venditor fuerit, ſeruitutes ab illo fundo certis perſonis deberi, & non admonuiſſet emptorem, tenebitur, quia illa clauſula adiecta pertinet ad ea, quæ ignorauit; & certiorare emptorem nequiuit.

67 Ampliatur † concluſio in emptore ſi ſciat rei venditæ bonitatem, & venditor ignoret, nam ſi emerit ab illo viliori precio, præſumitur dolus *Calcan. conſilio vigeſimoquarto, colum. 4. verbo ſecundo* pro iſta facit.

Inde *Pinel. num. vigeſimoſecundo*, infert re doctrinam *Bart. in d. l. quaero.* quod ſi ali-
68 quis de conſilio Regis, vel ciuitatis, ſcit prope diem † taxandum, fore precium frumenti, vel vini, & ſcienter id carius vendat, tenebitur reſtituere, vel minuere preciũ, iuxta id quod poſtea publicatur; ſi tamen publicatum fuerit inter hoc tempus; tunc enim verſatur fraus venditoris, non ita conſtitutione in longius differenda, vide pulchrum exemplum, apud *Valerium lib. 8. cap. 2. in princ. de Claudio.* Infert quoque idem *Pinel. numero vigeſimoquinto, ad conſil. Alexand. 242. libr. 6.* vbi procurator Epiſcopi locauit reditum, & iura Epiſcopatus, & conductoribus oſtendit librum debitorum, & iurium, ſed non affirmauit contenta in libro eſſe vera omnia, ſi poſtea conductores magnam diminutionem reperiant, recurſum propterea non habebunt; ſed improbat *Pinel.* dicens quod ſatis videtur aſſerere, qui librum oſtendit, not. poſt *gl. Bar. Bald. Iaſ. in leg. 1. §. edictiones. ff. de eden. Innocen. in cap. venerabilis ext. de exception. & ibi* Felyn. *numero vigeſimotertio.*

69 *Quaeſtio* 10. Quæro an qui contra iura mercatur ſit in dolo, & videtur † negatiue reſpond. quia dolus conſiſtit in animo, *l. dolum. C. de dolo, vbi not. Corne. conſilio 140. numero 10. colum. 1. gloſſ. in §. alia inſtit. de action* qui cum ab eo tantum cognoſcatur, qui ſcrutator eſt cordium, in dubio debet ceſſare præſumptio doli ex alia præſumptione, quod bonus quilibet præſumitur. *l. merito. ff. pro ſocio. l. omnimodo. Co. de inofficioſ. teſtam. cap. fin. ex. de præſumpt. Caſtren. in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor. num. 7. ff. de eden. cum vulg.* potuit enim ſine calliditate, & ad neminem circumueniendum eſſe aduerſus iura mercatus. In contrarium tamen eſt text. in *l. quemadmodum in fine. C. de Agricol. & cenſ. lib. 11.* diſtingue pro reſolutione. Aut mercatur ſcienter contra iura, & præſumitur in dolo præſumptione iuris, & de iure, vt aliàs diximus.

70 Aut † ignoranter, & tunc ceſſat in eo omnis doli præſumptio, *gloſſ. in dict. leg. quemadmodum. in verbo mercatur*, ratio eſt, quia dolus non fit niſi à ſciente, cum ſit machinatio fraudulenta, ad alium circumueniendum adhibita. *l. 1. §. dolum. ff. de dolo*, & hoc quod dixi de ignorante, procedit ſiue eſſet vere ignarus, ſiue præſumptiue, qualis eſt Ruſticus, qui præſumitur in dubio iura ignorare, nam & ſi iſte contra iura mercetur, non tamen præſumitur doloſe facere, Rip. *in tractat. de peſte. de remed. præſeruat. contra peſtem numero ducenteſimotriceſimo tertio. verbo habet tamen per legem primam Codice non licere habita. matrim. libro vndecimo; & voluit Corne. conſilio centeſimodecimoquarto, Quia cauſa. columna ſecunda, libro ſecundo*, vbi conſuluit aduerſus Ruſticum emen-
71 tem rem, non ſeruata forma ſtatuti, non præſumi malam fidem. Rurſus † diſtingue in

qualita-

qualitate rei, quæ empta eſt, contra iuris ſolemnitatem, nam ſi modici eſt valoris ceſ-
ſat præſumptio doli, ex alia præſumptione iuris validiore. nempè, quod in modicis
non præſumitur dolus, quia ſcilicet vbi paruum, aut nullum commodum eſt rece-
72 pturus aliquis, non creditur † dolus, *Marian. Soccin conſ. 37. num. 30. numer. 1. Burſat.*
conſ. 40. nu. 63. l. ſi ita legatur. §. ſpecies. ff. de legat. Secundo, vbi in pœnalibus, cui conſo-
nat illud *Ouid. de Triſtib. lib. 3. eleg. 8.*

Vix equidem credar, ſed cum ſint præmia falſi
Nulla; ratam teſtis debet habere fidem.

Cranetta conſil. 18. nu. 22. Bald. conſ. 25. vol. 5. ſi vero res non ſit modici valoris, ſed ali-
73 cuius momenti, erit locus præſumptioni doli; quæ vero † ſit res modici valoris, ex
qualitate perſonarum, & negotiorum, vel temporis, poterit prudens iudex cogno-
ſcere, cuius arbitrium multum poterit in hac controuerſia. Nec vrget argumen-
tum initio quæſtionis propoſitum, quoniam illa præſumptio bonitatis, tollitur per a-
liam præſumptionem emptionis contra iura factæ ab ſciente; cum enim ſciens con-
tra iura emerit, non poteſt de illo niſi male ſuſpicari, lex enim, quę facit illam præſum-
ptionem, quod quis ſit bonus, eadem facit, & aliam, quod emens contra iura ſit † do-
74 loſus. Numquid autem dolo deceptus in venditione volens reſcindere contractum,
& rem ſuam recuperare, teneatur reſtituere precium eſt *text. in l. ſi per vim Codic. quod*
met. cauſa, & in l. ſiue eodem titul. ſed tamen vide Bartol. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb.
oblig. facit l. Iulian. §. offerre. ff. de actionib. empt.

Quæſt. 12. Quæro vendit aliquis equum, vel bouem cum hac proteſtatione, quod
75 vendit † cum omnibus ſuis ſchenellis, & magagnis, & cum pacto quod nolebat te-
neri de eis, ſciebat tamen venditor de vna magagna, & non propalauit, vtrum tenea-
tur ex empto quanti ſua inter eſt? & videtur non teneri ex præambula proteſtatione,
quæ releuat proteſtantem per ea, quæ notant Doctores, & maxime, *Iaſ. numer. 13. in l.*
non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper. nunciat. in l. pro hærede. ff. de acquir. hered. & in l. qui aliena.
§. celſus n. 26. eod. tit. Secũdo quia emptor potuit ſibi cauere, ceſſat enim ratio *legis quæro.*
ff. de actione empti. ſcilicet quod ſi ſciuiſſet, aut non fuiſſet empturus, aut minoris em-
pturus, ceſſat etiam ratio ex parte venditoris, quod ſciuerit, & non reuelauit. *l. Iulia-*
nus. §. idem Iulianus ff. de action. empt. l. ſi vina. ff. de pericul. & commod. rei vend. Nam ſatis,
ſuperque videtur reuelaſſe, dum proteſtatus eſt ſeſe vendere cum omnibus magag-
nis, &c. ſed tamen *Speculat. in titul. de empt. & vendit. §. nunc videndum, & Imol. in l. ſiquis*
76 *cum aliter col. fin. verb. item adde ſecundum Angelum. ff. de verb. obligat.* contrarium † ve-
rius eſſe ſentiunt; ea adducti ratione, quoniam dolo facit non denunciare vitia, quæ
non ſint patentia, & iudicio meo videtur incidere hic venditor in *l. ea qua in fin. ff. de*
contrahen. empt. ſcilicet dolum eſſe in eo, qui non tantum fallendi cauſa obſcure loqui-
tur, ſed etiam, qui inſidioſe, & obſcure diſſimulat; nam emptor credens equum illas
habere magagnas, quæ patent, emit de occultis non cogitans prætereà vitia, quæ de-
terrere poſſunt emptorem ab emendo, vel ad minus emendum hortari, in ſpecie ſunt
detegenda emptori, vt colligitur ex *d. l. quæro*, vbi cum ſciret venditor, ſe intra confi-
nes certam partem non poſſidere, non ſeſe liberat generaliter dicendo, vendo quic-
quid intra tales confines poſſideo, ſed debet dictam partem denunciare emptori, ſcil.
quæritur. §. ſi nominatim. ff. de edil. edict. ſimiliter ſi certus vend. ſeruitutes, fundum,
quem habebat venalem, debere, non liberatur, per clauſulam generalem, de qua i-
bi niſi de certis illis perſonis admonuerit emptorem, & confert, *d. §. idem Iulianus.* vbi
ſi multa onera debeat fundus, & de eo ſit admonitus emptor; non prodeſt venditori
77 generalis admonitio, inſidioſa enim, & captioſa videtur, proinde † non vrgent alle-
gata ex aduerſo. Nam nec proteſtatio, nec admonitio fuit legitime facta ſicut nec
decens erat, ad effectum, vt re bene intellecta poſſet deliberare, numquid emere de-
beret, an dimittere maiori, an minori precio comparare, & hanc ſententiam adeo
veram putant, Speculator, & Imola, vt idem reſpondeant, in alia quæſtione in fortio-
ribus terminis.

78 Aliquis † vendidit equum, qui dolebat ſpatulis, ſaluo quando erat calefa-
factus in eundo, & venditor dixit, quòd dabat eum pro ſtrabo, & gilboſo dolenti
ſpatulis, & habente omnes magagnas, nec volo ex aliquo teneri, tamen niſi ſpecifice
propalauit alias pro his, quæ non ſunt denunciatæ tenebitur, *Specul. in d. titul. §. quod*
ſi vendens, & Imol. d. loco verb. tu adde alium pulcrum caſum, hinc poteſt inferri ad ali-
am quæſtionem.

79 An præſumatur † dolus in contrahente, qui tacet aliqua, quæ ſi expreſſiſſet aliâs veriſimiliter contractum non feciſſet, & an ſit ei contra tacentem ſuccurrendum, *Alex. conſ. 109. n. 10. & ſeq. lib. 4. Maſcard. de probat. vol. 1. fol. 397. concl. 532.*

Et ad illam ſiquis impediat me vendere, ago de dolo ad intereſſe. *l. rei quam. ff. de dolo*, quod menti tenendum dicit *Anton. de Burgo in cap. fin. de emption. & vendit. numero 8.*

80 *Quæſt. 22.* Quæro aliquis commodauit falſa pondera, vel falſas menſuras † contrahentibus emptionem, & venditionem; An ille de ſuo dolo teneatur; an contrahentes; & quomodo conueniantur? difficile ſane eſt aperto iure reſpondere, quippe infi-
81 nitæ penè ſunt leges, quæ de falſis menſuris, & ponderibus † loquentes diuerſè definiunt, nec in certam aliquam pœnam cōſentiunt; etenim. *l. 29. §. de eo qui ſciens ff. de dolo*, diſponit, ſi nulla actio detur alia, inter contrahentes præſtari actionem de dolo, & ita ſumat ibi *Bartol. Vlpian. in l. annonam. ff. de extraordin. crimin.* pœnam imponit legis Corneliæ. Pro hac materia vide *Hoſtien. in ſumma de contrahen. emptio. §. 1.* vbi plene item *Alberic. in l. arbitrio. nu. 4. ff. de dolo vſque ad nu. 6.* vbi ponit pulchram quæſtionem in hac materia. Interdum etiam datur ex eo dolo pœna relegationis in inſulam in *l. ſiquis vxori. §. ſi maiora quis. ff. de furt.* iniungit furti pœnam in *l. penult. ff. de falſis*, condemnatur in duplo eius, quod intereſt, & in *l. ſiquis à me. ff. de actionib. empt. & vend.* definit competere actionem ex empto, vel ex vendito, prout venditor deceptus ſit, vel ēptor in *l. in Dardanarios. ff. de pœn.* pœna extraordinaria imponitur. In *c. vt menſuræ ext. de empt. & vendit.* datur pœna ieiunii triginta dierum.

Quamobrem vt quo ad fieri poteſt tutius euadamus ex hoc complicatarum legum labyrintho, diſtinctione, quaſi Dedalæo filo, vtamur, oportet igitur, aut de pœna ſpirituali contra iſtos dubitemus, qui Dei nullam memoriam habentes, falſas menſuras, falſaq; pondera adhibent in commertiis, aut de pœna temporali & ad hanc quæ-
82 ſtionem, quod an menſura, vel pondus priuatorum ſit iuſta † vel iniuſta cognoſcitur ex menſura publica *Angel. in auth. de calcantor. §. ſin autem*, & menſuræ ciuitatum debent in publico teneri æneæ, vel marmoreæ. *l. modius*, & ibi *Bart. C. de ſuſcept. & arbitr. lib. 10.* Quod ſpectat ad primam ſpeciem, vbi grauior eſt animaduerſio. quam inſenſati homines credant, nam *Salomon prouerbiorum cap. 20. nu.* 10. inquit. Pondus, & pondus, menſura, & menſura vtrumque abominabile eſt apud Deum, & *Amos Propheta c.* 8. audite hoc, qui conteritis pauperem & deficere facitis egenos terræ, dicentes, quandò tranſibit meſſis venundabimus merces, & ſabbatum, & aperiemus frumentum, vt imminuamus menſuram, & augeamus ſyclum, & ſupponamus ſtateras doloſas, vt poſſideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis, & quiſquilias frumenti vendamus. Iurauit Dominus in ſuperbia Iacob. ſi oblitus fuerò vſque ad finem omnia opera eorum, & cōuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum; & inducam ſuper omne dorſum veſtrum Saccum; & ſuper omne caput caluitium, & ponam eam, quaſi luctum vnigeniti, & nouiſſima eius. quaſi diem amaram.

83 Canonica † vero conſtitutio, infert pœnam triginta dierum, Ieiunii in pane, & aqua, *dict. cap. vt menſuræ*, vbi gloſſa ait, non propterea excludi pœnam temporalem, nec minus rei ablatæ reſtitutionem, cum non remittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. *ca. peccatum de reg. iur. in 6. vbi Dyn.* quod nec pœna peccati, & confert illud Zachæi apud *Lucam cap. 20.* Ecce dimidiam bonorum meorum domine do pauperibus, & ſiquem defraudaui, reddo quadruplum. Et pœna *d. cap. vt menſuræ*, eſt in foro animæ inducta vno ex quadraginta Canonibus pœnitentialibus; de quibus; *Hoſtienſ. in tit. de pœnitentia*, vt *not.* Abb. *in d. c.*

84 In ſecundo † vero caſu, quo ad pœnam temporalem. Aut fraudans pondera, & menſuras publicum ius lædit, nempe onerando annonam, vt ſoliti ſunt facere dardanarii, & tunc pœna eſt extraordinaria in *d. l. annonam. ff. de extraordin. crimin.* quæ varia eſt pro qualitate perſonarum, & modo delicti, in tantum vt aliquando, pœna legis Corneliæ de falſis plectatur, vt ibidem expreſſum eſt, & in *l. pen ff de falſis*, idque ex edicto Diui Traiani cuius meminit *d. l. an.* dicens pœnā eandē aduerſus eos ſtatui qui adulterinis vtuntur ſtateris, quæ contra illum indicitur, qui teſtamentum falſum ſcripſiſſet ſignaſſet & recitaſſet. *l. dardanarius. ff. de pœnis*, aliquando pœna relegationis dd. legibus, & *Abb. in cap. vt menſuræ.*

85 Dardanarii autem ſunt, vt id obiter † non ignoretur, qui ob proprium commodū inſidiantur annonæ; merces ſupprimentes, vel carius, acerbiuſue diſtrahentes ideo

eorum

eorum auaritiæ obuiam itum eſt tam conſtitutionibus, quam mandatis Principum, &
memoriæ proditum eſt vrbe aliquando fuiſſe eiectos, fuerunt appellati vt putat *Accur-
ſius in dict.* §. *l. Annona*, Dardano factionum authore, qui maximè dabat operam e-
mendo omnem quam inuenire poterat annonam, vt poſſet poſtea ſolus vendere, ſicut
vellet; Verum ex Apuleio, Eum magum inſignem fuiſſe, & inter inſignes magos
commemorat, creditum eſt enim eorum maleficiis, & venenis magicis annonã auerti
in eorum horrea, & in metiendo, menſuram imminui, & eiuſmodi ſubtrahi: hinc Dar-
daniæ Artes, apud *Columellam*, ideſt, magicæ,

At ſi nulla valet medicina repellere peſtem,
Dardaniæ veniant artes.

86 Aut fraudans † pondera, vel menſuras lædit ius priuatum, & tunc lata eſt materia
de qua eſt *gl. in d. l.* 19. §. *de eo ff. de dolo*, quam Bart ibi dicit eſſe valde pulchram, plenius
quàm in aliqua parte mundi, & Doctores recitant eam, vt iacet, & vltra iura ſupra cita-
87 ta eſt tex. in *l. modios Bar.* & *in l. fi. C. de ſuſcept. & arch. lib.* 10. *in auth. de collat.* §. *eos* † *autem, qui*
vide *Mon. de Arbit. Iud. cent.* 4. *caſu* 313. vbi dicit pœnam arbitrio Iudicis relictã. In quæſt.
propoſita, gl. prædicta, tria capita conſtituit. Nempe in venditore primum, in emptо-
re ſecundum, vltimum autem in tertio aliquo, qui contrahentibus ad vltimas menſu-
ras, vel falſa pondera commodauerit, cui addo ego, vel cum menſor, vel ponderator
eſſet, falſam menſuram retulit, vel falſum pondus.

Ad primum reſpondens Accurſ. facit aliquas concluſiones, & prima eſt ſi vendi-
tor vtatur falſa menſura, ſciente quoq;, & conſentiente emptore, & ſeruanda † eſt con-
88 uẽtio, ratio eſſe videtur, quia ſciẽti, & cõſentienti non fit dolus, vel iniuria, & in effectu
non cenſetur falſa menſura, cum placuerit contrahentibus, & propius colligitur ra-
tio ex *l. Imper. ff. de contrah. empt.* ibi: quibus negotiis, aut preciis negotiatores vina cõpa-
89 rarent in contrahentiũ poteſtate eſſe. Secunda † conc. ſi conuenerunt illi ſtare menſuræ
attenditur conſuetudo regionis. *d. l. Imp.* ſed meo iudicio non probat, cum dicat hoc ſo-
lum neminem compelli vendere, ſi aut mẽſura, aut precium diſpliceat, præſertim ſi ni-
hil contra conſuetudinem regionis fiat; Accedit quod ſi menſura eſt ſecundam con-
ſuetudinem regionis non eſt falſa, aut ſi eſt contra illam cõſuetudinem, quomodo po-
teſt attendi conſuetudo regionis; Si dixeris in puniendo *Accurſ.* non probat.

90 Tertia concluſio † ſi emptor in menſura, vel pondere deceptus fuit & venditor,
ſiue ſi ignoranter fecit tenetur ex empto, quanto minoris empturus erat ſi ſciſſet. *l. Iulia-
nus circa princip. ff. de act. empti*, vel redhibitoria, ſi corporis vitium eſt, gl. in *l.* 1. §. *cauſa ff. de
ædil. edict.* vbi redditur ratio, quia nihil intereſt emptoris, cur fallatur, ignorantia ven-
91 ditoris, an calliditate. Quarta concluſio ſi † conuenerit, vt illa menſura præſtetur, & ẽ-
ptor credat iuſtam, remanet venditor obligatus argumento. *l.* 1 *ff. de act. empti. & de he-
red. vend. l. nam & l. ſequenti.*

92 Ad ſecundum reſpondens facit duas concluſiones. Prima eſt † ſi emptor falſis men-
ſuris vel ponderibus ſciens decipit venditorem, tenetur pluribus actionib. ſcil. actione
furti. *l. ſi quis vxori.* §. *ſi maiora quis. ff. de furt.* quia ſcilicet inuito domino contractauit, cõ-
ditione furtiua, ad id quod plus acceperit contra domini voluntatem, *Bart. in d. l.* 19. §.
de eo. Item rei vendicatio, quia venditor Dominus manet *l. doce ancillã. C. de rei. ven.* item
actione ex eo contractu ſcilicet ex vendito per *l. ſi quis à me. ff. de action. empti*, vbi elegans
eſt in hanc ſententiam tex.

93 Secunda concluſio, ſi emptor † ignorans falſis ponderibus decepit venditorem, &
deceptio eſt vltra dimidiam, competit remediũ. *l.* 2. *C. de reſ. ven.* ſed quid ſi minor ſit de-
ceptus? videtur ſentire Accur. venditori non ſubueniri, quod eſt iniquum per *l.* 1. §. *cau-
ſa. ff. de ædil. edicto*, vbi nihil intereſt, decipiatur emptor dolo, vel ignorantia venditoris;
ita eſt reſpond. è contra; à pari enim procedunt emptor, & venditor in hac ſpecie pon-
deris, & menſuræ *d. l. ſiue à me*, & ideo illud plus rei vendicatione recuperabitur, vel a-
ctione ex eo contractu, illud. n. plus non creditur venditum, cum in eo venditor non
conſenſerit, venditio autem conſenſu perficitur. §. *c. inſt. de ob. ex conſ. l.* 1 *ab empt. ff. de pact.*
& remediũ. *d. l.* 2 non videtur huic negocio ſatis accõmodatum quippe procedit, quãdo
deceptio eſt non in re vẽdita ſed in precio, quia ſc. rem maioris valoris, minoris diſtra-
xit, & *d. l.* 2. *in pr.* ita quod in tota re vendita conſenſum eſt, ſecus in propoſito, nam in eo,
quod eſt vltra iuſtam menſuram, non accedit conſenſus venditoris, ideoq; nec emptio
eſt, nec prohibet dari actionẽ ex vendito, ad illud plus cum eadẽ præſtetur etiam ad re-
ſoluendũ contractum. *d. l. ab emptione*, propter exuberantiã æquitatis iſtius contractus.

Ad vltimum † de tertio commodante falſa pondera, vel adulterinas menſuras.
94 Prima concluſio eſt, ſcilicet tertius ſciens falſa pondera accommodauit, affirmans eſſe
æqua decipiendi cauſa, & propterea conuenerant contrahentes, iis vti ponderibus,
vel menſuris, de dolo ipſe conueniri poteſt, & ita procedit. *l. 19. §. de eo, vt gloſſ. ibi in.*
& Bart. ibi, ratio eſt, vt inquit *Bartol. in ſummario illius tex.* quia contrahentibus non po-
teſt aliter eſſe conſultum, actione ex contractu propter illam conuentionem. Item
competit contra eum actio furti. *d. l. ſi quis vxori. §. ſi maiora*, ſi maiora quis tibi pondera
commodaſſet, cum emeres ad pondus, furti eum teneri venditori Mela ſcripſit. Se-
95 cunda concluſio † ſi contrahentes non conuenerunt ſtare illis ponderibus, vel menſu-
ris, & tun ceſſante actione doli, quod amplius mercis datum eſt, repeti condictione po-
teſt, ſi minora, vt reliqua merx detur ex empto agi poteſt, *d. §. de eo*, vbi ad litteram fallit,
ſi alter ex contrahentibus ſoluendo non ſit, tunc enim in ſubſidium agetur de dolo
contra commodantem argumenro, *leg. & eleganter. §. ſi dolo. ff. de dolo. gloſſ. in dicto. §. de*
eo in principio.
96 Tertia † concluſio ſi conuenerunt ſtare illis ponderibus, &c. & deceptus eſt ven-
ditor, conuenire poteſt commodantem contraria actione commodati per *l. in rebus. §.*
item qui ſciens. ff. commod. ſed non videtur ille tex. in hac materia loqui, ſed quando vitio-
ſa vaſa non vitioſæ menſuræ commodantur, & non ad effectum menſurandi, ſed con-
ſeruandi vinum, vel oleum, & ibi cōmodans tenetur, non quia commodatarius in pon-
dere, vel menſura ſit deceptus, ſed quia materia infuſa corrupta eſt ideo magis furti cō-
petet actio. *dict. §. ſi maiora & etiam actio doli d. §. de eo.* Quarta concluſio ſi emptor de-
ceptus eſt, cum ei non fuerit commodatum, ceſſat actio commodati, ideo præſta-
tur de dolo *dict. §. de eo.* & actio furti, tam contra eum, quam contra venditorem ſi ſci-
uit, *d. §. ſi maiora*, ſi vero tertius non cōmodauit falſa pondera, vel menſuras, id ipſe men-
ſurando, vel ponderando, falſum modium, vel pondus retulit, & reſponde, vt in *tit. ff. ſi*
menſ. falſ. mod. dixer. etc.

Q. 23. Quæro emptor cum emiſſet fundum ex pacto adiectionis in diem, ideſt, vt ſi
alius intra certum tempus meliorē conditionem attuliſſet, eſſet inemptus. *l. 1. cum ſeq. ff.*
de in diem adiect. ſubiecit doloſe alium non idoneum emptorem, qui meliorem cōditio-
nē afferret, eiq; fundus addictus fuit, atq; ita venditor deceptus eſt, Quæritur quomo-
do ſit decepto venditori ſuccurrendum, & videtur actio doli competere, cum emptor
machinationem fecerit fraudulentam ad alium circumueniendum. *l. 1. §. 1. ff. de dolo*, ſed
97 tamen † in contrarium eſt tex. in *l. ſi vendit. ſe maluerit. ff. de in diem adiect.* qua definitum
eſt dari actionem ex vendito ad intereſſe, ſc. quāti ſua intereſſit non eſſe id factum, & per
eandem actionem fructus conſequitur, quos prior emptor perceperat, & quo res dete-
rior dolo eius, vel culpa facta ſit, & ita placuiſſe Neruæ, & Labeoni *Paul. ibi reſpondet.*
Non facit negocium ratio deducta in contrarium, quippe præſtatur actio doli, vbi alia
actione non poſſit eſſe conſultum. *d. l. 1. §. merito ait. ff. de dolo cum ſimilibus.*

Hactenus quoad dolum in contractu emptionis, & venditionis. Venio ad dolum in
contractu locationis, quæ etiam bonæ fidei eſt *d. §. actionum inſt. de act.*

Q. 24. Quæro igitur. Sutor male veſtem incidit cuidam mulieri nobili an teneatur, &
98 quomodo, & nō teneri † vllo modo probat notiſſima illa regula iuris, de qua in *l. qui cum*
alio. ff. de reg. iur. nā qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet nō ignarus conditionis
eius, facit *l. pen. vbi gl. ff. ad Maced.* vbi non obſtat Macedonianum, niſi ei, qui ſciret, vel
ſcire deberet filium familias fuiſſe, cui eredebat; eſt *tex. in l. 3. ff. de fideiuſſ.* in qua admit-
tens fideiuſſorem non idoneum, ſibi imputet. Et copioſe pet *Alex. in l. 2. ſi in fine pr. ff. qui*
ſatiſdare cogant; & conſ. 60. lib. 5. Bartol. *Paul. de Caſtro. & Modeſt. in l. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non*
ierit.

In contrarium me vocat alia ſententia; Nam Sutor, & quilibet alius artifex tene-
99 tur recte officium ſuum exercere, alias ſi id omittat, diceretur † eſſe in dolo, *Ancaran.*
conſ. 158. Socc. conſ. 2. col. 2. vol. 1. Corne. conſ. 133. num. 4. part. 1. qui non facit id quod ſcit, vel
ſcire debet pariter eſt in dolo *Bartol. in l. tutor col. 2. in fin. ff. de admin. tutor. l. dolus. & ibi*
Bart. ff. mand. adeo vt contra illam poſſit in litem iurari *Plot. in l. ſi quando. §. 4. in 3. ampliat*
num. 9. C. vnde vi, & ideo ſiue Sutor male incidit, ſiue accipit malam menſuram, contra
100 id quod ex officio ſuo facere erat obligatus, merito † tenetur ad reſtitutionem pre-
cii, dolus enim, & negligentia commiſſa in arte ſua, vel in officio proprio, non de-
bet illi patrocinari, ſed damnum afferre *Mant. ſingul. 17. numer. 3. & ſing. 642. nu-*
mero. 2.

Amplia-

101 Ampliatur † etiam ſi dicatur pro tutela Sutoris, non eſſe datam ſibi tantam quan-
titatem panni, vel Serici, & fuiſſet ſufficiens, etenim cum quilibet præſumatur peritus
in arte ſua, debebat cognoſcere pannum vel Sericum non ſuffiecre ad veſtem illam fa-
ciendam, eaque ratione petere plus quantitatis, vel non incidere veſtem, ergo ſibi im-
puter cum non fecerit quod oportuit, *Na. ta conſil. 158. numer. 9. vol. 2* nam cum Sutor in-
cidit veſtem, & poſtea reperitur minor, quam deceat, præſumitur pannus furatus à Su-
tore quando ſcilicet in veſte non reperitur poſitus *Aretin. in §. ſi tamen alienam purpuram*
102 *numer. 2. inſtit. de re diuiſ. & ibi gloſſ.* Ampliatur etiam, vt hæc opinio † procedat, quando
Sutor feciſſet aliquam iunctam veſtimento, quæ deformitatem induceret, quamuis
prædictam veſtem reduceret ad iuſtam, & proportionabilem magnitudinem, arguit
enim maiorem dolum, ſaltem præſumptum in arte ſua per *glo. & Ray. de Forli. in l. 1. ff. ad
Syllan. & l. excipiuntur eodem titulo. l. ſi mora, & l. ſi conſtante. §. maritus. ff. ſolut. matrimon.*
Qui dolus, & quæ negligentia probatur per euidentiam rei ſcilicet veſtis inductæ ab
illa perſona, quæ portare eam debet, quia probatione nulla eſt maior, *Tiraquel. copioſe de
præſcrip. gloſſ. 4. §. 1. verb. per decem annos*, adeo quod talis probatio nunquam cenſetur
per ſtatutum excluſa, vt idem *Tiraquell. latè declarat de retractu conſang. §. 4. glöſſ. 1. numer.
36. verb. has autem.* Et procedunt prædicta quando Sutor eſt præſens & accipit menſu-
ram ſuper perſona veſtienda, & menſurat materiam, quæ ſibi data eſt ad veſtem faci-
103 endam. Sed † ſi abſens eſſet, & mitteretur abſenti menſura à Dn., tunc ſi nimis an-
guſta poſtea appareret habita ratione perſonæ quæ debet illam geſtare, nihil eſſet Su-
tori imputandum, ſed domino, qui non iuſtam menſuram, & perſonæ minime cohæ-
rentē miſerit, & de prædictis eſt pulchra deciſio Borgnini *Caual in deciſ. 26. in 1. parte.* Nec
obſtat prædictum argumentum licet in dicta deciſione non inueniatur: reſponſio e-
nim eſt in aperto per ea, quæ ponit *Cagnol. in dicta l. qui cum alio. numer.* 11. dicens limitari
prædictam regulam, quando ignorantia eſt multum probabilis, nam excuſatur con-
trahens, etiam quod aliter non inueſtigaſſet rei veritatem *Alexand. in d. conſil.* 60. cui
conſonans eſt *tex. in l. ſiquis pater familias. ff. ad Mac.* vbi ceſſat Macedonianū, ſiquis mu-
tuauerit filiofamilias, qui ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus publicis vti pa-
ter familias fungebatur; Verum, iuſtam eſſe ignorantiam ex parte Domini, non eſt du-
bium, cum palam artem Sutoriam exerceret, cum ſit ſtandum peritis in arte *l. 1. §. fin. &
ibi* Bart. *& Doct. ff. de vent. inſpic. l. ſemel Cod. de re milit. libr.* 12. *l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. ho-
min. Speculat. de probat. §. fin. verb. hoc quoque Bald. in l. nemini. Cod. de aduocat. diuerſ. iud. &* in
l. comparationes 1. col. in 1. not. & ibi tex. Cod. de fid. inſtr. Confert. quod ponit idem *Cagn.
eod. loco. n. 17. ver. quinto limita*, vbi dicit limitari prædictam regulam in mulierib. in qui-
bus fuit ſupra propoſita dubitatio.

104 *Quæſt.* 25. Dolus commiſſus fuit in locato, tacendo, quomodo ſuccurratur † lo-
catori? *Berous quæſt. 7 per totum, vide. l. ſed addes. § ſiquis dolia. ff. locati, vide* Alex. *conſ. 109. nu.
10. & ſeq. li. 4. Maſc. de prob. vol. 1. fol. 397. concl. 531.*

105 *Quæſt.* 26. Quæro † equus culpa ſolius rei conducentis eſt mortuus, an debeat
locatori precium ſolui, licet famulus ſit adhibitus. *Alber. in l. pen. ff. de vſufructu quem-
admodum caueat. Bald. in leg. ex diui. Codice locat.* Alber. *in leg. ſi vt certo. §. ſi me. ff. com-
moda.*

Quæſt. 27. Quæro Parrochianus cum multarum decimarum eſſet debitor Pleba-
106 no, doloſè aufugit † de parrochia, & ſi ſe confert in aliam Parrochiam, an priſtino ple-
bano ſit reſtituendus cum decimis ſuis, *Cepol. in titul. de adil. edict. l. quæritur. § ſi nominatim. nu. 16. fol. 52.* probat affirmatiuam ſententiam. vide apud eum.

Quæſtio. 28. Quæro quoad alios contractus bonæfidei, puta diuiſionis, pignoris
107 & alios, quatenus † dolus veniat in illis & extendas in omnibus venire quidem dolum;
& præterea latam culpam, ac leuem, prout in ſingulis accidit, dicemus *inf. & vide l. 13. ff.
de pig. act. & l. 3. §. interdum. ff. de neg. geſt.* vbi de actione negociorum geſtorum & de do-
lo in pacto ſubditorum vide Men. *conſ. 28. n. 14. lib.* 1.

108 *Quæſt.* 29. Quæro de dolo in actione mandati, tam directa, quam contraria, & †
de contraria ait Bart. venire ſolum dolum *Bart. in l. ſeruus communis. §. quod iure mandati.
num. 4. ff. de furt.*

109 *Q. 30.* Quæro contra doloſum in depoſito quomodo procedatur *Iaſ. in l. in* † *depoſ.
ff. de re iud. Plot. l. ſi quando C. vnde vi.*

110 *Quaeſt.31.* Quæro de vtili, & quotidiana quæſtione, quam excitat *Alberic.* † *ex intentione Guglielmi in l. ſi dolo. ff. de dolo*, quæ congruit huic ritulo, quia de dolo in contractu permutationis vertitur, quæ bonæ fidei eſt. §. *actionum in verb. & ea, quæ ex permutatione, competit inſtit. de action.* Titius impetrauit primum beneficium vacaturum in tali
111 Eccleſia; Tunc vnus ex † Canonicis, qui pinguem præbendam habebat, infirmitate grauatus permutauit illam cum alio canonico, accipiens longe tenuiorem præbendam, & deceſſit. Quæſtionis eſt an Titius poſſit agere contra permutantem actione de dolo, & petere pinguiorem, Et in fauorem actoris ait *Albericus* conferre textum in *l. ſi dolo & in l. cum quis. ff. de dolo.*

Secundo *Iacobus* confirmat ratione; Nam ille Canonicus ſanus erat in procinctu habendi ditiorem illam præbendam, propter infirmitatem alterius, meritò tamquam doloſa permutatio poteſt reſcindi arg. *l. 2. §. ſi ex bonis ff. de ben. damn. l. ſi maritus ff qui & à quib. l. filiæ meæ, &* ibi *Alb. ff. ſol. mat.*

Tertio *Guilelmus*, ducit argumentum ex *l. fin. in fin. Cod. de proxim. ſacroſcriniorum libr.* 22. Quæ prohibet vnum in locum alterius ſubrogari in fraudem conſtitutionis.

112 Ex aduerſo pugnat † regula, quod in dolo non videtur, qui ſibi proſpicit: *l. cum pater. §. Titio. ff. de legat. 2. l. & qui natura. §. cum vitio. ff. de neg. geſtis l. pupill.* alias incipit. *l. Iulia. ff. de acquir. hæred.*

Secundo quia ille, qui impetrauit primum beneficium vacaturum certat de lucro, vnde aliis præiudicare potuit permutando. *l. quæ autem ff. quæ in fraudem credit. l. cum quidam. ff. de iure fiſci. & l. 1. C. de iure fiſci. l. 1. §. idem ait. de aqua pluu. arcend. & l. flumina. §. fin. ff. de damn. infecto.*

Albericus concludens in articulo inquit dubitabilem eſſe quæſt. quo ad ius ciuile, cum legibus eius, & rationibus hinc inde conſideratis res dubia efficiatur, cæterum de iure Canonico rem eſſe expeditam ait per tex. *in cap. ſi te præbendam de renunciat. li. 6.* etenim loquitur in terminis noſtris, definiens permutationem tamquam fraudulẽtam, reſcindi, retractariq;. Planè cum materia prębendarum ſit penitus canonica, ad ſacros canones omnino pertinens, *t. t. ext. de præbend. & dign.* canonicis tantum conſtitutionibus hæc quęſtio dirimenda, eſt præſertim cum ſpecialis ſit edicta conſtitutio in *d. ca. ſi te præbendam*; poſſumus, itaq; ſine reprehenſione, dimiſſis legibus ciuilibus iuri Canonico
113 inhærere; Quo iure ſancitum eſt, vt toties poſſit dicta permutatio reſcindi, quoties † ſit facta in fraudẽ illius, qui impetrauit primam præbendam vacaturam, ad probandã vero illam fraudẽ. ponuntur eo loco à ſummo Pontifice coniecturæ, & præſertim illa grauis infirmitatis, & ſentit apertè Pontifex, quod ſi permutatio careret fraude non eſſet irritanda (ibi fraudulenter ei renunciet, & ibi dummodo de præmiſſa fraude appareat, ſaltem per aliquas probabiles coniecturas) quare ſi permutantes eſſent ignari impetrationis; qua adhuc non conſtaret de ea, in dubio nõ poſſent videri in dolo, etenim in ignorantem non poteſt eſſe machinatio ad circumueniendum alium, ideo nec dolus. *l. 1. ff. de dolo*, idemq; iuris eſſet ſi ante fuiſſet facta permutatio, & poſtea ſecuta impetratio, abeſſet enim tunc omnis ſuſpicio doli.

De Dolo in contractibus ſtricti iuris, Cap. IIII.

1 *Contractus ſtricti iuris, non ineleganter deſcribuntur.*
2 *Quid ſignificet eſſe ſtricti iuris.*
3 *Statuta, & conſuetudines dicuntur ſtricti iuris.*
4 *Stricti iuris dicitur quicquid aduerſatur æquitati.*
5 *Item quod ſit ſecundum regulas iuris.*
6 *Item dicitur, quod non eſt bonæ fidei.*
7 *Quinam dicantur ſtricti iuris contractus, & an ſint omnes qui prætermittuntur* in §. Act. Inſtit. de actionib.
8 *Concluditur nõ eſſe* ex d. §. *argumentandũ.*
9 *Cauſæ exhæredationis plures eſſe poſſunt quam 14.*
10 *Stipulatio tantum ſtricti iuris appellata reperitur.*
11 *Circa ſtricti iuris contractus dignoſcendos ſequenda eſt regula Dd.*
12 *Cur non omnes eſſent bonæ fidei contractus.*
13 *Ratio Fabri, quod eſſet frequentia contractuum, reiicitur non obſtante* Alciat. *defenſione.*
14 *Improbatur ratio Alc. per Duaren.*
15 *Ratio Duar. approbatur.*

16 Bor-

16 *Bona erant fidei contractus humano conuictus præ cæteris neceſſarii.*

17 *Vtrum dolus annullet ipſo iure ſtricti iuris contractus, an vero ope exceptionis, remiſſiuè.*

18 *Dolus dans cauſam acceptilationi, non irritat ipſo iure propter interuentum ſtipulationis.*

19 *Donatio olim ſtricti iuris, hodie bonæ fidei.*

20 *Infertur ad mutuum.*

21 *Infertur ad ſtipulationem.*

22 *In ſtipulatione, ſicut in quolibet contractu, dolus poteſt committi re ipſa & ex propoſito.*

23 *An, & quando ſtipulator dolo deceptus agere de dolo poſſit, & pro negatiua imprimis arguitur.*

24 *Donans de dolo tenetur, ſi donatarium deceperit.*

25 *Finitur articulus diſtinctione; in contractu ſtricti iuris lucratiuo, quis non tenetur de dolo re ipſa; ſed ex propoſito.*

26 *In contractu vero oneroſo, ſecus.*

27 *Tollitur obiectum* leg. ſi quis cum aliter ff. de verb. obligat.

28 *Vtrum tranſactio ſit ſtricti iuris, & ipſo iure propter dolum annulletur.*

29 *Tranſactio ſpecifice ſumpta, vltra Vlpian. definitur.*

30 *Bart. diſtinctio ſuper articulo prædicto.*

31 *Qualis eſt contractus, talis diſtractus.*

32 *Iuramentum ſequitur naturam contractus ſuper quo interponitur.*

33 *Permutationis contractus eſt bonæ fidei.*

34 *Tranſactionem indiſtincte ſtricti iuris eſſe, arguitur pro ſententia Alc.*

35 *Quales ſunt contractus, tales ſunt actiones, quæ ex iis oriuntur.*

36 *Variæ quæſtiones proponuntur in materia tranſactionis.*

37 *Vtrum dolus dans cauſam tranſactioni, reſcindat eam ipſo iure.*

38 *Concluditur negatiuè, quia tranſactio ſit ſtricti iuris.*

39 *An vitietur tranſactio ipſo iure ob fauorem cauſæ, ſuper qua interponitur, vt in tutela, vel cura, & concluditur pro ſententia communi negatiua,* num. 41.

40 *Dolus idem operatur in liberatione, quod in obligatione.*

41 *Tutelæ cauſa, vel cura, non eſt fauorabilis, ſicut cauſa dotis.*

43 *Dolus incidens annullat contractum dotis, non tutelam.*

44 *Tranſactio non eſt proprie diſtractus, ſed liberatio à ſententia.*

45 *Ideo eſt ſtricti iuris, quemadmodum ſententia.*

46 *Vtrum tranſactio doloſe inita ſuper actione doli annulletur ipſo iure, & firmatur ſententia gloſſæ negatiua,* numero 52.

47 *Exempla quæſtionis proponuntur.*

48 *Infinitas legibus odioſa, & merito euitanda.*

49 *Geminatio plus operatur, quàm ſimplex diſpoſitio.*

50 *Lex non recedit à diſcretione naturali.*

51 *Abſurdum eſt eamdem eſſe pœnam ſimplicis, ac geminati delicti.*

53 *Commendatur authoritas gloſſ. ne ſit ab ea in dubio recedendum.*

54 *Nec in dubium eſt recedendum à regula.*

55 *Si ſuper lite calumnioſa, adhibita tranſactio annullet ipſo iure, vtrum procedat tam in calumnia actoris, quàm rei, & firmatur ſententia affirmatiua,* numero 57.

56 Fauorabiliores *Rei ſunt actoribus, & hæc regula pluribus actionibus, & authoritatibus comprobatur.*

58 *Tranſactio ſuper lite calumnioſa, concidit, tamquam ſua carens materia.*

59 *Nemini eſt in ſuo delicto fauendum.*

60 *Tranſactio eſt proprie contractus, cum hinc inde obligationem producat.*

61 *Ad tranſactionem non deuenitur in fine cauſæ, ideo tunc non magis parcendum eſt reo, quàm actori.*

62 *Si calumnia in litigando non ſit euidens, non annullat ipſo iure tranſactionem.*

63 *Euidens quid dicatur, & plus eſt quàm manifeſtum.*

64 *Calumnia actoris in litigando, etiam ſi ſit nota aduerſario infringit tranſactionem ipſo iure.*

65 *Sicuti quando calumnia emanauit à procuratore.*

66 *Item quando fuerit à partibus commiſſa ante litem motam.*

67 *Secus ſi interuenerit in cauſis capitalibus iuxta* l. tranſigere. Cod. de tranſaction. per rationem illius text.

68 *Vtrum qui dolo induxit aduerſarium ad tranſigendum, poſſit pœnitentia ductus recedere à tranſactione agendo actione primaua.*

69 *Et concluditur negatiuè ſecundum communem.*

70 *Contrariis reſpondetur.*

71 *Quandoque licitum ſit turpitudinem ſuam allegare.*

72 *Vtrum dolus videatur generali tranſactione remiſſus.*

73 *Quare in vltima voluntate generaliter remiſſus non videatur.*

Secundum fundamentum commouetur, quoniam Iuſtin. non vtitur dictione ta-
xatiua, & propterea non valet conſeq. igitur non ſunt aliæ, exemplo. §. 1. *inſtitut. de ſeruit.*
ruſticorum præd. ait Imperator. iura prædiorum ruſticorum ſunt hæc, & quatuor recen-
ſet, & tamen ſunt plura, & in §. *inter ruſticor. eodem tit.* Tertia & quarta ponderatio non
ſunt magni ponderis quoniam voluit Imperator tollere dubitationem nunquid illæ
duæ actiones eſſent bonæ fidei, non facere concluſionem quod aliæ bonæ fidei non
reperiantur. id quod tanto magis videtur affirmandum, quanto in §. *aliud quoque capitu-*
9 *lum, in auth. vt cum de appellat. cognoſc.* enumerantur † 14. cauſæ exhæredationis, cum
dictione taxatiua, & tamen fatentur Doctores, & alias ſimiles cauſas reperiri poſſe; id i-
pſum affirmantes in *l. fin. Cod. de reuoc. donat.* dum ponuntur cauſæ iuſtæ reuocandi do-
nationem, cum dictione taxatiua, nempe & alias inueniri in §. *actionum*, vbi Iuſtin. non
vtitur vlla dictione præciſa, ita argumentantur. Sed quamuis illorum opinio non ſit o-
mnino concludens, tamen certior eſt, quàm alia dari poſſit, præſertim cum de actio-
10 ne ſtricti iuris vnum ſit in iure certum teſtimonium, ſcilicet in † actione ex ſtipulatu.
§. *fuerat. inſtitut. de action.* nullam aliam actionem ſtricti iuris appellatam inuenio. Vera
regula eſt quidem, vt ille contractus ſit ſtricti iuris, in quibus prætor non dabat iudici
formulam in iudicando, vt ex fide bona iudicaret, vel prout æquius, meliuſue videre-
tur, ſed prout ex conuentionis verbis appareret argumẽto. *l. quia tantundem. ff. de neg. geſt.*
ſicut bonæ fidei erant contractus, in quibus prætor mandabat iudicari ex fide bona, vt
declarauimus ſupra, in capit. de dolo in contractibus bonæ fidei ex mente Duareni in
l. in actionibus. ff. de in litem iuran. in l. iuriſgentium ff. de pact. §. *in bona fidei*, *ex Menoch. de*
arb. lib. 1. quæſt. 3. ſed & ſi vera ſit dicta regula, dubia tamen & incerta eſt, cum receſſerit
ab aula iudiciorum antiquus ille iudicandi modus; ſequamur igitur regulam docto-
11 rum, donec alius † meliorem inuenerit, & ad vberiorem eius rei explicationem,
quæramus, cur nam lex non voluerit omnes contractus eſſe bonæ fidei, cum magis æ-
quitatem admittunt, & iudicetur in illis ex bono, & æquo *Faber. in §. actionum. inſtitut.*
12 *de action* putat eam † eſſe rationem quoniam emptio, venditio, locatio, conductio,
ſocietas, & aliæ ſimiles frequentes ſunt & in vſu quotidiano poſiti, & ideo vtilitatis cau-
ſa fuiſſe conſtitutos bonæ fidei argumento. *l. iuſto. ff. de vſucap.* at alii contractus non ſunt
13 ita frequentes, cæterum † hac attenta ratione, ſtipulatio, & mutuum, quorum aſſidua
eſt tractatio. *l. iuriſgentium.* §. *quod ferè ff. de pact.* deberent inter conttactus bonæ fidei
connumerari, *Alciat. in l. bona fides depoſit.* defendendo Fabrum dicit, ſtipulationem,
cum de iure ciuili fuerit inducta, non tam latè patere, quam contractus iuriſgentium,
ſed hæc defenſio haberet colorem, ſi ſola ſtipulatio eſſet ſtricti iuris, ſed cum mutuum
ſit iuriſgentium. §. *iuſgentium. inſtitution. de iur. natural. gent. & ciuil.* eandem naturam
habet, & ſic ſtricti iuris.

Quid eſſet reſponſurus Alciatus non video, Accedit quod inter contractus
bonæ fidei, conſtituitur tutela *dicto.* §. *actionum*, & tamen eſt de iure ciuili. §. 1. *inſtitut. de*
14 *tutel.* Improbatur etiam ratio † Alciati per Duarenum in *l. in actionib. in verb. bona*
fidei. ff. de in litem iur. quia cum bonæ fidei, & ſtricti iuris actiones à iure ciuili conſtitu-
antur, ſatis erat ſtipulationem de iure ciuili, & in vrbe Romana eſſe frequentem, & aſ-
ſiduam, ad acquirendam naturam bonæ fidei, quippe quia in his actionibus bonæ fidei,
vel ſtricti iuris conſtituendis, non quod eſſet apud alias gentes vtile, & quotidianum,
ſed quod maxime præſtaret in vrbe Romana, Prætor conſiderauit.

Quid ergo dicemus; ſanè explorata, & inconcuſſa ratio reddi non poteſt; Proba-
15 bilis autem illa mihi videtur, quam † Duarenus loco prædicto excogitauit, nempe
prætorem ad neceſſitatem magis cõtractuum, quàm ad frequentiam reſpexiſſe in hac
differentia bonæ fidei, & ſtricti iuris conſtituenda.

16 Etenim † illi contractus, qui dicantur eſſe bonæ fidei, maxime neceſſarii ſunt ad
humanum conuictum, & ſine his ſocietas humana conſiſtere nequit, & ad huius rei
probationem vtitur *Cicer.* grauiſſima authoritate in *tertio de offic.* in hæc verba. Quin-
tus Scæuola Pontifex Maximus ſummam vim dicebat eſſe in his arbitriis omnibus,
in quibus adderetur (ex fide bona) fideique bonæ nomen, exiſtimabat manare la-
tiſſime, idque verſari in ſocietatibus, tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, ven-
ditis, conductis locatis, quibus vitæ ſocietas continetur, ſed & huic rationi poteſt ob-
ijci illud, quod de mutuo dictum fuit, nam videtur ad humanam ſocietatem maxi-
me neceſſarium & tamen à Doctoribus ponitur in albo contractuum ſtricti iuris, cæ-

terum dixi eam rationem Duareni eſſe probabilem; quam qui vult omnino refellere afferat in primis probabiliorem; iuxta illud *Horatii.*

Candidus imperti, ſi non, his vtere mecum.

Quaeſt. 4. His ergo, explicatis propius accedo ad aliam quæſtionem, nempe de
17 effectu doli in contractu ſtricti iuris; & quæro primo vtrum † dolus annullet ipſo iure huiuſmodi contractus, an ope exceptionis, & reſpondeo, vt in *ſecundo libro*, in verbo diuiſio doli, ſcilicet de dolo dante cauſam, & de dolo incidente; & dictis eo loco, addo *Caſtrenſ. in l. ſiquis cum alter. num. tertio. ff. de verb. obligationib. & in l. in ſumma. num. 4. ff. de condit. indeb.* Adde etiam rationem illius communis opinionis, quod ſcilicet non annullet ipſo iure, per *Duaren. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. in verb. bonæ fidei*, ex qua concluſione infertur, quod dolus dans cauſam acceptil. non irritat eam ipſo iure
18 propter interuentum † ſtipulationis *Bald. in l. ſi ſuperſtite. C. de dolo*, & ibi Doct. eſt enim ſtipulatio, ſine qua non conſiſtit acceptilatio. §. *1. & 2. inſtit. quibus mod. tollitur obligatio*, eſt inquam ſtricti iuris, §. *fuerat inſt. t. de actionibus*, infertur etiam ex eadem ratione ad fideiuſſorem, vt nec ille propter dolum tollatur ipſo iure, nam ad ſui ſubſtantiam requirit ſtipulationem. §. *fin. inſtitut. de fideiuſſ. l. ſciendum*, vbi not. *de verb. obligationib.*

Infertur ad donationem ante tempora Iuſtiniani, nam citra ſtipulationem non
19 valebat, & propterea dicebatur † eſſe iuris ciuilis, gloſſ. magiſtral in §. 1. *inſtitut. de donation.* & ibi *Reminal.* hodie autem videtur eſſe bonæ fidei, vt dixit *Iaſon in l. ſiquis cum alter*
20 *numer. 2. ff. de verb. obl.* Infertur † ad mutuum, vt nec dolo deficiat ipſo iure, cum ſit ſtricti iuris.

21 Infertur ad ſtipulationem † ipſam per regulam, per quod vnumquodq; tale, & illud magis *l. ex diuerſo. §. 1. & ibi Bald. Imol. & Alex. not ff. ſolut. matrim. Clem. vni. & ibi Card. not. de reliq. & venerat. ſanctorum; Euerhard. in loco à minor. 5.* nam ſi propter ſtipulationem acceptilatio fideiuſſorum non annullatur ipſo iure, multo minus ſtipulatio ipſa, vt probatur in *leg. ſi dolo. Codice de inutil. ſtipulation. in l. ſiquis cum alter. ff. de verborum obligationib.*

22 Plane † duplici modo in contractu ſtipulationis, ſicut & in quolibet alio contractu poteſt dolus admitti re ipſa, & ex propoſito. Rurſus re ipſa aliquando ex parte promittentis, quia ſcilicet re ille deceptus ſit, de qua læſione agitur in *l. ſiquis cum alter*, vbi *Iaſ. in 1. ff. de verb. obl.* Nonnunquam ex parte ſtipulantis, ſiue creditoris, quia ſcil. ille re ipſa deceptus ſit, de qua læſione agitur in *l. ſi id quod aurum. ff. de verb. obligat. & ibi Iaſon, & in d. l. ſiquis cum alter in pr.* De dolo re ipſa ex parte debitoris, diſſeruimus in illa diuiſione doli re ipſa, & ex propoſito.

23 *Q.* 5. Inueſtigemus hic † de dolo ex parte ſtipulatoris, quando ipſe inuenitur re ipſa deceptus; an & quando agere de dolo poſſit, & videtur negatiua ſententia verior.

Primo ex *dict. leg. ſi id quod aurum in fine à contrar. ſenſu*, ibi ſi ſciens fefellerit, ergo ſi non ex ſcientia, ſed ex ipſa contingat deceptio, actio tamen competit per illum textum *2. ex l. Ariſt. §. fin ff. de donat. & l. ad res donatas ff. de ædil. edicto*, in quibus præſupponendū eſt donationem eſſe ſtricti iuris. quoniam iure Digeſt fiebat per ſtipulationem.
24 §. 1. *iuncta gl. inſt. de don.* Quo ſtante, donans † ſi donatarium re ipſa decipiat, quia donauit rem alienam ſine dolo malo, eaquè poſt multos ſumptus factos in ea fuit euicta, An donans teneatur aliquo modo donatario, negat in vtroque loco Iuriſc. ibi: nullam mihi actionem contra donatorem competere, & ibi: ne liberalitatis ſuæ donator pœnam patiatur, ſecus ſi dolus ex propoſito interueniſſet. Ex aduerſo pugnat *d. l. ſiquis cum alter*, ibi: idem eſt ſi res ipſa in ſe dolum habeat.

Secundo ex *l. ſi ſine. §. ſi in ſt. pul. ff. rem ratam haberi*, vbi ſiquis promiſerit ratam ſe rem habiturū, & per imprudentiam nihil eſt dictum, poteſt promiſſor ex clauſula doli conueniri, vt & ſuos hæredes obliget.

Tertio ſuffragatur reſponſum *Pauli in l. ſi ſterilis §. quamuis ff. de action. empti*, nam ſi emptor & venditor conſentiunt in corpore, de qualitate autem diſſentiunt, veluti ſi menſas quaſi citreas emat; quę non ſunt, venditor tenetur emptori ad intereſſe; quanti intereſt eum deceptum non eſſe. Ecce dolo non facit venditor, tamen quia dolus adeſt re ipſa, obligatur.

25 Ad diſſoluendum hunc nodum: *Iaſ. in d. l. ſi id quod aurum. nu. 3. in 3. not.* putat † diſtinguendum. Et iſta diſtinctio videtur probari per *Bartol. Caſtrenſ. Imol. Cuman. Albert.* præter alios. Igitur aut loquimur in ſtipulatione, vel alio contractu ſtricti iuris interpoſito ex cauſa lucratiua, & debitor non tenetur de dolo re ipſa, ſed de dolo ex propoſito

& ita

26 & ita ſunt accipienda iura pro opinione † negatiua deducta, & ratio quoad donationem eſt, ſuperiora allegata, ſcilicet ne liberalitatis ſuæ? quoad ſtipulationem inquit *Iaſ.* eſt ratio, quia & ipſe debitor decipitur in re, & poteſt vltra *Iaſ.* dici, ne duplici onere ſine culpa ſua prægrauetur, ſcilicet, quod rem, quam promiſit debeat præſtare. *d. l. ſi id quod*, & inſuper dolum pati, quem non committit, nam vbi dolus non eſt, ibi non debet eſſe pœna. Aut vero agimus in ſtipulatione, vel alia conuentione facta ex cauſa non lucratiua, ſed oneroſa, & tunc præualeat alia opinio, & debitor teneatur tam in contractibus ſtricti iuris, quam bonæ fidei, vt per *Bar. d. l. ſi quis cum aliter*, & hoc modo procedunt *l. ſi ſine*, *& l. ſi ſtertlis.*

27 Sed hæc ſolutio † non conuenit. *dict. l. ſi quis cum aliter* ideo reſpondetur, eo loci tractari de dolo ſtipulatoris, non promiſſoris, vt initio huius quæſtionis diximus, & probat. *Iaſon. dict. l. ſi id quod. verbo tertio limita*, ponderando illa verba, idem eſt & facit principium *dicta legis*, nec non ſuadet humanitas, ſuccurrendum eſſe. Reſp. etiam *Iaſ. ad l. ſi ſine*, vt obtineat in ſtipulationibus prætoriis, in quibus æquitas multum attenditur, Prætor enim æquitatem magis, & mentem contrahentium inſpicit, argumento *l. 1. in fine ff. de prætor. ſtipul. & in conuentionalibus. ff. de verbor. obligat.* Ita vt Iaſon. ibi regulam conſtituat, in conuentione ex cauſa lucratiua, non teneri debitorem ob dolum re ipſa, limitat vero in cauſa oneroſa, in dolo ſtipulatoris ex cauſa lucratiua, in contractibus bonæ fidei, & in ſtipulationibus prætoriis à *numero tertio, vſque ad numerum quartum.*

Quæſt. 6. Infertur præterea ad tranſactionem, quæ & ipſa cum ſit ſtricti iuris ob

28 dolum non redditur nulla ipſo iure † *Alciat. in l. ſi ex falſis. C. de tranſaction.* vbi inquit tranſactionem cui dolus, vel falſitas, cauſam dedit valere mero Iure ſed cum idem *Alciat. in Rub. & in l. actione. C. eod. tit.* & in *l. ſub prætextu.* non videtur abſolute concedere tranſactionem eſſe ſtricti iuris, intueamur quod iuris; pendet enim hinc reſolutio huius dubitationis, nunquid ſcilicet per dolum annulletur ipſo iure.

29 Poteſt autem † tranſactio ſpecifice ſumpta vltra *Vlpian. in l. 1. ff. eod.* ita deſcribi, vt ſit controuerſiæ in iudicio deductæ, vel deducendæ, aliquo dato, retento; vel promiſſo facta deciſio, argumento *l. tranſactio nulla. & ibi gloſſ. C. de tranſact. & l. 2. Codic. eod.* & dixi hanc eſſe definitionem tranſactionis ſpecifice ſumptæ, & prout accipitur in vtroque titulo. *ff. & Codice. de tranſact.* quoniam generalem ſignificationem habet, quamcunque conuentionem, negociorumque geſtionem ſignificans. *leg. 2. ff. ſi quis caut. l. 1. § 1. ff. de pact. l. 2. & l. admonendi. ff. de iureiur. leg. 46. ff. de rei vend. leg. 1. § ſicut. ff. ad Turpill.* nos autem in quæſtione noſtra in priori acceptione, tranſactionem ſumemus, quæ appellata eſt tranſactio, quaſi tranſitus, & receſſus ab actione. *l. 2. cum gloſſ. Cod. de tranſact.* dixit *Iaſ. in dict. l. ſub prætextu n. 9.*

An ergo ſit omnino, & indiſtincte iuris ſtricti *Bartol. & Alciat. in dicta Rub. num. 2.* & in *l. ſub prætextu. Co. de tranſact. Curtius Iun.* qui multos Doctores antiquiores citat

30 ibi *numero vigeſimoquinto*; putat † eſſe bonæ fidei, quoties ſuper actione, vel contractu bonæ fidei interponatur; ſtricti vero Iuris quoties ſuper ſimili conuentione fiat, adducta illa ratione, quod eiuſdem iuris creditur eſſe diſtractus, cuius eſt contractus; gloſſ. quæ ſemper ad hoc allegatur in *l. de tutela de in integr. reſtit. Curt. Iun.* multa cumulans in *l. actione. C. de tranſact. leg. ab empto*, & ibi *Dd. ff. de pact.* vt latè probauimus ſupra in diuiſione de dolo Dante cauſam, & incidente, & *Euerhardus in loco à contractu*

31 *ad diſtractum*, ideoque ſi contractus eſt bonæ fidei, ita & † diſtractus, locis ſupra citatis. Tranſactio autem diſtractus eſt.

Secundo ſuffragatur. *l. 1. in fine. ff. ad Senatuſconſ. Tertull.* ibi, vt iudicata debeamus ab eo accipere, cui iudicandi ius fuerit, tranſacta ſcilicet bona fide, ne valeat tranſactio finita.

32 Tertio vltra Doctores Iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo † interponitur. *leg. fin. Codice de non numer. pec. Corne. conſilio centeſimoſecundo, numero ſeptimo*, vbi latiſſime rem explicat, Iuramentum autem eſt ſpecies tranſactionis. *l. 2. ff. de iureiurand.*

Quarto actio præſcriptis verbis, cum ſuper contractu permutationis vel de æſtimato proponitur, bonæ fidei eſt; cum ſup aliis contractib. innominatis, ſtricti iuris eſt;

33 q̃a permutationis contractus † eſt bonæ fidei *Bar. in l. 1. ff. de rer. permut. Imol. Rom. Aret. n. 4. in l. ſi id quod aurum ff. de verb. obligat. verb.* ſtipulatio interpoſita ſuper contractu ſequitur naturam illius, *l. 1. §. belliſſime. ff. vt legat. nomi. leg. 4. §. conuentionales. ff. de verb.*

obligat.l.5.§.pauci.ff.de priuil. credit. Alex. in Rub.ff.de verb. oblig. in vltima quaeſt. & ideo in contractu dotis facta ſtipulatio, euadit bonæ fidei. *§.fuerat inſtit.de action.l.vnic.C.de rei vxor.action. & Iaſ.in d,l.ſub.prætextu numer.*21. dicit opinionem Bart. eſſe communiter probatam, ibi & per *Imol.& Anton.in c,1.de depoſit.*

34 Contrariam tamen ſententiam, quod imò tranſactio ſit indiſtinctè ſtricti † Iuris, probat *Alciat.in Rub.& num.15.C.de tranſact.& in l.actione eod.tit.*& magis receptam teſtatur *d.Rub.num.17.* Primo quia tranſactio ex ſe contractus eſt, & non pendet ab origine præcedentis actionis, nec contractum reſcindit, ſed a iudicio recedit, & ſententia, quæ eſt ſtricti Iuris. *l.1.C.ſi plures vna ſententia fuerint condem.l.1.iuncta gloſſ.Cod.ſi aduerſ.rem iudic.l.Paulus lect.2.ff.de re iud.Soccin.conſ.134.col.pen.libr.1.Dec.conſ.348.colum.3. verb.quib.tamen.*

Secundo à ſimili: nam ſtipulatio ſuper contractu bonæ fidei poſita, retinet tamen ſuam naturam ſtricti iuris. *l.in bonæ fidei.ff.de eo quod certo loco.* Vnde Doctores diſputant, an quando in contractibus bonæ fidei eſt interpoſita ſtipulatio, & ſic contractus partim eſt bonæ fidei, partim ſtricti iuris, dolus dans cauſam annullet ipſo iure, & diximus in prædicta diuiſione doli dante cauſam, & incidente, *Bald.in l.dolo.C. de inut.ſtip.*

Tertio ſuffragatur commune argumentum. quia tranſactio non ponitur *in §. action.inſtit.de action.*quo argumento vtuntur Vltramontani, vt per *Curt.in l.ſub prætexto nu.25.C.de tranſact.*

Quarto non debet de tranſactione iudicari an ſit bonæ fidei ex natura contractus, ſuper quo interponitur, quoniam ſæpe ignoraremus an ſit bonæ fidei, vel ſtricti Iuris, nempe quoties ſuper negocio vltimæ voluntatis (quod nō raro accidit *leg. de his ff.de tranſact.cum ibi notat*) Interponitur. nam iſta qualitas bonæ fidei, & ſtricti Iuris in vltimis iudiciis, non cadit. Nec aduerſantur allegata in contrarium, ad primum enim dicitur tranſactionem eſſe vere, & proprie diſtractum, quia per eam diſcedimus a lite. *l.1.ff.eodem facit.l.ſiue apud acta C.de tranſact.* vbi, ſi non ſeruetur tranſactio, competit priſtina actio, quod ſi negocium eſſet diſtractum minime competeret, ſed ageretur ad obſeruantiam tranſactionis.

Secundum euitatur, quia ibi bona fides ſignificat, quod fraude, & dolo caret, nam vt in *l.3 pro ſocio*, non autem ponitur ad differentiam ſtricti iuris, nam ſi ita acciperetur, probaret ille locus, quod tranſactio eſſet indiſtinctè bonæ fidei, quod eſt contra Bartolum & alios diſtinguentem, vt ſupra.

Tertium tollitur, quia iuramentum ſuper contractu eſt acceſſorium, ideo ſequitur, & c.tranſactio eſt de per ſe contractus hinc inde obligatorius, deinde illa propoſitio, iuramentum ſequitur naturam actus, recipit multas declarationes, vt per *Cras. dict.conſil.*102.

35 Quartum nihil vrget, quoniam † tales ſunt actiones, quales, ſunt contractus, ex quibus oriuntur, & ideo cum contractus permutationis ſit bonæ fidei, talis quoq; eſt actio, quæ proficiſcitur ex eo, cum alii contractus innominati ſint regulariter ſtricti iuris, tales ſunt actiones.

Quintum commouetur, non ſolum quia eſt maxime controuerſum in iure, an ſtipulatio trahatur à contractu, vel trahat, mutet vel mutetur eius natura, vt latiſſime per *Iaſon. Soccin. & alios, in* Rub *ff.de verb.obligat.* verum etiam ex eo, quod in his noſtris terminis bonæ fidei, & ſtricti iuris oſtendimus ſuam ſtrictam naturam retinere, *Barto. in l.ſingularia in 6.ſpeciali.ff.ſi cert.pet.per tex.cum gloſſ.in l. in bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco in verbo condicturum*, & ibi *Caſtrenſ.& Iaſ.in d.*Rub.*num.19. verbo octauo facit.* Conſidero etiam quod opinio *Bart.in dict.l.ſub prætexto num.6.* virtualiter non diſcrepat ab Alciato, & aliis, nam ipſe ait quod vbi tranſactio eſt interpoſita ſuper contractum bonæ fidei, eſt nulla propter dolum. Sed liberatio, quæ ex ea ſequuta erat, quia habet vim traditionis, reſcinditur per actionem de dolo, nam cum ſemper ex tranſactione ſequatur, liberatio *leg.1.ff. de tranſact.* ſemper erit in contractu bonæ fidei facta tranſactione, actio doli neceſſaria, ſicuti cum facta eſt ſuper cōtractu ſtricti iuris & ſi dixeris *Bar.* intelligere quando ſequuta eſt liberatio poſt tranſactionem ex acceptilatione interpoſita *l.Act.C.de tranſact.* reſpondeo verba *Bart.* hoc non importare, & ſi ita dicerent, verum loqueretur, *Curt.d.l.ſub prætextu num.26.* Poſito igitur tranſactionem † ſtricti iuris

36 eſſe, quæramus de illa nonnulla, quæ dignum tractatum habent, eo tamen præmiſſo, quod dolus in tranſactione tribus modis poteſt admitti, vt inquit diſerte *Alciat. in l.*

actione

actione. & ibi *Bald. numer. 7. C. de tranſact. Bart. in 2. lect. & Curt. Iunior. ibi in pr.* Primo qui-
dem ante tranſactionem cum doloſe curator adminiſtrauit. Secundo in ipſa tran-
ſactione, vt quia reus dolo malo, actori perſuaſit, vt accepto ferret, de quo dicto, ex
mente gl. & aliorum ageret in *d. l. actione.* Tertio dolus poſt tranſactionem committi-
tur, propterea quod reus doloſe non ferat, promiſſa non adimplet. *l. elegant. §. ſiquis l. ſi
non ſortem. §. libertus l. 36. verb. reſponidt. ff. de cond. indeb. Roman. autem in l. ſub prætextu. Cod.
de tranſ. n. 12.* dupliciter dicebat dolum in tranſactione contingere nempe in litigando,
& in non exequendo tranſactionem, & obtinet dictum Romani in his perſonis inter
quas non eſt controuerſia, de adminiſtratione bonorum Bald. vero, & Alci. & aliorum
ſententia valet in his, qui de adminiſtrationis occaſione litigant, vt euenit in tutoribus,
Curatoribus ſicut loquitur tex. *in d. l. actione.*

Quæſtio. 7. Quæro autem primo. Vtrum tranſactio cui dolus cauſam dedit,
37 ipſo iure ſit † inualida ; an ope exceptionis, ſed ante declaro ex mente *Bald. in l.
ſub prætextu. C. de tranſ. num. 2. & 3.* quando dolus dicatur dediſſe cauſam tranſactioni,
nempe ſi quis probationes ſubtraxerit, vel inſtrumenta, *d. l. ſub prætextu*, ibi ſane ſi per
te ; vel per alium ſubtractis inſtrumentis ; ſiue ſubtrahat teſtes , vel minis re-
pellat à reddendo teſtimonio argumento. *l. prouidendum. ff. de poſtulando*, hoc verbo ſic
conſtituto videtur in propoſito articulo dicendum tranſactionem ipſo iure annullari
per textum ſingularem in *l. in ſumma. ff. de condit. indeb.* vbi *Bologn. in appoſtill.* inquit ex
mente Baldi non eſſe textum ita clarum, quod dolus dans cauſam tranſactioni annul-
let ipſo iure, ait enim de tranſactione agens, ſin autem euidens calumnia detegitur,
tranſ. imperfecta eſt, & repetitio dabitur, illud. n. verbũ imperfecta eſt, denotat ipſo iu-
re non valere. *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfectâ. C. de teſtam l. 55. ff. de contrah. emptio*: ibi ſiue
in precio diſſentiunt. ſiue in aliquo imperfecta emptio eſt, & ibi illud conſtat imperfe-
ctum eſſe negocium, cum emere volenti ſi venditor dicit, quanti velis habebis em-
ptum, facit vltra Doctores. *l. 9. §. qui per fallaciam. ff. de tranſ. in fine*, dum ait, quod decipi-
tur non paſcitur, Reſp. vt per gloſſ. ibi.

Contrarium tamen, vt videmus, communis ſchola Doctorum probat ratione,
38 ſcilicet † quia ſtricti iuris eſt, vnde ſuccedit regula *l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obligat.*
& authoritate *l. actione, l. ſub prætextu,* & *l. ſi ex falſis in verbo retractatur. C. de tranſact.* & in
omnibus his legibus notat *Alci.* & prius dixerat in *Rub. Cod. eodem.* Nec habet vim ra-
tiocinatio facta ex aduerſo. *Alciatus ait in dict. l. ſub prætextu nu.* 28. quod ſcilicet ver-
bum, imperfecta, interdum refertur ad id quod ipſo iure tenet, ſed quo ad effectum
propoſita exceptione infirmatur, vt in *l. 9. §. ſed quod præto[r] ait. ff. quod metus cauſa*, Sed
non eſt tuta, cum natura huius verbi ſit nullitatem actus ſignificare, ſecundum ſuam
ordinariam naturam accipere oportet in *d. l. in ſumma*, nam ſubiecta materia facit in *d.
§. quod prætor ait*, vt in alium ſenſum ſumatur.

Quare viget oppoſitio quæ diluitur ex communi Doctorum voto, vt teſtis eſt i-
dem *Alciat. d. l. ſub prætextu nume. 29.* & ante eum *Bart. ibi numer. 46. verſ.* quandoque vt
ſingularem caſum contineat, *d. l. in ſumma*, & ſpecialitatis ratio ſit, quia actor euidenti
calumnia, ſiue dolo litem inſtruxit & ideo cum tranſactio fiat ſemper, tamquam in
ſua materia ſuper vera lite. *l. 1. ff. de tranſact.* quando doloſe inſtituta lis eſt, caret tranſ-
actio ſua propria materia, merito redditur nulla, & iſtud conſideraſſe Paulum in ea
lege plane indicant illa verba (ſin autem euidens calumnia detegitur) cui videtur eſſe
conſequens, vt in omni ſimili contractu ſtricti iuris, in quo dolus faceret, vt nulla ſub
eſſet materia, vel forma, ibi dolus irritaret ipſo iure, quamuis, vt arbitror, illa nullitas
formæ, vel materiæ defectui tribuenda eſſet magis quàm dolo, quid enim ſi doloſe fi-
eret ſtipulatio, vel interrogatione non præcedente, vel reſponſione ſecuta ex inter-
uallo: defectus ille potius, quam dolus annullaret.

Q. 8. Verum dubitationis eſt, an alio modo præterea irritetur tranſactio ob inter-
39 poſitum dolum, ſcilicet faudre cauſæ de qua tranſactum fuerit, nempe ſuper † actione
tutelæ, vel curæ, & magis eſt irritari, argumento à ſimili. *l. illud. ad l. Aquil. l. fin. C. ad l. fal.
l. à Titio. ff. de verb. obligat.* Nam dolus incidens non infirmat ipſo iure contractum bo-
næ fidei gloſſ. magiſtral. in *l. eleganter. ff. de dolo.* Fallit etiam in contractu dotis propter
fauorem cauſæ, dos enim ſemper, & vbique priuilegiata eſt. *leg. 1. ff. ſol. matr. l. aſſiduis,
Cod. qui potior. in pign. habeant. Bald. de priuil. dot. priuil. 36. Benincaſ. §. omnium numero. 258
Inſt. de action.*

40 Secundo, Dolus idem operatur † in liberatione, quod operatur in obligatione,
quippe quia eiuſdem iuris eſt liberatio, cuius eſt ſua obligatio *gloſ. magiſtr. in l. de tutela,*
C. de in integ. reſtit. Curt. Iun. in l. act. n. 4. C. de trāſact. l. in minor. iunct. gl. C. in quib. cauſ. in in-
tegr. reſt non eſt neceſſaria ſed in tutela, vel cura, operatur nullitatem ipſo iure, quia ſc.
bonæ fidei eſt. *§. actionum inſtit. de action.* igitur, & in liberatione, probatur hoc argu-
mentum à multo magis. Nam cauſa immediata debet magis vitiare, quam cauſa re-
mota at cauſa in litigando calumnioſa eſt magis remota, & annullat ipſo iure, ergo
cauſa doloſa in tranſigendo, quæ eſt proxima, longe magis debet ipſo iure vitiare.
In contrarium eſt text. *in d. l. actione. C. de tranſaction.* quæ ſecundum lecturam A-
zonis communiter approbatam, vt teſtatur *Curtius Iunior ibi num. 4.* probat ad litteram,
tranſactionem in cauſa tutelæ vel curæ, cui dolus cauſam dedit, ipſo iure non infirma-
41 ri †. palam eſt in verbo, in fide dolo intra conceſſa tempora, & *Salyc ibi non* dolo indu-
ctum ad tranſigendum habere actionem doli. Confirmatur vltra Doctores etiam ra-
tione. Nam quod dolus irritet ipſo iure, vel ope exceptionis, pendet ex eo, quod
contractus ſit bonæ fidei, vel ſtricti iuris, non ex qualitate cauſæ, neque enim inſpi-
cimus vtrum cauſa ſit fauorabilis, vel odioſa, ſed an verſemur in ſtrictis, vel bonæ fi-
dei negociis.
42 Euitantur autem obiecta facili negocio, & primum quidem tollitur negando †
cauſam tutelæ, vel curæ eſſe eius fauoris, cuius eſt contractus dotis *d. l.* neque dicit lex
curæ vel tutelæ cauſam ſicut dotis ſemper, & vbique eſſe præcipuam, nec etiam ſuf-
ficit in tutela, vel cura, ſicut in dote, dicere eſt ſpeciale *Doct. in rubr. ff. ſoluto matrimonio.*
vel negando, quod dolus incidens annullet ipſo iure cauſam dotis, nam Bald. potius
dicit contrarium in quæſt. ſequent. & nos ſupra in titulo de dolo incidente probaui-
mus contrarium, vel tertio, quod non recte arguimus de dote ad tutelam, in qua tex-
tum expreſſum habemus in *d. l. actione.* quarto non recte infertur, quia dolus incidens
43 † annullat contractum dotis, ſed non tutelam, vel curam, cum ſit ſpeciale in do-
te, præterea non bene inferimus à dolo incidente in contractibus bonæ fidei, cuiuſ-
modi dos eſt, ad dolum dantem cauſam contractui ſtricti iuris, vt eſt tranſactio, quia
ſeparatorum ſeparata eſt diſpoſitio *l. Papinianus exuli ff. de minor. l. naturaliter. §. nihil com-*
mune. ff. de acquir. poſſeſſ.
Ad ſecundum reſponſio eſt ex antecedentibus, ſcilicet quando oſtendimus
44 cum Alciato in *Rubr. C. de tranſaction. num. 17.* tranſactionem † non eſſe proprium di-
ſtractum, ſed liberationem à ſententia, & lite, quę ſententia ſicut eſt ſtricti iuris, ita de-
45 bet eſſe liberatio ab ea, ita v. conuertat argumentũ, quãdo diximus indiſtincte † tranſ-
actionẽ eſſe ſtricti iuris non attento contractu, vel obligatione, ſup qua interponitur.
Quæſt. 9. Sed & præterea reuocatur in dubium, an prædicta regula tranſactio-
nis, vt non tollatur per dolũ ipſo iure ſit limitanda in ea tranſactione doloſa, quæ ſit fa-
46 cta ſuper actione doli, quę contra doloſum propoſita erat in iudicio, atq; ita † an tranſ-
actio doloſi inita ſuper dolo valeat mero iure, exemplum eſt in *glo. ſuper verbo trãſactum*
47 *ſit l. actione C. de tranſact.* vbi quæſtionem † Accurſ. propooit, quod & facit in *l. vnic.*
C. de plus petit. in verb. tranſactionibus, & vbique tenet ipſo iure valere tranſactionem, ita
vt hic caſus non ſit à regula excipiendus, probat verò ſuam opinionem authoritate, &
ratione, nempe ex *l. 1. C. de plus petit.* in qua Iuſtinian. Imper. ait, quod qui doloſe plus
quàm ſibi debitum ſit, petierit, cadit a toto debito, vniuerſoque iure ſuo priuatur, niſi
tranſactionem ante ſententiam fecerit, etiam doloſam, inquit gloſſ. perpendens illa
verba textus talibus enim cautionibus hoc obiicere non oportet, & ita dicebat *Bulg.*
48 ratio vero eſt, ait gloſſa ne eatur in infinitum, infinitas autem † euitanda eſt, quia le-
gibus eſt odioſa, *l. 1. C. de ſenten.* quæ pro eo quod intereſt, vbi Doctores omnes, ma-
xime *Bologn. num. 20.* hinc eſt quod ſententia interlocutoria bis tantum reuocari po-
teſt, *gloſſ. in clem. 1. de appellat Bart. & alii in l. quod iuſſit. ff. de re iud.* dilationes etiam eo-
dem reſpectu non dantur vltra tres vices. *l. fin. ff. de fer.* Tertio, effrenata multitudo te-
ſtium reiicitur, *cap. cum cauſam extra de teſtib. Roman. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matri-*
mon. cum aliis infinitis, quæ poſſunt de odioſa legibus infinitate citari. Sed primum
obiectum euitatur ex mente, *Bart. in d. l. vnic. num. 1. oppoſ. 2.* dum refellit opinionem
eorum qui dicebant regulam tranſactionis doloſæ limitari in dote, quoniam vere in-
telligitur de tranſactione facta ſuper actione doli, ſed bona fide, quoniam ſimpliciter
de tranſactione loquitur Imperator quare in dubio de iſta tranſactione debet intel-
ligi, *l. 1. in fin. ff. ad Senatuſconſultum Tertullian.* Secundum vero tollitur, etenim ne-
go iſt

Digitized by Google

go itiin infinitum, ſi hæc doloſa tranſactio facta ſuper actione de dolo, valeret mero
iure, nam nulla reddita tranſactione competit prior actio de dolo, imo potius eſt ire
in infinitum, ſi trãſactio doloſa valeat, nam in effectu plures erunt actiones doli eidem
contra eundem competentes, antiquiores, quæ virtute replicationis doli ſuſtinetur,
& ex doloſa tranſactione;

In contrarias partes, quod ſcilicet ipſo iure non valeat tranſactio, videtur incli-
nare *Bart. in dicta l. vnica* quæ confirmatur ex his. Ea primum ratione quod adeſt ge-
49 minatus dolus, geminatio † autem plus ſemper operatur, quam ſimplex diſpoſitio,
nam ſimplex pactum nudum non parit de iure ciuili actionem, ſed exceptionem pro-
ducit, Doctores in *Rub. ff. de pact.* & geminatus conſenſus tollit mulieri beneficiũ Vel-
leiani, *auth. ſiue à me. Cod. eod. tit.* & quanta ſit vis geminationis in iure tradit *Marſ. ſing.*
378. Catell. Cotta in verb. Geminatio, Felyn. in cap. ſi cautio numero 39. & ſeq. ext. de fid.
inſtrument.

50 Secundo arg. ab abſurdo, quod validum eſt in iure, quia † lex non diſcedit à ratio-
ne naturali. *Bal. in l. conuentiunculam. C. de epiſcop. & Cleric. & in l. Pomponius lect. 2. ff. de ne-*
goc. geſt. Marſil. in ſing. 151. ratio vltra alios, quia lex imitatur naturam, *§. placet inſtit. de*
adopt. & natura abhorret abſurda, nam dolus delictum eſt, *l. 1. §. nunc tractemus verbo*
plane de tutel. & ration. diſtrah. gloſſ. & Bart. in l. 1. in princ. ff. de fideiuſſor. tutor. Cephal. conſilio
76. num. 22. ideo cum duplex ſit dolus, duplex eſt delictum, quod ſi tranſactionem tol-
51 leret ipſo iure eadem eſſet pœna † geminati, ac ſimplicis delicti, quod eſt abſurdum
Bart. Bald. Angel. in l. 1. per illum tex. C. de ſuper. exact. libr. 10. Sed & his non eſt difficile re-
ſpondere. Nam vna ſolutione quaſi vno collirio vtriq; morbo medetur nempe quod
nec geminatio eſt in eodem, ſiue ad idem, nec ſuper eodem duplex delictum, etenim
primus dolus fuit commiſſus in adminiſtratione tutelæ, vel curæ, vel in ſimili antece-
dente negocio, & ſecundus dolus fuit in trãſigendo commiſſus, & ſic in rebus diuer-
ſis. Quid igitur dicendum? ego non inuenio adhuc quicquam ab aliquo Doctorum
52 deciſum, & ideo donec meliora ſentiam, placet in † dubio, quod dixit gloſſ. mo-
ueor inprimis eius authoritate, quæ quanti ſit ponderis notant omnes in *l. vt vim. ff.*
53 *de iuſt. & iur.* & maxime *Bart.* qui dicit, quod omnibus † antecellit, & *Bald. in c. 1. de nat.*
ſucceſſ. feud ait, ego in dubiis opinionibus ſequor opinionem gloſſæ ordinariæ, quia
non poſſum adhærere meliori, & *Saly. in l. licet. Co. qui potior. in pigno. habean.* ait aduerte
tu, qui debes iudicare, & conſulere, quia de facili non debes à gloſſa recedere, & in *l. 2.*
C. de ſent. quæ ſine certa quantit. traditq; quod ſicut qui neſcit, equitare, ſe tenet ad arzo-
nium ita ſe debet Iudex retinere ad opinionem *gloſſæ & Bald. in l. neceſſitatem. §. fin. C. de*
bonis, quæ liber. Semper adhæreo carrotio veritaris, id eſt gloſſatori & præterea moue-
54 or, quia ſententia gloſſæ nititur regula † communi, quod tranſactio, tamquam cõtra-
ctus ſtricti iuris non annullatur ipſo iure, limitatio igitur eſt certo iure probanda, vt
fuit illa ſpecialitas probata ſupra per. *l. in ſumma. C. de condict. indeb. arg. nota per Dec. & a-*
lios in l. 1. ff. de reg. iur. Accedit, quod aut iſte dolus in tranſigendo fuit à reo commiſſus,
& tunc tranſactio etiam calumnioſa mero iure valet, ſicut communis Doctorũ ſcho-
la probat, citata à *Suarez. in ſuo Theſauro in verbo tranſactio.* Aut actor dolo fecit, & tunc
geminatio doli, vel delicti ceſſat, vt puta, quia priorem dolum in adminiſtrando fe-
cerat Reus.

Q. 10. Sed, vt ad illam limitationem redeamus, in qua dictum eſt, tranſactionem eſ-
55 ſe nullam ipſo iure, quando ſit facta † ſuper lite calumnioſa per tex. in *l. in ſumma. ff. de*
condict. indeb. Doct. nempe Bart. & alii in l. ſub prætextu. C. de tranſact. vbi vide *Alex. n. 8. vſ-*
que ad 9. & *Caſtr. in l. 2. C. eod. tit. Bald. d. l. ſub prætextu*, ſublimitant, vt procedat in actore
tantum, ſcilicet quando calumnioſe eſt inſtituta lis ab actore; non autem quando ca-
lumniam faceret reus, etenim tunc res facile redit ad naturam ſuam. *l. ſi vnus. §. pactus*
ne peteret. ff. de pact. & tranſactio ope exceptionis reſcindenda eſt, & ita dicit commu-
niter teneri *Caſtren. dict. l. 2. & Suarez. in ſuo Theſau. Comm. opin. in verbo tranſactio*, cuius
56 communis opinionis ratio ſumpta eſt ex vulg. lege † fauorabiliores. *ff. de regulis iuris*
l. Arianus. ff. de action. & obligat. in c. tunc partium iura de regulis iuris in 6. in c. inter dile-
ctos in fine de fide inſtrument. in cap. ex litteris vbi Dec. & Abb. de probat. & Decius conſil. 564.
Alciat. tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 44. Caſtr. enim ait facilius ſuſtinetur reus mali-
tioſe ſeſe defendendo, quam actor calumnioſe agendo, & ſumma æquitate nititur *d. reg.*
fauorabiliores, cuius ppulchras rationes adducit, *Ariſt. problemate quodam*, relato inter
adagia *Manut.* nuper emendata in prouerbio, *æquale calculi*, Prima ratio eſt, quia actor

accedit paratus, ac præmeditatus, reus ad multa non præuiſa compellitur reſpondere. II. Quia conſentaneum ſit reum, vt qui maiore periculo dicat. ob metum, quædam prætermiſiſſe potius, quàm actorē. Tertia vel quod in ancipiti negocio potius ad eam partem oporteat vergere, vbi ſi forte erratū, peccetur leuius, & minus eſt malum abſoluere nocentem; quam innocentem condemnare, etenim facta condemnatione iniuſta non eſt vnde Iudex damnum reſarciat erratum ſuum.

Contra ſi elabatur, poterit alio iudicio pœnas dare. Quarta vel quod accuſatio propior eſt ſuſpicioni maleuolentiæ, quam defenſio, quare cum in cæteris nihil appareat diſcriminis, de actore male potius iudicamus, quam de reo. Quæ rationes verè pertinent ad cauſam criminalem, magis quàm ad ciuilem, in qua etiam non ſecus procedit regula prædicta.

57 Arbitror tamen in puncto iuris longe veriorem eſſe contrariam † ſententiam, ſcilicet & hoc caſu nullam eſſe tranſactionem ipſo iure.

Primo quia militat eadem ratio, inter calumniam actoris, & rei, igitur idem ius *l. illud ff. ad l. Aquiliam*. etenim in actore ratio eſt, vt oſtendimus ſupra ex Alciato; quo-
58 niam quando lis eſt calumnioſa † tranſactio, caret ſua materia, quæ eſt vt fiat ſuper vera lite mota vel mouenda, certe idem defectus æque accedit, ſi calumnia in litigando ſit ex parte rei, nam & reum calumniam facere interdum in litigando *Bart. & Caſtren. citatis locis*, ſupponunt, & probatur in *l. 2. C. de iure iur. propter calum.* nam æque compellitur reus ſicut actor de calumnia iurare, confirmatur etiam ex his, quæ tradit *Dec. in l. nemo ex his nu. 7. ff. de reg. iur.*

Secundo trahit me in hanc ſententiam, quod dolus eſt delictum, vt ſæpius pro-
59 batum eſt, at in delictis nemini fauendum eſt, imò malitiis hominum † eſt obuiādum. late *Iaſ. in l. debitoribus nume. 2. ff. de re iud.* ne detur occaſio delinquendi, & ne, vt dicebat ille Terentianus, aperiatur feneſtra ad nequitiam. Vide *Rom. in l. cum donationis. Co. de tranſact.*

Tertio mouet me *d. l. in ſummam*, quæ non loquitur ſpecifice in actore, ſed ſimpliciter in lite euidenter calumnioſa, quæ ſane procedere poteſt etiam ex parte rei.

Quarto quando partes veniunt ad tranſactionem ſunt contrahentes non liti-
60 gantes, ſi quidem tranſactio eſt contractus, & † quidem proprius, cūm ſit hinc, inde obligatorius, *l. Labeo cum ibi notat. ff. de verb. ſignificat.* & in *Rub. per* Doctor. *ff. de verb. obligat.* contractus autem non debent claudicare, & contrahentes non ſunt ad imparia iudicandi. §. 1. *à ſpeciali. inſtit. de Auth. tuto* & ibi Docto. maxime *Syluest. Aldobrand. & in l. ſicut initio. C. de actionibus & obligat.* Nulla eſt, ob calumniam actoris, igitur, & ob calumniam rei Nec aduerſatur regula. *l. fauorabiliores*, quam ſi paulò diligentius animaduertiſſent Doctor. in eam ſententiam, vt arbitror non veniſſent, ſi quidem obtinet in decisione cauſæ; *Dec. ibi num. 5. Cagn. num. 8. & idem Dec. in princ.* dicens per iſtam regulam exuberare officium iudicis, vt pronior eſſe debeat in abſoluendo, quàm in condemnando *d. l. Ariannus. ff. de action. & oblig.* merito non pertinet ad propoſitam quæ-
61 ſtionem, Accedit, quod quando actor, & Reus veniunt ad tranſactionem ſunt † in medio, vel in princ. cauſæ, non in fine, qui conſiſtit in ſententia *l. 1. ff de re iud.* Actores autem in principio ſunt fauorabiliores, in medio ſunt pares. *Iaſ. in l. exigendi num. 12. Codic. de procurat. Dec. & Cag. d. l. fauorabiliores de reg. iur. Dyn. in dict. cap. cum ſunt partium* iura, Dec in *l non eſt nouum. C. de edendo.* Calumnia ergo rei, aut annullat ipſo iure tranſactionem à multo magis, aut annullabit ſaltem à pari, cum in princ. ſit minus fauorabilis, in medio ſit æqualis.

Q. 11. Sed data communi opinione quæritur, an ſemper ſit verum, quod calumnia actoris in litigando, reddat ipſo iure tranſactionem nullam; & *Iaſ. in l. ſub prætextu num. 10. C. de tranſact.* inquit prędictam regulam non eſſe perpetuo veram, ſed quinque caſibus ex mente Doctorum limitari. Quorum primus eſt, quando calumnia a-
62 ctoris non eſſet adeo euidens, vt non poſſet aliquo modo coarctari; & † colorari, vt eius verbis vtar. *Angeli Caſtren. Saly. Fulgoſ.* authoritate confiſus. Verum non eſt probanda, quoniam concluſio eſt fundata in euidenti calumnia. Quare aut color ille facit deſinere eſſe euidentem, & ſumus extra regulam. Aut colore non obſtante adhuc remanet euidens, & tunc ſumus in caſu regulæ. Amplius dico, quod non poteſt pro-
63 babiliter colorari, & eſſe euidens; Quippe euidens † eſt, quod apertum eſt, & ſemper apparet. *l. ea quæ ff de contrah. empt.* vnde vulgatum eſt illud. Quod in euidenti eſt nulla tergiuerſatione celari, nec indiget, quod manifeſtum eſt, probatione, *l. num. C. de appell.*

& in

& in l. Domitius Labeo. ff. de teſtam. dicit Vlpianus plus quam ridiculum eſt dubitare, de eo, quod euidenter apparet, adeo quid ſit euidens plus, quam manifeſtum *l. quoniam ſorore. Codic. de iur. delib.* Confert text. in *l. 3. ff. ad exhibend. & leg. quæritur, §. fin. ff. de ædil. edict.*

64 Secunda eſt limitatio, quando calumnia † actoris eſſet noſtra etiam reo tranſigenti, etenim hoc caſu valeret tranſactio; quippe quia ſcienti, & volenti non fit dolus, nec iniuria *l. cum donat. C. de tranſact.* & ibi *Bald. & in l. 2. C. eod. tit.* Cęterum Iaſon inquit ſe dubitare de veritate huius limitationis, ſiquidem dicta lex in ſumma, in qua eſt fundata regula, loquitur in euidenti calumnia, & ſic in calumnia nota reo, & tamen nulla eſt tranſactio; plus dico, quia ſcientia rei non facit, quin tranſactio careat ſubſtantia, vt ſupra oſtendimus, quia caret materia.

65 Tertia eſt limitatio † in tranſactione facta per procuratorem bonæ fidei, quando ſcilicet lis fuiſſet ab actore calumnioſe inſtituta, & poſtea conſtitutus procurator cum libera, qui credens iuſtam fuiſſe litem, fecit tranſactionem, ſed & hanc limitationem refellit *Iaſ.* ibi duplici ratione, Cui addo ego tertiam, quoniam cum tranſactio fieri non poſſit à procuratore ſine ſpeciali mandato, vel ſaltem ſine clauſula cum libera quæ æquiualet mandato ſpeciali. Actor malitioſe videtur illum procuratorem conſtituiſſe, & non decet bonam fidem Procuratoris prodeſſe Domino doloſo, & prædicta confirmantur, quia procurator agit nomine Domini, & eſt perinde, ac ſi dominus ipſe tranſegiſſet.

66 Quarta eſt † limitatio, quando calumnia fuit ante litem motam: nam actoris intentio erat calumnioſe agere, ſed priuſquam litem inſtitueris, fecit tranſactionem, & ita debet intelligi *l. 2. C. de tranſact.* Sed nec iſta probanda eſt, non ſolum quia propoſitum in mente retentum nihil operatur, & fruſtratoria eſt illa potentia, quæ non reducitur ad actum, tum etiam, quia nos loquimur in calumnia euidenti, & nullo modo poteſt eſſe euidens, ſi non reducatur ad actum, litem inſtituendo, ſicut patens eſſe poteſt ex vi huius verbi, euidens, paulo ſupra declarata.

67 Vera erit † limitatio in cauſis capitalibus, in quibus permiſſum eſt accuſatori, quamuis calumnioſo facere tranſactionem, vt ſeſe liberet a pœna vltimi ſupplicii per generalitatem *legis tranſigere. C. de tranſact. iuncta. l. fin. C. de accuſat.* ratio eſt in promptu; quia vnicuique licitum eſt, quomodocunque poſſit ſanguinem ſuum redimere. *l. & in priuatis. ff. ad Turpill. l. ab imperat. ff. de procurat. l. 1. ff. de bon. eor. l. fin. ff. de prauaricat.* & cum tex. in accuſatore quoq; producere, non tantum in Reo, *Bart. Iaſ. Alex. & alii*, aſſerunt; hæc porro limitatio eſt intelligenda, & ſi *Iaſon.* non declaret, vt non ſolum calumnia non irritet ipſo iure tranſactionem, ſed nec ope exceptionis, quippe fauore redimendi ſanguinem proprium firma eſt, & valida tranſactio, vt plane indicat *dicta leg. tranſigere*, & ibi conſtat inter omnes Doctores præter has autem limitationes, alias enumerat *Soc. Sen. conſ. 59. lib. 4. incipit. in cauſa comitis.*

68 *Q. 11.* Quæro etiam an is, qui dolo induxit † aduerſarium ad tranſigendum, poſſit deinceps potentia adductus, prætextu doli reſcindere tranſactionem, nempe agens primæua actione, & ſi obiiciatur de tranſactione, replicet ipſe de dolo, & in fauorem doloſi eſt regula communis, & vulgaris, quod tranſactio dolo inita, valet mero iure, ſed poteſt exceptione, vel replicatione doli ſubuerti, ex his; quæ notauimus ſuperius, & facit *l. ſiue apud acta, & l. ſub prætextu. ff. de tranſact.*

Secundo ſuffragatur *conſ. Bald. 312. lib. 5.* Vbi vſurarius conuentus poteſt obiicere, quod contractus ſit vſurarius. Ill. munit eandem ſententiam, quod allegans turpitudinem ſuam, ſolet quàm plurimis cauſis audiri quas copioſe enumerat *Bart. & Iaſo. & Ripa in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. fin. cum l. ſequen. ff. de iureiur. Iaſ. Alciat. & alii in l. tranſact. finitur. C. de tranſact. Felyn. in c. lator ex. de re iud. & in cap. tertio loco nu. 6. ex. de præſumptio.*

69 Verior † tamen eſt, & frequentior ſententia contraria, vt conſtans eſt omnium opinio; in *d. l. tranſact. finita* & ibi *Bart.* Alex. *Caſtr. Bald. Saly.* quæ clarior eſt, quàm, vt poſſit in controuerſiã adduci, *Iaſ.* enim ita colligit in *ſummario*, qui aliquẽ dolo induxit ad tranſigendum, non poteſt petere reſciſſionẽ tranſactionis, occaſione ſui doli, imo criminoſum eſſe tex. ait, ratio eſt, ne quis ex ſuo dolo commodum ſperet. *l. 1. ff. de dolo*, tutius, quia non eſt audiendus, quia ſuam turpitudinem allegat *gl. & Can. in c. inter dilectos de donat. Salyc. & omnes in d. l. tranſact. & l. filios debit. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. Tiraq. de retract. conuent. gl. 2. n. 15. §. 1. Doct. in l. 1. C. de li. cauſ. gloſſ. & Doct. in c. ex tenore de conceſſ.*

prob. Bart. conſ. 11 4. *Aret. conſ. 96. Ancar. 219.* Tertia ratio ne detur occaſio delinquendi
propoſita commodi ſpecie, contra not. *in Rub. ff. de nou. oper. nunc.* Quarta ratio, quia ei
tantum, qui dolum paſſus eſt conceditur annullare, vel confirmare contractum, irri-
tare quidem, ne alterius malitia ſibi exiſtat damnoſa. *d. l. 1. ff. de dolo.* Confirmatur, ne il-
lud quod inductum eſt in eius fauorem, retorqueatur in odiũ, ſicut aliàs diximus, &
70 tradit in terminis *Iaſ. in d. l. tranſact. num.* 5. Nec faciunt negocium † allegata ex aduer-
ſo, & in primis regula deducta, recipit omnium conſenſu hanc limitationem, ſcilicet,
vt procedat in eo tantum qui dolo circumuentus eſt, non in decipiente, qui tamet ſi
dolo ſuo inueniatur captus ſibi non aliis debet imputare, *c. damn. de reg. iur. in 6.* menti-
ta enim eſſet iniquitas ſibi. Ad ſecundum ſolutio ſit, vel quod procedit excipiẽdo, nam
71 qui auditur etiam ſi turpitudinem † ſuam allegat, ſi modo de damno euitando agat, nõ
de lucro. Ad tertium parata eſt reſponſio, quia regula eſt non audiri ſuum dedecus al-
legantem, quod multis caſibus reſtringitur, enumeratis dictis in locis adeo quod re-
gula generalis fauet communi ſententiæ, eamque deinceps in terminis confirmat. *d. l.
tranſactione.*

72 *Q. 12.* Quæro an dolus videatur generali tranſactione remiſſus. *Bald in* † *l. act. n. 8.
C. de tranſ.* diſputans articulum ad partes adhęret ſententiæ affirmatiuę, ſequitur *Caſt. in
l. Pomp. nu. 3 ff. de neg. geſt.* moti authoritate gl. in *dol. act.* & quoniam in generali remiſſio-
73 ne † facta in vltima voluntate, non cenſetur dolus remiſſus. *l. auxilio. §. cuius. ff. de l. b. leg.*
vbi late *Bar* afferunt rationẽ differentiæ inter actus inter viuos, & vltimas voluntates,
ſc. quia nituntur cõſenſu duorum; iuuat hanc ſententiam ratio finiẽdarum litium quæ
publ. fauorem reſpicit. *l. fin. ff. pro ſuo, iuncta l. 1. ff. de vſuc.* vt ait *Socc. Iun. conſ. 32. in. 11. vol. 3.
Bal. in l. fratris C. de tranſact.* Secundo confirmat tex. in *§. illud l. ſi vnus. ff. de pact.* vt ponde-
rat *Bar. eum tex. in d. l. auxilio. §. Cuius. n. 6.* loquens in noſtris terminis tranſactionis, nam
ſiquis liberat tutorem, vel negociorum geſtorem per hanc remiſſionem cenſetur re-
miſſus dolus, dicit *Bar. arg. §. illud,* ibi reſoluendo hanc dubitationem idem in *d. §. Cuius.*
74 *num. 6. verb. quarto quæro, & verb. dicerem ſic.* Quando liberatio † eſt facta inter viuos illi,
qui dolum adhibuerat in adminiſtratione, & tunc aut illi aliquid adeſt, quia videlicet
ſubtraxit, vel retinuit, & hoc non venit in generali remiſſione per *l. lucius. ff. de lib. legat.
& l. tres fratres. ff. de pact.* ſi vero fuit dolus adhibitus, ex quo nihil adeſt ei, qui illum
commiſit, & tunc videtur dolus remiſſus, ait Bart. & ita intelligo gloſ. *in d. l. actione, Al-*
75 *ciat. autem in eadem ſcilicet.* Alio modo diſtinguit † dicens poſſe triplici modo conſide-
rari remiſſionem doli in tranſactione.

Primo quidem quando tranſactio ipſa eſt facta per dolum, nimirum quia aliquis
doloſe inductus fuit ad liberandum, & talis dolus ex omnium conſenſu non cenſe-
tur remiſſus, niſi ſpeciali nota remittatur, licet non indiuidua ſit neceſſaria; Aut de re-
miſſione illius doli quærimus, qui fuit commiſſus in adminiſtratione, & poteſt ſpe-
ciali tranſactione remitti, quia nimirum eſt præteritus per *l. ſiquis rationes in fine. ff. de li-
berat. legat.* in generali vero tranſactione non videtur remiſſus dolus magis eſſe rece-
ptum dixit *Alciat. aduerſus Accurſ. ſententiam in l. actione. nu. 39.* id quod conuenit cum
his, quæ dicta ſunt à nobis aliàs, quod dolus præteritus ſpeciali, non generali diſpoſi-
tione remittitur, in diuiſ. de dolo præterito, & de dolo futuro, diximus, & conferunt
prædictis. *l. age & l. ſi de certa C. de tranſaction. l. de reb. ff. de arbitr. & l. licet. Codice de ind.* in
quibus tranſactio ad ſpecificata tantum extenditur, & ita ponderat eas leges *Bar.* in hac
materia remiſſionis doli per tranſactionẽ in *d. §. cuius. n. 6. verb. in tranſact. vero,* Quare
cum dolus in generali tranſactione non ſit ſpecificatus non comprehenditur.

Quæſt. 13. Quæro etiam an is, qui fecit ſolemnem tranſactionem, & poſtea ad-
76 uerſus † eam veniant, litigando de rebus in illa comprehenſis; vel alio modo contra-
faciendo, dicatur dolum committere, & non videtur propterea eſſe in dolo. Nam qui
venit contra ſolennem contractum emptionis, & venditionis, non dicitur dolo agere
l. 2. Codic. de reſcind. vendit. minor agens ad reſtitutionem contractus non iurati, ſed ſo-
lemniter geſti, non dicitur etiam dolum admittere, authen. *ſacramenta puberum. Cod. ſi
77 aduerſus vendit.* Contrarium † tamen magis videtur eſſe receptum per Roman. in *l. ſi
diuerſa. numer. 7. & in l. vbi pactum Cod. de tranſ. Corn. in l. ſiquis poſt. ff. de cond. indeb. Bartol.
78 Bald. & Alex. Iaſon in l. act. C. de tranſ.* nam tribus modis dicunt in tranſactione † dolũ ve-
nire, inter quos eſt, quando tranſigens non exequitur, ſiue non adimplet tranſactionẽ;
quod placuit etiam *Romano in l. ſub prætextu. nu. 12. C. eod. tit. de tranſ.* ratio eſt, quia in do-
lo eſt, qui non facit id, ad quod ſciebat, vel ſcire debebat ſe teneri. *l. ſi mandauero. §. fi. l. ſi
quis*

quis alicui.§.ſi mandatum.ff.mand.l.eleganter.§.idem Pomponius.ff.de dolo, melius in *l. tutor.*
ff.de admin.tutor.l.dolo ff.ad l.falcid.Ancaran.conſ.306.Cephal.conſ.65.n.4 vol.1. imo fidem
frangit,quod graue eſt.*l.1.ff.de pact.l.1.ff.de conſt.pecu* adeo quod plus eſſe creditur,quã
dolus,quia maior eſt perfidia, quam dolus,quia illa nunquam eſt ſine dolo.. *Plaut. in*
milite.Haud vereor ne nos ſubdola perfidia peruincamur. & diximus in prima diuiſione doli
de dolo vero *quæſt.6.*qua ſtante ſententia, parui momẽti ſunt,quæ deducuntur ex ad-
uerſo; quippe vtroque caſu agitur lege permittente, vnde ſuccedit. *l.Gracchus. C. de a-*
dult. alterum enim conceſſum eſt ratione minoris ætatis,alterum ſuggerente æquita-
te,in qua fundatur remedium *d.l.2.* per quam abſolute reſcinditur contractus, ſed ita
demum ſi non iuſtum precium ſuppleatur, vt ibi expreſſum eſt, & not. Cagn. & alii.
declara autem dictam communẽ opinionem quod ex dicta obſeruantia doloſe facta,
poteſt annullari contractus,vt per *Cephal.conſ.24.vol.1.nu.14.& ſeq.*

*Quæſt.14.*Egimus hactenus de tranſactione,cui dolus cauſam dedit,qui dolus ex
propoſito dicitur,quare conſentaneum videtur,vt quæramus quid iuris de dolo re i-
79 pſa,qui ſc.naſcitur ex immodica † læſione, an propter hunc quoq; dolum reſcindi
poſſit tranſactio, & ſane non inueni aliquẽ ex noſtris Doctorib. qui in terminis diſcu-
tiant hunc articulum, ſed tantum reperio in *l.2.C.de reſcind.vend.* & *in l.ſi quis cũ alter.*
*ff.de verb.obl.& in c.cũ cauſa de empt.& vend.*an in tranſactione ob læſionẽ grauem ſit lo-
cus remedio *d.l.2.* & aliqua iura,quæ in ea diſputatione citantur, conferunt etiã huic
80 quæſtioni;atq; † in primis ſententiæ negatiuæ plurimum fauet *l. Lucius Titius.§ ſi ff. ad*
*Trebel.*in qua Iuriſc.Scæuola,loquitur in hæc verba Hæres eius qui poſt mortem ſuam
rogatus erat vniuerſam hæreditatem reſtituere,minimam quantitatem in bonis fuiſ-
ſe dicebat, iis quibus fideicõmiſſio debebatur reſtituit, poſtea repertis inſtrumentis,
apparet quadruplo amplius in hæreditate fuiſſe. Quæſitum eſt, an in reliquũ fideicõ-
miſſi nomine conueniri poſſet,reſpondi ſecundũ ea,quæ proponerentur, ſi nõ tranſ-
actum eſſet,poſſe.quod læſio eſt in quadruplo & tamen reuocari tranſactio nõ poteſt,
81 ratio † eſſe videtur propter fauorẽ litium finiendarum, nam in cõpenſationẽ ſui da-
mni ſatis videtur lucrari, quod a lite recedit. *Abbas in c.quintauallis extra de iur.iur.* in re
illa videtur publica quædam eſſe vtilitas vt dictum eſt per *l.1.& l.fin. ff. pro ſuo, per Doct.*
Bald.in l.fratris. C.de tranſa.& hinc eſt, q. ſtatutum prohibens fieri tranſactionem gene-
raliter loquendo,non valet ea ratione,quia per talem prohibitionem publica quies,&
vtilitas impediretur,vt ſingulariter *Caccialup.in tractat.tranſact.in 22.quæſt.* qui etiam *in*
82 *23.quæſt.*dicit non † valiturum iuramentum,nec obſeruandum eſſe, quo quis iurauit
de non tranſigendo,quaſi videatur contra bonos mores,quod probat etiam *Socc. Iun.*
*conſ.32.n.10.vol.3.*hinc etiam eſt,quod licet tranſactio ſit contractus innominatus,non
eſt tamen locus pœnitentiæ, *Bart.*communiter receptus in *l.fratres. C.de tranſa. vbi Alc.*
dicit,quod ſtatutum, vt de omni lite fiat compromiſſum non comprehendit cauſam
tranſactione finitam;atq; ex hoc textu principaliter arguebant antiqui,& iuniores, in
tranſactione eſſe remedium.*d.l.2.*ſicut eodem tempore probat ceſſare actionem doli
cum dicat peti non poſſe, ſi tranſactum eſſet, ſed non eſt indiſſolubilis nodus, quoni-
am termini noſtræ quæſtionis ſunt,quando in tranſactione eſt facta magna,ſiue enor-
mis læſio,attento ſtatu præſenti,quando tranſactio fit,nam cum *d.§.* inſtrumẽta, quæ-
dam laterent, ac eſſent maligne occultata, attento tempore initæ tranſactionis non
fuit læſio, merita enim illius cauſæ conſiderato præſenti ſtatu, non pluris exigebant,
vel paulo plus damnum graue apparuit deinceps,ex inſtrumentis poſtea repertis, i-
deoq; ſuccedit regula. *l.ſub prætextu. Cod. de tranſact.*quia hic nullus fuit adhibitus do-
lus ex propoſito, & læſio ſicut dixi debet conſiderari, vt erat tempore conuentionis,
argumento, *l voluntate.C.de reſcind.vend.* quæ ſolutio colligitur *ex Pinello parte ſecunda*
numero 218 Codic de reſcind.vendit. vbi dicit fuiſſe. *Crem. ibi numer. 44. gloſſ autem d.§,*
*hæres in fine.*ſoluendo ex intentione quorundam,dicebat in eo textu ſubaudiri dictio-
nem (*maxime*) vt ſit ſenſus.poſſe fideicommiſſi nomine agi, maxime ſi tranſactio non
eſſet, & dicta ſolutio, licet gloſſa, non alleget, probatur ex *l.2.§.1.ff.de tranſact.* vbi de-
tecta læſione per codicillos, nouiter repertos, reſoluitur tranſactio. Tertio conſide-
ro, quod ſtante communi lectura ſine dictione maxime, ait text. fideicommiſ.nomi-
ne, agi non poſſe, at de doli actione agi poſſe nihil dicit; vnde ſuccedit regula; quod
dolus ex propoſito,& dolus re ipſa quoad reſcindendum contractum æquiparantur,
Decſ.Peruſ.18.Pariſ.conſ.96.lib.1.& conſ. 20.nu.45.& conſ. 108.& 109.*vol.1.Socc. Iun. conſ.*
98.n.26.vol.2.& ſicut dolus re ipſa cæteros cõtractus reſcindit,cur non & tranſactio-

nem:ne allegatur reſpectus finiendarum litium, nam vtilius eſt neminem tam grauiter lædi, fauor enim litium expediendarum, continere videtur principaliter vtilitatem priuatam, & publ. ſecundario *Alc. in l. ſi diuerſa num. 2. C. de tranſact. argumento l. fratris. C. eodem tit.*

Secundo loco munitur hæc ſententia ex *l. etiam tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. de tranſact.* arguendo à ſpeciali, quod genus argumenti eſt validum. *l. ius ſingulare. ff. de leg. l. 1. ff. ad municip. c. quæ à iure de reg. iur. in 6. c. in præſenti iuncta gloſſ. §. locatis de præbend. lib. 6.* vbi dolo ex propoſito reſcinditur tranſactio. ergo non dolo re ipſa.

Sane pro ſolutione dicendum eſt, ibi non arguere Iuriſconſultum a ſpeciali, ſemper enim loquitur in dolo dante cauſam, adeo vt potius regeri poſſit ratiocinatio, cum dolus ex propoſito, & re ipſa, ſicut diximus comparentur.

Tertio iuuat hanc ſententiam *lex à Diuo Pio. §. pignora ff. de re iud.* cuius verba ita ſe habent: nam & ſi creditor maluerit pignora in creditum poſſidere, hiſque eſſe cōtentus, reſcriptum eſt non poſſe eum, quod amplius ſibi debetur petere: quia velut pacto tranſegiſſe de cætero videtur, qui contentus fuit pignora poſſidere, ergo licet illud reliquum, de quo tranſegiſſe videtur eſſet magni ponderis, non poſſet iterum peti intuitu magnæ læſionis cum generaliter neget reſiduum peti poſſe. Sed ille tex. non loquitur in tranſactione, ſiquidem pignora erant capta in re iudicata, atque ita lite finita. *l. 1. ff. de re iud.* ideo non potuit ibi eſſe tranſactio. *l. 1. ff. de tranſ.* & verbum tranſegiſſe, remiſſionem, ſiue donationem rectiꝰ ibi ſignificat, nam verè accepit in ſolutum rem pignoratam, quæ erat in priori credito ex ipſa acceptione in ſolutum ſponte facta, videtur reſiduum crediti remiſiſſe argumento *l. ſi in tra ff. de pact.* ita reſoluit *Pinell. par. 4. cap. 4. numer. 11. C. de reſcind. vend.* remittens ſeſe, quoad vberiorem eius. *§. intellectum, ad Alciat. in l. creditor. ff. ſi certo. pet. Duaren. libr. primo cap. 6. Diſputation. Ioan. Robert. libro primo ſentent. Iur. cap. 22.*

Quarto loco ſuffragatur tex. in *l. in ſumma. ff. de cond. & indeb. his verbis:* & quidē quod tranſactionis nomine datur licet res nulla media fuerit, non repetitur, nam ſi lis fuerit, hoc ipſo quod à lite diſceditur, cauſa videtur eſſe; Plane hic locus eſt, vt Delphicus gladius, nam & pro alia parte deducitur, conuertendo in fauorem alterius ſententiæ affirmatiuę, ibi ſi euidens calumnia detegitur, & tranſactio imperfecta eſt, repetitio datur. Nam *Anton. Butr in d. c. cum cauſa. num. 32. Cagnol. d. l. 2. num. 75. verſic. 4. Suarez. alleg. 22.* dicunt ex hac læſione detegi euidentem calumniam, quæ reddit imperfectam tranſactionem *Pinell. in l. 2. part. 1. cap. 4. num. 21.* dicens ex communi ſententia eam læſionem dolo comparari.

Quinto tandem loco facit in hanc ſententiam. *l. dolus C. de reſcin. vendit.* nam ait; Dolum emptoris qualitate facti, non quantitate precii æſtimari, non ergo facit dolum læſio in precio, ſed qualitas facti ſc. quæ ſeruata fuit, in contrahendo, i. machinatio: Reſpond. *Pinell. d. l. 2. par. 2. n. 25.* agi in ea conſtitutione de dolo incidente, nam vterq; contrahentium contrahere volebat, nec alter alterum in actu principali circumueniebat, ſed circumuentio fuit in precio quę ſolet in emptionibus eſſe permiſſa. *l. in cauſa. §. idem Pomp. ff. de minor.* at in ſpecie noſtra dolus eſt, in qualitate facti, quia cum grauis eſſet lis, multaq; bona eſſent reſtituenda quaſi leuis eſſet, & nullius momenti, tranſegi, & ſi aliter ille tex intelligeretur, fieret, quod dolus re ipſa nunq̄ valeret ad reſcindendū quia non eſſet in qualitate facti commiſſus; ſed in quantitate rei, & tamen oſtendimus paulo ſupra dolum re ipſa, æquiualere ad reſcindendum, ac dolum ex propoſito quidē latius expoſuimus, in illa diuiſione doli ex propoſito, & re ipſa.

23 Sexto argumento † ſumpto à ſimili, nam iuramentum, & ſententia equiparantur tranſactione *l. non minorem. Cod. de tranſaction. l. 2. ff. de iur. iur.* ſed iſta non reſcinduntur prætextu læſionis. *l. nam & poſtea § ſi damnetur. ff. de iur. iur. l. ſi deferente. ff. de dolo.* In qua ſiquis deferenti aduerſario falſo iurauerit detecta falſitate, non propterea reſcinditur iuramentū, nec agitur actione de dolo, ratio eſt inquit text. quoniam per iuſiurādū tranſactū videtur, & ita arg. *Alc. in l. quāuis nu. 9. C. de tranſ.* ſed certe quoad ſententiā, ſi non dum fecit tranſitum in rem iudicatā ob iniquitatem, & læſionem datur ad reſcindendum appellatio ſi in rem iudicatam tranſierit, non poteſt dici amplius ſentētia ini-
24 qua. Quia † facit de albo nigrū, *Iaſ. in rub. ff. de re iud.* & quia non appellando fatetur ſententiā eſſe iuſtam, & ita quo ad iſtā partem argumentū conuertitur. Quoad iuſiurandū in quo paulo maior eſt difficultas, puto nō inelegāter poſſe reſp. primo q. actio doli ceſſat vbi illud cōpetit remedium. *l. 1. §. merito ait. ff. de dolo,* & ibi datur actio ad periurium:

l. nam

l. nam ſufficit. ff. de dolo. Secundo quod non bene infertur de illo caſu ad iſtum, quoniam ibi propter periurium dolus eſt, non ſolum reipſa, ſed etiam ex propoſito, quo caſu in vera tranſactione Doctores fatentur dari actionem de dolo per *d. l. ſi ſuperſtite. C. de dolo*, Præterea & tertio reſponde non eſſe perpetuum, vt quando ex Iuramento videatur tranſactum non liceat propter periurium recedere per *l. fin. Cod. de iur. iur. in verb. nobis itaque melius.* & ibi nullumque ex huiuſmodi periurio lucrum ei accedere.

85 Ex aduerſo † acriter pugnat. *l. qui ſuperſtite. C. de dolo*, ibi ſane ſi læſa es immodicè non de dolo propter paternam verecundiam, ſed in factum actio tibi tribuenda eſt. Quibus verbis nihil videtur eſſe apertius, nam tanti valet actio in factum ex perſona filiæ, erga patrem, quantum actio doli contra extraneum, ſuccedit enim illa in locum actionis doli contra perſonas, quibus debita eſt reuerentia. *l. non debet. ff. de dolo. l. parens. ff. de obſeq à liber. & libert. par. vel patro. præſt. l. licet. ff. co. t.* Reſp. Dd. agi ibi de dolo ex propoſito, non re ipſa, iuxta gl. in verb. læſa, ita quod vltra immodicam læſionem adfuit dolus dans cauſam, ita videtur eſſe communior reſolutio per *Salyc. Marian. & Alexand. & Curt. Seniorem conſil. 66. numero 26. referente Pinello in dicta leg. ſecunda par. 2. numer. 22.*

Secundo citatur in eandem ſententiam. *l. 2. §. 1. ff. de tranſact.* in qua immodice læſus, vt conſtitit per Codicillis nouiter repertos gloſſ in *d. l. lucius. §. fi. ff. ad Trebell.* ſoluens ait ſpeciale eſſe in cauſa vltimæ voluntatis, nam de fideicommiſſo tranſactum erat, & codicilli poſtea reperti ſunt, & ſpecialitas probatur ex *leg. de his. ff. de tranſaction.* alioquin ille tex. mirificè pugnaret cum *dicta. leg. lucius. §. fin. ad Trebellian.* in quo reperta poſtea inſtrumenta ſecundum communem literam tranſactionem non irritant.

Tertio huc quoq; pertinet *dict. leg. in ſumma. ff. de condit. indebiti.* ibi ſi autem euidens calumnia detegitur, tranſactio imperfecta eſt, & repetitio datur, calumnia enim illa euidens, ob læſionem detegitur, ſed modica ius eſſe videtur in hoc tex. cum ab aliis torqueatur in contrarium, vt oſtendimus.

86 Sed in quam † partem magis inclinandum? poſterior hæc ſententia æquior mihi videtur, & ab æquo, iuſtoque iudice amplectenda tum ratione, tum etiam authoritate, ratio eſt. Nã dol⁹ ipſa cæteros cõtractus ſtricti iuris reſcindit, vt dixim⁹ ſupra & in diuiſione illa Doli re ipſa, & ex propoſito in *pr. in tit. de dolo re ipſa, maxime. in quæſt. 9.* cur ergo diuerſum in tranſactione dicet fauore litium finiendarum? Reſpondeo cum Alciato vt ſupra ſpectare principaliter ad priuatam vtilitatem, Confirmatur, nam dolus ex propoſito tranſactionem reſcindit. *l. ſub prætextu. C. eodem. titul.* & ibi notant omnes, & nemo eſt, qui dubitet, & dolus re ipſa, & ex propoſito, quo ad reſcindendum æqui parantur vt oſtendimus in 2. argumenti ſolutione pro ſententia negatiua, & ſupra in prima diuiſione doli, in tit. de dolo vero. Authoritas eſt ex *d. l. ſuperſtite*, ex cuius verbis palam tollitur; reſponſio Doct. dicentium ibi vtrumq; dolum ineſſe, ex propoſito ſcilicet, & re ipſa, nam Imperator fatetur initã eſſe tranſactionem bona fide; ibi, poſtea trãſegiſti cum eo bona fide, & tamen ait ſi læſa es immodice non de dolo propter paternã verecundiam, ſed in verecundiam, ſed in factum tibi competit actio; eamq; ponderationem (vt mihi videtur) magni facit idem *Pinell. citato loco l. 3. part. 1. cap. 4. n. 23.* Præterea non parũ me mouet *d. l. Lucius* Titius, *§. fi. ff. ad Treb.* conſiderando duo in illo tex. vnũ quod illa læſio in quadruplum apparuit ex inſtrumẽtis poſtea repertis, nam ſi inſpecto præſenti ſtatu, prout ſunt termini noſtræ quæſt. damnũ tam grande illatum fuiſſet, quis ambigeret ex illa enormi læſione dolũ præſumi; Sed quia apparuit ex inſtrumentis poſtea repertis, talis dolus ibi præſumi non potuit, & ſi ex inſtrumentis, quæ tẽpore tranſactionis viſa ſunt, enormis eſſet læſio, & in *d.* §. vltimo nunquam reſpõſurus IC. fuiſſet, agi eo nomine non poſſe, alienum enim nimis eſſet ab æquitate. Alterum obſeruatione dignum eſt, quod ille, qui grauatus erat fideicom. tranſegit; ſed hæres eius poſt longum forſan tempus ſuccedens, bonaq; mixta, & confuſa inueniens iuxta *leg. fi. ff. pro ſuo*, læſio etiam grauis poſtea apparens malignitatis ſuſpicionem nullam potuit generare ſecus ſi à grauato fuiſſet facta tranſactio, vt prudenter obſeruat idem *Pinellus d. l. 2. 1. parte cap. 4. numer. 19.*

De Dolo in contractibus nominatis, Cap. V.

1 *Doli mali clauſula, idem eſt, quod formula.* 2 *Clauſula quid ſignificaret apud Iuriſcon-*

ſultos variis in locis.
3 *Quid apud Canoniſtas.*
4 *Doli mali clauſula quid ſit.*
5 *Clauſula huiuſmodi vnde originem duxerit.*
6 *Gallus Aquilius maximæ authoritatis fuit Iuriſconſultus, & plurium inuentor.*
7 *Celebre, ac memorabile illius dictum.*
8 *Iuriſciuilis rationem numquam ab æquitate diſcuſsit.*
9 *Magnificam domum Romæ habuit.*
10 *Clauſula doli mali duobus modis concipitur.*
11 *Dolo facit, qui contra bonum, & æquum facit.*
12 *Quænam differentia ſit vno, an alio modo doli clauſula concipiatur.*
13 *Doli clauſula in omnibus negociis apponi poteſt.*
14 *Plerumque tamen ſtipulationibus apponitur.*
15 *Doli clauſulæ ſex effectus recenſentur.*
16 *Vtrum ſtipulatio doli comprehendat extraneum, an de eius perſona ſpecialis mentio habenda ſit, diſputatur.*
17 *Stipulatio pœnalis regulatur ſecundũ naturam contractus ſuper quo interponitur.*
18 *Non eſſe extraneæ perſonæ in huiuſmodi ſtipulatione doli ſpecialem mentionem faciendam, comprobatur, & eſt communis ſententia.*
19 *Obligari an quis poſſit ad factum alienum, & quomodo.*
20 *Doli clauſula ſubintelligitur in contractibus bonæ fidei, non autem exprimenda eſt.*
21 *Dolus ab omni diſpoſitione cenſetur excluſus.*
22 *In ſtipulationibus, aliiſq; ſtricti iuris contractibus doli clauſula non habetur pro adiecta.*
23 *Fallit in ſtipulatione iudicatum ſolui.*
24 *Fallit ſecundo in cautione de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.*
25 *Fundamenta deſtruũtur pro contraria ſententia.*
26 *Clauſula doli generalis, ſi præcedat, & ſequatur ſpeciales, an referatur ad ſpecificata.*
27 *Præſertim quæritur in materia* legis ſecundæ. Codice de reſcindend. vend.
28 *Genus paruum derogat generi magno, & indiuiduum derogat vtriq; ſicut ſpecies generi.*
29 *Breuiloqua ſtipulatio nõ refert ad perſonas quibus ſpecialiter promiſſum eſt.*
30 *Generalis clauſula reddit ſuperfluam ſpecialitatem.*

ET ſi quæ diximus de dolo in cõtractibus bonæ fidei, & ſtricti iuris cõueniant quoque cõtractibus nominatis, cum eorum partim bonæ fidei, ſint, partim ſtricti iuris, tamen vt ꝓpoſitus à nobis ordo ſeruetur, nõ nulla etiã ſubiiciemus de dolo in cõuentionibus nominatis & præcipue de doli mali clauſula, quæ ſæpe his ſolet contractibus inſeri, diſſeremus.

Videamus igitur quid ſit clauſula doli, vnde duxit originem, quomodo concipiatur; in quibus contractibus interponi ſoleat & qui ſint eius effectus.

1 Ad primum doli clauſula, & formula † doli mali recte appellatur, vt *Cic. 3. de offic.* Non dum. C. Aquilius familiaris meus inuenerat de dolo formulas, & idem *Cic. 3. de nat. Deor.* euerriculum malitiarum omniũ iudicium de dolo malo nuncupat, quod C. Aquil familiaris noſter protulit in iure tamen, doli clauſula frequentiùs inuenitur appellata, vt in *l. doli clauſ. l. 22. & l. 53 ff. de ver. obl. l. ſi ſine. §. in ſtip. ff. rem ratam habere*, ibi: actio ex doli clauſula cõpetit. *l. 13. § cum qui. ff. de acceptil. dicitur cautio doli. l. ex ea parte. ff. de verb. obl.* appellatur etiam ſtipul. doli. *l. 5. ff. de vſufr. quemadmodum cau. & l. 9. eodem tit.*

2 *Quæſt.* 1. Clauſulæ dici ſolent cùm à Iuriſconſul. in libris Pandectarum, edictorum, ſtipulationũ, † teſtamentorũ, quædam ſingulares, partes, de edictis, eſt tex. in *l. quædã. ff. de edend.* ibi & cũ dolo malo ſocius negocia geſſit, prætor per hanc clauſulã (nẽpe de edendo) nón interuenit, eſt. n. pro ſocio actio, & in *l. 3. ff. quod met. cauſa* iuncta. *l. 1. eo. tit.* ibi; continet igitur hæc clauſula, & vim, & metum in ſtipulationibus, in *l. iud. ſolui, & l. 13. ff. iudic. ſolu.* Pro teſtamentis eſt *text. in l. talis ſcriptura cum l. ſequent. de leg.* primo, nam talis ſcriptura quas pecunias legaui eas hæres meus annua bima trima die dato. in *dict.* 3 *l. ſequent.* clauſula appellatur. In eodem quoq; ſenſu † ſumitur per Canoniſtas in reſcriptis, vt in *c. cauſam quæ ex. de reſcript.* ibi nos volentes, vt clauſula illa (*quantum de iure poteris*) clauſulam illam de receptione probationem procedat. Ergo conſtat iam quid 4 ſit clauſula: Ex quo non † obſcure colligitur, quid ſit doli clauſula, illa nẽpe pars ſtip. quæ dolũ malum abeſſe, abfuturumq; eſſe comprehendit, ſiue pars conuentionis, qua promittitur in ea re, nihil dolo malo faciendum eſſe, hoc enim modo definimus doli

clauſu-

clauſulam, quocunq; contractu interpoſitam, etſi frequentius ſtipulationib. adiici ſo-
leat quemadmodum ex *d. l. doli clauſula*, cum aliis citatis, *ſub titulo de verb. obligat.* palam
eſſe poteſt.

Q. 2. Ad ſecundum de origine videtur eſſe reſponſum ex adductis locis Cicero-
nis, nempe C. Aquilium. Iuris. C. diſcipulum Q. Mutii Scæuolæ P. Maximi & Seruii
5 Sulpitii præceptorem, vt ſcriptum † reliquit *Pompon. in l. 2. de orig. §. iuris ciuilis* ſciā plu-
6 rimi, & maxime veri. verb. poſt hos Q. Mutius Pōtifex, & ibi inſtructº † maxime à Gal-
lo Aquilio, pręcipuæ authoritatis virum appellans, Aquilianā de ſuo nomine dictam
ſtipulationem induxit. *§. item per acceptilationem inſtit. quib. mod. tolli oblig. l. & vno. ff. de
accept.* ibi eius rei ſtipulatio, quam acceptilatio ſequatur à Gallo Aquilio ſatis expoſita
eſt. Idem tribunus Plebis rogauit. *l. de iniuria, & damno dato*, quæ de ſuo nomine ſum-
pta appellatione, lex Aquilia vulgo appellatur. *l. 1. ff. ad l. Aquil.* formalem etiam illam
induxit, qua vtiliter poſſent Teſtatores ſine timore nepotum poſtumorum teſtari. *l.
Gallus ff. de liber. & poſth.* eiuſdem nobilis illa ſententia fuit, vt aliqui poſthumi, legitimi
poſſent nobis hæredes fieri, quæ ob nimiam æquitatē cæteris præualuit *l. fin ff. de leg. 1.*
7 ibi & obtinuit ſententia Galli. Et celebre † de hoc viro, iudicium memoriæ prodidit
Valer. lib. 8. c. 2. cum Iudex eſſet conſtitutus inter C. Viſellium Varronem, & Octaciliā
Luterēſem, cum qua libidinis commercium habuerat; dicens De qua re. C. Aquilius
vir magnæ authoritatis, & ſcientia Iuris Ciuilis excellens, iudex adductus, adhibitis in
conſilium principibus ciuitatis prudentia, & religione ſua mulierem repulit. Cicero-
nis cōllega fuit in prætura, ſicut ipſe in oratione Cluentiana teſtatur, quem idem *Tul-
lius in oratione pro Cæcinna* multis extollit encomiis, inter quæ illud extat memorandū.
8 Quod iuris ciuilis rationem nunquam † ab æquitate ſeiunxerit. Quod ita iuſtus, ita
bonus vir eſſet, vt natura non diſciplina conſultus eſſe videretur, ita peritus, ac pru-
dens, vt ex iure ciuili non ſcientia ſolum quædam, verū & bonitas nata cēſeretur. Do-
9 mum habuit in colle nominali omnium conſenſu, multo † cæteris omnib. Romanis
ædib. illo æuo pulchriorem, vt exiſtimari poſſit ſecundū noſtrorū hominū in veterib.
pecuniis æſtimandis, diligentiam, ducentis circiter millibus noſtrorum aureorum
valuiſſe *Rutilius de vitis I. C.* in vita Galli. Egregiū igitur, & illuſtrem authorem habuit
doli clauſula, ſiue formula, quæ quomodo eſſet concipi ſolita, nunc experiamur.

Q. 3 Et ſane duobus modis cōponi ſolitam ex pleriſq; iuris ciuilis locis colligitur. I.
10 quidē quando † ꝓmittebatur dolū malū abeſſe, abfuturumq; eſſe. *l. 5. ff. vſufruct. quēad.
caueat. l. ſtipul. iſta §. ſiquis dolū malū. ff. de verb. obl. verſ.* huic rei promiſſioniq; dolū abeſſe.
l. ex ea part. ff. de verb. obl. l. hac verba, cui rei dolus. ff. de verb. obl. Diuerſus aūt iſte concipi-
endi formulas modus ſtipulationis naturā nō mutat; ſed effectu eſt eadē, nam vtroq;
caſu eſt generalis, *Alciat. in d. l. hac verba*, ꝑ eum tex. vtroq; caſu, importat, vt q ſpondet
videtur ꝓmiſiſſe ſe curaturū, vt dolus malus abſit, *d. l. inter ſtipul.* & tam iſto, q̄ illo caſu,
& ꝓmittentis, & hæredis obligatio continetur *d. l. ſtipul. iſta debere §. ſiquis dolum.* eodēq;
modo tam in iſta, quā in illa conuentione, dicta clauſula cōplectitur, q̄cquid contra
bonam fidē, & æquitatem fit. *Duar. in l. doli clauſula. ff. de verb. obl.* dicens rationem eſſe,
11 quia dolo facit, qui ſe. contra bonum, & æquum † aliquid facit *l. qui æquitate ff. de excep.*
Vtro modo concepta ſit, ad incertos caſus ꝑtinet, qui in p̄ſentia contrahentib. non oc-
currunt *l. ſtipul. commodiſſ. ff. de verb obl.* vbi conſutit IC. Iulianus, vt ſe. nominatim cō-
prehendamus q̄cunq; poſſumus, deinde doli clauſulam ſubiiciamus, q̄ incertos caſus
qui in mentē venire, antequā accidant, non facile contrahentib. potuerunt, generali-
12 ter cōplectatur, vt ibid. obſeruat *Duar.* Vna † tamen differentia in hac varietate con-
ceptionis adeſſe videtur in *d. l. ſtipul. iſta habere. §. ſiquis dolū*; nempe q vna cōprehendat
plures perſonas; altera pauciores, verba textus ſunt; Si quis dolū malum promiſſoris,
hærediſque eius abeſſe velit, ſufficere abeſſe, abfuturumque eſſe ſtipulari. Si vero de
plurium dolo cauere velit, neceſſarium eſſe adiici, cui rei dolus malus non abſit vel
non abfuerit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dare ſpondes? Et ideo *Alciat. in di-
cta l. hac verba*, inquit ſtipulationem, de qua in eo textu, generalem eſſe, quo ad per-
ſonas, quoniam vltra factum promiſſoris, & hæredis, alias quoque perſonas con-
tinet, rurſus, & quo ad rem, quando omnem dolum comprehendit, tam veram, quā
præſumptam, cui conſequens eſſe videtur, vt clauſula dolum malum abeſſe, abfutu-
rumq; eſſe generalis ſit, quoad rem tantā, quippe contra omnem dolum etiā præſum-
ptū, non quoad ꝑſonas, quia continet tantū dolum ſucceſſorū *l. 5. ff. de vſufr. & quemad.
caueat.* Verū non eſt differentia in modo diuerſo conceptionis, ſed in adiectione pœnę

vt palam eſſe poteſt in *d.§.ſi quis dolum*, & ex ſummario Doctorum, qui ita ſummant, &
ita ſentiunt, adeo quod ſi in alia conceptione adiiciatur pœna, & extranei contine-
bantur.

*Q.*4. Quarto ſequitur, vt paucis exponamus, in quibus contractibus doli clau-
13 ſula interponatur, & ſanè in omnibus contractibus, & negociis, poteſt † apponi, quā-
docunque promittatur dolum abſuturum, ſi enim ab omni contractu, imo & ab o-
mni diſpoſitione cenſetur remotus, *l.creditor.§.Lucius.ff.mandati.l.ſi pater.ff.qua in frau.
cred.*R*uy.in l.1.n.26.ff.de non.oper nunc.Pariſ.conſ.107.n.35.li.3.Cepol.conſ.*137*.n.15.volu.*1.
longe magis poteſt expreſſe pacto contrahentium excludi, probo ex *Iaſ.in l.doli clauſu-
la.ff.de verb.obligat.* vbi ponit exemplum clauſulæ poſitæ in contractu emptionis, cæ-
terum quia hæc doli abſuturi prouiſio, vel in ſtipulationibus vel per ſtipulationem
14 fit, ideo non inelegāter † poteſt affirmari, quod plerumq; ſtipulationib. adiiciatur, vel
per ſtipulationem promittatur, in aliis conuentionib. vt ſc. firmior ſit promiſſio, firmā
darum enim obligationum gratia inuenta fuit ſtipulatio. *Paul.lib.5.ſent.tit.7.* ſtipulati-
onem dictam inquiens. quaſi firmum adſtringendæ obligationis vinculum, qua rati-
one dixerunt aliqui, clauſulam doli, eſſe partem ſtipulationis, qua dolum malum ab-
eſſe pollicemur, & facit *l.nouiſſima*, ibi; doli mali.

*Q.*5. Relinquitur vt. V. qui ſint eius effectus diſpiciamus & profecto, primus eſt
15 in *l.ſtipulat.commodiſſ.ff.de verb.obl.* quod ſc. † pertineat ad ea, quæ tempore contractus
non potuerunt præuideri à contrahentib. Secundus in *l.dolo clauſula eod.tit.* quod non
refertur ad ea de quibus nominatim cautum eſt *Celſ.Vgon.de clauſ.n.15.Flor.in l.ſi ſeruus
§.inquit.ff.ad l.Aquil.* Tertius quod continet nedum promittentis dolum, ſed etiā ſuc-
ceſſorum, *l.ſtipul.iſta habere.§.ſiquis dolum l.in ſtipulat.in pr.ff.de verb.obl.vbi Bar.* reddens
rationem inquit, quia eos poteſt prohibere, ſed *Vlp.in l.5.ff.vſufructu. quemadm. caueat.*
aliam affert rationem ſc. quia in rem ſit, doli mali, mentio concepta. Quartus eſt quia
ad omne tempus refertur, vt ſi aliquo tempore non abfuerit, dolus, committatur hæc
clauſula, ratio eſt inquit *Venuleius*, in *l.nouiſſ.ff. iud.ſolui*, quia verbum illud abſuturum
eſſe pleniſſimum eſt, & ad omne tempus refertur. Quintus eſt effectus quod compre-
hendat omnem dolum, quicunq; in hac re admiſſus eſt. *l.hac verba.cum rei.ff.de ver.ſign.*
& ibi *Alciat.* declarat, ſiue verum, ſiue præſumptum, imo latiſſimā culpam, imo & do-
lum ex propoſito. & dolum re ipſa, & in omittendo, & in committendo; adeo vt dolus
quoq; improprius videatur contineri; propter illa verba in tex. omnem dolū, quicun-
que nam dictio, omnem, nullum dolum excludit, & dictio quicunq; caſus etiam im-
proprios comprehendit. Alciat. in *l.mouentia ff.de verb.ſignif.* dicens. quod latiſſimam
habet in iure ſignificationem, & ampliatiue, non reſtrictiuè ſumitur *Rom.in l.id tempus
§.1.ff.de vſucap.Soc.conſ.297.viſo pr.lib. 2.* cum multis cōgeſtis à *Tiraq.de retract.conſang.
§.1.gl.7.n.20.verb.quarto intellige.* Sextus effectus eſt, vt non contineat dolum extranei
d.l.ſtipulat.ita habere.§.ſi quis dolū, & ibi Bar.Iaſ.& alii, niſi ſit adiecta pœna, vt ibi per Dd.

*Q.*6. Sed tunc fit locus diſputationi, an ſufficiat ſimplex ſtipulatio pœnalis doli, ad
16 hoc vt videatur promiſſum de dolo extranei, an vero ſit neceſſarium, † vt exprimatur
perſona extranei ipſius. *Bar.cui Ang.adhæret l.ſtipulatio iſta habere.§.ſiquis dolū*, exiſtimat
eſſe neceſſarium, ſumpto argumento *in d.l.ſtip.iſta*, quod & ſi in illa ſtipulatione, de ri-
gore verborum compræhendantur extranei, tamen de æquitate non, hoc ſic conſti-
17 tuto, ſtipulatio pœnalis debet limitari ſecundum † naturam contractus, ſuper quo eſt
interpoſita *l.ſi is qui ducenta.§.cum ita ſtipul.ff. de reb.dub.l.ſi eum.§.qui iniur.ff.ſi quis caut.*
ergo cum in propoſita ſtipulatione non contineantur extranei æquitate, neceſſe eſt
eos exprimi, & confirmantur vltra Bartolum quia in ſtipulatione omiſſum habetur pro
omiſſo. *l.quicquid adſtringenda.ff.de ver.obl.* nec non quia in pœnalibus ſtrictiſſime pro-
ceditur. *r.in pœnis de reg.iur.in 6.* eaq; ſemper eſt facienda interpretatio, vt pœna euite-
tur, & confert regula *l.veterib.ff.de pact.*
18 Sed contra *Bart.* videtur † eſſe frequentior opinio Doctorum nam *gl.in l.emptor.§.
qui aūt in verb.per omnes.ff.de act.empt.Imol.Caſt.*Ro.*Iaſ.in d.§.ſi quis dolum. Cuman. & A-
lex.in d.l.ſtipul.iſta in pr.*Alciat.*in d.l.hæc verba rei dolus.ff.de verb ſign.* vbi de communi af-
fert teſtimonium; quæ munitur authoritate, & ratione & l. authoritate. *l.nouiſſ.ff.iudi-
catum ſolui, ibi* ſin aūt adiectum ſit, ſi huius rei dolus malus non aberit, quanti ea res eſt
dare ſpondes, etiam ob extranei dolum, promiſſor pœna tenebitur; quibus verbis, vt
inquit *Iaſ.* nihil poteſt eſſe clarius, vt merito truffa cenſenda ſit extranea ſubauditio il-
la quod fuerit facta mentio extranei.

Secundo

Secundo ex *d.§.ſi quis dolum*, vbi diſertè dicit I. C. quod ſi præter dolum promiſſoris,& hæredis velit ſtipulator de plurium dolo ſibi caueri, neceſſe eſt adiiciat pœnã in hoc modo. Cui rei dolus malus non abſit, vel non aberit, q̃uanti ea res eſt tantam pecuniam dari ſpondes, pondero, quod illud neceſſarium eſt adiici quanti ea res eſt, &c. ergo extranei mentio non eſt neceſſaria, alioquin deficeret Iuriſconſ. non exprimens omnia neceſſaria.

Tertio vltra Doctores obſeruo tex. *in d.l.ſtipul.iſta verbo at ſi quis*, cuius hæc ſunt verba. At ſi quis velit factum alienum promittere pœnam, vel quãti ea res ſit promittere poteſt, igitur ſola promiſſio pœnæ continet extraneum.

Adiuuat has partes, & Ial. ratio *d. §. ſi quis dolum*; Nempe quia ſi per ſolam adiectionem pœnæ non comprehenderentur extranei; fruſtra fieret illa adiectio cũ abſque promiſſione pœnæ veniant hæredes, & ſucceſſores promittendo *d. §. ſi quis in pr. d.l.nouiſſima & l.inter ſtipulantem in princ. ff. de verb.oblig.* Non vrget ratiocinatio Bartoli quamuis *Iaſ. & Doct.* quod viderim, non reſpondeant, quoniam ſtipulatio, de qua initio illius. §. non eſt pœnalis, quid igitur mirũ ſi non contineat ex æquitate extraneos, adeo quod ſi quis vellet abſq; pœna extraneos includere ſtipulatione, deberet expreſſe adiicere, ſed quãdo adiicitur pœna, ſatis eſt ad includendos extraneos, cum ſit ſpecialiter ad hoc adiectio pœnæ comparata dd. iuribus, & quia fruſtratoria eſſet quoad hæredes, vt dixit *Iaſo.* & ideo iſta ſtipulatio pœnalis in hoc caſu non ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur ex adductis rationibus, deinde quia cum dicta ſtipulatio, de qua *in l.ſtip.iſta*, de rigore cõtineat extraneũ, non de æquitate, vt ibi Doctor. affirmant, adiectio pœnæ tollit illam æquitatem, præterea cum de rigore verborum veniant extranei, non repugnat naturæ actus, vt propter adiectionem pœnæ contineantur extranei. Non facit quoq; negocium, quod a nobis pro confirmatione allegabatur, ſiquidem non dicitur omiſſum, quod ex natura cõuentionis venit *l.cum quid ff.ſi cert.pet.* at ex natura ſtipulationis pœnalis veniunt extranei. *d. l.nouiſſ.cum aliis ſupra citatis*, ideoq; ceſſat regula *l.veteris.b.ff.de pact.* nihil enim poteſt huic ſtipulatori imputari, quod non latius verba conceperit, natura enim actus pro ſtipulatore loquitur.

Q.7 Porro aũt hoc loco poteſt dubitari nunquid ſine promiſſione pœnæ poſſit a-
19 liquis † obligari ad factum alienum, & ex allegatis iuribus videtur negandum, quoniã
dicunt neceſſarium eſt adiicere, quanti ea res eſt, vel pœna, *Oldrad. tamen, & Petrus de bella Pertica* ſequuntur diuerſam ſentẽtiam dicẽtes Pone quod aliquis vult teneri de dolo illius, qualiter debet promittere, certe non ſufficit promittere dolum malum abeſſe, ſed oportet quod promittat ſe facturum, & curaturum, quod dolus malus aberit, & tunc de facto alterius tenebitur, vt refert *Bart.in l.inter ſtipulantem in princ. numero.2. verbo Oldradus, & Petrus.*

Q.8. Quæritur etiam an doli clauſula neceſſario ſit in contractibus ponenda à cõ-
20 trahentib. an vero adiecta intelligatur, & ſi de ea nominatim cautum † non fuerit. Pono videtur potior eſſe ſententia affirmatiua ex reg. *l.bonam fidem. C.de actione & obl.* ſcilicet quod ab innominato contractu, debet abeſſe dolus malus, & ineſſe bona fides, vt ibi gloſſ. declarat.

21 Confert. II. reg. quod dolus cenſetur ſemper excluſus ab omni † diſpoſitione. *l. creditor. §. Lucius. ff. mandati* cum vulg. *Duaren. in l.in actionib. n.9. ff. de in lit.iur. & Iaſ. in l. ſi id quod aurum num.2. ff. de verb.oblig.* videtur diſtinguere, aut loquimur in contractib. bonæ fidei, & tunc ſubintelligitur appoſita, adeo quod ſuperuacuo adiiciatur. *l. huiuſmodi. §. per ſeruum. ff. de leg* I. ibi quia hoc iudicium bonæ fidei eſt, & continet in ſe doli mali exceptionem & *l ſed & ideo. ff. ſolut.matr.* ibi cum doli exceptio inſit de dote actio-
22 ni, vt in cæteris bonæ fidei iudiciis. In ſtrictis † autem iuris contractibus debeat prouidentia contrahentium interponi, alias haberetur pro omiſſa, argumento *l, quicquid adſtringendæ ff. de verb.oblig.* Probo ego præterea ex *l 5. ff. quemadmod. vſuſruct. caueat.* & *lege iudicatum ſolui ff. iudicat. ſolui*, arguendo a ſpeciali. confirmo ex definitione clauſulæ doli, quam diximus partem eſſe ſtipulationis qua dolum malum abeſſe comprehendimus, aliæ autem partes ſtipulationis ſunt expreſſæ, argumento *l.5. §. ſtipul. l. 1. in pr. ff. de verb.obl. l.1. §.1. à ſpeciali. C. de rei vxo. act.* ergo & illa pars doli clauſulæ, ne vna eademque res diuerſo iure cẽſeretur, *l. eũ qui ædes. ff. de vſuc.* & ne diuerſum ſit ius in totũ, ac in
23 parte cõtra *l. quæ de tota. ff. de rei vend.* Sed tamẽ hæc opinio † limitãda eſt vt mihi quidem videtur in duplici caſu, nempe in ſtipulatione iudicatum ſolui, etenim in ea abſq; alia expreſſione, doli clauſulam contineri, reſpondet *Vlpianus. in leg. 6. ff. iudicat. ſolui.* Iti-

quiens iudicatum ſolui ſtipulatio, tres clauſulas in vnam collatas habet, de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo *l. nouiſſima. ff. eod. t.* nouiſſima clauſula iudicatum ſolui
24 ſtipulationis dolum malum abeſſe. Secundo in † cautione de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, quam præſtat vſusfructuarius per textum in *l. hac ſtipulatione. ff. vſufructu, quemadm. caueat*; hac ſtipulatione, inquit, dolum malum abeſſe, abſuturumq; eſſe
25 continetur. Fundamentum autem † contrarium facile, vt arbitror, commouetur, primo quia dicta regula *l. bonam fidem* non refertur ad doli clauſulam, quæ duo continet ſcilicet dolum malum abeſſe, quod eſt præſentis temporis quando initur conuentio, & dolum malum abſuturum, quod futurum tempus reſpicit, *d. l. nouiſſima*, cum illa regula de dolo malo præſenti intelligatur, quod ſc. tempore cōuentionis debeat abeſſe. Secundo reſponde d. reg. cum ſequēti, q. dolus cenſetur excluſus, habere locū quo ad pducendam actionem de dolo. Secus quo ad producendam actionem ex ſtipulatu, nā quando clauſula doli eſt appoſita datur actio ex ſtipulatu, non ex dolo, & vt talis actio ex ſtipulatu detur, dicta clauſula debet expreſſe adiici, *Iaſ. in d. l. ſi id quod aurum. nu. 2.* & ſtante ſolutione iſta poteſt affirmari, quod dicta clauſula non ſub intelligatur etiam in contractibus bonæ fidei, niſi ſit adiecta, nam actionem ex illo contractu non pariet, ſed inerit exceptio doli, vt in legibus allegatis.

Quæſt. 9. Quæro dictum eſt ſupra in primo vel in ſecundo effectu clauſulæ doli, quod non refertur ad ſpecificata ex *d. l. doli clauſula. ff. de verb. oblig.* ſc. quando generalis clauſula doli ſubiecta eſt iis, de quibus nominatim cautum eſt, vt ponderat *Iaſ. ibi. n. 3.*
26 illud verbum ſtipulationib. ſubiicitur, quid iuris autem ſi generalis † clauſula præcedat, & ſequantur ſpeciales, & ſane hoc caſu referri ad ſpecificata dicit *Iaſ. in d. l. doli clauſula n. 3.* & ponit elegans exemplum, in quo ſi vera ſit ſententia *Iaſ.* quæ videtur eſſe de mente Doctorum alio modo reſpondendum eſt, ſi præcedat cauſula doli, alio modo ſi ſequatur. Vendidi inquit ipſe rem, quæ erat valoris vltra duplum precii conuenti, & renunciaui beneficio *l. 2. C. de reſcind. vend. & c. cum cauſam extra de emptione & vend.* & poſtea in inſtrumento fuit appoſita clauſula, dolum malū abeſſe &c. ego ſentiens me deceptum, & videns agere non poſſe remedio *d. l. 2.* ob factam renunciationem, volo experiri ex clauſula generali, an poſſim, certe quando clauſula generalis ſubiecta fuit. Expeditæ quæſtionis eſt, quod non ſit audiendus ex *d. l. doli clauſ.* ſiquidem clauſula generalis non deberet referri ad caſum *d. l. 2.* cui ſpecialiter fuit renunciatum, & confert
27 huic rei *l. ſi iũc. ff. rem ratam haberi* & ex multis poſitis in *d. l. doli clauſula in princ.* ſed † cōtrouerſia eſt, quid ſi fuerit initio clauſulæ doli poſita, & poſtea renūciatio *d. l. 2. Iaſ. d. n. 3.* ex intētione Doctorum affirmat, & ad caſum ſpecialem doli clauſulā referri, ideoq; eius virtute poſſe emptorem conueniri, ratio eſt inquit *Iaſ.* quia clauſula generalis præcedens, refertur ad omnia ſpecialia, etiā quib. fuit prouiſum per tex. *in l. 4. ff. de ſtipu. ſeruor.* vbi ſeruus ſtipulatur ſibi, & vni ex dominis, & illa ſtipulatio generalis ſibi, q̄ præcedit, refertur etiā ad dominū nominatim in ſtipulatione cōprehenſum; & accipit dodrantem ex illa ſtipulatione, & quadrans datur alteri domino. Secundo adducit, *l. Titia. §. qui marcho ff. de annuis legat.* quæ ita ſummatur à Bartolo, legato generali per ſpeciale nō derogatur, quando ſit ſimpliciter, non ob eandem cauſam; & inde infert ad quæſtionē Bar. quod ſi teſtator reliquit cuilibet fratrum prædicatorum, cappā, & Priori bibliam, tunc Prior debet vtrumq; conſequi, cappam ſc. & bibliam ex quo præceſſit genus, quippe quia reliquit in genere omnibus fratribus, deinde in ſpecie Priori bibliam. Verum, quæ ſenſerit *Iaſ.* & alii, quos ipſe ſequitur in quęſtione prædicta de legato Cappæ facto fratribus, vt ſupra, arbitror in terminis noſtris doli, parui referre, præcedat clauſula doli generalis, vel ſequatur, ſiquidē, vt dicebat *Imol. in d. quaſt. de prior. & fratrib. in l. cohæredi. §. partem ff. de vulg. & pupil.* nō poteſt bene reddi ratio differentiæ, cū generi, per ſpeciē ſemper derogetur, *l. in toto ff. de reg. iur. Bal. in l. hac conſultiſſima. l. qui teſtam. facer. poſſ. & in l. executionem verb. redeo ad materiam. Cod. de execut. rei iud.* vbi dicit,
28 quod † paruum genus, derogat magno generi, & indiuiduum derogat vtrique, & ſpeciei, & generi, & ſi in aliis caſibus forſitan poſſet deduci ratio differentiæ in hoc certe noſtro non videtur inueniri. Etenim quæ eſt ratio, vt quando clauſula doli generalis ſubiicitur, non referatur ad ſpeciales caſus, quia illud quod ſpecialiter excluditur, generali ſermone non continetur, & quia ſpecies eximitur à genere, *glo. magiſtralis in d. l. doli. & in l. vxorem. §. feliciſſimo ad fin. ff. de l. 3. Bart. in l. ſed ſi aduciatur ff pro ſoc.* dicit quod genus reſtringitur a ſpecie ex præſumpta volūtate cōtrahentiū. *Iaſ. in d. l. doli in pr.* dicēs
29 breuiloquā ſubſtitutionē, quia generalis eſt ad illas perſonas † nō referri, q b. ſpecialiter

prouiſum

prouiſum eſt, de ſubſtitutione, per *d. l. cohæredi. §. partem*, hæc planè ratio militat; etiam
quando clauſula generalis præcedit. Alia prætereà ratio eſt meo iudicio; quia ſpecia-
20 les caſus † fruſtra exprimerentur, ſi illos generalis clauſula cōprehenderet argumen-
to. *l. 1. ff. de leg. præſtand.* quæ etiam obtinet, quando generalis clauſula præcedit, non
ſecus, ac quando ſubiicitur, & vt non recedam ab exemplo *Iaſon.* ſi propoſitam clau-
ſulam doli, ſequatur ſpecialis renunciatio. *l. 2. C. de reſcind.* & ad eam ſpecialem renun-
ciationem refertur dicta clauſula doli generalis, adeo quod eius virtute, poſſit actio
doli intentari, nonne ſuperuacanea eſt renunciatio prædicta. Nec faciunt ad rem ar
gumenta deducta; nam primum diluitur. Quia illa ſpecialitas, quæ ſubiecta eſt ſtipu-
lationi generali, poteſt aliquid operari, præter generalem clauſulam, vt dentur ſcili-
cet vni Domino duæ portiones, hic vero ſpecialis caſus non poteſt quicquam vlteri-
us operari, quia ſcilicet ad eundem finem tendit generalis, & ſpecialis. ſcilicet dolo
contrahentem non decipi, & in *d. l.* T*ua*, ſi ſeruus prius vni domino, & ſic ſpecialiter,
& poſtea ſibi, & ita generaliter ſtipularetur, non dubito quin idem eſſet Iuriſcon. re-
ſponſurus. Quia non video rationem diuerſitatis. Non habet quoque vim textus in *d.*
§ qui Marco, quippe ibi fit ob diuerſam cauſam, hic vero ob eandem cauſam, ne deci-
piatur; patet ex ſummario Bartoli ad illum textum. Atque ex his etiam colligitur, nō
obſtare huic noſtræ ſententiæ deciſionem dictæ quæſtionis de legato cappæ, propter
diuerſitatis rationem, etenim ſpecialis expreſſio Prioris, poteſt aliquid plus operari,
quàm generalis expreſſio fratrum, & eſt ad diuerſum finem, ſiue diuerſam cauſam.

De Dolo in contractibus innominatis. Cap. VI.

1 *Contractus innominati qui ſint.*
2 *Contrariis multa probantur.*
3 *Valet argumentum de contractibus ad delicta.*
4 *Donatio non eſt contractus innominatus.*
5 *Contractus innominati plures ſunt, quam quatuor.*
6 *Contractuum innominatorum alii correſpectiui, alii non.*
7 *Non correſpectiui pene ſunt infinitis.*
8 *Dolus in contractibus innominatis, quid operetur; diſtinguitur.*
9 *Pactum nudum, poteſt dici contractus innominatus.*
10 *An ex inobſeruantia nudi pacti, competat de dolo actio, arguitur pro negatiua communi.*
11 *Arguitur pro affirmatiua.*
12 *Limitatur communis opinio de iure Canonico.*
13 *Pro tribus contractibus innominatis, non datur actio de dolo.*
14 *In contractu autem facio, vt facias, actio de dolo competit.*
15 *Quanam ſit ratio diſcriminis, late examinatur.*
16 *Opinio Alc. hac de re.*
17 *Affertur ſententia Fulgo.*
18 *Recenſetur ratio Conn.*
19 *Contrahētes nō debēt ad imparia iudicari.*
20 *Sententia Alb. Bolog. in ſuperiori articulo.*
21 *Iure ciuili deficiente, confugitur ad ius prætorium.*
22 *An tranſactio ſit contractus innominatus, remiſſiue.*

Relinquitur, vt de dolo in contractib. innominatis diſpiciamus; in cuius rei expli-
catione bene eſt declarare, I. quæ ſint iſtæ cōuentiones. II. quot ſint earū ſpecies:
III. quid operetur dolus in illis. IV. an ex his contractibus detur aliqua actio de dolo:
Q. 1. Ad primum † reſpondet Vlpian. in *l. 1. ff. de pact.* nempe quæ non tranſeūt in
1 alium contractum, cauſam tamē obligationis habent, ſicut idem paulo ſupra, inquit,
nominatos contractus eſſe conuentiones, quę in ſuo nomine non ſtant; ſed accipiunt
proprium nomen contractus, plurima † enim contrariis probantur, vt ait *Quint. li. 12.*
2 *c. 2.* vnde vitius quid ſit aduerſa malitia detegit; & æquitas fit iniqui contemplatione
manifeſtior. nominati autem & innominati contractus, cum aduerſentur, contraria
definitione, ab Vlpiano merito explicantur, nec mirum eſt contractus ita diſtingui,
cum & delicta, de quib. valet ad † contractus argumentum *leg. omnem. ff. de iud. Au-*
3 *thent. qua in prouinc. Codic. vbi de crim. agi oport. cap. fin. de foro compet.* ita diuidūtur, vt alia
ſint nominata, alia ſint innominata vt dictum eſt ſupra in alia doli diuiſione. Dolus
innominatus, & nominatus, cur vero innominati contractus appellentur, idem *Vl-*
pian. non obſcure demonſtrat in *leg. ſecunda, & tertia, ff. de præſcript. verb.* ibi cum

propriuṁ nomen inuenire non poſſumus, & ibi: nam cum deficiant vulgata, atq; vſi-
tata actionum nomina, & ibi: quoties contractus exiſtunt, quorum appellationes nullæ
iure ciuili proditæ ſunt.

Quæſt. 2. Ad ſecundum videtur reſpondendum cum *Paulo, in l. naturalis. ff. de præ-
ſcript. ver.* quatuor eſſe, nempe do vt des. Do vt facias, Facio, vt des, facio, vt facias; Quo
argumento velut peremptorio, vtuntur plerique ſcribentium, in *d. l. naturalis & in l. iu-
riſgentium in princ. ff. de pact.* ad probandum, quod donatio non ſit contractus innomi-
4 natus, quoniam † nulli conuenit ex prædictis ſpeciebus. Sed tamen ſunt longe plures,
colligitur ex *l. ſenatus. §. 1. ff. de donat. cauſ. mort. Barr. Fulg. Caſtrenſ. Iaſon in d. l. naturalis*, nec
5 propterea † reprehenſione dignus eſt IC. etenim *Iaſon ibi num.* 3. & 4. ad mentem Do-
ctorum diſtinguens ait. Quod contractuum innominatorum duæ ſunt poſitiones, aut
6 † enim ſunt correſpectiui, mutuam producentes hinc inde obligationem; & iſti ſunt
quatuor a Paulo enumerati.

7 Alii ſunt non † correſpectiui, & iſti ſunt pene infiniti, quoniam vbi non ſit propri-
um nomen contractus, ibi innominatus, exemplum eſt in *l. 1. vbi Iaſon & Caſtrenſ. de præ-
ſcript. verb.* in *l. qui gratuitam eod. tit.* exemplum eſt etiam pacto per gloſſ. ſingularem in
l. 1. in princ. gloſſ. magna de action. & obligat. quam gloſſam reputat ſingularem *Bald. in cap.
quintanallis col. ſecunda. de iur. iur. in l. lecta col. 7. ff. ſi cert. pet.* Quibus conſequens eſt non
eſſe palmarium illud argumentum Doctorum in articulo donationis, ſiquidem non
eſt ex aliis quatuor relatis in *d. l. naturalis*, quoniam non eſt cõtractus correſpectiuus, ſed
tamen poteſt eſſe nominatus non reſpectiuus.

Quæſt. 3. Ad tertium reſpondeo, cum diſtinctione, quippe, aut loquimur in con-
8 tractibus innominatis † bonæ fidei, vt in permutatione, & in obligatione de æſtimato.
§. omnium & ibi gl. ſingularis in verb. de æſtimato. inſt. de action. quæ ait ex quatuor illis con-
tractibus reſpectiuis, vnum tantum eſſe bonæ fidei, ſcil. do, vt des, quia permutatio eſt
bonæ fidei, Aut in cæteris qui ſunt ſtricti iuris.

Primo caſu, dolus dans cauſam irritabit ipſo iure, vt accidit in cæteris bonæ fidei
conuentionibus.

Secundo vero reſcindit ope exceptionis, dolus autem incidens, nec illos, nec i-
ſtos deſtruet, ſecundum ea, quæ diximus in titulo de dolo incidente. Nec vrget dictum
Alc. quippe dicit innominatos contractus eſſe fere ſtricti iuris, non abſolute, & paulo
infra oſtendit duos eſſe bonæ fidei, iuxta diſtinctionem. *Iuſtinian. & gloſſa in dicto. §.
omnium.*

Quæſt. 4. Ad quartum reſpondens Quæro an ex pacto nudo, ſi paciſcens non ob-
ſeruet, quod fidei ſuę eſſe promiſit detur contra eum actio de dolo, cum pactum quam-
9 uis nudum † ſit contractus innominatus ex traditis a *Iaſon in d. §. 1. l. naturalis. ff. de præ-
10 ſcript. verb.* & nos nuper diximus. Et videtur † actionem non competere, ex *l. iuriſgenti-
um. §. ſed cum nulla. ff. de pact.* Primo ex illis verbis: hinc conſtat non poſſe conſtitui obli-
gationem, loquitur de pacto nudo, & ait non poſſe conſtitui obligationem, igitur nec
actionẽ cum obligatio ſit mater actionis, *vul. l. licet. §. ea oblig. ff. de proc. l. ex placito. C. de rer.
permutat.* obſeruo etiam illud verbum non poſſe, nam dictio negatiua præpoſita verbo
poteſt, negat actum, & tollit potentiam. Latè *Tiraquell. de legib. connubiorum gl. 4. in 1.* A-
nimaduerto etiam quod textus ait, nuda pactio actionem non parit, ſed exceptionem;
ſi daretur actio de dolo falſo, diceret Vlpianus, actionem non parit.

11 In contrarium videtur † tex. in *l. elegantur. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo.* in quo ſeruus
pepigit à Domino libertatẽ, & dedit ei reum ea conditione, vt poſt libertatem transfer-
retur in eum ſeruum, obligatio, manumiſſus poſtea non paſſus eſt in ſe obligationem
transferri. Pomponius ſcribit habere locum actionem de dolo. Doctores maxime *Iaſon
in d. §. ſed cum nulla. num 18. in §. in perſonam col. 14. inſtit. de action. in l. lecta col. 8. ff. ſi cert. pet.
in l. ſi conuenerit col. 5. de iuriſdict. omn. iudic. Dec. in c. 1. de iud. & conſ. 7. Alex. conſ. 41. col. 2.
ver. per hoc lib. 3. Card. Alban. in Rub. ff. de dolo.* Diſtinguunt hoc modo; Aut ex inobſeruan-
tia pacti creditor patitur damnum, eiuſquè factum eſt ius deterius, & tunc ſuccurritur
ei per actionem de dolo, & ita eſt accipiendus tex. in *d. §. ſeruus pactionis*, ſicut ibi Bart. &
Bald not. dicentes eo modo limitari vniuerſam materiam pactorum, idem placet. *Bald.
in l. cum mota col. 2. C. de tranſact. Angel. conſ. 1. ad finem*, Alex. *in d. §. ſeruus* & in *l. ſi conuenerit
col. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.* vere enim ibi creditor facit cõditionem ſuam deteriorem, cum
ſeruum manumiſiſſet. Aut creditor læditur, nec eſt in damno, & ceſſat actio doli, atq;
ſecundũ hæc eſt intelligendus. *§. ſed cum nulla.* Plane huic diſtinctioni minimè adhęreo.

Bart.

quia *d.* §. *ſeruus pactionis*, non loquitur in pacto nudo, quod tum eſſe dicitur, quando nulla ſubeſt cauſa præter connentionem *d.* §. ſed cum nulla, at ibi ſuberat cauſa manumittendi propter reum datum, & promiſſionem ſequutã de transferenda poſt manumiſſionem in libertum obligatione, & quia aderat ibi negocium, vt patet, & aliquo exiſtente negocio non dicitur eſſe pactum nudum. *l. ſolent. ff. de præſcript. verb.*

Secundo quoniam, vt prudenter animaduertit *Alciat. in rubr. C. de pact. numer. 17. & 18.* quod in eo textu verſatur contractus facio vt des, nempe manumitto ſeruum, vt des aliquid poſt ademptam libertatem, at in contractu facio, vt des pręſtatur actio doli, *l. naturalis* §. *cum facio. ff. de præſcript. verb.*

Tertio conſidero, quod vbi creditor propter inobſeruantiam pacti læditur, vel aliter eſt in damno, ibi non erit pactũ nudum, quoniã creditor prius aliquid ipſe fecit, vel dedit, vel conceſſit, vel remiſit, propter quod eſt in damno, ſi pactum ei non ſeruetur, atque ita ſubeſt in illo pacto cauſa; & per conſequens non eſt nudum, *d.* §. *ſed cum nulla*, quando autem vere nudum eſt, id eſt caret cauſa, ibi creditor non obſeruato pacto, non læditur, ſed lucrum amittit, aliud eſt autem damnum pati, aliud lucrum amittere. *l. qui autem.* §. *proinde & qui repudiauit. ff. quæ in fraudem creditor. l. fin. C. de codicill.* ita fit, quod vt ex pacto iure nudo, ſicut alia actio, ita nec illa de dolo oriatur, etenim *d.* §. *ſed cum nulla*, haud diceret non poſſe obligationem conſtitui denegando actum, & tollendo potentiam, ſi quando daretur iſta actio, præſertim cum frequenter iſte caſus inobſeruantiæ accidat, ſunt enim homines proniores ad promittendum, quam ad promiſſa ſeruandum, potuit enim ob nimiam frequentiam facile à Iureconſulto præuideri.

Porrò autem data communi opinione, quamuis vt arbitror, minus vera, reſpondere oportet ad ponderationes factas de *d.* §. *ſed cum nulla*, maxime ad regulam, quod negatiua propoſita verbo poteſt: &c. & Doctores non reſoluunt. Quare diluitur argumentum ex *Alciato lib. 3. cap. 4. paradox.* vbi multis authoritatib. præter omnium ſententiam iuribus, & exemplis oſtendit, dictam negatiuam præpoſitam verbo

12 poteſt non tollere omnem potentiam, atque hæc † communis ſententia hodie iure Canonico non admitteretur, cum nudo pacto tribuatur actio. *c. 1. 2. & 3. extra de pact. & ibi Fely. Doct. in rub. ff. de verb. obligat. in d.* §. *ſed cum nulla*, vbi *Iaſ. n. 4.* cum ſequenti, & de dolo, quia ſubſidiarium eſt remedium non agitur alia exiſtente actione, *l. 1.* §. *merito prætor. ff. de dolo.*

Quæſt. 5 Quæritur præterea, vtrum ex illis quatuor contractibus innominatis

13 reſpectiuis † detur actio de dolo, & ſane minime dari, eo videtur argumento conuinci, quod pro his conuentionibus ſpeciale eſt remedium comparatum, quod dicitur præſcriptis verbis, alio nomine ciuilis incerti actio. *l. iuriſgentiũ. ff. de pactis.* §. *et ideo puto. l. 6. ff. de præſcript. verb.* & ciuilis in factum actio. *l. 1. verb. item ſiquis precii eodem tit.* nec nõ vtilis actio. *l. 6. C. de trãſact.* vbi præſcriptis vtilis appellatur, quæ rem geſtã demonſtrat.

Alio vero ſubſiſtente remedio, vt nuper oſtendimus ceſſat actio doli ſubſidiaria, cum ſatis conſultum ſit actione præſcriptis verbis, quæ non conſtituit proprium nomen actionis, ſed actio quædam generalis, & innominata, propter multitudinem negociorum inducta fuit, plura enim ſunt negocia, quam vocabula. *l. 4. ff. de præſc. verb.* cur vero fuerit hoc nomine præſcriptis verbis appellata; eleganter *Alciatus lib. 4. c. fin. diſput. Hottomann. in* §. *præterea inſtit. de locat. & conduct. & in ſuo comm. verborum iuris*, à quo videtur accepiſſe, *Rodul. Pratheius in ſuo lexycon. Iuris ciuil. in verb. præſcrip. verbis.*

Communior reſolutio eſt pro tribus contractibus ceſſare actionem de dolo, ex

14 adducta ratione, quia præſtetur pro his ordinaria actio præſcriptis verbis † in quarto verò, qui dicitur, facio vt des, eſſe locum huic actioni, ſi ei qui prius fecit non detur, *l. naturalis.* §. *quid ſi faciam. ff. de præſcript. verbis*, ibi quid ſi faciam vt des, & poſteaquam fecit ceſſes date nulla erit ciuilis actio, & ideo de dolo dabitur.

Quæſt. 6. Cæterum quia illius textus intellectus non eſt facilis, imo apud Docto-

15 res controuerſus, ob multa, quæ † in eo videntur iura pugnare, ideo iterum reuoco in dubium, an pro contractu facio vt des: poſtquam factum eſt, ſi non detur, competat actio ex dolo & dato, quod ſit locus prædictæ actioni, inueſtigandum erit vlterius, quæ nam ſit ratio diſcriminis, cur pro aliis tribus contractibus innominatis, non præſtetur de dolo, ſed præſcriptis verbis. Quoad primam dubitationem ſecundum *Alciat. paradox. ſo. c. 7. & Doct. in l. cum mota. C. de tranſact.* maxime *Bart. & Alex. Albert. Bolog. in rub. de verb. obl. c. 43. fol. 26. n. 10. & 11.* videtur danda præſcriptis verbis actio, nõ de

Dd

dolo per *l. cum mota C. de tranſaction.* vbi qui mouerat querelam inofficioſi teſtamenti, certa ſibi promiſſione facta, tranſegit, & cum non ſeruentur ab aduerſario promiſſa ſi non ſit interpoſita ſtipulatio, præſcriptis verbis competit, eo ce fecit ex parte ſua, Aduerſarius non dat, & tamen non de dolo exponitur, ſed præſcriptis verbis. At idem eſt textus. *in d. l. ſolent. ff. de praſcript. verb.* vbi promiſit aliquis indicare ſeruum fugitiuum, & ſic facere, vt aliquid ſibi daretur, indicauit non datur, poterit experiri actione præſcriptis verbis, cum aliis deductis à gloſſ. in *d. §. quod ſi faciam in fine gloſſa magna.* Diuerſam ſententiam, probat. *l. naturalis. §. quod ſi facias.* cui non immerito nituntur Doct. cũ apertiſſima ſint verba Iuriſconſulti.

Secundo *Alciat. d. loco,* citat *l. cum proponas. C. de dolo,* vbi obligatus ad factum, vt ſibi detur, poſtquam fecerit ſi ceſſetur in dando, habet actionem doli. Ill, ad idem allegat *l. actione C. de tranſact.* in qua etiamſi non detur, quod in trãſactione promiſſum eſt, 16 ille qui tranſegit habet actionem de dolo. Ad reſoluendam † hanc difficultatem, *Alciat. d. loco,* ait *Bart.* quem alii frequentius ſequuntur, veniſſe in eam ſententiã, vt ita diſtingueret, ſc. aut ille, qui dare ꝓmiſerat ex facto explicato ab altero cõtrahente, nihil adeſt, & tunc fit locus actioni doli, iuxta textum in *d. §. quod ſi facias,* cum aliis ſimilib. aut vero aliquid adeſt, & competit præſcriptis verbis, ſed à multis merito fuiſſe eã diſtinctionem reiectam, *Alcia.* affirmat, propterea quod generalis regula propoſita, raro admodum verificaretur, cum ex facientis opera, aliquod alteri contrahenti ferè ſemper adeſt.

17 Quare † *Chriſtoph. Caſtel. & Fulg. Deciuſque, ille in l. cum proponas. C. de dolo,* iſte in *l. cũ mota. C. de tranſact.* dicunt in propoſita quidem ſpecie dari actionem doli; ſed eodẽ tẽpore, & præſcriptis verbis competere, & quia videntur repugnare verba Pauli, nulla erit ciuilis actio, reſpondent, nulla erit ſpecialis, & nominata, ſed generalis, & innominata, quæ cum actione doli poſſit coniungi. Sed hanc ſententiam confutat merito *Alex. in d. l. cum proponas,* quia cauillo, & diuinatione non careat, cui addo ego illa verba nulla ciuilis actio, eſſe accipienda in ea ſignificatione, de qua ſupra eadem lege, in qua toties ſunt repetita, ſupra vero ſemper ciuilem incerti ſignificant, nunquam nominaram. Quare *Alciat.* ſupra allegato loco, reiecta quoq; quorundam Iuniorũ ſententia, exiſtimat, reg. *d §. quod ſi faciam* generaliter accipiendam, ita vt pro contractu facio, vt 18 des, præſtetur facienti actio doli, quod & placuit † *Connano lib. 1. cap. 15.* & ſequutus eſt *Albert. Bolog. loco vbi ſup. n. 5. cum ſeq.* Et obiecta *d. l. cum mota Alc.* ſatis putat commoueri, quia ibi non eſt noſter contractus facio, vt des, ſed potius facio, vt facias, dicens & hoc placuiſſe *Soc. in rub. ff. de verb. obl. col.* 14. eaq; ratione cõfirmari, ſubiicit, quoniam niſi in eo textu hęres ſcriptus ſolũ ad ſe tradẽdũ obligaſſet, nõ actio ex ſtipulatu, vt verba indicãt, ſed certi condictio competiiſſet *l. vbi aũt apparet. ff. de verb. obl.* hæc ſunt verba *Alciati.* Verum *Albert. Bolog.* ex ſententia Connani; aliter reſpondet, nempe in eo tex. atq; in tranſactione, de qua agitur, ibi cõtractum eſſe do, vt des, nam ille, qui à lite diſcedit, de iure ſuo remittit, & ita dat, vt ſc. ſibi etiam detur per tex. in *l. in ſumma §. & quidem. ff. de cond. indeb. ibi:* & quia q; tranſactionis nomine datur, licet res nulla media fuerit, nõ repetitur, nã ſi lis fuerit, hoc ipſum quod à lite diſceditur cauſa videtur eſſe, & ille, cui per tranſactionem remittitur, dat; vtcunq; ſit, non erit contractus facio, vt des, cui addi poteſt ex abundanti, quod in *d. l. act.* etiam pro tranſactione datur actio de dolo. Ad *l. ſolent de praſcript. verb.* reſpondet pluribus, idem *Albert. Bolog. n. 7. vſq; ad 12.* & præter eum, mihi videtur ſatis aperta colligi ſolutio ex vltimis verbis text. niſi quis, & in hac ſpecie de dolo, actionem competere dicat, vbi dolus aliquis arguatur, nam cum vltima derogent primis, Iulianus in ea ſpecie, præſumitur adhærere poſteriori ſententiæ, vt ſc. detur de dolo actio, vt in ſimili dicimus de *gl.* quoties plures recenſet opiniones, creditur ap ꝓbare poſteriorem. Declaratur tamen hæc concluſio, quod ſi perſpicuis indiciis conſtaret, contrahentem qui tenebatur ad dandum non dolo, ſed iuſto aliquo impedimento detentus ceſſaſſet dare, deficeret etiam actio doli, vt dixit Cuiacius, ſolidus quidem iuris interpres in *l. Iuriſgent. in princ. ff. de pact.* vt eum refert, & ſequitur. *Albert. Bologn. dicto loco numero vndecimo,* & vide *Fort. Garc. in eadem l. Iuriſgent. §. & ideo.*

Q. 7. Sed quæro an è contra ſi contrahens, ſuum munus impleturus dederit quod conuenerat, & is, qui erat obligatus ad faciendum ceſſet agere iuxta. *gl. in d. §. quod ſi faciam,* cõpetat aduerſus eum actio doli, & videtur competere, quoniã cõtrahentes non

debent

19 debent ad imparia iudicari,& contractus † non debent claudicare *l.1.ff. de reſcin. ven.*
l. Iulianus.§.ſiquis colludente.ff.de action.empt.l.litigatores.ff.de arbitr. vbi ſi alter pœnam,p-
mittat,alter non,arbiter non cogitur ferre ſententiam. *le.ſi cum dies.§.vnde eleganter.ff.*
eod.tit. ibi:abſurdum enim eſſe viſum eſt,in alterius perſona ratum eſſe, in alterius nō,
benefacit textus in *l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſocio in l.1.C.de rep.* quæ fiunt in iudicio & hinc
dicebat *Bald.in conſ.28.incipiente notiſſimum eſt lib*, 1. quod illud quod claudicat iuſtum
non eſt.

Verum contraria opinio probanda eſt,ſumpto argumento à contrario ſenſu , ex
d.l.naturalis.§.quid ſi faciam,etenim quando datum eſt,poteſt repeti ſi contrahens non
faciat ex parte ſua,igitur naſcitur ciuilis actio,ceſſat ergo remedium ſubſidiarium do-
li,*d l.1.§.merito prætor.ff.de dolo*.Non obſtat argumentum ex aduerſo, quoniā vere cō-
tractus,quo ad ſui validitatem,non claudicat,cùm detur actio , quod vero nō præſte-
tur eadem,naſcitur ex diuerſitate rationis, vt ex ſequenti quæſtione manifeſtum fiet.
Deinde attenta forma huius contractus,quæ eſt,vt faciam,ad hoc,vt tu des,fere ſem-
per videtur iſte primus,ad faciendum:alter ſiquidem facit,vt ſibi detur & raro præue
niatur,quando vero prius daretur,vt deinde fieret, tranſiret in aliam ſpeciem contra-
ctus innominati reſpectiui, pro quo actio præſcriptis verbis conceditur,non de dolo.

Q.8.Quæro ex ordine nunc, quænam ſit ratio diſcriminis , vt pro vno contra-
ctu innominato competat actio de dolo,pro aliis vero ciuilis præſcriptis verbis, labo-
rat in ea re *Alciat in l.Labeo lib.1.n.7.ff.de verb.ſig.in rub.C.de pact.n.15.& 17.& lib.Parado-*
xorum 5.c.7. vbi latiſſime. *Fortun.Garc.in d.l.Iuriſgent.§.& ideo.ff.de pact. Corn.in l.cū pro-*
*ponas.C.de dolo.Albert.Bolog.in rub.ff.de verb.obl.c.43.n.*10.cum duob.antecedentibus,&
duobus ſequentibus, verbo; datur porro actio,& ante omnes *gl.magn.in d.§.quod ſi faciā*
verb.ſed quæro. Et prima ratio eſt deducta ab Accurſ. ex mente Azzonis , quia ex facto
contrahentis,nihil adeſt alteri contrahenti,quia tenebatur ad dandum,& ita dicit eſ-
ſe intelligendum *d.§.quid ſi faciam*,dicentem præſtari actionem doli;ſed idem gloſ.ait
à pluribus eſſe hanc rationem confutatam ex *l.actione.Cod.de tranſact.ex l.ſolent de præ-*
ſcript.verbis.

Secunda fuit ratio Ioannis gloſſ.dicentis rationem eſſe , quia inueniretur inæ-
qualitas,nam ille,qui dat,poteſt repetere quod dedit, & etiam agere præſcriptis ver-
bis ad intereſſe,at ille,q facit,quod factū eſt,neq; repetere,ne ergo inæqualiter cōſti-
tuatur actio,recurritur ad actionē de dolo. Verū Accurſi⁹ & hanc refellit,quia idē in-
ueniretur in do vt facias , nam & in eo eſt inæqualitas prædicta. Tertia ratio citata in
d.gl. eſt,quia factum grauius videtur, quam datum,& ideo durius agitur contra rum-
pentem fidem,argumento *l.in ſeruorum.§.fin.ff.de pœn.* Verum Accurſius ex iſtis tribus
laudat magis priorem;Quarta ratio fuit *Albert.Bologn.* ait enim datur actio de dolo, q̃a
hoc poſtulat ſubiecta materia , cùm.n. me adduxeris, vt id facerem,quod ſemel factū
amplius reuocare nō poſſum,tu vero id differas dare quod promiſiſti,hæc ceſſatio ar-
guit dolum,& licet aliquod factum videatur repetibile,vt in obligatione rem tradi,ta
men *Alciat.*& ipſe antea hanc rationem probauerat in *li.5.c.7.Paradox.* inquit ob ſpe-
cialem aliquem caſum non debet generalis regula impediri, cum lex frequētiora re-
ſpicere ſoleat,non quę raro accidunt. *l.iura.ff.de legib.* verb.idem *Alciat.in l.Labeo.ff.de*
verb.ſignif.n.7. reddit aliam rationem , quoniā in hoc contractu non eſt mutuum fa-
ctum obligatorium,potuit enim factum tuum explicari abſque meo, nam etiam me
non conſentiente tu poteris factum,ad quod tenebaris explicare,non ſic eſt in do , vt
des , vel in do,vt facias,cùm dare ſit dominium transferre,quod non poteſt niſi in cō-
ſentientem transferri,cum ergo tibi dederim,& conſequenter vtriuſq; factum inter-
uenerit ; mei transferentis ; & tui dominium acceptantis, merito præſcriptis verbis
agetur.

20 Hanc rationem † ſentit idem *Albert.n.9.verb.iam vero*,& cōprobat latius dicens;
ex contractib.innominatis,ea ratione,actionem præſcriptis verbis oriri, quia vel ha-
beant mutuum factum obligatorium,quod dixit etiam *Alciat.* vel contractus alicuius
nominati ſpeciem,& ſimilitudinem,in hoc aūt articulo,facio vt des, vtrumq; deficit,
nam neq; mutuum factum obligatorium adeſt,neq; vlla eſt nominata conuentio, ad
quam hæc ſpecies referri poſſit, vt ſingulas percurrendo facile inueniemus , vt ſupra
21 probauit Alciatus,itaque deficiente iuris ciuilis præſidio,confugitur † ad ius præto-
riū,quod non tantum adiuuandi,vel corrigendi,ſed etiā ſupplendi iuris ciuilis gratia
fuit inductū.*l.ius aūt ciuile.§.ius aūt prætor.ff.de iuſt.& iur.§.1.inſtit.de bon.poſſ.* Eandē ra-

tionem ſequitur *Alc. in rub. n.15. C. de pact.* dicens, cum facio, vt des; quia in huiuſmodi
factum nullum eſt ius, quod in te accipientem tranſeat, non exiſtimauit lex ciuilem a-
ctionem dandam, merito prætoris auxilio opus fuit, quia propter æquitatem ne ipſe,
qui facio decipiar, actionem de dolo decernit. Quæ rationes cum ſint omnes proba-
biles, diutius in his inſudandum non puto, nam cum legem certam habeamus, in *d. §.*
quod ſi facio, non debemus nimium eſſe ſolliciti, in perſcrutanda eius ratione, ſed pro-
niores eſſe debemus ad parendum, nam lex ipſa eſt pro ratione *Cic. 1. de legib. lex eſt recta*
22 *ratio, &c.* Quæro an † tranſactio ſit contractus innominatus dicit *Alc. in rub. C. de tranſ-*
act. & nos diximus ſupra, quid ſi in ea dolus fuerit commiſſus? Reſp. prout expoſuimus
ſupra in *tit. de dolo in contractib.* ſtricti iuris, vbi multas quæſtiones poſuimus ad dolum
pertinentes.

De Dolo in vltimis voluntatibus, & maxime in teſtamentis, Cap. VII.

1 *Dolus in vltimis etiam voluntatib. committitur.*
2 *Quæritur an in eis dolus præſumatur, & pro affirmatiua in primis arguitur.*
3 *Dolus præſumitur in eo, qui tabulas teſtamenti aperit immaturè.*
4 *Dolus præſumitur in eo; qui voluntatem teſtatoris tranſgreditur.*
5 *Dolus præſumitur in eo hærede, qui rem ſubiectam reſtitutioni inter plures hæredes à creditore emit.*
6 *Dolus præſumitur in eo, qui pro parua quãtitate, inducit aliquem ad renunciandum fideicommiſſo.*
7 *Dolus præſumitur in eo, qui cum haberet poteſtatem à Teſtatore eligendi pauperes, elegit filiam diuitem.*
8 *Dolus præſumitur in alienante rem ſubiectam reſtitutioni.*
9 *Dolus præſumitur in patre inſtituto à filia prætermiſſis filiis filiæ ſuæ.*
10 *Dolus præſumitur in patre iniuſte filios exheredante.*
11 *Dolus præſumitur in hærede, qui mota de hæreditatẽ cõtrouerſia, legata ſine cautione perſoluit.*
12 *Dolus præſumitur, vt* l. qui teſtamento. ff. de probat.
13 *Dolus præſumitur in omittentẽ cauſam teſtati, vt ab inteſtato ſuccedat*
14 *Dolo præſumitur factum teſtamentum, ſi diu fuerit occultatum.*
15 *Firmatur regula in vltimis voluntatibus, dolum non præſumi.*
16 *Sicut nec in contractibus.*
17 *Caſus in contrariũ adducti, ſunt ſpeciales.*
18 *Quando dolus præſumitur, an æque in vltimis voluntatibus ac in contractibus præſumatur.*
19 *Gloſſæ ſententia.*
20 *Sententia Alexandri contraria.*
21 *Opinio authoris, vt æqualiter præſumatur in omnibus.*
22 *Inter contractus, & vltimas voluntates multa ſimilia.*
23 *Sententia Alexandri magis recepta ab obiectionibus purgatur.*
24 *Virum, quæ in mortis articulo geſta ſunt vacent ſuſpicione doli, quando aliàs in vltimis voluntatibus dolus præſumeretur.*
25 *Quis dicatur mortis articulus, & quis in eo conſtitutus.*
26 *Concluditur ex communi ſentẽtia in mortis articulo dolum non præſumi in terminis prædictis.*
27 *Legitimatio liberorũ, nõ præſumitur fraudulenta, ſi per ſubſequẽs matrimonium facta ſit.*
28 *Prædicta communis concluſio ampliatur.*
29 *Limitatur primo modo.*
30 *Limitatur ſecundo.*
31 *Limitatur tertio.*
32 *Numquid teſtamentum, cui dolus cauſam dederit ſit ipſo iure nullum, & arguitur pro affirmatiua.*
33 *Proponuntur argumenta pro contraria opinione, quæ reprobatur n.35.*
34 *Valet argumentum de matrimonio ad teſtamentum.*
36 *Matrimonium dolo bono contractũ non reſcinditur.*
37 *An dolus bonus dans cauſam teſtamento, illud irritet, ſicut dolus malus, & concluditur negatiue n.37.*
38 *Bona cauſa, malum non parit effectum.*
40 *Minor dolo inductus ad componendam vltimam voluntatem, vtrum reſtitutionem habeat in integrum.*
41 *Negatiua ſententia verior.*
42 *Quia reſtitutio in actu reuocabili neceſſaria non eſt.*
43 *Si quando daretur teſtamentum irreuocabile, reſtitutio minori competeret.*

44 *Minor*

44 *Minor ad teſtandum inductus, non dicitur læſus.*

45 *Sicut etiam ad donandum cauſa mortis.*

46 *Ideo non eſt ei opus reſtitutione.*

47 *Fallit ſi fieret dicta donatio irreuocabilis, vt poteſt.*

48 *Inducto teſtatore per dolum ad teſtandum, an eo mortuo competat reſtitutio hæredi ab inteſtato venienti, & concluditur remiſſiue*, num 50.

49 *Hæredi reſtitutio datur ex perſona minoris.*

51 *An ad infringendum teſtamentum, competat exceptio doli iuxta* l. pen. §. pen. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabulas.

52 Text. in §. non tamen, inſtit. quibus mod. teſtamenta infirmētur, *probat negatiuam.*

53 *Alius text.* in l. qui ex liberis. §. teſtam. ff. de bonor. poſſ. *ſecundum tabulas. probat affirmatiuam.*

54 *Reſpondetur* d. §. non tamen ex mente gloſſ.

55 *Reſpondetur ex ſententia Vigliı.*

56 *Capitis diminutio voluntaria, & neceſſaria æquiparantur.*

57 *Exceptio doli in rem eſt, non in perſonam.*

58 *Dictus.* §. non tamen. cum d. l. qui liberis *conciliantur.*

59 *Scriptum ſequi, Calumniatoris eſt, boni vero iudicis, ſequi voluntatem.*

60 *Quod nam remedium competat in conſanguineis per conſanguineum in teſtamento præteritis.*

61 *Titulus.* ff. & C. ſi quis aliquem teſtari prohib. *procedit quando quis dolo, vel fraude vtitur.*

62 *An qui dolo facit ne teſtamentum teſtator reuocet, priuetur hæreditate.*

63 *Et ſi priuetur, cui nam hæreditas applicetur, fiſcone, an hæredibus legitimis.*

64 *Diſtinguitur, in præſenti articulo.*

65 *Vtrum reſciſſo propter dolum hæredis teſtamento, corruant legata.*

66 *Concluditur dolum hæredis minime nocere legatariis.*

67 *Fallit ſi legata eſſent relicta ſeruo, vel filio eius, qui dolum commiſit.*

68 *Ampliatur etiam ſi dies legati cederet poſt emancipationem, vel manumiſſionem eorum.*

69 *Vt propter dolum reſcindatur teſtamentum, talis eſſe debet, qui caderet in conſtantem virum.*

70 *Vtrum extraneo hæredi inſtituto per dolum tertii, noceat illius dolus, reſpondetur cum diſtinctione.*

71 *Vtrum impediens ne teſtator nouum condat teſtamentum, incidat in titulum* ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, *& reſpondetur cum diſtinctione.*

72 *Vtrum dolum impedientis teſtamenti mutationem, præiudicet hæredibus ſcriptis, & adhibetur diſtinctio.*

73 *Practica tituli.* ff. ſi quis aliquem teſtari prohib. *remiſſiue.*

74 *Quid ſit probandum, vt doloſus de ſuo dolo puniatur in materia illius tituli.*

75 *Qualiter teſtes debeant in hac materia probare.*

76 *An doli exceptio, ſicut opponitur ad infringendum teſtamentum, ita quoque competat ad repellendum hæredem, arguitur pro vtraque parte.*

77 *Concluditur cum diſtinctione.*

78 *An ſi hæres falſo perſuaſus hæreditatē ſufficere, legata integra ſoluerit, habeat doli actionem.*

79 *Et concluditur affirmatiue.*

80 *Contraria tolluntur.*

81 *Depoſitarius, qui tabulas teſtamenti corrupit, an hæredi de dolo teneatur.*

82 *Et concluditur affirmatiue.*

83 Lex qui tabulas. ff. ad l. Aquiliam, & lex ſi quis tabulas. ff. de dolo conciliantur.

84 *Ampliatur prædicta concluſio in ſupprimente, vel occultante tabulas teſtamenti.*

85 *Ampliatur ſecundo in legatario manumittente ſeruum obligatum ex præcepto teſtatoris rationes hæredi reddere.*

86 *Ampliatur tertio in hærede per teſtatorem defraudato, de eo, quod ſibi legis beneficio obueniebat, vt eſt patronus.*

87 *Hæredi per dolum inducto ad hæreditatem quaſi opulentam adeundam, ſuccurritur modo per actionem doli, modo per exceptionem.*

88 *Vtrum dolo perſuaſus ad recuſandam hæreditatem, quaſi damnoſam actionem doli habeat.*

89 *Et in hærede minore concluditur dandam reſtitutionem in integrum.*

90 *In maiore vero actionem doli concedendam.*

91 *Dolus dans cauſam renunciationi, non facit cauſam nullam.*

1 SEquitur, vt de dolo in vltimis voluntatibus diſpiciamus; nam & in his poſſe † dolum committi probat text. in *l. 1. ff. de except. doli. §. hæc autem diſpoſuimus. in authent. vt*

cum de appellat. cognoſ. l. 1. §. ſi dominus. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohibue. Soccin. Iun. d. conſ. 115. num. 1. vol. 3. Angel. in §. ſequitur. num. 21. inſtit. de except atque ex infra dicendis fiet manifeſtius, & ſane ex hoc articulo, qui dignum tractatum habet, quaſi ex fœcunda arbore fructus, multæ dubitationes naſcuntur, ad teſtamenta, ad teſtatores, ad hæredes, ad legatarios, ad fideicommiſſarios, atq; ad tertios extraneos pertinentes.

Quæſt. 1. At in primis contingit dubitari, nunquid dolus in vltimis voluntatibus
2 præſumatur in dubio, in qua quæſtione videtur affirmatiuè reſpondendum. † Primo *ex l. Iulianus, vbi Bart. num. 1. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* vbi cum pater eſſet hæres inſtitutus, & legatis oneratus, cum in eodē teſtamento haberet filiam in poteſtate ſibi à teſtatore ſubſtitutam, omiſit capere ex inſtitutione, vt acquireret per filiam ſubſtitutam, præſumitur dolo feciſſe, ait *Papinian.* in illis verbis, non enim carere dolo patrem qui honore proprio omiſſo propter compendium alienam reſtitutionem maluit.

3 Secundo dolus præſumitur in eo, qui tabulas aperit † teſtamenti ante iudicium defuncti, *Vlpian. in l. ſi quis in graui. §. quod ad cauſam. ff. ad ſenat. conſ. Syllan.* & tradidit *Dyn. in reg. ignor. facti. n. 13. ver. certum eſt enim de reg. iur. in 6.*

4 Tertio præſumitur dolus & in eo, qui tranſgreditur voluntatem teſtatoris † *Crauett. conſ.* 193. ratio eſt, quia eius voluntas habetur pro lege. §. *diſponat in auth. de nupt.* & qui leges transgreditur dicitur eſſe in dolo, B*ald. conſ. 35. lib. 3. Crau. d. conſ. 193. num. 3. Pariſ. conſ. 89. num. 33. vol* 1. imo dolus præſumitur, non parere conditioni teſtatoris, ſi poſſis *Bald. in l. pupill. C. de repudian. & abſtinen. hæred.*

Quarto præſumitur dolus in eo hærede, qui rem ſubiectam reſtitutioni inter plu-
5 res hæredes † emit à creditore, argumento. *tex. in l. fin. §. quatuor ff. de leg. 2. Lucas de penna l. quemadmodum. num.* 24 *C. de agricol. & cenſit.* ſcilicet inter extraneos hæredes, nam in filiis & coniunctis non præſumi, idem *Lucas de penna d. l. 2. argumento. l. 1. ff. de priuil credit. l. offic. ff. de contrahen. empt. l. milites. ff. de re milit.* per notata in *l. coheredes. ff. commun. di d.*

6 Quinto dolus præſumitur † in eo, qui pro patua quantitate induxit aliquem ad renunciandum fideicommiſſum argumento. *l. qui non dum C. de hæred. vel act. vend. l. Iu-*
7 *lian. §. ver contrarium. ff. de act. empt. Socc. Iun. 98. n. 23. vol. 2.* Sexto † præſumitur dolus in eo, qui cum haberet poteſtatem à teſtatore eligendi pauperes elegit filiam diuitem *Pariſ. conſ. 43. legat. num. 15. vol. 3.*

8 Septimo præſumitur dolus in eo qui rem † ſubiectam reſtitutioni alienat *Cor. conſ.* 140.
9 *n. 8 li. 2.* quem refert, & ſequitur *Crau. d. conſ. 193. n. 5.* Octauo dol⁹ præſumitur † in patre ſi eius filia patrem inſtituit propriis filiis eius filię prætermiſſis *Bald. conſ. 62. vol. 4. Anan.*
10 *conſ. 32. Gabr. conſ. 16. vol.* 1. Nono præſumitur † dolus in parentib. qui filios exhæredant iniuſte, eſt tex. *in l. non eſt enim. ff. de inoff. teſtam. vbi Caſtr. Cagn. Curt. Iun. in auth. non licet.*
11 *C. de lib. præter not. in l. ſi ff. quod. met. cauſ.* Decimo præſumitur † dolus in hærede, qui poſt motam de hæreditate controuerſiam, legata ſine cautione de illis reſtituēdis, ex dicta
12 hæreditate perſoluat *l. dolo. ff. ad l. falc. Lucas de penna in d. l. quemadmodum ver. 9.* † Vnde-
13 cimo præſumitur in *l. qui teſtamento. ff. de prob.* Duodecimo præſumitur † dolus in eo, qui dimittit ſuccedere ex teſtamento, & ſuccedat ab inteſtato. *l. 1. & toto illo tit. ſi quis o-*
14 *miſſa cauſa teſtamenti.* Decimo tertio † præſumitur dolo factum teſtamentū, vel falſum, ſi diu fuerit occultatum B*arbat. conſ. 88. lib. 4. Bald. in l. fraus in 1. ff. de leg.* Contraria
15 tamen ſententia † verior eſt, primo ex regula communi; quod dolus non præſumitur, *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. non omnis. §. à barbaris. ff. de re milit. l. quod adhibitis, C. de his qui ſibi aſcribunt in teſtamento,* ibi, in quam te credo magis errore, quàm malitia incidiſſe, quem tex. dicit obſeruandū. *Bald. in l. 1. in fine. ff. de leg. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de officio pro conſul. & legati Iaſon in l. ſi per errorem. numer.* 10. *ff. de iuriſd. omnium Iud. Alex. conſ. 65. num. 11. vol. 1. & conſ. 27. volum. 2. Dec. conſ. 175. numer. 5.* Nam & ad vltimas voluntates extenditur propter paritatis rationem in terminis legati. *l. 35. §. ſpecies iuncta ff. de legat. ſecundo,* & quando poteſt ſumi alia præſumptio, quam doli, illa capienda eſt, *ſcilicet ſi cum aurum. ff. de ſolut. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. act.* ſcilicet quia quiſque præſumitur bonus. *l. merito. ff. pro Socio. l. omnimodo. Codic. de offic. teſtament. cap. fin. extr. de præſumption* & in terminis vltimarum voluntatum dixit *Soccinus Iun. conſ. 13. numer. 8. col. 3.* vbi multa cumulat *Bertrand. conſ. 314. vol. 2. in 1. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 7. num. 1.* Ideoque dixit dicto loco, non præſumi teſtatorem dolo inductum ad teſtandum.

16 Confirmatur, quia in contractibus † non præſumitur dolus, ex cumulatis per *Maſc.*

de pro-

de prob. vol. 1. concl. 532. fol. 396. in pr. igitur, nec in vltimis iudiciis, cum validũ ſit de illis
ad iſta argumentum. *§. vnico vbi gl. Fab. Ang. Syluest. Aldobr. inſtit. de leg. Fuſ. Canina. l. fin.*
17 *vbi Salyc. not, Codic. de leg. Roman. in* Authent. *ſimiliter 12. Special. Codic. ad l. Falcid.* † Nec
quemquam mouere debent allegata ex aduerſo, etenim prædicti caſus in quibus ſit
doli præſumptio ſunt ſpeciales, atque limitationes conſtituunt ad regulam prædi-
ctam, quæ licet negatiue ſit conſtituta, in multis caſibus perdit officium ſuum, vt ver-
bis vtar *Iuriſconſ. in leg. 1. ff. de reg. iur.* quemadmodum accidit & in contractibus, ſiqui-
dem ex illis compoſita eſt regula negatiua, quæ tamẽ multas limitationes admittit ſe-
cundum ea, quæ copioſe diximus in *is. . in tit. de dolo præſumpt.*

Quæſt. 2. Quæro ſecundo, quid cum tam in contractibus, quàm in vltimis vo-
18 luntatibus † quandoq; præſumatur dolus an in illis facilius, quam in iſtis fiat hæc do-
li præſumptio, & *gloſſ. Magiſtr. in l. qui teſtamentum in verbo modum*, quam ſequitur *Lu-*
19 *cas de Penna in l. quẽadmodũ. C. de agricol. & cenſit. præſumpt.* 20. tradit facilius præſumi †
dolum in vltima voluntate per *dict. leg. in fine*, ibi: per fraudem legis hæc teſtamento
adieciſſe, argumento. *textus in leg. patronus. ff. eod. titul. de probat.* in quo patronus alie-
nata à liberto quaſi in ſuam fraudem, non poteſt reuocare, niſi de dolo liberti pro-
bet, vt verbis Scæuolæ conſtat, & ibi not. *gloſſ. in verbo aliquem.* Sed alienata in vlti-
ma voluntate, ex ſolo euentu abſque probatione doli poteſt, ſiquidem dolus videtur
eſſe iuris præſumptione probatus, cum ſit liquidiſſima probatio, vt gloſſa ibi ratio-
nem affert diuerſitatis. Confirmatur vltra gl. *ex l. 1. & l. fin. Codic. qui manumittere non
poſſunt*, vbi ad reuocandas libertates datur per fideicommiſſum, tamquam fraudulen-
tas, ſatis eſt probare euentum libertatis fuiſſe fraudulentum, licet nihil probet etiam
de fraudulento conſilio, & generaliter in alienatis in fraudem creditorum per vlti-
mam voluntatem ſolus euentus fraudulentus inſpicitur *Iaſ. in §. item ſiquis in fraudem n.
53. verb. in ea gl.* ibi: quaſi præſumptione iuris cenſeatur probatum.

Tertio confert *l. hac conſultiſſ. in fin. C. qui teſtam. facere poſſunt* ibi, ſed ne locum qui-
dem vllum relinquant inſidiis, tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper
in tuto collocata manibus.

Quarto conuenit etiam *l. fin. C. de fideicom* vbi propter timorem doli hæredis, ne ſc.
neget per mendacium, à ſe fideicommiſſum eſſe relictum, cum relictum eſſet, com-
pellitur ſubire iuramentum.

20 Sed tamen contrarium † planè profitetur *Alex. conſ. 18. in pr. vol. 3.* vbi plurimis Do-
ctorum authoritatib. congeſtis, dicit illam gloſſam eſſe communiter reiectam, & appo-
ſtilla ad dictum conſilium, plures adiicit authores eiuſdem ſententiæ, & præter illos e-
go adduco *Imol. in l. ſi is, qui n. 3. ff. de vulg. & pupill.* vbi gloſſam prædictam declarat, oſtẽ-
dens non obſtare; Sed qua ratione adducti ſcribentes in hanc ſententiam venerint, nõ
inuenio, forſitan illa ratio fuit, quia teſtatores propinquæ mortis periculo ſalutis ſuæ
memores magis eſſe creduntur, quàm contrahentes, qui, quo magis videntur abeſſe à
periculo, eo minus Dei memoriam cenſentur habere, & propterea ad dolum ſunt pro-
niores, & hinc teſtator cenſetur in dubio de bonis propriis non autem de alienis, & fi-
deicommiſſo ſubiectis teſtatus *Cephal. con. 3. n. 93. vol. 1.* itidem & ſubſtitutum feciſſe in
bonis ſuis, non in alienis Idem *Cephal. conſ. 4. n. 22. vol. 1.* Sed non eſt generalis ad eos te-
ſtatores, qui in ſanitate ſua condunt elogia nec ad legatarios fideicõmiſſarios, & ad ex-
traneos. qui facile poſſunt in vltima volũtate dolum, & fraudem facere, vt ex ſubiectis
21 apparebit, Ego vero ſi liceret meũ iudicium † interponere magis puto inter cõtractus;
& vltimas voluntates, nullam in hoc differentiam eſſe, nec potius in illis, quàm in iſtis
fieri doli præſumptionem, quandoquidem ad iſtos, & ad illas, æque pertinet regula ne-
gatiua, quod ſcilicet non præſumitur dolus, & omnibus æqualiter conuenit ratio,
quod bonus quilibet præſumitur, quodq; ſemper eſt capienda illa præſumptio, quæ eſt
22 excluſiua doli, & delicti. Suffragatur † etiam quod tam pro contractib. quam p vltimis
voluntatib. ſunt multæ coniecturæ, & formæ ex hiſdem ſedib. deductæ ad probandum
dolum, ſc. temporis, modi, rei, officii, quemadmodum expoſuimus in *pr. li. in titu. de do-
lo præſumpto.* Comprobo etiam, quia ſicut in alienatione in fraudem inter viuos, & fraus,
& euentus fraudulentus, debet probari. *l. 1. §. 1. ff. ſi quid in fraud. patron.* ita & in vltima vo-
luntate, eſt probandum vtrumq; vt in *l. 1. & l. fi. C. qui manum. non poſſunt*, & late tradit *Syl-*
23 *ueſt. Aldob. in §. in fraudem inſtit. quib. ex cauſ. manumit. licet, vel non* Alex. *in l. 1. col. 8. ff. de leg. 1.*
ſtante vero *Alex. & Imol.* ſententia, quæ plures ſuffragatores † habet, non obſtant, quæ in
fauorem gloſſę ſunt allegata, & quo ad *l. qui teſtam. de probat. in fin.* reſponſio eſt in aperto

quod & ſi in eo caſu præſumatur à lege dolus in teſtamento, non propterea ſequitur,
quod facilius in vltima voluntate præſumatur. *ad l. patronus eodem titu o*, negatur in vl-
tima voluntate ſpectari euentum, quia conſilium fraudulentum præſumatur, & gloſſ.
ibi reddit aliam rationem, quam præſumpti doli, & oſtenditur, nam directæ liberta-
tes teſtamento relictæ non reuocantur tanquam fraudulentæ, niſi malum conſilium
& malus euentus ſimul probentur, in libertate fideicommiſſaria attenditur ſolus e-
uentus fraudulentus, quod ſi in vltima voluntate facilius præſumeretur dolus, etiam
in directa eſſet inſpiciendus duntaxat euentus. Ex quo corruit tertium fundamẽtum.
Quartum argumentum facile diluitur quoniam agit in ea *l. Imperator.* de teſtamento
cæci, qui ſua orbitate expoſitus eſt multorum inſidiis, igitur ad obuiandum fraudibus,
tot ibi ſunt inuentæ ſolemnitates. Quintum & vltimum commouetur, quoniam illa
ſolemnitas Iuramenti fuit inuenta à Iuſtiniano legislatore optimo ad euitandum mẽ-
dacium, quod ſi facile præſumeretur dolus, deberet alia probatione, quam Iuramenti
purgari.

Quæſt. 3. Cum dolus, & fraus ſæpe præſumantur in vltimis iudiciis, quemadmo-
24 dum oſtendimus, reuoco in dubium. An quæ geſta † ſunt in mortis articulo, præſu-
25 mantur doloſe geſta. Mortis autem † articulus videtur eſſe illud tempus mortis in-
ſtantis, nam articulus, cum varias habeat in iure ſignificationes, tum ſignificat ſtatim,
& ipſum temporis momentum. *l. fin. iuncta gloſſ. C. de comit. rerum priuatarum*, ideoque in
mortis articulo conſtitutus videtur, qui laborat in extremis, & eius infirmitas ex indi-
cio medicorum erat mortalis. *Alberic in l. filia mea ff. ſol. matr.* & eſt tex. *in l. alumnæ. § fin.
ff. de adimend. leg.* ibi erat in extremis & poſtea ex illa infirmitate deceſſit, in hoc dubio
videtur dicendum doli præſumptionem fieri ex *l. filia mea, vbi Alber. Imol. Alex. ff. ſolut.
matr. Angel. in l. ſed quæſitum eſt. ff. de lib. & poſt.* vbi repudium in mortis articulo tam-
quam fraudulentum reiicitur. *Albert. Brun. conſil. 15. in fin. 2.* dubii, & alii plures alle-
gari à *Burſat. conſ.* 40. *num. 62. vol.* 1. ita, vt videatur communior opinio teſte *Burſat.*

Secundo conferunt *conſ. Caſtr.* 339. *in ſecunda parte, & Ancan conſil.* 23. vbi eman-
cipatio filiæ facta in mortis articulo, ad priuandum filium primi matrimonii eorum
legitima tamquam doloſa irritatur ex illorum grauiſſimorum virorum conſilio.

Tertio adſtipulatur, quia conſtitutus in mortis articulo, integrum ſenſum, &
ſinceram mentem non ſolet habere *Sozzin. in d. l. ſed eſt quæſitum poſt Iacob. & Card. Alex.
in c. tanta, qui filii ſint legit. & Roſſell. in tract. legitimat. de effectu matrimon. legit. numero
38. & 41.*

26 Contrarium videtur † eſſe verius, & magis commune, eodem *Burſat. authore d.
conſil. 40. numer. 70. ex notat. per Alexand. in l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſthum.* pro-
batur primo ex regula vulgari, quod dolus & fraus nunquam præſumuntur, niſi pro-
bentur, & difficilis eſt probatio, *Cranet. conſil.* 143. *numero* 12. cum aliis ſupra citatis.
Secundo quoniam ſi mortis articulus, induceret fraudis ſuſpicionem, legitimatio fili-
orum non poſſet fieri in mortis articulo contracto cum concubina matrimonio, item
nec valeret ingreſſus religionis, quia præſumeretur factus in fraudem ſubſtituti, con-
tra notata à Doctorib. in *authent. ingreſſi. Cod. de ſacroſanct. eccleſ. Gabriell. de legitim.
concluſione 1. numero 54. verb. declara primum.* Tertio omnis actus valide fieri poteſt li-
cet in extremo vitæ ſit, late *Barb. in cap. Raynutius colum. 3. de teſtament.* & hinc dixit
Alexand. in d. l. ſi quis poſthumos, verb. ſimile videmus in vſufructu, qui poteſt conſtitui
ab eo, qui poſitus eſt in mortis articulo. *leg. Titio, cum moreretur. ff. de vſufruct.* hinc *Ga-
briell. dict. numero quinquageſimo quarto*, inquit, quod legitimatio filiorum per ſubſequens
27 matrimonium † non præſumitur fraudulenta, ex eo quod ſit facta in mortis articu-
lo, nec tum valeret diſpoſitio teſtatoris, poſiti in articulo mortis, ſi ob id ſolum
præſumeretur dolus contra generalem textum in *leg. 1. Cod. de ſacroſanct. eccleſiis, & l.
4. ff. de adimend. legat.* ibi: ambulatoria eſt voluntas defuncti vſque ad vitæ ſupremum
28 exitum, facit. *c. cum Martha de celebrat. miſſ. & c. vlt. 2. quæſt. 22.* Ampliatur † iſta con-
cluſio, vt multo magis procedat, quando actus in mortis articulo celebraretur in
præſentia propinquorum, tunc enim ceſſat fraudis præſumptio, ſi qua potuerit
ſubeſſe, *Bald. in cap. 1. colum. vltim. de pact. Iaſon. in leg. 1. §. 1. column. 3. ff. ſi quis ius di-
centi non obtemperat. Craett. conſilio ducenteſimo octuageſimo ſecundo, numero nono. Pariſ.
29 conſil. 26. numero* 68. *volum.* 3. Limitatur † quando præter mortis articulum adeſ-
ſent aliæ coniecturæ, quæ fraudis inducerent ſuſpicionem, veluti minæ, *Burſat. di-
cto conſil. 40. numer. 70. volum. 1.* vel quando actus, qui fieret in mortis articulo nec in

Vita,

vita, nec in morte eſſet permiſſus, vt in *d. l. filia. ff. ſol. matrimon.* nam repudium non eſt
permiſſum. ſine legitima cauſa, & legibus cognita. *l. fin. Cod. de repud.* vbi quia non e-
rat cauſa mittendi repudium, præſumitur fraudulenta miſſio repudii, vt patri mulie-
ris fieret præiudicium, vt diſertè explicat textus & in his terminis etiam procedunt
Conſil. *Caſtrenſ. & Ancar.* vertebatur enim in illis præiudicium tertii, ſcilicet facta e-
30 rat emancipatio filiæ ad priuandum filium primi matrimonii, propria legitima. † Li-
mitatur etiamſi in mortis articulo conſtitutus ſenſu deficeret, ita vt non bene eſſet cō-
pos mentis, tunc enim non valeret actus, per ea, quæ dixit *Soccin. in d. l. ſed eſt quæſitum,*
non quidem ex doli præſumptione, ſed defectu mentis, & intellectus, argumento. *l.*
31 *ſanum mente. C. de tranſact. l. Sentum. Cod. qui teſt. facer. poſſ.* Fallit † quoque ſi conſtituto
in mortis articulo factæ eſſent doloſè ſuggeſtiones, tunc enim redderetur teſtamentū
nullum *Par. conſ. 67. n. 11. 47. 49. 71. 124 vol. 3. Socc. in l. 1. §. ſiquis ita col. 1. ff. de verb. obl.* &
Crotus, ibi conſiderans plures caſus in illa diſceptatione, an & quādo adulatio, vel ſug-
geſtio, reddat teſtamentū nullū, ſi facta eſt exiſtenti in mortis articulo & turbato mor-
tis cogitatione per *Alex. in l. iubemus. C. de teſt. Cor. conſ. 319. videtur, & conſ. 84. col. 2. vol.
1. Socc. conſil. 92. in cauſa col. 9. num. 26. & ſeq. vol. 3. & conſ. 105. vol. 3. col. 3.* Nec id equidem
mirum, ſiquidem ſuggeſtiones doloſæ, vt nouercales perſuaſiones contra priuignos,
ſunt in cauſa vt teſtamentum factum etiam extra mortis articulum, non valeat, ſed fa-
cile reſcindatur. *Simon de Pratis in tractatu de interp. vltimar. voluntat. lib. 5. interp. 1. fol. 482.
per tex. in l. 1 ibi ex facto & l. 2. & gloſſ. ibi, & Bartol. & Cyn. ff. de except. doli, & per tex. in l.
non eſt enim. ff. de inoff. teſt.* vbi *Albericus* notat iuridicam eſſe legem, quæ dicit paren-
tes moueri ad iniuriam filiorum propter blanditias nouercales, & ibi videndus eſt
Caſtrenſ. & de iſtis nouercalibus odiis *Curtius Iun. conſ. 8. Socc. Iun. conſ. 59. col. 1. num. 3.
Crauett. conſ. 143. num. 8. & 9.* tradit *Cagn. in d. l.* non eſt enim, vbi *Angelus* in pulchro ca-
ſu, dicit obtinuiſſe contra nouercas. Quibus non obſtat, *l. final. ff. ſiquis aliquem teſtam.
prohib. & l. fin. C. eod.* dum diſponunt licitum eſſe blandis verbis, & perſuaſiuis ad teſtan-
dum inducere aliquem, & ſibi relinquendum, nam procedunt modo dolus abſit, &
fraus. *Socc. Iun conſ. 105. vol. 3. Dec. Neap. 69.* & notant omnes in dict. legibus, vt inquit *Pa-
riſ. conſ. 67. n. 10. vol. 3.*

32 *Quæſt.* 4. Quæritur etiam an teſtamentum, cui dolus cauſam dedit ſit ipſo † iure
nullum, *Bellap. in l. 2. Iacob. Butrig. in l. 1 Cyn. in rub. & Iaſon in d. l. 1. C. ſiquis aliq. teſtam. pro-
hib. Cuman. in Rub. ff. eod. gloſſ. Imol. in l. 1. de teſta.* putant nullius eſſe valoris, diſputat *Bald.
in l. ſi frater. Cod qui teſtam. facer. poſſunt*, & arguunt à matrimonio ad teſtamentum ar-
gumento. *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligatio. l. Titia in princ. ff. eodem titul.*
nam metu, vel dolo contractum matrimonium non valet, igitur, nec teſtamen-
tum.

Secundo confirmatur vltra Doctores: valet argumentum de contractib. ad vlti-
mas voluntates. *§. 1. cum ibi notat. à Fabro* Angelo *& aliis inſtit. de leg. Fuſ. Can. toll.* maxime
vero obtinet quòad contractus bonæfidei, in quibus fit lata interpretatio propter
exuberantiam bonæfidei, cum in teſtamento plenior fiat interpretatio. *l. in teſtamen-
tis. ff. de reg. iur.* Sed contractus bonæfidei, cui dolus cauſam dedit, nullo iure valet, igi-
tur nec teſtamentum.

Tertio teſtamentum metu factum non valet, *Iaſ. in Rub. C. ſiquis aliquē teſt. prob. Vaſq.
de ſucceſſionum creatio. vol. 2. lib. 2. §. 27. requiſito; 22. num 5. verb.* denique hac in re, ex *l. qui
teſtamento. §. fin. in vlt. verſ. ff. de teſtam.* quia morientium liber debet eſſe ſtylus. *l. 1. C. de
ſacroſan. eccleſiis*, quia etiam teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia. *l. 1. ff. de
teſtam.* Sed vbi metus eſt, ibi eſt ſententia alterius, ergo nec factum dolo, cùm inuicem
æquiparentur. *l. dolo, vel metu C, de inut. ſtipul. Iaſon in §. actionum. numer. 29. inſtitution. de
action.*

Quarto quia dolus excludit conſenſum, ſine conſenſu teſtamentum non valet;
repugnat enim etymologiæ teſtamenti, quia non eſt teſtatio, repugnat definitio, quia
non eſt voluntatis noſtræ &c. Vide *Mant. ſing. 316. n. 4. & 5 fol. 887.*

33 Contrariam ſententiam † probant gloſſa. *Bald. Salyc. Cornεus, in l. 1. Cod. ſiquis aliq.
teſtam. prohib* & in *Rub. & l. fin. ff. eod. in l. Lucius. §. Sempr.* vbi *Alber. ff. de l. 2. Aret. in l. ff. de
teſtam.* vbi gloſſ. reprehendit, & communem eſſe dicit Doctorum ſententiam *Gabriel.
conſil. 99. num. 1. n. 2. vol. 1.* ratio fundamentalis eſt, quia dolus, vel metus non faciunt
deficere ſubſtantialia. *Bartol. in l. fin. ff. ſiquis aliq. teſtament. prohibu. Bald. in l. 1. Codic. eo-
dem titul.*

Digitized by Google

Secundo arguendo de matrimonio ad teſtamentum, dolus non annullat matri-
34 monium, igitur † nec teſtamentum *glo. in l. à diuo pio. ff. de ritu nuptiarum*, ita argumen-
tatur. *Gabriell. d. loco. num. 4. Bald. autem in l. 1. num. 27. C. ſiquis aliq. teſtam. prohib. col. pen. in
fin.* ſentit eſſe diſtinguendum, vt ſcilicet tunc ſit nullum teſtamentum, cum dolus eſt
adhibitus ad damnum deſcendentium, per tex. in *auth. vt cum de appell. cog. §. hac autem*,
verſiculo & aliquo, quoties vero dolus tendat ad perniciem alterius, mero iure valeat.
Sed *Gabriel. dicto conſ. num.* 5. dicit diſtincte procedere communem ſententiam, cui-
cunque dolus noceat, nec aduerſari *d. Baldi, quando in d. §. hac autem*. teſtamentum eſt
35 nullum propter dolum ſed ob exhæredationem factam ſine cauſa. Plane in puncto †
iuris, verior eſt prior ſententia quando ſcilicet teſtator, non fuerat teſtaturus, niſi dolo
fuiſſet inductus propter æquiparationem cum bonæ fidei contractibus, imò tanto
magis, quanto eſt magis expoſitus teſtator aliorum inſidiis, quam contrahentes, nec
obſtat ratio Doctorum, quoniam non valet conſequentia, dolus non facit, quomi-
nus interueniant ſubſtantialia, igitur ſuſtinetur ipſo iure, nam id accidit in contracti-
bus bonæ fidei, & tamen nulli ſunt, intercedit res, & precium, quæ ſunt de ſubſtantia
illius contractus, & tamen ex dolo dante cauſam ipſo iure annullatur. Nec valet argu-
36 mentum † de matrimonio ad teſtamentum, quia in matrimonio dicitur eſſe dolus bo-
nus, quia perducit ad bonum, non lædit, nec affert perniciem. At hic ſecus eſt, quia
dolus pernicioſus eſt, ſtante tamen communi, poſſunt euitari, quæ in contrarium ſunt
allegata, & ad primum, quod dictum eſt, de matrimonio facili negocio diluitur ex
ante dictis, quia dolus matrimonium non irritat.

Secundum commouetur, quia poſſet negari æquiparatio teſtamenti cum con-
tractibus bonæ fidei, quando hoc nomen bonæ fidei non conuenit niſi contractibus,
non teſtamentis, prætorea æquiparatio procedit generaliter, quò ad omnes cõtractus,
tam bonæ fidei, quàm ſtricti iuris, at non omnes contractus per dolum annullantur, vt
palam fecimus in antecedentibus,

Tertium quoq; de metu non ſtringit, quoniam in contrarium eſt communis o-
pinio, eodem *Vaſq.* affirmante, ideoq; argumentum regeritur. Quartum tollitur ne-
gando, quod dolus excludat conſenſum per ea, quæ tradit *Bart. in l. eleganter. §. 1. ff. de
dolo*, vt nos latius declarauimus. Sed cum dolus nemini debeat patrocinari, læſis verò
ſuccurrendum ſit, *l. 1. l. neque, cum l. ſeq. ff. de dolo*, quonam pacto ſubuenitur his, qui de-
cepti ſunt, & damnum patiuntur ob dolum, Fiſcus auocat hæreditatem ab eo, qui ac-
quiſiuit hæreditatem, vel à tertio inſtituto, per dolum eius, qui per dolum decepit te-
ſtatorem, vt illum faceret hæredem, *Bart. in l. 2. in princip. & in l. fin. numer. 5. & 8. ff ſiquis
aliq. teſtament.* quam practicam ſequitur. *Bald. in d. l. 1. C. ſiquis aliq. teſtar. prohib.* latè *Cor-
neus conſ. 209. numero 29. vol. 2.* Is vero, qui damnum paſſus eſt, egit ad intereſſe contrà
doloſum actione doli, vel in factum, *l. Lucius. §. Sempronia, vbi gloſſ. & Doctor. ff. de leg.
2 Cyn. & alii in l. quicquid. Cod. arbitr. tutel. Alexand. Iaſon Rip. in l. 1. §. fuit quaeſitum. ff. ad
Trebell. Veron. conſil.* 36. *Dilect. de arte teſtandi titul.* 11. *caut. 4. num.* 4. vbi multa cumulat, &
ſi doloſus non abſoluendo in ſubſidium agitur contra fiſcum, vt notant omnes in locis
ſupradictis, per notat. in *l fin. ff. de eo per quem factum eſt*, idem *Gab. d. conſ. 99. num. 23.* vbi
etiam tractat, an agi poſſit contra doloſum ad duplum.

Quaeſt. 5. Cum autem dolus ſit duplex, bonus, & malus, vt *t. lib. in 1. diuiſione doli*,
37 diximus, quæro an idem operetur dolus bonus, ſi teſtamento † cauſam dederit. Et ſanè
videtur dicendum, quod ſic. Primo quia vterque eſt verè, & propriè dolus. *l. 1. §. non
fuit contentus. ff. de dolo.* Secundo quia tam dolus bonus decipit teſtatorem, qui alios e-
rat facturus heredes, quàm malus, & *Vlp. in l. 4. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.* dicit indignum eſ-
ſe circumuenire voluntatem defuncti. Contrarium tamen probat *Bald. in l. 1. C. ſiquis
aliq. teſtar. prohib. num. 17. verb.* extra quæritur, vbi ponit exemplum in eo teſtatore, qui
erat inſtituturus turpem perſonam, & ego dolo ſuaſi, iam præmortuum eſſe; atque ita
me hæredem fecit, eſt bonus, & irreprehenſibilis dolus, ideo non punibilis argumen-
to. *l. cum pater. §. Titio ff. de leg. 2.*

38 Ratio eſt forſitan, licet Bald. non allegat, quia bona cauſa non debet producere †
malum effectum argumento: *l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur.* vbi eiuſdem iuris eſt cau-
ſa & cauſatũ, & euangelico ſanctiſſimo teſtimonio conſtat, bonã arborẽ malos fructus
facere non poſſe: Nam dolus bonus virtus eſt, & ſolertia. *dict. leg. 1. in 1. ff. de dolo*, nec
tum pet igitur, nec irritabit teſtamentum, ne ex bona cauſa oriatur iſte malus effectus.

Et poteſt vltra Bald. ſpecies proponi in eo, qui bono conſilio exhęredauit filium, iuxta *l. 18. ff. de lib. & poſth. l. 12. §. ſi quis, l. 47. de bon. liber.* nam dolus eſt bonus. Quia aliud agit, aliud intendit, & dictis iurib. conſtat valere teſtamentum, Non faciunt negocium allegata ex aduerſo, namq; ad primum licet dolus bonus proprie ſit dolus, eſt tamen ſpecies contraria a dolo malo.

39 Contrariorum autem † contrarii ſunt effectus. *l. fin. ff. de leg. 3.* Ad ſecundum, quod procedat quo ad exemplum Baldi, quamuis decipiat, tamen tendit ad bonum, nam & in religionis ingreſſu, decipit, & in matrimonio, & tamen non irritat actum, quia ſcilicet decipit ad bonum, ſecundum ea quæ diximus in *lib. 1. c. pen & ſin. ſed lex 4. ff ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* loquitur quãdo circumuenitur volũtas teſtatoris in damnum legatariorum ibi: in necem legatariorum factum,

Quæſt. 6 Quæritur ſexto loco, quod ſi minor dolo inductus fuerit ad teſtandum,
40 vel aliam vltimam voluntatem faciendam, an aduerſus † illam confectionem reſtitui poſſit in integrum, inſtituit, puta, viles perſonas, immeritas, præteritis conſanguineis, nobilitate fulgentibus, & meritiſſimorum cumulo decoratis, vel extraneis legata ampla reliquit, ita vt grauiter extenuent hæreditatem conſanguineo relictam, petit teſtamentum, an ſit audiendus; Vel ſi filium inſtituiſſet hæredem, & dolo alterius mutato teſtamento; ipſum doloſum hæredem feciſſet, vt ponit exemplum. *Pariſ. conſ. 67. n. 56. & Dilectus de arte teſt. tit. 11. caut. 4.*

Reſpondendum videtur affirmatiue, Nam minor læſus imbecillitate ætatis vel infirmitate conſilii, vel dolo aduerſarii reſtituitur *l. 1. cum ſequent. ff. de minor.* vbi datur reſtitutio læſis minoribus in bonis, & multo magis in honore, argumento. *l. iſti quidem. ff. quod met. cauſa,* quia honor cunctis rebus præfertur, *Alex. in l. ſæpe, & in l. victum. ff. de re iud. Cephal. conſ. 39. lib. 1. Dec. conſ. 310. num. 1. Crauett. conſil. 2. numer. 18.* Læditur enim fama, & honor minoris, quod viles perſonas inſtituerit, vel extraneos prætulerit Conſanguineis.

41 Contrariam ſententiam † veriorem eſſe, & pluribus ſuffragiis receptam, dicit *Alciat. in l. verba contraxerunt in princ. ff. de ver. ſignif.* Ideoque tradit ſentire omnes, *in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad* Trebell. *Bart. poſt Iacob. de Arena in d. l. verba geſſerunt. Alexand. Cor. Iaſon in l. ſi fratres. C. qui teſtam facere poſſ. Cepol. caut. 39. Ant. de Butr. conſ. 19.* R*ipa in d. l. 1. §. quæſitum,* & ante eum *Bar. num. 6. &* Alex, *num.* 5. Ratio eſt ex mente Bartoli, & Alciati in dicta *l. verba*, quia minor reſtituitur aduerſus contractus, perperam factos & quando gerendo læſi ſunt, *l.* 1. ibi; quod cum minore 25. annis geſtum eſſe dicitur, & *l. ait prætor* geſtum eſſe dicetur, verba autem geſſerunt, contraxerunt, non pertinent ad teſtandi ius, ſed non eſt probanda, nam aduerſus multa alia reſtituuntur, vt in *l. 1. C. ſi aduerſ. vſucap. & d. l.* ait prætor geſtum eſſe dicetur, geſtum ſic accipitur qualiter, qualiter, ſiue contractum, ſiue quid aliud, facit. *d. l. 1. de minor.* Vbi prætor generaliter dicto ſuo pollicetur minoribus auxilium aduerſus captionem, facit. *l. non omnia. ff eod. titul. de minorib.* & dixit *Oddus de reſtitut. part. 2. quæſtio. 58. art.* 8. quod dictum Butr. procederet ſi loqueretur lex illa per dictionem taxatiuam. Non ſubſiſtit etiam res iſta, quia validum eſt argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, quando non poteſt afferri ratio diuerſitatis, atq; ratio eſt, vt minori læſo in contractibus ſuccurratur, non autem damnum paſſo in vltima voluntate.

42 † Altera ratio eſt R*ipæ in dicto. §. fuit quæſitum. numer.* 31. longe melior, ſcilicet, quod cum teſtamentum, & quælibet alia vltima voluntas poſſit ad libitum reuocari, ſuperflua eſt quælibet reſtitutio. Confirmo, quia reſtitutio eſt remedium extraordinarium, cui non ſit locus, quando competit ordinarium, at minor hic habet ordinarium remedium. *leg. quarta. ff. de adimen. legat. Alciat. in l. ſi frater. Codic. qui teſtam. facer. poſſ.*

43 Ex qua † ratione deducitur limitatio, quod ſiquando daretur caſus; in quo non poſſit reuocari teſtamentum, tunc ſuccurretur minori per reſtitutionem in integrum, licet enim teſtamentum ſemper ſit reuocabile, & non videatur dari poſſe cautela, etiam de iure Canonico, vt fiat immutabile, tamen ſi quando daretur iſte caſus, danda eſſet etiam reſtitutio per argumẽtum à ceſſante ratione & ex his diluitur argumentũ contrariũ, nam paratũ habet minor ordinariũ remedium quo damnũ honoris, & famæ emẽdet. Accedit, ꝙ minoribus nõ cõceditur reſtitutio, nisi in caſu læſionis. *l. 1. ff. de min.* cum vulg. At †; in præſenti ſpecie nõ eſt læſio, cum teſtamentũ, vel alia vltima
44 voluntas viuo adhuc teſtat. nihil ſint, ſed eius morte confirmentur, vt præter IC. dixit

D. Paulus ad Roman. c. 9. Teſtamentum, inquit, in mortuis confirmatum eſt, alioquin
nondum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. Vide ad hanc quæſtionem *Anchar. conſ. 183.*
vbi conſuluit in facto, & *Bald. in l. ſi frater C. qui teſt. fac. poſſ. num. 2.*

Quæſt. 7. Infertur inde ad aliam quæſtionem, ſcilicet. An aduerſus donatio-
nem mortis cauſa, minor reſtituatur, & videtur concedenda reſtitutio, eo argumen-
to quod proxime accedat ad contractus. *Doct. in l. 2. ff. de leg. 1.* latiſſime *Tiraquell. de le-
gib. connub. gloſſ. 5. num. 68. 75. 77.*

45 Contraria † ſententia videtur de iure verior, & communior ex allegata ratione;
Quia donatum mortis cauſa ad libitum donantis reuocatur, §. 1. *& ibi notab.* gloſ. & la-
te *Riminald ibi de donat.* nec obſtat obiectio, primum quia videtur accedere potius vlti-
mæ voluntati per *l. illud. ff. de don. cauſ. mort.* vbi vltimæ voluntati æquiparatur, *l. fin. Cod.
eodem titulo de donat.* ſed quoniam *Tiraquell. d. num. 77. & 75.* videtur ex multorum opi-
nione diuerſum affirmare; reſpondeo ſecundo loco, quod, vt cunque ſit donatio iſta
46 poteſt ſemper reuocari, ideoque non † eſt opus reſtitutione, & ſicut in cæteris con-
tractibus inter viuos, vbi ſuccurſum eſt minori alia via reſtitutionis, hæc denegatur, i-
47 ta & in donatione mortis cauſa. Huic conſequens eſt, quod in † his caſibus in quibus
donatio mortis cauſa eſſet irreuocabilis, vt in terminis. *l. vbi ita donatur. ff. de donat.
mort. cauſ.* concedenda eſſet reſtitutio, ceſſante enim cauſa prohibitionis, ceſſaret pro-
hibitio *l. quæmus, & l. adigere. ff. de iur. patronat.* deficiente enim remedio ordinario re-
uocationis, debet fieri locus extraordinario reſtitutionis.

Quæſt. 8. Sed cum teſtamentum morte confirmetur teſtatoris, *D. Paul. loco nu-
per citato*, & eius obitu fiat irreuocabile *l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ.* ibi liberum, quod am-
plius non eſt, an tunc competat reſtitutio hæredi ab inteſtato, ſcilicet, qui vllo teſta-
48 mento † non condito, erat ab inteſtato ſucceſſurus quaſi perperam teſtamentum
fecerit.

Pro affirmatiua facit, nam licet minori teſtanti non detur reſtitutio, vtique fit,
quando ei non erat neceſſarium, erat enim in ſua poteſtate reuocare, conditum teſta-
mentum, at hæredi neceſſarium eſt hoc auxilium, cum aliunde non ſit ei ſuccurſum
ſimilis eſt text. in *l. Panthonias. ff. de acquir. hæred.*

49 Ex aduerſo pugnat, quia † hæredi datur reſtitutio ex perſona minoris, quan-
do ſcilicet tempore mortis, competiiſſet minori, *l. non ſolum. ff. de reſtitut. in integrum. l.
minor autem magiſtratus, cum l. ſequ. ff. de minor.* nam conceditur heredi, quantum fuiſ-
ſet conceſſum ipſi minori tempore mortis ſuæ, & diſpoſitionem minoris, in vltima
voluntate factam non poteſt hæres infringere, *l. Aurelius. §. Coius. ff. de liberat. legat.* & a-
deo valet dicta minoris diſpoſitio, vt dixerit *Alexand. conſ. 215. lib. 6. col. 1.* quod licet
minor non poſſit alienare. *l. 1. cum ſequ. ff. de rebus eorum*, tamen ſi in teſtamento man-
dauerit hæredi, vt aliquid alienet, poterit quidem illud alienari; Patrocinatur etiam
huic opinioni, quod ſi minor dolo, & blanditiis alterius inductus fuerit ad teſtan-
dum in fauorem extranei, & contra conſanguineorum fratres, vel patruos, his ſcilicet
præteritis, vel exhæredatis; illo vero inſtituto, iuxta exemplum, *Creme. ſingulari 218. in-
cip.* hæres minoris. tunc hæredi ab inteſtato datur actio doli aduerſus hæredem ſcri-
ptum, per textum ſingularem in *l. Lucius. §. Sempronia. ff. de leg. 2.* quod placet, *Alexand.
& Iaſ. in dicta l. 1. §. quæſitum. ff. ad Treb.* & ibi *Ripa. numero trigeſimo ſecundo.* dicit eſſe com-
munem opinionem Doctorum, & idem aſſerit in *leg. ſi pater. ff. qui teſtamentum facere
poſſunt*, vbi *Baldus* dicit poſſe dari actionem criminalem ſtellionatus.

50 Pro reſolutione † diſtingue, vt per *Oddum de reſtitut. in integr. Quæſtion. 58. in
2. part. articulo 8. num. 43. cum ſequent.* videtur enim prudens, æqua atque humana eius
ſententia.

Quæſt. 9. Vidimus aduerſus teſtamentum doloſum actionis remedio eſſe ſuc-
51 curſum, an † & ad illud infringendum detur exceptio doli. Exemplum eſt in *leg.
penult. §. penultim. ff. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tabul. & §. teſtamento facto.* in quo, Titius
teſtamento facto arrogandum ſe præbuit, ac poſtea ſui Iuris effectus vitæ deceſſit, ſcri-
ptus hæres poſſeſſionem petit, an doli mali exceptione ſit ſummouendus à legitimo
52 hærede, & non competere exceptionem probat *Iuſtinianus in §. non tamen* † *inſtitut.
quibus mod. teſtament. infirment.* in quo ſcriptus hæres iure petit bonorum poſſeſſio-
nem, ſi modo defunctus teſtator, & ciuis Romanus, & ſuæ poteſtatis mortis tem-
pore fuerit, & confirmatur ex *l. conficiuntur. §. ſi poſt. ff. de iure codicill.* in quo valent

codicil-

Codicilli facti etiam tempore inhabili, ſi ab initio tempore teſtamenti & poſtea tem-
pore mortis erat teſtabilis.

53 In contrarium † eſt textus apertus in *l. qui ex liberis.* §. *teſtamento facto. ff. de bo-
norum poſſeſſ. ſecundum tabulas*, ibi ſcriptus hæres ſi poſſeſſionem petat exceptione do-
li mali ſubmouebitur, quia dando ſe ad adrogandum teſtator cum capite fortunas
quoque ſuas, in familiam, & domum alienam transfert, & ibi *Bartol. & alii. Angel.
in dicto* §. *non tamen*, vbi etiam *Viglius*, non obſtat contrarium, nam quo ad dictum
54 §. *non tamen gloſſ.* ibi reſpondet † ſupplendum eſſe per textum in *dict.* §. *teſtamento, in
verb.* plane ſi ſui iuris effectus codicillis, aut aliis literis eodem teſtamento mori ſe
velle declarauerit, voluntas, quæ defecerat rediiſſe intelligitur, quæ ſolutio facile
eſt accommodata, ſed diuinationis eſt ita ſoluere; *Bartol. in dict.* §. *teſtamento*, ſen-
tit, quod teſtamentum iure ciuili irritum fiat, *dict.* §. *teſtamento*, ſed iure prætorio
confirmetur, *dict.* §. *non tamen*, ſed tamen repugnat, quia ille textus eſt poſitus ſub
55 titulo de bonorum poſſeſſione, atque ita dicta ſucceſſione prætoria; † *Viglius* ait,
teſtamentum in *dicto* §. *non tamen*, ipſo iure prætorio ſuſtineri, ſed poſtea per ex-
ceptionem infirmari, *d.* §. *teſtamento*, quæ exceptio rurſus tollitur, noua accedente
voluntate, ſed hæc quoque ſolutio videtur eſſe contra illa expreſſa verba. Nam ſi
ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt, poteſt ſcriptus hæres ſecundum tabulas teſta-
menti bonorum poſſeſſionem agnoſcere, ſi modo defunctus, ciuis Romanus, &c.
verba enim ſunt accipienda cum effectu, idq; comprobatur ex verbo nam ſi ideo irri-
tum &c. etenim ſicut ibi abſolute denegatur bonorum poſſeſſio, ita in primo abſolute
conceditur, vnde *Ang. d.* §. *non tamen*, ex opinione Bart. cōmuniter, vt ipſe ait, probata,
ſic diſtinguit, aut teſtamentum eſt factum irritū voluntaria capitis diminutione, vt ad-
optione, ſiue adrogatione, aut neceſſaria vt deportatione, atq; ita vt non voluntarie, at
coacte mutet ſtatum, quando voluntarie procedit. §. *teſtamento*, quando inuite in-
telligitur. §. *non tamen*, ratio differentiæ eſt inquit *Angelus* quia quando inuitus quis
mutat ſtatum, non videtur velle mutare voluntatem; ſecus ſi volens, argumento
leg. fideicommiſſum. §. *ſi rem. ff. de leg.* 3. nec obuiar ſi quis dixerit aduerſus Bartolum
56 quod vtraque capitis diminutio voluntaria, & neceſſaria † æquiparantur in *dicto*
§. *non tamen, in fine*, nam ait Angelus hoc eſſe verum, quando teſtator moritur
in illa capitis diminutione, non in ſtatu ſui iuris, ita fit doli mali exceptio in propo-
ſito themate. obſtabit vno tamen caſu; ſcilicet in voluntaria capitis diminutione.
Sed quid ſi teſtator poſt primum teſtamentum in quo ſcripſerat Meuium hæredem,
fecit & poſterius, quod rite perfectum eſt, quo caſu ſublatum eſt primum. §. *poſte-
riore Inſtitut. quibus mod. teſtament. infirm.* quid ſi poſteriores tabulas inciderit, vt prio-
res valerent, an agens hæres ex ſecundo teſtamento contra primum hæredem, poſ-
ſet doli exceptione repelli, & videtur non competere per textum in §. *ex eo autem
ſolo, inſtitut. quibus mod. teſtament. infirmentur*, vbi non rumpitur teſtamentum ex eo,
quod quis noluerit valere, ita non poteſt ex ſola voluntate teſtamentum confirma-
re, vt contrariorum ſit eadem diſpoſitio *Doctor. in rubr. ff. de acquir. poſſeſſ.* Corro-
boratur ratione, nam poſtquam eſt factum poſterius teſtamentum, ipſo iure ſubla-
tum eſt primum *dict.* §. *poſteriore inſtitut. quibus modis teſtament. infirment. l. ſi quis prio-
re. ff. ad Trebell. Bartol. in d.* §. *teſtamento. l. qui ex liberis numero tertio, per textum in l. San-
cimus C. de teſtament. & gloſſ. in d.* §. *teſtamento in verb. conſtitui & Vigl. d.* §. *poſteriore*,
dicens quod priores tabulæ vim ſuam amittunt & ſi nihil dixerit teſtator, rei enim
ipſius natura id ſatis demonſtrat. *Angel. Bartol. Faber*, ibidem facit. *leg. filius, qui in po-
teſtate.* quomodo igitur poteſt ſola voluntate reſtitui, quod non ſola voluntate con-
ditum erat, *Argumento l. nihil tam naturale ff. de regul. iuris l. prout. ff. de ſolution.* & quo-
modo ſolo conſenſu reconualidatur quod non ſolo conſenſu fuit ruptum, ſed nouo,
validoque teſtamento.

Secundo, facit, inquit *Bar. d.* §. *teſtamento numer.* 3. & 4. quia exceptio doli eſt in
57 rem, non † in perſonam, quod ſi obſtaret, agenti ex ſecundo teſtamento, eſſet in per-
ſona. Reſponde, vt per *Bartolum* ibi.

58 Contraria † tamen ſententia aperto iure probatur in *dict. leg. qui ex liberis.*
§. *teſtamento in fine*, ibi non ſecus; ac ſi quis aliud teſtamentum feciſſet, ac ſupremas
tabulas inciidiſſet, vt priores ſupremas relinqueret, ratio colligitur ex anteceden-
ti verſiculo, voluntas, quæ defecerat, recenti iudicio rediiſſe intelligitur, vt ibi obſer-

uat *Bartolus*: Ad vtramq; dubitationem facit illa trita in ſcholis regula, cui damus actionem, multo magis, & exceptionem, nam ſi aduerſus doloſum teſtamentum datur actio, vt dictum eſt ſupra ergo multo magis exceptio, *l. inuit. nemo. §. cui damus. ff. de regulis iuris, l. 1. §. is autem. ff. de ſuperficiebus. l. creditors in fine, & gloſſ. ibi Codice de pact. cap. qui ad agendum. ex. de regul. iur. in 6.* maximè cum actio, & exceptio tendant ad eundem finem tollendi teſtamentum, vt per *Decium in d. §. cui damus num. 2. Bald. in l. 2. in 3. notab. Codice de fideicommiſſ.* Nec aduerſantur quæ ſunt allegata in contrarium, nam quo ad primum reſponſio eſt in aperto, quia præter voluntatem confirmandi primum adeſt inciſio ſecundi.

Secundum conuellitur quoniam procedit de rigore iuris ciuilis, ille vero. *§. teſtamento* de æquitate prætoria. *cum. §. ille ſit ſub Rub. de bonor. poſſ. ſecun. tabul.* vel ſecundo tollitur ex eodem text. in verbo nec putauerit, ſcilicet quod non conſtituitur primum ex nuda voluntate, non enim de iure teſtamenti ſed de iurib. exceptionis, quæ in hoc iudicio quanquam actori opponatur, ex perſona tamen eius, qui opponit, æſtimatur, vt *glo. ibi in verb.* conſtitui, declarat ſenſum eius litteræ eſſe, vt primum teſtamentum non reſuſcitetur ipſo iure, ſed ſic, vt ſi agant inſtituti, in ſecundo opponatur eis exceptio. Eãdemque exceptionem obtinere in caſu. *leg. ſi ff. de hæred. inſtit. in caſu. l. ſicut certi*, & in terminis. *l. Titius in princip. ff. de lib. & poſthum.* dixit eleganter *Vaſq. de vltim. volunt. in ſecundo tomo. de ſucceſſ reſolut. lib. 1. ca. 4. num. 19. verb.* aliæ ſex ſpecies, inquiens, quod in his omnibus, & ſimilibus ſpeciebus, ille qui ex verbis, & forma teſtamenti excluſus erat, ſi voluntate teſtatoris deſtitutus non erat, contra opponentem de teſtamento excipit de dolo. Nam & per contrarium, qui ex verbis teſtamenti inuitatus eſt, ſi appareat, quod eſt teſtatoris voluntate diſtinctus doli exceptione oppoſita ſi ex teſtamẽto egerit, ſummouebitur argumento. *l. 5. §. fi. & l. ex parte. ff. de adimend. leg. ad litteram. l. 24 §. item quæritur ele. 1. verbo præterea. ff. de except. doli.* Verba enim non tam inſpiciuntur quam mens teſte *Cicerone in oratione pro Cæcinna*, verba enim, inquit, reperta ſunt, quæ indicarent,
59 non quæ impedirent veſtram † voluntatem, & rurſus ſcriptum ſequi, Calumniatoris eſt; boni vero Iudicis voluntatem ſcriptoris, authoritatemque defendere, facit. *l. Labeo. ff. de ſuppellect. leg. l non aliter. ff. de leg. tertia, l. ſecunda, Cod. comm. delegat. leg. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. primo* & non modo dabitur exceptio iſta doli, ſed & in ſuo caſu replicatio, nam ſi in terminis. *§. teſtamento*, poſſideret ille, qui erat ſcriptus in poſteriore Teſtamento inciſo à teſtatore, vt primas tabulas ſupremas relinqueret, & ſcriptus in primo ageret, atq; ei opponeretur de ſecũdo teſtamento, ipſe replicaret de dolo, eadem ſuadente æquitate.

Vt autem ſummatim omnia, quæ ad hunc, & ſuperiorem articulum pertinent, complectamur, monendi ſumus teſtatores interdum facere Teſtamentum, inſtigationibus, inſidioſiſque ſuaſionibus aliorum oſtendens inſtituere, quos vel ratione morum, vel ignobilitatis, non deceat, conſanguineis, quibus magis eſt debita iure ſucceſſio prætermiſſis; Quo teſtamento ſic perperam condito, ſi filii læſi ſint, vel parentes, querelæ inofficioſi teſtamenti remedium illis proditum eſt. *l. 3. & 4. cum vniuerſo*
60 *tit. ff. de inoff. teſta.* vel petitio † ſupplementi legitimæ ſi ſunt in aliquo hæredes inſtituti. *l. omnimodo. C. de inoff. teſtam.*

Si vero ſint ex latere conſanguinei, cum præter fratrem contra Teſtamentum fratris non habeant querelam. *leg. ſi fratres. Codic. de inoff. teſtam.* ad hoc vt hæreditatem auferant, quibuslibet non ſui generis hæredibus dolo ſcriptis remedium eſt, vt actione de dolo, vel in factum agant contra ſcriptos hæredes, notat *Angel. in leg. quarta, ff. de inoffic. teſtament. & in leg. fin. Codice ſi quis aliq. teſtar. prohib. Veron. caut. 62. incipien.* licet *Alexand. in leg. ſi fratris. Codice qui teſtament. facer. poſſ.* & ſi excipiatur teſtamento, dabitur replicatio de dolo, & ſi conſanguinei poſſideant bona hæreditaria, tunc agentibus ſcriptis hæredibus opponent exceptionem doli; argumento. *leg. 1. in fi. ff. de except. doli Iaſon. conſilio. 141. circa primam colum. ſecundo, volum.* Dilect. *de arte teſtandi titulo 11. cart. 4.*

Quæſtio decima. Quæro contra teſtamentum dolo fit in *titul. ff. & Codice ſi*
61 *quis aliquem teſtar. prohibuer.* nam quemadmodum † obtinet, quando per vim, vel metum, prohibetur aliquis teſtari, vel mutare teſtamentum, vel inducitur ad teſtandum, ita procedit quando dolo, vel fraude, *leg. prima, §. primo, ff. eod. titul. leg. fin. ibi*, nec per vim, nec per dolum. *ff. eodem titulo*, & probauimus ſupra in *diuiſio-*

ni

ne ſexta, doli in quæſt.24. Maxime per *Gabriell.conſ.99.volu.* 1. Quæro de nonnullis quæ-
ſtionibus quotidianis, & primo præmitto, quod iſte dolus in teſtamento poteſt com-
mitti à principali, id eſt ab eo qui doloſe curauit, vt vel teſtamentum non fieret, vel
factum non mutaretur, ad proprium commodum, aut à Tertio quodam ſcilicet,
qui ad alienam vtilitatem dolum commiſit, & quoniam de iſto dolo tertii ſatis diſ-
ſeruimus, in allegata *diuiſione ſexta, quæſt. 24.* tractabimus tantum de dolo principali;
Cuius occaſione, reuoco primum in dubium, hæres inſtitutus in teſtamento Titii,
cum certior eſſet factus, teſtatorem nolle Teſtamentum mutare, doloſe fecit, ne mu-
taret, vel decipiendo Notarium vocatum ad confectionem teſtamenti, vel ipſum te-
ſtatorem, doloſe affirmans, non reperiri teſtes. qui velint accedere vide *l. 2. in princ.*
ff. ſiquis aliq. teſtar. prohib. vel alia machinatione circumueniens fecit, vt non mutaret
62 Teſtamentum. Quæro an priuetur hæreditate, & cui ſit hæreditas † applicanda. Et
ſanè hæreditate illum eſſe priuandum, indubitati iuris eſt, in *titul. ff. ſi quis aliq. teſtar.*
prohib. l. 1. §. 1. doloſus enim omni beneficio excluditur, quod ſibi ante dolum com-
petebat. *l. 2.* §. *ſiquis, &* §. *fin. ff. ſiquis cantion.* cum aliis copioſe deductis. *infra in titulo de*
pœn. doli.

63 Relinquitur † ergo locus dubitationi, cuinam ſit applicanda, ſucceſſoribus
ſcilicet ab inteſtato, ipſius defuncti; An vero fiſco: Illis quidem faciet ea in primis no-
ua ratio, quod cum careat Teſtamentum hærede, propter eius dolum, Teſtamen-
tum non valet, argumento. §. *ante hæredis inſtitut. de legat. l. ſi nemo. ff. de teſtam. tut. l. ſi ne-*
mo ff. de reg. iur. igitur defunctus decedit inteſtatus.

Secundo quoniam abſurdum eſſet, quod dolus iſtius poſſet præiudicare con-
ſanguineis teſtatoris, contra ea, quæ not. *in l. 1. ff. ſiquis aliq. teſtar. prohibuer. in gloſſ. ſuper*
verbo fiſco, ratio eſt, quia dolus vnius non debet obeſſe alteri, quoties ſcilicet ex illo do-
lo immediate non acquirit, *Bar. in d. l. 1. n. 7. Bald. in l. 1. C. eo.* nam conſanguinei iure ſan-
guinis immediate ſuccedunt, non propter dolum.

Contraria tamen ſententia aperte probatur *ex d. l. 1. ff. ſiquis aliq. teſtar. prohib.* ibi;
denegatiſque ei actionibus fiſco locum fore. facit. *l. mulierem ff. de his quib. vt indign.* ra-
tio videtur, quia dolus eſt delictum, & ideo in pœnam illius applicatur fiſco. Qui cre-
ditur auferre, velut ab indigno, facit. *l. 1. C. eodem. Bart. in dict. l. fin. in princ. & numero.* 11.
verb. ſi vero ipſe prohibens, vbi refellit contrarium ſententiam. *ff. ſiquis aliq. teſta. prohib.*
& Bald. in d. l. C. eod. n. 5. & 6.

64 Pro reſolutione † contrariorum *Bart. & Bald. dictis locis,* ita diſtinguunt. Aut cō-
ſtabat quos eſſet inſtituturus teſtator, ſi non dolo fuiſſet inductus ad me inſtituen-
dum, aut ad non reuocandum teſtamentū, in quo eram ſcriptus hæres. Aut non con-
ſtabat. Primo caſu, datur contra me actio de dolo, vel condictio *ex l.* ad duplum, vt no-
tatur in *l. Lucius.* §. *Sempronius. ff. de legat.*

Secundo in *auth. vt nulli iudicum.* §. *& hoc peruenit,* & ſi non eſſem ſoluendo habe-
ret conſanguineus læſus regreſſum contra fiſcum, argumento. *l. fin. in princip. ff. de eo per*
quem factum erit, l. plane lect. 2. §. 1. *ff. de leg. 1. Gabr. conſ. 99. vol. 1. ſecundo caſu,* nullus eſt, qui
poſſit queri, non doloſus perpetuum dolum, non alius, quia non apparebat de men-
te teſtatoris. Confirmo à ſimili nam quando hæres non vendicauit necem defuncti;
vel antequam de ſeruis occiſis, quæſtio haberetur, aperuit tabulas Teſtamenti, priua-
tur hæreditate tamquam indignus, & applicatur fiſco, non autem vocantur proximi
conſanguinei teſtatoris. *l. 1. & 3. C. de his, quib. vt indig. in l. 1. & ſeq. ff. ad Syllan. Senat. conſ.*
in caſu etiam. *l. vni. C. de his, qui ſe defer. li.* 10. *& l. cum qui. ff. de his, quib. vt indign. in l. Clau-*
dius eodem tit. ſiquis tacitam fidem accommodauerit, de reſtituenda hæreditate incapaci,
priuatur hæreditate, applicatur fiſco, & non vocantur ſuccedentes ab inteſtato, ſicut
etiam dicemus infra in *tit. de dolo contra legem,* & ex his ſublatum eſt ſecundum funda-
mentum, & remanet primum, quod ſicut non fit à Doctorib. ita nec ab iis diluitur, ſo-
lutio autem, vt arbitror eſt, quod Teſtamentum in his terminis non caret hærede, ſed
hæres eſt qui dolum fecit; ſed in eius locum ſuccedit fiſcus, auferendo ſcilicet illi hæ-
reditatem, videtur apertè probari ex illis verbis *d. l. 1.* denegatis actionibus fiſco locum
fore; ecce hæres eſt; ſed denegantur actiones, propter eius dolum: comprobatur ex il-
la communi, de qua ſupra, quod teſtamentum cui dolus cauſam dedit, valet mero iu-
re, merito non fit locus ſucceſſoribus ab inteſtato; Aut vero contingit ratione delicti
per dolum commiſſi & procedit argumentum *l. mulierem, & per totum tit. ff. de his quib.*
vt indign.

Q. 11. Alius ſuboritur iuris articulus, circa legata. Nam cum certi iuris ſit hæredi-
65 tatem fiſco vendicari, in relata ſpecie, quid de legatis † dicemus, an & ipſa fiſco vendi-
centur, an potius conſeruentur legatariis, videtur negatiua ſententia ad veritatem pro-
penſior. I. *ex d. l. 1. ſed ſi legatum*, à contrario ſenſu, valet enim legatum, quia legatarius e-
rat reſtituturus.

Secundò quia legata pendent ex validitate teſtamenti, & ideo cum teſtamen-
tum fuerit dolo factum, omnis eius diſpoſitio creditur eſſe doloſa, nam ſi doloſa eſt in-
ſtitutio, quæ eſt caput teſtamenti. §. *ante hæredis inſtitut. de leg.* ergo ſolum teſtamentum
doloſum. III. vbi teſtamentum eſt metu factum nec legata debentur, quia tota illa vo-
luntas videtur coacta. *Bar. in d. l. n. 3. ff. ſiquis aliq. teſta. prohib.* ergo idem, quando dolo ſit
conditum teſtamentum cum dolus, & metus æquiparentur maxime in hac materia
vt *d. l. fin. ff. eod*, ergo idem quando dolo ſit conditum teſtamentum ibi: non per vim, ne-
que per dolum.

66 Diuerſam † tamen ſententiã ꝓbat illa ratio, quia dolus vnius hæredis non debet
nocere legatariis, ſicuti dolus vnius hęredis non nocet aliis hęredib. *d. l. 1. §. fin. à contra-
rio ſenſu. ff. ſi quis aliq. teſtar prohib.* II quia teſtamentum poteſt eſſe doloſum, quoad inſti-
tutionem, & non quoad legata, quippe teſtator dolo fuerat inductus ad teſtandum, &
aliũ hæredẽ inſtituendum, ſed poſtquam fecit teſtamentum, voluit aliqua legata con-
ſtituere, vel fecerat teſtamentum cum legatis, volebat mutare, alioſque facere hære-
des, dolo ſcripti hæredis fuit impeditus, certè in legatis nullus dolus eſt. III. confert in
ſimili tex. *in l. cum quidam, cum l. hæres. ff. de his quib. vt indig.* vbi quando hæreditas aufer-
tur ab hærede tamquam ab indigno legata conſeruantur, imo quod plus eſt, præle-
gata, quæ erant hæredi relicta, non auferuntur ab hærede; Ad eruendam veritatem in
hoc articulo pugnantiũ opinionũ aciem certo fœdere, oportet compeſcere ad mentẽ
Bar. in d. l. 1. n. 3. Etenim is de teſtamento facto per metũ, diſputans, ita diſtinguit, ſi con-
ſtat quod teſtator coactus fecit inſtitutionem, & nihil aliud conſtat, legata debentur;
Sed ſi probaretur, quod tota illa voluntas facta eſt ab inuito, & coacto, & tunc inter-
cidunt quoq; legata, quãdo ſc. & legatarii non habent verum iudicium defuncti, ita pa-
giter videtur in dolo reſpondendum propter æquiparationem dictam, & cum nulla
poſſit deduci ratio differentiæ: Nam ſi ille, qui dolo fecit, vt teſtaretur dolo etiam in-
duxit ad legandum; vel legatarii ipſi dolum adhibuerunt, vt ſibi legata relinquerẽtur,
non poſſunt ſuſtineri, quoniam omnes dolo fecerunt, *d. l. 1 § fin. ff. ſi quis aliq. teſtar. pro-
hib.* at quando hæres commiſit dolum in tota inſtitutione, & legatarii non ſunt in cul-
pa, nihil prohibet legata valere, eum voluntatem, qua ſola poſſunt ſuſtineri *l. 4. ff. de a-
dimend. legat. l. ſi inimicitiæ. ff. de his quib. vt indig.* teſtatores habeant, confirmatur in *d. l. 1.*
§ ſed ſi legatum in ſenſu directo, nam cum ſit reſtituturus, ei dolus legatarii non obeſt.
67 Limitat *Bar. in d. l. 1, n. 12. ver.* quero quando hæreditas. Quando † legata eſſent relicta
filio vel ſeruo eius, qui dolum fecit per *l. 1. §. ſi dominus*, nam propter ſpem cõpendii, eſt
perinde, ac ſi domino, vel patri eſſet relictum legatum, *l. placet. ff. de acq. hæredit. §. 1. & 2.
inſtitut. per quas perſon. nobis acquir. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* Amplia hanc limitatio-
68 nem, & † ſi tempore, quo dies legati cedit, emancipatus eſſet, vel manumiſſus, vt *d. § ſi
dominus iuncta gl. in verb. & ſi non fuerit.*

Q. 12. His proxima quęſtio eſt, qui dolus ſit in teſtamento, vel legatis neceſſarius,
vt ſit locus titulo *ff. ſiquis aliq. teſtar. prohib. Bart.* ſimilem quæſtionem ponit *in d. l. 1. de
69 metu*, qualis † ſcilicet debeat eſſe metus, vt aliquis incidat in illud edictum, *ſi quis aliq.
teſtar. prohib.* Et reſpondet talem eſſe debere, qui facile caderet in conſtantem virum;
ſicut accidit in metu mortis, vel cruciatus corporis. *l. metum. ff. quod metus cauſ.* ſequitur
Bald. in l. 1. num. 8. C. ſiquis aliq. teſtar. prohib. Ita pariter videtur reſpondendum in dolo
vt nimirum ſit talis, qui deciperet prudentem hominem ſicut euenit in aliis Iuris arti-
culis, vt ſit locus actioni, vel pœnæ doli, *Iaſ. in l. interpoſitas. C. de tranſact.* cum ea decla-
ratione vt iudex pro qualitate perſonarum, maiorem, vel minorem dolum exigat,
ſecundum ea, quæ expoſuimus in *titulo de dolo in contractibus bonæ fidei quæſtio
ſeptima*,

Q. 13. Vidimus quando dolo feci, vt aliquis me ſcriberet hæredem: Quero, quid ſi
dolo te induxi, vt alium inſtitueres, an iſte dolus meus illi noceat, ad obtinendam hæ-
reditatem? Incidit ſanè antiquæ ſapientiæ dubitatio *gloſſ. enim. in Rubr. ff. ſi quis aliquem
teſtar. prohibuer.* amplectitur negatiuam, multiſque Iuribus confirmat. Contrarium
Dyno, Petro, Cyno, & omnibus placere inquit *Bart. in dict. leg. fin. numer. 7. ſi quis aliquem
teſtar.*

70 *teſtar. prohibue.* & † eorum opinio videtur procedere prudenti cum diſtinctione, ete-
nim aut dolus alterius eſt cauſa immediata meæ acquiſitionis, tunc ille dolus mihi
nocet, vt *l. ſi procurator. ff. de except. doli l. 1. § ſiquis tamen, & §. ſi filius. ff. de vi, & vi armat.*
& facit *l. prima ff. quib. non competat bonorum poſſeſſio*: Sed ſi dolus alterius non fuit cau-
ſa immediata meæ acquiſitionis, tunc mihi non obſtet, veluti ſi dolo alterius teſtator
inſtituit me ſuum conſanguineum, vel cum me feciſſet hæredem; teſtatorem cogi-
tantem mutare teſtamentum, dolo aliquis decepit, certè mihi non officeret, ſiqui-
dem cauſa proxima meæ acquiſitionis eſt ſcilicet conſanguinitas, cuius amore forſi-
tan ſine dolo, me reliquiſſet hæredem, vel teſtamentum, in quo prius eram ſcriptus,
Bart. d. n. 7. verb. in contrariis, quam Bartol. diſtinctionem ſequitur. *Bald. in d. l. 1. C. eod.
numer. 9.* & certe habet rationem. conferunt his ea quæ diximus de dolo tertii in te-
ſtamento in *diuiſ. 6. doli in quæſt. 24.*

Quæſtio. 14. Quæro Titius volebat teſtari de nouo, ne ſcilicet decederet in-
71 teſtatus, ego dolo meo ſum impedimento, quo minus ſuum condat † elogium;
Quid iuris? videtur abſolute concludendum, locum eſſe titulo ſiquis aliq. teſtar. pro-
hib. nimirum quod fiſco ſit hæreditas adiudicanda; ſcilicet quia ſicut eſſet locus huic
edicto, ſi dolo feciſſem, vt aliquem inſtitueret, ita quando dolo feci, ne teſtamen-
tum ſcriberet, vel dictaret, quippe fui in cauſa, vt veniant ſucceſſores ab inteſtato,
argumento: *leg. conficiuntur in pr. ff. d. iure codicill. Bartol. tamen in d. l. fin. ff. ſiquis aliq. teſt.
prohib. num. 9.* putat diſtinguendum.

Aut ego dolo impediens teſtari, ſum proximior teſtatori ex ſucceſſoribus ab in-
teſtato & hæreditas mihi aufertur, fiſcoque defertur, *l. 1. ff. ſiquis aliquem teſt. prohib.*
ibi qui dum captat hæreditatem legitimam, vel ex teſtamento, prohibuit teſtamen-
tarium introire volente eo facere teſtamentum, procedit enim ille titulus, vt dixi-
mus paulo ſupra in vi, metu, & dolo non debet enim ex ſuo dolo eam habere hæ-
reditatem, quam forſitan teſtator, ſi dolo non fuiſſet impeditus erat alteri relictu-
rus, & confirmatur ex *l. ſecunda in principio eodem titulo*, ſiquis dolo malo fecerit, in-
quit, vt teſtes non veniant, & per hoc deficiat facultas teſtamenti faciendi, dene-
gandæ ſunt actiones ei, qui dolo fecit, ſiue legitimus hæres ſit, ſiue priore teſtamen-
to ſcriptus.

Aut ego anteriorem in gradu conſanguineum habebam, vel æqualẽ, ita, vt vel a-
lius me præcederet in ſucceſſione, vel mihi eſſet æqualis, & dol⁹ meus illi non obeſſet,
dicta l. 2. §. fratris, ibi; fratris autem factum fratri non nocet, ratio ſumitur ex ſupra-
dictis, quia dolus meus non eſt cauſa proxima illius acquiſitionis, & ideo non nocet,
Alia etiam ratio, quia cum alius ſit proximior ad me non peruenit hæreditas. & ideo
fiſcus non poteſt in meum locum ſuccedere, cum non ſim primus in gradu, me non
tangit ſucceſſio, ideo mihi non poſſunt denegari actiones, quas non habeo, & dari
Fiſco. Quando autem haberem, æqualem in gradu tunc illi quidem non nocerem
dicto. §. fratris. Sed mihi, ſane quo ad portionem meam dolus officeret, & in fiſcum
deuolueretur; *leg. prima. in fin. ff. ſiquis aliq. teſtar. prohib.* à contrario ſenſu ibi, ſi plures
hæredes ſint, & omnes dolo fecerint, dicendum eſt, actiones omnibus denegari;
& meritò, valet enim argumentum de parte quo ad partem, ſicut & de toto quoad
totum. *leg. quæ de tota. ff. de rei vindicat.* Non moueat argumentum con-
trarium, recte enim declarat *Bartol. dicto. numer. 9. verb. reſpon.* ſi conſtaret ſcilicet,
quòd obiectum procederet, ſi liquido conſtaret, quod certum hominem eſſet teſta-
tor relicturus hæredem, tunc enim illi daretur contra doloſum actio, ſed quæſtio pro-
poſita militat quando conſtabat velle eum faceret teſtamentum.

Quæſtio. 15. Quæro, volebat teſtator mutare teſtamentum, ego verò dolo pro
72 hibui ne † faceret mutationem, an noceat hic dolus ſcriptis hæredibus in primo
teſtamento, *Bartol. in dicta leg. fin. numero 11. verb. quarto caſu, & Bald. in l. 1. Codic. ſiquis
aliq. teſt. prohib. numer. 12. verb. quarto caſu*, adhibent diſtinctionem; Nam aut do-
loſus non erat in eo teſtamento inſtitutus, & minime officit ſcriptis hæredibus, *dict.
l. 2. §. fratris*, ſuffragatur ratio, quia factum doloſi non nocet legatariis extraneis ea-
dem ratione, nec inſtitutis extraneis. *l. 1. §. ſed ſi legatum, & l. 2. in fin. ff. ſiquis aliq. teſtar.
prohibuer.* fallit ſi conſtaret, quod teſtator, volebat mutare teſtamentum propter hæ-
redem inſtitutum, alias conſtitutur⁹, tunc enim in ea cauſa eſt, ac ſi coegiſſet illum inſti-
tuere, ſcilicet, qui erat cancellandus ex primo teſtamento

Secundo aut erat inſtitutus filius, vel ſeruus doloſi, & tunc ſi erat in poteſtate

tempore commiſſi doli, hæreditas applicatur fiſco, quamuis tempore adeundæ hære-
ditatis eſſet ſui iuris, *d. l. 1. §. dominus*, Fallit ſi illi inſtituti in primo teſtamento fuiſſent
ſucceſſuri ab inteſtato, veluti ſi maritus dolo faceret, ne vxor faceret teſtamentum, ad
hoc vt communes filii, ita omnino ſuccederent. Filiis paternus dolus non nocet, nam
cum tam pater prohibens, quam mater ſint in æquali gradu filio, ideo par coniunctio
omnem ſuſpicionem tollit. *l. non ſolum. ff. de ritu nuptiarum*. Aut erat inſtitutus doloſus,
cum aliis hæredibus, & ſibi tantum non aliis nocet, niſi & illi dolo fecerint, *d. l. 1. §. fin.*
ff. ſi quis aliq. teſtar. fallit ſi conſtaret, quod teſtator volebat mutare etiam quoad inſti-
tutionem aliorum, aut erat ſolus conſtitutus, & tunc ſiue fuiſſet etiam ſucceſſurus ab
inteſtato, nec non reiecta aliorum ſententia; tota illa hæreditas fiſco vendicabitur, &
in *l. 1. Codice ſi quis aliq. teſt. probib.* inquit *Baldus* quod *Bartolus* loquitur melius, quam
alius.

Quæſt. 16. Quæro quomodo practicabitur. *d. l. 1. & ille titul. ff. ſi quis aliq. teſtar. probib.*
73 *B. et. ibi Bald. in l. 1. C eodem* ponunt † practicam, ſimiliter *Pariſ. conſ. 67. vol. 3. Soc. Sen. conſ.*
105. vol. 3. Corneus conſ. 84. volu. 1. Ancaran. conſilio. 337. Gabriel. conſilio. 99. volum. 1. Cepoll.
caut. 64. & 66.

Quæſt. 17. Quæro quid ſit probandum, ad hoc, vt doloſus de ſuo dolo conue-
74 niatur, & puniatur † in materia illius tituli. *Bart.* ibi *dict. l. fin. num. 13. verb.* quæro quali-
ter, probabitur; Dicit duo eſſe probanda, primum quod ille volebat teſtari, ſecundo
quod Titius putà prohibuit, ſequitur *Socinus dict. conſ. 105. colum. 2. in princ. Pariſ. dict. conſ.*
67. addit tertium; Nimirum quod Titius fuerit prohibitus, vel impeditus per impedi-
mentum à iure reprobatum.

Secundo quod ille impeditus eo tempore fuit, quo valebat teſtari. Tertium quod
is, qui vult aduerſarium incidiſſe in edictum dicti tituli, ſi quis aliquem teſtari prohib.
probet, quod teſtator volebat eum inſtituere, ſi dolo non fuiſſet impeditus teſtari, &
hæc ſanè praxis videtur procedere in duobus caſibus vltimis, ex quatuor enumeratis
à *Bart. in dict. l. fin. num. 9. & num. 11.* Non autem in duobus primis, ſcilicet, quando dolo
te induco ad me hæredem inſtituendum, vel doloſe facio, vt alium faceres hæredem;
vt *num. 1. & num. 6.* & his caſibus videtur probandus dolus talis, qui fuiſſet decepturus
prudentem virum, vel prudentem Iuuenem, vel prudentem mulierem, prout erat te-
ſtator, deceptus, vir, Iuuenis, aut mulier: Quod teſtator, ſi non fuiſſet dolo captus, vero
ſimiliter erat alium inſtituturus. Nam ſi non eſſet veroſimile, quod alium feciſſet hæ-
redem, non eſſet dolus. Hæc igitur erant à fiſco, ni fallor, probanda.
75 *Q. 18.* Qualiter debent teſtes in hac materia probare? *Soc. d. conſ. 105.* † *& Pariſ. d. con.*
67. num. 30. & 32.

Q. 19. Quæro an doli exceptio ſicut opponitur ad infringendum teſtamentum,
76 ita quoque competat ad repellendum † hæredem, & non cōcedi videtur probare tex.
in l. pure. ff. de except. doli in princ. Vbi teſtator, decem, quæ tibi pure debita erant, ſub cō-
ditione legauit, hæres interim petit, an poſſit doli exceptione ſummoueri, negat *Paulus*
in d. l. pure. II. ex *l. 2. C. de iur. dot.* in qua filia ſtipulata eſt partem dotis maternæ de matris
voluntate, licet fuerit poſtea à matre, hæres inſtituta, non repellitur exceptione doli,
ſi dictam partem dotis petierit, vt per *Salyc. & Baldum. ibi* Tertio ex *leg. prima. §. incon-*
ſulto. ff. de his quæ in teſtamento delen. vbi hæres petens quæ inconſulto deleta ſunt, ex-
ceptione doli non repellitur. Quarto ex. *lege quarta*, *§. item quæritur. §. ſi quis ex*
vncia.

In contrarium pugnat textus in *l. 4. §. item quæritur verb. præterea. ff. de exceptio. doli*
in verbo & ideo hæres, qui non habet voluntatem teſtatoris per exceptionem doli re-
pellitur, & *§. quod ſi a ſubſtituto eadem lege.* Secundo ex. *l. 8. ff. de except. doli* vbi hæres repel-
litur illa exceptione dolo malo facis, &c. Tertio ex, *l. 1. §. ſed conſulto. ff. de his, quæ in teſta.*
delentur, ſed conſulto deleta inquit petentes exceptione repelluntur. Quarto loco ex
l. 17. § auus nepotib. ibi: an doli mali exceptione ſummoueatur hæres, Reſp. exceptione
77 obſtaturam. † Quid dicendum? neceſſaria eſt diſtinctio, ad conciliandam hanc anti-
nomiam. Etenim aut hæredi refragatur, in eo, quod petit, vel agit voluntas teſtatoris,
& tunc repellitur exceptione, vt *d. l. 4. §. item quæritur.* Secundo præterea ſciendum eſt
ſi quis, quod ex teſtamento contra voluntatē petat, exceptione eum doli repelli ſolere,
& in hunc ſenſum accipienda ſunt, iura pro affirmatiua ſententia nuper deducta, nam
& in leg. octaua. refragatur voluntas teſtatoris, cum ſtatim ſit hæres reſtituturus, ſimili

modo

modo refragatur, quando petit hæres ab eo debitore, à quo damnatus eſt non pe-
tere vt in dicta *leg.* 8. expreſſum eſt, quemadmodum & in *leg. prima.* §. *ſed conſulto*; nam
vbi teſtator conſulto aliquid deleuit, non eſt amplius in eo ſua voluntas ideo-
que merito refragatur mens teſtantis, ſi hæres petat ex teſtamento deleto, vel de in-
duſtria cancellato.

Non abſimile eſt, quod habetur in *dicto.* §. *auus nepotibus*, expreſſe enim ait tex-
tus obſtare exceptionem, qui contra voluntatem teſtatoris facere videatur; Aut hæ-
redi dum agit, vel petit non ſuffragatur voluntas teſtatoris, & tunc exceptio doli non
nocet, *l. quicum alio.* §. *non ſolet*, vbi *gloſſ. Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur.* non ſolet, inquit
Vlpian. doli exceptio nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur, & Ac-
curſ. ibi multis exemplis regulam iſtam in vtramque partem illuſtrat, & ſecundum
hanc interpretationem obtinent allegata prò opinione negatiua *l. pure*, nam dum ibi
pendet conditio, quia poteſt euaneſcere, hæredi petenti, non refragatur teſtatoris
intentio, vt obſeruat *Acc. dict.* §. *non ſolet*, ſic & *in dict. l.* 2. ibi dum ait Imperator, niſi
liquido probatum fuerit, matrem eius mutaſſe pactæ dotis voluntatem. Ita quoque
in *d. l.* 1. § *ſed conſulto, verſic. in conſulto*, nam cum caſu, & fortuito delatum ſit, non de
induſtria, voluntas teſtatoris non refragatur vt *Dec. in dict.* §. *ſolet* recte conſiderat.
Ampliatur illa concluſio, quando hæres exceptione doli repellatur, vt procedat e-
tiam, quod ipſe actione doli conueniatur, ſiquid dolo fecerit, vt in *l. dolo. ff. ad l. Fal-
cid.* nam ſi poſt motam de hæreditate controuerſiam, ſoluat legata ſine cautione,
quod euicta hæreditate, legata reſtituantur victori, tenetur actione de dolo, nam cum
omittit facere id, quod tenebatur, eſt in dolo. *l. procuratorem.* §. *dolo*, *& l. dolus. ff mand.*
ideoque conſtat de eo perſpicuis indiciis, vt inquit *Alexand. ibi. numer.* 2. imò con-
ſtat ex præſumptione legis, quæ eſt liquidiſſima probatio *Alciat. de præſumpt. Doctor.
in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimonio.* Nec nemin caſu *legis is, cui.* §. *dolum. ff. vt in poſſeſſ. leg.*
nam ibi hæres propter dolum, vel latam culpam, vt res legata, vel per fideicommiſ-
ſum relicta deſinit eſſe hæreditaria, patitur illud interdum, vt legatarius mittatur in
poſſeſſionem bonorum eius, *gl. ibi in verb. dolus l.* 1. §. *qui in poſſeſſionem. ff. vt legatorum,
vel fideicommiſſorum nom. l. ſi legatorum eodem titulo.* Quibus conuenit caſus. *leg. eum qui
inofficioſi. ff. de inoff. teſtament.* in quo inſtitueram querelam inofficioſi teſtamenti,
& dolo hæredis ſcripti, quaſi tertiam partem hæreditatis, eſſet ei tacite rogatus reſti-
tuere, reliqui illam actionem probato dolo non videor deſeruiſſe querelam, ideoque
ad priſtinam actionem redire poſſum, nam vt ait ibi gl non tam paciſcor, quàm deci-
pior argumento. *l. qui cum tutoribus.* § *fin. ff. de tranſaction. & l. nihil.* §. *ſi cum filius. ff.
de inoffic. teſtam.* Et ſi mota querela timeat legatarius de fraude inter ſcriptos hære-
des, & querelantem, poteſt aſſiſtere liti & appellare. *leg. ſi ſuſpecta. ff. de inoffic. te-
ſtament.*

Quæſtio. 20. Sed cum hæres & exceptione doli repellatur agens, & conue-
niatur actione doli decipiens, An ſi fuerit ille occaſione teſtamenti deceptus, habe-
at actionem doli, finge eſſe oneratum legatis ſupra dodrantem, dolo vero aliçuius ex
legatariis inductum crediſſe, ſatis, abundeque ad ſolida legata ſoluenda hæredi-
78 tatem † ſufficere, atque ita plene legatis ſatisfecerit, videtur deneganda hæredi
actio doli, primo quia per ignorantiam ſoluit indebitum, ideoque competit condi-
ctio indebiti *l. error. Cod. ad l. Falcid l. fideicommiſſa. Cod. de condict. indeb. l. regula.* §. *fin. ff. de
iur. & fact. ignor.* & *l. cum quis Cod. eodem*, *ergo ceſſat actio doli. l.* 1. §. *merito Prætor. ff. de dolo.*
Secundò videtur hæredi competere interdictum quorum legatorum, nam præſtatur
hæredi, vt recuperet à legatariis rem legatam ad effectum, vt beneficio legis falcidiæ
non fraudetur, *l.* 1. *& ibi Bart. ff. quorum legatorum.*

Contrarium † tamen reſpondet *Caius in l. ſi legatarius. ff. de dolo.* his verbis;
79 datur de dolo malo actio ſi legatarius hæredi adhuc ignoranti ſubſtantiam hæredi-
tatis vltro iurando, vel quadam alia fallacia perſuaſerit; &c. & meritò cum alterius
80 fallacia deceptus, & læſus ſit. *l.* 1. *ff. de dolo.* Tolluntur † autem facili negocio allegata
in oppoſitum, ad primum enim *Bartol. in dicta leg. legatarius*, vbi etiam gloſſa reſp.
quod condictio indebiti propter ſui generalitatem concurrit cum actione doli. De
qua re copioſius agemus, infra in titulo de actione doli. Soluit etiam Bartol. quod
iſte eſt vnus ex illis caſibus; in quibus ceſſat condictio indebiti.

Secundum conuellitur, negando in ſuis terminis dari illud interdictum hære-
di, ſiquidem competit, quando legatarii propria authoritate, occuparunt rem legatã;

l.1.ff. quorum legator. ibi æquiſſimum Prætori viſum eſt, vnumquemque non ſibi ipſum ius dicere, occupatis legatis, ſed ab hærede petere.

Q.22. Quæritur in ſimili ſpecie an detur hæredi actio doli. Teſtator depoſuit apud Titium tabulas ſui teſtamenti; in quibus Mæuium hæredem fecerat, & quibuſdam legata dederat, & poſtea deceſſit, depoſitarius deleuit tabulas ita, vt legi non poſ-
81 ſint, an † teneatur hæredi actione doli? & videtur huiuſmodi actio ceſſare, & loco eius competere ordinaria actio depoſiti, vel ad exhibendum, vel legis Aquiliæ per tex. *in l. qui tabulas. ff. ad l. Aquiliam*, vbi Iulianus ad litteram amplians illam diſpoſitionem ad quodcunq; inſtrumentum, depoſitum, & à Depoſitario doloſum. Confirmatur quia cum depoſitarius conueniatur tantum de dolo. *l. contractus quidam ff. de reg. iur. §. pen. inſtit. quib. mod. re contrah obl. l.1. §. ſi conuenit. ff. depoſit.* ſemper danda eſſet actio de dolo, & ceſſaret ordinaria depoſiti, quod eſt abſurdum. Verum in contrarium eſt textus aper-
82 tus in *l. ſiquis tabulas. ff. de dolo* ibi hæres ſcriptus habebit aduerſus † eum de dolo actionem facta prius ſummaria probatione per duos teſtes, quod in eo fuerit inſtitutus hæres, vt tradit *Alber.* hic, argumento *tex. in l. in lege Aquilia ſi deletum. ff. ad l. Aquiliam.* Dif-
83 ficilis † eſt ſanè hic obex, & ardua conciliatio iſtorum Iurium; pugnant enim aperto marte, & licet gloſſa in vtraq; lege laboret plurimum Iulianum, & Vlpianum diſſentientes, concordes reddere, nulla tamen eſt ſolutio, quæ ſit vndique tuta *Bart.* laudat vltimam ſolutionem *gloſſ. in dict. l. ſiquis tabulas. ff. de dolo*, ſcilicet, quod in ea eſſet hæres inſtitutus ſub conditione, quam non potuit implere, cum propter deletionem, vel corruptionem tabularum, ignoraret qualis eſſet conditio. In lege contraria hæres adiuuerat hæreditatem, ſed nimis eſt diuinatiua, vt *Alber.* ibi, qui ex mente Iacobi, & ex intẽtione ſua, plures affert reſponſiones, ſed neutra tranſit ſine difficultate, & ipſemet refellit dictum Iacob. & videtur ita nouiter ſoluere, vt in *l. ſiquis tabulas*, de dolo agatur actione doli ad damna, in lege contraria actione depoſiti, vel ad exhibendum agatur ad rem corruptam.

84 Et prædicta † concluſio, quod aduerſus corrumpentem tabulas teſtamenti detur actio doli, porrigitur etiam ad ſupprimentem, & occultantem eas, vt in *l. ſiquis affirmauerit. §. fin. ff. de dolo*, ibi diu ſuppreſſæ ſcilicet tabulæ ſint, mox mortuo filio prolatæ, hæredes filii aduerſus eos, qui ſuppreſſerunt, & lege Cornelia, & de dolo poſſe experiri, illa quidem criminaliter. *gloſſ. Alber. & Bartol. ibi* iſta vero ciuiliter, ex quo gloſſ. Bartolus & Doct. notant actionem doli non impediri per aliam actionem criminalem, ratio eſt *ex l.1. Codic. quando ciuilis actio non præiudicet crimin.* ſcilicet quia vtraque eſt de re familiari; ibi enim ait Imperator generaliter à prudentibus eſſe definitum, quoties de re familiari, & Ciuilis, & criminalis actio competat, vtraque liceret experiri, ſiue prius criminalis, ſiue ciuilis actio moueatur. Extenditur ſecundo in caſu
85 *l. filium. ff. de dolo* ſcilicet † contra legatarium, qui in perniciem hæredis manumittit ſeruum, qui obligatus erat ex præcepto teſtatoris, hæredi rationes reddere.

86 Tertio ampliatur † in eo hærede, qui fuerit à Teſtatore defraudatus de eo, quod ſibi legis auxilio obueniebat, vt legitima patronus quæ ei eſt ex legis neceſſitatẽ relinquenda, poteſt enim reuocare ex propria perſona, *Caſt. in l.2. n.4. C. ſi quid in fraud. patron. Alba. conſ. 73. Burſat. conſ. 30. n. 35. vol. 1.*

Quæſtio vigeſimaſecunda. Quæro hæres dolo alterius fuit inductus ad hæreditatem adeundam quaſi eſſet opulenta; quomodo ei ſuccurſum eſt? & videtur ei non eſſe ſubueniendum, quia potuit adire, cum beneficio legis, & inuentarii. *l. fin. Co. de iur. delib. §. & ſi præfatam & §. ſin vero poſtquam adierit.*

Verum in oppoſitum eſt tex. *in l. fin. ff. de dolo*, qua definitum eſt aliquando a-
87 ctione aliquando † exceptione doli ſubueniri decepto contra decipientem, nam ſi ſupra vires hæreditarias conuentus fuerim à creditoribus, agam actione doli contra doloſum, ſi vero creditor vnus dictæ hæreditatis, & is agat, vt ſibi inſolidum ſoluatur, repellitur exceptione, idemque erit ſi plures creditores dolo perſuaſerint ad adeundum, vt exceptione ſummoueantur.

Non vrget argumentum contrarium, quia obtinet quando ſponte ſua adiuuit non confecto inuentario, ſibi enim imputet, & ſuæ facilitati adſcribat, id quod in dolo alterius circumuento, non procedit, nam ſi ſubueniendum eſſe, prætor aperto iure clamat vt conſtat ex *l. 1. cum ſeq. ff. de dolo.*

Quæſt. 23. Ex diuerſo quæro, hæres ad abundantem, ac locupletem hæredi-
88 tatem vocatus dolo alterius perſuaſus, & inductus recuſauit illam † adire, quam vel

Digitized by Google

vel proximus teſtatoris, cognatus, vel ex ſubſtitutione vocatus, acceptauit. An habeat actionem doli, & negatiuè videtur reſpondendum. Nam aut iſte hæres eſt minor, & tunc ceſſat actio doli quia competit reſtitutio in integrum. *l. 1. §. au prætor, §. & idem Pomponius. ff. de minor. l. & ſi ſine dolo. §. reſtitutus,* Aut eſt maior, iſta repudiatio, cui dolus cauſam dedit, eſt ipſo iure nulla, ſiquidem ſicut aditio bonæ fidei eſt *Bar. in d. l. ſi maior. Cod. de dolo*, ita & repudiatio ex illa regula, quod euiſdem naturæ eſt diſtractus, cuius contractus, *Bar. in l. ſi maior. C. de dolo, Doctor. in l. ab emptione. ff. de pactis. Euerhardus in dialect. leg. in loco à contractu ad diſtr.* igitur non eſt neceſſaria reſtitutio, cum competat remedium ordinarium nullitatis.

89 Pro reſolutione, quod attinet ad hæredem minorem, vtrique abſolutum eſt † a-
ctioni doli non eſſe locum propter reſtitutionem in integrum, vt ibi ait gloſſ. quod
verò pertinet ad maiorem, text. in *d. l. ſi maior,* apertiſſime probat doli actionem habe-
90 re, ibi ſanè † ſi eius vxoris tibi ſubſtitutę dolo factum eſt, actionem de dolo contra e-
am exercere poteris. ex quo text. in digne Bald. obſeruat, repudiationem hæreditatis
dolo factā non eſſe nullā, ſine, vt verbis eius vtar, dolus dans cauſam repudiationi hæ-
91 reditatis non reddit renunciationem † nullam, quod etiam not. *Alexand.* ibi duplici
ratione. Prior eſt quia renunciatio trahit ſecum executionem. *l. 1. §. ſi debitori. ff. vt in
poſſ. leg.* vbi probatur, quod in pactis liberatoriis ſimplex pactum, ſeu liberatio tra-
hit ſecum executionem, dicitur autem trahere ſecum executionem iſta repudiatio,
quia vt inquit Alex. non expectat poſt ſe aliam traditionem pro executione, ſed ſta-
tim repudianti applicat poteſtatem adeundi.

Secunda quia renunciatio hæreditatis eſt actio vniuerſalis concernens legatarios, & creditores, & multos alios, qui non commiſerunt dolum. Notat etiam Bald. & dicit obſeruatione dignam hanc legem, pro mulieribus inductis ad renunciandum hæreditati paternæ, vel maternæ, vt fit quotidie; & de remedio ipſarum, vt ſcilicet nulla facultas eius adeundæ relinquatur, ſed actio etiam dolo competat aduerſus doloſum; ita vt qui repudiatam hæreditatem acceptauerit, nullatenus ſit moleſtandus, quia qui ſemel repudiauit non poteſt amplius adire. *d. l. ſi maior, & ibi Cortheus.* Nec vrget argumentatio a contrario, eam enim, vt Bal. ait, bene reſoluit *gloſſ. d. l. ſi maior*, quam etiam laudat Bartolus ibi apertius eam declarans, nempè ſicut venditio, licet bonæ fidei propter dolum non annullatur, ipſo iure, quando eſt ſecuta traditio, ſed recurritur ad actionem doli, ita eſt in diſtractu, quando eſt facta executio, vt hic, nam d. repudiatio trahit, ſicut diximus, executionem ſecum.

De Dolo in legatis, & fideicommiſſis Cap. VIII.

1 *In legatis, & fideicommiſſis dolus committi poteſt, & à quibus committatur.*
2 *Vtrum legatum relictum in fraudem creditorum, mero iure ſubſiſtat, & pro negatiua arguitur.*
3 *Arguitur pro affirmatiua.*
4 *Negatiua tamen, ſicut communior, ita probabilior oſtenditur.*
5 *Contraria reſoluuntur.*
6 *Limitatur communis concluſio in caſu* legis ſeruum filii. §. primo. ff. de leg. 2.
7 *Limitatur de iure authenticorum.* auth, ſed cum teſtator C. ad l. Falcidiam.
8 *Affertur ratio huius limitationis.*
9 *Limitatur tertio ex mente Bald. vt procedat in legatis quantitatis, vel generis, vel ſpeciei.*
10 *Opinio tamen Bald. in dubium reuocatur.*
11 *Quæ per Salic. reprobatur.*
12 *Argumentis pro ſententia Bald. reſpondetur.*
13 *Quando legata dicantur in fraudem facta, an requiratur fraudulentus animus cum damnoſo euentu.*
14 *Concluditur cum communi ſententia euentum ſolum ſufficere.*
15 *Quibus caſibus dolus committatur per hæredem in legatis, explicatur.*
16 Recenſentur *effectus ſui doli.*
17 *Heres omittens petere cautionem vſuſfructus in præiudicium, legatariis de dolo tenetur.*
18 *Hæres dolum committit in caſu* legis ſi in fraudem C. de legatis.
18 *Mota hæredi controuerſia ſuper teſtamēto, an teneatur ſoluere legata legatariis volentibus præſtare cautionē de reſtituēdo,*

an vero poſsit differre vſque ad finem litis.

20 Correctio legum, quoad fieri poteſt euitanda eſt.

21 Lex ſi in fraudem Cod. de legatis eum duabus legibus pugnantibus conciliatur.

22 Tenetur hæres ſoluere legata præſtita cautione per legatarios, quando mota eſſet controuerſia de hæreditate, vel teſtamento.

23 Fallit ſi tantum præceſſerint mina de lido.

24 Secundo fallit ſi præceſſerit colluſio inter actorem, & hæredem.

25 Hæres hoc pacto, colludens dicitur verſari in dolo.

26 Item quando omiſſa cauſa teſtamenti, acciperet hæreditatem ab inteſtato.

27 Ampliatur primo.

28 Ampliatur ſecundo.

29 Ampliatur tertio.

30 Ampliatur quarto.

31 Ampliatur quinto.

32 Dolo facit hæres ſi perperam ſe gerat circa rem legatam ante aduentum temporis legati ſoluendi.

33 Dolo facit hæres petendo debitum, legata debitori liberatione.

34 Item ſi pendente conditione legati, curauerit rem deſinere eſſe hæreditariam.

35 Item ſi rem ſubiectam reſtitutioni inter plures hæredes, emerit à Creditore.

36 Similiter tranſgrediendo voluntatem defuncti, circa legatum.

37 Item acultando teſtamentum in perniciem Cohæredis, remiſsiue.

38 Item in terminis l. 1. §. hæreditas. ff. de his, quæ in teſtamento delentur.

39 Item in terminis legis 33. §. filio. ff. de legatis 3.

40 Item dolo facit hæres rem legatam deteriorando, vel extinguendo.

41 Similiter quando legata ſeruo generaliter, dederit ſeruum furem.

42 Denique dolo facit, ſi rem legatam de loco ad locum transferat.

43 Legatarius dolum committit perſuadens hæredi per fallaciam, vt adeat hæreditatem.

44 Item in terminis leg. ſi ſeruus legatus. §. cum quid. ff. de legatis primo.

45 Dolum etiam committit legatarius, propria authoritate occupans rem legatam.

46 Etiam tenetur de dolo, quando, & ipſe grauatus fidei commiſſario perſuaderet hæredi, vt omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato adiret.

47 In dolo etiam eſt ſi ſcienter acceperit plus quam ex l. Falcidia ſibi dandum eſſet.

48 Similiter legatarius in dolo dicitur verſari, ſi poſtquam recuſauit rem mediocrem ea extincta, aliam petat.

49 Item ſi ex vnius teſtamẽto, æſtimatione rei conſequuta, ex alio petat rem ipſam.

50 In dolo etiam eſt iuxta caſum l. Papinian. ff. de ſeruitutibus.

51 Dolo facit legatarius contrauenienda iudicio teſtatoris per ſolam libelli oblationem, dum fuit iuſſus non contrauenire.

52 Item ſi res hæreditarias, aliqua in loco cumulauerit, quotieſcunque Teſtator ſibi legaſſet omnes res in aliquo certo loco conſtitutas.

53 Dolo facit legatarius occultando teſtamentum, ita vt poſtea petendo legatum repellatur.

54 De dolo etiam tenetur malitioſe contrauenienda voluntati teſtatoris.

55 Item propria authoritate apprehendẽdo poſſeſſionem rei legatæ.

56 Quid differat conſtitutio legis non dubium C. de legatis à l. 1. ff. quorum legatorum.

57 Fallit ſuperior concluſio, quando teſtator dedediſſet licentiam capiendi propria authoritate rem legatam.

58 Fallit ſecundo in legatario, qui eſſet datus executor teſtamenti.

59 Fallit tertio in inſtituto in re certa, licet legatario comparetur.

60 Fallit quarto in legatario annuorũ fructuum certi fundi.

61 Fallit quinta in legatario vſuſfructus omnium bonorum.

62 Fallit ſexto nolente hærede detrahere Falcidiam.

63 Fallit ſeptimo conſentiente hærede, vt legatarius poſſeſsionem apprehendat.

64 Fallit octauo ſi hæres dixerit laboratoribus, vt rem legatam nomine legatarii colerent.

65 Fallit nono, vbi teſtator rem legatario tradidiſſet.

66 Fallit decimo ſi res legata erat penes legatarium depoſita per teſtatorem.

67 Fallit vndecimo in vxore relicta maſſaria, & fructuaria; ſtantibus liberis.

68 Fallit duodecimo; quando periculum eſſet in mo-

in mora, vt in legato relicto pro ſepultura.

69 *Fallit tertiodecimo in legato relicto cum clauſula omni meliori modo: tunc enim poteſt propria authoritate accipere.*

70 *Clauſula omni meliori modo ſupplet titulum inſtitutionis.*

71 *Extraneus, ſiue tertius, quando, & quomodo in vltimis voluntatibus dicatur dolum committere, remiſſiue.*

Sed iam ad legata tranſeamus, & fideicommiſſa, nam & in his ſæpe dolum committi, probat *Martianus in l. ſi ſeruus vetitus, & in l. ſi ſeruus legatus. §. cum quid. ff. de leg. 1. vbi Bar. ſummat. tex. hoc modo.* In legatis, & fideicommiſſis culpa venit, & dolus ad ſimilitudinem contractuum *l. ſeruum filii. §. ſi idem ſeruus. ff. eodem tit.* Committitur autem in legatis dolus,

Aut a teſtatore in legando, vel fideicommittendo, Aut ab hærede, qui legatis eſt oneratus.

Aut à legatariis ipſis. Et ſane teſtator dicitur dolo facere quando in fraudem Creditorum leget, aut fideicommittat, iuxta text. in *d. l. ſeruum filii. §. ſi idem ſeruus. l. ſi vniuerſæ. C. de legat. Iaſ. num. 3. Faber, Ang. in §. item ſiquis in fraudem inſt. de act. Alex. Caſtrenſ. Bald. in d. l. vniuerſæ.*

Quæſt. 1. Quæro itaq; primo loco an legatum relictum in fraudem creditorum va-
2 leat † mero iure, an potius ſit ipſo iure nullum. *Bald. in l. 1. in* 8. *quæſtio. Codice ſiquid in fraud. patron.* Angel. & Faber, *in dicto. §. item ſiquis in fraudem, ille col. 5. hic tertia.* putant ipſo iure non valere, adducti authoritate *d. leg. ſi vniuerſæ.* ibi Imperatores, ſi vniuerſæ facultates, quas pater veſter reliquit debito Fiſcali, aut priuato abſumantur, nihil ex his, quæ teſtamento eius adſcripta ſunt valere poteſt, & inde inferunt, quod pro his legatis non competit actio reuocatoria, de qua in *dicto. §. item ſiquis in fraudem. Iaſon: ibi numero 53. in primo & verb.* ad hoc enim ponderantes quod ibi dicitur, reſciſſa traditione, ſed cum legata ſint nulla, impoſſibile eſt, quod reſcindantur, *l. nam & ſi ſub conditione, verſic. poſt defectum. ff. de iniuſto rupto teſtamento*, ſed ſi facta fuerit dictorum legatorum traditio, competit ad recuperandum, vel condictio indebiti, ſi creditor non habet hypothecam, vel actio hypothecaria, ſi habuiſſet bona debitoris hypothecata, vt egregie declarat *Bart. in l. fin. §. & ſi præfatam. numero 4. Cod. de iur. delib.* Secundo vltra Doctores arguo ex. §. 1. & *§. 2. inſtitut. quibus ex cauſ. manumitt. licet, vel non, habetur in primo*, quod qui in fraudem creditorum manumittit nihil agit, quæ verba oſtendunt nullitatem ipſo iure *Alciat. lib. 4. parergon. cap. 14. l. fin. ibi nihil agit. ff. de lib. & poſthum. l. fideiuſſor. ff. de negoc. geſt. Corſet. in ſing. in verſiculo nihil agit per text. in l. niſi. ff. de tutel. & ration. diſtrahend. vbi Bald. idem not. & reg. dicti.* §. 1. habet locum etiam in vltima voluntate, vt patet ex §. ſequenti, in quo ponitur limitatio in vltima voluntate, vnde præſupponit regulam vltimæ voluntatis in contrarium, & ſi eſt ſpeciale, vt ibi dicitur, vt ſeruus in fraudem creditorum poſſit inſtitui; & liber fieri ex ratione ibi allegata, ne defunctus decedens ſine hærede, iniuria afficiatur, ergo legato, vel fideicommiſſo, non eſt valida collata libertas, quæ cum ſit res fauorabilis. *§. fin. inſtit. de don. l. libertas, vbi gloſſ. Dec. & Cagn. ff. de reg. iur.* & tamen in fraudem creditorum eſt nulla, longe magis extra legata, vel fideicommiſſa fraudulenta; Contrarias partes a-
3 criter † defendit, text. in *l. qui autem. § fin. ff. quæ in fraud. credit.* quem citat *Iaſon in d. §. item ſiquis. num.* 53, *verb.* ad hoc enim, vbi legata ſunt relicta in fraudem, & ab hærede teſtatoris neceſſario præſtita; bona poſtea hæredis ſunt venditoribus defuncti diſtracta, reuocantur legata, etiam ſi legatarii fraudis ſint ignari per vtilem actionem gl. ibi exponit, vel Fauianam, vel in factum, neq; enim poteſt ad condictionem indebiti vel hypotecariam accommodari, quia directę illi competunt, non vtiles. Secundo eandem ſententiam ſequuti ſunt in *d. §. item ſiquis in fraudem*, Rodulph. *Agricol. & Nicolaus de Neapol. relati à Iaſon loco de quo ſupra.* ille quia Prætorium remedium, de quo in *dicto. §. item*, datur etiam iuuandi iuriſciuilis gratia. *§. primo inſtitut. de bonorum poſſeſſ. & l. 7. de iuſt. & iur.* Ideoque procedit etiam in legatis in fraudem relictis, tametſi ſuppetant remedia ciuilia cōdictionis indebiti, & actionis hypothecariæ; Quia remedia *d. §. item ſiquis*, plenius prouident, quàm condictio indebiti, vel hypothecaria; ſiquidem in condictione veniunt tantum fructus; quibus eſt effectus locupletior. *l. ſi non ſortem. §. libertus; & l. indebiti. ff. de condict. indebit.* in iſtis veniunt omnes fructus.

Tertio ego cōfirmo authoritate textus in *l. prima. ff. ſiquid in fraud. patron.* Verb:

Digitized by Google

ſicut in legatis, iuncto verbo ſi alienatio, nam legata ſunt facta à liberto in fraudem
patroni, reuocantur, igitur valent ipſo iure, neque videtur conſtituenda differentia
inter creditores, & patronos fraudatos per gloſſ. ſing. *in d. §. item ſi quis in verb.* in frau-
dem, vbi quod ſtatutum eſt in creditore per omnia dicit habere locum in Patrono
4 *Iaſ. in dicto loco numero 49.* quid dicendum? Prior opinio videtur † eſſe communis,
nam præter Doct. enumeratos in *d. §. item ſi quis Alexand. Bald. Caſtrenſ. Saly. in d. l. ſi*
vniuerſa, eandem ſequuntur, & etiam fortaſſe verior, proinde ab ea non receden-
dum, non ſolum ex ſupra deductis, ſed etiam pondero in *dict. leg. illa verba.* nihil
eorum, quæ teſtamento aſcripta ſunt valere poteſt; & illa verba; ſi quid deducto de-
bito in delictisque ſuperduum eſt, legata ſalua Falcidia, præſtanda ſunt, ratio etiam
ſuffragatur, quia ſcilicet legata non deberentur, niſi deducto ære alieno. *leg. qui autem.*
§. penultim. ff. quæ in fraudem credit. leg. prima §. is qui quadringenta. ff. ad Trebell. gloſſ. in
5 *d. §. item ſi quis, circa medium.* Nec † obſtant adducta ex aduerſo, nam primum re-
torquetur, quippe ſi valeret legatum ipſo iure, directa non vtilis competeret actio
Pauliana, ita vt quo argumento Iaſon probat ibi non competere, condictionem in-
debiti, vel hypothecariam, quia eſſent directæ, ita aduerſus eum probatur, quod ſi
legata tenerent mero iure, directa competeret actio non vtilis; confirmatur, quia
cum legatum fraudulentum eſt, certe nullum eſt, ſed ſi res legata fuerit tradita, cum
traditio ſit facti, opus eſt eam reſcindere, & rem recuperare, ſecundum & tertium
fundamentum diluitur, quia non valet ſequela, prætor ſæpe adiuuat ius ciuile; er-
go hoc loco adiuuat, rurſus plenius eſt remedium, *dict. §. item ſi quis*, ergo in hac
ſpecie competit. Quartum, quod eſt difficilioris reſolutionis, poteſt tolli dicendo
tunc habere locum, cum res legata tradita ſit legatario, tunc enim ex dicta ratione
opus eſt reuocatione, quamuis legatum ipſo iure non conſiſtat, conueniunt enim
actum eſſe nullum; & tamen traditionem eſſe alicuius effectus, argumento *leg. 1. § ſi*
vir vxori, ff. de acq. poſſ. Ampliatur hæc communis concluſio per *Alexand. in d. l. vniuerſæ*
in fin vt placet etiam Baldo ibi, vt procedat etiam in donatione cauſa mortis, facta in
fraudem creditorum per textum *in l. 1. §. 1. ff. ſi quid in fraudem patron.* ibi mortis cauſa
donationes comparantur legatis, & ſicut in legatis, non quærimus dolo malo fa-
ctum ſit, an non ſit, ita nec in mortis cauſa donationibus, & confert *vulg. l. illud. ff. de*
donat. mort. cauſ. & militat eadem ratio, vt non debeantur niſi deducto ære alieno; li-
6 mitatur autem in ſingulari † caſu, *l. ſeruum filii. §. 1. iuncta gloſſ. in verſ. in fraudem cre-*
ditorum. ff. de legat. 1. ſcilicet quando legata eſſent facta ſub conditione dandi tan-
tum hæredi, quod ſufficiat creditoribus, quandoquidem hæres debet illud, quod
acciperet cauſa conditionis implendæ, ſoluere creditoribus, per dict. gloſſam, quam
dicit eſſe ſingularem nec alibi reperiri, *Caſtren. in d. l. ſi vniuerſæ* & laudat. *Alex. ibi num.*
5. verb. tertio limita, & ait *Caſtr. in d. l. ſi vniuerſæ*, quod non poteſt recuſare hæres, vt
non ſoluat legatario dicta legata, ſi ipſe pareat conditioni, etiam ſi hæres diceret, ego
ſoluam creditoribus, licet meo iudicio non debeat appellari limitatio, etenim aut
legatarii parebant conditioni, & non erant legata relicta in fraudem, aut non obtem-
perabant, & legata non debebantur, ob defectum conditionis.

7 Secundo reſtringitur, † vt procedat de iure digeſtorum, & Codic. non hodi-
erno iure Authenticorum, ſcilicet per *authent. ſed cum teſtator. Cod. ad l. falcid. & §. ſi*
vero non fecerint in authent. de heredit. & falcid. quando ſcilicet hæres non fecerit In-
uentarium, etenim tunc obligatus eſt legatariis ſupra vires hæreditarias, vt his iu-
ribus eſt definitum, ibi, quo non obſeruato ſolida legata præſtet; & ſi fines hæredi-
tarios excedunt, & ibi, ſi vero non fecerint inuentarium, non retinebit falcidiam,
ſed complebit legatarios, & fideicommiſſarios, licet ſubſtantiæ morientis menſu-
ram tranſcendat legatorum datio, Ita limitant Doctor. *Alexand. Paul. Bald. in dict. l. ſi*
vniuerſæ, & Doctor. Aret. Faber. Angel. Iaſon. num. 53. in d. §. item ſi quis in fraudem, Ro-
8 *land. in ſuo libello de Inuentario part. vltim. cap. 1.* Ratio † vero eſt, quia hæres in pœ-
nam non confecti inuentarii, tenetur de propria ſubſtantia ſoluere fideicommiſſa,
vel legata, ratio vero rationis eſt, quia lex non confecto Inuentario præſumit; quod
hæres occultauerit res hæreditarias. *§. hinc nobis in authent. de hæred. & falcid. Doctor. in*
l. fin. §. & ſi præfatam. Cod. de iur. deliberan. Cuman. conſilio 30. colum. 2. & conſil. 73. colum.
2. Afflict. deciſ. 44. numero trigeſimo tertio. Bald. in l. filium quem habentem colum. 2 2. verb.
& quero, Cod. famil. herciſc. vnde fingitur ſoluere de hæreditate, non de proprio pa-
trimonio, ſecundum *Bartol. in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad legem falcid.* & hanc etiam

Fece-

Digitized by Google

receptiorem ſententiam tradit *Alex. in l. in ratione la 1. §. quod vulgo col. 9. in ea gloſſ. ff. ad legem falcid. Abbas conſil. 72. col. 4. vol. 2.* qua ratione præſumptionis legis ſtante, non mirum ſi legata valeant, quoniam non præſumuntur in fraudem, cum illis de hæreditate videatur ſatisfieri: deducitur etiam a contrario ſenſu, quod hodie Inuentario confecto legata in fraudem relicta, erunt ſicut de iure Codicis, ipſo iure nulla, ceſſat enim ratio præſumptæ occultationis.

9 Tertio ex mente † *Baldi* reſtringitur in *d. l. ſi vniuerſa*, vt procedat in legatis quantitatis, vel generis, vel ſpeciei. Nam ſi ſpecies legata ſit in dominio teſtatoris, tranſibit dominium ipſo iure in legatarium, & ſi hæreditas non ſit ſoluendo, ratio eſt, quia æs alienum, fundum non perimit ſed totum patrimonium diminuit. *l. ſi fideicommiſſum. §. tractatum eſt. ff. de iud.* & bene fatemur, quod poterit reuocari per creditores, *l. fin. §. licentia creditoribus. C. de iure deliber.*

Quæſt. 2. Caſtren. dubitat de hoc dicto, inquit tamen non paruam eſſe authori-
10 tatem Baldi, & eius dictum † eſſe ſingulare, & ſi verum erit, poterit hæres compelli ad ſoluendum legatum etiam confecto Inuentario, argumento *l. 2. ff. de condict. indebi.* in verbo vel ſi poſt multum temporis emerſerit æs alienum, nam condictione indebiti hæres poterit legatum repetere, eandem limitationem probat, *Alex. in d. l. ſi vniuerſa num. 3. verb.* ſed debes reſpondere, quamuis non figat pedes, imo videatur ſentire con-
11 trarium, in verbo & finaliter veritas. Saly cetus † contrarium ſentiens ſic argumentatur; ſine titulo non poteſt transferri dominium. *l. nunquam nuda. ff. de acquir. rerum domini.* ſed propter fraudē creditoris lex annullat titulum legati, ergo non eſt facta tranſlatio dominii. Secundo moueor *ex d. l. ſi vniuerſa.* ibi nihil eorum, quæ teſtamento aſcripta ſunt, valere poteſt, illa enim vniuerſalis negatiua, æquipollet de proprietate ſermonis, omnia deſtruit, actum, ſc. & potentiam, *Doct. in §. omnium inſtit. de actionib.* maxime *Zaſ.* ibi dictam regulam declarans, igitur nullum legatum poteſt valere, augetur, quia oratio vniuerſalis negatiua, in vno falſa in totum redditur falſa, vnde ſi legatum ſpeciei valeret, vt dixit, omne legatum valeret, quo nihil eſt abſurdius. Suffragatur Tertio loco, quia militat eadem ratio in legatis ſpeciei, ſcil. quod debentur, tamen deducto ære alieno, vt ſupra probatum eſt, at æs alienum diminuit patrimonium, *d. l. ſi fideicommiſſum*, & ideo ſi totum æs alienum deducitur, quomodo remanebit fundus legatus? at ſi æs alienum patrimonium totum diminuere certum eſt *d. l. ſi fideicommiſſum* quomodo poteſt locus eſſe legato fundi?

Quarto loco has partes iuuat *l. finalis. §. licentia creditoribus*, vbi legata ſoluta repetuntur per creditores à legatariis condictione indebiti, tanquam indebite ſoluta, quando hæreditas nō eſt ſoluendo, & ideo his rationibus adductus procliuior ſum in hanc poſteriorem ſententiam, quæ etiam plures ſuffragatores habet, nam eam vltra
12 Saly. probat *Alex. in d. verſ.* & finaliter ſentit, idem *Caſtrenſ.* Nec † me mouet ratiocinatio Baldi: ſublata eſt enim ex tertio argumento noſtræ ſententiæ, etenim dum æs alienum totum patrimonium diminuit, facit nihil ſupereſſe rei legatæ, nec officit replicatio, quam pro tutela Baldi facit *Alex citato loco*, ſc. quod ex futuro euentu declarabitur eſſe indebite ſolutum, quod à principio erat debitum; nam *lex ſi vniuerſæ*, oſtendit ab initio fuiſſe indebitum, dum ait nihil valere poteſt, & quia ab initio erat indebitum legatum, datur ad reuocandam ſolutionem ipſius, condictio indebiti, & ſi ab initio fuiſſet debita, non competeret huiuſmodi condictio.

Quæſt. 3. Cum ex iam dictis liquido conſtet, legata, vel fideicommiſſa, in frau-
13 dem relicta non valere, non iniuria quærendum eſt quando dicantur † in fraudem facta, vtrum ſcil. requiratur fraudulentus animus, vna cum damnoſo euentu? an verò ſufficiat pernitioſus euentus? Et videtur vtrumq; neceſſarium per textum *in §. in fraudem inſtit. quib. ex cauſ. manumit. lic. vel non l. ſi quis cum haberet. ff. quæ in fraud. cred. l. 4. §. ſi quis autem. ff. qui & à quibus. l. 1. & l. fin. C. qui manumit. non poſſ.* quibus legibus probatur, legatum libertatis non videri factum in fraudem, niſi animo, & re ipſa ſint fraudati creditores. Secundo in alienatione inter viuos deſideratur vtrumq;, ergo & in vltimis voluntatibus; cum valet argumentum *d. §. 1. vbi Angel & Faber, inſtit. de lege Fuſia ca-*
14 *nin. toll.* in contrarium † videtur magis communis opinio, *gloſſ. in d. §. item ſi quis in fraudem in verb.* in fraudem circa medium, & *in l. patronus gloſſ. 1. ff. de probat. Faber. Angel. Petrus de bella pert. in §. item ſi quis Iaſ. ibi num. 53. verb. in ea gloſſ.* & probatur apertiſſima. *leg. 1. ff. ſi quid in fraudem patroni*, ibi ſi enim proponis mortis cauſa factam alienationem, non requirimus vtrum dolo malo facta ſit, ſufficit enim dicere dolo malo

factam eſſe, & ibi ſicuti in legatis non quærimus dolo malo factum ſit, an non ſit, non
mouent allegata ex aduerſo, nam ad primum reſponſio eſt; in primis, quod procedit
in libertate directa, non in fideicommiſſaria; in qua ſufficit ſolus fraudulentus euen-
tus, Doctor. in *d. §. in fraudem dicta l. 4. §. ſiquis autem. ff. qui, & à quibus, & Syluester. Al-
dob. d. §. in fraudem. numer. 9. verb.* difficultas, vbi ex mente ſcribentium maxime *Alex.
in l. 1. col. 8. ff. de leg. 1.* reddit rationem diuerſitatis inter directas, & fideicommiſſarias
libertates; In libertate vero directa poteſt dici vtrumque requiri propter fauorem li-
bertatis, vt difficilius retractetur, nam & fuit in eo articulo controuerſia, an ſufficeret
ſolus euentus, & indicat Iuſt. ibi præualuiſſe tamẽ videtur, & ibi obſeruat *Aldob. n. 8.* nã
libertatis fauore multa contra communes iuris regulas ſtatuta ſunt. *§. fin. inſt. de donat.*

Secundum argumentũ diluitur, quia non procedit, quando lex aperte conſtituit
differentiam, vt accidit hic, quia contractus ab initio ſunt voluntarii ex poſt facto ne-
ceſſarii. *l. ſicut. C. de act. & obl.* Vltimæ voluntates ſemper voluntariæ. *l. 4. ff. de adm. legat.*
ſed in his terminis ponitur apertiſſimum diſcrimen *in d. l. 1. ff. ſiquid in fraudem patro.* in
verſ. ſi alienatio, ceſſat quoq; prædictum argumentum, vbi ſit ratio diuerſitatis, quam
in hac noſtra ſpecie reperiri dicit gl. *in d. §. in fraud. & in d. l. patr.* & aliam deducit ratio-
nem diuerſitatis, *Petrus à bella pertica relatus per Iaſ. in d. § n. 53. ver. in ea gl.* vbi tamen Iaſ.
laudat magis rationem *gl. in d. l. patr.* quam rationem hic pone.

Quæſt. 4. Sed iam dolum hæredis in legatis aggrediamur, Quæro an dolum cõ-
15 mittat hæres? & reſponde affirmatiue in pluribꝰ caſibus. Sane committit † hæres do-
lum pluribus modis, & primo ſi mota iam ſibi de hæreditate controuerſia, ſoluit lega-
ta legatariis, non petita cautione ab eis, quod ſi teſtamentum non valet, & ipſe ſuccũ-
bet, reſtituant legatis his, qui in controuerſia hereditatis victoriam obtinuit, per text.
in l. dolo vbi Caſt. & Alex. ff. ad l. falc qui dolus p̃ſumptus eſt, q̃a omiſit facere id, ad quod
16 tenebatur, facere, auth. *Alex. ibi arg. l. proc. §. dolus & l. dolo. ff. mand.* Effectus † huius doli
eſt, quod ſi hæres ſuccũbat, & legatarii, quibus ſunt præſtita legata, efficiãtur nõ ſolu-
ẽdo, tenetur de ſuo ſoluere victori, ſibi n. imputet, quia dolo nõ caret, vt per *Caſtr.* ibi,
ſed p̃ſtita cautione ſuccũbat, liberabitur, cedendo victori competentes actiones con-
tra legatarios, vide. *l. pen. cũ ibi not. ff. de petit. hær.* velut ait Caſt. contra eorũ fideiuſſores.

Committitur ergo iſte dolus, ob ſolutionem legatorum poſt motam de hæredi-
tate controuerſiã, non petita cautione, nam ante motam controuerſiã, impune ſoluũ-
tur ab herede legata, ſine cautione, vt inquit *Alex. d. loco,* limitans in eo hærede, qui ſol-
uiſſet legata; & ignoranter omiſiſſet petere cautionẽ, ſecundum *Ric. & Nicol. de Neap.*
vbi. n. eſt ignorantia, non eſt dolus. id q; non placet, quia non poteſt eſſe locus igno-
rantiæ probabili, quando iã mota eſt controuerſia, & hæres legata ſoluit, nec ad rem
pertinet, *l. Iul. § ſi tibi ver. ita demum. ff. ad exhib.* nam ibi excuſatur hæres, quia ignorabat
legatũ, & ideo non petiit cautionem, de qua ibi, hic. a. ſciebat legatum, & litem mo-
17 tam non ignorabat: Secundo hæres dolo facit *in d. l. Iul. §. ſi tibi,* ſc. quando † omittit pe-
tere cautionẽ vſuſr. de eo ſc. reſtituendo, quando ſit finitus, ſi tendat in præiudicium
alterius legatarii, verba ſunt, ſi tibi decẽ numiſmata ſint ſub conditione legata, & mihi
decẽ vſuſr. pure, deinde hæres, pendente conditione, non exacta cautione, decẽ fru-
ctuario ſoluerit ad exhibẽdũ eum actione teneri, qui decẽ ſoluerit, quaſi dolo fecerit,
quo minꝰ poſſideret, dolus a. in eo eſt, q; cautionẽ exigere ſuperſederit à fructuar. effe-
ctũq; adeo vt legatũ tuũ euaneſceret cũ iam nũmos vendicare nõ poſſis, quia ſcil. vt gl.
18 inq̃t à primo legatario ſunt conſumpti. Tertio dolo † facit hæres in caſu. *l. ſi in fraud. Cod.
de leg.* ſcilicet quando heres volẽs effugere, vel differre ſolut. leg. ſubmiſit quendam,
vt ſibi moueret quæſt. de teſtam. & ſuper hæreditate, petẽtibus. a. legatariis dicebat ex-
pectandũ eſſe litis euẽtũ, quoniã ſi aduerſarius obtineret, legata euaneſcerẽt. legatarii
afferũt cautionẽ de reſtituẽdo legato. *Q.* 5. An cogatur hæres p̃ſtare an v. poſſit repel-
19 lere vſq; in finẽ † litis. Et reſpondendũ videtur in fauorem hæredis per *l. quicum hær.
ff. de act. & obl. l. 2. ff. de exec. rei iud. l. ita tamen. §. quoties. ff. ad treb.* in prima dicitur, qui cum
hærede agit ſc. legatarius, vel creditor, vt gloſ. ibi exponit except. illa ſubmotus eſt, ſi
non in ea cauſa tabulæ teſtamenti ſint, vt cõtra eas emancipato bonorũ poſſ. dari poſ-
ſit, ecce lis erat mota ab emãcipato p̃ bonorũ poſſeſſ; cõtra tabulas; repulſus eſt except.
legatarius, id q; iiſdem verbis exprimitur, in *l. 2. ff. de exe. rei iud.* apertius vero *Iul. in d. §.
quot.* inquit quoties emancip. bonorum poſſ. contra tabulas accipit, nulla ratio eſt cõ-
pellendi hæredis ad reſtit. hæreditatẽ, ſicut neq; legata nec fideicõmiſſa præſtare co-
gitur, quæ iura ante Caſtr. citauit *Acc. in d. l. fin. in 2. cautione, circa medium;* Ex diametro
tamen

tamen pugnat textus in dicta *l. ſi in fraudem*, ibi præſes ſolui legata iubebit, interpoſita
cautione, ſi euicta fuerit hæreditas, ea reſtituturum, & in *l. fin. Cod. de petit. hæred.* ibi, ſi-
quidem pro legato, vel fideicommiſſo hoc faciat, rem expeditæ quæſtionis eſſe, cum
poſſit ſcriptus hæres cautione interpoſita non differre hanc petitionem, ſed recte
exigit legatum, vel fideicommiſſum ſub ea cautelà, vel ſatiſdatione, vel qualitate per-
ſonarum, & ibi ponitur formula elegans cautionis. *Bartol. in l. hoc autem. §. cum duo. ff.
ſi cui plus*, quàm per legem falcid. *gloſſ. in leg. ſi teſtamentum. ff. de petit. hæredit. Caſtrenſ.
in dicto. §. ſi in fraudem*, quibus conſentit eodem loco Alexand. conciliant has diſcor-
dantes leges, vt ſit in poteſtate hæredis, vel expellere legatarios illa propoſita exce-
ptione, de qua dictis iuribus continetur, vel ſoluere legata extincta cautione, de qua
in dicta *l. in fraudem*, id verò procedit iure veteri Digeſtorum, & Cod. ſed hodie no-
uiſſimo iure ex conſtitutione Iuſtiniani *in d. l. fin. C. de petit. hæred.* cogitur hæres præ-
ſtita cautione legata ſoluere, nec poteſt legatarios expellere ita inquit *Caſt. in fine*, ibi &
hoc iure veteri, & probat *Alex. in eodem loco.*

20 Plane † durum mihi videtur, quod vna lex Cod. aliam legem Codicis corrigat,
21 ideoq; crederem diuerſum eſſe † caſum. *d. l. fin. à l. ſi in fraudem, & l. 2. ff. de except. rei iud.
cum aliis citatis*, ſiquidem in conſtitutione fin. non dubitatur, de iuribus teſtamenti, nec
de illis eſt quæſt. ſed vel conſtat de eius valore, vel quia hæres ab inteſtato adiiſſet mo-
uebatur iudicium petitionis hæreditatis, cuius exitu nolentes expectare legatarii, aut
fideicommiſſarii, petebant; olim ex centumuirali iudicio repellebantur, ſed ex deci-
ſione Iuſtin. conſequuntur legata præſtita cautione. Creditores hæreditarii agunt, vel
contra hæredes, vel alios poſſeſſores cõuentos petitione hæreditatis, at in aliis legibus:
Queſtio erat de viribus teſtamenti, ſc, quia petebatur bonorum poſſeſſ. contra tabulas
à filio inique præterito, vel exhæredato & in *l. ſi in fraudẽ*, dicebatur teſtamentũ falſum;
merito hæres debet aut legatarios exceptione repellere, aut ſoluere illis cum cautelà
ſatiſdat. quia ibi non erat tutũ ius teſtamenti. Vel alio modo poſſet etiam reſp. quod
l. 2. ff. de except. rei iud. & aliæ ſimiles modo allegatæ loquuntur, quando filius expugnat
teſtamentũ, quia inique præteritus, vel iniuſte exhæredatus, vt verè conſtat ex lectura
literæ cuiuſq; legis, idque ſit fauore cauſæ & filiationis, quando vero alia occaſione ſit
contraria de viribus teſtamẽti, procedat *d. lex in fraudem, d. l. ſi.* quaſi non ſit tantus, nec
cauſæ, nec perſonæ fauor, ita n. euitabimus trium legũ correctionẽ, iuxta reg. *l. præcip.
C. de ap. l. ſanc. C. de teſt.* Et cum hac vltima ſolutione ptranſeo, donec probabiliorẽ inue-
niam. præſertim cũ *d. l.* vltima loquatur in petitione hæreditatis, *d. l. in poſſeſſ. bonorũ. con-
tra tab.* correctio. n. non recipit extenſionem, imò in quantum fieri poteſt, reſtringitur.
22 Concluſio † igitur eſt in terminis. *d. l. ſi in fraudẽ*, quod legatarii præſtita cautione, cõ-
ſequentur legata quando ſcilicet de hæreditate, vel teſtamento, mota eſt controuer-
23 ſia. Fallit primo ex mente *Caſtr.* ibi ſi lis adhuc † mota non eſſet, ſed præceſſiſſent mi-
næ de litigando, nã cogeretur hæres abſq; ſatiſd. legata ſoluere, quia minę poſſent eſſe
eluſorię, & ad effectũ non perduci. *l. hac autẽ in 1. ff. ſi cui plus, quam per l. Falc.* ibi: nam ini-
quũ erat, omnimodo caueri non dum illata controuerſia, cum poſſint eluſoriæ minæ
24 fieri. Secundo fallit, † quando mota eſſet lis, ſed legatarii poſſent docere colluſionẽ, &
fraudem inter actorem, & ſcriptum hæredem, eſſe factam, dolus enim, ſicuti ſuo au-
thori non debet prodeſſe, ita nec aliis nocere *gl. in d. l. fraudem in verſ. cautione.*
25 Quibus conſequens eſt, vt † quarto modo hæres verſetur dolo in legatis, quando
ſcilicet in perniciem legatorum, faceret colluſionem cum eo, qui moueat de hæredi-
tate controuerſiam per inofficioſi querelam, & in *l. ſi ſuſpecta ff. de inoffic. teſt.* Qua cau-
tum eſt, q legatarii ſuſpectá habentes hanc colluſionem poſſunt aſſiſtere liti, volunta-
tẽ defuncti tueri, & etiam appellare, ſi contra teſtamentũ pronunciatum fuerit, id q;
vſq; adeo eſt verum, vt non ſit neceſſe legatariis, probare ſuſpicionem prædictam, gl.
ibi quam Bar. laudat, ex illis verbis tex. ſi ſuſpecta ſit, & conſeruat tradita per ipſum, *in
l. ſi proluſoriis. §. 1. de appell.* Rom. *ſing.* 365. Præterea permiſſum eſt illis teſtes examinare,
vt conſtat ex illis verbis tueri voluntatẽ defuncti, & ſi hæreditatis Iudex, contra hæ-
redẽ pronunciauerit, non agentẽ cauſam, vel luſoriè agentem, nihil nocebit legatariis
l. ſi ſeruus. §. 1. & §. ſi quis quod placet Bar. nec non Alb. ibi, qui eiuſdem ſententiæ pluri-
mos citat antiquiores, & infert ad venditorem, vt poſſit adeſſe cauſæ, quæ mouetur ẽ-
ptori de re vendita, & teſtes producere incerto emptore, *l. ſi parentes. C. de euiction. & l.
2. C. de in litem dand. tut. & inſt. de Cur. §. ſi.* Quinto loco dolo facit hęres in legatis, quãdo
26 in legatorum, vel fideicom. † necem omittit adire hæreditatẽ ex teſtamento, & acci-

27 pit ab inteſtato,iux.l.1.§.quarim⁹.ff.ſi quis † omiſ.cauſ.teſt.ampliatur,vt ꝓcedat,etiā in eo
hærede,q dolo deſierit hęred.poſſidere,dolo aūt feciſſe creditur,quo minus poſſideat
qui ad aliū tranſtulit poſſeſſionē per fraudē,vt legatarii, cæteriq; q quid in teſtamento
acceperunt,careāt his,q̄ ſibi relicta ſunt,d.§.nō quærimus ver.& ſi nō poſſideat, ampliatur
28 † ſecūdo,vt obtineat in filiis,q cū bonorū poſſeſſionē contra tabulas,eſſent accepturi,
& parētib.ꝓ edicto de leg.pręſtandis ſoluturi,maluerunt ab inteſtato ſuccedere,l.quia
29 aūt,11.§.hoc edictū ff.eodē tit.Ampliatur † tertio,vt valeat in ſubſtitutis etiā, ſicut in inſti-
30 tutis,l.ſi nō ſolus.§.cū ſubſt.& §.ſeq.† eodē tit.Ampliatur quarto in patrono,ſi cū ſuo hęre-
de colluſerit,vt ambo poſſideāt ab inteſtato,& ita deludāt legatarios,l.6.§.ſi patron⁹.ff.
31 eodē tit. Ampliatur quinto in pupillo, ſi dolo tutoris omiſerit † ex teſt. &tenetur qua-
tenus ad eum peruenit.l.ſi dolo.ff.eod.tit.Quæ omnia intercedēte dolo procedunt, quo
hæreditatē acquiſierit,vel dolo deſierit acquirere,d.l.6 §.ſi non ſimpliciter, nō ſi ex iuſta
32 conceſſaq; cauſa omiſerit ex teſtamento, vt ibi expreſſum eſt. Sexto loco † dolo facit
hæres,quando in legatis in diem,vel ſub conditione, nondum veniente die, vel con-
ditione non impleta.perperam ſe gerit,ita vt de interitu eius timeatur, proinde tene-
tur dare ſatiſdationē illam,vt legatorum,&fideicom.nomine,qua cogitur caueri dolū
malum ab futurū.l.1.in prin.ff.vt legat.& fideicom.nomine,niſi talis ſatisdatio remiſſa for-
te a teſtatore fuiſſet,quo caſu etiā ſi propriā ſubſtantiam hæres diſſiparet, & dubitare-
tur,ne inane fideicōmiſſum conſtituatur ad ſatisdationē non cōpellitur,l.qua filium, l.
licet,vt lega.& fideicom.nom.verum ſtatim cogendus eſt reſtituere,vt inquit gl.in d.l.qua
filiū,in verſ.non cōpellendū,arg.l.Imp.ff.ad Treb. vel fiet ſequeſtratio arg.l.ſi fideiuſſor. §.
33 fin.ff qui ſatiſdare cogan.Ampliatur,vt procedat in omni ſucceſſore tā prætorio,q̄ ciuili,
tam directo,q̄ fideic.l.5.§.ſi hæres.ff.vt impoſ.leg.vel fideic.iuncta gl. Septimo † dolo facit
hęres ſi debitum ꝙ eſt a teſtatore debitori remiſſum per legatum liberationis,petierit,
ideoq; exceptione doli poteſt repelli.l.1.§.ſi debitori.ff.vt in poſſ.l.arg.l.1.ſi reus ff.de eo,per
34 quē factū erit.Octauo † dolo facit,hæres,quando legatis,& fideico.conditionalib.one-
ratus,conditione,vel die pendēte,curat vt res hæreditatis deſinant eſſe hæreditariæ. l.
5.tit.qui in poſſ l. vt lega.ff.vt in poſſ.legator.nam legatarii mittuntur in poſſeſſionem om-
nium rerum hæreditariarū,ſi ei non caueatur nec non & illarum,q̄ dolo,& culpa hæ-
redis deſierūt hæreditariæ dd legib.fallit in tribus caſib.enumeratis in l.fin.ff. vt in poſſ.
legator.ſc.ſi hæres etiam dolo malo locum hæreditarium religioſum faciat, ſi quā rem
ꝑmiſſu principis conſeruauerit,aut aliquē non in fraudem creditorū manumiſit. No-
35 no dolo facit † hæres,q rem ſubiectam reſtitutioni inter plures hæredes,emit à credi-
tore,argumento tex.in l.fin.§.quatuor.ff.de l.2.Lucas de Penna in l.quemadm.n.24. C. de a-
gricol.& cenſ.ſc.inter extraneos hæredes,non inter filios. vt declarauimus ſupra in pri-
36 mo capitulo de dolo in vltima voluntate in princ verb Quarto ꝓſumitur,Decimo † do-
lo facit ſaltem ex præſumptione legis,qui tranſgreditur voluntatem teſtatoris circa le-
gata;& fideicōmiſſa.Crau.conſ.139.ratio eſt,quia eius volūtas eſt lex. §. diſponat. in auth.
de nupt.& qui legest ranſgreditur dicitur eſſe in dolo Bald.conſ.35.li.2. Crau.d.conſil. 193.
37 Pariſ.conſ.49.n.33.volum.1. Vndecimo † dolo facit hæres,occultando teſtamentum in
38 perniciem cohæredis,vide omnino Alex.in l.25. C.de l. Duodecimo † dolo facit hæres
39 in l.1.§.hæredes ff.de his,quæ in teſt.delentur. Decimo † tertio dolo facit hęres in l.33.§ fi-
40 lio.ff.de l.3.Decimo † quarto dolo facit hęres rē legatā deteriorādo,vel extinguēdo,§.1.
l.nō amplius,& l.ſi ſeruus.§ quoq.iuris,& §.ſeq.ff.de leg.1.l.cū res in fin.§.culpa,de leg.2.l.56.§.fi.
41 C.eod.tit.l.49.§.1.eod.tit.Decimo quinto † dolo facit,quādo generaliter ſeruū,quē ipſe
voluerit dare iuſſus,ſciens furē dederit,de dolo cōuenitur ad ſoluēdū damnū.l.ſi hæres,
& ibi gl in verb.de dolo.ff.de leg.1.ratio eſt,quia peſſimū dare nō debet, ſicut nec optimū
ibi in ver.ſed quoniā,& in l.leg.generaliter.ff.de l.§.1.l.fin.1.C.com.de leg.ꝙ in tantū eſt ve-
rū,vt quādo hęres dat ſeruū virtute generalis legati,debet ꝓmittere furtis,noxiiſq; ſo-
lutū eſſe,q a ita dare debet,vt habere eū liceat,quod non accidit,ſi furtis,noxiiſq; obli-
gatus eſt l.ſi à ſubſt.1.§.1.ff.de l.1.& gl.ibi in ver.liceat,ait,quod & fugitiuum non eſſe,pro-
mittere debet. Decimo † ſexto hæres dolo facit quando res legata eſt in vno loco, &
42 ab hærede alibi doloſè transfertur, niſi hæres eam ibi præſtet,vbi petitur, hæres con-
demnabitur doli ſui nomine,ſi dolo fecerit,cæterum ſi vel non fecerit quidem,& de
ſuis ſumptibus noluerit,rem vbi tranſtulit,præſtare,doli non tenebitur.l.cum res lega-
ta,iuncta gl.in verb. tranſtulit.ff. de leg.1. Cæterum ad dolum legatarii tranſeamus quæ-
rentes an in legatis dolum legatarii committant, & reſpondendum eſt affirmatiuè
43 primo per text.in leg.lega.ff.de dolo,in qua legatarius cui † ſupramodum legis Falcidiæ
legatum erat,hærede adhuc ignoranti ſubſtātiā hæreditatis,vltro iurando,vel quādā
alia

alia fallacia perſuaſerit, tamquam ſatis, abundeque ad ſolida legata ſoluenda ſufficiat hæreditas, atque eo modo ſolida legata, fuerit conſequutus, datur de dolo malo actio.

44 Secundo dolo facit † in *l. ſi ſeruus legatus viuo teſtatore. §. cum quid. ff. de leg. 1.* vbi tibi legatum fuit, & fidei tuæ commiſſum, vt mihi reſtituas, ſi nullum præterea commodum habes ex teſtamento, teneris mihi de dolo duntaxat, ſi quid dolo feciſti, ne poſſim legatum exigere, alioquin ſi quid vtilitatis accepiſti, etiam culpam præſtare debes, ad ſimilitudinem contractuum bonæ fidei, in quibus ſi vtriuſq; contrahentis cõmodum, refertur etiam culpa, ſi vnius dolus ſolus malus tantummodo præſtetur; quare Bart. ibi deducit ex eo textu, quamuis nimis generaliter in legatis, & fideicommiſſ. dolum, & culpam venire ad inſtar contractuum bonæ fidei.

45 Tertio dolo † facit, quando propria authoritate, ſine voluntate hæredis legata occupauit, ne beneficio vteretur falcidiæ, proinde interdicto quorum legatorum tenetur, æquiſſimũ enim prætori viſum eſt, vnumquemq; non ſibi ipſum ius dicere, occupatis legatis, ſed ab hærede petere, *l. 1. in prin. ff. quorum lega.* id quod obtinet ſi legatarius poſteaquam recuperaret, dolo fecerit, quo minus poſſideret. *d. l. 1. §. quod ait prætor,* aut dolo deſiit poſſidere, ſic accipere debemus, dolo deſiit habere facultatẽ reſtituendi, nec mirum, quod dolus interceſſerit, & non competat actio doli, ſc. quia adeſt ordinariũ remediũ prætoriũ, arg. *l. 1. §. merito prætor. ff. de dolo,* & ſæpe accidit, vt dolus cõmittatur, nec propterea detur actio doli, vt in titulo de ſeruo corrupto, nam debet interuenire dolus, *l. 1. in 1. l. 3. eodem tit.* & tamen non doli, ſed ſerui corrupti cõpetit actio. Similiter contra agrimenſorem, qui falſum modium doloſe renunciauerit, non doli, ſed in factum actio redditur, *l. 1. ff. ſi menſor falſ. mod.* dixerit.

46 Quarto loco facit † dolo in *l. 4. §. quamquam. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* ſc. quando legatarius eſt, à quo fideicommiſſum relictum fuit, & hic dolo fecerit, vt hæres omitteret ex teſtamento, & ab inteſtato adiret, cõuenitur ex illo edicto, ſi quis omiſſa cauſa &c. & *glo. ibi not.* quod fraudis particeps conuenitur, licet lucra ad eum non peruenerint arg. *l. ex facto. ff. de neg. geſt.* ſed *Bart. ibi ex Iacobo de Aretio,* ait, quod debet intelligi, q legatarius erat de illis, qui veturi erant ab inteſtato, & bona peruenerunt ad eum, alias tenerentur illi ad quos bona peruenerunt, quoniam ille tantum tenetur ex illo edicto, qui hoc procurat facturus aliquid lucri, *l. 1. §. non quærimus. verb. quo nunquam modo, ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti.*

47 Quinto loco † dolo facit, ſi ſcienter, pluſquam ex lege falcidia licitum eſſet legatum indebitum accepit, *l. 3. ff. ſi cui pluſquam per legem falcid.* tunc enim ex doli cauſa, quæ in illa ſtipulatione continetur, tenebitur, vt ait ibi *Vlpian.* non quidẽ actione doli. Quoniam doli clauſula, quę dicta ſtipulationẽ cõtinetur, actionẽ producit ex ſtipulatu, *l. 4. §. aduerſus parẽtes verb.* in ſtipulatione planè, *ff. de excep. dolo.* in ſtipulatione ait doli clauſula, non erit detrahẽda; q a ex doli clauſula nõ de dolo actio intẽditur, ſed ex ſtipulatu.

48 Sexto ſi † hæres grauatus dare hominem legatario, nolebat Stichum mediocrem dare, recuſauit accipere legatarius, mortuo Sticho ſi petat dolo facit; ideoq; exceptione doli repellitur, *l. huiuſmodi legatum. §. ſi cui homo. ff. de leg. 1.* & multo magis dolo legatarii periiſſet, *l. niſi tuncta glo. ff. ſi cui plus, quam per leg. falcid.*

49 Septimo † dolo facit, ſi legatarius vel ex teſtamento vnius, vel ex teſtamento duorum, qui habẽtur loco vnius, cum vna, eademq; re his legata, conſequutus æſtimationem rei, ruſus peteret rem ipſam, proinde exceptione repelleretur doli, *d. l. huiuſmodi. §. ſi Sempronius. ff. de leg. 1.* ratio eſt, inquit gloſ. quia teſtator legatum multiplicare, nec potuit, nec voluit, ſed ſolutionem duntaxat accelerare.

50 Octauo dolo † facit legatarius in caſu *l. Papinianus ff. de ſeruit. tit. gener.* vbi prædium Titii debebat ſeruitutem prædio teſtatoris Męuii, qui fecit hæredem dictũ Titiũ; & legauit prædiũ Caio, adita hæreditate confuſa ſeruitus eſt, quia hæres factus eſt dominus, & res ſua nemini ſeruit, tamẽ ſi legatarius petat, & nolit ſeruitutẽ redintegrari, exceptione doli repellitur, ibi exprimitur, & declarat glo. magiſtr. ſimilis eſt text. *in l. 2. ff. de hæred. vend. l. 10 ff. comm. præd.* tã vrban. quam ruſtic. id vero obtinet in ſeruitutib. realibus, non in perſonalibus, puta in vſufructu, nam legatarius non repelleretur doli exceptione, ſi nollet redintegrare ſeruitutem per tex. ſing. in *l. filius. §. dominus hærede. ff. de leg. 2. & l. is. cuius. ff. eodẽ tit.* in quã Marcellus ait, Is, cuius in ſeruo proprietas erat, fructuario hærede inſtituto, alicui eum ſeruumlegauit, non poteſt hæres doli mali exceptione vti, ſi legatarius vindicare ſeruũ velit, non relicto hæredi vſufructu, in *d. §. dominus;* idẽ expreſſum eſt, & reddit rationem diuerſitatis, diuerſum in cæteris prædiorum

ſeruitutib. quas hæres habuit reſponſum eſt, quoniam fructus portionis inſtar obtinet, id eſt, ſicut *gl.* declarat; eſt perinde, ac ſi teſtator partem haberet in illa re, partem eius teneret hæres, & teſtator ſolam legaſſet *l. vnum. §. ſi rem ff. de leg. 2.* Vſusfructus enim dominii inſtar eſt. *l. 4. ff. de vſufructu.*

51 Nono† dolo facit, quando legatarius iuſſus non contrauenire teſtamēto teſtatoris, alias caderet protinus à iure ſuo, ſi malitioſe contrauenerit, & contrauenerit in iudicio ſolum per libellum, aliàs non cadit *Bald. in l. 1. n. 47. C. de his quapœna nomine Dec.*
52 *conſ. 581. n. 10. & ſeq. Caput Aquenſis Deciſ. 5. part. 1. Deciſ. 233.* Decimo† dolo fuit, quando teſtator legat alicui quicquid in tali loco habet, & is, cui legatum eſt, ex rebus non legatis ignorante eo, ampliandi ſui legati cauſa in eum locum intulit, quod illatum eſt legatum non videtur, *Bar. ibi & gl. in verb. non videtur,* vbi multa iura concordantia de-
53 ducit; Vndecimo† legatarius dolo facit, ſi cælauerit teſtamentum nam ſi poſtea in lucem emerſerit, non poteſt legatum ex eo teſtamento vindicare, vt non accipiat fructū ſuæ calliditatis, qui voluit hæredem ſua hæreditate fraudare, ſed huiuſmodi legatum illi aufertur, & manet apud ſcriptum hæredem, vt qui alii nocēdū exiſtimauit, ſuā ſentiat iacturam tex. eſt elegans in *l. ſi legatar. Cod. de leg. vbi gloſſ. Alex. Salyc. & Caſtren.* Am-
54 pliatur, ad *auth. hoc amplius. C. de fideicom.* ex quo reſultat Duodecimus† caſus ſc. quādo legatarius, malitioſe contrauenit voluntati defuncti, ex *d. auth. hoc amplius,* quod tamen
55 quo pacto ſit intelligendū *Alex. d. l. ſi legatarius n. 4. declarat.* XIII.† dolo facit in caſu *legis non dubium, C. de legat.* nempe quādo propria authoritate, cum vitio; occupauit rem legatam, reſq; tibi legatas de hæreditate ſubtraxiſſe apparuerit, nec quiſpiā putet hūc eſ-
56 ſe caſum ſimilem tertio per *l. 1. ff. quor. legator.* nam remedium *d. l. 1.* in plurib. differt† à conſtitutione *l. non dubium,* etenim ſi legatarius occupauerit poſt aditam hæreditatem, & apprehenſam poſſeſſionem ab hærede, iure ſuo priuatur, & ita procedit *l. non dubiū,* ſecundum communem intellectum; Nondum vero adita hæreditate, vel adita, ſed nō apprehenſa poſſeſſione tenetur tantum poſſeſſionem hęredi reſtituere, per interdictū quorum legatorum, pro retinenda quarta ex *l. falcid. d. l. 1. quorum legat. gloſſ. Bart. Caſtr. Iaſ. & omnes in d. l. non dubium Ang. in l. ex teſtam. ff. quod met. cauſ. Iaſ. in l. talis ſcriptura in fin. ff. de l. 1. Soc. conſilio. 33. column. fin. quæſt. 5. volum. 1. Roman. conſilio. 312. in princip, Dec. conſilio. 244. in col. pen. cum aliis cumulatis, à Riminald. Iun. in §. 1. n. 534. inſtit. de donat. fol. 200.* vbi alias affert declarationes ad eandē rem *vſq. ad n. 538. Men. de recup. remed. 5. q. 9.* quia igitur poſt aditam hæreditatem, legatarius occupauerit rem legatā, cadit à iure legati, ex *d. l. non dubium,* quæ ſanè recipit multas limitationes, quarum quatuor affert *Iaſ. ibi, à num. 2. vſque in finem.*

57 Prima eſt quando teſtator† dediſſet licentiam legatario accipiendi rem legatam propria authoritate, ſiue tacite, ſiue expreſſe, ratio eſt, quia tunc non dicitur apprehēdere cum vitio, veluti ſi teſtator legaret alicui domum, & mandaret hæredi, ne legatarium moleſtaret, in ſua poſſeſſione *Ang. in l. hæc ſi res per illum tex. ff. de rei vend.* dicens eo tex. non eſſe clariorem in iure, refert. *Iaſ. n. 2. & 4. d. l. non dubium, & Men. d. q. 9. n. 33.* plu-
58 res authoritates congerens limitat *Rimin. d. §. 1. n. 540. & n. 543. ibi diſputat.* II, limitatur† in eo legatario, qui eſſet teſtamēti executor, poteſt n. hic ꝓpria authoritate capere, argumento *l. fiſtulas. §. fundum. ff. de contrah. emp. Bald. Ang. Saly. & Iaſ. d. l. non dubiū n. 4. Dec. conſ. 418. n. 4. conſ. 424 n. 16. Pariſ. conſ. 54. n. 31. li. 3. Ruyn. conſ. 119. n. 6. col. 3. Rimin. d. §. 1. num.* 539. vbi cumulat, & reddit rationes.

59 Tertio fallit† in inſtituto in re certa, nam licet dato cohærede cenſeatur eſſe legatarius. *l. quoties. C. de hæredib. inſtituend.* tamē poteſt illam rem propria authoritate apprehendere, nec incidit in pœnā huius legis, nec tenetur quorū interd. legatorum, ita ſingulariter *Bartolus in l. ex facto num. 52. colum. 2. de hæred. inſtituend.* cum multis cumulatis. *à Iaſon in dicta. l. quoties quibus* adde *Tiraquell. in tractatu le mort. ſaiſſet le vi. in 2. parte declaratione 4. n. 11. Rub. conſ. 43. n. 4. Riminald. d. loco n. 555.* vbi latè, & pulchrè confirmat.
60 Quarto† fallit in eo, cui relicti ſunt fructus annui certi fundi, nam licet hæres teneatur facere, coli, & ſeminari fundum, non aūt legatarius. *l. fundi tributaris in princip. de vſu, & vſufructu leg.* tamen ſi hæres negligeret, poſſet legatarius propria authoritate apprehēdere poſſeſſionē talis fundi, nec incidit in pœnam huius legis, quia facit iuris ſui conſeruandi, non cauſa adipiſcendæ poſſeſſionis *Iaſon.* ibi dicens: ex mente Baldi tutius
61 eſſe legata nō pręſtari. Quinto ceſſare† eam conſtitutionem in vſufructuario omnium bonorum dixit *Socinus Iunior conſil. 132. colum. 4. libro primo Riminald. vbi ſupra n. 565. vers. vndecimus;* & ſi in fideicommiſſario vniuerſali, eam non ceſſare reſpondit *Iaſon conſilio*

146. col.

146. col. 2. lib. 4. poſt Oldrad. & alios, quos citat, & ſequitur *Menoch. de adi*. *remed. 5. num. 56.*

62 Sexto quando † non vult hæres falcidiam detrahere, *l. 1. in fin. iuncta gloſſ. C. quorum legat. & in l. 1. in princ. ff. eodem*, & licet *Dyn. & Albericus* ibi diſſentiant, tamen *Ripa in d. l. 1. num. 24* ratio eſt, quia hæres volens detrahere falcidiam, videtur dare licentiam

63 legatario, propria authoritate capiendi legatum, ex quo ſuccedit. ſeptima limitatio, † ſi hæres apprehenſa hæreditate conſentiat legatario, legatum occupare *Rimin. Iunior. d. §. 1. num. 385. verſ. ſecundus.*

64 Octaua limitatio † ſi hæres dixerit laboratoribus, vt rem legatam colerent nomine legatarii, iiq; fructus conduxerint *Rim. Sen. conſ. 262.*

65 Nona. Quando † teſtator tradidiſſet rem legatario, *Angel. & Alex. in l. filium. ff. ad Trebell.* Rip. *in d. l. 1. nu. 138.* ratio eſt, quia videtur dediſſe hæres, teſtator enim, qui non tenebatur tradere, tradendo videtur hæredem, præueniſſe, argumento leg. in *l. cum quo in fine, ff. ad legem falc. Bald. & Caſtr. in l. Lucius. ff. de leg. 2.*

66 Decima ſi teſtator † apud Titium rem depoſuiſſet, vel ei commodaſſet, & poſtea legaſſet, ita quod mortis tempore eſſet penes legatarium de voluntate teſtatoris *Socc. conſ. 11. col. 4. vol. 1. in d. l. 1. nu. 15.*

67 Vndecima in vxore † relicta domina, maſſaria, & vſufructuaria: nam licet ſtantibus liberis, hoc legatum reſoluatur in alimenta, ſecundum conſuetudinem Bulgari, de qua gl. *Bart. & omnes in auth. quod locum, C. ſi mul. ſecundo nupſerit. Roman. conſ. 128.* Dec. *in conſ. 526. in pr.* late *Picus poſt alios in l. Titia. §. Titia. ff. de leg. 2.* tamen vxor poteſt tale legatum propria authoritate vendicare, *Bar. in d. auth. quod locum, Alex. in l. nemo poteſt. n. 55. Iaſ. num. 37. Crot. num. 26. Decius conſ. 418. Rim. d. §. 1. num. 560.*

68 Duodecima, quando † periculum eſſet in mora; puta in legato pro ſepultura defuncti vel pro alimentis alicuius pauperis, nam periculum moræ facit licitum, q. aliàs eſſet illicitum *l. aut Prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. cred.* ita limitat *Ripa in l. 1. nu. 17. ff. quorum legatorum, Rim. d. §. 1. n. 562.* vbi pulchre deducta ratione confirmat.

69 Decima tertia, quando † legatum eſt relictũ, alicui cum clauſula omni meliori modo, id enim poteſt propria authoritate capere *Curt. Iun. in l. fi. n. 49. C. de edict. Diu. A-*

70 *drian. toll.* ratio eſt, quia illa † clauſula ſupplet titulum inſtitutoris, vt per *Bar. & alios, in l. quoties C. de hered. inſtit. Soc. conſ. 66. n. 18. vol. 3. Decius conſ. 14. col. 2. Curt. Iun. conſ. 71. Iaſ. in auth. nouiſſ. in 8. limitat. C. de inoff. teſtam. Rim. d. §. 1. n. 567. verb. decimus tertius.*

71 Supereſt, vt † de dolo extranei, ſiue tertii deſpiciamus etenim in vltimis voluntatibus dolo quoq; fit, quando teſtator cogitur teſtari, vel teſtamentum factum mutare, vel impeditur facere, de nouo teſtamentum, vel impeditur iam factum mutare, id autem accidit, Aut dolo tertii, aut dolo principalis, ſcilicet qui cum eſſet inſtitutus in teſtamento Titii prohibuit, ne teſtamentum mutaret, aliumque hæredem faceret, vel cum eſſet ſucceſſurus ab inteſtato, fuit impedimento, quo minus teſtaretur, timore corruptus, ne alios ſcriberet hæredes, iuxta *titulum. ff. & Cod. ſi quis aliquem teſtari proh.* De dolo tertii diſſeruimus *in 6. diuiſione doli quæſt. 24.* de dolo principalis ſuper. in titulo de dolo in vltimis voluntatibus; *Quæſt. 10. cum ſequent.* hic igitur non eſt repetendum.

De Dolo in iudiciis Cap. IX.

1 *Iudicium aliud criminale, aliud ciuile.*

2 *Iudicium Ciuile duplex; Iuriſdictionale, & arbitrarium.*

3 *Quis, & quando dolum in iudicio committat.*

4 *In iudiciis numquid dolus præſumatur, & negatiue concluditur.*

5 *Actor proponens in libello remedia contraria, an dolo feciſſe præſumatur.*

6 *Concluditur pro ſententia affirmatiua.*

7 *Contrarietas quando in libello videatur propoſita.*

8 *Contraria inuicem ſunt incompatibilia.*

9 *Actor quia ad iudicium accedere debet paratus difficilè meretur excuſationem.*

10 *Actoris contrarietas in proponendo, excuſatur deciſione aliqua.*

11 *Actori licet contraria remedia proponere ſucceſſiuè.*

12 *Actor teſtib. ad æternã memoriã examina-*

tis differens litem, an videatur in dolo, arguitur quod non.

13 Sed affirmatiue concluditur, & contraria refelluntur.

14 Præſumptia iuris, & de iure, quomodo, & quando probationes in contrarium admittat.

15 Doloſus eſt, qui litem temere mouet, vt rem alienam litigioſam faciat ad deterrẽdos eius emptores.

16 Doloſus eſt, qui ad impediendam vſucapionis interruptionem ſeſe liti offert, & cũ diſtinctione de dolo tenetur.

17 Appellationem non proſequens intra annum, an videatur in dolo.

18 Poſitio quid ſit.

19 Poſitionibus, varia, vel contraria reſpondens, non videtur in dolo.

20 Contrarium tamen firmatur.

21 Ad cantraria reſpondetur.

22 Poſitionibus, dolo Aduerſarii circumuentus reſpondens, an reuocare poſſit canfeſſionem ſuam.

23 Concluditur affirmatiue ex cammuni ſententia.

24 Dolo ſuo nemo debet lucrum ſentire.

25 Exceptionibus vtens contrariis, an dolum committat. diſputatur.

26 Reſpondetur tamen negatiue.

27 Exceptiones plures contraria proponi poſſunt à Rea, dum modo vnam proſequatur.

28 Poſſidere deſinens poſt datum libellum, præſumitur dolo deſiiſſe poſſidere.

29 Item ſi actor libellum non obtulerit, ſed daturum ſe promiſerit.

30 Reus abſalutus ob dolum ſuum, an actione dali conueniri poſſit examinatur.

31 Sed priſtina actione conueniendum communiter aſſeritur, & probatur.

32 De dolo cautio à reo præſtita, ſit ne iudicialis, an communis.

33 Cum diſtinctione reſpondetur.

34 Actor, vel reus differentes iura ſua praponere an dalum committant diſcutitur.

35 Terminus ad agendum, vel excipiendum, quando lapſus dicatur iudicis arbitrio committitur.

36 Actor ſiue Reus dantes iudici pecuniam, vt in bana cauſa iudicet, an videantur in dolo, remiſſiue.

37 Iuſiurandum litis deciſiuum doloſe deferens aduerſario qui falſo iurauit an de dolo agat.

38 Negatiue concluditur.

39 Periurus. qua pœna afficiatur.

40 Dolus Procuratoris, an idem cenſeatur, ac dolus principalis, reſpondetur cum diſtinctione.

41 Ob dolum aduocati ſententiam latam, non eſſe ipſo iure nullam diſputando firmatur.

42 Corrumpens Aduerſarii aduocatum, an litem perdat, reſaluitur cum diſtinctione.

43 Aduocato corrupto quis conueniendus ſit prius, aduocatus, an corrumpens.

44 Aduocati præuaricatione ſequuta pro expenſis, & damnis, quod remedium competat explicatur.

45 Aduocato ob præuaricationem condemnato, numquid ſententiã contra corrumpentem probet.

46 Quib. modis dicatur aduocatus præuaricari.

47 Aduocatus de quota litis paciſcens, quomodo puniatur.

48 Procurator alius verus, alius falſus.

49 Procuratar quib. modis dolum committat.

50 Procurator falſus quomodo puniatur, item ſi vtatur mandata per dominũ reuocato.

51 Sententia lata ob corruptelam Procuratoris, an ſit nulla, vel ſi valeat, an, & quomoda ſuccumbenti conſulatur.

52 Quid ſi precibus, vel amicitia ductus Procurator cum Aduerſario colluſerit.

53 Procuratore colludente, quomodo ſit principals circa damna ſuccurſum.

54 Teſtis, quot modis in iudicio dolum committere dicatur.

55 Teſtis ſi parte præſente extra iudicium dixerit falſum ſine Iuramento, an de dolo, vel de falſo puniatur.

56 Quod ſi cum Iuramento falſum dixerit extra iudicium.

57 Teſtis varius dicitur multis madis.

58 Teſtis varians in eadem inſtantia, in eodem tempore, et inter eaſdem perſonas, an de dolo puniatur, & dolum præſumi concluditur.

59 Teſtis varians in iudicio, & extra iudicium, quomodo præſumatur doloſus.

60 Teſtis contraria, vel diuerſa deponens pro actore & pro Reo, an ſit in dolo.

61 Teſtis accipiens à producente pecuniam pro veritate dicenda, in dolo verſatur.

62 Teſtis quando tacens veritatem puniatur, & quando non.

63 Teſtis accipiens pecuniam, vt teſtimonium non ferat, an de dolo puniendus ſit.

64 Medicus ſe abſentans, ne ſuper cicatrice teſtificetur, tenetur parti ad intereſſe.

65 Teſtes ſingulares dicuntur ſi diſcrepent in vno ex decem prædicamentis.

66 Item ſi diſcrepent in aliqua ex quatuor cauſis, in vnaquaq; re concurrentibus.

67 *Singularitas adminiculatiua quæ dicatur.*

68 *Teſtes inter ſe ſingulares, an, & quando dicantur eſſe in dolo.*

69 *Dolo alicuius inſtantia perempta, quomodo dolum paſſo ſuccurratur.*

70 *Inſtantia cauſæ cuiuſq́, quæ dicatur.*

71 *Inſtantia duplex eſt.*

72 *Inſtantia perempta ob dolum tertii, an detur reſtitutio, vel de dolo actio.*

73 *Quid ſi facto partis inſtantia perierit.*

74 *Quid ſi iudicis culpa.*

75 *Iudex quotuplex ſit.*

76 *Iudicis maior eſt dolus circa proceſſum, quam partis.*

77 *Dolus in iudice, an præſumatur, latè diſcutitur.*

78 *Doli præſumptio eſt in iudice ſpoliante ſine citatione.*

79 *Præſumptio eſt contra iudicem negligentē.*

80 *Pro iudice regulariter præſumitur, &* numero 82.

81 *Decretum iudicis facit ceſſare doli, & metus præſumptionem.*

83 *Succumbens per ſententiam præſumitur habuiſſe malam cauſam.*

84 *Iuſta cauſa præſumitur in eo, qui publico iure vtitur.*

85 *Iudex vir bonus, verè appellatur, & qualis eſſe iudex debeat.*

86 *Iudex in iure errans, an præſumatur dolo feciſſe, diſtinguitur.*

87 *Iudex ignorans ius ſibi reſiſtens, non excuſatur.*

88 *Similiter ſi ius naturale, vel quaſi ignorauerit.*

89 *Item ſi ius ciuile notoriū, & indubitatum.*

90 *Ampliatur in legum Doctore.*

91 *Secus ſi errauerit in iure ciuili perplexo, & obſcuro.*

92 *Sententia lata contra ius ambiguum, valet,*

93 *Iudex multis modis dolum committere poteſt, & ſex enumerantur.*

94 *Iudex ſi dolum commiſerit, quomodo ſit dolus probandus.*

95 *Dolum aſſerenti commiſſum, dolus probandus eſt.*

96 *Dolus cum probetur coniecturis, quænam coniecturæ ſufficiant, & plures enumerantur.*

97 *Potentiores coniecturæ contra iudicem requiruntur. quàm contra alium.*

98 *Iudex doloſe iudicās, an reddat nullam ſententiam examinatur.*

99 *Cū diſtinctione tamen dubitatio reſoluitur.*

100 *Iudex corruptus pecunia, minus excuſatur. quàm corruptus eloquentia, quicquid Cicero magis oratoriè dixerit, quam verè.*

101 *Iudex acceptam pro iuſtitia facienda pecuniam, an reſtituere teneatur, pro negatiua arguitur.*

102 *Opinio tamen affirmatiua, velut communior, rationibus, authoritatibusq́ comprobatur.*

103 *Turpitudine vtrinq́ interueniente, ceſſat repetitio.*

104 *Iudici, an liceat pro ſententia ferenda accipere inſtrumentum de indemnitate.*

105 *Fumi vēditores, qui antiquitꝰ appellarētur*

106 *Temere non credere, neruus eſt ſapientiæ.*

107 *Delicta puniri Principi, & Reip. expedit.*

108 *Promittens alicui expeditum litis euentū, qua pœna puniatur cum diſtinctione reſpondetur.*

109 *Iudex dolo iudicans litem ſuam facit.*

110 *Litem ſuam facere, quid ſit.*

111 *Iudex ob delictum facit litem ſuam, & tenetur in ſolidum.*

112 *Secus ob quaſi delictum.*

113 *Ampliatur concluſio.*

114 *Cautela Angeli in hac materia recenſetur.*

115 *Iudex ob impudētiam ſupinam inſolidum condemnatur.*

116 *Iudex filius fam. faciens litē ſuā, an cōdenetur ipſe, vel pater vſq́ ad quātitatē legitime.*

117 *Iudex, qui fecerat litem ſuam condemnatus, an repetat ab eo, in cuius fauorem pronunciauit.*

118 *Iudex eccleſiaſticus, doloſe iudicans, an puniatur, remiſſiue.*

119 *Pœna duplici, nemo puniendus.*

120 *Iudex dolo iudicans punitur criminaliter, & ciuiliter ad intereſſe partis.*

121 *Criminalis pœna, quæ in eum irrogetur.*

122 *Iudex doloſe iudicans, an patiatur iuramentum in lite.*

123 *Iudex doloſus, an teneatur ſi pars renunciauerit appellationi tacite, vel expreſſe.*

124 *Iudex quando dicatur plenum arbitrium:*

125 *An tunc doloſam ferens ſententiam teneatur.*

126 *Concluditur affirmatiue.*

127 *Princeps non creditur ius alterius voluiſſe lædere.*

128 *Iudex liberum habens arbitrium, æquitatem ſpectare tenetur.*

129 *Iudex doloſe non admittens appellationem, an teneatur.*

130 *Sententia quid ſit, & vnde dicatur.*

131 *Sententia alia diffinitiua, alia interlocutoria.*

132 *Dolus in ſententia non præſumitur, nec in iudice.*

133 *Limitatur, remiſſiue.*

134 *Cauſa cōmitti poteſt, appellatione remota.*

135 *Appellari an poſſit ob Iudicis dolum, ſi cauſa alias commiſſa ſit, appellatione remota.*
136 *Definitur quæſtio ſecundum diſtinctionem.*
137 *Quæ ampliatur.*
138 *Confeſſus, & conuictus, non appellat.*
139 *An in caſibus, quibus de iure prohibita eſt appellatio, appelletur ob dolum iudicis.*
140 R*eſpondetur negatiuè ex opinione communi.*
141 *Sententia in caſibus prædictis. an tranſeat in rem iudicatã, id eſt, ne ſupplicari cõtra eam poſſit, diſputatur.*
142 *Sententia ex falſis allegationibus lata, an ſit ipſo iure nulla.*
143 *An ſit nulla ſententia propter dolum in omittendo.*
144 *Sententia lata prævaricatione* Aduocati, *vel procuratoris, an ſit ipſo iure nulla, vel potius annullanda.*
145 *Sententia lata per dolum ſuper ætate, an ius faciat inter partes.*
146 *Executor quotuplex ſit in iure.*
147 *Executione doloſe facta, quomodo ſuccurratur dolum paſſo, & plures referuntur opiniones.*
148 *Eædem rediguntur diſtinguendo ad concordiam.*
149 *Extraordinarium remedium, cum ordinario non concurrit.*
150 *Diſtinctio noua affertur in articulo prædicto.*
151 *Affertur, & tertia.*
152 *Executor, quibus modis dicatur excedere in exequendo.*
153 *Executor ad vendendum datus ſi precium doloſe in ſuam vtilitatem conuertit, emptor liberatur.*
154 *Iudicis factum, factum partis reputatur.*
155 Appellatio quid ſit.
156 Appellando *quando quis dicatur dolum committere.*
157 *Appellans temere, qua pœna afficiatur iure ciuili.*
158 *Pœna duplici contingit quem interdum puniri.*
159 Appellans *temere, quam pœnam patiatur Iure Canonico.*
160 Appellans *temere, an afficiat iniuria* Iudi*cem, à quo ita vt actione iniuriarum teneatur.*
161 *Appellans iuſte, ſed temere proſequens perinde punitur, ac ſi ab initio temere appellaſſet.*
162 *Brocardica regula, quæ ſit.*
163 *Temere dicens de nullitate, perinde punitur, ac ſi temere appellaſſet,*
164 *Appellans temere, mox deſiſtens re maturius perſpecta pœnam effugit temerarii appellatoris.*

AB vltimis voluntatibus ad iudicia tranſeuntes, videamus quemadmodum in his
1 dolus committatur. Cum autem iudicium † aliud ſit ciuile, aliud criminale. *Bart. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publican. §. in ſumma, inſtitut. de iniur. Rub. quando ciuilis actio praiud crimin. Canon. & maxime* Abbas *in Rub. col. fin. extra de iudic.* Ciuile nimirum, in qua principaliter agitur ad commodum priuatum, ſiue talis cauſa deſcendat ex delicto, ſiue ex contractu; criminale, quando principaliter agitur ad publicam vindictam, *gl. & Bart. in l. prætor ait, vbi Alex. in addit. Bart. ff. de ſepulchr. violato. Felyn. Bald. Franciſc. Aretin. in rub. ex. de Iudic. vbi col. fin* dicit hanc eſſe communem opinionem; de vtroque dolo nobis diſſerendum eſt, & primo.

2 De dolo in iudicio ciuili, quod eſt duplex, ſcilicet aliud Iuriſdictionale, aliud † arbitrarium, ſiue coram arbitro, vt per *Specul. in tit. de arbitr. §. differt. Marant. de ordine Iudiciorum diſtinct. 4. in princ.* Iuriſdictionale eſt autem, quod agitur coram Iudice habente Iuriſdictionem, ſiue iudex ordinarius, ſiue delegatus, iudicium arbitrarium dicitur illud, quod non tollatur coram arbitro; agamus ergo inprimis de dolo in iudi-
3 cio iuris dictionali. in quo primum † quæremus in genere, an dolus in iudicio præſumatur; deinde ſpecialiter inquiremus de dolo.

1 Actoris.	4 Teſtium.
2 Rei.	5 Iudicis.
3 Aduocati, vel procuratoris.	6 Et tandem, de ſententia doloſa. Et de executore doloſo & de appellatione doloſa.

4 Q. 1. Ad primam quæſtionem videtur affirmatiue reſpondendum. Ex multis, quæ † ponit *Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 531. num. 59. fol. 398. Lucas de Penna in l. quemadm. de agricol. & cenſit. in c. dolus præſumptus.* Contraria tamen ſententia, videtur eſſe verior, & communiter ex regula communi, & vulgari. *l. qui duo. ff. de probat. l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re militar. l. quod adhibet. C. de his, qui ſibi aſcribunt in teſtam. Iaſ. in l. ſi per errorem n. 10. ff. de iuriſdict. omni iud.* Alex. *conſ. 65. n. 11. vol. 1. & conſ. 29. vol. 1. & Dec. conſ. 175. n. 5.* Nam & in iudi-

in iudiciis obtinet, *Bar. in l. 1. C. de præd. Curial. li. 10. Felyn. in c. quoniam contra verb.* & tenē-
do, *n. 12. extra de prob.* dicentes, quod ſi fuerit celebratus contractus, coram Iudice, non
licet contrahenti allegare dolum ad reſcindendum contractum, dixit etiam in termi-
nis *Soc. Iun. conſ. 67. vol. 2. Grammat. conſ. ciuil.* 131. *n.* 11. Non mouent adducta in contra-
rium, ſunt enim caſus ſingulares ex communi, & ordinaria regula excepta ſpeciali ra-
tione.

5 *Q.* 2. Quæro ſecundo iuxta propoſitum ordinem, Actor in libello contraria † p-
poſuit remedia, an præſumatur feciſſe doloſe & non præſumi, probat regula. *d. l. quoties*
§ qui dolo. ff. de probat. Secundo confirmat quia reus in princip. contrarias exceptiones
proponens, non creditur eſſe in dolo, imo licite poteſt. *Dec. & Cagnol. in l. vbi repugnan-
tia. n. 11. ff. de reg. iur. Dyn. & Philipp. Fran. in c. null9 plurib. de reg. iur. in 6. Cag. in l. nemo ex his
ff. de reg. iur.* ergo id ipſum reſpondendum eſt in actore cum in principio cauſæ ſit fauo-
rabilior reo, in medio vero æqualis, & in fine tantum inferior. *l. fauorabiliores, vbi Decius
& Cagn. ff. de reg. iur.*

6 Contraria † ſententia videtur ad veritatem ppenſior per ea, q̃ latè tenet *Men.
d. præſumpt. li. 12. q. 41.* Contrarietas eſt in eadem, vel in diuerſis reb. contraria, & incom
7 patibilis qualitas; *Bal. in l. 1. col. 1. & col. pen. C. de furt. Cagn. in l. vbi repugnantia n. 2.* veluti †
ſi in libello ageretur, præſentia, & abſentia: Furor & ſana mens in eadem perſona & eo-
dem tempore, actus coactus; & ſpontaneus, virginitas, & corruptio, & *gloſ. in clem. fin. de
teſtib. Cag. in d. l. vbi repugnantia n. 2. per Alc. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 31. num. 2.* 3. & pro-
pterea actor repellitur, ab omni iudicio, q contraria proponit. *Men. d. quæſt.* 41. *in pr.* Vbi
ampliat.

Ratio vero concluſionis eſſe creditur, quia cum contraria ſimul eſſe non poſ-
ſint, & naturaliter inter ea repugnantia ſit. *l. ius noſtrum non patitur. ff. de reg. iur.* & vnius
8 incluſio, alterius ſit excluſio *clemen. gratiæ extra de reſcript.* quod placet etiam Philo-
ſophis, dicentib. contraria mutuo ſeſe inuicem † expellere, ſiue fuerint contraria pri-
uatiuè, ſiue poſitiue, vt album, & nigrum, tenebræ, & lux, teſtamentum, & codicilli de
eadem re, *Bar. in rub. & l. 1. ff. de iur. codicill.* dicens, quod clauſula codicillaris non valet,
quando teſtamentum, valet, vt teſtamentum malum, & bonum, *Cag. in d. l.* vbi repug-
nantia *ff. de reg. iur. n* 2. merito ſibi inuicem fidem derogant; *l. 1. C. de furt. l. ſcript. C. de fide
9 inſtrum. & d. ratio* colligitur ex *Cag. in d. l. vbi repugnantia n. 1.* Alia non abſimilis ratio eſt,
me Iudice, quia cum actor credatur † accedere paratus, cum debeat ante rem explo-
rare, & tunc ad agendum procedere. *l. qui in vltimis. ff. de regulis iuris* quare cum ſciat
is vnum ex contrariis eſſe falſum, merito allegans vtrumque cenſetur eſſe in dolo, ad-
eo quod nec legislator poteſt in eſſe deducere repugnantia *Bald. & Doctor. in l. fin. Codic.
de eden.* Refert *Cagnol. dict. l. vbi num.* 3. Non obſtant allegata ex aduerſo, & ad primum
reſponſio eſt, quod regula fallit ex allegatis rationibus ſpecialitatis; itidem ſolotio eſt;
quia ſpeciale ſit, dicit *Cagnolus. in dict. leg. vbi repugnantia, in vltima limitatione numero
vndecimo*, & ratio limitationis eſt, quia durior eſt cauſa petitoris, quam rei *l. in eo. ff. de
regulis iuris l in pari eodem titulo* ratio rationis eſt ſupra allegata, quia actor accedit para-
tus, reus multa ex improuiſo dicere cogitur, quod tradidit *Ariſtot. in problemate*, & re-
latum eſt, in adagiis emendatis, in princ. æquales calculi. *Menoch. dict. loco præſumpt. 42.
in principio.* præterea dicta limitatio in Reo, quæ ponitur per *gloſſam in ca. ſub delegato in
10 verſic. contrarius de offic. deleg. in 6.* declaratur à *Franc. in dicto. cap. nullus pluribus.* Plane
dicta præſumptio, quod actor allegans contraria, credatur eſſe in dolo poteſt iure † li-
mitari, vt non obtineat, quando illa contrarietas poſſit aliqua deciſione adiuuari, vel
aliquo legitimo modo remoueri, cum quælibet diſputatio ſic debeat ſemper intelligi;
ne ſibi contradicat ſi fieri poſſit, §. *quibus in prima conſt. C. §. cæterum in auth. de fide inſtru-
ment. cap. inter dilectos de fide inſtrument. Dec. in d. l. vbi, & in l. fin. C. de edend. & in conſ. 195.
col. 2. & conſ. 654. Alex. conſ. 156. & 170. & 190. n. 4. li. 6. Cag. in d. l. vbi repugnantia.* præter ci-
11 as authoritates citatas à *Baldo, & Caſtrenſe; in l. 2. ff. ne quis eum qui.* Limitatur quoque vt
non procedat, ſi actor allegaret † contraria remedia, non eodem tempore, ſed
ſucceſſiue. *Cagnol. dict. leg. vbi numero ſeptimo, ex authoritate Bartoli Iaſon. Alexand.
& aliorum in l. naturaliter. §. nihil commune in tertia lectura. ff. de acquir. poſſeſſione.* Reſtringi-
tur etiam multis modis, vt per *Menoc. d. quæſt. 41. vbi à n. 5. vſque in finem ſexdecim declara-
12 tiones, cumulat.*

Q. 3. Quæro actor examinauit teſtes ad æternam rei memoriã, in caſib. ſc. quibus †
conceſſum eſt, enumeratis à *Practi. Papienſi in for. capitulorum, quando teſtes producantur*

ad æternam rei memoriam num. 1. & 2. Menoch. de arbitr. Iud. caſu 62. poſtea non intentauit
actionē, ob q̄ curauit teſtes illos examinari intra annū, ſed eo elapſo, voluit de ſuo iure
experiri. An præſumatur eſſe in dolo, & dato q. ſic, quænam erit iſta præſumptio, iuris
tantum, an iuris, & de iure? ad primum, ſtãdu videtur ſententiæ negatiuæ, ex vulgata
regula, quod inducta ad vnum effectū nō debent diuerſum effectū operari. *l. nō omnis.
ff. ſi cert. pet. l. legata inutiliter. ff. de legat. 3. l. legata inutiliter. ff. de adimend. leg.* examinatio rei
ad æternam rei memoriam fit, ne ſcilicet pereat probatio, morte, abſentia, vel aliquo
impedimento teſtium, *c. quoniam frequenter iuncta gloſſ. & ibi Innocen. extra vt lit. non con-
teſtat. Doct. in l. lege Aquilia, ſi deletam. ff. ad legem Aquiliam,* notatur in *authent. de teſtibus. §.
penult. l. ſed ſi ab aliquo. l. curent. ff. de teſtib. Speculat. in titul. de teſte. §. nunc tractemus. Pract.
Papiens. in loco ſupra citato numero 2.* quomodo igitur poteſt doli inducere probationem?

13 Contraria † tamen ſententia, iure probata eſt, per textum in *d. c. quoniam fre-
quenter, & ibi gloſſ. in verſ. fraudem, & Bald.* quoque nec non *Alciat. in 2. parte præſumpt.
num. 17. verb.* ad ſupradicta etiam facit, *Menoch de præſumpt. lib. 2. quæſt. 54. num 3.* vbi ali-
os allegat ratio colligitur ex *d. c. quoniam contra,* non aduerſatur contrarium, ſiquidem
non examinatio teſtium, ſed procraſtinatio productionis teſtium doli præſumptio-
nem inducit, quoniam non eſt veri ſimile, quod ſi teſtium feciſſet examinationem,
ad finem ne interiret probatio, nō diſtuliſſet tam diu litem mouere. Circa ſecundum
videtur, talis præſumptio iuris eſſe, tum ea ratione, quoniam admittit probationem
contrariam, ſecus eſt in præſumptione iuris, & de iure. *L. antiquæ. C. ad Velleian. l. fin. C. ad
Macedonian. l. fi. C. arbitr. tutelæ, l. à diuo Pio §. ſi pignora. ff. de re iud.* Alexan. *conſ. 47. & conſ. 91.
col. fin. vol 6. Rom. conſ. 350. Marſ. in l. 1. §. ad quæſtionem in fine. ff. de quæſt.* nec mirum, quia
iſta præſumptio eſt diſpoſitio legis, ad aliquod præſumentis, & ſuper præſumpto, tam-
quam ſibi comperto ſtatuentis, *Alciat. in 2. parte præſumpt. num. 5.* vbi dicit etiam appel-
lari præſumptionem iuris, quæ vulgo eſt introducta & de iure, quia ſuper illa lex indu-
cit firmum ius, & habet illam pro veritate, antecedens probatur, ſiquidem poteſt pro-
bari, quod nondum lapſus fuerit annus, in quo erat agendum in iudicio ſuper cauſa,
cuius occaſione erat facta teſtium examinatio, *Alciat. d. loco num. 6.* vel quod actio mo-
uenda erat conditionalis, vel in diem, ita quod non eſſet in facultate actoris agere.
Menoch. d. quæſt. 54. num. 3 40. & præterea. Cæterum hanc eſſe præſumptionem iuris, &
de iure, probat *Alciat. d. 2. part. num. 17. Andreas Gayll. in lib. 1. practicarum obſeruat. citatus à
Menoch. d. quæſt. 54. num. 3.* nec ad rem pertinet allegata ratio in contrarium, nam inquit
Alciat. licet aduerſus præſumptionem iuris, & de iure non detur probatio in contrari-
14 um, fallit multis modis, ibi per † eum enumeratis, maxime vero per indirectas pro-
bationes, cuiuſmodi eſt illa probatio, quod non fuerit elapſus annus producendi li-
bellum, in ea cauſa, vel vt arbitror, quia ſimilis probatio non venit contra præſumptio-
nem, ſiquidem anno nondum præterito, vel actione, quæ erat mouenda non puri-
ficata, non eſt adhuc à lege facta præſumptio, quæ ita demum fieri dicitur, ſi elapſus
ſit annus, vel purificata ſit actio, & ideo illa probatio de qua in argumento contrario,
tendit magis ad oſtendendum, quod nō ſit factus locus præſumptioni, quæ dirigitur
contra præſumptionem.

Quæſt. 4 Quarto quarto Titius habebat fundum venalem; Meuius vt deterre-
15 ret † emptores, mouit aduerſus eum proprietatis quæſtionem, nemo enim rem li-
tigioſam emit, non ſolum ob moleſtias litium, ſed ob pœnam, de qua in authent. de li-
tigioſis, ea ratione deſtituitur Titius emptore, & tunc Meuius recedit à lite, an ei com-
petat actio de dolo aduerſus actorem, & ad deſiſtentem videtur quod non, quia do-
lus iſte non eſt pernicioſus, neque enim attenditur dolus non nocens, integra enim ei
res ſua relinquitur, & poterit emptorem inuenire, præſertim cum non conſtat, quod
aliquis emptor ſit inuentus. In contrarium eſt tex. apertus in *l. rei dolo, quem Bart. & Bald.*
ita ſummant; qui tibi rei tuæ venditionem impedit, tenetur actione doli, vel in factū;
doli quidem ſi non eſt de perſonis exceptis, vt gloſſ. ibi perpendit, vel ſola competit a-
ctio in factum, contra quemcunque ſi modo velit actor, ei reuerentiam habere; quip-
pe concurrit cum actione de dolo, ſicut notanter inquit ibi *Bart.* ratio eſt, quia machi-
natus eſt, in perniciem alterius. *l. 1. §. 1. ff. de dolo.* nec debet impedire commercium, re-
rumque venditionem, quæ iuriſgentium eſt, aduerſus publicam vtilitatem. *leg. 1. ff.
de contrahend. empt. §. ius autem gentium de iure naturali gentium & ciui.* & intendi-
tur iſta actio pro indemnitate Titii, qui opportunitatem emptoris, dolo aduerſarii
amiſit: vt ibi ait text. ſed an ad expenſas, & ſumptus, agere poſſit *Bald.* ibi declarat, di-
cens

Digitized by Google

ſens eum textum eſſe notabilem contra eos, qui in ſtandem faciunt rem aliquam religioſam vt impediant alienationem. Nec officit obiectum, ſiquidem verè dolus fuit pernicioſus, ob omiſſam opportunitatem emptoris, nam mutatur facile precia rerum *l. precia rer. ff. ad l. Falcid. l. ideo. ff. de eo quod certo loco*, nam quanti momenti ſit occaſio opportuna explicat *Auſonius in epigramm.* facit. *c. cum ex eo ex. de elect. Ioan. Andre. & Archid. in c. ſi quando, de procurat. li. 6. & Cic. 1. de inuent.* occaſio inquit, eſt pars temporis, habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem.

16 *Quaeſt.* 5. Quaero cum Stichus rem meam poſſideret, & eſſet iam etiam † in vſucapionis fine, ad eam interrumpẽdam iudicium moueo rei vendicationis, Caius quidam, qui rem illam non poſſidebat, quaſi poſſideret, obtulit ſeſe liti, & iudicatum ſolui ſatis dedit, & fuit abſolutus, quoniam ante litis conteſtationẽ agere deſtiti, dicens ſe non poſſidere; Nũquid actio mihi doli competit aduerſus eum? & nequaquam competere videtur, dicendum. Primum quia pœna eius, qui ſeſe offert liti, eſt expreſſa in *l. is qui ſe obtulit, cum l. ſeq. ff. de rei vend.* vbi *gl.* colligit, hanc diſtinctionem in verſiculo abſoluendus. nempe, cum quis ſeſe offert petitioni, ſiquidem actor ſcit, eum non poſſidere, tunc nec ante litem cõteſtatam, nec poſt, poteſt aliquid actor imputare reo, quia ipſe à ſe ipſo decipitur per *l. ſequentem & l. qui ſe litι. ff. de petit. hæred.* ſi vero actor ignoret, & reus vſque ad litem conteſtatã perſiſtat in contradictione, tenetur omnimodo, nec debet abſolui; *d. l. qui ſe obtulit in ver. ſi actor ignoret.* ſi vero ille, qui ſe obtulit volebat pœnitere. Iterum diſtingue, ait Stichus actor à certa perſona volebat petere, puta à Claudio, & tunc etiam ante litem conteſtatam, non licet offerenti pœnitere *l. ſin autem in pr. ff. de rei vendicat.* Aut actor incertus erat a quo peteret, quia adhuc poſſeſſorẽ ignorabat, & tunc licet offerenti pœnitere, ex qua diſtinctione plane colligitur, nunquam competere actionem doli.

Secundo confirmatur; quod interpoſita ſtipulatio, iudicatum ſolui. quæ continet dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe. *l. iudicatum ſolui. ff. iudic. ſolui*, debet agi ex ſtipulatione, non de dolo, ſiquidem clauſula doli, actionem parit ex ſtipulatu. *l. 4. ff. de doli mali except. l. eleganter. §. non ſolum. ff. de dolo.*

Tertiò corroboratur per tex. *in l. ait prætor. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maio.* vbi actori, qui non potuit litem conteſtari ad interrumpendam vſucapionem datur reſtitutio, ergo ceſſat actio doli *l. 1. §. idem Pompo. refert. ff. de dolo.* Verum in contrarium eſt tex. *in l. pen. ff. de dolo*, quem *Bald.* dicit eſſe mirabilem contra opponentes de proceſſib. perperam; ibi quamuis abſolutus ſis de dolo tamẽ teneberis, & ita *Sabino* placet ratio eſt, quia vere dolo fecit, cum in alterius damnum ſeſe obtulerit liti, ideoq; procedit ille tex. ſecũdum *gl.* 1. ſiue definitiue ſiue ab obſeruatione iudicii abſolutus fuerit. Similis eſt *tex. in l. 48. ff. de petit. hæred.* vbi qui ſeſe obtulit, iudicio petitionis hereditatis ex dicta clauſula tenetur. Nec mouent allegata ex aduerſo & ad primum poteſt colligi ſolutio ex *gloſſ.* 1. dũ ait, quod in *l. contraria*, ſc. is, qui ſe obtulit, procedit quando actor non habebat certam perſonam, à qua peteret, licet deſtinaſſet petere, vel ibi obtulerat ſe liti, ſine cauſa, cum non poſſideret, nec dolo deſiſſet poſſidere, hic vero cum cauſa doloſa, ſc. vt alter, qui poſſidebat, vſucaperet, ibi non conſtat de dolo, ſecus in caſu noſtro.

Secundum argumentum etiam diluitur ex *glo. 2. in verb. de dolo*, nimirum quod àgitur ex dolo commiſſo, in eo quod ſe obtulit liti; ante commiſſam ſtipulationem iudicatum ſolui, non de dolo poſtea facto, tunc enim eſſet locus argumento.

Ad tertium quoq; eadem gloſſa reſpondet, procedere quando dolus fuit ab aduerſario principali commiſſus, hic ab extraneo, ratio eſſe poteſt, quia ob delictũ extranei non debet reſtitutionem pati is, qui bona fide compleuit vſucapionem, ſed ex ſuo proprio; Quippe alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. *l. non debet iuncta gl. quæ* plura iura deducit. *ff. de reg. iur. Soc. in l. Iulian. col. 2. ff. de cond. & demonſt.* Hic quæri poſſet, quando dolo actoris fuit lata ſententia; an ipſo iure valeat, vide *Bald. in l. eleganter. §. ſi poſt. ff. de condict. indeb.* & dicam infra.

Q. 6. Quaero appellat aliquis extra iudicium, quod fieri poſſe probat *Abb. in c. bonæ memoria col. 1. & 2. ex. de appell.* & ibi *Philipp. Franc & in c. cum ſit eod. t. Marant. de ord. iud. diſtinct. 6. n. 27. & part. 6. in t. de appell. n. 158.* & appellans non eſt proſequutus appellatio-
17 nem intra annum, an dicatur † dolo feciſſe? & videtur quod non, quia appellatio nõ fit ad decipiendum, vel circumueniendum, vt eſt natura doli. *l. 1. §. 1. ff. de dolo*, ſed ad reparandum grauamen illatum per ſententiam, eſt. n. appellatio, prouocatio ad maiorem iudicem, ratione grauaminis illati, vel inferendi, *Abb. Philipp. Franc. Bal. in rub. ex. de appell.*

Doct. in c. vt debitum ex. de appellat. vbi & à futuro grauamine poſſe appellationem interponi expreſſum eſt.

Contrarium probat *Lucas de Penna in l. quemadmodum verb. 34. C. de agricol. & cenſit. lib.* 10. Ante eum not. *Innoc. in c. dilecti Fely. nu. 3. ex. de maior. & obedient. per tex. in c. cum dilecti ex. de dolo.* Vbi vide rationem.

Q. 7. Quæro actor ſuper deductis in ſuo libello formauit, vt fieri ſolet, poſitiones,
18 eſt autem poſitio breuis narratio factum continens ad eliciendam † veritatem concepta ſecundũ *Bal. in l. 2. §. quod obſeruare col. fin. C. de Iuram. calu. Specul. in tit. de poſit.* §. 1. Vel eſt pars intentionis continens id, ſuper quo quis petit ab aduerſario reſponderi. *Bald.*
19 *in l. generaliter. §. ſed iuramento. C. de reb. cred.* ad eas aduerſarius † varia, vel contraria reſpondit, an credatur doloſe reſpondiſſe.

Et negatiua ſententia potior eſſe videtur, quia variatio ſæpe in iure pmittitur *Bar. in l. ſi ſeruus. §. fi. ff. de act. empt. in l. de reb. ff. rer. amot. in l. nonnunquam. ff. de collat. bonor.* & in *l. ſerui elect. vbi & alii Doct. ff. de l. 1. c. cum in multis ext. de reſcript. in 6. l. in cauſa ff. de procura. Dyn. Ioan. Andr. in regula mutare conſilium de reg. iur. in 6. Panorm. in c. bona memoria de poſtu. prælat. in 4. col. Innoc. in c. noſtr de electionib* dolus autẽ malus nunquam eſt iure permiſſus. Secundo facit in terminis gl. in *c. vlt. ex. de iureiur. in 6. Soc. conſ. 97. nu. 11. & 12. li. 4.* ſed in poſitionibus variatio conceſſa eſt.

20 Contrariũ † tamen videtur magis probandum ex his, quæ tradit *Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſump. 31. arg. tex. in c. 1. & benef. eccleſ. ſine diminut. confer.* vt in terminis in *l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig confert tex. cum ibi notat. in c. fin. de iureiur. in 6.* vbi reſpondens contraria, & diſcrepantia poſitionibus punitur amiſſione cauſæ per prædictam rationem, adeo vt varia, & contraria reſpondens cenſeatur periurus, & ob id periurii pœna puniatur nouiſſime *Menoch. de præſumpt. li. 2. quæſt.* 43. Ratio eſt, quia, vt arbitror, in varietate iniquitas, & abſurditas ineſſe videtur. *l. ſi quis iuſiurandum. C. de reb. cred.* Alia ſpecialior ratio eſſe poteſt. Quia aut reſpondens poſitionibus non eſt informatus, & debet petere tempus ad deliberatè reſpõdendum, quod iure communi receptum eſt. Aut eſt informatus, & tũc cum veritas ſit vna, variando recte videtur dolo facere, eſt enim aperta fraudulenti eius animi coniectura, ſufficiens ad dolum probandum *l. dolum. C. de dolo.*

21 Non faciunt vim allegata ex aduerſo. Et ad primum reſponſio † eſt, quia & ſi in multis iuris articulis, non ſit variatio prohibita, in terminis tamen noſtris videtur reiecta, vt conſtat ex Alciato, & ex aliis nuper adductis. Ad ſecuudum quoque reſpondetur toties obtinere, quoties is, qui reſpondet varia poſitionibus, animo corrigendi quod prius dixerat, vt quando negauit, & poſtea confeſſus eſt, reuocaturus negationẽ antequam ſuper negata poſitione examinarentur teſtes, ita declarat *Menoch. dict. quæſt. 43. num. 2. & 3.* & ita loquuntur *Soc. & alii ſupra allegati.* Amplia vt procedat etiã in reo, qui varia reſpondet poſitionibus, vt per *Men. d. loco in princ.*

Q. 8. Quæro etiam in eadem materia poſitionum, Reſpondit aliquis poſitionib.
22 à reo † productis, dolo producentis circumuentus; putà quia vidiſſet iuramento aduerſarii confirmatas, vel alio modo perſuaſus illius vafro cõſilio, poſitiones confeſſus eſt, mox dolo cognito, volebat reuocare confeſſionem, tamquam dolo extortam, an liceat? Videtur quod non per tex. in *l. de ætate. §. pen. ff. de interrog. act.* vbi ob culpam dolo proximam non reuocatur confeſſio *Bal. in l. error n. 2. prima oppoſ. C. de iur. & fact. ignorant.* Secundo facit in ſimili *tex. in l. 22. & 23. ff. de dolo,* vbi propter dolum non reuocatur iuramẽtum deciſiuum ergo nec cõfeſſio poſitionũ, quæ fit præſtito iuramento.

Tertio facit, quia is, qui facit poſitionem cenſetur fateri, adeo vt confeſſionem non poſſit reuocare, *Alex. conſil. 71 in 3. volum. Specula. or. in titulo. de poſit.* §. 10. *Marant. parte ſexta. cap. de poſit. verſic. 6.* ergo à pari, nec ille reuocabit, qui confeſſus eſt reſpondendo.

23 Cæterum † contraria ſententia frequentius recepta eſt, vt per Bart. *Bald. in dict. l. error. C. de iur. & fact. ignorant.* defendens a contrarietate *Bart. verò, vt ergo ſalues Bart. Iaſ. in d. l. error num.* 19. eundem probat, & citat *Bart. & modern. in l. 1. ff. de eo per quem factum erit, & in l. non fatetur in 3. colum. C. de confeſſ. & in l. poſt legatum, colum. penul. in princip. ff. de his quib. vt indign. Bald. in l. ſiquidem. C. de except. & in l. de tutela. C. in integrum reſtit. in c. fin. §. iuſſus. ff. de appellation.*

24 Ratio † eſt. quia nemo debet ex ſuo dolo lucrum ſentire. *leg. prima. ff de dolo.* & quia in eo debet quis pœnitere, in quo deliquit, nam delictum fuit in poſitionibus

ſionibus,vt releuetur ab onere probandi, *c. ſtatuimus de confeſſ. lib. 6. Speculat. in titulo de poſit. §. 2. Marant. citat. loco num. 1. verb.* vnde in effectu merito ne releuetur ab illo onere debet confeſſio reuocari. confirmatur à ſimili, nam licet error poſt ſententiam non poſſit regulariter allegari, fallit, vbi error proceſſerit ex perſuaſionibus aduerſarii, *gloſſ. magiſtral. in dict. l. error* quam laudat *Iaſ. ibi num. 18. verb. in quinta parte gloſ. Bald. ibi num. 5. in tertia oppoſitione.* Suffragatur etiam hiis dictum *Bald. in l. 1. circa princip. C. ne filius pro patre* ſequitur, & commendat *Alex. in l. 1. ff. de condict. indeb* & refert idem *Iaſ. dict. l. error dict. num. 19* quod ſimplices homines, qui inducuntur perſuaſionibus aliorum ad ſoluendum in ea cauſa ſunt, quoad repetitionem, ac ſi ignoranter ſoluiſſent. Ampliatur, vt procedat etiam in reo reſpondente propter æqualitatem rationis. Ampliatur, vt procedat etiam ſi conſtet de dolo poſt ſententiam, vt patet ex *Baldo, & Iaſone in dicta l. error num. 19.*

Nec ad rem pertinent allegata in oppoſitum. Et ad primum ſolutio eſt ex *Bald. dict. l. error in prima oppoſitione*, nam verè ibi dolus erat commiſſus à confitente, non autem erat alterius dolo deceptus, ibi confitens erat in lata culpa, quæ dicitur dolo proxima hic confeſſus dolo fuit circumuentus. Eódemque modo diſſoluitur ſecundum obiectum, ex *dict. l. 22.* quippe non ille dederat iuſiurandum, ſed is qui iurauerat dolo fuerat, rurſus eſt ſpeciale ibi propter tranſactionem, & quia peierat non remanet impunitus, cum periurii pœna plectatur *d. l. 13.* at niſi in propoſito non reuocaretur confeſſio, doloſus ille non modo non puniretur, ſed lucrum ſentiret.

Tertium quoque diluitur. Nam procedit vbi ex neutra parte ſit dolus; confirmatur, nam licet ponens videatur fateri, nec poſſit reuocare poſitionem illam confeſſatam, fallit vbi conſtat de errore, *Specul. in dicto tit. depoſit. §. 10. colum. 1. Marant. in ſexta parte tit. de poſition. numer. 6.* verbo differunt etiam, ergo etiam confeſſus per reſponſionem debet poſſe reuocare, probato errore, qui maximè in dolo detegitur.

Quæſt. 9. Sed iam ad dolum rei deſcendo; cuius occaſione quæro, an reus videa-
25 tur eſſe in dolo, quando contrariis exceptionibus vtitur, † quemadmodum diximus paulò ſupra in actore qui contrarias actiones proponit, & affirmatiue videtur reſpondendum, quoniam actor, & reus ſunt relatiua in quib. diſpoſitio vnius porrigitur ad alium. *l. fin. cum ibi not. C. de indict. viduit. tollend.*

Secundo in terminis iudiciorum, reus in princ. & in medio cauſæ non eſt melioris conditionis, quam actor, nam in principio fauetur magis actori, in medio, æqualiter fauetur vtrique *Iaſon. in leg. exigendi. Codice de procurat.* & diximus ſupra *in quæſtio. de actore.* Dolus in actore præſumitur ſicut probatum eſt, ergo in reo.

Tertiò confirmatur ex his, quæ tradit *Socin. l. nemo prohib. n. 5. ff. de excep. Dec. in l. nemo ex his n. 7. ff. de reg. iur.* quod ſcilicet reus pluribus contrariis exceptionibus vtens punitur pœna mendacii.

Quartò ſi reus vtatur vna ſola exceptione, quæ eſt in ſe ipſa contraria, vt appello nomine meo, & nomine alieno iuxta *l. 2 §. ſed alias. ff. quando appell.* ſit, prohiberur experiri, propter præſumptum dolum; ergo à pari idem cogemur reſpondere quando ſunt plures exceptiones contrariæ, quæ enim poteſt allegari ratio differentiæ inter vnam in ſe contrariam, & plures contrarias.

26 Contraria † tamen ſententia communiori ſuffragio recepta eſt, nam reo permiſſum eſt pluribus contrariis exceptionibus experiri, ergo non creditur doloſus iis vtens, quia lex dolum non permittit vnquam, imo prohibet, antecedens tradunt. *Iaſo. & caeteri in l. 1. num. 22. C. de furt. Decius, & alii recentiores in l. nemo ex his. ff. de reg. iur. c. nullus pluribus de regulis iuris in 6.* Ratio concluſionis eſt, quia reus non creditur poſſe venire ita paratus ad iudicium, ſicut actor, ideo illi magis fauendum; ſiquidem actori placet quando velit accedere ad iudicium. Reus cogitur ſtatim reſpondere. Qua ſtante inter actorem, & reum diuerſitatis ratione; tolluntur duo priora argumenta contraria.

Tertium quoque ſoluitur dicendo eſſe in his habere locum, in quibus mendacium punitur, non generaliter; & ita declarat *Soc.* allegatus, & tradit eleganter, *Menoch. de præſumption. quæſt. 42. numer. 9. lib. 2.* vbi egregiè hunc articulum explicat; Vltimum commouetur. primo quoniam non ſequitur, prohibetur proponere vnam exceptionem, quæ in ſe contraria ſit, ergo non ſit propter dolum.

Secundo vnam exceptionem ſibi contrariam allegare, prohibitum inuenitur, *dict. l. 2. §. ſed ſi alias*, plures, aut contrarias exceptiones proponere conceſſum, *dict. l.*

nemo ex his de regulis iuris, *Iaſon. in lege primo*, *numero vigeſimoſecundo*, *Cod. de furt.* Tertiò
27 diuerſitatis ratio eſt: quia plures † contrarias exceptiones proponens, vnam tantum probat & proſequitur. *Alexand. in leg. ſi alienam columno ſecundo*, *ff. ſolut. matrimonio. Socinus in dicta lege nemo prohibetur de except.* Atqui vnam exceptionem contrariam in ſe ipſam proponit, non poteſt pro parte probare, & pro parte omittere, & ideo integram prohibetur deducere, ſiue proponere in iudicio, vt mea fert opinio. Manet ergo firma hæc concluſio; quæ pluribus modis limitatur a *Menoch. dict. libr. 2. quæſt. 42.*

Quæſt. 10. Quæro. Reus actione rei vendicationis, vel alia reali conuentus, poſt
28 datum libellum deſiit poſſidere; An videatur dolo deſiiſſe † poſſidere; & videtur quod non, quia dolus eſt delictum, præſumptio autem delicti in dubio nõ eſt capienda *l. merito. pro ſocio*, fieri enim poteſt, vt quis deſinat poſſidere ſine dolo malo. *l. 4. §. item* fieri poteſt vbi *Vlpian. ait*, quod ſæpe inuenitur aliquis, qui malit re carere, quam litigare, & cogitatio eius, qui lites execratur, non eſt vituperanda.

Sed tamen contraria ſententia eſt magis communiter probata per *Bartol. in leg. qui petitorio. ff. de rei vendicat. in leg. ſin autem. §. ſecundo, ff. eodem titulo in l. ſi rem meam in principio ff. de exception. rei iudic. in leg. non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper. nunciat. Dynus in regula pro poſſeſſore numero quarto, de regulis iuris in ſext. Accurſius in leg.* Fulcinius. *§. ſed & is qui, in verbo animas enim. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſio. eat. ut Petrus de Suſar. in dict. leg. ſin autem §. poſſidere. ff. de rei vendicat. facit* Alex. *conſ 73. in prima colum. volum. 3. tradit Maſcard. de probat. volu. 1.*

Ratio huius opinionis videtur, quoniam cum dolus conſiſtat in animo, & propterea non niſi coniecturis poſſit probari. *leg. dolum Codice. de dolo.* nulla videtur poſſe alia capi præſumptio quam doli, in huiuſmodi alienatione poſt datum libellum, ideoque lex eam præſumptionem facit ex coniecturato animo alienantis poſt tempus dati libelli. Nec mouet ratio contraria, nam licet verum ſit poſſe aliquem ſine dolo malo deſinere poſſidere. *dicto. lege. quarto*, *§. primo*, tamen non eſt hoc veriſimile in alienatione poſt libelli porrectionem, ſicut in ſimili, Emptor, cui fuit ab aliquo facta proteſtatio, ne emeret à Titio fundum, quia dominus ſit; ſi emerit dicitur eſſe in mala fide *Bart. in l. Celſus. ff. de vſucapion.* tametſi potuerit eſſe in bona fide, quia crederet illam denunciationem calumnioſam; Veroſimilius eſt enim dolo feciſſe, quàm tædio litium, alioqui raro eueniret, quod deſinens
29 poſſidere cenſeretur dolo deſiiſſe poſſidere; † Ampliatur ſecundum *Bartolum in dicto lege qui petitorio*, *& Maſcardus ſuper citato loco*, quando actor non dedit adhuc libellum, ſed dixit ſeſe daturum; confirmatur ex traditis per *Alexand. dicto conſilio ſeptuageſimotertio. numero ſecundo. volum. tertio.* dicens, quod ſi proteſtor, vel denuncio, ne illam rem, quam poſſides alienes, quia intendo te pro illa conuenire, tu ſpreta proteſtatione alienas, præſumeris dolo alienaſſe, maxime ſi hæc denunciatio facta fuerit, authoritate Iudiciali, ex Doctori. *Bartol. in lege non ſolum. §. morte in ſecunda ſpecie proteſtat. in verſic circa tertium quando per talem.* Nec non quando ille qui denunciauit certat de damno euitando, argumento *l. ſi fundus. C. de rei vendic. l. ut prætor. §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraud. credit.*

Quæſtio vndecimo, Quæro reus fuit abſolutus propter ſuum dolum, quo circumuenit actorem, cui perſuaſit, pecuniam, quam petebat eius ſeruo, vel procuratori ſolutam fuiſſe.

30 An competat aduerſus † eum actio doli, & competere probat textus in *leg. Seruus. ff. de dolo. in §. ſi perſuaſeris*, nam ibi Paulus ait, Quod ſi mihi perſuaſeris nullam ſocietatem tibi fuiſſe cum eo, cuius hæres ſum & ob id iudicio te abſolui paſſus dandam mihi de dolo actionem Iulianus ſcribit.

Secundo confert textus in *leg. eleganter*, *§. ſi dolo. ff. eodem.* In quo Iuriſconſultus ait, ſi dolo malo procurator paſſus ſit vincere aduerſarium meum, ita vt abſolueretur, an de dolo malo actio mihi aduerſus eum, qui vicit, competat, & ſi ille, qui fuit abſolutus, non ſit paratus in ſe transferre iudicium ſub hac exceptione, ſi colluſum ſit cum eo de dolo conuenitur, vt ibi à contrario ſenſu, id quod etiam obtinet, ſi procurator ille doloſus, non eſſet ſoluendo, & ibi, aduerſus eum agi non poſſit.

Contra-

Contrarium tamen definit *Paulus in l.cum à te pecuniam.ff.eodem tit.de dolo, vbi Bart. & Bald.& idem Bart.in l.eleganter.§.ſi dolo perſuaſerit,& in l.ſi ſeruus.§.fin.* & vbique dicit
31 communiter Doctor: ita † tenere, & ita veritatem eſſe, nempe agendum eſſe priſtina actione, & ſi obiiciatur exceptio rei iudicatæ, replicationi locum eſſe, ſcilicet doli, *Iaſon.in l.admonendi in prima oppoſit.colum.4.ff.de iur.iuran.* ratio deciſionis eſt, quoniam toties ceſſat actio doli, quoties aliud remedium competit, *leg.1.§.ait prætor.* & §. *idem Pomponius.ff.de dolo*, ideo cum alio modo in propoſita ſpecie mihi ſuccurri poſſit, nimirum quia exintegro agere poſſum, ceſſat actio doli, *d.l.cum à te*, quam *Bologn.in apoſtil.* dicit eſſe ſingularem, & notabilem, ad hoc, quod ſicut abſolutoria lata ſuper vero debito non tollit obligationem naturalem. *l.Iulianus verum debitorem, cum ibi plene not.ff.de condit.indeb* procedit etiam ſi creditor deceptus aſſentiatur ſententiæ, vt notabiliter dixit Baldus ibi:addens etiam, quod licet ſententia ſit retractabilis, tamen inſtantia eſt finita.

Non habent vim adducta in contrarium, nam *Bart.in d.l.ſeruus, & in d.§.ſi dolo,* ſequutus mentem *Accurſ.* reſpondet ad vtrumque obiectum. Aut reus offert ſeſe paratum ſuſcipere iudicium, & conuenitur actione priſtina, non de dolo. Aut ſe non obtulit, & competit contra eum actio primum ad verum debitum, ad expenſas vero, & cætera damna, actio de dolo, & ita dicit intelligendas eſſe leges contrarias ex intentione & doctrina & gloſſa in dicto. §. *ſi perſuaſerit*, quæ ponit alias ſolutiones, quibus tollitur magis difficultas, nempe quod ibi erat exſtincta actio pro ſocio, acceptatione vel ſtipulatione, quæ licet videatur diuinatiua, tamen non caret meo iudicio defenſione, quia cum in *d.l.cum à te*, denegetur actio doli, quia alio modo ſit creditori ſuccurſum, in *d.§.perſuaſerit*, concedatur, ergo alio remedio non poterat ſubueniri.

Nodus etiam *d.§.ſi dolus*, diſſoluitur, vt arbitror apertiſſime, nam ſi aduerſarius paratus ſit iudicium ſuſcipere. Sub illa exceptione ſi colluſum non ſit, ceſſat actio doli, ex illa iam adducta ratione, quippe quia alio modo ſuccurſum eſt decepto. Si vero non ſit paratus iudicium accipere, non competit aduerſus eum actio de dolo, ſi procurator, qui paſſus eſt eum abſolui ſoluendo ſit, atque ita eadem ratione, quia decepto creditori alio remedio ſubuentum eſt. Sed ſi procurator non ſit ſoluendo, tunc in ſubſidium datur contra doloſum actio doli, quaſi aliud remedium non competat, & ita ſunt intelligenda verba textus. Alioquin de dolo actio erat danda, ſi cum procuratore agi non poſſit, quia non eſt ſoluendo; ergo procuratore exiſtente idoneo, vt gloſſa notat; ceſſaret ab initio actio doli ſi anteaquam intentaretur aduerſus eam actio doli, Procurator deſineret eſſe ſoluendo, an detur actio doli contra principalem, gloſſa ibi ait dari quidem ſed per exceptionem poſſe elidi, argumento. *l. cum alij.Codic.de Curat.furio.* Ego puto conſiderandum, an is, qui contra procuratorem poterat experiri de dolo fuerit in mora, adeo quod ſua negligentia nomen debitoris ſit factum deterius, argumento eorum, quæ notantur per Doctor. in *leg. quod ſi.ff.ſi cert.petat.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.obligat.* vide *Roman.in l.1.numer.10. Cod.de aduocat.diuerſ.iud.*

Quæſt. 12. Quæro, cautio de dolo, quæ ſæpe à Reo præſtatur an ſit iudicialis,
32 an vero † potius communis, prætoria, & iudicialis, & ſane videtur eſſe communis, nam quandocunq; ex mero iudicis officio proficiſcitur, vt in §.*primo.inſt.t.de diuiſ.ſtipulat.in l.5.ff.de verbo.obligatione.* ibi iudiciales ſunt, quæ, duntaxat, à mero iudicis officio proficiſcuntur, veluti de dolo cautio, quandoque à Prætore deſcendit, vt in *l.1.ff.ſicut plus, quam per l.falcid.* ibi ſubuenit Prætor hæredi, & ibi quanti ea res erit tantam pecuniam det, doluſque malus abfuturus ſit, nempe quod rem deteriorem non fecit, nec interemit, *dict.leg.1.§.fin.* cum duobus ſequent. & in *l.1.ff. vt legatorum nomine caueatur.* legatorum nomine ſatiſdari oportere prætor putauit, vt quibus teſtator dari, fieriue voluit, eiſdem & detur, vel fiat, dolumque malum abfuturum ſtipulentur. *l.1.iuncta.leg.huic ſtipulationi.ff.de vſufruct.quemadmodum caueatur*; merito dicenda eſt communis iſta cautio doli, quippe communes ſtipulationes dicuntur, quæ interdum apud iudicem, interdum apud prætorem expediuntur, *dict.leg.5.in fin.1.§.* vbi ſtipulatio rem pupilli ſaluam fore, dicitur eſſe communis, nam prætor iubet rem ſaluam fore pupillo cauere, interdum, & Iudex, ſi aliter hæc res expediri non poteſt.

33 Pro concluſione † ita diſtinguendum eſt. Aut cautio de dolo petitur principaliter in iudicio, & ex ſe vt *dict.l.5.& §.primo.inſtitut.de diuiſ.ſtipulat.* & tunc eſt

mere Iudicialis ſicut ibi expreſſum eſt. Aut cautio doli venit acceſſorie, & in conſequentiam alterius, prout eſt quando petitur reſtituendum eſſe, quod habetur in plus quam lege Falcidia conceſſum ſit, & dolum abfuturum, atque ita hoc acceſſorie; ſimiliter quando petitur præſtaturum ſe eſſe legata, & dolum abfuturum acceſſorie, ſicut in dictis legibus continetur, & tunc erit communis, vt egregie declarat *Cardinal. Albanus, in dict. l. 5. ff. de verb. obligat. numero ſecundo verſic. aduerte, facit gloſſ. in dict. l. 5. in verſic. caution.* Nam quoties dicta cautio doli petitur acceſſorie, eſt communis, & quidem interdum a prætore expeditur, *d. l. 1. ff. ſi cui plus, quam per leg. Falcid. d. l. 1. ff. vt legat. nomin. caueatur,* nonnunquam à Iudice, vt *in l. creditor ff. de pignorat. act. in l. ſi poſt acceptum. ff. de rei vendic.* quas citat Accurſius; quid ſi cõtractus ſit bonæ fidei, & ſtricti iuris ſimul, propter adiectam ſtipulationem, an dolus dans cauſam reſcindit, vide *Iaſon in §. act. num. 33. Inſtit. de act.* vbi ſe remittit ad *Bald. in l. Dolo. C. de inutilib. ſtipulationib.*

Q. 13. Venio ad aliquas quæſtiones, quæ tum Reo, tum Actori poſſunt eſſe communes. Et quæro; An actor ſit in dolo, qui diſtulit ſua iura proponere, item an ſit in
34 dolo Reus, qui † ſuas exceptiones procraſtinetur deducere; & ſane neuter ita faciens videtur in dolo, & quoad actorem videtur eſſe plus quam manifeſtum ex *rub. & l. 1. C. vt nemo inuitus agere.*

Secundo ex *l. fin. C. de vſur. pupill. in princ.* vbi pupillus agere cum tutore, actione tutelæ non compellitur; & *l. creditor C. de pignorib.* in qua creditor vrgeri ad petitionem debiti iure non poteſt; Quo ad Reum, compertum etiam videtur ex *l. plerique iuncta. l. ſeq. ff. de in ius vocan.* nam ſi non ſe defendat, mittitur actor in poſſeſſionem bonorum eius, ſatiſq; pœnæ eum ſubire, quod ait Paulus, quod aduerſarius mittitur in poſſeſſionẽ bonorum eius. Contrarium tamen aſſerit *Crau. conſ. 75. n. 9. verſ. 1.* quia tam in Actore, quam in Reo, nam dicit, contra mulierem dolum præſumi; quia diſtulit proponere accuſationem falſi poſt ſententiam latam contra eam in fauorem hæredis vniuerſalis in remedio *l. fin. Cod. de edict. Diu. Adriani. tollen. ex tradit. à Bald. in conſilio triceſimoſeptimo quidam tabellio in fine lib. 1.* quem ſequitur, & refert. *Nicolaus Boerius deciſ. 42. num. 20. probat Maſcard. de probat. concluſ. 531. numero quinquageſimonona.* Idemque iuris eſſe in reo; qui nimium differat ſuas exceptiones deducere, ſcribit idem *Grauet. dicto conſilio ſeptuageſimoquinto, numero nono, Authoritate Ancarani conſilio ducenteſimotriceſimoquarto*; Caſus eſt talis. *Paul. de Caſtrenſ. conſilio 251, colum. 1. poſt medium, & conſilio ſeq. colum. 3. ante medium lib. 1. Federic. de Senis conſilio vigeſimotertio, colum. 2. & 3. in principio.* dicens quod ſuſpicio dicitur contra Parrochianum accuſantem prælatum de crimine & petentem eum remoueri, quando non ſe oppoſuit ſtatim, cum potuit, & ob id tum debet admitti ad accuſandum per *c. cum in ſua ex. qui matr. accuſ. & Crau. conſ. 65. col. pen. in princ.* conſulens ex longo ſilentio oriri ſuſpicionem, & *conſ. 28. & Federic. conſil. 93. Maſcard. d. concluſ. 89.* Confirmatur, quia dolus præſumitur contra tacentem beneficium ſibi cõpetens. *Caſtr. conſ. 411. viſo facto, & dubiis mihi traditis poſt n. 6. & ſequ. lib. 1. & Abb. conſ. 68. videtur 1. col. 1. n. 2. lib. 1. Maſcard. d. conſ. n. 38.*

35 Sed quando terminus dicatur lapſus ad † agendum, vel ad excipiendum, cũ non ſit certo iure definitum, relinquitur arbitrio Iudicis, vt mihi videtur argumento *tex. in l. 2. ff. de iur. deliberan.* & ex his, quæ tradit *Menoch. de arbitr. libr. 2. cent. 1. in proœm. & in caſu primo & ſequen.*

Non aduerſantur contraria, & primo quod de actore dictum eſt obtinet ab initio, vt declarat *gloſſ. in d. l. 1. C. vt nemo inuit. agere, per auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudic.* Secundo licet vera ſit negatiua, quod nemo inuitus &c. tamen nihil prohibet quin dolus præſumatur, ſi non agat, vbi iuſta poſſit oriri ſuſpicio doli, cum ex coniecturis probetur, vt ſæpe dictum eſt ex *l. doloſe. C. de dolo.* Et exemplum eſt apud *Crau. d. conſ. 75. num. 9. in fin.* Nam cum hæres vniuerſalis teſtamento ſcriptus ageret cõtra mulierem, quæ tenebat bona defuncti iure ſanguinis, intentans beneficium ex *leg. fin. Cod. de edict. diu. Adrian. tollen.* Mulier paſſa eſt pronunciari in fauorem hæredis; ſeſe ipſam condemnari, & poſtea conſtituit accuſationem de falſo, quod ſi ipſa ex veritate putaret falſum teſtamentũ, vtique pro cõfirmatione iuris, ſui non exſpectaſſet condemnationem, ſed ante accuſaſſet de falſo, & *Bald. conſilio 37. in fine* ait, quod ille, qui longo tempore, diſtulit inſtrumentum accuſare de falſo, præſumitur diſtuliſſe dolo malo, vt ſcilicet copiam probationum aduerſario ſubtraheret, puta morte teſtium, qui poſſunt confirmare teſtamentum.

Atque hæc ſecunda ſolutio videtur conuenire reo quoque differenti opponere exce-

re exceptiones ſuas, vt ſcilicet ex iuſtâ, & probabili cauſa credatur in dolo, vt in *conſ.*
Ancaran. 234. nu. 3. vbi dicit præſumi in dolo Reum qui poſt ſententiam opponit ex-
36 ceptionem vſurarum, quam antea potuiſſet proponere. † Actor, ſiue Reus, qui iudici
dedit pecuniam, vt in bona cauſa iudicaret præſumitur in dolo, & prodit cauſam *l. 2.*
cum gl. ff. de cond. ob turpem cauſam Men. de arbit. cent. 4. caſu 310. nu. 4. Didac. in reg. peccatum,
parte 2. §. 3. num. 2.

Q. 14. Quæro. Vnus ex litigantibus, ſiue actor, ſiue Reus, detulit Aduerſario iuriſiu-
37 randum litis deciſiuum & is falſo peierauerit, detectoq; † periurio, volebat is qui de-
tulerat agere contra peierantem, actione de dolo, an poſſit. Labeo IC. relatus a Paulo
in *l. quod ſi deferēte ff. de dolo*, dicebat competere, his, vt puto rationibus adductus. Quia
nullum relinquebatur læſo remedium, quo damnum ſuum emendaretur, argumen-
to *l. cum à te ff. de dolo.*

Secundo quia periurium non poteſt eſſe ſine dolo, cum Deum in teſtem voca-
uerit *l. fi. C. de fideic. l. 2. C. de iur. iur.*

Tertio quia aperiretur ampla feneſtra ad nequitiam, & ad periurium.

Quarto quia Iuramentum vim habet rei iudicatæ. *l. 2. in fine. ff. de iur. iur.* & quan-
do ſententia dolo Aduerſarii lata eſt, permittitur decepto agere priſtina actione, & non
de dolo, ſicut dictum eſt per *tex. in l. cum à te. ff. de dolo.*

38 Contrariam † ſententiam tamen ſequuti ſunt Pomponius, & Marcellus, quos
refert, & commendat *Vlpian. in l. quod ſi deferente. ff. de dolo*, quia per iuſiurandum tran-
ſactum videtur *d. l. 2. in princ. ff. de iur. iur.* ideo ſtare religioni debet. Religione enim
vt dicebat *Plinius Senior libr.* 14. vita noſtra conſtat, & *Cicer. & Auguſt. lib. de Ciuitat. Dei*
libro 19. cap. 24. Religio vbi nulla eſt virtutes eſſe non poſſunt. Læſo autem ſufficit
periurii pœna, vt reſpondet *Paulus in leg. ſi quem quæſtio. 23. & incipit.* Nam, quæ autem
ſit in hac ſpecie pœna periurii *Bald. in d. l. quod ſi deferente*, dicit contineri in *l. de periurio*
ff. de crim. ſtellion. vbi gl. nempe ſtellionatus in *l. 2. C. de iur. iur.*

Nec aduerſantur contraria, nam vnica ſolutione tolluntur omnia ſcilicet, quod
cum periurus afficiatur pœna periurii, non deficit remedium præter actionem do-
li, rurſus præcluditur via periurii, & ſtante pœna non debet agi priſtina actione; ſi-
39 quidem hoc conceditur, quando alio remedio ſuccurſum non eſt dolum paſſo. *d. d.*
l. cum à te. pœna † enim periurii eſt extraordinaria. *dict. l. de periurio*, fuſtigatur. *l. ſi duo*
patroni in fin. de iur. iur. efficitur infamis. *l. Lucius. ff. de Infamib. Roman. ſing. 425. & latius*
de pœn. periurii. Bald. in leg. 2. C. de iur. iur. Fely. in cap. ſi teſtium. de teſtibus, & in c. querelam de
iur. iuran. Guido Papa quæſt. 178. Rip. in c. 2. in pr. de reſc. & *Iſidor. lib. 3. de ſummo bono*, inquit
periuriũ tribus perſonis eſſe obnoxiũ, primũ Deo, quem peierando contẽnit, conſeq.
Iudice; quem mentiendo fallit, poſtremo innocentem, quem falſo iuramento lædit.

Q. 15. Sed iam ad dolum Procuratoris, vel aduocati tranſeuntes, videamus pri-
mo, an dolus iſtorũ noceat domino, in qua quæſtione reſp. prout dixi, in diuiſione *ſc.*
de dolo pr. q. 5. Quæro ſecundo an dolus Procur. in iudicio cenſeatur idẽ ac dolus prin-
cipalis, cũ principalẽ procurator repræſentet, argumẽto *l. quod meo. ff. de acq. poſſ.* ibi *Dd.*
40 *& max. Soc. l. 2. C. de adu. diu. iud.* ibi: vox aduocati, vox domini, & diſtinguendum vide-
tur, an † iſte dolus fuerit à procurat. cõmiſſus ante litem conteſtatã, vel poſt eius con-
teſtationem, vt primo caſu, idem dolus non cenſeatur, in poſteriori vero caſu dolus
idem eſſe credatur, per ea, quæ tradit *Lucas de penna in l. quemadmodum. C. de agricol. &*
cenſ. lib. 12. præſumpt. 28. dicens, quod dolus commiſſus à procuratore poſt litem con-
teſtatam præſumitur commiſſus à Domino ſuo, & ratio eſt, vt opinor, quia poſt li-
tem conteſtatam præſumitur commiſſus à Domino ſuo, & ratio eſt, vt opinor, quia
poſt litem conteſtatam factus eſt dominus litis *Bart. in l. procuratoribus. C. de procurator.*
in leg. mutari. ff. eodem, & in leg. furioſo. ff. de re iud. Alber. & Felyn, in cap. 2. ext. de teſtib. ad
eo quod ſi lis fuerit cum procuratore conteſtata ipſe debet in actibus ſubſequentibus
citari, non dominus cauſæ, alias proceſſus eſſet nullus, niſi procurator eſſet infirmus,
vt per *Marant. de ordine iudic. diſtinction. 16. numer. 55.* Id quod longe magis procederet
in procuratore in rem ſuam. Inde ſequitur pulcher effectus, quod ſicut iuratur in litẽ
contra dominum ob proprium dolum Doctores in *l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & in*
l. ſi quando. Cod. vnde vi, ita quoque poterit iurari contra eum ob dolum Procuratoris
commiſſum poſt litem conteſtatam, in quo tamen dicendum eſt, vt per *Doct. in l. in a-*
ctionibus, & d. l. ſi quando.

Quæſt. 16. Quæro quoad dolum aduocati, ſiue patroni, ſiue cauſidici, ſiue iu-
riſperiti, his enim nominibus paſſim inuenitur nominatus, vt in *l. quiſquis, & ibi Ro-
man. in 1. notab. Cod. de poſtulan.* quæro, inquam Aduocatus, pecunia corruptus do-
loſe præuaricatus eſt, adeoque aduerſus clientulum ſuum, lata ſententia eſt, an
41 ob dolum aduocati ſit ipſo iure nulla. Et ſane nulla † videtur, primo ex textu *in l.
Prætor. §. Marcellus. ff. de iudiciis*, vbi ſententia ex falſis allegationibus lata eſt ipſo iu-
re nulla. Secundo ex *l. 1. C. de pœna iudic.* qui male iudicauit. Vbi qui diffidentia iuſtitiæ
incorruptæ prorumpit, vt ibi ſummat *Salyc.* litem perdit. Tertio ex *gloſſ. in d. l. 1. C. de
aduocat. diuerſorum iudic.*

Contrariam ſententiam probat *Roman. in d. l. 1. numero 11. ſequutus Bartol. Bald.
& Fulgoſ. quos refert ibidem numer. 7. per text. in d. l. 1. C. de aduoc. diuerſorum iudiciorum.* Se-
cundo ex *l. minor autem magiſtratus. §. 1. ff. de minor.*

Tertio argumento ſumpto de minori ad maius, quod eſt in iure probatiſſimum,
Baerard. in loco de minori ad maius, vt quando teſtes pecunia corrupti deponunt, ſen-
tentia non redditur ipſo iure nulla. *l. Diuus. ff. de re iud. & C. ſi ex falſis inſtrum. per totum.*

Quarto inquit, *Romanus d. l. 1. num.* 7. non inuenitur in iure, quod reddatur ſen-
tentia nulla propter præuaricationem aduocati, igitur non eſt probandum, ne ſine le-
ge loquentes erubeſcamus. Ratio cõcluſionis eſt, quia aduocatus non eſt de trib. per-
ſonis, quibus ſuſtinet iudicium, *Salyc. in l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudiciorum numer.* 4. Atqui
ita per reſtitutionem reſcinditur in minore beneficio ætatis, in maiore ex clauſula ge-
ner ad *Bald. d. l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudic. num. 3. Roman. & Salyc.*

Deducta autem ex aduerſo citius tolluntur, quam formicæ papauer, vt eſt in A-
dagio, & ad primum *d. §. Marcellus. Reſp. Romanus d. num.* 11. eſſe ſpeciale, ſed non allegat
rationem ſpecialitatis, eam tamen eſſe puto, quia leſus erat abſens, vt ſupponunt Doct.
qui ita ſummant illum text. ſententia falſis allegationib. contra abſentem data eſt ipſo
iure nulla, & in abſente procedere tradit, *Bart. vt probat Bald. in d. l. 1. C. de aduocat. diuerſ.
iudiciorum num.* 5. Secundo vltra Romanum, credo eum textum non probare, ſenten-
tiam ipſo iure nullam reddi, ex illis verbis (exiſtimo iudicem debere querelam rei ad-
mittere) querela enim præſupponit validitatem actus arg. *in ff. & C. de inoffic. teſta.* Ad
ſecundum manifeſta reſponſio eſt ex Roman. *dict. l. 1. Cod. de aduocat. diuerſ. iud.* nempe
agi eo loco de præuaricatione aduerſarii, non aduocati, ratio eſt, quia in aduerſario,
non in aduocato ſubſtantiatur iudicium. nec ad rem pertinet tertia argumentatio
quoniam obtinent in fauorem domini, vt ſc. ſicut dominus errorem ſuum ante ſentẽ-
tiam poteſt emendare, ita & errorem aduocati, *d. l. 1. iuncta glo. & l. fin. C. de error: aduoca-
torum.* accedit, quod ibi eſt quæſtio de errore aduocatorum nõ de dolo, nam vbi error
eſt, ibi non poteſt eſſe dolus, cum naſcatur ex ſcientia, & malitia committentis, *l. 1. §. 1.
ff. de dolo.* non omitto tamen *Bart. in d. l. 1.* quem eodem loco ſequitur *Rom. num.* 5. quod
tria requiruntur quod ſententia ſit nulla ad corruptionem aduocati, nempe quod do-
lus aduerſarii corrumpentis interceſſerit. Secundo quod aduocatus corruptus falſas
allegationes fecerit. Tertio quod ſententia ſit lata contra abſentem.

Quæſt. 17. Quæro an pars, quæ aduocatum aduerſarii corrupit debeat litem per-
42 dere † *Rom. in d. l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudiciorum nu. 13. verſ. circa ſecundum*, putat ex mente
Cyni, & aliorum ita diſtinguendum. Aut pecunia corrupit, & perdit litẽ per *l. 1. §. pen.
ff. de calumniat.* aut corrupit precibus, & cauſæ nõ facit iacturã quaſi minus delinquat,
quippe difficilius eſt precibus corrumpere, quam pecunia, idem *Saly. probat in d. l. 1. C.
de aduoc. diuerſ. iudic. nu. 4. & num. 5. verſ. tertio quia*; vbi aliud membrum addit diſtincti-
oni, nam aut pecunia corrupit, & tunc recurrẽdum eſt ad *l. 1. C. de pœna iudicis, qui ma-
le iudic.* aut precibus, vel amicitia, & tunc vel aduerſarius participauit dolum, puta in-
terueniendo cum precibus, & tunc denuo abſq; reſtitutione de cauſa quæretur. Aut
aduocatus, cum iſto aduocato dolum nõ participauit, & tunc reſtitutio eſt neceſſaria.
Ex quo *Rom. & Saly. ibi nu. 5. verſ. concludamus igitur.* aiunt quod vbi dolus Aduerſarii cũ
aduocato interuenit ſine corruptela pecuniæ duplex remediũ datur actori. Vnum re-
ſtitutionis petendæ. Aliud intentandi primæuam actionem, adeo vt ſi excipiatur de
ſententia, replicetur per *l. cùm à te. ff. de dolo cum aliis ibi citatis*, & vnum remedium, non
excludit aliud, ſin vero dolus aduerſarii non intercedit, tunc competit ſolum reme-
dium reſtitutionis, ait *Salyc*, & probat.

Quæſt. 18. Facta præuaricatione per Aduocatum, quis debeat prius conueniri ad-
43 uocatus † corruptus, & doloſus, an qui corrupit, & ad prǽuaricationẽ induxit? & ſane

Videtur

Digitized by Google

videtur prius conueniendus aduocatus, quo non exiſtente ſoluendo, primæua actio poſſit intentari, argumento *l. eleganter. §. pen. ff. de dolo, & l. fin. ff. de eo per quem factum erit* *Bartol.* autem relatus à *Salyceto in d. l. 1. Cod. de aduocat. diuerſ. iudic. in 6. oppoſit.* diſtinguit, nam aut Aduerſarius fuit corruptus, ſed non facto partis, & vera ſit prædicta opinio, *Bald. probat in d. l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudic. num. 6. verſ. quinto oppono.* Et potes cùm hoc dicto Bartoli tranſire; Si vero dolo partis intercedente, ſecus erit, quia exceptio ordinis non poterit opponi, nam quando vterque dolũ participauit, eſt in poteſtate Actoris, contra quem eorum experiatur *Salyc. autem in d. oppoſit. 6.* exiſtimat potius è contra vt prius ſit cõtra aduerſariũ agendũ primæua actione, & poſtea, ad cætera dãda actio doli contra aduocatum argumento. *d. l. & eleg. §. pen. ff. de dolo.* ratio eſt, quia contra aduocatum non competit alia actio nec mandati, nec locati, ideo de dolo, quæ contra principalem non eſt intentanda, quia datur remedium primęuæ actionis, & ſic aliud remedium, merito ergo ceſſat actio doli, *l. 1. §. & ideo prætor, & §. idem Pomponius. ff. de dolo, & d. §. pe.* non obſtat, quia procedit in procuratore, in quo ſubſtantiatur iudicium *Romanus autem in d. l. 1. diſtinguens. num. 14. C. de aduocat. diuerſorum iudiciorum,* & ipſe ait, ſi cum dolo aduocati non interceſſit dolus partis agendum contra aduocatum actione doli, quando nulla competit, ſcilicet nec mandati, nec locati, & eo non ſoluendo agitur in ſubſidium per actionem in factum contra aduerſarium, argumento. *l. fin. ff. de eo per quem factum erit*, cui ſententiæ non obſtat. *l. minor autem Magiſtratus. ff. de minor:* nec *d. §. Marcellus, nec l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebellian.* Quibus videtur probari, actionẽ doli non cõpetere, ſed alio remed o eſſe ſuccu: ſum. Nã vt ipſe Rom. ait prima lex procedit in minore, cuius fauore ſemper eſt inductum, vt competat reſtitutio. *§. Marcell. vbi falſa* ſint factæ allegationes, *l. ſeruo inuito* loquitur in corruptela iudicis In quo ſubſtantiatur, iudicium ſi vero cum dolo Aduocati interceſſerit malitia partis, & fuerit lata ſententia condemnatoria aduerſus reum, & tunc competit exceptio rei propter dolum partis argumento *l. ſi legatarius. & l. cum a te. ff. de dolo*, ſi vero ſententia fuit abſolutoria, & tunc agetur priſtina actione, vt ſi excipiatur de ſententia, replicatur de dolo d. *l. cum à te*, & videtur admodum probabilis diſtinctio, licet fatetur eam non eſſe de mente *Bart. & Bald.*

Quaeſt. 19. Quæro quod remedium detur pro expenſis, & cæteris damnis ob ad-
44 uocati † præuaricationem. Et *Rom. d. l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudic. n. 16. ver. circa quartum*, quod detur actio doli, ſi eius dolus tantũ interceſſerit, cæterũ concurrente dolo partis, tunc ſit in electione decepti contra aduocatum agat, an contra partem vel contra vtrumq;, ratio eſt, quia dolus hoc caſu, nulla alia actione poteſt purgari q̃ actione doli.

Quaeſtio. 20. Quæro Aduocatus condemnatus eſt nomine præuaricatoris,
45 nunquid illa † ſententia probet contra corrumpentem & nullam fidem facere videtur docere *Iuriſc. in l. cum filius. §. 1. ff. de ver. obl.* vbi factum fideiuſſ. non nocet principali.

Secundo ex *l. ſi veteris C. de fide inſtrum.* vbi ſententia lata declarans inſtrumentum falſum, tibi poſtea ex eodem inſtrumento pecuniam petenti non nocet, quia ait Imperator, Tu, qui non crimini ſubiectus eras, ab ea appellare non debuiſti.

Tertio quia res inter alios acta, aliis non nocet *l. 1. & ſequent. Cod. res inter alios actas, vel iudicatas aliis non nocere.* latè *Tiraquellus in dict. regula. l. Lucius in fine. ff. de his, qui not. infamia.* ibi cum non oporteat ex ſententia, ſiue iuſta, ſiue iniuſta pro alio habita alium prægrauari, ſed *Iacobus de Arena*, in hoc articulo putabat diſtinguendum, nam q̃cquid ſit de ſentẽtia lata in aliis delictis, in hoc crimine p̃uaricationis ſic diſtinguit, Aut pars, quæ corruperat Aduocatũ ſciebat tractari aduerſus eũ præuaricationis crimen, & ſententia contra aduocatum nocet parti per tex. *in l. 3. ff. de præu.* Vbi accuſatus fuerat aliq; de præuaricatione, & abſol. Denuo accuſatus ab alio, opponebat, except. abſolutionis; ſi ſecundus accuſator probauerit de præua. primi Accuſatoris aperit ſibi viam procedendi contra Reũ, quod ideo eſt, quia Reus ſciuit, & oppoſuit inquit *Iacob arg. de re iud. l. ſæpe §. ſed ſcient.* Aut vero erat pars ignara iudicii, & ſententię latę aduerſus aduocatum, & tunc non obeſt argument. *§. ſcientibus.* Cęterum non probat text. in *d. l. ſæpe*, in quo videtur Iacobi fundata opinio, etenim ait Iuriſconſultus ibi ſcientiam nocere his, qui cum haberent principale ius in re, id eſt, primum ius in agendo, vel in excipiendo, ſcienter permittunt ſequentia agere, vt ſi debitor ſineret de proprietate ſuæ rei, creditorem contra alium experiri, & ſuccubuerit, quippe quia defenſio, vel actio ſpectabat ad debitorem, at non ita in ſpecie noſtra, quia non poterat pars prohibere, quominus ageretur præuaricatione contra aduocatum, nec

etiam poterit aduocati defenſionem impedire, quare probabilior multo videtur opinio *Baldi in d.l.1.C.de aduocat. diuerſ.iudiciorum.numero 10. verb. vltimo quæro*, ſcilicet, quod ſententia lata contra aduocatum præuaricatorem, aperiat viam inquirendi contra partem, quæ dicitur corrupiſſe ad eruendam veritatem, non vt conuincatur propter illam ſententiam de crimine. Neque enim valet ſequela aduocatus præuaricatus eſt, ergo à parte corruptus fuit, ſecundum ea quæ paulo ſupra dicta ſunt in *Q.18.* vt merito dixerit *Bald.* parti non eſſe auferendum beneficium defenſionis, & innocentiæ.

Q.21. Quæro quot modis contingit aduocatum poſſe præuaricari, & *Bald.in d.l.1.*
46 *C.de aduoc.diuerſ.iud.* reſpondet † duplici modo. Primo quidem in omittendo ea, quæ eius officii erant, vt quia ſcienter omittit articulare, vel allegare.

Secundo modo committendo puta reuelando alteri parti ſecreta cauſæ, inſtruendo alteram partem in agendo; & ſane priori caſu ſententia non videtur eſſe nulla, ſed per reſtitutionem annullanda, poſterior vero nulla videtur ipſo iure, ea ratione, quod maior ſit præuaricatio in cõmiſſione, quàm in omiſſione, adeo quod maior debet ſuccedere pœna, argumento *l.ſancimus.C.de pœnu.* facit in terminis *gloſſ. in l.maiora. ff.ſol.mat.* Verũ licet iſta diſtinctio omiſſa vel cõmiſſa in præuaricatione ſit vera, tamẽ non recipitur, quoad annullandam ſententiam ipſo iure, vel per reſtitutionem in integrum, vt inquit *Roman.d.l.1.num.7.* verb. hæc tamen ſolutio communiter non tenetur, & confirmatur, quia ſemper præuaricatoris pœna eſt extraordinaria, & iudicis arbitrio. *l.1.in fin. & l.2.ff.de præuaric.* & *l.præuaricatores.ff. de verborum ſignific.* Alii dicunt præuaricatorem aduocatum duplici modo fieri *ex l.1.ff. de præuaricat. & ex dict.l. præuaricatoris.ff.de verb.ſignific.*

Primo illum eſſe præuaricatorem, qui alicuius aduocatus vel procurator illud prodit detegendo illius ſecreta cauſæ. *dict.leg.prima & l.præuaricator.* Secundo modo dicitur præuaricator is, qui cum denunciator ſit, vel accuſator alicuius criminis, cum Reo colludit, *l.1.§.calumniari.ff.ad Turp.* Præuaricator enim in ſumma aduocatus eſt, qui cauſam prodit. *l.1.in fin. de præuaricatoribus.* in eademq; cauſa eſt ille, qui ſemel accepta mercede deſerit, & in aliam partem tranſit, *Alc.de ver.ſign. l.præuaricat.* vbi refert eo crimine damnatum fuiſſe Tuſcillum, quod Trigentenorum cauſam deſeruiſſet, & negat illum aduocatum præuaricari, qui iuribus alicuius partis viſis, recuſat illi ſuum patrocinium præſtare ſi modo aduerſarium eius non adiuuet, quod ſanè probro datum fuiſſe Demoſtheni, quod cum vna die cauſam Reipub. Athenienſis defendiſſet, altera die muneribus corruptus, tacuit in publicum prodiens collo lana circumuoluto ſe anginam pati aſſerens, cui vnus de populo exclamans dixit, non Anginam ſed argentinam pateris Demoſthenes, author eſt *Gell.lib.11.cap.9* Præuaricator aduocatus, præter extraordinariam pœnam, ſiue arbitrariam, quam diximus, patitur pœnam infamiæ. *l.athletas.§.item præuaricat.ff.de his, qui not.infam. l.4.ff.de præuaricator. Clarus.§ fin.queſt.72.* & præterea repellitur a munere ſuo *l.5.ff. de præuaricatoribus.* Procurator autem, qui fuerit præuaricatus præter dictas pœnas, tenetur etiam Domino actione mandati *gl.in Rub.C.de proc.& ibi Iaſ.n.2.* refert *Boſſius in tit.de præu.n.2.* His autẽ plura addit *Men.de Arbit.cauſ.cent.4.caſu 322.*

47 *Quaeſt.22* Quæro, Aduocatus fecit pactum de quota litis, an ſit in dolo & quomodo puniatur, Reſponde, vt in *lib. meo de iudiciis in titul. de † aduocato, & in tit.de Procurat. vide.l.ſalarium.ff.mandati, & vide Plotum in l.ſi quando.n.354.in verſ.aduoc.fol.315.cum multis ſeq.* & hæc quæſtio communis eſt etiam ad procuratorem.

Quaeſt.23. Progredior nunc ad dolum Procuratoris; qui duplex eſt, ſcilicet pro-
48 curator † verus, & procurator falſus, de quo in *l. falſus Codice de furt. gloſſ. & Doctor. in l.ſi pup.§.pen.ff.de neg.geſt.* Quæro igitur, quot modis verus procurator dolum cõmittat,
49 & reſp.trib modis ſcilicet omittendo, committẽdo, colludendo. I. quidem † quando non facit id, ad quod ſcit ſe teneri, veluti cum non proſequitur actione reali quã proſequi debet, noluit ſoluere, quod debebat ex mandato domini ſoluere, atq; ita fuit in mora ſoluendi, vel noluit Domino numerare, quod exegerat nomine Dn. ſi nolit reſtituere, quod nomine domini emerat, vel neglexit emere, quia ceſſit aliis pecuniam, vt emerent *l.ſi procuratorem.§.dolo autem.ff.mandati.* probantur prædicta in *l.dolus, vbi gl.Bart.& Doct.ff.mand.* ratione cuius doli poteſt aduerſus eum in litem iurari. Scribentes in *l.in act.ff.de in litem iuran.* Secundo modo reuelando aduerſario ſecreta Clientuli ſui *Bar.in l.1.§.is,qui.ff.de falſ.Abb.& Doct.in c.olim de off.del.* Rurſus ſi conuerterit in eius proprium

vſum

vſum, bona, vel pecuniam Domini ſui *l. idemq. §. ſi procur. ff. mand. Alex. in l. quineg. ff. de neg. geſt. Caſt. in d. l. ſi pup. §. ſed ſiquis negot. ff. de neg. geſt.*

Tertio modo colludendo cum aduerſario Domini ſui, vel ſi paſſus eſt, ſe corrumpi ad finem, vt ipſe aduerſarius obtineat. *l. ſi procur. in princ.* ibi: ſed & ſi per colluſionem *ff. mand. l. elegant. §. pen. ff. de dolo* (eſt autem colluſio inter actorem, & reum, latẽs, & fraudulenta conuentio *glo. in c. 3. de colluſ. detegend. & 2. quæſt. 3. §. notandum*, & colluſionem faciens dicitur falſum committere, quia aliud agit, aliud ſimulat, eaq; interueniente, aliquando delicta remanent, impunita aliquando magis committuntur, *argum. c. 1. c. audiuimus, & c. fin. de colluſ. deteg.* & committitur, tam in cauſa ciuili, quam in cauſa criminali, & etiam in cauſa ſtatus, vt per *Hoſtienſ. in tit. de colluſ. deteg. in pr. & d. l. eleganter. §. pen.* Colludit autem, non ſolum aduocatus, vel procurator, quando doloſe patitur ſe ſuperari, ſed etiam principalis perſona, quæ ad iudicium prouocauit, vel prouocatus eſt. *Hoſt. d. loco num. 2.* & in omnibus prædictis caſibus aduerſus procuratorem iuratur in litem ex notat. *in d. l. in actionibus ff. de in litem iuran. Plotus in l. ſi quando. num. 529. cum ſequent. C. vnde vi.* Venio ad falſum Procuratorem, is vero dolo, facit in committendo,
50 veluti ſi quaſi verus † procurator alicuius exegerit pecunias à debitoribus illius, eſt enim in dolo. *l. falſus. C. de furtis glo. & Doct. in d. l. ſi pupill. §. pen. ff. de neg. geſtis*, & propterea tenetur ad duplum, & de falſo; igitur aduerſus eum, non modo iuratur in litem, non ſolum per Dominum, ſed etiam per illos à quibus pecuniam exegit ſuper eorum expenſis, damnis, & intereſſe, *l. nummis, & ibi gloſſ. fin. in fin. & l. in actionibus ff. de in litem iuran.* Prædicta vero toties locum habent, quoties geſta à falſo procuratore, non fuerãt à Domino ratificata, quæ enim a falſo procuratore facta ſunt, tam reſpectu ſententiæ, quam proceſſus, & aliorum geſtorum poſſunt per Dominum ratificari in fauorem falſi procuratoris, latè *Iaſon. in l. licet col. vltim. verſ. breuiter. C. de procurator.* Procurator ſi vtatur ſcienter mãdato reuocato tenetur actione de dolo ciuiliter, ſed & criminaliter pœna ſtellionatus. *Alber. l. quidam debitor. ff. de dolo*, & dicit hoc facere ad materiam de Procurat. *l. ſi procur. & l. 1. C. de ſatis dando.*

Quæſt. 24. Quæro procurator fuit pecunia corruptus, ita ſe geſſit doloſè vt eius
51 principalis in cauſa ſuccumberet, An hæc ſententia ſit † nulla, & ſi eſt aliqua, quomodo ſit, ſuccumbenti ſuccurſum, & ſane videtur eſſe nulla per tex. *in l. 1. C. de pœn. iudicis*, qui male iudic. vt dixit *Rom. d. l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudiciorum. num. 17. verſ.* circa corruptelam procuratoris. ſic enim illum tex. ex mente, vt ipſe ait gl. interpretatur dum ait, aduerſarium litem perdere, ſi iuſtitiæ diffidentia, aduerſario ſuo pecuniam dederit, in pecuniæ corruptelam ſpem victoriæ reponens, quòd ait *Romanus, etiam Butrig.* placuiſſe, & ratio eſſe videtur concluſionis, quia procurator eſt vna ex perſonis, in quibus ſubſtantiatur iudicium, factus eſt enim Dominus litis, quare ſicut ſententia lata a iudice corrupto, nulla eſt *l. venales. C. quando prouocare non eſt neceſſe*, quod etiam procedit in laudo quando eſt corruptus arbiter *Socc. conſ 95. li. 5.* Ita quando eſt lata procuratore corrupto. Cæterum quicquid dixerit *Romanus*, veriorem puto opinionem contrariã; quod imò ſententia teneat per *tex. in l. ſi proc. ff. de except. doli in l. eleganter. §. pen. ff. de dolo in l. ſi procuratorem. §. 1. ff. mand.* etenim in vtraq; lege ſupponitur ſententiam latam ob corruptum procuratorem valere, ideoq; videtur ita dicendum. Aut fuit corruptus ꝓcurator Rei, ita quod iudiciali ſententia fuerit condemnatus, & tunc tenet mero iure, vt manifeſtiſſime probant verba *d. l. ſi procur.* inquit pecunia accepta damnari paſſus ſit, & cum domino iudicati agatur, tuebitur ſe doli mali exceptione, neq; enim daretur exceptio, ſi ſentẽtia eſſet nulla, ſi vero loquitur in ꝓcuratore actoris corrupto, adeo vt Reus fuerit abſol. non daretur actio de dolo contra reũ abſol. actori decepto quod ſi ſententia eſſet nulla, competeret ei remedium ordinarium nullitatis. & ceſſaret de dolo. *l. 1. §. prætor ait & §. idem Pompon. ff de dolo*, & ſi procurator non ſit ſoluendo, datur in ſubſidium regreſſus contra reũ principalẽ qui poterit ſeſe defendere, ſi paratus ſit ſubire iterũ iudiciũ ſub illa exceptione, ſi non colluſum ſit & c. *d. l. pen. §. elegant.* Tollũtur a. contraria ſine negocio; Et ad primũ reſp. *d. l. 1. C. de pœn. iud.* eſſe accipiendũ prout loqtur in eo, quia principaliter aduerſario, pecuniam diffidẽtia iuſtitiæ dederit, alioquin ex diametro pugnarent. *d. l. ſi proc.* quæ loquitur in procur. Rei corrupto pecunia, & *d.* §. pen. qui verbum facit de procuratore actoris colludẽte, ſicut *l. proc. §. 1. ff. mand.* & non habere locũ conſtit. illam in procuratore corrupto quo ad nullitatẽ ſententiæ, ſatis aptè ſentit gl. ibi in ver. amittat, ſi a. procurator, nã ait ob iud. corruptũ ipſo iure cauſam amitti, ob procuratoris corruptelam non item, & propterea notat, quod

verbum illud amittat diuerſimode accipitur. Ad ſecundum etiam palam eſt reſpon-
ſio ex ſolutione prioris argumenti, quo demonſtratum eſt, differentiam eſſe conſtitu-
endam inter corruptionem iudicis, & procuratoris, maius eſt enim delictum in cor-
rupto iudice quàm procuratore, nam plus deliquit, iudicem quàm procuratorem
corrumpens, & maius crimen eſt in iudice, quam in procuratore corrupto, quod
palam eſt ex grauiſſimis pœnis corruptis iudicibus, & corrumpẽtibus impoſitis, nam
quid ſtatuerint veteres erga corruptum iudicem meminit. *Val. Max. lib. 6. c. 3. Alex. ab A-
lex. lib. 3. genial. dier. c. 5. Bald. in com. ad l. 12. tab. 1. l. 52.*

Quando ſcilicet excoriari iudicem præceperunt & ex corio illius tribunal or-
nari, ibique ſedere filium vt paternæ pœnæ conſideratione admoneretur, quæ pœna
maneat iniquos, & corruptos iudices; Quæ fuerit etiam à l. 12. tabularum ſtatuta pœ-
na aduerſus corruptos iudices, memoriæ prodidit *Gellius lib. 20. cap. 1. noct. Atticarum*,
ita dicens, iudicem, vel arbitrum capite mulctari ſolitum, ſi ob ſententiam dicendam
pecuniam accepiſſe conuictus fuiſſet, ſucceſſit deinde pœna *l. 3. & l. lex Iulia. § hodie. ff.
ad l. Iuliam repetund.* vt merito lex illa edita fuerit, quæ incipit venales, annullans ipſo
iure emptas, venditaſq; precio ſententias à iudice, non in procuratore corrupto, qui
licet ad ſubſtantiandum iudicium concurrat; minùs tamen delinquit cum enim iu-
dex iuſtitiæ ſit miniſter, quam peſſime vendit.

De cuius pœnis copioſe *Menoch. de arbitr. Iud. c. cauſa quarta caſu 342. & ſe-
quenti.*

Quaſt. 25. Quæritur quid ſi Procurator precibus, vel amicitia, non precio cor-
52 ruptus colluſerit, & † ſic ſe vinci paſſus fuerit; & videtur reſpondendum, vt ſupra dixi-
mus in Aduocato, & crediderim Reum, ſi contra eum iudicari agatur, habere exce-
ptionem de dolo, & actorem, actionem doli contra procuratorem, ſi eſt ſoluendo,
quoniam reſpectu damni, & negocii nihil intereſt precibus ſit corruptus procurator,
vel premio, vtroq; enim caſu principalis ſuccubuit, licet procurator in ſe magis delin-
quet, ſi pecuniæ cedat, quàm precibus,

Quaſt. 26. Quæro quo ad damnum, & expenſas, quas fecit principalis, cuius
53 procurator † fuit corruptus, quo poterit remedio conſequi, reſponde iuxta *text. in d.
l. & eleganter. § pen. ff. de dolo*, quod placet *Roman. in d. l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudicum. nu.
8. verſ. circa expenſas.*

Quaſt. 27. Propoſitus in antecedentibus ordo poſtulat, vt ad dolum teſtium, acce-
damus. Et primo quæro quot modis teſtis dolum in iudicio committat, & ſane pluri-
54 bus modis committere compertum eſt omnibus, & ante † omnia, quando ſcienter
falſum deponit, nam cum falſitas eſſe ſine dolo nequeat, *l. cum nec exemplum l. ſiquis de-
curio. C. de falſ. Can. in c. cum Ioann. de fide inſtr. Gram. dec. 60. n. 7. Socc. Iun. conſ. 37 n. 28. li. 2.
vbi* qui ſciens falſum dixit ſine dubio dolo facit.

Secundo ſi conſulto verum taceat apud iudicem, eſt in dolo, adeo vt etiam de
falſo puniatur. *c. 1. ext. de crim falſi l. præſcript. C. ſi contra ius, vel vtil. publicam gl. in l. presby-
teri C. de epiſcopis, & cleric. in § honores*, facit *text. in l. 1. § 1. ff. de falſis.* Ratio videtur, quia
teſtis, quamuis ab vna parte productus, creditur tamen iuraſſe dicere veritatem pro
vtraque parte *l. iuriſiurandi Codice de teſtib. cap. de parentela 37. quaſt. ſexto. Iacob. Butrig. in
cap. quædam forma circa teſtes princip. Maranta de ordine Iudic. par. 6. c. de teſtib.* at tacens pro
vtraque parte verum non dixit, nec ſatiſfacit iuramento, merito doloſus eſt. *Bald.
in l. vbi exigitur. § dolo. ff. de edendo*, & ibi extendit etiam ad notarios per illum *tex. & de
mand. Princ. § coges Inno. in c. 1. de falſis*, hæc vero indubitatè procedunt quando in iudi-
cio dictum ſit falſum, vel occultatum eſt verum.

Quaſt. 28. Sed quid ſi teſtis extra iudicium, & parte præſente falſum dixit an
55 crimine falſi, an † pœna doli puniatur, & falſi pœnam non ingeri ea primum ratione
probatur quia nec aliquo capite legis Corneliæ, nec aliquo titulo de falſis inuenitur
ſtatutum, quod ſane apertius confirmatur, quoniam iuramentum nõ interceſſit. Ve-
tum conuenire magis huic delicto cautionem doli, oſtendit tex. in *l. falſus. § ſiquis nihil
in perſona. ff. de furt.* & facit in argumẽtũ. Nam promiſit debitor idoneos ſe fideiuſſores
daturum, vel pecuniam confeſſus ſe ſoluturum, non facit, in furtum quidẽ non inci-
dit, ait tex ſed quia dolo facit, de dolo, ſi nulla alia competat actio, tenebitur, & po-
ſteriorem hanc ſententiam tanquam humaniorem probat *Tyndar. de teſt. c. 5. n. 1.* Falſi
pœnam non conuenire dixit *Bart. in l. ſiquis legatum in prin. ff. de falſis* *Tyndar. de teſt. cap.
3. verb. quæro an dolus n. 4.* vbi reddit rationem, quia non nocet, nec poteſt nocere; *gl. in l.
damus C. eodem tit.*

Nec

Nec obſtat huic opinioni, ſi quis dixerit in pluribus, ac pene innumeris caſibus, de quibus *in tit. ff. & Cod. de falſis*, punitur quis falſi pœna ex falſo commiſſo extra iudicium, veluti aperiens teſtamentum viuentis punitur de falſo, nec requiritur, quod hæc apertio fiat in iudicio *leg. 1. §. is qui. ff. de falſ.* cur ergo non idem eſt reſpondendum in teſte. Solutio plana eſt, nam aliqua ſunt, quæ ad ſui validitatem deſiderant formam iudicialem, cuiuſmodi ſunt teſtamenta, & propterea ceſſante forma iudicii, ceſſat ipſius actus ſubſtantia, & ideo falſum tunc non punitur pœna falſi *d. l. ſi quis legatum.* Aliquando acta ad ſui eſſentiam non deſiderant formam iudicialem, valida enim ſunt, licet geſta ſint extra formam iudicii, & in his puniuntur quicumque falſum commiſerunt, ſi incidant in aliquem caſum, comprehenſum ſub illis titulis de falſis, vt in adducto exemplo, cui additur & illud, teſtis recipientis pecuniam ob ferendum teſtimonium, tametſi in iudicio non recipiat, *l. 1. §. ſed & ſi quis ff. de falſis.*

Quæſt. 29. Sed quæro quid ſi falſum dixerit extra iudicium, ſed cum Iuramen-
56 to, an † ſit puniendus de falſo, an vero (periurium ſit impunitum) alia competit
pœna extraordinaria, & certe videtur eſſe locus pœnæ falſi, etenim Iuramentum
vim habet iudicii, adeo quod Iuramentum, & iudicium æquiparentur, *l. qui iuraſſe
in fine l. nam & poſtea. §. ſi is. qui temporali. ff. de iureiuran. l. ſed & ſi reſtituitur. §. ex quibus.
ff. de iudic.*

Contraria tamen ſententia videtur multo eſſe probabilior, nam pœna falſi non habet locum, niſi in caſibus à iure expreſſis, ſeu in aliquo ex capitulis illius tituli *ff. & Cod. de falſis*, ſecundum theoricam *Bartol. in leg. quid ſit falſum. ff. de falſis, & l. nec exemplum. Cod. eodem, Bald. in l. data opera. Codice qui accuſ. non poſſ.* nec obſtat argumentatio contraria ſiquidem procedit in Iuramento conuentionali ex conuentione litigantium delato. *l. iuſiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiuran. & l. 1. eodem titulo.* procedit etiam in Iuramento iudiciali quod defertur a parte parti iudice approbante, *d. l. 1. in fin.* at diuerſum eſt, ſi quis, nemine deferente iuret, in ſpecie noſtra, tunc enim iurans ſibi ipſi iurare dicitur, ſiquidem ex iudicialis formæ defectu, tale teſtimonium eſt nullum, vt dixit copioſe *Tynda. de teſtibus. c. 4.* his conſequens eſſe videtur, vt alia pœna plectatur, ne euadat impunitus, & ſibi diuinæ vltioni remittatur, ſiquidem ira peierando, ſtellionatus crimen incurrit. *lege. de periurio. ff. de crimine ſtellionatus*, ideoque pœna eſt extraordinaria. *l. 3. §. pœna eodem titulo.* incurrit præterea poſt latam ſententiam, in infamiam, quia eſt ſuper facto de præterito, notat gloſſa in *l. Lucius. ff. de his, qui not. infamia.* facit, *l. ſi quis maior. Cod. de tranſaction.* facit etiam. *l. 2. ff. de crimin. ſtellionatus*, præterea repellitur à teſtimonio talis periurus, *dict. gloſſ. in l. Lucius in fine.* de iure canonico incurrit peccatum mortale, & punitur variis pœnis, de quibus *22. quæſtion. 1. cap. fin.* & eadem cauſa *quæſtion. 5. cap. qui iurat, & cap. ſi quis peierauerit* Tyndar. *nuper citato loco.*

Quæſt. 30 Quæro de teſte variante, an is ob variationem dicatur eſſe in dolo.
57 † Qua in re monendi ſumus teſtem multis modis fieri poſſe varium per textum in *d.
l. eos. ff. de falſis*, ſcilicet quando diuerſa dixit inter ſe teſtimonia. Secundo quando duo-
bus hominibus actore, & Reo, de eadem cauſa teſtimonia protulit. Planè diuerſa
ſibi inuicem dicit pluribus modis nempe nonnunquam variat teſtis in eodem iudi-
cio, eademque inſtantia, & inter eaſdem perſonas. Quandoque variat in iudicio,
& extra iudicium, aut è contra. Interdum varius eſt in diuerſis iudiciis, aut inſtan-
tiis, *Tyndar. de teſtibus cap. 2.* eamque diſtinctionem contineri, in *dict. leg. eos* palam
contendit. Quoad primum caſum, quando ſcilicet teſtis variat in eadem inſtantia,
& inter eaſdem perſonas, & eodem tempore, nempe dum de circumſtantiis circa
negocium principale a iudice interrogatur, ſed in eadem inſtantia diuerſis tempo-
ribus, vt puta dum à iudice repetitur ad declarandum dictum ſuum, vel ad redden-
dum rationem ſui dicti, vel etiam quando ſuper vltimis articulis depoſuit vnum,
58 quod eſt incomputabile ad primum dolum. An igitur † ita varius ſit in dolo, & non
eſſe in dubio doloſum, probatur, quia capienda eſt ſemper interpretatio, vt quan-
tum poſſibile ſit, euitetur contrarietas, ne in dolum incidat, vel falſitatem, *Soccin.
conſilio quinquageſimo ſexto. colum. penultim. libro quarto. poſt Baldum conſil. 247. volum. 1.*
vbi dicunt non præſumi dolum in teſte, qui dicit vera eſſe ea, quæ ipſe per ætatem
ſcire non potuit, & quod generaliter not. *Alexand. conſilio centeſimo quadrageſimo ſe-
cundo, colum. 4. in 2. volum.*

Digitized by Google

Contraria tamen opinio, quod ſit in dolo, imo in dolo nominato ſcilicet falſitatis, & in eam pœnam incidat, dixit *Tyndar. de teſtibus cap. 2. nu. 1. per textum in alleg. l. eos. ff. de falſis* eos; inquit *Modeſtinus*, qui diuerſa inter ſe teſtimonia depoſuerunt, quaſi falſum fecerint præſcripto legis Corneliæ teneri pronunciatum eſt. Confirmatur ex his, quæ tradit *Alciat. reg. 2. præſumpt. 31. num. 3. & 6.* dicens in teſte variante regulariter dolum præſumi, & pœna *d. l. eos obligari*, Nec facit vim allegata ratio ex aduerſo, vera eſt enim quoties legitimè poteſt fieri conciliatio, concluſio autem procedit in dubio, vt colligitur ex allegato loco, *Alciati*, Plane prætereundum non eſt; teſtem in eadem inſtantia, pluribus modis, variiſque de cauſis, varia poſſe deponere, quos vtiliter, & copioſe congeſſit *Tyndar. de teſtib. lib. 1. à cap. 5. vſque in finem libri* ex quibus colligi poſſunt aliquæ limitationes ad prædictam concluſionem.

Quæſt. 31. Accedo modo ad variationem teſtis in iudicio, & extraiudicium, id
59 quod contingit bifariam, etenim quandoque teſtis prima vice deponit † extra iudicium; ſecunda vice in iudicio. Alio modo a contrario; Quæro igitur in primo capite an teſtis ſit ob talem variationem in dolo. Et profecto affirmatiue videtur reſpondendum.

Primo ex regula ſupra deducta, quod teſtis varius præſumitur doloſus.

Secũdo quia parui refert, in iudicio ſit varietas, vel in iudicio, & extraiudicium ex variatione enim, tamquam ex fonte oritur iſta præſumptio doli, adeo quod *Bar. in l. eos num. 8. ff. de falſis.* dixit, pœna falſi puniendum eſſe *Afflict. in conſtit. Neapol. lib. 3. titul. de periuriis num. 14.*

Alia tamen opinio eſt magis probanda; ſcilicet nec in dolo cenſeri, nec puniendum teſtem ita variãtem, cuius opinionis illa in primis non leuis eſt ratio, quod depoſitio teſtis facta ſine forma iudicii, non præiudicat *d. l. ſolum*, ſecundum vnum intellectum, quem ibi *gl. & Bar. probant c. 1. in princ. extra de excep.* facit *tex. in auth. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrum. & §. illud in auth. vt defunct. ſeu funer.* ratio rationis eſt, quoniam iudici facienda eſt fides non aduerſario *l. 1. C. de rebus alien. l. 4. C. de condict. ob turp. cauſ. l. quinquaginta ff. de probat. l. procurator. C. de edendo.*

Secundo depoſitio teſtis extra iudicium, & in iudicio inualido æquiparantur not. *gloſ. in l. iubemus. ff. de liber. cauſa Bart. in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. in verſiculo confeſſionibus* facit *extra de iudiciis cap. at ſi clerici.* Sed teſtis deponens in iudicio valido contrarium eius, quod primo depoſuerat in iudicio inualido probat, & non punitur *gl. in c. cum cauſa, quæ inter. extra de teſtib. & gl. fin. in fin. Specul. in tit. de teſtib. §. 1. verſ. quid ſi idem teſtis, & verſ. ſeq.*

Tertio Depoſitio extra iudicium non dicitur facta legitime, vnde non dicitur factum, quod legitime non eſt factum *l. 3. ff. de fide inſtrument. l. quoties ff. qui ſatiſdare cogant. c. qui ex timore ex. de reg. iur. & c. non præſtat, & c. quæ contra ius, eodem tit. li. 6.* Quibus conſequens eſt, quod dictum iudiciale validum poſteriore loco emanatum non debet viciari per aliud dictum extraiudiciale inualidum, *argumento l. ſcimus. C. de donation. & l. vſuras. ff. de vſuris. c. vtile per inutile de regu. iuris. in 6.* Rurſus, quod hic teſtis, de quo noſtra eſt diſputatio, non poteſt de iure dici varius, quia de actu nullo ad actum validum, non eſt dare mutationem, vel variationem ſed potius creationem, ſicut de non ente, ad ens, *gloſſ. fin. in l. Iulia. ff. qui ſatiſdare cogantur gloſſ. in cap. cum in noſtris ex de conceſſ. præben.* Eandem ſententiam commendat *Tyndar. de teſtib. lib. 2. ca. 1.* decem validiſſimis argumentis eandem muniens. *& cap. ſequent.* quibus ſit Doctorum authoritatib. ſuffulta palam faciens. Atque ex his rationibus, & fundamentis non obſcure probatur eadem ſententia, In ſecundo caſu quando primum eſt dictum vnum ſolemniter in Iudic. diuerſum poſtea extraiudicium. Non obſtant argumenta contraria, nam ex ſupra ſcriptis fundamentis non ſolum conſtituitur dicta concluſio, ſed infirmantur etiam aduerſa. Cæterum à ſupra ſcripta principali ſententia *Tyndar.* diſcedit. *Menoch. de Arbitr. centur. quarta, caſu 322.* vbi ex communi ſententia dicit leuiter puniri arbitrio Iudicis.

Quæſtio trigeſimaſecunda. Quæro teſtis duobus diuerſa teſtimonia tulit, nempe pro reo, & Actore depoſuit, vt gloſſ. interprætatur, *dict. leg. eos. ff. de falſis*, an ſit in dolo,
60 & magna † authoritate reſpondet, *Modeſt. in d. l. eos* adeo doloſe facere, vt falſi pœna puniatur, dolus enim nominatus eſt, verba I. C. hæc ſunt. De impudentia eius, qui diuerſa duob. teſtimonia præbuit, cuius ita anceps fides vacillet, quin crimine falſi teneatur; nec dubitandum eſt, quæ quoniam perpulchra ſunt retuliſſe volui.

Q. 33. Quæ-

Quæſt. 33. Quæro teſtis accepit à parte producẽte pecuniam vt veritatem de-
61 poneret, an † ſit in dolo, debeatque ob eam rem puniri & non eſſe in dolo aperte ꝓ-
bat definitio doli in *l.1.§.1.ff.de dolo*, & facit *tex.in d.l.1.in princ.in l.1.ff.de except. doli*, q̃a
oſtenditur, eum tantũ eſſe in dolo, qui alium vult decipere, at qui pecuniam accepit
pro veritate dicenda nemini vult obeſſe, ſed veritatem, quam ſemper decet adiuuare,
nam, vt *Phyng. dicit apud Stobeum*, tum rem Deo ſimilem faciunt homines, cum verita-
62 tem exercẽt. Item teſtis ita punitur de falſo, ſi dixit falſum, ac ſi † tacuit verũ. fallit qua-
tuor caſibus, in quibus tacens verum non punitur. *Iaſ.in l.præſcriptione n.3.& n.8. Cod.ſi
cont.ius, vel vtilit.public.*

Contrarium probatur eo ferè palmario argumento, quod pecuniam pro teſti-
monio ferendo recipiens punitur pœna falſi *Bart.in l.1.§.1.ff.de falſis.* & ibi *Marſ.num.
3. Abbas, & Felyn.in cap.1.de crimin.falſi Iaſon.in l.Diuus num.27 ff.de re iudic. Didac. in cap.
quamuis pactum part.1.§.7.num.7.de pact.in 6.* dicens eſſe communem ſententiam, quã
ſequitur idem *Marſil ſing.303.& Plot.in l.ſi quando num.45.Cod.vnde vi*, falſitatis autem
pœna non eſt, vbi dolus non eſt. *l.nec exemplum l.ſiquis Cod.de falſis.c.cum Ioannes de fide
inſtrument. Sed Didac.dict.loco*, ait hunc teſtem pœna iudicis arbitrio eſſe plectendum,
quippe quia non inuenitur hic caſus aperta lege deciſus.

Ideoque ſuccedit argumentum *l.1.ff.de iur.delib.* Refert *Menoc.de arbitr.cent.4.
caſu 310.* ex quã fit apertum, delictum eſſe accipere pecuniam pro teſtimonio verita-
tis, alioquin non eſſet aliqua pœna conſtituta, pœna enim ſequitur delictum, vbi verò
delictum eſt, ibi dolus eſt aliquis; Atque huic ſententiæ non refragatur primo illa cõ-
munis opinio Doctorum, ſiquidem vt *Menoch.d.loco* probat ex mente Decii in *c.1.n.2.
ex.de teſtib.* admodum dubia eſt; nam falſum tunc dicitur, cum rei veritas immutatur,
ſed qui pecuniam accipit in propoſito caſu veritatem non immutat, igitur non eſt fal-
ſi pœna plectendus, ibique Decius contrariis reſpondet Doctorum rationibus; Non
facit etiam negocium pro opinione priori definitio doli, quia ſcilicet hic nemini vult
nocere, ſed prodeſſe, nam ſatis delinquit, quod præmio velit tãtum dicere veritatem,
quam ſponte ſua debebat ad vtilitatem proximi manifeſtare, vnde *tex.in cap. non ſane
14. quæſtione quinta*, dixit venale teſtimonium, non eſſe veritatis teſtimonium, vt in
ſimili vulgo receptum eſt, Iudicem accipere precium non poſſe, vt veram ſenten-
tiam ferat. *leg.2.ff. de condit.ob turpem cauſ.* & ſupra nos diximus. cuius conſtitutionis
rationem recte deducit. *Didacus in dicto cap.peccatum parte ſecunda, & §.tertio,n.6. de reg.
iur.in 6*, limitanda eſt autem prædicta cõcluſio, vt per *Menoch.dicto caſu 310. nume-
ro 10.& ſequent.*

Quæſt.triceſimaquarta. Quæro teſtis pecuniam accepit, ne teſtimonium dicat,
63 an ſit in dolo, certè adeo † videtur doloſe facere, vt falſi pœna ſit puniendus. Nam
qui tacet in Iudicio veritatem falſarius eſt, *cap.1.de crimin.falſi*, perinde ac ſi falſum di-
ceret, & auget crimen acceptio pecuniæ. Sed *Bald.in cap.peruenit el.1.de teſtibus cogend.*
Sentit eſſe quidem in dolo, ſed non falſi pœna plectendum, nam doloſe facere ne-
gandum non eſt ex dicto Auguſtini de Agone Chriſtiano, ait, qui veritatem occultat,
& qui mendacium prodit, vterque Reus eſt; ille, quia prodeſſe non vult, iſte quia no-
cere deſiderat, pœnam autem *Bald* eo loco putat eſſe debere arbitrariam, quoniã non
inuenitur aperto iure definita, quod tradidit idem *Bald.in l.presbyteri n.22.in fin.C.ne e-
piſcop.& Cleric.Alex.in l.argentarius.§.cum autem de edendo. Menoch.* qui plures eius ſentẽ-
tiæ recenſet in *d.cent.4.caſu 310.n.*14. vbi reſpondens contrariis, ait parem non eſſe ra-
tionem, eius teſtis, qui productus in iudicio, deinde poſtea veritatem tacuit, & eum
qui ſeſe occultauit, ne in iudicium adduceretur, quaſi ille productus, eſſet verita-
tem dicturus; nam hic, nec Iudicis tribunal, nec iuramenti religionem violat, ſed
ſolum probationes occultat, ideoque vt probationem occultaret extraordinariam
pœnam ſentire debet, quod & in occultante alterius inſtrumenta cenſuit *Abbas in
dicto cap.cum acceptmus, & ibi Felyn.numero duodecimo, ex.de fide inſtrument.* Sed hunc te-
ſtem probat occultantem teneri parti læſæ ad intereſſe, vt not. *Speculator.in titulo de te-
ſte.§.ſequitur verſiculo vltimo per leg. quidam in fine, & leg. tutor. ff. de adminiſt. tutor. & l.
quoniam. Codice de excuſat. tutor.* ratio eſt; quia teſtificandi munus eſt publicum, ac ne-
ceſſarium, *leg. eum, & leg. ſi quis. ff. quemadmodum teſtament. aperiant. & capite primo
de crimin. falſi.* præcipue verò obtinet quando teſtis non vult teſtificari, vt dixit *Bald.in
d.l.presbyter. & in l.argentarius.§.fin ff.de edendo.*

Vbi *Angelus* tradit, quod Medicus, qui ſe doloſe abſentat, vt non teſtificetur

64 an ſit cicatrix remanſura, teneturad intereſſe ciuitati, ſi forte non fuit facta condemnatio propter medici defectum *Tyndar. de teſtibus libro primo, capite nono, numero 7. 8. & nono.*

Q.35. Quæro, ſunt plures teſtes, qui in depoſitione ſunt ſingulares, an ob iſtam
65 ſingularitatem videantur † eſſe in dolo, ad intellectum huius quæſtionis præmittendum eſt, quod ſingularitas eſt duplex, vna quæ dicitur obſtatiua, alia quæ appelletur adminiculatiua, vt per *Francu. Curt. in tractatu de teſtibus, concluſ. 46. incipit duplex eſt ſingularitas num. 92. Crot. de teſtibus numer. 317. cum ſequen. & num. 325. verbo octaua concluſio, obſtatiua*, vt in teſtibus Suſannæ qui ſingulares fuerunt, ratione loci, & efficiuntur ſingulares, quando diſcrepant, in vno ex decem prædicamentis, in ſubſtantia, vt ſi deponat vnus de equo, alius de mulo; in quantitate, vt ſi vnus teſtificetur de quinque, alius de nouem. *§. ſi plures l. diem. ff. de arbitriis*, & ſic deinceps, vt egregie declarat *Bald.* ad quem omnes recurrunt in *l. teſtium num. 21 Cod. de teſtibus*, vbi etiam addit notabili-
66 ter dictam ſingularitatem † poſſe deduci ad quatuor cauſas, & quia teſtes differunt in cauſa efficienti, vt puta vnus teſtis dicit, quod Ioannes fecit, alius quod fecit Petrus, item quando differunt in modo cauſæ materialis, veluti vnus teſtis dicit fundum venditum cum domo, alter vero ſine domo, Item ſi differunt in cauſa formali, vt ſi dixerit vnus eſſe promiſſa decem per ſtipulationem, alius per nudum pactum; vltimo ſi differunt in cauſa finali, puta teſtis vnus deponit, quod fuit celebratus contra-
67 ctus do, vt facias, alius, quod imo contractus do vt des, ſingularitas † adminiculatiua, quando vnus teſtis adiuuat, fidem alterius, vt vnus teſtis deponit factum eſſe depoſitum apud Titium, alter depoſuit de confeſſione Titii, quod ſcilicet depoſitum accepit. *Curt. dicto numero nonageſimoſecundo, & concluſione quadrageſimaſexta, & Crot. dicto loco numero 325. cum antecedentibus* plures vtiles concluſiones facit in materia iſta ſingularitas teſtium,

68 In quæſtione noſtra de ſingularitate obſtatiua agitur, An igitur † teſtes hac ſingularitate inter ſe ſingulares, dicantur eſſe in dolo, & videtur negandum. Nam ſingularitas facit, vt teſtibus nulla fides præſtetur, adeo vt minus probent mille teſtes ſingulares, quam vnus teſtis non ſingularis, nam propter vnum teſtem poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis. *leg. admonendi, & ibi Doctor. ff. de iur.* & id probanti per teſtes ſingulares non, hoc iuramentum non præſtatur, vt per *Crot. dicto loco numero 318. verſic.* notate tamen. vbi *Bald. Lanfran. Iaſon.* & alios allegat, quod vero incidant in dolum, iure cautum non eſt. Confirmatur, quia poſſunt eſſe teſtes ſingulares, & non doloſi, & qui depoſuit Titium feciſſe homicidium, ita dixerit, quia viſus ſit agnoſcere. alius idem deponat de Caio, quia ita credat, & viſus ſit ita videre, *Bald. tamen in leg. iuſiurandi Codice de teſtibus numero nono*, videtur ſentire contrarium in quibuſdam caſibus, nam reddens rationem, quare teſtibus ſingularibus non credatur, primo dicit eſſe rationem, quia in teſtibus ſingularib. non eſt numerus teſtium, vnde tantum probant mille, quantum vnus. Deinde ait, quandoq; ſingularitas operatur quod minus probet per multos, quam per vnum teſtem, ſc. quando ex hoc in teſtibus præſumitur dolus, vel repugnantia; Ecce ſupponit *Bald.* in tribus propter ſingularitatē aliquando dolum præſumi, per ea, quæ notat ipſemet in *l. teſtium. Co. de teſtib. vbi n. 19. & 20.* dicit, quod ex motu ciuilis rationis, nō præſumitur pluralitas, ſi ergo teſtes ſunt in iſtis cohærentiis ſingulares, vitiatur teſtimonium eorū, & non ſolum non probant, ſed ipſi puniuntur, vt in exemplo Suſannæ quia ibi teſtes ad vnum actum, numero probandum teſtificātes deponebant de doli diuerſitate, propter quod ex neceſſitate naturæ apparuit eos falſum deponere, & ait etiā notari in gloſſa, ſi falſum ergo cum dolo, nam vt ſupra dictum eſt falſitas non eſt ſine dolo.

69 *Q.36.* Venio ad dolum Inſtantiæ, ſcilicet quando dolo alicuius perimitur † inſtantia cauſæ, & quæro quomodo ſuccurſum ſit ei ad cuius damnum periit inſtan-
70 tia; & primo ad euidentiorem huius quæſtionis intellectum, præmitto quid ſit † Inſtantia, & breuiter dico, eſt illa diſcuſſio, ſeu tractatio iudicii, quæ fit à litis conteſtatione vſque ad ſententiam; quæ diſcuſſio in cauſis ciuilibus durat triennio, in cauſis criminalib. biennio. *l. properandum, & ibi Doct. Codice de iudic. Maranta de ordine iudiciorum parte quinta in principio & Canon. Felyn. Imola, Butri. Abbas, incep. penult. ex. de iudiciis*, & hoc de iure communi; Sed de iure municipali, quando breuior eſt fert in omni ciuitate Italiæ cauſarum inſtantia: erit illud tempus, quo ſtatutum eſt, vt debeat cauſa finiri per iudicialem ſententiam, vt inſtantia Senenſis in cauſis ordinariis erit

erit 55. dierum; at quia propter ſtatutum, vt procedatur ſola facti veritate inſpecta,
non deſideratur litis conteſtatio, *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo ſummarie &*
deciſ. Pedemont. c. in 1. ideo tempus inſtantiæ incipit currere, quam primum inceptum
eſt cognoſci de meritis cauſæ ſecundum *Alexandrum in dict. leg. properandum colum. 4.*
vel ab illo actu, qui fieri ſolet immediate poſt litem conteſtatam in cauſis, in quibus
lis debet conteſtari, habet enim ille actus vim litis conteſtatæ, adeo ab illo actu inci-
pit inſtantia currere, *Bartol. Bald. & Doctor. in l. nulla, & in l. nihil. Cod. de procurat. Dard.*
in clem delect. §. fin. in fin. Abbas *in cap. inſinuante extra de offic. de leg. Ludouic. Roman. con-*
ſilio 174. colum. 2. Felyn. in cap. olim extra de accuſat. Atque ad ea quæ dicturi ſumus facilius
71 intelligenda præmittendum eſt etiam, quod inſtantia † eſt duplex, vna ſcil. in pri-
ma cauſa, & durat ſicut dictum eſt, ſpacio triennii in ciuili; & ſpacio biennii in cri-
minalibus. Altera eſt in ſecunda cauſa appellationis, & extenditur per ſpacium an-
ni, & ex iuſta cauſa biennii *authent. ei qui, vbi gloſſ.* Bald. *& Doctor. Codic. de tempor. ap-*
pellat. In prima cauſa dicitur triennio perire ſola inſtantia cauſæ, in ſecunda verò, ſci-
licet quando ſumus in appellatione dicitur poſt annum, vel biennium inſtantia, &
cauſa perire Bart. *in l. arbitrio, §. ſi cuius dolo. ff. de dolo malo*, hæc autem veluti luminaria ad
illuſtrandam viam ad propoſitam quæſtionem præmiſiſſe volui.

Quæro igitur quando dolus alterius perempta eſt inſtantia, quo modo ſicut
conſultum damnum paſſo, & cauſa facilioris doctrinæ diuido hanc quæſtionem in
tres articulos. Primus eſt quando dolus tertii abſque culpa iudicis, vel litigantium
perempta ſit inſtantia. Secundus eſt quando dolo partis: Tertius & vltimus quan-
do dolo, & facto iudicis.

Venio ad primum, videtur, quod læſo ſit danda reſtitutio in integrum † ad-
72 uerſus lapſum inſtantiæ, ex capite minoris ætatis, ſi is minor eſſet. *l. prima cum ſe-*
quent. ff. de minoribus: vel ex clauſula generali ſi qua mihi, ſi maior eſt. *l. 1. cum ſequent.*
ff. ex quibus cauſ. maior: nam non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *l. non*
debet cum ſimil. ff. de regul. iuris. competere autem reſtitutionem, probat *textus in l. ait*
prætor. §. fin. iuncta. l. 26. §. ait prætor. ff. ex quibus cauſ. maior. è contra quod imo detur
læſo actio de dolo, manifeſto docet text. *in dict. l. arbitrio. §. ſi cuius dolo. ff. de dolo*, vbi ſi
cuius dolo effectum eſt, vt lis temporibus legitimis tranſactis pereat; Trebatius ait
aduerſus eum de dolo dandum iudicium, non vt arbitrio iudicis reſtituatur. Ecce
non ſolum probat dari actionem de dolo, ſed negat concedi reſtitutionem, & terti-
um in eo contineri, probat *Bartol. in dict. §. ſi cuius.* in verſ. aut inſtantia periit facto iudi-
cis, & ita alii videntur intelligere, maxime *Antonius Butrius & Abbas in cap. penult. ex-*
tra de iudic. ille *numero nono verſ. ſi ſtat per extraneum*, iſte *vero numero nono verſ. ſi autem*
ſtat per tertium, cum hac declaratione. quod ſi ille tertius non ſit ſoluendo, reſtituitur
læſus ad litem, vt not. in §. *hoc quoque in authent. vt ſponſalitia larg. &* Bartol. *in dict. §. ſi cu-*
ius dolo, Abbas *in d. numero nono, & verbo ſi autem ſtat, Roman. conſilio ducenteſimo vigeſimo,*
numero nono. Non nocet argumentum contrarium, nam diluitur; primo per *Barto-*
lum in d. §. ſi cuius dolo. ſcilicet, quod procedit, quando facto iudicis, lapſum eſt tem-
pus inſtantiæ, ibi ſi cum per Magiſtratum factum eſt, & ibi: ſi per dilationes iudicis;
& ibi ſi per gratiam, aut ſordes magiſtratus, ratio differentiæ non allegatur, quam
viderim à Doctoribus inter dolum tertii, & iudicii, probabilis autem mihi illa videtur
quod Iudex in officio delinquit, nam cum debeat ſecundum leges intra tempora de-
finita iudicare. §. 1. *inſtitut. de offic. iudic. l. properandum. Cod. de iudiciis*, facit contra offi-
cium ſuum, dum curat perire inſtantiam, merito reparanda eſt per reſtitutionem. At
ſi propter dolum tertii, fieret reſtitutio, non difficulter circumueniretur lex, nam in-
directe per dolum tertii obtineretur reſtitutio, atque ita lex circumueniretur, quæ ra-
tio conſideratur in *d. §. ſi cuius dolo, in fine*, ibi ne aliter obſeruantibus lex circumſcri-
batur.

73 Venio ad ſecundum, quando ſcilicet periit † inſtantia facto partis, nimirum
rei, & videtur nullum remedium competere, quia nullum damnum infertur, quia
ſcilicet inſtantia non periit, *c. pen. extra de iudiciis.* & non currit inſtantia ob fraudem,
& ſubterfugia Rei, ne ex ſuo dolo lucrum conſequatur, *c. ſedes extra de reſcript. c. contin-*
git extra de dolo, & contumacia.

Secundo dato, quod illud forſitan procederet de iure Canonico, quo nunquam
perimitur inſtantia, vt videntur ſentire Canon. ibi & legiſtæ communiter in *dict. l.*
properandum. Cod. de iudiciis, ibi videtur probari, quod non debeat dari actio de dolo;

ſed priſtina actione, agendũ q̃ non fuit extincta; nã licet pereat inſtantia, non ꝓpterea
perit cauſa, habet igitur læſus ordinarium remedium, merito deſtituitur extraordina-
ria actione doli, *argumento l. 1. §. merito ait prætor ff. de dolo arg. l. in cauſa. ff. de minor, l. qui adã
ff. de edendo*, plene notatur *in l. in prouinciali. ff. de noui oper. nunciat.* quo argumento vtitur
Roman. *conſ. 220. nu. 9. & 10.*

Tertio ſi quod remedium competat, videtur non actio de dolo præſtari, ſed reſti-
titio per tex. in *dict. c. pen. de iud.* quem in hoc ponderat *Roman. dict. conſ. 220. numer. 10.*
quamuis parum ſibi in hoc conſtans, contrarium dixerit in *conſ. 174. nu. 6. Bart.* tamen
in d. §. cuius dolo, in fine aperte ſenſit, etiam hoc caſu dari actionem de dolo, monetur ab
abſurdo. Nam ſi concederetur, reſtitutio, poſſet vna pars alteri conſiteri ipſum eſſe
deceptum & ſic ad inſtantiam reſtitueretur, & lex, quæ præfixit inſtantiam eo modo
circumſcriberetur, contra *d. §. in fin.* ibi ne aliter obſeruantibus, ego præterea expen-
do, illa verba text. generalia, ſi cum dolo effectum eſt, & illa, ſed vt tantum actor cõ-
ſequatur, quantum eius interfuit, nam ea verba conueniunt ſiue à Reo, ſiue à Tertio
dolus, ad peremptionem Inſtantiæ ſit adhibitus, & hanc ſententiam cõtra Romanum
ſequuti ſunt *Nicol. Mel. in repertorio in verſ.* inſtantia cauſæ principalis. *Ioannes de Amicis
conſ. 66. incipient. ſuper dolo in fine.* Quos citat *Mandoſ. in addit. ad Roma. conſ. 220. in littera
f.* Non aduerſantur contraria, ad primum enim reſponſum eſt, quod de Iure Can.
non currit Inſtantia indiſtincte *Abb. d. c. pen. numer. 9. in princ.* & quamuis *Roman. d. conſil.
220 num. 11.* id reputet, & ſtudeat probare eſſe falſum, tamen contra eum eſt commu-
nis opinio Legiſtarum, & Canoniſtarum, vt per *Imol. dict. c. pen. num. 3. verſ. vnde quinta
lectura.* Ad ſecundum reſpond. *gloſſ. in d. §. ſi cuius dolo*, quod eius diſpoſitio procedit in
ſecunda inſtantia, in qua per lapſum temporis perit inſtantia, & cauſa, atque ita priſti-
na actio, non poteſt dari, & eam videtur probare *Bart.* ibi: Cæterum diuinatio eſt ad il-
lum tex. in quo non verbum vllum de appellatione, & reſtitut. licet generaliter loqua-
tur. Ideo dixerim non competere primum remedium ordinarium priſtinæ actionis,
quia hoc remedium ſubſidiarium doli plenius prouidet, ſiquidem melius, & vtilius
eſt cæptum iudiciũ proſequi, & intereſſe conſequi, quàm de nouo Iudicium inchoa-
re & nouis ſumptibus fatigati, ceſſat autem ordinarium remedium quoties extraor-
dinarium prouidet. *Rom. dict. conſ. 228. Zaſius. ſing. Intell. cap de concurſu ordinari. & extra-
ordinar.* addo, quod ſi priſtina actione poſſet experiri, dixiſſet Iuriſconſultus vt facit in
l. ſi tum à te. ff de dolo.

Ad tertium reſponde, per *Imolam dict. cap. pen. num. 3. verſiculo vnde quinta lectura*,
dicente nullum verbum in eo textu reſtitutionis eſſe, vide de hoc artic. *Marant. de ord.
iud. par. 5. cap. 1. nu 30.*

74 Succedit tertius † Articulus, quando facto Iudicis, perempta eſt inſtantia, & in
eo conſentiens omnium videtur opinio, vt competat reſtitutio in integrum per text.
*in l. ſed & ſi per pactum. §. vt prætor ff. ex quib. cauſ. maior. in auth. vt ſponſalitia largitas. §. hoc
quoque, & ibi gloſſ. & in Cod. de tempor. appellat. Auth. ſi appellatione Socinus Sen conſ. 31. num.
9. colum. 3. Alex. conſ. 72. num. 12. & conſ. 42. nu. 14. & ſeq. & Soc. dict. conſ.* teſtatur de com-
muni, & hoc caſu denegari actionem de dolo, videtur probare *dict. §. ait prætor*, nam
ait reſtitutionem competere, & ſi per ſordes Magiſtratus, perierit inſtantia, quod cer-
te in prima inſtantia, videtur indubitatum, ſed in cauſa appellationis, forſitan reſtitu-
tio in puncto iuris non eſt neceſſaria, qua tempus appellationis ipſo iure non currit, ſi
per Iudicem ſtat, vt notat *Bart. in dicto. §. hoc quoque*, & probant illa verba textus, ſed &
poſt hoc examinari appellationes huiuſmodi, & ratio diſcriminis eſſe videtur, quia
maius eſt præiudicium, Doct. tamen ſupra citati, & *Bart. in d. §. ſi cuius dolo in fine* com-
muni ſuffragio interpretantur ibi text. vt reſtitutio in integrum detur, & tempus in-
ſtantiæ currat, & quod iſte dolus Iudicis iuſta ſit cauſa reſtitutionis, probat late *Od-
dus de reſtitut. quæſtio: decimatertia, articulo primo*, vbi ponit exempla ex Mauritio, &
ampliatur tam in dolo vero, quam in dolo præſumpto, *ibi in ſecundo, & quarto ar-
ticulo.*

Sequitur, vt ad dolum Iudicis deſcendamus. Eo ante omnia vt velut fundamen-
75 to iacto, quod cum varia, multiplexque ſit in iure † Iudicis acceptio, & alius dici-
tur ordinarius, alius delegatus, vt per *Doct. in Rubric. ff. de offic. eius, & Canon. in Rubric.
de offic. delegat.* Alius maior, alius minor, alius medius, iuxta definitionem appella-
tionis, quæ eſt de minori ad maiorem Iudicem prouocatio. *Azzo in titulo Codic.
eodem leg. minor magiſtratus. ff. de Iudic. & Iuſtinianus in Authent. de appellat. §. il-
lud &*

ind & ibi not. Guilielm. relatus à Decio in Rubric. in princip. ff. de offic. eius. Alius ſuper illu-
ſtris, alius illuſtris, alius ſpectabilis, alius clariſſimus, *gloſſ. in auth. vt ab illuſtr. in verſiculo:
poſt magnificent.* Ang. *in l. præcipimus C. de appellatione Alexand. in rub. de offic. eius in ver. tri-
buuntur Rimi.nat. Mantua: & alij omnes ind. Rub.* In propoſito tamen ſumendus eſt Iu-
dex, qui rei iudicandæ, ac controuerſiæ finem imponendi poteſtatem habet, qualis,
76 qualis ſit ſiue delegatus, ſiue maior, ſiue minor, ſiue medius. † Rurſus præmittendum
eſt, quod dolus iudicis plus videtur afficere proceſſum, quam dolus partis. *Caſtr. in l. ſi
procurat. num. 8. ff. de procurator.*

Quæſt. 37. Et primo quæro an dolus præſumatur in iudice, & pro ſententia affir-
77 matiua videtur † reſpondendum ex multis, & ante omnia quia vbi iudex tranſgredi-
tur leges, & iura, cenſetur eſſe in dolo *Bald. conſ. 233. in fin. vol. 1. Boſſi. in tractat. crimin. in
tit. de officiali corrupto n. 21. Roland. à vall. conſ.* 12. *nu.* 10. *vol. 3.* ratio eſt, quia in tranſgreſ-
ſione legis præſumitur dolus *Bald. conſ. 33. nu. 4. vol. 3.* & ratio rationis eſt, Quia cum lex
illa ſit, cui decet omnes homines obedire, *l. 2. ff. de legib.* & lex ſit ſumma ratio, & boni-
tas, neceſſe eſt, quod eius tranſgreſſio ſit malitia, maxime in perſona iudicis, cuius offi-
cium eſt ſecundum leges, & conſtitutiones iudicare. §. 1. *inſt. de offic. iud.* & qui boni, ac
innocentis viri officio fungi debet. *l. 4. ff. fam. hercifcund.*

Quæ præſumptio doli eſt etiam † in eo iudice, qui non citauit aliquem, ſed ſpo-
78 liauit ſua poſſeſſione *Bald. d. conſ. 33.* ratio eſt, quia iuriſdictione non ſeruata proceſſit.
*l. lex Iulia. §. fin. ff. ad leg. Iuliam repetund. Alexand. poſt gloſſ. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſ-
ſeſſ. Auguſt. Bero: in cap. ſuper literis. numer. vigeſimoprimo. de reſcript. Parſ. de Sindocatu
in §. iudices. num. 27. facit text. in cap. primo de re Iudic. in ſexto & in cap. conquerente de
reſtit. Spoliator.* pari quoque modo eſſe videtur in dolo, Magiſtratus, qui noluit ſequi
conſilium aſſeſſoris ſui *Dec. in l. hoc edicto, num. 5. ff. quod quiſq; iuris*, dicens quod magi-
ſtratus, qui ſpreuit conſilium aſſeſſoris, patitur retorquutionem ex illo edicto, quod
quiſque iuris.

79 Quarto præſumitur dolus in iudice, negligente quia † iudex profitetur ſcire le-
ges, *l. magiſtros C. de profeſſor. & medicis lib.* 10. & ideo non facit, ad quod tenetur, *Al-
ciat. in l. Gallus. num. 39. ff. de lib & poſthumis, Rimi.nal. in l. p. n. C. de pact.* Quinto dolus præ-
ſumitur in iudice inimico capitali *Bald. in l. cum à te. ff. de dolo Plot. in l. ſi quando. §. 6. num.
10.* Sexto præſumitur etiam ex ignorantia iuris vnde *Decius in d. l. h. c edicto. num. 3. in 2.
notab.* aſſerit per illum tex. quod error iuris non excuſat aſſeſſorem, quia cum videatur
aſſerere ſe peritum, ignorantia iuris cenſetur dolus præſumptus in eo, qui peritiam profi-
tetur: Contraria tamen ſententia videtur eſſe verior, & frequentior *Bald. in l. pacta no-
80 uiſſima C. de pact.* imo pro ipſo † ſemper præſumitur. *Grammaticus conſ. 54. n. 3. argum. l. 21.
C. de of. ciuil. iud. eam*, ibi: quem, ſi iudex, quod minime arbitramur an de re voluerit & c.
& ideo Soce. Iun. conſ. 67. vol. 2. ait dolum non præſumi in his, quæ geſta ſunt coram iudi-
81 ce; & decretum iudicis facit † ceſſare actionem metus, & beneficium. *l. 2. C. de reſcind.
vendit. Bartol. in l. 1. Cod. de præd. curial. libr.* 10. & in *l. frater à fratre in vltima carta de cond.
indebit. Bald. in l. iubemus. Codic. ad Trebellianum col. prima & in l. pacta nouiſſima Cod. de pa-
ctis Alexand. conſil. 53. vol. 4.* hinc etiam eſt quod ob iudicis præſentiam, ceſſat doli præ-
ſumptio in geſtis à minore, à muliere, & ruſtico. Bartol. *in l. frater à fratre verbo tertio
quæro quod in contractu emptionis ff. de condit. indebiti. Imol & Angel. in l. 1. §. fuit quæſitum
ff. ad* Trebellian. *Menoch. in ſuo tractatu præſumpt. lib. 3. præſumpt. 128. nu. 5. & 6. Parſ. conſ. 52.
num. 3. vol. 4.*

82 Ratio eſt, quia † præſumitur pro iudice, quod ſit bonus, & recte faciat ea quæ ſuo
officio incumbunt *Alciat. regul. 3. præſumpt. 9. per tex. in d. l. 2. C. de offic. ciuil. iud.* ibi; quod
non arbitramur, & ratio rationis eſt, quia ad officium iudicandi, vt plurimum eligun-
tur literati, & honeſti viri, vnde merito pro eis præſumitur. *cap. in veſtra de procurat.
cap. niſi eſſent. de præbend.* & ibi Abb. ideoque non præſumitur facere aliquod fraudu-
lentum licet eius ſententia retractetur, *c. cum olim, & ibi gloſſ. ante penult. de priuil.* & ha-
83 betur in *c. cum Ioannes, de fide inſtrument*, & hinc eſt, quod † ſuccumbens per ſententi-
am iudicis præſumitur habuiſſe malam cauſam. *l. Herennius, vbi gloſſ. ff. de euiction.* Con-
84 firmatur quia † præſumitur iuſta cauſa in eo, qui publico iure vtens aliquid exequi-
tur: *l. iniuriarum in princ. de iniur. l. fin. Cod. ad legem Iul. repetund.* Augetur, quia eſt iudex
tamquam miniſter Dei in terris *Roland. conſ. 47. num. 10. vol. 3.* cui conuenit, quod lex
talem præſumit eſſe iudicem; Qualis vero eſſe debeat, explicat text in *dict. l. 4. ff. fami-
85 lia hercisc.* ibi dum ait quod boni, & † innocentis viri officio fungi debet in *l. contin ſide*

uerbo obligatione. §. *imo ita*, ibi ad iudicem, id eſt, ad virum bonum, non vt *Corraſ.* legit ad iudicem, aut virum bonum, nam nulli emendati codices ita legunt, & in *leg. ſed ſi vnus. §. prætor att. ff. de intur.* ibi arbitratu iudicis vtique quaſi boni iuri, id eſt verè boni viri, vt in Euangelio, quaſi vnigeniti à patre, non magis propriè eſt ergo iudex bonus vir, à viro autem bono, abeſt longe dolus: eſt enim vir iſte, vt ait *Horatius*, qui conſulta patrum, iuraque ſeruat, cui conuenit textus in § 1. *inſtitut. de offic. iudic.* declarat *Alexand. ab Alexand. lib. 6. genial. dierum cap. 1.* melius *Diuus Ambroſius relatus in cap. Iudicis 3. quæſtion. 9.* bonus iudex inquit nihil ex ſuo arbitrio facit & propoſito domeſticæ voluntatis, ſed iuxta leges, & iura pronunciat, ſtatuta iuris obſeruat, & æquitatis & cætera. conferunt quæ diximus in titulo, quæ perſonæ dolum committant, in quæſtione an Iudex dolum faciat. Non valent autem, quæ adducta ſunt ex aduerſo, quoniam iſta concluſio, quod dolus in iudice non præſumatur, eſt præſumptio iuris non certa, & abſoluta definitio, & ideo recipit probationem, & tollitur, vt moris eſt alia præſumptione validiori. *l. diuus. ff. de reſtitut. in integr.* & ideo in ſupra relatis argumentis præſumitur dolus, quia illæ præſumptiones tamquam validiores expellunt iſtam, nam in illis caſibus, & in alijs quibuſdam ſingularibus, fit doli, & fraudis præſumptio: conferunt ea, quæ tradit *Alciat. dicta regula 3. præſumpt. 2. verb. limitatur iſta numero ſexto, cum ſequent. maxime numero 14. 17. & 26.* Animaduertendum eſt autem, quod vltimum argumentum de præſumptione doli in iudice propter ignorantiam non eſt expeditum; Nam *Dec. Alexand. Caſtrenſ.* & alii nonnulli ſentiunt, iudicem ob ignorantiam iuris eſſe in culpa, non in dolo, dixi ſupra in prima diuiſione doli mali.

86 *Quæſtio.* 38. In † dolo præſumpto, in vltima quæſtione prior tamen opinio contra *Alexand.* videtur dici communis à *Decio in l. penult. in fin. Cod. de pact. Iaſon. in l. ſi quis id, quod. in 4. notab. ff. de iuriſdict. omni. iudic.* dicit eſſe ſingularem. *Claud. de ſeyſſel. in l. 1. colum. 3. ff. de legibus.* Quam ob rem ad inueniendam veritatem, ego puto duo capita conſtituenda, Primum in eo, qui non ſit iuris, legumque peritus Secundum eſt in Doctore iuris: quo ad primum, dico dolum nõ præſumi, argumento. *l. hac edicto, & ibi Doct. in principio. ff. quod quiſque iuris. l. ſed ſi lege. § ſcire autem. ff. de petit. hæredit. l. ſi quis in graui. § ſi quis ignorans. ff. ad Syllanian. dict. l. ſi quis id, quod,* & ibi *Alexand. ff. de iuriſdict. omni. iudic.* nec obſtat ſi quis obijciat, quod ſcire leges omnes tenentur, *l. leges ſacratiſſimæ. Cod. de legibus* qui autem non facit id, ad quod tenetur præſumitur eſſe in dolo. *l. ſi procuratorem. §. dolum. ff. mandati. l. 1. §. eſt autem apud. ff. depoſit. l. dolo. ff. ad l. falcid. Crauet. conſ. 193. numero 2. Curt. Iun. conſilio 19.* ratio eſt quia paria ſunt ſcire, vel ſcire debere, argumento, *l. quod te. ff. ſi cert. petat. l. penult. §. cum vtea,* & ibi *Bartol. ff. de aur. & argent. legat. Bald. in authent. ad hæc colum. 4. Cod. de vſuris.* Nam regula legis ſi procuratorem procedit in his, quæ ad neceſſitatem ſuſcepti officii pertinent; at de neceſſitate iuris nõ eſt, vt Iudex, vel Magiſtratus ſciet iura, ita vt ignorans, contraueniat officio. *d. l. hoc edicto*, illa vero neceſſitas quæ omnes obligat ſcire leges, nedum magiſtratus, non arguit dolum in ignorante, ſed cauſat in eo, vt ob ſuam ignorantiam nihil debeat acquirere, vel lucrari, quia ſibi imputet ſi ignorauit, quod ſcire tenebatur, *l. iuris ignorantia, & l. ſequent. ff. de iuris. & fact. ignorant.* Ita fit, vt non plus operetur iuris ignorantia in magiſtratu imperito, quam in quolibet alio, ſcilicet vt in aliqua culpa ſit, nec ei ſubueniatur, limitanda eſt autem hæc concluſio, trifariam.

87 Prior † limitatio eſt, quando ignorantia eſt in iure reſiſtente actui, nam qui hoc ius ignorans, contra illud veniret, præſumeretur eſſe in dolo *c. qui contra iura de regul. iuris. in 6. l. quemadmodum. Cod. de agric. & cenſit. lib. 12.* quare ſi Magiſtratus in loco, in quo exercet officium per ſe, vel per alium, credens id ſibi licere emerit, rem emptam amittit, & in quadruplum conuenitur, quia ignorat ius reſiſtens actui, *l. non licet. ff. de contrahen. empt. facit. l. 1. Cod. de contra. iudicum. l. principalibus. ff. ſi cert. petat.* altera li-

88 mitatio † eſt, in eo, qui errat circa ius naturale, vel quaſi, *Ang. Raphael. Imol. in vltim. cart. in 1. in l. ex conſenſu §. fin. ff. de appell.* adeo quod illa regula dicẽs quālibet cauſam etiam iniuſtam excuſari à dolo, intelligitur dummodo non ſit contra ius naturale, ratio eſt, vt opinor, quia ius naturale, eſt, quod omnia animalia docuit, *§. 1. inſtit. de iur. natur. l. 1. §. huius ſtudii. ff. de iuſtit. & iur.* proinde veniens contra ius naturale, ex malitia creditur venire. non ex ignorantia.

89 Tertia † eſt limitatio, in eo, qui ignorat ius ciuile notorium, & indubitatum, vt per *Ang. & Imol. in loco ſupracitato.* cuius exemplũ accõmodatũ eſt in eo, qui cũ fundum

emiſſet

Digitized by Google

emiſſet, nec precium numeraſſet, prætextu ignorantię recuſaret ſoluere, intereſſe re-
compenſatiuum contra. *l. curabit. C. de action. empti*, ratio eſt, quia quæ ſunt notoria, à
nullo citra ſuſpicionem doli poſſunt ignorari, etenim lata culpa eſt ignorare, quod o-
mnes ſciunt. *l. lata culpa. ff. de verb. ſignificat.* culpa autem lata dolo comparatur, imò eſt
dolus præſumptus. *leg. quod nerua. ff. depoſit.* quare cauſa iniuſta nec ab iſto dolo excuſa-
ret, vt dixit notab. *Alc. reg. 3. præſ. 30. n. 3. 4. & 5.*

90 Quoad † ſecundum caput, Aut Iudex legum doctor, errauit in iure ſatis no-
to, & vulgato. *Cran. conſ. 18. num. 14. & conſ. 225. num. 10. verb. & ideo error*, ratio ſumi po-
teſt ex *l. 2. §. Seruius Sulpitius. ff. de orig. Iuris Saly. & Modern. in l. iuris ignorant. Codic.
qui admitti.*

91 Aut errauit in iure † difficili, & obſcuro, vt in materia ſubſtitutionum, diuiduo-
rum; & tunc dicerem eſſe in culpa non in dolo, & ita concordantur opiniones, ratio
eſt quia caſus dubii, & difficiles ſæpe à grauiſſimis viris ignorantur, ideoquè conſul-
tus Angelus legitur dixiſſe triduum eſt, quod non vidi, hinc ad Papinianum notæ in-
ueniuntur, ab Vlpiano Paulo & aliis emiſſæ in *l. 1. C. de veter. iur. enucle.* hinc iudices à
Iuriſconſultis antiquis ſæpe reſponſa petebant. *§. reſponſa inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.*
Hinc ſæpe imperatores ex conſenſu Iuriſconſult. reſcribebant. *l. cum virum, & l. cum*
92 *acutiſſimi. Cod. de fideicom.* hinc lata ſententia contra ius † ambiguum, valet, *Curt. Iun.
conſ. 6. num. 22.* vbi inquit, quod Iudex in ſubtilitatibus non peccat mortaliter, & ante
dixerat *Bal. in l. ab eo C. quum & quando iudex*: hinc etiam error iuris ambigui excuſat ig-
norantem, nec arguit malam fidem. *Bal. in l. celſus. ff. de vſucap.* Hinc Iudex pronunci-
ans contra legem obſcuram minus *Bald. conſ. 420. in fin. lib. 1. Marianus in l. res Iudica-
ta. num. 35. ff. de reg. iuris Felyn. in cap. per tuas cl. 2. n. 56. de Simonia*, multa oſtendit ſimilia
Contar. de momen. poſſ. tit. appell. lim. 12. Amplia primum caput huius ſecundi membri,
vt obtineat etiam in ſimplice Iuriſperito, non tamen in Iuriſperito iudice, rationem
ponit *dict. §. Seruius Sulpitius. Cranet. d. conſ. 225.* dicens propterea fieri, quod licet error
iuris excuſet quando peritiores quis conſuluit, Doctor tamen errans in iure, non ex
cuſatur, licet conſuluerit peritiores, quoniam iura per ſe ſcire debet. *Bar. in l. bonorum
in fine. ff. de bonorum poſſ.*

93 *Quæſt.* 39. Quæro quot modis iudex † dolum poſſit committere, & ſane certa
non poteſt eſſe definitio: etenim multifariã, multiſq; modis Iudex doloſus eſſe poteſt,
vt in ſententia ferenda, quando ſcilicet corruptus cõtra iuſtitiam pronunciat. *l. venales
C. quando ſine app & l. filiusf. & ibi Dd ff. de Iud.*

Secundo ſi per eum doloſe factum eſt, vt inſtantia loci pereat. *l. arbiter. §. ſi enim
dolo. ff. de dolo. §. hoc quoque iuncta gloſſ. C. vt ſponſal. largitas*, cum aliis ſupra citatis ante in
ſuperiori quæſtio: Tertio ſi prohibuerit malitioſe acta, exhiberi, *Cagnol. in l. 2. num. 51.
Codic. de edendo.* Quarto ſi non detulerit appellationi cui erat de iure deferendum,
vel quoquo modo denegauerit, vel retardauerit malitioſe, iuſtitiam, ex traditis in *d.
l. venales in d. l. filius* procedendo iuris ordinatione ſeruata; *l. lex Iulia. § fin. ff. ad l. Iuliam
repetund. cap. 1. cum gloſſ. in verb. calore de re iud. in 6. cum cap. conquerente, de reſtitut. Spoliat.
Alexand. poſt gloſſ. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſſ. Auguſtin. Bero. in cap. ſuper literis,
numer. 7. de reſcript.* ſi Iudex fuiſſet in cauſa, ne probationes reciperentur, argumento
*l. ſi d. ſum. §. pen. ff. de euictionib. Tiraquell. de retract. conſang. §. 2. gloſſ. 1. numero 910. Me-
noch. de arbitr. lib 1. quæſt. 72. num. 7.*

Quinto ſi detulit appellationi, cui non erat deferendum *Salic. in l. fin. n. 4. in fin. C.
de pœn. iud.*

Sexto ſi declarauit pacti quam ſententiam eſſet daturus. *Pariſ. de Sindic. c. 2. verſ.
218.* vbi ponit pulchram quæſtionem.

Quæſt. 40. Quæro ſi dubitetur, ne alio ex iam dictis modis iudex dolum commi-
94 ſerit, quomodo † oporteat probare, cum regula ſit quod dicenti dolum quo eſſe
factum incumbat onus probandi vulgat. *leg. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. l. non omnis. §.
95 ſi † à Barb. ff. de re militar. l. quod in adhibit. C. de his, qui ſibi aſcribunt in teſt.* ibi te credo ma-
gis errore, quam malitia. Et ſane, vt accidit in quocunque alio dolo, à qualibet perſo-
na cõmiſſo, vt infra ſuo loco latius & explicatius tradenius; Dolus iudicis coniecturis
probandus eſt *per l. dolum C. de dolo*, ad quã Dd. velut ad ſacram Ancoram recurrunt;
96 Quare iterum † fit locus dubitationi, quæ poſſunt eſſe idoneæ coniecturæ, & profe-
cto, plures inuenio apud Dd. Quas velut roſas in vnum faſciculum colligit *Contard. in
ſuo tractatu de momentanea poſſeſſ. limit. 10.* & poſt eum *Maſcard. de probat. Tomo primo*

concluſ.532.fol. 400. Earum verò prior eſt ſi dixerit Iudex, quod volebat ferre ſententi-
am odio, vel amicitia *Caſtrenſ. in l. ſeruo inuito. §. cum prætor. numer. 2. ff. ad Trebell.* Secun-
da ſi de euidenti iniquitate gratia, iniuria, vel ſordibus conſtet. *l. ſi filiusfamilias. ff. de iu-
dic. Alexand. conſ. 187. & 131. num. 11. lib. 2. Petrus de Ancar. in ſua diſputat. incip. cum clericis.*
Tertia ex notoria iniuſtitia; de qua conſtet ex actis, quia ſcilicet condemnauerit ali-
quem, cum ex actis conſtaret eſſe abſoluendum *Alexand. in d. conſ. 131.* ideoque *Bald. in
c. paſtoralis. §. 1. num. 4. extr. de offic. delegat.* inquit, quod licet in cauſa poſſeſſionis cum
detur appellatio, tamen ſi contineret expreſſam iniquitatem, poſſet appellari tãquam
à iudicis dolo. Quarta ſi iudex proceſſiſſet ordine non ſeruato, *l. lex Iulia. §. fi. ff. ad l. Iul.
repetund.* Quinta ſi iudex erat capitalis inimicus eius, contra quem pronunciauit, &
propterea tunc exceptio doli datur contra petentem executionem talis ſententiæ *Bal.
in l. cum à te. ff. de dolo Plot. in l. ſi quando. §. 6. num. 10. C. vnde vi.* Declaranda autem ſunt
p̃dicta, vt dolus ex allegatis cõiecturis probetur, ita demum ſi deſumantur ex actis an-
tiquis nam ex nouis ſenſibus, & probationibus, non docetur dolus, cum ignorans nõ
verſetur in dolo *l. 1 ff. de dolo.* etenim quomodo poteſt propter inimicitiam doloſe iu-
dicaſſe, ſi poſt latam ſententiam orta fuerit? Nam aut vult aliquis probare bonum ſibi
in cauſa ius competere & poteſt quidem ex nouis quoque actis, & probationibus ſu-
am iuſtitiam oſtendere, ſi verò cupiat dolum iudicis probare, neceſſe eſt vtatur no-
uis probationibus ex pulchra diſtinctione *Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum ff. pro ſocio.
numer. 26. Abb. conſ. 2. nu. 2. lib. 1. Butrius conſ. 24. col. 5. Saly. in l. cum mortem col. pen. verſicul.
quæro octauo. C. de arbitris, Alex. conſ. 101. in fin. lib. 2.* refert, & laudat *Menoch. d. arbitr. leg. t.
Quæſt. 72. num. 2. & 9.* quæ relatæ præſumptiones ſunt adeò violentæ, vt vix equidem
credam poſſe aduerſus eas probari contrarium, etenim licet poſſit in rei natura inimi-
cus etiam capitalis iuſtam tuliſſe ſententiam, vt exempla ſunt apud *Valerium Maxim.
de his, qui authoritate boni, & æqui commoti fauerant inimicis,* tamen quis eſt hic, & lauda-
97 bimus eum? nec ſane mirum, quod tam potentes, requirantur, probationes, nam † pro
iudice præſumitur, quod omnia rectè ſecundum officium ſuum exequatur, vt dixi-
mus, ideò euidentiores debent eſſe probationes, *Ang. in l. fi. C. vbi de ratiocinijs, Bald. in l.
ſi filiusfamilias. ff. de iud. & in l. obſeruare, §. proficiſci in quinta quæſtio. de offic. proconſul.
Guiliel. Maxim. in l. culpa eſt. numero 14. de reg. iur. Plotus in l. ſi quando. §. 30. numero 5.
Cod. vnde vi.*

Quæſt. 41. Quæro an iudex doloſe iudicans reddat ſententiam nullam, & ſane
98 videtur nulliter † iudicare per tex. *in l. venales. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. vbi Bal. Bart.
Caſtr. & alij Socc. conſ. 95. col. 1. lib. 3. ad hoc eum textum præcipue not.* Secundo à ſimili, nam
arbitria, & iudicia comparantur. *l. 1. ff. de arbit.* ſententia arbitri propter dolum eſt nulla
l. ſi in lege vbi Bart ff. locat. ibi; quibus conſequens eſt, vt inita ſit approbatio dolo condu-
ctoris facta ponderando verbum irritum, quod ſignificat ipſo iure. *l. 1. & ſeq. ff. de in-
iuſt. rupt. & irrito: teſt. auth. ex cauſa C. de lib. præter. l. 1. ff. de ferijs.*

Ex aduerſo quod non ſit ipſo iure nulla probant *Angel. Alexand. Caſtr. Iaſon Dec.
in l. hoc edicto in princ. ff. quod. quiſque iuris per eum* textum notant enim ibi omnes, quod
iudex dicendo ius iniquum non facit actum nullum; quippe text. in *d. l. hoc edicto* ſup-
ponit iudicem iniquè ſententiando, ſubiectum eſſe pœnæ ipſius edicti q; quiſq; iuris,
ſcilicet vt patiatur retorquutionem, at ſi ſententia eſſet nulla, ceſſaret pœna retorquu-
tionis per *l. 1. in fin. ff. quod quiſque iuris; ſed Iaſon d. l. hoc edicto,* dixit infirmam eſſe hanc
ſequelam, etenim ſi eſſet ſententia nulla, adhuc poſſet eſſe locus illi edicto. Secundo
tamen idem Iaſon allegato loco, eandem opinionem probans, ait, quod ſententia eſt
ſtrictè ſumenda & in his quæ ſunt ſtricti iuris, dolus non vitiat ipſo iure; *l. & eleganter.
ff. de dolo,* vbi per illum tex. paſſim dicunt Doctores contractus ſtricti iuris ope exce-
ptionis doli infirmari nõ ipſo iure, tertio cõfert tex. in *l. ſeruo inuito. §. cum præt. ff. ad Tre-
bell.* vbi iuncta gloſſ. probatur aduerſus ſententiam ambitioſe latam dari reſtitutionem
in integrum, & ad hoc eum tex notat *Bald. in dict. l. venales.* & confert tex. *in l. ſed et ſi per
prætorem. § fi ff. ex quib. cauſ. maior.* at reſtitutio præſupponit ſententiam valere, nam ſi eſ-
ſet nulla hoc ceſſante; remedium ordinarium nullitatis haberet locum.
99 Ad eruendam † veritatem in hoc articulo, diſtinguendum arbitror hoc modò,
Aut iudex doloſe tulit ſententiam iniquam quia ſit corruptus; Aut alia deprauata a-
nimi malitia doloſe pronunciauerit. I. caſu, aut eſt corruptus pecunia, & ſententia
eſt profecto nulla ipſo iure *dict. leg. venales, & 2 q. 6. §. venales. gloſſ. ordinar. inca. quatuor
modis 11. quæſtio. 3,* ampliatur, vt procedat, tam in ſententia definitiua, quàm in ſen-
ten-

Digitized by Google

tentia interlocutoria, & poteſt eius nullitas proponi coram ſuperiori. *Ripa in l. quod iuſſit. num. 7. ff. de re iud. Contard. ſi de momentan. poſſeſſ. limit. 10. num. 22.* Amplia tertio in arbitrio iuris, quia Iudex eſt, limitatur autem in ſententia arbitri ſimplicis. *l. 3. C. de arbitr. Imol. ſuc. 1. col. 10. de conſt.* Secundo ſi pecunia eſſet data poſt latam ſententiam, quia ſi aliquo pacto non probetur ante promiſſa, non erit nulla, nec iudex erit mulctandus de barattoria *Ancar. conſil. 286. incipit de multis crimin. in 6. col.* limitatur etiam ſi tres iudices eſſent, quorum vnus eſſet corruptus, ſuſtinetur enim adhuc ſententia. *Ioan. And. ſing. ad ſpeculat. in tit. de ſent. probat §. iuſta in pr. in addit.* quæ incipit quid ſi ex duobus *Bar. Socc. in tractat. fallen. reg. d. 356 fall. 1. Belyn* qui has omnes limitationes refert in *cap. 2. na nos. numero quinto de Simon.* An fuit corruptus Iudex eloquentia partis, aduocati vel procuratoris, Iudicium enim vt ait *Cicer.* ſæpius lingua, quam pecunia corrumpitur & tunc videtur idem, quod in pecunia dicendum; Nam *Cic.* negat ſe intelligere diſcrimen inter hanc, & illam corruptionem, dum ait, cur qui pecunia iudicem
100 corrupit pœna † dignus ſit, qui vero eloquentia, laudem ferat, imo plus mali facere videtur, qui oratione, quam qui pecunia iudicem corrumpit, nam pecunia corrumpere prudentem nemo poteſt, dicendo autem poteſt, cæterum dicendum eſt ſententiam valere, & eſſe in ea cauſa, ac aliæ ſententiæ, quæ ſunt, circa dolum tamē latæ; nam Iudex captus magis eloquentia, quam corruptus dicitur, & tam credit veram eſſe, & iuſtam ſententiam, quam dedit, omnique dolo caret, errore enim ductus eſt, quare manifeſta eſt differentia inter vtrumque caſum, nam qui pecuniam accipit, ſciens decipit, & male iudicat, ideoque oratorium magis, quam dialecticum eſt Ciceronis argumentum: ita quod nec locum eſſe reſtitutioni in integrum opinor, niſi in his caſibus, in quibus alias aduerſus rem iudicatam reſtitutio competeret. Aut eſt adductus alia deprauata animi malitia, nimirum, gratia, ambitione, odio, & tunc puto valere ſententiam ipſo iure ſed poſſe per reſtitutionem reſcindi ex adductis pro ſecunda, ratio diſcriminis eſſe videtur, quia non ita delinquit Iudex ſi prece, non precio corruptus iudicet. Limitatur autem ſi lata eſſet contra *Iaſon in leg. Diuus ff. de re iud. Capice. deciſ. 35. numero 13. Fulgos conſil. 162. circa finem, Contardus de moment. poſſeſſ. dict. limitat. numero 22. verſicul.* ibi tamen hoc limitat. ſupereſt reſpondere ad *leg. ſi in lege. ff. locati*, & certe difficilis videtur euaſio, nam licet *Bald. in rub. Codic. de inſtitut.* dicat, quod arbitramentum eſt aliquod, donec reſcindatur, tamen non tollit authoritatem, ex dicto text. ego vero puto reſpondendum, quod cum in *l. 3. Cod. de arbitris.* probetur ſententiam arbitri per ſordes, vel ambitionem latam exceptione doli tolli, atque ita ſupponat valere ſententiam in *dict. l. ſi in leg.* dolus non fuit commiſſus ab arbitro, Sed ab vno ex contrahentibus vt patet ibi, quibus conſequens eſt vt irrita ſit approbatio dolo conductoris facta, & ratio eſt, quæ allegatur in text. ratio vero rationis; quoniam ſumus in contractu bonæ fidei, nempe locationis, quæ ipſo iure, per dolum reſcinditur. *l. & eleganter ff de dolo*, rurſus verbum irritare, non denotat ſemper ipſo iure ſed facto hominis, vt in *cap. cum dilecti. vbi Abbas in primo ext. de reſcript. & in cap. illud ext. de iure patron.* & in hunc ſenſum accipi oportet *d. l. ſi lege*, ne contrarietur *leg. 3. Codic. de arbitr.* Pro his limitationibus vide *Men. de arbit. cent. 4. caſu 343.* vbi late, & pulchre, & adde prædictis teneri iudicē ſi petiit conſilium ſapientis & illud doloſe, preuit. *Speculator. de ſapient. conſil. numer. ſecundo verb. & autem.*

101 Q. 42. Quarto, Iudex accipit pecuniam pro iuſtitia facienda. An teneatur † reſtituere ei, a quo accepit in præmium iuſti iudicii. Et non eſſe reſtituendam probatur primo quoniam is, qui dat turpiter dat, nam etiam bonam cauſam habens dando pecuniam delinquit, quia fortaſſe iudicem corrumpit, qui aliter turpem erat ſententiam daturus, Accipientis quoque iudicis, turpitudinem eſſe non eſt ambigendum, cum mercedem ferat ex eo, quod libens, & gratis erat facturus, nam vt *Cicer. de legibus*, ait iniquiſſimum eſt, iuſtitiæ mercedem quærere, At vbi accipientis, & tradentis turpitudo verſatur, ibi ceſſat repetitio, & denegatur reſtitutio, *l. ſi ob turpem ff. de condict. ob turpem cauſ.* vbi Paul. reddit rationem, ſcilicet quia in pari cauſa oportet potiorem eſſe poſſeſſorem. Secundo comprobatur per text. *in l. 2 ff. eod. tit. de condit. ob turpem cauſ.* & ibi gloſſ. communiter recepta Nam qui pecuniam tribuit iudici, quia corrumpere illum videtur, crimen contrahit, & ob id litem perdit, ibi Imperator noſter conſtituit litem eum perdere. *l. 1. C. de pœn. iud. qui male iud.* igitur longe magis denegatur ei pecuniæ repetitio, Contrariā tamen opinionē frequentiori calculo receptam eſſe ex *Alex. in d. l. 2.*
102 teſtatur *Did. in reg. pecc. † part. 2 § 5. in pr.* ſcilic. quando, pro iuſtitia celeriter miniſtrāda

datum fuerit aliquod iudici, adeo quod de corruptela non poſſit dubitari, quod eueniet, ſi iuxta conſilium *Baldi in cap. fin. ante finem extra de appell.* relatum à *Fely. in cap. tuæ nos extra de Simonia* datum ſit iudici, aliquibus videntibus, quod placuit *Fulgoſ. & Iaſon. in dict. l. 2. Panormit. in cap. cum ab omni, de vita, & honeſt. clericorum. numero* ... multasque alias in hanc ſententiam authoritates congerit *Fely. dict. cap. tuæ nos, numero 5.* Probatur primo ratione, quia datio pecuniæ non tendit hoc caſu ad corruptionem. Secundo per textum in *cap. non ſane, 14. quæſtion. 5.* quo loco Gratianus D. Augustinum refert hanc opinionem ſatis apertè aſſeuerantem; ex quo text. deducitur, quod datum iudici abſque crimine corruptionis, vt iuſtitiam miniſtret, eſt dantu reſtituendum, vt tenet in ſpecie *Silueſtr. in verb. reſtitutio col. 2. §. 1. & in verſ. reſtitutio 4. §. 1.* Tertio confert regula eiuſdem *Syluestr. dicto loco.* Datum ob illam cauſam, ad quam faciendam ille, qui accepit tenebatur ex neceſſitate præcepti, quod præceptum ad iuſtitiam pertineat, eſt omnino reſtituendum, & quidem danti, niſi & is propter aliquam admixtam turpitudinem, a lege humana prohibeatur accipere, probaturq; ea ratione, quia opera iuſtitiæ non ſunt venalia, nec iuſtitia eſt materia vendibilis, vnde *Gregorius inquit*, qui rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia iuſtitiam, quam gratis impertiri debuit acceptione pecuniæ vendidit, æque rectè *11. quæſt. 3.* ſiquidem iuſtus non eſt, qui iuſte agit ob aliam cauſam, quam ob ipſam virtutem, *Ariſtotel. 6. Ethic. c. 12.* cui conuenit text. in *c. 1. de re iudic. in 6.* Quarto conuenit his text. in ſimili in *l. fin. ff. de condit. ob turpem cauſam*, vbi qui, vt rem ſibi locatam, commodatum reſtituat domino pecuniam accipiat, debet danti reſtituere, quia ex natura contractus gratis reſtituere, pro implemento iuſtitiæ commutatiuæ tenebatur, & hanc ſententiam vti veriorem probat, *Didac. in dict. cap. peccatum part. 2. §. 3.* ex quibus rationibus, non obſcure colligitur ſolutio contrariorum, negatur enim ad primum dantis, & accipientis turpitudinem verſari, vere enim habet locum ſolius recipientis. Secundum autem fundamentum euitatur, quia procedit, quando ſumus in dubio, nam lex ſtatim ac intelligit datam eſſe pecuniam etiam in bona cauſa, facit præſumptionem corruptionis, vt colligitur ex illo verbo, videtur, argumento *l. in modum*, & ibi *Doct. ff. de verb. obligat.* nos autem loquimur, quando nulla poteſt eſſe ſuſpicio corruptionis. Sed data hac communiori ſententia, rectè dubitatur, an is qui dedit pecuniam, eiuſque repetitionem habet, perdat nihilominus cauſam, cuius intuitu pecuniam dederat, & *Alexand. & Iaſon. in dict. l. 2.* putant illum facere litis iacturam, tametſi repetitionem dati habeat. *vide Salic. l. 1. numero 2. Codic. de pæn. iudic.* Verum *Didac.* allegato loco, verſ. & quamuis aduerſus eos ſentit, quod ſicut non denegatur repetitio, ita, nec immineat iactura cauſæ, adductus vnica ratione, quæ eſt potentiſſima, nẽpe ſi conceditur dati repetitio, vtique ideò conceditur, quia ex parte dantis non ſit turpitudo, nam ſi eius
103 quoque verteretur † turpitudo, ceſſaret repetitio. *l. 3. & 7. ff. de condit. ob turp. cauſ.* ſi non adeſt turpitudo, ergo non debet plecti amiſſione cauſæ, ne pœna imponeretur, vbi non eſt delictum. Hunc autem articulum, pulchriorem eſſe arbitror ad theoricam, quam neceſſarium, aut vtilem ad praxin, vix enim eſt, quod iudex accipiat aliquibus videntibus pecuniam, vt celeriter iuſtitiam miniſtret, & ſi aliter accipiat, vt aliqua poſſit ſubeſſe ſuſpicionis occaſio, ſtatim ille qui dedit incidet in pœnam. *dict. l. 2. ff. de condit. ob turpem cauſam*, de pœna autem eius, qui dedit iudici pecuniam, vt etiam in bona cauſa iudicaret, *Bartol. in l. ſi quis vxori. §. ſi fugitiuum. ff. de furt. Saly. Bald. & alii in l. 1. Cod. de pœna iudic.* tandem omittendum non eſt, quomodo huic, qui ad corrumpendum dedit pecuniam ſit parcendum, dic vt *in authent. nouo iure. Cod. de pœna iud. qui mal. iudic.*

Quæſt. 43. Quæro cum non liceat iudici accipere pecuniam, etiam pro ferenda
104 da iuſta ſententia, an † ſaltem ei conceſſum ſit accipere promiſſionem, vel inſtrumentum de conſeruando eum indemnem, ſi tempore Syndacatus moleſtaretur, excitat *Bartol. in l. ſi quis reorum. §. ſi fugitiuum. ff. de furtis in l. 1. §. fin. ff. de calumn. Bald. in l. 1. Cod. de pœna iud. quæſt. penult. num. 8. verbo. extra quæro*, & ſane videtur negandum, quia, & hoc caſu corruptus Iudex, nam cum ſit per cautionem ſecurus, audebit etiam iniuſtam ſententiam dicere, nihil eſt enim ei timendum. Secundo pro hac conſeruatione non poteſt Iudex accipere pignus, vt dixit *Bald. in d. l. 1. numer* 8. ergo à pari, nec cautionem ex notat. à *Saly. in l. quæ explicandi. C. de accuſat.* vbi dicit. Sed tamen *Bart. & Bald. in locis nuper adduct.* & in *l. 1. Codic. de magiſtrat.* communiter contrarium concluſdunt

dunt, ſi in bona cauſa promiſſio conſeruationis facta fuerit. Nam inquit *Bald.* Iudex
in his, quæ facit licite, ad executionem officii ſui poteſt recipere conſeruationem in-
demnitatis, per *text. in l.* 4 *ff. de magiſtrat. conuenieud.* ibi Magiſtratus ſtipulati ſunt ſe eo
homine indemnes futuros. Tertio inquit *Bald.* quia hęc cautio continet ipſum nihil,
cum data ſit cautio in bona cauſa, & bona cauſa tutum reddit iudicem. Quarto ait
Bart. in d. §. ſi fugitiuum quod Iudex ex hac promiſſione nihil acquirit. Nec obſtant al-
legata ex aduerſo & primum tollitur, quia præſupponitur datam executionem in bo-
na cauſa. Secundum diluitur vel negando, quia cum poſſit fideiuſſores accipere, cur
non & pignus, vel Reſp. cum *Bald. in d. l.* 1. *C. de pœn. iud.* ſcilicet quod eſt differentia in-
ter promiſſionem, & pignus, quia in pignore res interuenit, & vtitur argumento. *l. liti-
gatores.* §. 1. *&* 2. & quod ibi notatur de arbitr. in puncto tamen iuris dubiro de hac *Bar.*
& *Bald.* opinione, vereor enim, ne ſit generalis. ſed & procedat in caſu *d. l.* 1. *& d. §. ſi fu-
gitiuum*, ſc. quando poteſt timere de facto alterius, vt Magiſtratus dando tutorem, licet
reputet eum idoneum, poteſt tamen ab illo timere, quia multæ ſunt hominum late-
bræ, & multi receſſus, vt in *dict. l.* 1. *& in d. §. ſi fugitiuum*, ibi: duumviri volunt recipere
fideiuſſionem de indemnitate, quia iuſtè timent. Sed in ſententia ferenda, ſi iuſte, &
ex animi conſcientia iudicet, nihil habet cur timeat à quoquam; Iudex in pronunci-
ando, cum nullo alio reſpectu, quàm Iuſtitiæ, debeat iuſte iudicare ſecundum ea, quę
in ſuperiori quæſtione diximus, & ſicut in datione pecuniæ in bona cauſa lex timet
corruptionem. *l.* 2. *ff. de condit. ob turp. cauſ.* ita & in bona cauſa in promiſſione pecuniæ
corruptio timenda eſt, maxime enim eſt probabile quod ſine illa promiſſione non eſ-
ſet ita ſententiam laturus.

Quæſt. 44. Iudici qui pro munere ſententiæ rem quampiam accipit, proximus
eſt ille, qui ratione familiaritatis, vel officii apud iudicem, expeditum litis euentũ pro-
mittit alicui, ob receptam pecuniam, ideo non ſine ratione, de illo dubio proponitur
quæſtio, an æqua pœna mulctetur, de qua tex. eſt in *l. qui explicandi*, vbi *Saly. & Bal. C. de
accuſation. l. in comites. ff. ad l. Iuliam repet.* Duar. *lib.* 1. *diſputat. anniuerſ. cap.* 25. *Robertus Au-*
105 *rel. lib.* 3. *ſent. iuris cap.* 25. & id genus † perſonæ fumi venditores appellabantur anti-
quitus, vt declaratum inuenio in adagiis emendatis, de quibus acerbas, ſeueraſque
pœnas literis commendatas habemus apud *Lampridium in vita Heliogabali*, & in vita A-
lexandri Seueri, eſt igitur aliquis, qui apud principem, vel cauſarum iudicem, gratia,
& fauore potens eſt, accepit pecunias, aliquaque munera, ab illis, qui à principe, vel à
iudice, ſibi aliquid concedi poſtulant, & ii expeditum fauorabilemque cauſæ euen-
tum ſpondent, an ſit pœnæ ſubiiciendus, negandum certe videtur, quia iuſtitiam non
lædit, nec præiudicium affert, aduerſario eius, à quo præmium recepit, ſiquidem ver-
ba dat tantum ſpondenti pecuniam, & nihil præterea, quam iuratis promiſſionibus il-
106 lum fallendo, is ergo merito ſibi debet imputare, quoniam † temere non credere,
neruus eſt ſapientiæ, & *D. Bernard. de confideratione* credulitatis facilitas peſſima: Con-
traria opinio eſt verior; quippe explorati iuris eſt hos fumi venditores, crimen con-
107 trahere, *d. l. qui explicandi*, igitur non debent eſſe ſine pœna, tunc enim bene † ſe ha-
bet ciuitas, quando nullum delictum impunitum relinquitur, nullum bonum irre-
muneratum. *Plato* enim rempublicam dixit contineri præmio, & pœna *l.* 2. *& l.* 1. *ff. de
legib.* aperte eandem ſententiam probant; nec obſtat argumentum contrarium, ſiqui-
dem facit iniuriam principi, vel iudici, cuius fumum vendit, & turpiter decipit eum
à quo pecuniam recipit, ideoque tenetur actione iniuriarum. *l. item apud labeonem.* §.
ait prætor. ff. de iniur. & §. *idem ait.*

Quæ igitur pœna eſt ſtatuenda, certè eſt ambiguum ex *d. l. qui explicandi*, quo-
niam non recte explicat. vna pœna eſt expreſſa in *l. in comites. ff. ad leg. Iuliam repetund.*
alia in l. falſi pœna. ff. de falſis, alia in d. l. apud Labeonem. §. *ait prætor de iniuriis.* Quamob-
108 rem † puto ita diſtinguendum. Aut loquitur de fumi venditore apud principem,
& tunc ſine pecunia accepta venderet, ſiue gratia, & tunc arbitrio Principis ſtatuenda
eſt pœna, vt ſcilicet ille puniat, qui læſus, & iniuria affectus fuit, ſeueriſſima autem
animaduerſione vſi ſunt, *Alexand. Imperat.* vt dixi, & refert eleganter *Menoch. Cen-
tur.* 4. *caſu* 344. Minore autem vſurum Principem vero ſimile eſt in eum qui non
præmio, ſed prece litis euentum promiſerit, quia cum minus deliquerit, pœna eſt
commenſuranda delicto; *leg. ſancimus. Cod. de pœnis*, Aut loquitur in eo, qui iudici-
um fumum vendat accepto precio, & tunc ſi iſte venditor ſit comes Iudicis illius, &
incidit in pœnam, *l. Iuliæ repetund.* vt dixit *Duaren. citato loco per l. in comites. ff. ad l. Iul.*

ſecund. Aut comes non eſt, & tunc falſi pœna plectetur. *l. Pomponio & leg. falſi pœnā. de falſis*, item & actione iniuriarum *dict. leg. item apud Labeonem*, vt tradidit *Robert in. Aurel. dict. loco*, quæ opinio diſſidet à Duareno, & diſplicet *Menoch. loco nuper citato. numero decimo*, quia fumi venditor iſte de veritate negocii in ſe nihil mutaret, manet enim firmum, & idem apud magiſtratum, ideoque rectius eſſe probat Menoch. vt ſicut dixit Bartol. pœna arbitraria imponatur ex authoritate *Pauli receptarum ſententiarum libro 5. titul. ad l. Corneliam teſtamentariam*, quem locum retulit, *Duaren. dicto cap. 25.* qui euentus ſententiarum vendunt, conuicti pro modo delicti, aut relegantur, aut capite puniuntur. Ecce pro modo delicti pœna arbitrio iudicis variat, vt annotauit *Cuiacius* ad interpretationem *dictæ l. qui explicandi*, vbi & tantundem punitur, & peccat hic fumi venditor, ac ille, qui iudicem corrumpit, ſed corrumpens Iudicem, arbitraria, ſiue extraordinaria pœna punitur, vt late *Menoch. de arbitr. cent. 4. caſu 343. in princ.* Hæc verò pœna, cum pro modo delicti infligenda ſit mitius vtique puniendus erit, qui non præmio, ſed prece, vel gratia, vel vanitate litis expeditum euentum promiſerit, vt dixit *Robert. Aurel. dict. loco*, & laudat *Menoch. allegat. cent. 4. caſu 343. in fine.*

Quæſt. 45. Quæro Iudex dolo iudicauit, qua pœna eſt plectendus; Reſpondent
109 omnes litem † ſuam facere in *l. ſi filiusfamilias ff. de iudiciis*, cui conuenit. *l. properandum. §. ſin autem alterutra. Cod. eod. titul. Federicus in tractat. de iudic. numero 44. Contard. de moment. poſſeſſ. limitat. 11. & in dict. leg. filius*, explicat Iuriſconſ. quando Iudex dolo videatur iudicare, & quid ſit litem ſuam facere, his verbis: Iudex tunc litem ſuam facere intelligitur cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit, dolo autem malo tunc facere videtur, ſi euidens arguatur ius, vel gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes, vt veram litis æſtimationem præſtare cogatur. Quare ad vberiorem huius rei explicationem diſtinguere opus eſt.

Nam aut loquimur de iudice Seculari, aut de Eccleſiaſtico; quo ad pri-
110 mum monitos † vos eſſe oportet, quod iudicem litem ſuam facere, eſt teneri in id, in quo partem læſit. gloſſ. *in dict. §. 1. & in dict. l. properandum. §. ſin autem alterutra. Cod. de iudic.* quod obtinet tam in poſſeſſorio, quam in petitorio *Bald. c. paſtoralis. §. 1. numero 4. de offic. delegat.* per *dict. §. ſin autem Contard. de moment. poſſ. limit. 10. in prin.* dicimus autem iudicem litem ſuam facere, non ſolum ob dolum, ſed & ob culpam, *§. primo & ibi gloſſ. & Doctor. inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi delicto gloſſ. in d. l. ſi filius. ff. de iudic. l. fin. & ibi gloſſ. ff. de variis, & extraordin. criminibus. Federicus in tractat. de re iudic. numero quadrageſimo ſexto Iaſon. in §. item ſiquis in fraudem numero 107. inſtitut. de actionibus*, & ideo quandoque facit litem ſuam ob delictum, ſcilicet per dolum, quandoque
111 ob quaſi delictum. *d. gloſ. §. 1.* His autem † conſequens eſt quod licet vtroque modo ſuam Iudex litem faciat, non tamen æquo modo punitur, quippe in primo caſu tenetur Iudex ad veram litis æſtimationem, & ſic in ſolidum *Iaſon. in dict. §. item ſiquis numero 187. Iacob. de Sancto Georgio poſt Angel. in d. l. ſi filius famil. numer. 4. & numero decimo tertio. Dec. in leg. penult. in fin. Cod. de pact. Federic. in dict. tractat. numero 49. Alexand. in leg. 1. § hac verba numero quarto. ff. quod quiſque iuris*, & ratio eſt, quia magis delinquit Iudex.

112 In ſecundo † autem caſu, non in ſolidum condemnabitur, ſed in quantum æquum videbitur religioni iudicantis, *Iaſ. Federicus locis ſupra citatis Angel. in d. §. 1. de oblig. quæ ex quaſi delic.* minus enim delinquit.

113 Ampliatur † vtraque concluſio, etiam ſi ſententia lata per culpam, vel dolum iudicantis eſſet nulla ob aliquem iuris, vel ſolemnitatis defectum, vt dixit *Angel. in d. l. filiusfamil.* nimirum reſpectu ſumptuum, & expenſarum, non quoad rem deductam in ſententiam, tenebitur, quia quantum in ſe eſt delinquit per dolum, vel quaſi deliquerit per imprudentiam, idem etiam ſi mandata eſſet executioni, *Felin. in cap. ex tenore extra de reſcriptis.* niſi executio eſſet retractabilis *Dec. in leg. prima. §. hac verba. numero tertio & quarto. ff. quod quiſque iuris.* Ex his colligitur, quod libellus debet concludere ad condemnationem veræ æſtimationis ſi dolus eſt commiſſus, ſi vero culpa debet eſſe concluſio vt condemnatio fiat in quantum æquum videbitur religioni iudicantis. *d. l. filiusfamilias de iudiciis, de ſecundo in l. fin. ff. de variis, & extraordin. cognit. & §. 1. de obligat.* ex quaſi delict.

114 Ex his quoque infertur ad cautelam † *Angeli in leg. ex maleficiis. §. ſi Iudex. ff. de action. & obligat.* quem ſequitur *Angel. Aretinus in 1. §. inſtit. de obligat. ex quaſi delicto*

Felyn. in c. quoniam contra. numer. 20. verſic. gloſſ. pen. extra de probation. nempe quod cum dolus ſit difficilis probationis *l. dolum. C. de dolo*, maxime cum præſumatur pro iudice vt dictum eſt, & etiam quia ſententia creditur potius lata ob imperitiam, quam ob dolum, *Caſtrenſ. in l. ſeruo inuito. §. cum prætor ff. ad Trebellian. Guilielm. Maync. in l. culpa caret, num. 4. ff. de reg. Dec. conſ. 8. circa finem Alban. in l. 2. ff quod quiſque iuris*, vt ſcilicet qui agit aduerſus iudicem in ſindicatu, petat eum condemnari, in quantum æquum videtur religioni iudicantis, nam tunc fundatur iudicium ſuper culpa, & imperitia, & tunc probando ſimpliciter iniquitatem ſententiæ obtinebit & condemnabitur iudex quantum ſibi videbitur æquum. Quod ſi dolum probaueris, tunc ſindacatoribus, æquum debet videri, quod iudex doloſus condemnetur inſolidum ad veram litis æſtimationem, iuxta *d. l. ſi filiuſfam. ff. de Iud.*

115 Ampliatur etiam, vt † inſolidum fiat condemnatio, ſi iudicis imprudentia eſſet ſupina, ſiquidē dolo æquiparabitur, *glo. in d. §. 1. de obl. quæ ex quaſi del. Alex. in l. fi. in apoſt. ad Bart. ff. de variis & extraord. cognit. Mayner. in d. l. culpa caret. nu. 27. Contard. de moment. poſſeſſ. limitat. 11. num. 16.*

Quæſt. 46. Quæro iudex, qui litem ſuam facit iudicando erat, filiusfamil. an te-
116 nebit aduerſus eum condemnatio, & † breuiter reſpondendum eſt, ſi nihil habeat in bonis non teneri. *Angel. in d. §. 1. de obligation. ex quaſi delicto. numer. 10. Dec. conſ. 8. in fine, Mayner. in d. l. Imperitia. numer. 11. ff. de reg. iur.* quare cum non poſſit in ære, luet in corpore. *Afflict. in §. iudicis. num. 55. in tit. de pace Iuram. firman.* in vſibus feudorum, refert, & laudat *Contard. d. limitat. 11. num. 4. in fin.* id quod maxime obtinebit in cauſa criminali. Sed admittatur executioni contra patrem vſq; ad quantitatem legitimæ filii, vide *Caſtrenſ. in d. l. ſi filius. num. 13.* vbi multa deducit remiſſiue. Sed quid ſi habeat peculium, tunc ſiue dolo, ſiue culpa fecerit litem ſuam eatenus videtur teneri, quatenus habebat in peculio tempore latæ ſententiæ, per tex. ſingularem in *dict. l. ſi filiuſfamilias*, qui ſui generalitate probat, ait enim, ſi filiusfam. litem ſuam faciat, in tantam quantitatem tenetur, quæ tunc in peculio fuit, cum ſententiam dicebat.

Confirmatur ſecundo ex verbis ſequentibus, quæ declarant præcedentia, Iudex tunc litem ſuam facit, cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixit. Corroboratur propter paritatem rationis, nam in vtroque caſu doli, & culpæ condemnatur in ære ſcilicet aliquando in ſolidum aliquando in eo, quod videbitur æquum Iudicanti Sindacatori ergo vtroque caſu debet pro quantitate pecuniæ condemnari, gloſſ tamen ibi, *Bart. Caſtrenſ. & Bald.* diſtinctione rem componunt, dicentes filium ob imperitiam teneri peculio tenus, ob dolum vero inſolidum, & *Bart. dict. loco*, affert rationem quia ſcilicet æquum debet videri iudici, vt ob imperitiam non condemnet in plus, quam habeat in peculio, ſecus ſi dolo, vt putat colligi ex *ſecundo reſponſ. dict. l. ſi filiuſfam.* & inde infert ad cautelam, quam probant *Caſtrenſ. & Bald.* quod filius iudex tempore ſindacatus, quando ſunt contra eum graues petitiones, dicat ſe filiumfamilias, & ſic aut ad nihilum obligabitur, aut eatenus condemnabitur, quatenus erit in peculio, & hinc factum eſſe arbitror, vt conſuetudo inclinaret, vt iudices tempore ſyndacatus dent fideiuſſores, ne ſcilicet poſſint eludere iudicium; quatenus autem deducatur in iudicio intereſſe partis, pulchrè docet *Inn. in cap. ſuper eo, ext. quod metus cauſa*, & ſi iudex non ſteterit ad ſyndacatū, poterit pro extortis, & allatis conueniri in patria ſua, vt dixit *Caſtrenſ in d. l. ſi filius. num. 6.* quamquam autem poſterior hæc ſententia plures ſuffragatores habet; Prior illa tamen mihi videtur verior in puncto iuris. Et de multiplici pœna corrupti iudicis; tradit *Menoch. de arbitr. cent. 4. caſu 242. Alciat. in l. ſi quis in conſcribendo C. de pact. num. 3.*

Quæſt. 47. Quæro iudex, qui fecerat litem ſuam condemnatus fuit, & ſoluit;
117 an poſſit repetere ab eo, in cuius fauorem ſententiam dixerat? Excitat † hanc quæſtionem *Caſtrenſ. in d. l. ſi filiuſfamil. num. 8.* danda videbatur repetitio, quandoquidem hoc natura æquum eſt, vt eum ſequantur commoda. *§. 1. inſt. de legit. patron. tutela l. nam hoc natura. ff de condict. indebiti.*

Additur ſecundo, quod cum ille de dolo participauerit, debet etiam participare de pœna *Caſtr.* tamen reſpondet legi contrariæ pulchra ratione, quia ſcilicet proprii delicti pœnam, quæ ratio belle deducitur ex *l. 1. §. nunc tractemus. verſ. ſin autem dolo ff. de tut. & rationib. diſtrah.* Vbi ſi plures tutores dolo fecerint, & vnus ſoluat non habet à contutoribus repetitionem, quia proprii delicti pœnam ſoluit.

Secundo mouetur *Caſtrenſ. argumento. l. qui ſeruum ff. de interrogat. action. & l. ſi mancipia. C. de ſeruis fugit. per* Bald. & *Angel. ibi.* Nec aduerſantur contraria. Primum enim diluitur, quia nihil commodi conſequitur ſi doloſe data eſt ſententia, melior eſt enim in paritate doli cauſa excipientis. *l. fin. ff. de cond. ob turpem cauſam.* ſi per imperitiã, nihil eſt, quod imputet parti. Secundum etiam euertitur, quoniam delicti nulla eſt ſocietas *d. §. nunc tractemus.*

1 *Quæſt.* 48. Quęro in iudice Eccleſiaſtico, ſcilicet quomodo doloſe iudicans pu-
118 niatur, & *Federicus d. tractatu* † *de re iud. num. 46. verſ. quomodo*, remittit ſe ad *c. 1. §. ſi quis autem de re iudic. lib. 6.*

Quæſt. 49 Quæro an iudex, qui dolo tulit ſententiam conueniri poſſit ciuiliter,
& criminaliter, & quæ pœna ſit ciuilis, quæ criminalis, & ad primum videtur negati-
119 ue reſpondendum, quoniam eſt regula, quod nemo † debet duplici pœna puniri vul-
gatis iuribus, vna enim eſt ſatis, ne afflicto detur afflictio. *l. diuus. ff. de offic. præſid.* Con-
120 trarium † tamen reſpondet *Bald. poſt Iacobum de Bellis in §. iudices de pace. iurament. firmand. Tiraquell. de pœnis conſ 44 num. 60. Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 12. num. 4 Federicus Scher. in tractat. de re iud. numer. 46. & 47.* ratio eſſe poteſt, quia hic iudex, & partem læſit, & offendit Rempublicam, merito vtrique debet pœnam ſoluere. probatur a ſimili nam pro crimine falſi, & ciuiliter agi poteſt. *l. damus C. de falſis. l. penult.* ibi: ciuiliter falſo reuelato. *C. de tract. vbi gloſſ. magiſtr.* ait de falſo, quatuor modis agi poſſe criminaliter per *l. Corneliam*, ciuiliter per actionem in factum, ad intereſſe, exceptione, & explicatione, vt per eam; Ciuiliter ergo ad intereſſe partis condemnabitur, erit autem intereſſe, in veram litis æſtimationem, quando ſcilicet dolo iudicauit. *d. l. ſi filiusfamilias. ff. de iudic.* vel ſi per imprudentiam, quantum videbitur æquum religioni iudicantis. *l. fin. ff. de var. & extraordin. cognit.* §. 1. *inſtit. de obligat.* ad probandum autem inter-
121 eſſe, qua via ſit ingrediendum *Innocent. docet in cap. ſuper eo ext. quod met. cauſa.* † Criminaliter ſi tulit ſententiam precio corruptus pœna falſi. *l. 1. §. 1. verſ.* & qui iudicem corrumpit. *ff. de falſis*, pœna infamiæ, quæ venit in conſequentiam *l. fin. Cod. de pœna iud qui male iudicauit*, aliiſque pœnis afficitur, quas copioſe congerit, & declarat, quomodo procedant. *Menoch. de arbitr. iudic. caſu 342. num.* 8. *& ſequenti cent. 4.* Sin vero citra corruptelam doloſam adhuc erit locus pœnæ falſi, quia doloſe veritatem immutauit, argumento. *d. l. 1. ff. de falſis Menoch. de arbitr. iudic. cauſ. cent. 4. caſu 310. num. 6.* Multum etiam intereſt, an iudex dolo pronunciauerit in cauſa ciuili, an in cauſa criminali, nam in prima condemnatur hodie in triplum dati, id eſt, eius, quod accepit, & in duplum promiſſi ſingulo ſeu dignitate amiſſa, in altera confiſcatis omnibus bonis in exilium mittitur, *auth. vt litigantes in extraordinario litis, col.* 10. § *ſi quis autem, & auth. nouo iure. C. de pœna iud.*

Non habent vim deducta ex aduerſo, nam duplici pœna nemo eſt puniendus, ſcilicet duplici pœna ciuili, aut duplici criminali, ſed vna ciuili, alia criminali ſic, vt patet ex empto falſitatis. Rurſus duplici criminali, licet, vna veniat in conſequentiam alterius *Men. de arbitr. cauſa 342. num. 23. cent. 4.* vbi pulchre declarat, quomodo plures pœnæ pro eodem delicto corrupti iudicis, ſi inuicem compatiantur, & quo modo intelligatur, pœna. *d. auth. nouo iure. num.* 14.

Quæſt. 50. Quæro an contra iudicem doloſe iudicantem iuretur in litem, & non iurari, videtur palmatio argumento conuinci, nam datur hoc iuramentum, quando ſecundum præceptum iudicis res non reſtituitur *l. arbitrio, & ibi Bartol. ff. de dolo. Doctor. in leg. in actionibus. ff. de in lit. iur.* atque ita quando præcepto iudicis non pare-
retur, & hæc ratio ceſſat in iudice perperam iudicante; nihil enim habet, quod re-
122 ſtituere recuſet, ideoque non poteſt videri † præcepto iudicis non obtemperaſſe *Bald. tamen in l. 1. in princ. ver. ponderatus. Co. de ſentent. ex priuil. recitand.* ſupponit contrariũ per illum textum obſeruando illud verbum ita, vt iudex nec fallat, nec fallatur. nam ſi ipſe fallatur falſi teſtibus, vel obreptionibus non tenetur, quia ſcilicet bonus vir hoc non arbitrabitur, ſin vero ipſe Iudex fallat, ſemper tenetur, & iuratur contra eum in litem per *leg. arbitrio. ff. de dolo*, ſentiens, vt arbitror, quod cum actio doli ſit arbitraria, & detur contra iudicem, & in actionibus arbitrariis iuretur in litem, merito, & aduerſus iudicem doloſe pronunciantem *Seraph. de priuileg. iur. priuileg. 3. numero 100.* Adiuuatur ex his, quæ idem *Bald.* tradit in *leg. prima*

oppoſit.

oppoſit. 14. & 15. C. de ſententia quæ pro eo quod intereſt, nimirum quod iuramentum in litem præſtatur ad probandum intereſſe partis, læſæ *l. ſi quando. C. unde vi & l. in actionibus*, An contra iudicem agitur ad intereſſe, ſcilicet veræ æſtimationis, *d. l. filius familiæ. ff. de iudic.* merito poterit iuramento probari, & cum *Bald.* videtur eſſe *Angel. in d. l. 2.* vt patet ex additione: ibi prima quæ citatur per *Angel. in l. 4. § item ſi.* *ff. de damno infecto*. Magna profecto eſt authoritas Bald. maxime in cauſis decidendis, vt tradit *Caſtrenſ. conſ. 152. lib. 2. Crauett. conſ. 166.* nec mirum, nam de ipſo dicitur, quod nullum text. ignorauit, *Iaſon in l. lecta, col. 8. ff. ſi cert. petat. in l. quicquid adſtringendæ col. 4. ff. de verbor. obl. & in l. diuortio. § quod in anno in 3. notab. ff. ſol. matr.* ſed adhuc remanet inſolutum contrarium quod nec Bald. nec Ang. ſoluunt.

Puto autem poſſe euitari dicendo, quod concedatur iuramentum in litem, quando res non reſtituitur arbitrio iudicis, & eius præcepto non eſt obtemperatum, procedit ſcilicet quoties agitur contra partem nõ contra iudicem, in cuius perſona, non cadit contemptus iudicis, ſed verificatur, quod eſt principalius, ſc. quod ſit arbitraria, actio, & agatur ad probationem intereſſe.

Secundo poteſt etiam probabiliter dici, Iudicem, qui doloſe iudicauerat, teneri ad reſtitutionem, ſcilicet illius rei, quam doloſe abſtulit vni litiganti, & per ſuam ſententiam dedit alteri, & ideo ſi à iudice ſindacat. iuſſus reſtituere, nõ peruenit, tunc da-
123 tur aduerſus eum iuſiurandum in litem, propter contemptum iudicis. An vero † contra iudicem doloſum agi poſſit in ſindicatu, & ſi renunciatum ſit appellationi expreſſe, vel tacitè non appellando, vel deſerendo appellationem *Bald.* dicit, quod ſic in *cap. ſæpe. num. 11. de appellationibus*, & in *l. fin. § ſin autem C. de temp. appellat. Cont. ard. de moment. poſſ. limit. 11. num. 2.*

Quæſt. 51. Quæro Iudex habet, vel à lege, vel à Principe in aliqua cauſa plenum, & liberum arbitrium iudicandi, dixi plenum, & liberum ad differentiam illius arbi-
124 trii, quod † ratione, atque æquitate regulatum dicitur, iuxta dictum gloſſæ in *l. fideicommiſſa. § quamquam in ver. arbitrium. ff. de legat.* quando autem dicatur conceſſum plenum, & liberum arbitrium, ait *Bald. in tract. ſtatutum & in verb. ſtatutorum*, concedit liberum arbitrium, & in *l. pœna in fine. ff. de arbitr. Curt. Senior. in l. ſi quis maior, numer. 28. Cod. de tranſact.*

125 Quæro, inquam an huiuſmodi iudex ſi dolo tulerit † ſententiam, teneatur pœnis de quibus ſupra, an ſit in eadem cauſa, in qua cæteri iudices, & profecto dolo non obligari, videtur facilè ex multis probare, & primo ex definitione pleni, & liberi arbitrii. Dicitur enim plenum arbitrium, conceſſio à lege, vel ab homine facta, qua poteſt iudex remoto iure ratione, & æquitate, ſed proprio ductus appetitu, quod placuerit ſtatuere; Secundo ſi dolo teneretur nulla penè eſſet differentia inter liberum, & regulatum arbitrium, ſiquidem in hoc poteſt iudex, quod ſentiat iure, & ratione, & æquitate, iudicare pendet n. à iure, & æquitate, vt dixit *Zaſius in § præterea. nu. 6. inſtit. de actionib. Men. de arbitr. lib. 1. Q. 6.* Tertio ſuffragatur doctrina *Butrii in clem. 1. vt lit. pend.* nam decet iudicem liberam hanc habentem poteſtatem poſſe tollere iura priuatorum, & contra tertium ſtatuere. Quarto is iudex de culpa non tenetur, *Alexand. conſ. 69. numer. 8. lib. 1. Natta clemen. ſæpe. § non ſit tamen col. 29. de verb. ſign. Soccin. in l. cum filio fam. n. 1. de verb. obligat.* igitur nec de dolo, quoniam culpa dolo comparatur, *l. quod Nerua, & ibi Bart. & Doctor. ff. depoſit.*

126 Contrarium tamen † pluribus ſuffragiis receptum eſt vt ſupponit *Pariſ. de ſyndacat. cap. 1. in verſ. arbitrium. num. 16. & 17. fol. 174.* Nam Bald. *in loco ſupracitato, & in l. ſi quis maior in primo not. C. de tranſact. vbi etiam Curt. Iun. num. 15. Decius conſ. 651. 11. cum aliis multis*, quos congerit *Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæſt. 65.* Nititur autem frequentior iſta opinio argumento *l. in venditione. § 1. de bonis author. iud. poſſid. in l. creditor. § Lucius. ff. manda.* Secundo Princeps ſicut ex ordinaria poteſtate non creditur vnquam velle ius
127 alterius † lædere *l. 1. & 2. C ſi contra ius, vel vtil. publ. l. 2. § merito. ff. ne quid in loco publ.* ita nec iſtud ius lædendi ex dolo maxime, alteri conceſſiſſe videtur. Tertio dolus à quacunque diſpoſitione ſemper remotus *d. l. creditor. § Lucius. ff. mandat. Bart. in l. actio. ff. de adimend. legat*, quod maxime procedit in his, quæ mandato alterius geruntur, vt in ſpecie noſtra in qua mandatũ eſt liberũ in iudicãdo arbitriũ, *Gab. conſ. 99. n. 18. & 19. vol. 2.* cõfirmatur, q. dolus nũq̃ debet eſſe impunitus, *l. 4. § cum dominus. ff. de nox.* imo tãto magis eſt puniendus, quãto magis pub. eſt vt dolus iudicis. Quare inferũt Dd. hũc iud.
128 † habentẽ liberũ arbitriũ, obligatũ eſſe habere æquitatẽ, pro oculis ſicut cæteri iud. *per*

l. quid si Ephesi. ff. quod cert. loco, nec poſſe etiam ius alterius lædere, præſertim ſi contr
eum eſſet exercendum aut interpretandum nam contra eum intelligitur ſemper
concessum arbitrium boni viri *Men. d. loco lib. 1. quæst. 6.* Nec officiant allegata ex ad-
uerſo & ad primum reſpondetur, ſubintelligendam eſſe in dicta arbitrii definitione,
exceptionem ſcilicet a dolo tamen alieno, vt patet ex *Men. d. quæst. 6. in pr. num.* Ad ſecun-
dum reſpond. quod adhuc erunt differentiæ inter vtrumque arbitriũ, nam qui regula-
tum arbitrium habet tenetur etiam de culpa, nec tam latas habet habenas. Ad tertium
facilis eſt reſp. quoniam reprobata eſt communiori voto Doctrina Butrii.
Vltimum fundamentum euertitur, quoniam *Alexan. d. conſ. 65.* & alii dicunt non
bene inferri, tenetur de culpa, igitur & de dolo obligatur, quoniã vbi dolus exigitur, i-
bi lata culpa dolo non comparatur *l. nec l. ſi quis adeo. ff. ne vis fiat ei. l. 2. §. act. ff. de vi bon.
raptor.* Præterea, placet mihi ſolutio *Men. d. l. 1. de arbitr. quæst. 65. num. 9.* quod imo ha-
bens liberum arbitrium tenetur etiam de lata culpa, nam dolo æquiparatur, imo do-
lus appellatur in *l. quid Nerua ff. depoſ.* & vbi ſpecialiter non ſit contrarium diſpoſitum,
& ſtatutum in dolo, obtinet in lata culpa, vt in *l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.* Nec obſtat re-
gula, quod vbi dolus exigitur, tunc culpa lata doli appellatione non continetur, nam
de ea non apparet in quæſt. noſtra, quia ſimp. eſt liberum arbitrium, & quæritur an Iu-
dex teneatur de dolo, & reſp. eſt teneri, non tamen ſpecialiter dicitur, dolum exigi, vt in *l.
vbi exigitur. ff. de edendo.* & propterea immunis erit hic Iudex a leui, & leuiſſima culpa,
& ex hoc diſtabit ab eo, cui regulatum arbitrium conceſſum ſit.

Ampliando autem hanc concluſionem, credo habere etiam locum in dolo præ-
ſumpto, puta ſi exceſſus eſſet immodicus, nam dolus præſumitur hoc caſu etiã in his,
129 quæ iudicis arbitrio committuntur. † De iudice vero doloſe non admittente appella-
tionem vide *Mar. de ord. iud. par. 6. in tit. de app. n. 209. & 210.*

Quæſt. 52. Hæc de dolo Iudicis deduxiſſe ſufficiat, aggrediamur modo dolũ in
130 ſententia, quæ nihil videtur aliud, quàm definitio iudicialis controuerſię finem † per
condemnationem, vel abſolutionem imponens, vt colligitur ex *dd. Abb. in rub. ext. de
re iud. col. pen. facit tex. in l. 1. ff. de re iud. Spec. in tit. de ſent. prob. §. 1.* & appellata eſt à ſenti-
endo, quippe iudex per eam iudicat ſecundum quod ſentit. *l. ſi cum. §. ſed ſi ſequeretur. ff.
131 ſi ſeruit. vend.* Eſt autem duplex † ſententia definitiua ſc. cui ſoli conuenit aſſignata nu-
per deſcriptio, altera interloquutoria, quæ dici poteſt inter principium, & finem cau-
ſæ ſuper aliquo emergenti, vel incidenti iudicis pronunciatio, notat *gl. in clement. 1. in
verb. definitiua, de ſequeſtr. poſſ. & fructu Spec. in tit. de ſent. prob. §. 2. in pr. in 2. parte*, *Alex. in
rub. de re iud. col. 2.* dicens, quod omnis vox iudicis faciens ad cauſam dicitur interlocu-
toria. Idem *Bald. in l. ab arb. ff. qui ſatiſdare cogu.*

Quæro itaque an dolus in ſententia præſumatur, & reſpondendum eſt negatiuè,
132 quia pro † ſententia, quod ſit rectè lata, & iuſta præſumitur, *l. ab ea parte in 2. reſp. ff. de
prob. l. in manum. per lib. ff. de manum. vind.* ratio eſt, quia cum præſumatur pro iudice, quod
omnia ritè, & rectè egerit, quæ officio ſuo incumbunt. *l. 2. C. de of. cui. iud.* ibi quod non
arbitramur, conſentaneum eſt etiam pro ſententia, quę à iudice fertur, præſumi, quod
vſq; adeo verum eſt, vt ſi iudex moriens dicat ſe tuliſſe iniuſtam ſententiam, illi tamen
non creditur, *Bart. in l. ſi quis in grau. §. 1. ff. ad Syllan.* e *Alex. in l. ſciendum col. 22. de verb. obl.*
dicens ita communiter teneri. Porrò autem limitatur, primo in ſententia, quam ali-
quis dici celauit, & occultauit *Feder. de Senis conſ. 23. col. 2. & 3.* refert, & ſequitur *Maſc.
de probation. vol. 1. conſ. 532. num. 34. ſub verb. octauo limit. col.* dicens illud ipſum obtinere,
& in eo reſcripto, in quo ſuppreſſa veritas eſt *Bal. conſ. 306.* proponitur, quod quidam
133 *Ant. lib. 5. Cran. conſ. 142. num. 20.* Puro etiam † eandem concluſionẽ limitandam, & in
aliis caſibus, ſupra congeſtis à nobis, in quibus dolus præſumitur in iudice, etenim cũ
ſit connexio inter iudicem, & ſententiam, connexorum idem eſt iudiciũ. *l. etiã ſi. §. pr.
ff. de minor. l. cum filius. §. 1. ff. de verb. oblig.* cum his, quæ latè tradit *Men. de arb. cẽt. 1. caſu. 95.*
veluti iudex capitalis inimic⁹, præſumitur doloſe tuliſſe ſententiam, ſimiliter etſi nul-
lo iuris ordine ſeruata, at quis dubitat, vtramq; ſententiam præſumi doloſam.

Q. 53. Quæro, partes litigantes communi conſenſu obtinuerint à Principe, vt eorũ
134 cauſa † committeretur appellatione remotã, quod fieri poſſe ſcribit, *Bald. in c. vt debi-
tus col. 2. verb. pone quod partes ext. de appellat.* Iudex datus, doloſe tulit ſententiam, an non
135 obſtante pacto poſſit † interponi appellatio, & videtur negandum per *tex. in l. ſi. §. ſi. C.
de tempor. appellation.* vbi ſecundum *Salyc.* iuri appellandi poteſt per pactum renunciari,
ac etiam conueniri, ne vllum fatale ſeruetur, ait enim ſi partes inter ſe ſcriptura

inter-

interueniente paciſcendum eſſe crediderunt, nemini licere ad prouocationis auxi-
lium peruenire, eorum pactionem firmam eſſe cenſemus, legum enim authoritatem
in hoc caſu volumus pactis litigantium mitigari. Confirmatur, quia potuerunt cogi-
tare, quod Iudices ſæpè ferunt iniquas ſententias, vnde ſibi imputent, quod dolum
non exceperunt argumento *l. veteribus. ff. de pact.* Augetur, quia hoc pactum fauet pu-
blicæ vtilitati, vt lites, quæ primum finiuntur argumento. *l. fin. ff. pro ſuo, iuncta. l. 1. ff. de*
vſuc ipien. ideo late interpretandum, *argum. l. vel negare. ff. quemadmodum teſtam. aperiant.*
Doctor. in l. 1. ff. ſolut. matrim. Ratio prædictorum eſt, quia partes cenſentur eo pacto re-
nunciaſſe appellationi, *Marſ. ſing. 289. incipien.* dolus agitur & dolo, cui poſſe renuncia-
ri dicunt ſcribentes maxime *Dec. & Cagn. in l. contractus. ff. de reg. iur.*

Contrarias partes communi ſuffragio videntur probare Doctores, ſequuti *Bal-*
dum in d. c. vt debitus, nam tam Iuriſtæ, quam Canoniſtæ adhærent *Bald. maxime Philip-*
pus Francus in c. paſtoralis in 8. colum. verb. quartodecimo operatur, extra de appellat. & *Decius*
ibi num. 26. Marſ. d. loco Iacob. de Sanc. Georgio in l. tale pactum. §. qui pronunciauit nu. 6. dicens
ſiue pars dolo Iudicis læſa, velit appellare, ſiue de nullitate dicere, *Contard. de moment.*
poſſeſſ. limitat. 10. qui plura cumulat. Nititur vero hæc ſententia trita illa, ſed famoſa
iuris regula, quod dolo de futuro nunquam cenſetur renunciatum *Plotus in d. l. ſi quan-*
do. §. 6. num. 5. C. vnde vi. Contard. d. limit. 10. num. 6. amplius dico, quod dolo futuro, non
ſolum non cenſetur renunciatum, imo non poteſt renunciari, ne detur occaſio delin-
quendi, & propterea teſtatur, futurum dolum non poſſe remitti tutori, ſecundum ea,
quæ diximus ſupra *lib. 2. in tit. de dolo futuro.* Vltra Doctores facit illa Doctorum ratio,
ſc. quod ab omni diſpoſitione cenſetur dolus excluſus. *l. creditor. §. Lucius. ff. man.* Quid
136 magis probandum? Ego puto † diſtinguendum, Nam aut loquimur de vera appella-
tione, quæ eſt de minore, ad maiorem Iudicem prouocatio, aut de appellatione impro-
pria, quę datur per viam exceptionis; vt ſc. is qui læſus eſt poſſit exceptione ſeſe defen-
dere, quæ eſt quędam ſpecies appellationis, primo caſu crediderim veram eſſe, priorē
negatiuam ſententiam ex adductis rationibus. Secundo vero, inclino in Baldi & alio-
rum ſententiam per textum in *l. non diſtinguemus. § cum quidam ff. de arbitris.* In quo cum
prohibita eſſet appellatio, doli mali exceptionē competere aduerſus eum qui ex ſen-
tentia agit, ait enim etiamſi appellari non poſſit doli mali exceptionem, in pœnæ peti-
tione obſtaturam.

Per hanc igitur exceptionem quæ eſt quædam appellandi ſpecies, licebit ſentē-
tiam arbitri retractare. Nec facit negocium regula, quod dolo futuro non cēſeatur re-
nunciari, nec poſſit, nam fateor, dicens dolum ſuum effectum operari, quo ad appella-
tionem impropriā, dum tribuit ius excipiendi, & ita credo eſſe intelligendū *Bal.* quā-
do ipſe præcipue videtur ſe fundare, in *d. l. non diſtinguemus. §. cum quidam,* per doctrinā
Bart. in § non ſolum l. liberationes. ff. de liberat. legat. Hęc vero concluſio, ſiue ſecundū nos,
137 ſiue ſecundum Baldum, & Doctores, frequentius accepta, ampliatur † in ſententia, q̄
lata culpa iudicis ſit dicta, nimirum quia dolo comparatur. *l. lata culpa ff. de verborum*
obligationib. l. quod Nerua. ff. depoſiti Bald. Francus, *Marſil. & alii in locis ſupra citatis* ſc. quod
vel detur appellatio ſecundum Doctores, vel ex opinione noſtra cōcedatur exceptio,
quæ vicem quandam ſuſtinet appellationis, vt dictum eſt.

Q. 54. Quęro in quibuſdam cauſis prohibita eſt appellatio, vel à ſtatuto vel à le-
ge, cuius exemplum eſſe poteſt in *l. 1. C. ne liceat tertio prouocare in l. 2. C. quorum appellat.*
138 *non recipi,* ſcilicet quando aliquis eſt † confeſſus, & conuictus *Philipp. in c. cum ſpecial. §.*
porro colum. 2. vbi declarat quando quis eſt ſponte confeſſus ſecus ſi per tormenta, quia
tunc appellat tertio, exemplum eſt *in l. 1. C. quorum appell. non recipi. l. ex conſenſu. §. fin ff.*
de appellat. & ibi *Bartol. & Imol. & Doctor.* nimirum in vero contumaci, qui dicitur eſſe
quando fuit citatus perſonaliter, & potuit venire in termino, & non venit, vel fuit ci-
tatus in domo, & cum poſtea citatio peruenit ad eius notitiā potuit comparere inter-
mino, & non venit *Alex. in l. properandum §. ſin autem reus. C. de iudic. colum. 2. & 3. Ma-*
rant. qui plura cumulat *in tit. de appell. n. 285. & n. 280. verb. iſtam regul.* & verſ. Quis au-
tem dicatur, à ſtatuto quādo habet clauſulam appellatione remota & ſumitur exem-
139 plum in ſtatuto Senenſi. An † in his terminis prohibita erit appellatio etiam à ſenten-
tia doloſa, & videtur reſpondendum, quod ſic. Primo quia licet quando prohibita ſit
appellatio propter pactum datur appellatio, quando eſt ſententia lata per dolum ſe-
cundum ea, quæ ſupra dicta ſunt; tamen non bene infertur ad ſtatutum, vel ad le-
gis diſpoſitionem, quippe quia fortius eſt ſtatutum, quam pactum, vnde regula eſt,

quod multa fieri poſſunt per ſtatutum, quæ non poſſunt fieri per pactum *Dec. in l. nec ex præterito. ff. de reg. iur.* vbi multis deciſ. probat, & laudat *Cagnol. ibi nu. 6. & ſequ. confert tex. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* Rurſus, & ſecundo quia indefinita æquipollet vniuerſali, *Bartol. in leg. ſi pluribus. ff. de leg. 2.* latiſſime *Cagnol. in lege prima, numero ſexto, & ſeptimo, cum ſequen. ff. de regulis iuris vbi nume.* 10. dicit ex communi ſententia procedere etiam in ſtatutis.

140 Contraria † tamen ſententia, magis communiter videtur probata, tam à Canoniſtis, quam à Legiſtis, nempe *Franc. & Bald. in c. paſtoralis de appellat. & idem Franc. in c. dilecto colum. 4. verſ. ſeptimo limita, & nume. 6. de appellat. Marſ. ſing. 289. Angel. conſ. 197. Plotus in l. ſi quando. §. 6. num. 8. C. vnde vi*, & prima ratio communis ſententiæ eſt, quia dolus futurus nunquam cenſetur remiſſus, quam rationem aſſignat ex mente *Nizzell. in concordantia tertia ſub verſiculo quarto fallit. Contard. ſi de moment. poſſeſſ. limit. 10. num. 4. 5. & 6.* Alia ratio vltra Doctores eſt, quia malitiis hominum eſt obuiandum late *Cagnol. in leg. ea eſt natura numero vndecimo, vſque ad numerum decimumſextum, Marſil. in ſing. 177. incipit malitiis*, daretur enim ampla nimis occaſio Iudicibus delinquendi, ſi ab eorum doloſa ſententia, non daretur appellatio, & ſemper aliquis litigantium daret operam per fas, & nefas vt haberet ſententiam fauorabilem, ſi non poſſet appellatione reſcindi.

Tertio ſuffragatur veriſimilis mens ſtatuentium, nam id ſemper cenſetur ſtatutum, de quo ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, veriſimiliter reſpondiſſent velle, *gloſſ. magna l. pactum. ff. de pactis*, nemo eſt enim, qui dubitet, quod ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati nunquid à ſententia doloſa vellent concedi appellationem, reſpondiſſet velle.

Quarto quia ſtatutum ſic ſemper eſt interpretandum, ne mereatur à ſapientibus reprobari *Doct. in l. omnes populi. ff. de Iuſtit. & Iur.* & dignum eſſet profecto reprehenſione, ſi denegaret aduerſus doloſam ſententiam appellationem, ideoque *Plotus al legato loco*; inquit, quod omnes leges, omnia decreta, & omnia ſtatuta quibus cauetur, quod Iudex cognoſcat appellatione remota intelligenda ſunt, niſi Iudex fuerit in dolo, vel lata culpa. Ampliatur concluſio, vt procedat etiam in ſtatuto, vel lege, prohibẽte de nullitate ſententiæ dici, ex paritate rationis. *Plotus d. loco.* Ampliatur etiam in ſententia arbitri *Contard. d. limitat. 10. num. 4. Soc. conſ. 283. vol. 3. Dec. conſ. 39. num. 6.* Ampliatur ſiue ſententia ſit doloſa ex parte Iudicis ſiue ex parte litigantis *Plot. vbi ſupra num. 8. & 9.* Non habent vim contraria argumenta, & ad primũ reſponſio eſt, quod licet potentius ſit ſtatutum, quam pactum, eadem tamen eſt interpretatio vtriuſque redigenda ad æquitatẽ, & hic non de potentia, ſed de interpretatione eſt diſputatio, ad ſecundum vero facilis eſt ex prædicta reſponſione ſolutio ſiquidẽ non procedit vbi diuerſa ſit ratio, *Cag. vbi ſup. n. 9. & 10.* late *Didac. variar. reſolut. lib. 1. c. 13. n. 9.* vbi proprie loquitur in ſtatutis. In prædicta autem quæſtione poſſet diſtingui, vt fecimus in proxima antecedenti quæſtione.

Q. 55. Quæro dato quod ab hac ſententia ratione doli non obſtante clauſula appel-
141 latione remota concedatur appellatio, An hæc † ſententia dolo lata trãſeat in rem iudicatam, id eſt veniat ad eum ſtatum, vt nullo remedio appellationis, vel ſupplicationis poſſit retractari per *l. eleganter § ſi quid eſt. ff. de condit. indebit. Felyn. in rub. ex. de ſenten. & re iudic. n. 1. Dec. & Cag. in l. res iudicata. ff. de reg. iur.* & ſane videtur tranſire, quia regula eſt, quod omnis ſententia, à qua non eſt appellatum intra 10. dies vel eſt quidem appellatum, ſed appellatio eſt deſerta; tranſit in rem Iudicatã *auth. hodie. C. de appell. c. quoad conſultationem de re iud. & auth. ei qui appell. C. de temporib. appell.* reg. aut continet caſus omnes etiam priuilegiatos, niſi inueniantur ſpecialiter priuilegiati *Dec. & Cagnol. in l. 1. ff. de milit. teſtam.* niſi in puncto de quo quæritur inuenirentur ſpecialiter priuilegiati. At ſententia doloſe lata, non inuenitur ſpecialiter à regula exempta. II. & fortius, nam qui non appellauit, vel appellationem deſeruit videtur renunciaſſe iuri ſuo, dolum remiſiſſe, & veritatem ſententiæ facere, merito debet ſibi præiudicare, argumento *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* maxime quoad dolum præteritum, cuiuſmodi eſt dolus in ſententia, poſtquam eſt lata. *Dec. Cag. & alii in l. contractus. ff. de reg. iur.*

Contraria tamen ſententia, receptior eſt, nam eam tenet *Paul. in leg. cum à te verſiculo quæro quid. ff. de dolo Plotus in dicto §. ſexto, numero octauo, & ſequen. Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de appellat. §. in quibus litt. b. incipiente Goffred. circa finem. Contard. ſi de moment. poſſeſſ. ſit appell. limitat. 10. n. 7. verſ. quinimo*, Ratio eſt ſecundũ *Bald. in d. l. cũ à te*, quia reus

ſemper

ſemper per doli exceptionem, & actor per doli replicationem poteſt ſe tueri. Confirmo ſententiam Doctorum, quia ſententia poteſt eſſe multis modis dolo lata, veluti quia Iudex ſit corruptus, & tunc exploratiuris eſt non tranſire in rem iudicatam. *leg. venales, C. quando prouocare non eſt neceſſe.*

Secundo quando de dolo ſententiæ conſtat per confeſſionem partis, & tunc etiam non facit tranſitum in rem iudicatam, quia illa præſumptio iuris, quæ naſcitur ex ſententia tollitur per confeſſionem actoris. *Innoc. in c. quia plerique colum. pen. ex. de immunitat. Eccleſiarum, Abbas, & Butr. in c. ii, qui fidem extra de ſponſalibus Abbas in c. 1. in fin. de conceſſ. præbend. Iaſ. in repet. l. admonendi colum. 24. verſic. ego inter alios, & in l. ſi duo §. idem Iulianus in 6. notab. ff. de iuretur.* Inſuper quando ex tenore ſententiæ, vel per euidentiam facti apparet de dolo, & de iniquitate ſententiæ *Innocent. in c. cum Bertoldus de ſententiis, & re Iud. Doct. in c. inter cæteras per illum tex. eodem titul. de re iud.* Bald. *in leg. 1. Co. ſenten. reſcind. non poſſe. Marant. de ordine iudiciorum parte 6. in titul. de ſententia, in vltima quæſtione principali num. 144.* cur ergo & in omni alia ſententia doloſa non eſt idem reſpondendum. Non obſtant allegata ex aduerſo, nam ad primum ſolutio eſt in promptu, nempe hunc caſum ſpecialiter exemptum à regula inueniri. Ad ſecũdum ſolutio ſit, quod dolo etiam præterito debet ſpecialiter & expreſſe renunciari, nec ſufficit tacita renũciatio, Ideoque in terminis noſtris dicunt Doctores, quod contra iudicem doloſe iudicantem poteſt agi in ſindicatu, tametſi renunciatum eſſet appellationi, ſiue tacitè, ſiue expreſſe, vt diximus ſupra, & tradit *Cornard. ſi de momentan. poſſeſ. limit. 11. numero ſecundo.*

Quæſt. 56. Quæro fuit lata ſententia ex falſis allegationibus, atque ita ex dolo partis,
142 an ſit † ipſo iure nulla, videtur eſſe nullam per *Dec. in l. quod te num. 45. ff. ſi cert. petat. Deciſ. Pedem. 71. nu. 39.* Contrarium tenet *Soc. in l. ait prætor. §. ſi damnet ff. de iuretur.* ex ratione ibi allegata & ex authoritate *Baldi in l. eleganter. §. ſi poſt num. 6.* Plures authoritates citat *Odd. de reſtitut. q. 77. art 7. num. 41, Paul. in l. 2. num. 3. ff. quod quiſque iuris Sebaſt. Medices de fort. caſib. parte prima quæſt. 11. num. 30. in fin. Angel. in l. diuus num. 4. & Bald. in leg. fin. num. 5. Cod. ſi ex falſis. Alber. dict. l. ſeruo inuito. §. cum prætor num. 5. ff. ad Trebellian. Socin. in reg. 364. num. 4. per tex. in c. ſiquis ex. de falſo, c. cum. olim de reſcript.* Et ſane diſtingue quãdo hæc ſententia ſit lata dolo partis præſentis contra abſentem legitima cauſa abſentiæ *Odd. dict. quæſt. 77. num. 39.* non videtur eſſe dubitatio per *Matheſ. ſing. 18.* per *l. Marcellus. §. cum prætor. ff. de iudic.* quem dicit ſingularem, loquitur enim ille textus in ſentẽtia lata dolo præſentis contra abſentem, duo enim requirit ille. §. *Marcellus*, dolum aduerſarii, & abſentem legitimum, tum quia pendet ex principio dictæ *l.* quæ loquitur in abſente, tum etiam, vt concordet, cum *l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebell.* nam ibi interuenit ambitio, & ſic dolus; tamen ſententia eſt aliqua, quia ibi fuit lata contra præſentem, quia cauſa cognita. *l. fin. C. ſi ex falſis inſtrum.* ita declarat *Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres num. 41. verſ. quintus, & vltimus intellectus. ff. de verbor. obligat.* vbi cum multis præcedentibus agit de intellectu *d. §. Marcellus.* Quibus conſequens eſt, quod ſententia doloſa lata contra præſentem eſſet aliqua, & poſſet reſcindi per in integrum reſtitutionem *d. l. fin. C. ſi ex falſ. Inſtrument.* Ratio diſcriminis eſſe videtur. Quia dignus eſt maiori fauore abſens, quam præſens, cum propter abſentiam non ſe poſſit defendere at præſens doloſus magis videtur delinquere, cum eum circumuenerit, qui præcauere non potuit.

Q. 57 Sed tunc iterum quæritur, præſens fuit in dolo, vt obtineret ſententiam fauorabilem, ſed dolus fuit in omittendo, nimirum quia tacuit aliquam exceptionẽ abſenti aduerſario competentem, an ſit nulla perinde ac ſi dolus fuiſſet in committendo
143 † & ſane videtur affirmatiue reſpondendum, exemplo teſtis, qui in iudicio tacet ſciẽter verũ, nam eſt in dolo in omittendo, & tamen æque punitur de falſo, ac ſi falſum dixiſſet *cap. 1. de crim. falſi*, & hanc opinionem probat *Butr. in c. cum Bertoldus de re iud. Abb. in c. ſi duob. de appellat:* dicunt enim, quod ſi pars pręſens tacet per dolum de exceptione competente abſenti, quod non tenebit proceſſus ad commodum præſentis, ſecũdum etiam *Innoc. in c. fin. de accuſat.* Quibus ſuffragatur ſecundo loco quod vſurarius tenetur dare contra ſe iura parti aduerſæ, & ſic non poteſt omittere exceptionem aduerſario competentem *clem 1 de vſur.* Contrariam tamen ſententiã probant *Imol. in d. c. ſi duob. & in d. c. fin. de accuſat.* & ibi *Ioannes Anania*, ea primũ ratione, quia non tenetur quis allegare ius aduerſarii. *c. 1. de probat. l. nimis graue. C. de teſtib. Doct. in l. 1. Co. de edendo Bald. in d. l. eleganter. §. ſiquis poſt rem iudicatam verb. ex quo nota. ff. de condict. indebit. allegat. l. 1. § 11

de liber agnoſc. & ait quod nemo tenetur inſtruere iudicem contra ſe. confert dictum
Matheſ. in ſing. 18. cum magna addit: ibi. Non vrgent allegata ex aduerſo. Nam quod
dicitur, tacentem verum æquiparari dicenti falſum; procedit in teſte ſolummodo,
nam in aliis non procedit, vnde *Anton. Butrius in cap. 1. de probat. in 3. notab.* dicit quod
tacere veritatem, ad quam propalandam quis non tenetur, non eſt peccatum; Non
vrget etiam, quod dicitur de vſurario, nam ſpeciale eſt odio vſurarum propter graui-
tatem peccati, vt conſtat ex his, quæ notant *Doctores in d. l. 1. C. de edendo*, quibus con-
ſequens eſt non eſſe probandum dictum A*ngeli in dict.* § *Marcellus num.* 3. quamuis *Od-
dus de reſtit. in integrum parte ſecunda, quaſt. 77. art. 8. num. 45.* dicat eſſe ſingulare, ſcilicet,
quod de dolo aduerſarii dicitur conſtare aduerſus abſentem, non ſolum quando ali-
quod falſum ſcienter aſſeuerauerit, ſed etiam quando ſcienter taceret veritatem eius,
quod pro abſente faceret, vt ſic vtroque modo ſententia contra abſentem ſit nulla, nã
quoad eam partem quando omittitur allegatio, iuris competentis abſenti, multos ha-
bet contradictores & eſt aduerſus rationes allegatas pro poſteriore hac ſententia.

Q. 58. Fuit lata ſententia præuaricatione aduocati, vel Procuratoris, an ſit ipſo
144 iure nulla, vel potius † reſcindenda, & videtur nulla per *l. 1. C. de repudian. bonorum poſ-
ſeſſ.* & ibi gloſſ. ſecundum vnum intellectum, quem ſequuntur B*ald ibi n. 4. &* Alberic.
n. 1. ponderando illa verba ex integro cauſam agere, facit *l. conſiſtit. Co. de pœna iudic. qui
male iudic. & l. ſi prætor.* §. *Marcellus. ff. de iudiciis.*

Contraria ſententia, quod imò ſit reſcindenda ope reſtitutionis videtur magis
communis vt per gloſſ. ſecundum alium intellectum quem alii Doctores communi-
ter ſequuntur, vt eſt teſtis *Bart.* ibi enim repetit in principio A*ngel. ibi num.* 1. dicens ita
tenere modernos *Fulgoſ. ibi num. 3.* Angel. *in l. ſeruo inuito.* §. *cum prætor nu. 4. ff. ad Trebell.
cum aliis multis citatis per Oddum de reſtit. quaſt. 13. artic. 9. numer.* 38. dicentem hanc eſſe
rationem quia ex communi Doctorum placito ad hoc vt ſententia ſit ipſo iure nulla
ob præuaricationem procuratoris, vel aduocati, tria ſimul requiruntur, corruptio ſci-
licet Aduocati, vel Procuratoris, dolus aduerſarii, abſentia partis læſæ; propterea poſ-
ſet in articulo ita concludi. Aut iſta tria interueniunt, & eſt nulla ipſo iure, & ita proce-
dat prima opinio. Aut non interuenerũt, & locum habeat ſecunda opinio Vide *Oddũ
prædicto loco* vbi limitat, & ampliat, & reſpondet contrariis ſupra citatis nimirum *ad d. l.*
1. quod non diſtinguit tex; an ipſo iure, vel ope reſtitutionis, & *Oddus per l. diuus. ff. de re
iud.* Secũdo ad *l. conſtitit.* reſpond. quod ibi loquitur de præuaricatione iudicis, in quo
conſiſtit ſubſtantia iudicii, non autem in procuratore, & aduocato, ſine quo iudicium
ſtare poteſt. *c. forus extra de verb. ſignif.*

Tertio ad § *Marcellus* reſpon. quod ibi abſente parte conceſſa fuit præuaricatio, vt
probaui ſupra iungendo *d* §. *cum princ.* legis, vnde concurrunt illa tria requiſita, de qui-
bus nuper dictum eſt.

Declaranda tamen videtur prædicta concluſio, In vtroque capite nimirũ, quod
ſit nulla ſententia tribus illis concurrentibus, ita demum ſi iudex motus fuit ex præ-
uaricatione procuratoris, vel Aduocati ad fundandum ſententiã contra læſum; nam
ſi vel non ex hoc principaliter, ſed alio fundamento ſufficienti per ſe ad ferendã ſen-
tentiam, tunc non eſſet nulla, & in alio caſu non eſſet reſcindenda per reſtitutionem
in integrum; probatur à ſimili ex com. opinione, quæ habet, quod licet ſententia ve-
niat alias retractanda ope reſtitutionis in integrum, ſi ex falſis probationibus lata fuit.
l. diuus. ff. de re iud. & ibi Doctores; Si tamen iudex non ex falſis probationib. motus fuit,
ſed ex aliis veris non retractatur ſententia, nec ope reſtitutionis, nec ipſo iure, *Innocen.
in c. cum l. & ff. de re iudic.* & in *c. licet cauſam de probat. in princ.* & ibi *Bal. n. 23.* Abbas *nu. 22.
Felyn. n.* 28. *Dec. n 155: gl. Saly. & alii in l. 3. l. ſi ex falſis inſtrumen.* & alii communiter in *l. ſi ex
falſis. C. de tranſact.*

Quæſt. o quinquageſima nona. Quæro lata fuit per dolum ſententia ſuper ætate, an
145 ius faciat inter † omnes, de quibus per *Oddum de reſtit. in integr. quaſtio. triceſima ſepti-
ma, artic. 17. in principio.* Reſpondetur, vt per *Bartol. in leg. de ætate numero decimo ſexto. ff.
de minoribus.* Vbi amplè diſtinguit. Aut ſententia fuit lata, quod minor eſſet maior, &
ſententia eſt declaratiua maioris ætatis, & tunc, aut fuit &c. Aut fuit facta probatio ſu-
per ætate minore præſente, & reſpondente, ita, quod cum ipſo fuit cauſa ventilata, &
ſi dolus aduerſarii interuenit, non minoris. tunc talis ſententia non facit ius inter ali-
quos, neque etiam cum ipſo minore, probat idipſum *Bart. in l. minor nu. 3. ff. de minorib.*
ſequitur ſupra in *d. l. de ætate col. pen. per l. ſi alterius verſ. quod ſi minor ſe maiorem dixerit*, &

hanc

hanc concluſionem *Bar.* putat vſque adeo veram, vt ampliando dixerit eã etiã procedere, non ſolum ſi iſte aduerſarius fuit in certa ſcientia, quod iſte eſſet minor; ſed etiã ſi in præſumptiua, ſcilicet quod dubitauerit ne eſſet minor per *leg. de tutela. Cod. de in integrum reſtitut.*

Secundo, aut dolus Minoris interuenit, & tunc præiudicat ipſi minori, & aduerſario in ea cauſa, in aliis autem, neque ipſi, neque aliis præiudicat, facit, *Bartol. in d. l. de ætate per gloſſ. & Albericum* ibi per *dictam l. ſi alterius & l. 2. Cod. ſi minor maior. ſe dix. l. Fulcinius. §. quid ſi aduerſus. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.*

Tertio, aut neuter fuit in dolo, & tunc, aut minor tractat de lucro captando, & præiudicat illi talis ſententia, aut tractat de damno vitando & tunc ſecus, ita *Bartol.* & ſequitur in *dict. l. de ætate colum. penult.* ſecundus eſt caſus, quando ſententia eſt declaratoria minoris ætatis, & ſic in fauorem minoris, tunc ſi dolus interuenerit ipſius minoris, quia curauerit doloſe, vt declaretur minor, & tunc puto quod non facit ius inter aliquos, ex regula ſingulari, quod dolus ſuus nemini debet patrocinari & quia in delictis minori non ſuccurritur, *leg. auxilium. ff. de minoribus*, ſi dolus iudicis, & non minoris interceſſiſſet, tunc puto recurrendum ad ea quæ diximus ſupra de dolo iudicis.

Hæc de ſententia dixiſſe ſufficiat, progrediamur modo ad dolum executoris, nam poſtquam ſententia lata eſt, mittenda eſt executioni, ne ſuperfluo promulgata videatur in *titul. Cod. de execut. rei iud.* Executor autem ſæpe dolum adhibet, in exequendo rem iudicatam.

Quæſt. 60. Quæro igitur quo remedio ſit ſuccurſum aduerſus doloſum exe-
146 cutorem, ſed ante omnia ſciendum eſt, multiplicem eſſe executorem. Nam † eſt exequutor quidam teſtamenti *Bald. in l captatorias in fin. Cod. de teſtamento milit. Bald. in l. fin. verſ. ſed nunquid in iſta. Cod. commun. de legat. cap. clerici 3. quæſt. 2. cap. cum tibi de teſtibus & ibi Innocent.* Alius executor ad capienda bona fiſco delata, *l. prohibitum. Cod. de iure fiſci libro* 10. vel quando committitur ad exigendas pecunias publicas, *l. palatinos. Cod. de collat. fundi fiſcal. libr.* 11. vel quando præponitur venditioni prædiorum pro publico debito, vt in *l. fin. & ſequent. Cod. ſi propter public. penſit.* Alius eſt executor, qui dicitur litis executor, & eſt officialis, quoniam litis executio, & ipſius cauſæ præparatio iubente ſuo iudice expeditur, *leg. eadem. Cod. de accuſat.* Quarta *quæſt. 4. cap. nullus. §. aliquando. cap. cum parati extra de appellat. Specul. in titul. de executore in princ.* vbi declarat hanc definitionem. Alius eſt executor, qui vocatus rei iudicatæ, de quo principaliter in quæſtione noſtra, definitur autem in *l. fin. Cod. de executor. rei iudic.* nam ait Imperator, executorem eum eſſe manifeſtum eſt, qui poſt ſententiam inter partes audita omni, & diſcuſſa lite, rei iudicatæ vigorem ad effectum videtur adducere, ad
147 quæſtionem igitur accedendo, quæro quo † remedio ſit ſuccurſum adverſus doloſum executorem, & videtur primo, quod detur remedium appellationis, quoniam ab executore, quando modum excedit, conceditur appellatio, modo exprimatur in appellatione cauſa exceſſus, & grauaminis, *Bartol. in l. ab executore. ff. de appellat. idem Bartol. & Doctor. in l. ab executione. Cod. quorum appellati. non recip. Speculator. in titul. de execut. ſentent. §. nunc dicendum numero 7. verſ. quid ſi ab executore.* *Abbas in cap. quo ad conſultationem colum. penult. extra de re iudicat. Corneus conſil. 66. in colum. 4. primo vol.* & vbi executor facit aliquid doloſe dicitur excedere modum per *Bald. in l. 3. §. ſi executor num. 9. ff. de negoc. geſt.*

Alia videtur eſſe opinio, quod competat aduerſus eum actio negociorum geſtorum per textum in *d. l. 3. §. ſi executor. ff. de neg. geſt* Ait enim *Vlpian.* ſi executor à prætore in negocio meo datus dolũ mihi fecerit, dabitur mihi aduerſus eũ actio, ſc. negociorũ geſtorum, vt conſonet titulo, lex enim eſt ſemper interpretanda, vt faciat ad titulum argumento, *l. licet Imperator. ff. de in diem addict.* Alia opinio eſt, quod puniatur executor a Iudice, à quo datus eſt executor, per tex. *in l. 2. C de ſponſal.* in quo Iudices non ſolum priuatione officii punire executorem poſſunt, ſed etiã multis afficere, ita & maiores iudices maiores pœnas, minores imponunt minores.

Quarta eſt opinio, quod contra doloſum executorem detur actio doli, per tex. in *l. ſi pignora. ff. de euictiõ.* in qua *Vlpian.* ait quod apparitores prætoris ſi dolo rem viliotis precio proiecerint, tunc de dolo actio datur aduerſus eos Domino rei.

148 Quo pacto igitur tam diſcordantes † ſententiæ ſunt conciliandæ. Mihi videtur ita dicendum, quod is, qui per dolum executoris læſus eſt, vel etiam per latã culpam, quę

dolo comparatur, nam de vtroq; tenetur executor, & dixit *Bald. in leg. ab exſecutione nu-*
mero nono, Cod. quorum appellatio. non recipiant. poteſt appellare, vt reparet damnum illa-
tum contra eum, in cuius fauorem fuerat executio facta *dict. leg. ab executione*, & prætere-
rea poteſt agere contra doloſum executorem, quia propter dolum, vel latam cul-
pam fecit litem ſuam, ſecundum *Baldum in dict. leg. 3. §. ſi executor. ff. de negocijs geſtis*
numero quarto, & tenetur de dolo per *dict. leg. ſi pignora*, nec obſtat, quod cui compe-
tit remedium ordinarium appellationis, denegetur extraordinarium, vt iſta eſt actio
doli, nam procedit contra eandem perſonam, non contra diuerſam, & appellatio
eſt contra litigantem, actio doli contra executorem, preterea, quod ab executore de-
tur appellatio, videtur remedium extraordinarium, cum regulariter non detur, *l. ab*
149 *executione. ff. de appellat.* duo autem † remedia extraordinaria, vt puto, concurrunt,
ſed ſuppono pro firmo, ſed expecto videre Zaſi. ſingularium intellectuum, vbi de cō-
curſu extraordinario, & ordinario agit.

Secundo modo poteſt concludi, quod detur actio doli per *dict. leg. ſi pignora*,
non obſtat quod detur appellatio, id enim non repugnat, cum appellatio reſpiciat
ius aduerſarii litigantis, non executoris, vt dixi, non obſtat. *l. 2. Cod. de ſport.* nam ibi
agitur de pœna ad vindictam publicam, non ad intereſſe, priuatum Iudicem enim
offendit doloſe agendo, à quo datus eſt. Non obſtat *lex 3. §. ſi executor*, nam gloſſ. ibi
ſoluit, & reſpondet multis modis, & primo quod illa verba, datur aduerſus eum a-
ctio, exponuntur, ſcilicet actio doli, vt concordat *d. l. ſi pignora*, ſiue actio negotiorum
geſtorum nomine doli, & ita concordat, cum *d. l. ſi pignora*. Vltimo facit ſolutio gloſ.
quam Bart. ibi dicit cæteris veriorem, ſcil. quod actio negociorum geſtorum, de qua
videtur loqui dicta *l. tertia. §. ſi executor.* datur victori in cauſa, cuius negocium gerere
propoſuit, patet ex textu ibi, in negocio meo datus.

150 Poteſt quoque diſtingui. † Aut exceſſit modum non doloſe, & datur appella-
tio, quia læſo non eſt alio remedio ſuccurſum, aut doloſe, & tunc aut doloſe eſt exe-
cutus, in damnum victoris, & datur actio negociorum geſtorum. Aut in damnum vi-
cti, & datur actio doli *dict. l. ſi pignora*, & ideo ceſſat de dolo cum detur negociorum
geſtorum. In *l. ſi pignora* datur actio doli victo, vt palam eſt ex verbis textus dum ait
dari illam actionem doli domino rei, quæ viliore precio dolo executoris diſtracta
eſt, & ratio differentiæ colligitur ex eo quod dixit gloſſ. quod executor pro victore,
videtur eius negocium ſuſcepiſſe gerere. Ita quod ſtante hac ſolutione, quæ apud me
dubia eſt aliquantulum, quia executor ſententiæ non videtur datus ad gerendum ne-
gocium, victoris, ſed ad perducendum ad effectum rem iudicatam, *l. fin. Cod. de exe-*
cut. rei iudic. & ſic ad vtilitatem publicam, ne ſententiæ ſint fruſtratoriæ, & vt lites fi-
niantur.

151 Poſſet † etiam alia dari diſtinctio. Nempe aut executor doloſe ſe geſſit in
perniciem victoris, & datur contra eum actio, negociorum geſtorum per *dict. leg. 3.*
§. ſi executor. Aut doloſe exequitur contra Reum, & tunc competit actio doli per *l.*
ſi pignora, & cum dictum ſit, ita agi contra executorem doloſum, in excedendo mo-
152 dum, vtile eſt ſcire, quo pacto † dicatur excedere modum, & quando, pro quo vi-
denda eſt gloſſa, magiſtralis in *leg. ab executione. Cod. quorum appell. non recip. & Bald.*
ibi numero nono. Ex qua diſtinctione infertur, quod primo caſu eſt actio bonæ fidei. *§.*
actionum, inſtitut. de action. ibi negoc. geſtorum, in ſecundo actio eſt arbitraria, *l. arbitrio. ff.*
de dolo, ſed tamen in vtraq; propter dolum poterit aduerſus executorem in litem iu-
rari, iuxtà *l. in actionibus vbi Doctor ff. de in lit. iur. & in l. ſi quando*, vbi *Plotus. Cod. vnde vi.*
Ex ante dictis etiam infertur, quod ſicut Iudex male iudicando facit litem ſuam, *l. 1.*
C. de pœna iudic. §. 1. *de obligat. quæ ex quaſi delict.* Ita exequutor male exequendo *Bald. in*
dict. §. executor, fatetur etiam, quod executor tenetur de dolo, & lata culpa *Bald. d. l.*
ab executione num. 9. & quæ dicta ſunt in executore rei iudicatæ & cæteros executores
poſſent conuerti, cum & ipſi de dolo & culpa lata, teneantur, quæ dolo proxima eſt, *l.*
quod Nerua. ff. depoſit.

Quæſt. 16. Quæro deputatus eſt per iudicem Titius executor, ad vendendum,
& precium recipiendum, vendidit, & precium percepit, ſed doloſe in ſuam vtilitatem
153 conuertit, an emptor ſit liberatus, perinde, ac ſi vero creditori † ſoluiſſet, aut vero
domino precium numeraſſet; hæc eſt inſignis quæſtio à Gulielmo excitata, & *d. l. 3.*
§. ſi executor. ff. de negoc. geſt. & arguit pro opinione negatiua. Primo *ex l. à diuo Pio. §. ſi*
ſuper rebus. ff. de re iudic. ibi: nam loquens Iuriſconſult. de executore, ait, ſciendum eſt

ſumm ati[illegible]

ſummatim eos cognoſcere debere, nec ſententiam eorum poſſe debitori præiudicare, &c. ita non poteſt præiudicare hic in caſu noſtro venditori, id eſt, ei, cuius res vendita eſt ab executore.

Secundo ratiocinantur ex *l. magis puto. §. non tamen. ff. de reb.* eorum, vbi exprimitur, quod ſi minor cum ſolennitate decreti rem vendiderit, debet prætor dare viatorem, qui ei renunciet pecuniam iſtam ad hoc conuerſam, propter quod deſiderata eſt alienatio, vel obligatio, ergo in ſimili non eſt ſatis, vt pecunia ſit numerata executori, niſi etiam ſit conuerſa in vtilitatem eius, ad quem pertinere debebat.

Contrarium tamen placet *Bald. in d. §. ſi executor in fine verſic. extra quærit*, & ſe fundat in *d. §. ſi executor.* quia ſcilicet ipſe tenetur actione negociorum geſtorum, vel doli iuxta gloſſam ibi: & *leg. ſi pignora. ff. de euict.* & non debet creditor habere duos obligatos pro eodem debito, æque principaliter, vt accideret ſi non eſſet emptor liberatus.

Secundo quia cum emptor ſoluerit ex mandato iudicis ei iudex præcepit legitime ſoluit, argumento *l. ſi ſtipulatus la 3. ff. de ſolution.* Vbi debitor rei indiuiduæ, quam debet præſtare pluribus hæredibus defuncti Creditoris, ſi de mandato iudicis ſoluat, non omnib. ſed parti hæredum liberatur.

154 Tertio vltra Baldum facit, quia factum † Iudicis reputatur factum partis late *Tiraquel. de retract. conſanguin.* ſed ſi pars mandaſſet emptori, vt ſolueret precium huic executori, vtiq; recte ſoluiſſet, & eſſet liberatus, quia ſolutio ex ſpeciali mandato recte fit. ergo & ex mandato iudicis optime ſoluit, & per conſequens liberatus eſt. Supereſt modo contrariorum ſolutio, & Bald. contrariis minime reſpondet, poſſunt autem iudicio meo facile euitari, & ad primum, reſponſio eſt, quod ideo ibi non præiudicat, quia ſummaria eſt cognitio, quæ non debet ſufficere, ad præiudicandum in proprietate, propter grauitatem præiudicii, ibi, ſummatim eos cognoſcere.

Secundo reſpond. illam cauſæ cognitionem, & illud præceptum de dimittenda re, non fieri ex mandato iudicis conſtituentis executorem, vt his fuit facta ſolutio executori de mandato iudicis. Ad ſecundum ſolutio eſt, quod ibi ſumus in cauſa Minoris, vel pupilli, quorum imbecillitas ingenii, & infirmitas conſilii digna eſt ſpeciali fauore, præterea illa conſtitutio facta eſt ad euitandã fraudem tutorum ibi, ne tutores ære alieno allegato, abutantur &c. quæ ratio ceſſat in ſpecie noſtra

Quæſt. 62. Reliquum eſt, vt tandem deueniamus ad dolum appellationis, quæ 155 eſt † de minori, ad maiorem iudicem prouocatio, ratione grauaminis illati, vel inferẽdi, ex his, quæ tradit *Bart. in l. 1. in pr. ff. de appell. & Bald. in Rub. C. eod. tit. Abb. in rub. ext. de App.* In qua appellatione tunc præcipue dolus committitur, cum fruſtratorie cauſa 156 dilationis iniuſtæ interponitur † appellatio, & conſtat ex his, quæ tradit *Geminian. in c. cum appellationibus col. 2. verb. quæro quid importet de appellat. lib. 6.* dum ait fruſtratoriam, & temerariam appellationem eſſe, quæ interponitur ſine iuſta cauſa, quia ſcilicet non ſit grauatus appellans, & quæ non poteſt vllum iuris ſortiri effectum, facit text in *leg. 2. Codic. de epiſcop. audiend.* ibi fruſtratoriæ dilationis cauſa ad appellationis auxilium conuolauerit, & *l. eos. §. ne temere*, ibi: qui malam litem fuerit proſequutus. *C. de appellation. & l. à proconſulibus*, ibi: ſi iniuſte, appellare videbitur *C. eod. tit. l. ab executione. C. quorum appell. non recipi.*

Quærto igitur primo, qua pœna afficiatur doloſus appellator, ob temerariam, & fruſtratoriam appellationem: Quæ dubitatio duas habet partes, altera eſt qua pœna 157 plectatur de iure ciuili, Altera vera qua mulcta afficiatur † de iure Canonico; & primo quo ad ius ciuile, videtur quod pœna ſit extraordinaria pro iudicis arbitrio, per *d. §.* ne temere ibi arbitramur pœnam mediocrem à competenti iudice ſuſtinere, qui malam litem fuerit proſequutus.

Secundo imo debet irrogari pœna amiſſionis cauſæ, & nota infamiæ per text. *in d. l. à proconſ.* ibi lite perdita notatus abſcedet.

Tertio alia pœna videtur irroganda, ſcilicet quinquaginta librarum argenti per *d. l. ab execut. C. quorum appell. non recipi.* ibi: quinquaginta librarum argenti animaduerſione mulctandos.

Quid dicendum; dubia ſane res eſt, quippe quia dictæ ll. ſunt claræ, & dictas pœnas continent aduerſus temerarios appellatores, & tamen eſt alienum ab æqui-158 tate, vt pro eodem delicto quis pluribus pœnis afficiatur, & præterea † reſultat abſurdum, nimirum; quod ſic leges videantur adinuicem contrariare, & pugnare,

Quamobtem *Bart. in d. l. à Proconſulibus*, affert pro conciliatione, vnam diſtinctionem, quam imperfectam eſſe inquit *Maranta de ordine iudiciorum part. 6. tit. de appellat. n. 347.* verbo ſuper hoc eſt ſciendum, & ibi iſta diſtinctio eſt defectiua, ideoq; ipſe addendo diſtinctioni *Bart.* ſic ait. Qui temerè, & fruſtratotiè ptouocat, aut appellat ab interlocutoria & tunc eſt locus pœnæ quinquaginta librarum argenti *d. l. 2. C. de epiſc. audient.* ibi: ante definitiuam fruſtratotię dilationis cauſa, & declarat laſ. ibi in verſ. ſanctio, ad idem eſt tex. in *d. l. ab executione*, nam loquitur de appellante ab executione definitiua, & tunc eſt recurrendum ad diſtinctionem Bartoli in *d. l. à proconſulibus*, quæ ita ſe habet, aut iſta fruſtratoria appellatio recipitur per iudicem a quo, & punitur extraordinem. *d. §. ne temerè.* Aut non recipitur, & punitur nota infamiæ, & amiſſionis cauſæ *d. l. a proconſulibus*, patet ibi quod ſi victus oblatam, nec receptam a iudice appellationem affirmet, pręfectos adeat, vt apud eos ex integro litiget, ſuperatus autē, ſi iniuſte appellate videbitur lite perdita notatus abſcedet. Quæ poteſt eſſe ratio diſcriminis inter hos caſus? Bart. non allegat, nec Bald. hæc vero nobis probabilis videtur ſcilicet quando Iudex, a quo non admiſit appellationem, & nihilominus appellatur ad præfectum cōfugit, & poſtea ſuccumbit, videtur magis detegere dolum ſuū, & calumniam ptoptet non admiſſionem iudicis, à quo & maior videtur eſſe erga illum contemptus, ideo maiori pœna plectitur cauſam amittendo cum nota infamiæ. Quando vero iudex admiſit appellationem, licet ftuſtratoriam, propter admiſſionem iudicis, videtur minus calumnioſè appellare, ideo mitiori pœna extraotdinario iudicio punitur: Ab executione autem fruſtratoriè appellans 50. librarum mulctatur, quoniam non ſolum fruſtratoriè prouocat, ſed etiam prouocat ab ea cauſa à qua non poteſt regulariter appellati. *d. l. ab executione*, & hanc ſentit *Caſtr. in d. l. eſt §. ne temerè*, licet non ſit ratio generalis, ad alias interlocutorias, à quibus ex iuſta cauſa poteſt adpellari *Marlatè in 6. parte in tit. de app. n. 209. verb. ſecundo limita.*

Quæſt. 63. Quæto, qua pœna plectatur, temetè, & fruſtratoriè appellans de iure
159 Canonico, *gloſſ. in l. 1. §. fin ff. à quibus † appellare non licet.* conſtituens differentiam inter ius ciuile, & canonicum, ait Canonico iure puniri tantum in expenſis, eamque gl. ſequuntur *Abb. & Phil. in c. 1. de appell.* & in amiſſione cauſæ, vt per *Caſtr. in d. §. ne temerè. l. eos C de appell.*

Confitmat *Bald. in l. 2. n. 2. notab. C. de epiſcop. aud.* dicens de iure Canonico temere appellantem non puniri, ideſt pœnas iuris ciuilis non habere locum, ne detut afflictio afflicto, & ſatis eſt vt in expenſis puniatur, ſicut refert *Caſtr. in d. l. eos. §. ne temere C. de app* & ait *Bal. in d. l. 2.* in terris Eccleſiæ non ſeruari.

Contra de iure Canonico appellans friuole poteſt per iudicem à quo excommunicari, tanquam contumax ſecundum *Abb. in c. ſollicit. in 1. not. de ap.* friuola enim, & fruſtratoria appellatio arguit contumaciam.

Alia fuit opinio gloſſ. *in c. ad Romanam 2. quæſt. 6.* ſentit idem habere locum de iure Canonico quod obtinet de iure Ciuili, & *Ioann. Andreas, poſt. Ioann. Vincent. Goffred. & Phil. in c. debitus extra de appel.* vbi dixit, quod ſi calumnioſe quis appellauerit punitur in quinquaginta libris, in criminali vero perdita lite notatur infamia. *l. à proconſulibus. Cod. de appellation.*

Alia eſt opinio *Abbatis in ca. 2. extra de appellat. num. 2. & 3.* quod poſſit vltra expenſas, arbittio iudicis, alia pœna imponi extrinſeca argumento *cap frequens de reſtit. ſpoliat. lib. 6. in l. non ignorat. C. de fructib. & litium expenſ.* & Addit Abbas, quod ſi condemnatus non ſit ſoluendo poterit puniri in corpus, argumento *ca. reprobantibus extra de appellation.* Quid magis probandum, diſtinctione tes abſoluenda eſt. Nam aut quærimus, an temere appellans de iure Canonico afficiatur pœna extrinſeca. Aut intrinſeca.

Primo caſu tegulariter non punitur, niſi in expenſis, vt dixit in gloſſa *dict. l. 1. §. fin. ff quib. appellare non licet*, quam communiter eſſe probatam inquit *Marant. de ordine iudiciorum parte 6. tit. de appellation. num. 347. in fin. & 346. verb. trigeſimo limita*, fallit ſi de euidenti calumnia conſtiterit, non poteſt iudicis arbitrio puniri, vt dixit *Abbas dict. cap. 1.*

In ſecundo autem caſu, habet locum pœna excommunicationis ſecundum *Abbatem in d. c. ſollicitudinem* & prædicta rectè procedunt, quia fruſtratoria appellatio ab omni actu eſt prohibita, nec lex ipſa vnquam admittit. *c. cum appellat. libr. 6. not. Angel. conſilio 140.*

Quæſt. 64.

Quaeſt. 64. Quæro an Iudex à cuius ſententia fruſtratorie, & calumnioſe fuit
160 interpoſita appellatio, afficiatur iniuria † per hanc appellationem, ita quod agere contra appellatorem actione poſſit iniuriarum, & negandum videtur per *l. & in maioribus. Cod. de appellation.* ibi: nec iudicem oportet iniuriam ſibi fieri exiſtimare, & quod litigator ad prouocationis auxilium conuolauerit, *l. omnem honorem. C. quando prouocare non eſt neceſſ.* omnem honorem ſaluũ iudicibus referens ſiquando vna pars, quaſi læſa, per diffinitiuam eorum ſententiam prouocatione vſa fuerit.

Contrariam ſententiam probauit gloſſ. in *l. fin. in gl. fin. Cod. quando prouocare non eſt neceſſ.* per illum textum cuius hæc ſunt verba. Iniuriam ex ſuperuacua prouocatione Iudici fieri prohibentes, quam ſequitur *Fely. in cap. 2. in princ. extra de appellat.* allegans gloſſ. expreſſam in *cap. ſi quis præpoſtera in 2. gloſſ. diſtinct.* 50. & infertur inde, quod is, qui ita fruſtratorie appellauit; poteſt in alia cauſa recuſare ſuſpectum hunc iudicem, ob illatam iniuriam, vt dixit Felyn in *d. cap. 2. ex annotat. in cap. ad hoc el. primo eodem titul. de appellat.* Non habet vim argumentum in *l. & in maioribus*, quoniam limitatur in hoc caſu fruſtratoriæ, & calumnioſæ appellationis.

Quaeſt. 65. Quæro, appellator habuit probabilem cauſam appellandi, ſed po-
161 ſtea veritas dilucide apparuit, per † inſtrumentum forte, vel teſtes idoneos, & nihilominus temere proſequutus eſt appellationem, nunquid puniendus eſt perinde ac ſi ab initio fruſtratorie, & perperam appellaſſet. Hanc quæſtionem excitat *Bald. in dict. l. eos. §. ne temere numero ſecundo verſ.* quæro quid ſit ab initio, & arguit primo pro opinione negatiua ponderando *dict.* §. *dum ait*, ne temere facultas appellandi præbeatur, & ita habet reſpectum ad initium, vnde ſuccedit regula, *leg. qui ergo, iuncta l. præcedenti. ff. de his, qui notantur infamia.* vbi ſi pater non conſentit filio, vt ducat in vxorem mulierem viduam intra annum luctus, ſed poſtquam duxit, ratum habuit nõ propterea erit pater infamis, ratio eſt inquit text. quia Prætor ad initium nuptiarum ſe retulit, ita text. noſter ad initium appellationis temerariæ relationem habuit, merito proſequutio non nocet.

Secundo vltra *Bald.* facit à ſimili de vſucapione, quæ ſi bonum initium habuit procedit, licet poſtea ſuperueniat mala fides, ex *notab. in* §. 1. *inſtitut. de vſucapion. in leg. Celſus. ff. eodem.* §. *diutinis inſtitut. eodem titulo. leg. vnica. Cod. de vſucapion. transform. l. cum* §. *in hac. ff. de public. in rem action.* Tertio ſuffragatur regula generalis, quod initium ſpectandum eſt, *leg. ſi donata.* §. *fin. ff. de donat. inter virum, & vxorem. leg. qui vas.* §. *ſi ego ff de furt.* §. *fin. inſtitut. quibus non eſt permiſſ. facere teſtament. l. 3. Cod. ad Maced. leg. cum oportet in fine. Cod. de bonis, quæ lib. l. Pomponius, cum aliis pluribus deductis ab* Azzone *in ſuis broccard. in princ. ſub tit. de iniuriis.*

Contrarium tamen probat *Bald.* vnica ponderatione ad dictum. §. *ne temere iuncta. leg. deſtitiſſe. ff. de iudiciis*, ibi: qui malam litem fuerit proſequutus, ecce, quod finis ſpectatur, & ſic non initium, & illa verba recte verificantur in eo, qui probabilem habuit cauſam appellandi, & poſtea veritate cognita perſiſtit in appellatione, malam enim cauſam proſequitur, probatur ex *dicta leg. deſtitiſſe*, ibi: dum ait, planè ſi cognita rei veritate ſuum negocium deſeruit, nolens in lite improba perſeuerare, quam calumniæ cauſa, non inſtituerat, is deſtitiſſe non videtur, ſuffragatur identitatis ratio, inter iniuſtum initium, & calumnioſam perſequutionem. Etenim æque eſt in culpa appellator; ſi calumnioſe ab initio, interpoſuerat appellationem, vel poſtea cognita calumnia perſeueret in ea, quid enim intereſt Reipublicæ quæ læditur, ob fruſtratorias appellationes, cum impediatur finis litium, *leg. fin. ff. Pro ſuo.* fruſtratorie ne appellatur ab initio, an fruſtratorie poſtea; maneat in proſequutione appellationis? eodemque modo iniuria afficitur Iudex & identidem offenditur pars aduerſa; quamobrem Baldo adhæreo, maxime eum allegata ex aduerſo non obſtent, & primo ad textum noſtrum probatum eſt non ſpectari initium, ſed medium, & finem proſequutionis.

Secundum etiam non facit negotium, imo conuertitur; nam in vſucapione ſpectatur initium, non medium, & finis, propter publicam vtilitatem, quia forte eſſet inanis vſucapio, & raro eueniret, vt finem litibus imponeret; & in propoſito noſtro, vtilitas publica eſt, vt ex calumnioſa proſecutione committatur pœna, & initium non ſpectetur.

Tertium etiam facili negocio diluitur, quoniam prædicta regula eſt broccardica, id eſt in vtramque partem applicabilis.

162 Nam † broccardicum, vt declarat *Iaſ. in l. quicquid adſtringendæ num. 5. ff. de verb. oblig.* eſt generalis regula, quæ adeo eſt perplexa, reſpectu iurium, vel rationum, quæ inter ſe diſſidere videntur, vt tam affirmatiue, quam negatiue concipi poſſit, & ita accidit in propoſito, nam & regula eſt. Initium non ſpectandum, ſed finem, *Azo in ſuis broccard. in princ. ſub tit. de initiis.*

Q. 66. Quæro non appellauit Titius fruſtratorie, ſed temerè, de nullitate dixit,
163 ſimpliciter, ſine interpoſitione appellationis. An incidat † in pœnis, quibus ſubiicitur temerarius appellator. Et videtur affirmatiua ſententia verior, quia valet argumētum de appellatione ad nullitatem, nam vtrumque eſt commune auxilium, ſiue remediū, & vtraque eſt mera defenſio, vt per *Vant. de nullit. c. 1. num. 7. & 8. Bald. in c. 1. §. iudices collum tertia verb. quadam ſententia, de pace Iuram. firmanda & in l. ſcire oportet. §. fin. de excuſat. tutor. & in l. 1. col. 2. C. de iur. & fac. ignoran.*

Secundo quoniam temeraria dictio nullitatis lædit Rempub. propter longitudinem litium, offendit quoque partem aduerſam, dum ſumptib. illam vexat, non ſecus ac appellatio fruſtratoria, igitur eſſe debet eadem iuris diſpoſitio *l. illud. ff. ad l. Aquiliam l. à Titio. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de legat. ſic in d. l. Falcidia.*

Alia tamen ſententia placuit *Baldo in dict. l. eos §. ne temere num. 1. verſ.* quæro numquid, & ducitur in hanc opinionem, quia *d.* §. loquitur in appellatione, vt palam eſt. At lex generalis prodita in cauſa appellationis non extenditur ad nullitatem, ſeorſim ab appellatione interpoſita per tex, *in leg. contra maiores. Cod. c. de inoffic. teſtament.* vbi agens ordinario remedio nullitatis, non excluditur ab extraordinario querelæ inofficioſi.

Secundo quoniam iſte §. eſt odioſus, & pœnalis, ideo non extendendus, argumento *leg. poſt legatum in principio. ff. de his, quibus vt indign.* limitat autem *Bald.* quando nullitas eſſet permixta appellationi, etenim tunc puniretur, vt temere appellans, quoniam agens permixte, de nullitate, & de appellatione, ſub vno libello comprehendit duo capita, nullitatis ſcilicet, & appellationis.

Hæc Baldi ſententia iudicio meo non eſt ſine dubitatione, propter identitatem rationis inter nullitatem, & appellationem, vt dixi in ſecundo argumento, opinionis affirmatiuæ, quæ ratio, cum vnica ſit, nempe ob publicam vtilitatem ne lites ſint immortales, & ciues ſumptibus vexentur, poteſt etiam in pœnalibus recipere extenſionem, *Doct. & maxime Rom. in l. ſi vero §. de viro. ff. ſol. matr.* Sed non eſt vera extenſio, ſed comprehenſio per Doctores tantum vt dixi alias.

Quæſt. 67. Titius temerè, & fruſtratorie appellauit, mox re prudentius con-
164 ſiderata, non eſt proſequutus appellationem: Quæro an incidat in pœnas † temerarii, ſine doloſi appellatoris, & incidere probat §. *ne temere*, in ſui principio, dum ait ne temere appellandi facultas præbeatur, delictum igitur eſt ſemel commiſſum, confirmat tex. in *l. 2. Codic. de Epiſcop. audien.* ſi clericus ante definitiuam ſententiam fruſtratorie dilationis cauſa ad appellationis auxilium conuolauerit, mulctam quinquaginta librarum argenti, &c. Ecce incidit in pœnam eo ipſo, quod ad auxilium appellationis conuolauerit.

Tertium confirmatur ex *l. à proconſulibus C. de appellat.* ibi ſi iniuſte appellare videbitur, lite perdita notatus abſcedet.

Contrariam tamen ſententiam, ſequitur. *Saly. in d. §. ne temere in princ. num. 17.* ex illis verbis appellationem proſequutus, nam ibi imperator vtrumque deſiderat, quod ſcilicet temerè appellauerit in principio tex. deinde quod appellationem ſit proſecutus in illo verbo proſequutus. Secundo quia verba illius tex non verificantur in eo, qui tantum appellauit, & non eſt proſequutus igitur nec diſpoſitio. *l. hos accuſare. ff. de accuſat.* præſertim cum ſimus in pœnalibus, non debet enim extendi extra ſuos terminos, vt dixit *Saly. argum. l. poſt legatum in pr. ff. de his quib. vt indign.* Suffragatur vltra *Saly.* quod in temeraria appellatione ſine proſecutione ceſſat ratio pœnæ, ſiquidem nec ius publicum offenditur, quoniam lites non prorogantur, nec pars aduerſa læditur, cū ſumptib. amplius non vexetur, iure ergo ceſſabit diſpoſitio *l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron.* cum latè not. à *Tiraq. in reg. ceſſante cauſa.* & hæc opinio *Saly.* quæ conſona admodū videtur æquitati extenditur ab eo, vt vindicet ſibi locū, etiā in eo, qui eſt proſequutus appellationem, deſtitit tamen ante ſententiam, nam pœnam nihilominus euitabit argumento à ſimili in *l. alia Codice de his, quibus vt indign. vbi Bald. & Alex. not.* quod delictum perſiſtentiæ purgatur per deſiſtentiā, & non dicitur perfectum, niſi ex perſeueran-

ſeuerantia. Nam accuſans ibi teſtamentum de falſo, ita demum perdit, quod in eo ſibi relictum eſt, ſi perſeuerauit in ea vſque ad ſententiam definitiuam & ſuccubuit, ſecus ſi ante ſententiam deſtitit.

Secundo expendit *Felyn. illa verba tex. in* §. *ne temere* malam litem fuerit proſecutus, nam ex illa dictione proſecutus colligo importare quod ad finem deducit, argum. *l. vrbana.* §. *pernoctare. ff. de verb. ſignificat.* & quia ex euentu oſtenditur, an cauſa fuerit mala, vel non. Non habent vim allegata ex aduerſo. Nam primum, & ſecundũ fundamentum euitantur ex primo argumento *Saly.* quo dictum eſt, duo copulatiue requiri, initium ſc. temerarium, & calumnioſa proſequutio.

Tertium euertitur ex verbis ſubſequentibus *dicta. l. à proconſulib.* ibi: at ſi vicerit contra eum iudicem, &c. & ſic deſideratur ibi ſententia, quod vicerit, ergo & in verbis præcedentibus lite perdita, &c. deſideratur ſententia, comprobatur ex illo verbo, notatus abſcedet, ideo non poteſt fieri ſine ſententia, ſaltem declaratoriè, ideoq; merito non attenditur præcipuum temerariæ appellationis, ſed proſequutio.

De Dolo in arbitriis Cap. X.

1 *Arbitriorũ duæ ſunt ſpecies, quarum altera ſubdiuiditur.*
2 *Arbitrarum iuris exempla proponuntur.*
3 *Dolus in arbitro, an præſumatur, diſtinguitur.*
4 *Arbiter cum poteſtate laudandi, vt ſibi placebit, grauiter aliquem lædendo ex compromittentibus nihilominus in dolo cenſetur.*
5 *Futurus dolus non remittitur, & ab omni diſpoſitione videtur remotus.*
6 *Verbum vt placebit, poſitum in compromiſſis ad boni viri arbitrium refertur.*
7 *Valet ſtatutum, ne laudum ad boni viri arbitrium redigatur.*
8 *Reductio ad arbitrium boni viri eſt quædam ſpecies appellationis.*
9 *Laudum ſi ex prædicta ſtatuta non ſit reducibile, an reducatur propter dolum arbitri.*
10 *Item ſi prædictæ reductioni, pacto fuerit renunciatum.*
11 *Arbiter corruptus, recuſans ſententiam dicere, cogi poteſt ad renunciandum.*
12 *Arbiter doloſe iudicans litem ſuam facit æque ac Iudex.*
13 *Arbiter, & Iudex in quibus differant.*
14 *In multis etiam conueniunt.*
15 *Arbitri laudum cordibus, vel precibus latum, non eſt ipſo iure nullum.*
16 *Sed datur exceptio.*
17 *Compromiſſum contractui comparatur.*
18 *Exceptio doli, vt detur aduerſus laudum, ſufficit dolus arbitri, nec exigitur etiam dolus partis aduerſæ.*
19 *Reclamans temere à ſententia arbitri, ampuniatur ſicut appellans à ſententia Iudicis.*
20 *Arbitratoris laudum, an doloſum præſumatur concluditur quod non.*
21 *Præſertim ſi ſit datum conſilio ſapientis.*
22 *Sapientis conſilium ſæpe iudices requirunt.*
23 *Quales debeant eſſe iuriſperiti, vt à laudo Arbitratoris omnino excludatur doli ſuſpicio.*
24 *Iuris ciuilis ſcientia Senis magno ſemper honore habita fuit.*
25 *Senenſes Doctores commendantur tam viuētes, quam defuncti.*
26 *Senenſium Iuriſconſultorum, qui tam in legendo, quam in conſulendo, quam in iudicando excelluerunt, nomina recenſentur.*

Diximus in antecedentibus, iudiciorum ciuilium, aliud eſſe Iuriſdictionale, aliud arbitrarium, id eſt quod coram arbitrio exercetur; de dolo in iudicio Iuriſdictionali, ſatis diſſeruimus in antecedentibus, relinquitur ex ordine, vt de dolo in arbitriis diſputemus.

Ad cuius diſputationis faciliorem exitum, aliqua præludii loco, ſunt breuiter declaranda.

1 Nempe quod arbitrorum duæ ſunt ſpecies † in iure, ſcilicet arbiter, & arbitrator, Rurſus arbiter ſubdiuiditur, quia alius eſt arbiter iuris, Alius arbiter ſimplex. Sane arbiter iuris dicitur, qui non ex voluntate partium principaliter, ſed ex neceſſitate legis, vel Canonis in caſibus eligitur à iure expreſſis tantum, vt ponit *Abb. in cap. paſtoralis in princip. ex. de reſcript.* vt quando iudex allegatur ab vno ex litigantibus ſu-

ſpectus, debet eligi arbitri ad agnoſcendum de cauſa ſuſpicionis, an iuſta ſit ex neceſſitate iuris, *l. fin. & ibi Bart. & Doct. C. de iudic. Canon. in c. ſuſpicionis de offic. deleg. & in c.*
2 *ab arbitris de offic. delegat. in 6.* Aliud ſuccurrit † exemplum, in ſtatuto, quod in omni ferme Italiæ ciuitate viget, quod cauſæ, & lites compromittantur, inter coniunctos. Huiuſmodi arbitri dicuntur arbitri iuris. *Abbas in c. cum dilectus col. 7. de arbitr. Doctor. in l. ſi quis arbitratu ff. de verborum obligat. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum ff pro ſocio*, & cum non ſint ex voluntate litigantiū, ſed ex neceſſitate iuris, ſequitur vnum, quod eſt ſcitu dignum in praxi, quod licet alias procurator non poſſit compromittere, nec tranſigere ſine ſpeciali mandato per textum in *c. per tuas*, & ibi *Abbas in 2. notab. de arbit. & Dec. conſ. 83. colu n. 1. in princ. & Soc. conſ. 18. colum. 14.* verſ. ad compromittendum *vol. 1.* tamē ſtante lege, vel ſtatuto, Quod cauſæ compromittantur, poterit compromittere, etiam ſine ſpeciali mandato, per *Alex. & commun. Doctor. in l. ſi plures ff de pact.* vbi loquitur in tutore, qui poteſt compromittere in arbitrum iuris, conferunt notata à *Doct. in l. præſes Codice de tranſact. Alex. conſil. 32. in 2. vol. Socin. conſil. 18. colum. 14. volum. 1. Rom. conſil. 369. colum. 4. verb. tertia ratio. Corneus conſ. 67. l. a. & p. colu. 3.* Vbi tractant etiam an prælatus poſſit compromittere ſuper rebus eccleſiæ.

Arbiter ſimplex eſt illo, qui de partium conſenſu principaliter eligitur, & in eum ſub pœnæ ſtipulatione compromittitur *Speculat. in tit. de arbitr. §. 1. in princ.* is æquiparatur iudici. *l. 1. ff. de arbitr.* ideoque quoad proceſſum tenetur ſeruare Iuriſdictionem, tametſi compromiſſum, reputetur quidam contractus propter illam partium conuentionem, *Bald. in leg. prima. ff. de arbitr. Speculator. in §. primo, verſiculo eſt etiam de arbitr.*

Arbitrator eſt quidam amicabilis compoſitor, quo lites dirimet nullo ſeruato iuris ordine, vt per *Specul. in dict. §. 1. verſ.* arbitrator, *Innocent. in ca. quintavallis circa medium de iureiuran.* dicens arbitrator eſt is, cui eſt data poteſtas iuris ordine non ſeruato. Tractandum autem eſt nobis de arbitro ſimplici, & de arbitratore, nam quo ad arbitrum iuris, cum iudici æquiparetur in omnib. dicendum eſt ſecundum ea, quæ diſſeruimus ſupra de dolo iudicis.

Q. 1. Quo ad arbitrum, quæro an dolus in dubio præſumatur in arbitro, & videtur præſumi per ea, q̄ tradit *Caſtr. conſ. 465. viſo cōpromiſſo col. pen. poſt med. vol. 1.* quem citat, & ſequitur *Crau. conſ. 221 nu. 10. & conſ. 83 colu. 3. in fine & conſ. 142. col. 5. circa medium & in conſ. 192. poſt med.* ſcilicet quod ſi arbiter faciat ratificari laudum à partibus antequam illud legatur, & ſic taceat eius tenorem; probat *Maſcard. de probation. concl. 531. nu. 79. verſ. trigeſimoſecundo.*

Secundo ex his, quæ tradit *Bart. in l. fin. ad fin. ff. de prætor. ſtipul. in l. ſi ſocietatē. § arbitrorum poſt num. 24. ff pro ſocio.* quem refert & ſequitur *Corraſius in l. qui liberos num. 167. ff. de ritu nupt. Maſcard dict. concl. 531. num 169.* ſcilicet ex eo, quod arbitratus fuerit aliter quā oportebat. Tertio ſi arbiter in laudo, vnum ex litigantibus enormiter læſerit, præſumatur doloſe feciſſe *Alex. in l. ſi ſuperſtite. C. de dolo Roman. conſ. 68. num. 3. cum add. Mandoſ. Socin. Iun. conſ. 18. volum. 1. & conſilio quadrageſimooctauo, numero quadrageſimoquinto, vol. 11* adeo quod ſtante ſtatuto, quod laudum non poſſit reduci ad arbitrium boni viri, poterit tamen reduci ob enormiſſimam læſionem ratione præſumpti doli, *Soc. Iun. d. conſ. 18. n. 14.* vbi dicit hoc habere locum ob dolum partis.

3 Pro concluſione diſtingue, aut quæris an † in dubio, nulla hinc inde facta probatione præſumatur dolus, vel fraus.

Aut quæris, an in aliquibus caſibus dolus præſumatur, quia ad primum reſpondeo negatiue non ſolum ex generali regula, quod dolus non pręſumitur. *l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. l. quod adhibitu. C. de his qui ſibi adſcribunt* verum in ſpecie arbitri, & eius laudi per tex *in l. Herennius. §. Caia, vbi not. ff. de euictio. not. Soc. Iun. d. conſ. 16. n. 9. verſ. prima ration.*

Secundo vero caſu reſpondendum eſt affirmatiue, nam cum dolus ex coniecturis à lege præſumatur *l. dolum de dolo* accidit interdum, vt ex variis circumſtantiis lex in arbitro dolum præſumat, vt in enumeratis caſibus, nimirum quando fecerit arbiter emologare laudum antequam legatur, ratio videtur, quia creditur illam emologationē affectaſſe, timore ne, ob ſuam fraudem pars læſa reclamaret, ſimiliter quando læſit immodice, quia ſi dolo feciſſet, non grauiter læſiſſet.

Q. 2. Sed ſtante, quod ex enormi, vel enormiſſima læſione, dolus præſumatur in dubio. Quæro fuit data poteſtas arbitro pronunciandi & laudandi, prout videbitur

& place-

& placebit, & grauiter pronunciando læſit, vnum ex compromittentibus, an fiat in eo
4 præſumptio † doli; videtur quod nō propter illam latam poteſtatem conceſſam, quia
cenſetur remiſſus dolus.

Contrarium eſſe verius, per ea, quæ tradit *Abbas conſ.77. col. pen. in verſ. dubio lib.* *2. Maſcard. de probat. concl. 332. num. 3. verſ. 1.* amplia *Crauet. conſil. 142. col. pen. numer. 22.* in fortioribus terminis ſi data eſſet poteſtas arbitro laudandi, ratio eſt, quia non creduntur compromittentes de dolo cogitaſſe aut illum voluiſſe remittere cum dolus futurus non cenſeatur remiſſus, imò remitti non poſſit, vt aliàs probatum eſt per notata
5 à Doct. in *leg. contractus. ff. de reg. iur.* & dolus cenſetur ſemper † ab omni diſpoſitione remotus. *l. credit. §. Lucius. ff. mand.*

Confirmatur ex his quæ diximus ſuperiori. *quæſt.* 51. de iudice, cui à Principe, vel à lege fuit datum plenum, & liberũ arbitrium in iudicando, tamen de dolo tenetur non obſtante tam ampla authoritate. Hinc dixit *Bal. in l. 5. num. 5. & 6. C. de arbit.* quod ſi data erat poteſtas arbitro auferendi vni parti, & dandi alteri parti in parua vel in magna quantitate, & *Roman. in Rub. de arbitr. numer.* 27. vbi erat data poteſtas faciendi alte, & baſſe, quid tamen non poteſt arbiter enormiter lædere, & in terminis dicunt; *Bald. in c. cum antea C. de arbitr. l. ſi vnus. §. & ſuum ff. de pact. quæſt. fin. & Iaſon conſ. 135. vol.* 4. cum dolus arbitri interceſſerit, vel grauiſſime altera pars læſa eſt reductio ad arbitrium boni viri nulla cautela poteſt impediri, ratio eſt etiam me iudice, quia compromiſſum tantum habet conditionem ſi æquè fuerit arbitratum *Bald. in l. 3. n. 5. C. de arbit. per tex. in l. ſi libertus ita. ff. de oper. libert.*

Non obſtat contrarium, qui verbum placer non abſolutum poteſtatem deno-
6 tat, ſed boni viri † arbitrium *Bar. in l. ſi ſic ff. de leg. primo in l. item ſe vnus. §. item Pomponius verſ. breuiter prædicta. ff. de arbitr. in l. ſiquis arbitratu in l. cum proponas Cod. de fideicommiſſ. libert. Angel. in l. quod ſi nolit. §. ſiquidem. ff. de edilit. edicto in leg. 1. §. ſi plures. ff. de exercit.* & in terminis compromiſſi dixit *Roman. in Rub. ff. de arbitr. numer.* 12. ibi nono pone ex doct. *Bart. in l. ſi ſit. ff. de legat. primo & in extrauag.* ad reprimendum in verſiculo videbatur.

Amplia iſtam concluſionem ſi data eſſet arbitro plena, & libera voluntas, nam licet poſſit æquum iniquo præferri, & non poſſit reduci ad arbitrium boni viri, fallit tamen vbi adeſſet dolus *Rom. in Rub. ff. de arbitr. num. 14. verb. reuertendum eſt, & numer. 10. verb. ſeptimo pone.*

Quæſt. 3. Quæro ſtatuto Ciuitatis ſublata eſt petitio reductionis ad arbitrium
7 boni viri, & iure † valet id genus ſtatuti, *Roman. conſ. 70. viſo themate quæſtionis*, & in *rub. ff. de arbitr. num. 54. verſ. ex quibus infero. Ancaran conſ. 103. incip. Chriſti nomine in quæſt. prædicta* licet *Apoſtil. ad Bald. in l. 5. C. arbitr. in verſ. Celſus adde*, videntur firmare contrarium, & extant in multis Italiæ Ciuitatibus ſtatuta hoc diſponentia, & maxime Senis in patria mea in *Curia & Mercatorum cap. 27. & 28.* quo multæ, & magnæ ſecantur iudice lites, nam omnes fermè Ciues volentes compromittere pro Litium expeditione in dicta Curia faciunt compromiſſum, ad effectum, ne poſſit peti reductio, quæ prohibita eſt per illud ſtatutum. Eſt autem petitio reductionis ad arbitrium boni viri
8 (vt id obiter non ignoretur) quædam † ſpecies appellationis, & ſimilis ei *l. non diſtinguemus. § cum quidam ff. de arbitr.* & ibi *Alexan.* dicens eſſe quaſi appellationem, & *Bart. in l. ſocietatem. §. arbitrorum in verb. calumnia verſ. quæro quis erit iudex. ff. pro ſocio Specul. in*
9 *tit. de arbitr. in 2. col. verſ.* an proceſſus. ſtante igitur ſupra dicto ſtatuto, Arbiter † dolum admittat in laudo, an poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri *Bald. in l. 5. n. 7. C. de arb.* arguit pro negat. ſumpto argumento ex notat. *Iacob. de Aren. in l. 1. ff. aduerſ. lib.* Nam inquit Iacob: ſi caueatur ſtatuto, quod de dãno dato credatur dicto ſyndaci, vel ſaltuarii, & iſte ſyndacus denunciauerit falſum, debet nihilominus ſibi credi, nam vbicunque debet ſtari dicto alicuius impoſſibile eſt, quod retractetur dictum eius ex *l. g. 1. ſi aduerſ. libert.* tamen officialis poterit de falſo puniri ciuiliter, & criminaliter: Bald. tamen in *d. l. 1.* contrariam ſententiam ſequutus ait poſſe peti reductionem ad arbitrium boni viri ſtante dolo Arbitri, ex coniunctione duarum legum, ſcilicet *leg. diem proferre. § ſtari*, & *leg. non diſtinguemus. §. cum quidam, & l. 3. ſupra eo tit.* *Apoſtill. ad Bald. in dict. l. 5. in verſ. reductionis per conſil.* Ancar. 103. *Roman. de arbitr. numer. 54. Soccin. Iun. conſ. 16. vol. primo*, vbi dicit idem iuris eſſe, non ſolum ſi dolus ſit ex parte arbitri, ſed etiam vnius ex litigantib. argumento. *leg. ita demum. ff. de arbitr*, ratio concluſionis eſt, quia dolus ab omni diſpoſitione cenſetur eſſe remotus *dict. l. creditor.*

§. *Lucius ff. mandat.* ratio rationis, Quia lex non debet dare occaſionem delinquendi, ne inde veniant iniuriæ, vnde iura expectantur, *l. meminerunt. C. vnde vi.* Quare ſtatutum prædictum habet tacitam hanc conditionem, niſi dolus malus interceſſerit arbitri, vel partis, imo etiam lata culpa per *Soccin. d. conſ. 16. nu. 14. vol. 1.* & quoniam de Reductione ad arbitrium boni viri incidit ſermo, vtile erit breuiter ſcire, quod reductio ad arbitrium boni viri eſt remedium iniquitatis, non autem nullitatis; Etenim licet laudum tacitam habeat in ſe conditionem, ſi æque fuerit arbitratum *argumento l. ſi libertus ita, ff. de oper. libert.* atque ita ſtante dolo laudi, videatur deficere conditio compromiſſi, tamen vere eſt actio iniquitatis, non autem nullitatis, quia illa tacita conditio non concernit laudum in ſubſtantia, ſed in qualitate, vt tradit *Bald. in l. 3. num. 3. & 4. Cod. de arbitr.* dicens hoc iudicium reductionis eſſe iudicium iniquitatis per text. *in l. vnde ſi Nerua ff. pro ſocio, iuncta l. præcedenti.* eandem ſententiam probat, *Alexand. in l. ſi ſocietatem* §. *arbitrorum ff. pro Soc.*

Cõfert non parum vt puto ratio nominis, nam reductio eſt veluti quædam correctio, & emendatio, prætera remedium nullitatis tollit, & euertit in totum, eſt enim nullitas ad irritandum, vel irritum declarandum actum, de quo quæritur, *Vant. de nullitat. cap. 1. num. 1.* At reductio corrigit, & quod erat iniquum redigit ad æquitatẽ, & quod erat impar redigit ad æqualitatem, ſuffragatur, quia reductio eſt ſpecies appellationis *Bald. l. non d. ſi æquo mus.* §. *cu n quidam. ff. de arbitr. in verb. item poſt. num. 1.* Primam etiam appellatio remedium eſt iniquitatis, vt patet ex definitione appellationis. Non obſtat argumentum contrarium, Nam Iacob: *Butrig. in l. 1. ff. de re iud.* dicit, quod dicto ſyndaci debet ſtari in dubio, ſed ſi probetur denunciatio falſa, non ſtabitur, ci argumento *text. in l. Diuus. ff. d. cuſtod. reorum*, velut ſi per inſpectionem iudicis, vel ſui officialis appareat damnum non eſſe datum, tam eſſet efficaciſſima excuſatio ad cõdemnationem euitandam, vt tradit *Azzo in ſum. C. ad legem Aquiliam*, & ſentit aperte *Bald. in l. 1. n. 4. C. ſi aduerſ. libert.*.

Quæſt. 4. Quæro partes in compromittendo renunciauerunt reductioni ad arbitrium boni viri, arbiter dolo verſatus eſt, an non obſtante renunciatione, poſſit peti

10 reductio? videtur, quod non † poſſit peti, quia compromiſſum eſt veluti quidam contractus *Bald. in l. 1. ff. de arbitr. Specul. in tit. de arb. tr. in pr.* nempe quædam tranſactio, vt *in auth. ſi quando C. de iudic.* in contractibus autem imputatur ei, qui poterat latius verba concipere *l. veteribus*, cum ibi *notat. ff. de pact.* & qui renunciauit dum poterat excipere cauſam doli, nec excepit; ſibi imputet, cum potuerit illum caſum prævidere, quando quidem ſæpe ſolent iudices, vel arbitri doloſe iudicare, quia compromiſſa ſunt ſtricti iuris, ſicut & reſcripta, de rigore iuris communis *Bald. in l. ſicum dies in repet. in t. in* §. *id enim ff. de arbitr.* & ideo omiſſum habetur pro omiſſo argumento *l. quicquid adſtringenda. ff. de verb. oblig.*

Contrarium tamen pluribus ſuffragiis receptum eſt. *Parſ. in tractatu de Syndicatu in* §. *Iudices numer. 13. & 14.* Inter *tractat. tom. 4. fol. 120. Dec. conſil. 39. c. l. 2. verb. ſecundo principaliter. Bald. in l. cum antea. C. de arbitr. in leg. ſi vnus.* §. *illud quæſ. io. fin ff. de pact. Iaſon conſil.* 135. *vol.* 4. dicentes, quod reductio ad arbitrium boni viri, cum vel dolo malo verſatus eſt arbiter, vel grauiſſime altera pars ſententia Arbitri læſa eſt, nulla cautela impediri poteſt, etiam ſi in compromiſſo conuenerit ſe ſe contra id non eſſe venturos, quamuis grauiſſimum damnum inde reſultaret *Laurent. Sylu. conſ. 72. n. 5. vol. 1.* ratio eſt, quoniam dolo futuro non poteſt renunciari, nec cenſetur renunciatum *dict. l. ſi vnus.* §. *illud. ff. de pact. Roman. in noſtris terminis in Rub. de arbitr. numer.* 53. *verſic.* Adde *hunc.* cum his, quæ late diximus in ſecunda diuiſione Doli in titulo de dolo futuro, ratio rationis videtur occaſio delinquendi.

Confirmantur prædicta, quia hominis diſpoſitio regulatur ſecundum diſpoſitionem legis. Sed vbi lex, vel ſtatutum impedit reductionem fieri non cenſetur velle impedire, quando dolus interceſſit, ſecundũ ea, quæ dicta ſunt in proximo præcedẽti articulo. Non vrget argumentũ ex aduerſo nam *l. veterib.* non procedit in diſpoſitione doloſa, deinde quia falſum eſt, quod de caſu doli non excęperit, nam dolus a contractu, vel quaſi contractu ab omni diſpoſitione cenſetur excluſus, vt oſtendimus paulo ſupra, qua ſolutione euertitur quoq; ſecundum, quia imo in iuris ſtricti diſpoſ. cenſetur dolus exceptus, & in terminis cõpromiſſi notat, *Bal. in l. ita demum in pr. not. ff. de arb.* dicens per illum tex. nota, quod in compromiſſum ſemper cenſetur tacite actum, ne dolus cuiq; patrocinetur, nam & ſaluo iure videtur factum compromiſſum.

Quæſt. 5.

Quæſt. 5. Arbiter cum iam paraſſet ſententiam in fauorem Titii aduerſus Mæ-
uium, ſordibus ab eo corruptus; recuſabat ſententiam ferre, cum pars in cuius fauo-
rem erat pronunciandum, vellet eum ſententiam dicere. Dubitabatur ergo an cogi
11 poſſet, & negatiue videbatur reſpondendum per text. *leg. ſed* † *& ſi in ſeruum.* §. 1. *ff. de
arbitr.* ibi, ſunt & alii, qui ſententiam dicere non coguntur, vt puta ſi ſordes, aut turpi-
tudo arbitri manifeſta ſit.

Contra quod imò cogendus ſit, eſt text. in *l.* 3. §. *1. ff. de arbitr.* ibi, etiam Arbitrum,
vel id gratiæ dantem, vel ſordibus corruptum, vel alia ex cauſa nolle ſententiam dice-
re, quiſquam ne poteſt negare, æquiſſimum fore, prætorem interponere ſe, vt offici-
um, quod in ſe recipit impleret.

Pro ſolutione gloſſa *in dict. l.* 3. §. *1. in verſic.* ſordibus adhibita diſtinctione ſoluit
hanc antinomiam, & duplici modo diſtinguit; in *dicta leg.* 3. *cogitur*, quia erant nuda, &
aperta, ſecreta cauſæ, ibi poſt nudata, vtriuſque intima, & ſecreta negocia aperta; In
alia lege non erant aperta, propterea non cogitur. Secundo in *d. l.* 3. pecunia data erat
iudici parato iuſtam ſententiam dicere, ne pronunciaret, aut aliquam ſententiam
diceret, in altera lege pecuniam acceperat, vt perperam iudicaret; poſtea turpitudine
manifeſtata nolebat iudicare, ait tex. non eſſe cogendũ, ratio iudicio meo eſt duplex,
altera quia cum propter manifeſtam iudicis turpitudinem iſta ſententia nullius mo-
menti ſit futura, nam vel ope exceptionis doli, vel actionis poterat infringi *leg. arbitro-
rum. Cod. de arbitr.* ideo ſuccedit regula, fruſtra expectatur, cuius nihil operatur e-
uentus; Altera eſt, quia indulgendum eſt ei, qui vult honori ſuo indulgere, & cu-
rare ne incidat in pœnam, nam efficeretur infamis ad inſtar iudicis *l. fin. Codic. de pœn.
iud. qui mal. iud. l. à proconſ. Codic. de appellation.* Arbiter enim in pluribus iudici compa-
ratur.

Quæſt. 6. Quæro arbiter inique, & doloſe iudicauit, an faciat ad inſtar iudicis li-
12 tem † ſuam? videtur negandum; quoniam Arbiter differt longo interuallo à Iudice
adeo vt differat in principio, in medio, & in fine, vt notabiliter dixit *Bal. in l.* 1. *C. de Arb.
13 numer.* 9. *verſ.* ſed è contra, in primo iudicium redditur in inuitum, ſed † compromiſ-
ſum, nequaquã: nemo enim cogitur compromittere; In medio ſiue in proceſſu quia
coràm iudice contrahitur heremodicium, ſed non coràm arbitro Item differunt in fi-
ne, quoniam ex ſententia iudicis regulariter oritur actio de iure, ſed ex ſententia arbi-
tri minime, niſi in tribus caſibus, ſcilicet quando eſt iuratum & de hoc apparet ſcri-
ptura, quamuis videatur hoc mutatum per *auth. decreuimus eod. tit.* Secundo quan-
do eſt expreſſe emologatũ; tertius quando eſt tacite emologatum decem dierum ta-
citurnitate, & fuerit compromiſſum ſine pœna *l. ne in arbitr. & l. pen. C. de arbitr. Bald. d.
loco, & num.* 9. ſi differunt in fine, ergo arbiter non facit litem ſuam, & ratio differentiæ
eſt, quia cum fiat compromiſſum de voluntate partium, imputet ſuæ facilitati, qui
non inuenit meliorem hominem & amicum ad dirimendas lites ſuas, argumẽto *text.
in* §. *præterea, & in Inſtitut. quib. mod. tollit. obligat.* §. *fin. inſtit. pro ſocio. l. cum mandato.* §. *fin.
ff. de minor.*

Contrarium tamen tenet *Roman. in* Rub. *ff. de arbitr.* & verius eſt, primo pro-
pter † æquiparationem inter arbitrum, & iudicem. *l.* 1. *ff. de arbitr.* quoniam in hoc ad-
14 eſt eadem ratio, ne detur occaſio delinquendi, quoniam iniquè iudicando, vterque
quaſi delinquit. §. 1. *inſtit. de obligat. ex quaſi delic. l.* 4. *ſi iudex. ff. de action. & obligation.*
præterea tolleretur occaſio compromittendi, quando propoſita impunitatis ſpe te-
neret quicquid pronunciatur ab arbitro, qui cum bonus vir eſſe ſoleat facile prola-
beretur in belluam. Non obſtat allegata differentia in principio, medio, & fine. Nam
in his tribus quoque conueniunt in primo quia coràm arbitro debet offerri libel-
lus, ſicut coram iudice, *auth. generaliter. C. de epiſcopis, & cleric.* In medio quoniam ſicut
Iudex debet recipere teſtes, ita & arbiter, *l. pen. Cod. de arbitr.* In fine propterea quod ſi-
cut iudex debet iudicare de toto, ita & arbiter in *leg. quid tamen. ff. de arbitris*, *Bald.
in dict. leg.* 1. *numer.* 8. *Codic. de arbitr.* Non obſtat etiam, quod cum compromiſſa ſint
voluntaria, debet ſuæ facilitati imputare &c. nam hæc regula non militat in fauorem
doloſi *dicto.* §. *fin. inſtitut. pro ſocio*, cum aliis nuper allegatis, nam ſi depoſitarius dolo fe-
cerit, non poteſt allegare aduerſus deponentem, tuæ facilitati imputes, quod non
meliorem amicum &c.

Quæſt. 7. Quæro Arbiter, per ſordes iudicauit, vel per preces, an eius ſenten-
15 tia ſit nulla & profectò in priore caſu videtur dicendum, nullam † eſſe ſenten-

Digitized by Google

tiam arguendo de iudice ad arbitrum, ſecundum ea, quæ ſuperius dicta ſunt, nam iudicis ſententia lata per ſordes non valet ipſo iure, vt ſupra traditum eſt, *leg. venales. Cod. quando prouoc. non eſt neceſſ.* ſi vero per preces non teneat, ope exceptionis argumento, *leg. ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebell. leg. ſi prætor. §. Marcellus ff. de iudic. leg. 1. & ibi gloſſ. & Doctor. Cod. de pœna iudic. qui male iudica. item 2. quæſt. 3. §. diffinitiua & in cap. cum ab omni, de vit. & honeſt. clericorum.*

Secundo per textum in *leg. ſi in lege in fine, princip. ff. locati*, in illis verbis, quibus conſequens eſt, vt irrita ſit approbatio dolo conductoris facta, vt ex locato agi poſſit, & ibi *Bartol.* notat expreſſe, dicens arbitrium doloſè latum nullius eſſe momenti.

Tertiò, quia in compromiſſo ſemper ineſt tacita conditio, ſi dolo non erit arbitratum. *l. ita demum vbi Bald. ff. de arbit.* ipſo iure igitur non valet, aut pœna committitur, quando dolo iudicatum eſt ab arbitro.

Quarto, per textum in *c. 2. extra de arbitr.* reſpond. ibi eſſe ſpeciale propter mixturam vitii ſimoniæ, vt ibi per gloſſam vnde notabiliter dicunt arbitrium inducens Simoniam ipſo iure nullum eſſe, idem ſecundum Doctores eſſet, ſi induceret vitiū vſurariæ prauitatis, & idem quando laudum contineret peccatum, quod per litigatores eſſet non remiſſibile, *Goff. ed. Hoſtien. Ioann. Andr. Anton. in dict. cap. 2.* Contrarias tamen partes *Bald. in rubr. Cod. de inſtitut. Caccial. inter tract. in tractat. de tranſaction. cap. 3. numero 8. tom. 1* dicens quod dolus, aut culpa arbitri, non annullat laudum, ſed parit

16 † exceptionem. *§. cum quidam. ff. de arbitr.* eandem ſententiam probat *Ioann. Bapt. Peruſin. in ſuo tractat. de arbitrio cap. 15. num. 26. verb. ponamus inter tractat. tom. 12.* vbi multa allegat. *l. 3. Cod. de arbitr. gloſſ. in l. ſed ſi ſeruum. §. ſunt alii ff. de arbitris*, dicens quod in hoc caſu differunt arbitria a iudiciis, ſecundum noſtros Doctores. Congerunt tradita à *Speculatore de arbitr. §. differt in princ. notab. per gloſſ. in l. ſi ſoror. C. de collat.* & ab *Angelo in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verborum obligation. Bal. in l. eos. §. qui temere numero 22.* Comprobatur hæc opinio *dict. l. 3. Cod. de arbitr. l. non diſtinguemus. §. cum quidam & §. ita demum. ff. de arbitr.* Non obſtant allegata in contrarium, & ad primum aperta eſt ſolutio, quoniam cum multæ ſint differentiæ inter Arbitrum, & iudicem, in hoc tamen præcipue diſtant ad inuicem, vt ex mente Doctor. nuper dixit *Ioann. Bapt. Peruſin. loco citato*, ratio diſcriminis eſſe poteſt, vt arbitror, quia iudex ſordibus iudicans, nedum partes offendit, ſed & Rempublicam: publica enim eſt perſona Iudex, & publicum ius lædit, Arbiter duntaxat, videtur partem offendere, ſiquidem compro-

17 miſſum eſt veluti † contractus, qui iuris priuati videtur, iudicium vero iuris publici *leg. 1. & ibi notat. ff. de iuriſdiction. omni. iudic.* vel quia compromiſſis, paretur metu pœnæ, quæ cum rite fuerit ab initio promiſſa, ipſo iure peti poteſt ſi non pareatur, & ideo quando eam ſolui eſt iniquum, datur exceptio Reo; vel actio Actori; ſi doloſa fuit abſolutio. Erit autem exceptio ex ſtipulatione; vel actio ex ſtipulatu; per quam Reus eſt abſolutus, ſi erat in compromiſſo, vt fieri ſolet; adiecta ſtipulatio, & clauſula doli, aut actio, vel exceptio doli, naſcatur iuxta text. in *l. ita demum. ff. de arbitr.* Ad ſecundum reſpon. ſpeciale, quoniam arbiter fuit vnus ex contrahentibus (ibi dolo conductoris facta, quando autem eſſet declaratio precii remiſſa arbitrio tertii non dicit Vlpianus irritam eſſe. Secundo compromiſſa non fiunt per illa verba arbitratu Lucii Titii, &c. *vt in d. l.* illa enim verba ſignificant arbitrium boni viri. Bono autem viro nihil eſt tam contrarium, quam dolus, *l. 3. in fin. ff. pro Socio.* Ad tertium ſolutio eſt in primis, quod tacita conditio ſi deficiat, nō ſolet impedire natiuitatem actionis per *l. conditiones, quæ extrinſecus ff. de condit. & demonſtr.* verum non eſt probanda, ſiquidem tacita etiam conditio impedit ortum actionis, ſicut expreſſa, vt inquiunt Doctores, argumento *l. item quia. ff. de pactis*; proinde tutior eſt reſponſio, quod in propoſito non impedit natiuitatem actionis, tacita conditio, quoniam non ineſt ſtipulationi, vt conſtaret ex his, quæ dixit *Caccialupus d. loco de tranſact. cap. 3. n. 8. ver.* ſed ex actioni, merito non impedit ortum actionis, ſed inducit ſolum exceptionem, vt per gloſ. & *Bart. in l. ita demum. ff de arbitr.*

Quæſtio. 8. Sed ex iam dictis fit locus dubitationi, vtrum ad dictam actionem,

18 vel exceptionem doli comparandam ſufficiat ſolius Arbitri dolus, an † vero requiratur etiam concurſus partis aduerſæ. Et ſane videtur vtriuſque doli neceſſarius eſſe concurſus ex regula, quod dolus vnius non debet alterum prægrauare. *l. electio. §. ſi abſentem. ff. de noxal. l. 2. § fin. ff. ſi quis caut. l. ſi cum. ff. de euiction. c. nemo de reg. iur. in 6.* cui ſuf-

fragatur

fragatur etiam illa regula, quod non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri *c. non debet de reg. iur. in 6. vbi Dec. & Cag. ff. de reg. iur. l. quod ſeruus in fine. ff. de acq. poſſeſſ.* vbi ex mala fide ſerui, non quæritur actio domini, nec filii vſuræ acquiruntur patri, nec à monacho illicite quæſita quæruntur Monaſterio, vt poſt Bartolum & alios ſcribit *Aretinus in d. l. quod ſeruus. §. fin.* ita non debet ex dolo alterius ſentire quis detrimentum.

Contraria opinio communi calculo probata eſt, *Ioann. Bapt. Peruſin. in tractatu de Arbitr. cap. 15 num. 27. inter tract. fol. 48. per tex. in dicta. l. non diſtinguemus*, vbi ex ſolo dolo Arbitri, volentis propter inimicitias laudum proferre, cum eſſet conſtitutus, vt ſententiam diceret, competit exceptio doli; Ratio concluſionis eſt, quoniam pars petendo executionem laudi doloſi, ſaltem tunc dolo facit, proinde contra eum de dolo poteſt excipi, & ita placet gloſſæ & omnibus in *d. l. 3. C. de arbitr. & Nicolao in c. 2. de arbitr.* Accedit, iudicio meo, alia ratio, ſcilicet quia exceptio doli in cõpromiſſis eſt ſpecies quædam appellationis *d. §. cum quidam in fin.* & ad obtinendã appellationẽ, ſatis eſt factum Iudicis inique iudicantis intercedere. Quibus rationibus tolluntur allegata ex aduerſo nam ad primum reſpond. quod dolus partis intercedit, quando petit executionem laudi.

Secundo quod ex dolo Iudicis, non prægrauatur, ſed impeditur tantum, ne ius iniquum conſequatur, non ſentit enim damnum, repulſus per exceptionem doli, ſed impeditur ne conſequatur iniuſtum lucrum, qua ratione diluitur etiam ſecundum fundamentum.

Q. 9 Quæro vnus ex cõpromittentib. temere appellauit, vel reclamauit à ſentẽtia arbitri, an incidat in pœnam, *l. eas. §. niſi morte. C. de appell.* vt contingit illi qui prouocat

79 à ſententia iudicis.† Affirmatiua reſponſio videtur tutior nam aut in arbitro eſt ꝓpria appellatio, & conueniunt verba *d. §. ne temere. iuncta rub.* igitur conuenit diſpoſitio. *l. hos accuſare. ff. de accuſat. cum vulgar.* Aut eſt impropria, & tunc quoniam inter appellantem à ſententia arbitri, & à ſententia iudicis prouocantem, eſt eadem ratio, vt palam eſt, ne lites fiant immortales, & ne litigantes perpetuis ſumptib. vexentur, ſuccedit regula, ꝙ diſpoſitio loquens in vno caſu porrigitur etiam ad alium caſum non expreſſum, ſtãte paritate rationis, ſi conueniunt ſaltem verba lato ſumpto vocabulo *Od. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matri.* vt in propoſito nomine appellationis continetur etiam reclamatio, & recurſus *Marant. de ordin. iudic. part. 6. in tit. de appell. in 1. quæſt. n. 4. verb. ſuper iſta quæſt. Alber. in rub. C. de appell.* facit *tex. in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſdare cogantur.* & *l. 1. arbitro. C. & l. 1. ff. an per alium cauſa appell. reddi poſſ.*

Contrarium tamen placet *Baldo, & Salyc. in dict. §. ne temerè ille nume 2. verbo modò quæro, iſte num. 20. verbo quæro quinto.* illa adducti ratione, quoniam in arbitro non dicitur proprie appellatio, ſed recurſus, conſtitutio autem pœnalis debet intelligi ſtrictè, & proprie, argumento *l. ea quidem. C. ſi mancip. ita fuerit alien. c. in pœnis extra de reg. iuris. in 6. & ibi Dynus*, & notiſſima iuris eſt concluſio, In pœnalibus identitate, vel etiã ex maioritate rationis, non fieri extenſionem, Doctor. & maxime Roma. *in dict. leg. ſi vero. §. de viro ff. ſol. matrim.* ſicut nec in correctoriis, *Iaſ. in Auth. quas actiones col. 6. cum ſequentib. C. de ſacroſanct. Eccleſiis, & in l. ſi conſtante col. 13. ff. ſolut. matr.* & iſta ratio nedum confirmat hanc ſententiam, ſed valet ad deſtruendum contrarium, quod erat fundatum in poteſtate rationis.

Q. 10. Venio nunc ex ordine ad dolum arbitratoris; & quæro, an in eo dolus præ-

81 ſumatur, in quo articulo reſpondeo, cum diſtinctione, vt diximus† ſupra in arbitro; ſc. vt in dubio non præſumatur, quemadmodum in terminis ponit *Roma. rub. de arbitr. inter Repet. n. 79. verſ. tamen in dubio per tex. in l. dolo. Cod. de dolo in l. quoties. §. qui dolum. ff. de probat. & ibi Ant. de Butr. qui Federicũ de Senis*, & alios citat, ratio eſt, quia ſemper capitur præſumptio excluſiua delicti, *l. merito. ff. pro ſocio*, & quiliber præſumitur bonus, donec probetur malus, fallit ex qualitate facti veluti ſi nimis aliquam partium grauaſſet, vt per *Roman. dict. loco argum. l. omnes § Lucius. ff. mandat. Bald. in l. 3. C. de dot. promiſſ. Bart. in l. fin. ff. de prætor ſtipulat in l. ſocietatem. §. arbitrorum, & ibi Alexand. ff. pro ſocio, Butrius in l. fin ff. de dolo, & contum. in c. quintauallis extra de iureiur. Alex. conſ. 47. vol. 1. Ruyn. conſ. 129. num. 22. volum. 5.* Præſumitur etiam ſi nullam probationem à partibus recœpiſſet, & ſtatim laudaſſet *l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.*

Præſumitur etiam ſi in diuiſione rei communis iuſſiſſet dari omnes res magis precioſas *Roman. dicto numero ſeptuageſimonono, & Ang. in leg. 2. ff. de petit. hæreditat. l. cum inter. ff. de pecul.*

21 Non † præſumitur autem dolus in arbitro, maxime quando laudum ex conſilio ſapientis, ſiue iuris periti, *Florian. in l. regula. §. ſi de iuris ff. de iuris, & facti ignor. l. in bonorum, & ibi Bart. num. 90. ff. de bonor. poſſeſſ.* Vbi limitat, niſi is, qui conſilium petit eſſet talis, quo deberet per ſe ſcire, velut in aſſeſſore, vel alio legum Doctore, *Bald. in l. iuris ignorantia, in ſecunda quæſt. Codice qui admitti. & in l. fin. in princ. 1. colum. in ſecunda quæſt.*
22 *Cod. de iure deliberand.* Quoniam † vero ſæpè Iudices vel ſponte ſua, quia ſunt legum Imperiti, vel ex neceſſitate ſtatuti requirunt conſilium ſapientis *Bald. in l. ex illo. Codice de appellat. Innocen. in c. ſi pro debilitate in gloſſ. in verbo conſulere de offic. deleg.* dicens quod imperitus Iudex in cauſis dubiis debet conſilium ſapientis adhibere, & iſti ſapientes debent eſſe legum periti, & Doctores re, non nomine, quibus haud poſſit obiici illud antiquum, turpe eſt nobili & patritio viro, ius, in quo verſatur ignorare. Quæri poſ-
23 ſet, qui vere † ſint iſti iuris periti, à quibus Iudex, Arbiter, vel arbitrator conſilium petens, non modo excuſari à præſumpto dolo debeat, ſed etiam laudari, quod viri idonei conſilium requiſiſſet.

Et profecto ſi de Iuriſconſ. Ciuitatis, & Patriæ meæ Senenſis aliquis me interrogaſſet, multos ſane hoc tempore viuentes Iuriſcõſultos celeberrimos, longe plurimos iam defunctos poſſem recenſere, ſemper enim ius ciuile in noſtra ciuitate floruit, & in
24 magno honore fuit iuris ciuilis ſcientia; ex patrio namque antiquo, & perilluſtri † Gymnaſio, quaſi ex Platonis Lyceo innumeri prodiere viri de legali philoſophia optimè meriti; Parcam autem nominib· multorum viuentium vt qui vel publico munere legendi in Patria, Bononiæ, Patauii, Piſis, Neapoli, firmi præclariſſime functi ſunt, aut fungũtur, vel laudabile aduocationis officium Romæ, Senis, aut alibi huma-
25 na doctrina; atque integritate obierunt. Enumerabo autem † inſigniores aliquos ex his, qui hac vita defuncti, gloria famaque perenni viuunt, quorum vel ſcripta impreſſa circumferuntur vel digna ſunt vt imprimantur, plerorumque autem encomia à grauiſſimis viris celebrantur, veluti à *Valenti. Forſt. in ſua, hiſt. iur. ciu. Rom. Bernardino Rutil. de vitis Iuriſconſ. Catell. Cott. de Iuriſperitis. M. Mant. viris de illuſtr.* & aliis authoritatibus. Ex viuentibus autem recenſebo eos, quos de iure ciuili, aliquod in lu-
26 cem edidiſſe † comperui.

Nomina Iuriſconſultorum Senenſium.

B*Eatus Bernardus Ptolemæus*, qui Iohannes nuncupatus, dum ius ciuile Senis honorifice profiteretur, ad Monaſticam vitam nonnullis ex auditoribus ſuis, ſecum traductis, primus in Agro Senenſi ſacræ Oliuetanæ congregationis fundamenta iecit.

Riccardus Petronius Neapoli profeſſor S.R.E. Cardinalis vice Cancellarii, cuius authoritas cum eſſet eo tempore maxima in compilatione ſexti Decretalium fuit elaborator præcipuus.

Iohannes Palaxtenſis ex familia, quæ nunc dicitur Cerretanorum Baldi præceptor, & magnus textualis, à quo *Bald.* multa fuit mutuatus.

Iohannes Pagliarenſis vir magnæ doctrinæ, & ſanctitatis, quem *Bald.* primum ſui doctorem appellat.

Bartholomæus de Senis, cuius ſimiliter *Bald.* ſe auditorem fuiſſe dixit.

Federicus Petruccius alius Baldi præceptor eiuſmodi eruditionem tam Senis, quàm Peruſii patefecit, vt merito Canonum pater diceretur.

Vbaldinus ex Maleuoltis optimus ſui temporis aduocatus.

Antonius Vgurgerius Paduæ legens, qui priuilegium Senenſis vniuerſalis ſtudii à Carolo IIII. impetrauit.

Marianus Socinus pietate, & iuriſprudentia celeberrimus.

Laurentius Lutus eius contemporaneus Romæ aduocatus conſiſtorialis, ex cuius reſponſis nonnulla inter Socinorum conſilia permixta imprimuntur.

Iohannes Baptiſta *Bellantus* conſultor egregius.

Iohannes Baptiſta Sanctius laudatiſſimus ſuo tempore cauſarum patronus.

Bartholomæus Socinus Mariani filius, Paduæ, Bononiæ, & Senarum Profeſſor & aduocatus inſignis.

Tomas *Doccius* cognomento Doctor veritatis appellatus.

Bulgarinus de Bulgarinis Senis, & Bononiæ probatiſſimus legum interpres.

Balthaſar Accariſius aliàs Rimbottus aduocatus, & Romæ Senator.

Nicolaus Piccolomineus Præpoſitus Senenſis acutiſſimus Iuris diſceptator.

Achilles ex Ilicibus comitibus Paduæ,&Papiæ lector.

Lancillottus Politus,Interpres facundiſſimus,qui poſtea in ſacram Prędicatorum familiam ingreſſus, diuinam ſcientiam mire profeſſus eſt, & tandem Archiepiſcopus Compſanus creatus fuit mutatoq; nomine Ambroſius appellatus.

Claudius Ptolomæus,qui epiſcopatum Corſulæ nigræ promeruit.

Benedictus Girlandus probatiſſimus aduocatus.

Valerius Senenſis,cuius etiam conſilia impreſſa circumferuntur.

Ludouicus Burgheſius eximius lector.

Rainaldus Petruccius legit in patria egregie,& Auditor Romanæ Rotæ deceſſit.

Marianus Soccinus Iunior eminentiſſimus interpres,& aduocatus.

Alexander eius filius ſubtilitatum princeps dictus, qui immatura morte defunctus eſt,Maceratæ legens.

Hieronymus Verius lector grauiſſimus.

Franciſcus Coſcius Senenſ. Eccleſiæ Decanus, Canonum explicator eruditiſſimus.

Marcus Antonius Bardus de iureciuili ſcriptor optime meritus.

Marcellus Beringuccius Neapoli Profeſſor, cui iuuenis ſucceſſit Iohannes filius, qui in ea functione,cum omnium ſtudioſorum dolore interiit.

Iohannes Mignanellus Iuriſperitiſſimus, & S. R. Eccleſiæ Cardinalis.

Marcuſantonius Bellarmatus aſſiduus legum explicator.

Seraphinus de Seraphinis magnus practicus.

Bonſignorius Finetius lector ienarũ, Romanæ Rotæ. Auditor,Peruſii gubernator, magni ingenii Iuriſconſultus.

Marcus Antonius Burgheſius aduocatus Conſiſtorialis,& inter aduocatos Romanæ Curiæ facile primus.

Angelus Spannocchius Senarum, ac Salerni primum,nunc vero Bononiæ lector eminentiſſimus,& facundiſſimus.

Siluius eius frater, qui eximie functus in Patria,& in Maceratenſi Gymnaſio munere legendi,& conſulendi,in Florentina Rota Iudex digniſſimus reſidet.

Horatius Spannocchius alius frater, poſtquã legit Senis varias functiones pluribus etiam extra Italiam locis obiuit, & de iure etiam ipſe conſcripſit,

Alexander Turamınus, qui ius ciuile profeſſus eſt Senis,ac Romæ, tum Florentiæ laudabiliter iudicem egit nunc vero diſertiſſime leges Neapoli interpretatur.

Hieronymus Borgolius frater meus, qui poſtquam Senis docuit ius ciuile, Florentiæ ius dixit, Ianuæ Ciuilis Rotæ fuit Auditor, ac in locum Capi iuſtitiæ ad tempus ſubſtitutus, & ad criminalem Rotam ibidem electus, iiſdem illis diebus in Patria diem ſuum obiit, vbi inter principes Aduocatos vigebat.

De Dolo in iudicio Criminali Cap. XI.

1 *Delicta alia nominata, alia innominata.*
2 *Stellionatus crimen, quid ſit, & vnde dicatur.*
3 *Stellionatus crimen, vnde oriatur.*
4 *Stellionatus crimen, quibus caſibus committatur.*
5 *An irroget infamiam.*
6 *An in eo ſit locus pœnitentia.*
7 *Quæ ſit eius pœna.*
8 *An eius pœna conueniat cum actione doli.*
9 *Dolus nemini nocens, non punitur.*
10 *Dolo alium accuſans de capitali Crimine, an ſit capitaliter damnandus, remiſſiue.*
11 *Dolum committens, vt vni noceat, & nocead alteri, nihilominus de dolo punitur.*
12 *In delictis generaliter ſemper dolus præſumitur.*
13 *Qualitas perſonæ, & inſtrumenti, quo quis percutit faciunt præſumi dolum.*
14 *Homicidium qualiter præſumatur doloſum, vel excuſetur, pendet ex coniecturis, de quibus remiſſiue.*
15 *Statutum pœnale requirens dolum, an obtineat in lato culpa.*
16 *Pupillus de dolo qualiter puniri poſſit, remiſſiue.*
17 *Iudex doloſe capitaliter puniens, an ſit capitaliter puniendus, remiſſiue.*
18 *Occidens capitaliter damnatum, an, & qualiter ſit puniendus, remiſſiue.*
19 *Delicto, an ad ſui ſubſtantiam requirat dolum diſtinguitur.*

20 *Iudex ſubiiciens aliquem iniuſtè ad torturam, qualiter puniatur, remiſſiue.*
21 *Iudex excommunicans contra formam capituli primi, de ſententia excommunicationis in ſexto licet dolo careat, punitur.*

Relinquitur, vt ad dolum in iudicio criminali tranſeamus; quod autem illud ſit, diximus ſupra quando doli in iudicio aggreſſi fuimus diſputationem. Et primo loco quæro.

Quæſt. 1. Quæ actio competat pro dolo in hoc iudicio, vel qui eius occaſione commiſſus; & ſane cum delictorum quædam ſint nominata, quædam † innominata, pro his, quæ proprium nomen habent, vt furtum, falſum, & c. nominatum etiam competit remedium, vt furti, vel falſi, crimen proprio, & ſpeciali nomine carens, 2 ſtellionatus appellationem † accipit, vt in *l. 2. & 3. ff. de crimin. ſtellion.* ibi: (ſtellionatum autem obiici poſſe his qui dolo quid fecerint, ſi aliud crimen non ſit, quod obiiciatur) eaque eſt differentia inter illum titulum, & *rubr extr. de crimin.* in quibus de innominatis delictis agitur, quod in crimine ſtellionatus nihil eſt quod obiiciatur, præter dolum; *in titulo de extraordin. crimin* adeſt præter dolum etiam delictum, licet ſpecialem titulum non habeat, vt declarat *Poſſius in titulo de extraordinar. criminibus num. 1.* reiecta declaratione gloſſæ in *rubr. de extraordin. criminibus, in ſecunda continuatione*, Porrò autem ad declarationem huius actionis, nonnulla explicanda ſunt. Et primo vnde hoc nomen ſtellionatus deductum fuerit, ad ſignificandum innominatum hoc delictum. Secundo quæ requirantur vt committatur. Tertio in quibus caſibus contrahatur. Quarto an irroget infamiam. Quinto an in eo ſit locus pœnitentiæ. Sexto quæ ſit pœna eius. Septimo an conueniat cum actione de dolo.

Ad primũ reſpondet *Accur. in l. 1. inv. ſtellion. ff. eod.* ſatisfacit *Alc. li. 1. parerg. inr. c. 46.* relatus in *appoſt. d. l. 2.* occurrit *Menoc. de arb. cent. 4. caſu 381.* in quo de hoc crimine agẽs ex authoritate. *Plin. Hiſt. Natur. li. 30. c. 10.* ait enim ſtellionẽ eſſe animal lacertæ ſimile, quo nullum fraudulentius homini inuideat, indeque ait, ſtellionum nomen in maledictum translatum ſecundum, *Saly. in rubr. Cod. eod.* dicitur à ſtellione animali, quia ſtellatum eſt, ſicut cælum, & dolo plenum. Et ſi vis tibi notum exemplum, vide in ſcorpione, quia brachiis eleuatis tibi amplexando, blanditur, & cum cauda ſecreto te pungit & ideo ab his, qui habent ſcorpionem ſtell'am pro aſcendente, tibi caue.

3 Ad ſecundum † reſpondeo ex *Poſſio citato loco in fine* crimen iſtud oriri ex dolo in committendo, non in omittendo, quæ differentia inter dolum in committendo, & in omittendo addenda eſt his, quas deduximus in *libr. 1. in titulo de dolo in committendo, & omittendo.*

4 Ad tertiũ † dico, innumeros eſſe caſus, in quib. perpetrari poteſt delictũ huiuſmodi, enumerabo aũt aliquos à Dd noſtris explicatos p *Bal. ſc. cõſ. 14. & ſeq. vol. 1. Bart. in l. 1. §. 1. in fin. ff. ſi quis ius dicẽti non obtemp. Abb. in c. fin. ext. de reſcrip. in fi. Ang in l. 1. § fin ff. de eo per quẽ fact. erit Boſſius vbi ſup. & Menoch. citato loco*, Veluti ſiquis extraneus à iudicio iudicis perturbet Iuriſdictionẽ. ſecũdo ſiqs abutatur reſcripto Apoſtolico. Tertio lacerãs litteras Aduerſarii, patenter in præſentia iudicis. Quarto ſubtrahens alicui probationes, & ſubtrahens ſeſe, ne deponat, aut teſtificetur in iudicio. Quinto ſiquis rem pignoratam vendiderit, permutauerit, vel in ſolutum dederit, niſi eſſet ita ad modicum obligata, vt poſſit vtrinque, & creditori, & emptori ſatisfieri. Sexto qui rem duobus diuerſo tempore vendidit, vel donauit, *Menoch. d. loco nu. 12. verſ. declaratur*, vbi pulchre hunc caſum explicat & multipliciter limitat *vſque ad num. 22.* Septimo Periurus. Octauo, qui falſo alicui triſte nuncium attulit. Nono, qui diſſimulata conditione ſuæ perſonæ, vt aliõs alliciat, contrahit cum aliquo. Decimo, qui in foro auget precium Annonæ, vt alii carius emant. Vndecimo, qui in venditione rerum fiſcalium auget precium, vt alter carius emat, hec enim permiſſum eſt licitare, vt tertio noceas. Alios vero caſus ſiquis requirat, in quibus id genus criminis contrahatur, conſulat ſupra allegatos Doct. & *l. 3 ff. eod.*

Quæſt. 2. Succedit quartum, an irroget hoc delictum infamiam, & ſane con-5 trouerſi iuris eſt, ſiquidem † *Vlpian. in l quid ergo. §. crimen. qui finalis eſt, ff. de his, qui notant. infam* apertè definit infamiam irrogare his verbis (crimen ſtellionatus infamiam irrogat damnato, quamuis publicum iudicium non eſt) verum à contrario ſenſu idem *Vlpian.* quaſi parum ſibi conſtans in *l. 2. ff. de crim. ſtellion.* inquit ſtellionatus iudicium famoſum quidem non eſt. Ad reſoluendam hanc difficultatem. *Mart. & Bulg.* antiqui

qui gloſſ. relati Accurſio in d. §. crimen. in verſ. publicum; dicebant condemnatum hoc crimine per ſententiam fieri infamem, & ita procedere textum in *dict. §. crimen*, vt non obſcure indicant illa verba, infamia irrogat damnato. Ipſo iure non infamat, & ideo reſpondet *Vlp. in l. 2.* iudicium famoſum non eſſe, diſcedit ab hac ſolutione Accurſii, quamuis non reddat rationem, ea vero, me iudice, eſſe poteſt, quia ſi famoſum iudicium non eſſet, nec per ſententiam irrogaret infamiam; cum iudicium contineat etiam ſententiam, & dicitur famoſum iudicium, quia ſi fuerit declaratum Titium, puta furtum feciſſe, vel falſum commiſiſſe, ob qualitatem criminis efficitur infamis. Quare ipſe ex mente Ioannis alio pacto diſtinguit, eamque diſtinctionem tacito authore refert *Duaren. lib. 1. diſputat. cap. 41.* ſed quia nihil occultum quod non reueletur deduxit velum *Robert. Aur. libr. 4. ſententiar. cap. 17.* vt obſeruat *Menoch. loco ſupra citato in fine.* Nempe aut crimen ſtellionatus deſcendit ex cauſa, ex qua aliquis ciuiliter damnatus infamatur. Et tunc hoc iudicio infamatur. Exemplum eſt, ſiquis ciuiliter de dolo conuictus fuerit, ſubit infamiam in *titulo. ff. de dolo*, ſi ex eadem cauſa criminaliter conuentus damnaretur, non euitaret notam infamiæ. Aut ciuiliter damnatus non efficeretur famoſus vt in *leg. tutor. §. contrarium. ff. de pignorat. actione.* & tunc crimen ſtellionatus damnatum nõ infamat, & probatur hæc diſtinctio in *l. infamem. ff. de public. iudic.* vbi damnatus eſt priuato crimine non efficitur regulariter infamis; niſi tale crimen ſit, vt de eo ciuiliter conuictus, ſubiret infamiam, vt in furto; ſi igitur in priuatis delictis eſt ſeruanda illa diſtinctio Iuriſconſ. ergo & in crimine ſtellionatus cuſtodienda quod priuatum eſt, *l. 1. ff. de crimine ſtellionat. l. ſtellionat. Cod. eodem*

6 *gloſſ. in l. quid ergo. § fin. in verſ. publicum. ff. de his qui not a. infam.* † ad quintum reſpondet *Boſius ſupra citatus num. 8.* dicens locum eſſe pœnitentiæ. quoniam ſi quis ſatis faciat læſo, vlterius criminaliter aduerſus eum non queritur per text. in *l. 1. & ibi Salyc. C. eodem*, vbi pulchre declarat, an & quando in delictis ſit locus pœnitentiæ. Ad ſextum a-

7 perta eſt reſponſio ex *l. 1. ff. eodem*, ſcilicet quod eſt pœna † extraordinaria, ſiue arbitraria; & *l. 3. §. pœna eodem*, vbi quia crimen ſtellionatus legitimum non eſt non habet legitimam pœnam, ſed extraordinariam, *Menoch. d. loco num. 4. ex conſil. Raphal. commen. 42 in fide.*

8 Ad ſeptimum non eſt † difficilis ſolutio, nam primo conueniunt, quod ſicut in ciuili negocio deficiente particulari, & nominata actione datur actio doli. *l. 1. §. merito. ff. de dolo* ita in criminalibus deficiente titulo criminis, competit ſtellionatus, & propterea ſicut illa eſt actio ſubſidiaria, ita eſt iſta accuſatio extraordinaria. Secundo, conueniunt, quia ſicut vbi per actionem ciuilem poteſt dolus purgari, tunc non agitur actione doli, ita nec crimine ſtellionatus, & ideo quemadmodum ſi doloſe geſtus contractus eſt nullus, quia purgatur dolus ex nullitate contractus, ita etiam non ageretur crimine ſtellionatus. *Menoch. d loco num. 5. & 6. facit. l. 3. ff. eod.*

Quæſt. 3. Quæro vtrum dolus commiſſus, ſed nemini nocens debeat puniri,

9 diſſerui ſupra, & concluſio fuit, quod non puniatur, exemplo falſi, quod ſi † nemini noceat, non punitur, *Bartol. & ibi Appoſt. l. damus. Cod. de falſis*, ſed ſicut in falſo receptum eſt, vt ſcilicet quando nemini nocet, non puniatur ſcilicet ordinaria pœna falſi, ſed alia mitiori ad iudicis arbitrium ſi nocere potuit, per ea, quæ latè ponit *Menoch. de arbitr. iud. caſu 306. cent. 4. num 14. & num. 15.* cum multis ſequent. quoniam quãdo falſum cõmiſit, quantum in ipſo fuit, qui falſum commiſit, nocuit, & per eum non ſtetit quin noceret, ita in dolo, ſi non nocet, ſed tamen potuit nocere & per doloſum non ſtetit, quo minus noceret, puniatur quidem, ſed pœna mitiori, quam punitus eſſet, ſi dolus cõmiſſus nocuiſſet, vide ad quæſt. *Soccin. ſenior. in conſ. 103. vol. 1.* vide etiam ſupra *lib. 1. in tit. de vero dolo.*

Quæſt. 4. Si probetur quem dolo alium accuſaſſe, vt decapitaretur, qui vere nul-

10 lum crimen fecerat an poterit Iudex probato dolo ſuſpendere, vel aliter † interficere, *Iaſ. in l. & ſi legibus num. 2. & 3. Cod. ſi contra ius, vel vtil public. vide infra.*

Quæſt. 5. Quæro fuit dolus commiſſus, & nocuit, ſed non ei, cui doloſus volebat nocere, ſed alteri, ita quod fuit erratum in corpore, an ſit ſatis ad illum puniendũ, perinde ac ſi ei nocuiſſet, cui volebat obeſſe. & pro negatiua facit. *l. ſi quis in fundi voca-*

11 *bulo. ff. de legat.* Primo vbi error † in corpore viciat diſpoſitionem non ſecus, ac ſi facta non eſſet. Secundo quia animus, & intentio diſtinguunt facta, & quo ad eum, qui læſus eſt doloſus, cum animo & intentione nõ deliquit, vbi autem non eſt animus fraudandi, & decipiendi non eſt dolus. *l. 1. §. 1. ff. de dolo.*

Contrarium tradit *Iaſon in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. num. 56. ff. de acquir. poſſeſſ. Riminald. iun. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure. num. 100.* vbi ponit exempla, & eſt autem ratio deciſionis fundata in *l. cum qui. §. fin. ff. de iniur.* confert lex 1. *§. ſi legatarius ff. ad leg. Falcid.* & in *d. §. fin.* redditur ratio in *princ. & iuncta gloſſ.* confert etiam illa regula quod dans operam rei illicitæ, tenetur de omni eo quod inde ſequutum eſt, vt per *Doct. in rub. ff. ſi cert. petat.* Tertio quia ſæpe puniuntur delicta etiam ignorantia commiſſa. *l. 1. ff. de legib.* Quarto quia facile eſſet deludere legem & euitare pœnam, dicendo nō hunc, ſed alium volebam offendere. Quinto quia ita puniendo, homines ſunt cautiores ad euitanda delicta. Non obſtant contraria; & ad primum non bene arguitur de vltimis voluntatibus ad delicta propter diſparitatem rationis, nam ibi vitiatur, quoniam ibi nullo modo conſtat de corpore, hic apparet de aliquo corpore, ibi deficit omnino voluntas diſponentis, ſed hic non ceſſat, quia fuit eius intentio illud delictum committere, & commiſit, nam quantum ad Ciuitatem, nihil intereſt, iſte, vel ille offenſus, vel læſus ſit, nam vterque ſuus ciuis eſt. Secundum non habet vim, quoniam intentio diſtinguit maleficia, ſcilicet, vt videatur hoc magis, quam illud delictum commiſſum, non autem quid nullo modo non ſit commiſſum, quando vere illatum eſt damnum, vel iniuria alicui, Exemplū eſt elegās in *l. qui iniur. ff. de iniur.* atq; ex his rationib. deducant, q; in delictis ſufficit dolus in genere, licet erratū ſit in corpore, declara tamen, vt per *Aret. conſ. 80. n. 7.* ſc. q; iſte, qui errauit in corpore, & ita præter propoſitum deliquit, non punitur, vt doloſus, niſi actus doloſus veroſimiliter ad aliud delictum dirigatur.

Quæſt. 6. Quæro vtrum in delictis dolus præſumatur in dubio, videtur quod nō, primo per regulam generalem. *l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. l. dolum. C. de dolo.* Secundo ex gl. ſingulari de ſicariis *Maſ. de prob. concl. 531. fol. 396. num. 11. vol. 1.* vbi ſi pater percutiat filium in dubio, non p̄ſumitur dolus. Tertio ex doctrina *Bart. in l. ſi pign. §. fi. ff. de pign. act.* vbi per illū tex. not. q; promittens de euictione, plus q̄ lege permittatur, nō tamē cēſetur in dolo. Verum † contrariū videtur frequentius eſſe receptum per tex. not. in *l. ſi nō*
12 *conuentis. C. de iniuriis,* vbi verba iniurioſa cenſentur in dubio animo iniuriandi, *Cornet. conſ. 93. viſo, & in conſ. 361. viſo, volum. 3. Cepoll. conſ. 21. n. 5. & conſ. 14. num. 8. cum ſeq. Pari. conſ. 52. n. 33. & conſ. 78. n. 16. vol. 4. Burſ. conſ. 94. n. 3. in pr. cumulat. Maſc. d. concl. 531. d. fol. n. 10.* & ratio eſt, quam ibi gl. exprimit. in *d. l. ſi conuictis,* verba namq; prolata ſunt ſui natura iniurioſa, merito cenſentur eo animo prolata, tum etiam quia facile eſſet ſæpe euitare pœnā, cū dolus ſit difficilis probationis, *Burſ. conſ. 40. n. 63. & Men. de arb. Iud. cauſ. cent. 2. caſu 11. Dd. in d. l. dolū* talis enim animus eſſe præſumitur, qualis eſt actus geſtus, ſi igitur malus eſt actus, decet talē præſumere animū facientis. Non aduerſantur allegata pro alia ſententia, Nā regula *l. quoties. §. qui dolo* limitatur in doctis, in quib. cadit cōmunis iſta p̄ſumptio, q; dolus præſumatur & quoniā p̄ſumptio validior tollit p̄ſumptionē imbecilliorem *l. diuus cū vulg. ff. de reſt. in integr.* ideo cū pater percutit filiū, præſumitur potius ad correctionem, quam ad perniciem filii verberaſſe. Tertio nō obſtat doctrina Bart. quoniā procedit quando aliquis facit actum, qui fieri ſolitus eſt, quāuis eſſet illicitus, & ita in terminis loquitur *Bartolus d. §. ſi creditor,* culpoſus non eſt, inquit, qui fecit, quod fieri conſuetum erat, ſtante itaq; quod dolus præſumatur in delictis, dubitatur qualiter præſumatur, cui dubitationi reſpondet *Bald. in ſua margarita, in verbo dolus, vel culpa* dicens præſumi ex qualitate inſtrumenti, cum quo percutitur, Ita *Innocent. in c. ſign. de hom. & l. 1. ff. ad l. Corn. de Sic. l. 1. §. ſed ſi clara.* & ibi *Iac. de Aren. Spec. de prob.*
13 Item ratione † qualitatis perſonæ percutientis, & qualitatis inſtr. *gl. not. in l. 1. C. de Sicariis item quær. §. item Iul. ff. loc.* & ſi de qualitate inſtrumēti non apparet, & ex percuſſionibus filius, vel ſeru⁹ moritur infra triduum præſumitur dolus. *l. 1. C. de emend. prop.* Rurſus ex qualitate ictorū præſumitur dolus, etiā ſi poſt multos dies moriatur, vt *ff. ad l. Aqu. l. mela. §. ſi plures & d. §. item Iul.* vbi forma calcei, non erat inſtrumentū aptū ad nocendū, quia circa qualitates iſtius inſtrumenti, quatuor conſiderantur, aptitudo, inuētio, & conſuetudo, vt not. in ſimili in *l. 2. ff. ſi cert. pet. Q. 7.* Quæro an in crimine homicidii præſumatur dolus, & quomodo & ex quibus à dolo, vel alio delicto, coniecturis excu-
14 ſetur *Fr. Aret. in conſ. 80. n. 2. vſq. in fin. ad n. 9.* & qualis debeat eſſe † dolus, vt inde ſequi debeat pœna homicid. *Rim. Iun. in l. 1. ff. quis q; iur. nu. 184. fol. 304. Clar. in § homicid. ver. doloſū cum ſeq.* & ad exclu. præſumptionē doli in homicidio, an ſufficiat coniectura conſang. *l. 1. vbi gl. & Dd. C. de Sicar.* q; ſic *Bal. in l. fi. in 2. opp. C. de hær. inſt. Sal. in d. l. 1.* ſi accedunt aliæ coniect. vel nō ſufficiat ſola cōiect. conſang. *Q. 8.* Quæro, dol⁹ à lege vel com. vel mu-
15 nicip. requiritur expſſe ad imponendā pœnā, an ſuff. lata † culpa, & com. opinio eſt neg. p

Iaſon

Iaſon in l. in actionibus.num.23.ff. de in litem iur. copioſè *Didac. de Sponſal.cap. 6.§.8.num.2. Angel.de malef.ver.ſcienter.n.12.vide inf.in tit.de culpa.*

Quæſt.9. Quæro, pupillus quatenus ex dolo poſſit criminaliter puniri. *Auguſt.in*
16 *Addit.& Ang.de malef.in ver.*† *ſcienter, & doloſe.nu.6.* ibi tu autẽ, & de minore doli in capace, vide.

Q.10. Quæro, an Iudex ſit capitaliter puniendus, qui doloſe capitaliter aliquem
17 † damnauir *Vaſq.lib.1.n.26.c.18.Illuſt.controuerſia.*

Q.11. Quæro, Titius occidit damnatũ ad mortem, an ſit puniẽdus, & quomodo,
18 idem † *Vaſq.d.loco c.28.num.23.*

Quæſt.12. Quæro an ad ſubſtantiam delicti, requiratur dolus, ita vt à dolo quid-
19 ditatem accipiat, & eſſentiam, & ſine ipſo non ſinr, diſtinguit † *Bart. in l.is qui. §.fin.ff. de furtis, & in l. quod eſt falſum.ff. de falſis,* & ibi appoſtillatio forſitan dicit, & facit pro affirmatiua, quia dolus delictum eſt, *Iaſon in l.prima.§.hoc iudicium.ff.ſiquis ius dicenti non obtemperauerit, numer.40.l.prima.numer.25. Cod. de tranſact. l.ex ea parte.§.ex facto.ff.de verb.obligat.leg.ſiquis ita promiſit, §. Seia.ff.de verb. obligat. Iaſon in §. item ſiquis in fraudem inſtit.de act.n.208.* & actio ex dolo dicitur ex delicto *Alex. in l.ſiquis.ff.ſi cert.petat. l.quod nerua.ff.depoſ.Iaſ.in l.1.§.ex maleficiis.nu.61.& 69. Inſt.de act.* dicit in furto, & homicidio regulariter dolum præſumi.

Quæſt. 13. Quæro qua pœna afficiatur iudex, qui indebite aliquem torturæ
20 ſubiecerit. † *Riminal. l.1.ff.quod quiſque iur.num. 185. Menoch.de arbitr.cent.4.caſu 301. numer.4.*

Quæſt. 14. Iudex excommunicauit contra formam *cap.1.de ſentent. excomm. in 6.* an requiratur dolus, ſcilicet quod doloſe excommunicauerit, vt incidat in pœnam d.capituli, *Marianus Socc.in cap.ſacro.numer.229.extra de ſenten.excommun.gloſſ.in d.cap.1.* arguit, quod dolus requiratur ex verbis tex. ibi dum ait (ſiquis autem iudicii temerarius violator) & ſic videtur requirere dolum, argumento *l.2.§.doli mali.ff.de vi bonorum raptorum.*

21 Contraria tamen † ſententia placet gloſſæ prædictæ, *Hoſtien.& Ioann.* & cum ea videtur pertranſire *Soccin. d. loco. num.229. & 230.* nempe quod Iudex incidat in pœnam *dict.cap.primi.* ſi ex ſola negligentia, vel ſtultitia, vel fatuitate iudex violauerit illam conſtitutionem, & facit argumentum ex verbis tex.ibi temerarius violator, iuncta *l.eum quem temere.ff.de iud.& per cap.2.extr. ne clerici, vel monachi:* Nam incidit in pœnam dicti *capit: primi.* qui temere violauerit, temere autem dicitur facere, non ſolum qui facit doloſè, ſed qui facit ſtultè, & negligenter; vel ſine cauſa, & violator dicitur, etiam corruptor, contaminator, ſeu pollutor, vnde temere polluens, & puniẽs ſubditum, dicitur conſtitutionis violator, ſecundum *Socc.d.loco, Hoſt.in d.c.1.*

De Dolo in legibus; & ſtatutis Cap. XII.

1. *Dolus, aut committitur in legem, aut cõtra legem.*
2. *Dolus in lege quibus nam modis committatur.*
3. *Interpretatio legis, dicitur pars legis.*
4. *Dolus in legis latore, & in lege, non præſumitur, & quare.*
5. *Lex quid ſit.*
6. *Lex vnde dicatur.*
7. *Statutum in damnum tertii, an tanquam doloſum valeat.*
8. *Diſtinguitur.*
9. *Statutũ, Eccleſiæ præiudicare non poteſt.*
10. *Statutum ex rationabili cauſa factũ, valet, licet ſit alteri damnoſum.*
11. *Hoc tamen caſu, reficienda eſt damni æſtimatio.*
12. *Statutum ſine ratione, & alteri præiudicans, eo reclamante non valet, tacente, tenet.*
13. *Statutum, cui dolus cauſam dederit, an ſit ipſo iure nullum, an vero patiatur doli exceptionem.*
14. *Franciſcus Piccolomineus Philoſophus Senenſis laudatur.*
15. *Lex duplici forma conſtat.*
16. *Statuentes ſine poteſtate, qua pœna puniantur.*
17. *Doloſi legiſlatores, qua ſint pœna afficiendi.*
18. *Conſultor doloſæ legis, eadem pœna punitur, qua legis lator.*

POſt hæc videamus de dolo in legibus, vel ſtatutis, hoc enim eſt, quod fuit à nobis
quarto loco propoſitum, cuius declarationis duæ ſunt poſitiones. Nam aut dolus
1 committitur in legem, aut fit cõtra † legem, in *l. ſcilicet admittitur dolus*, puta dum con-
ditur a legiſlatore, qui non publici boni ſtudioſus, vt legiſlatorem decet, ſed proprii
commodi cupidus dolo legem ferat. Contra legem eſt gratia exempli, quando neuter
contrahentium hoc agit, aut intendit, vt alterum decipiat, ſed magis ſeſe inuicem ad-
iuuant, vt legem, vel ſtatutum, quod ipſorum voluntati, & intentioni reſiſtit, impedi-
mentoque eſt defraudent, facit *l. non dubium. C. de legib. tradit Stephan. de Federicis in com-
mentario primo de interpretat. Iuris.* Agamus itaq; priori loco de dolo in lege, vel ſtatuto.

Q. 1. Quæro itaque primo loco quot modis dolus committatur in lege, & videtur,
quod tribus potiſſimum modis ex doctrina Angeli *in rub. ff. de doli exceptione*, quam re-
fert, & probat *Sebaſtianus Medices in tract. de fortuit. caſib. part. 1. quaſt. 10. n. 47. gl. in d. rub.*
2 *ff. de doli except.* † Primo condendo, vt fuiſſe Tribonianum, quorundam opinio eſt, vt
patet ex *Suida in vita Iuſtin.* dum ait Tribonianum auri cupiditate, leges fixiſſe, atque
refixiſſe.

Secundo interpretando, in quo dolo ille fuit, qui legem pro certis diebus indu-
ciarum inter hoſtes latam interpretabatur, vt noctium, non eſſent factæ induciæ, id-
coq; iure ſibi putabat licere noctu agros depopulare. Tertio occultando legẽ, ne ſub-
iecta oculis iudicis poſſit inſtruere religionem Iudicantis, & id genus doli à Iuriſcon-
ſultis præcipue committitur, dum auaritia, odio, vel alia praua animi cupiditate per-
peram legem interpretantur, cum eorum tantummodo ſit officium de iure interpre-
tari *l. 2. §. his legib. latis. ff. de orig. iur. §. reſponſa prudentum inſt. de iur. natur. gent. & ciuil.* III.
occultando legem, ne ſubiecta oculis iudicis poſſit inſtruere religionẽ iudicantis. Ad-
do ego quartum modum ſc. vtendo lege, vt accidit quando falſis legibus aliquis vti-
tur iuxta tex *in l. fin. ff. ad l. Cornel. de falſ.* vbi aqua, & igni interdicitur, qui falſis conſti-
tutionib. vtitur.

Sed tamen contrarium puto, ſc. quod vno modo, duntaxat, dolus committatur
in lege, nempe condendo, & ſtatuendo, ita vt à ſolo legiſlatore veniat immediate licet
mediate poſſit etiam originem habere à conſiliariis Principis, vt exemplo Iuſtiniani
poteſt eſſe perſpicuum, ſi vera ſunt, quæ de ipſo traduntur, nam à Iuſtiniano dolus eſ-
ſet commiſſus, Triboniano ſuggerente, & tunc vere dolus eſt in lege: Alii vero duo ſe-
quentes modi, continent potius dolum contra legẽ, quam in lege. nam qui doloſe in-
terpretatur ſaluis verbis legis contra eius nititur voluntatem *l. nõ dubium. C. de legib.* nõ
dubium eſt, inquit tex. in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra le-
gis nititur voluntatem, nec pœnas inſertas legib. euitabit, qui ſe contra iuris ſententiã
ſæua prærogatiua verborum fraudulenter excuſat. Qui vero legem occultat, vel celat
venit vtiq; contra legem, ne magiſtratus ea perſpecta ſecundum illam poſſit iudicare:
& ſiquis obiiceret; quod dolus interpretando ſit dolus in lege, nõ contra legem, ea ra-
tione, quod interpretatio eſt de mẽte legis mens; aũt eſt anima legis *arg. §. 1. inſtit. de le-
git. patr. tutela*, inſuper, quia interpretationes legum 12. tabul. proprium ius conſtitue-
runt, & appellatũ eſt communi nomine ius ciuile *d. l. 2. § his legib. latis.* & interpretatio-
nes Iuriſconſultorum, quib. ſunt pandectæ compoſitæ, in vim legis tranſierunt ex ap-
probatione *Iuſti. §. quas ex omnib. in proœmio inſtit. & in 1. & 2. conſtit. Cod. in l. 2. C. de vete-
3 ri iure enuclean.* Reſpondeo quod vera interpretatio legis, eſt pars † legis, & quidẽ præ-
cipua ſed doloſa eſt contra legem, cum ſit lex recta ratio, iubens honeſta, prohibens
contraria *Cic. 1. de legib.* quando vero interpretationes ſunt in vim legis receptæ, tũc ſi
ſunt doloſæ, erit quidem dolus in lege, non interpretando, ſed in condendo, quippe fuit
rogata lex doloſa, & niſi acceſſiſſet principis, vel populi approbatio, vim legis non ha-
buiſſet, *§. ſed quod principi, inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Quartus etiam modus non facit
ad rem, quia dolus nõ eſt in lege, ſed in eo qui vtitur pro lege, quæ non erat lex, etenim
falſa lex, non eſt lex.

Q. 2. Cum itaque dolus in lege præcipue condendo admittatur. Quæro an dolus
4 in legiſlatore, & in lege præſumatur in dubio, & breuiter † reſpondendum eſt negati-
ue per ea, quæ tradit *Bald. in cap. in conſultationibus colum. vltima extra de offic. delegat. & Re-
buff. concordantiarũ c. 1. rub. de conſtitution.* dicunt enim à legibus, & legum latoribus, ſem-
per præſumitur dolus abeſſe & *Rebuff.* addit, de interpretib. & commentatorib cum in
hoc tendãt, merito leges eliciat. Ratio eſt, quia legis officium eſt non ſolum dolo ca-
rere, ſed in quantum poteſt obuiare malo *Vaſq. illuſtr. q. c. 49. n. 5. & ſeq.* præterea lex eſt
cui

cui decet omnes homines obedire, cum propter multa, & varia, tum maxime quia omnis lex eſt inuentio quædam, & donum Dei. *l. 2. ff. de legibus*, certe ſi doli præſumptio eſſet in aliqua lege, neminem deceret illi obedire, & non eſſet inuentio Dei, qui in ciuitate ſunt *d. l. 2.* quod ſi doli eſſet aliqua ſuſpicio, nullũ deceret ſecundũ eam vi-
5 uere lex eſt etiam, ſecundum † quam omnes homines decet viuere, eſt inſuper lex, vt eadem *l. 2.* dicitur, Iuſtorum regula & iniuſtorum, præceptrix faciendorum, & non faciendorum. At ſi dolo eſſet vlla in ea præſumptio, regula eſſet iniuſtorum tantum, & præceptrix non faciendorum. *Ariſt. Quinto moralium Nicomach.* ait, leges præcipiũt attinentia ad virtutem omnẽ, qui leges ſeruat, dicitur virtutem omnium ſeruare præ-
6 cepta; Suffragatur, quod † lex a legendo dicta eſt, ex eo quod ex multis, quæ fieri poſſunt conſultatione, & conſentione aliqua lecta ſit, græcè dicitur à mente, quaſi a diuina mente prodiens per humanam mentem in vrbes emanat, & congruenter mens vrbium nuncupatur, hæc ſanè omnem à lege excludunt præſumptionem doli, & ex iam dictis infertur, rectè dixiſſe *Baldum in tractatu de ſtatutis in verſ. vxor. num. 2* à lege & ſtatuto dolum cenſeri ſemper excluſum, quod & placuit *Ancarano in cap. canonum de conſt. Dec conſ. 11. n. 6. conſ. 36. n. 6. Socc. Iun. conſ. 48. n. 49. vol. 1.* inquiunt enim ſtatutum non comprehendere caſum doloſum.

Quæſt. 3. Quæro conditum eſt ſtatutum in ciuitate in damnum tertii, an tamquam doloſum non teneat? examinat. *Iaſon in l. 1. num. 7. ff. de iuſt. & iur. in l. quominus in*
7 *quaſt. ff. de flumin. 15.* † *Ancaran. in cap. canonum ſtat. in 12. quæſt. de conſtit.* in ſtatuto Ciuitatis Spoleti. & pro ſententia affirmatiua confert non leuis ratio. Nam ciues poſſunt in ſuis ſubditis, & in eorum territorio, facere conditionem eorum meliorem, etiam cum damno Tertii argumento *l. Proculus. ff. de damno infecto*, ſcilicet quando ab illo tertio aufertur tantum lucrum, vt ibi expreſſum eſt, & not. *gloſſ. in verb. facere*, confirmo ego, quod in ſtatutis inſpiciendũ eſt, quod vniuerſis prodeſt non quod ſingulis eſt vtile, ſiquidem lex eſt communis reipublicę ſponſio, Ciuitatis communis compoſitio, *l. 2. ff. de legibus*, & ius ciuile eſt, quod omnibus in ciuitate eſt vtile, Aliàs nullum fermè
8 ſtatutum valeret, cum nullum ſit, ex quo non inferatur præiudicium tertio. Pro † ſolutione diſtingue, Aut ille tertius, in cuius damnum conditum eſt ſtatutum, eſt ſubiectus iuriſdictioni ſtatuentium, aut non eſt ſubiectus, priore caſu valet ſtatutum, ſi ex rationabili cauſa valet ſtatutum, ſi ex rationabili cauſa, putà ſuadente publica vtilitate, ratio eſt in promptu, quia publicum bonum pręferẽdum eſt priuato, tamquam magis dignum & præſtantius, & ita procedat text. *in leg. proculus*, atque iſtud puto ego declarandum, vt obtineat, quando principalis intentio ſtatuẽtium fuerit bono publico conſulere, licet ſciant reſultare alicuius tertii diſpendium; Legis latoris enim officium eſt, vtilitati vniuerſorum inuigilare, ſpreto priuatorum commodo in his caſibus, in quibus publica, & priuata vtilitas non poſſunt ſimul coniungi. Quod ſi ſtatuentes vt nocerent alicui ex ciuilibus ediderunt principaliter ſtatutum, quamuis vtile eſſet reipub. putarem iure non valere, quoniam ex eo veniret iniuria, vnde ius erat expectandum, contra *leg. meminerint. Cod. unde vi*, & careret ſtatutum ſuo fine, prodeſſe, non obeſſe & ad ſalutem ciuium, & incolumitatem conditas eſſe leges; Prudentiſſim. *Tullius* affirmauit; Alio vero caſu; ſtatutum non valet Exemplum eſt in ſtatuto Spoleti, cuius meminit *Iaſon in d. l. 7. numero. 1. ff. de Iuſt. & iur.* quo cautum erat, vt ciues, & incolæ mittentes frumentum ad Molendinum extra portam ciuitatis certum vectigal ſoluerent, & ſi mitterent ad molendina ciuitatis, tunc nihil ſoluerent.

Habebat, & Epiſcopus Spoleti, molendina extra ciuitatem, vbi ſoliti erant ciues mandare triticum ad molendum, ſed cœperunt abſtinere propter nouum onus
9 gabellæ. Quare † epiſcopus dicebat ſtatutum non valere, quaſi in ſui odium, & diſpendium conditum, quod non liceat. tum quia in præiudicium non ſubditi nihil valet conſtitutio, tum etiam quia in odium alterius. Conſulit *Ancaran.* in fauorem epiſcopi, & in *conſil.* 13. ſuper dubio tranſmiſſo, & illi conſilio ſe ſubſcripſit collegium Bononienſe, hoc ipſum probat *Panormitanus in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. Alex. conſ. 219. in 2. col. viſa facti narratione*, cumulat *Iaſon dicta leg. prima numero 8.* ratio concluſionis eſt, ait *Ancar.* quia non eſt attendendum, in quem verba dirigantur, ſed contra quem effectus porrigatur. *leg. cum pater. §. duratio. ff. de leg. ſecundo.* nam plerunque verba diſtinguuntur contra vnum, & effectus eſt contra alium, & iſtud eſt maxime ponderandum. *leg. 4. §. nunc de effectu. ff. de libert. legat.* & propter-

rea cum effectus huius ſtatuti, dirigatur principaliter ad Molendina Archiepiſcopi,
tamquam doloſe in eius odio factum, non debet valere, quoad præiudicium ipſius,
ſed eſt intelligendum de euntibus ad alia Molendina ciuium, non ad Molendina Ar-
chiepiſcopi, ſtatutum enim ſeculare, non debet nec Eccleſias, nec res earum ligare,
Ex qua ratione, non obſcure colligitur ſolutio ad argumentationem in contrarium, e-
tenim non procedit in non ſubdito ciuitatis, cuiuſmodi ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ.
His vero addenda ſunt *dict. Felyn. in c. cum omnes n. 2. & ſeq. extra de conſti.* vbi tres facit in
hac materia principales concluſiones.

Prima ſi ſtatutum fiat ex cauſa rationabili. quamuis ſpecialiter contra aliquem,
10 & in † eius præiudicium, valet ex annot. ab *Angel. in l. impetrata. C. ſenten. reſcind. non poſ.*
quod probant *Imol. & Butr. in d. c. cum omnes*, cum ibi cumulatis per *Fely. in d. n. 2.* vbi li-
11 mitat, dummodo † læſo reficiatur damni æſtimatio, per ea quæ tradit *in cap. quæ in eccle-
ſiarum in 2. concluſ. de conſtit.*

Secunda concluſio, ſtatutum factum ſine iuſta, & apparenti cauſa in præiudiciũ
12 tertii, tam diu tenet, quamdiu ille tollerat, ſed eo reclamante, vel † querelante, reuoca-
bitur, per *Ang. in l. 2. ff. quod quiſq. iuris* nam licet ab iniquitate legis non poſſit appellari
l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſign. tamen hoc caſu licet appellare per ea quæ cumulat *Iaſ. in d. l.
1. in pr. ff. de legib.* ratio eſt meo iudicio, quia quamdiu tacet, videtur ſuo fauori renun-
ciare, vel damnum condonare. Limitatur autem concluſio, quando ſtatutum cõcer-
nit certum hominem per *tex. in l. fin. ff. de appell. recipiend.* ſecus ſi ſtatutum eſt generale,
adeo vt poſſit omnibus adaptari, veluti quod filia dotata non ſuccedat, tunc enim nõ
poteſt de iniquitate redargui. Sed hæc limitatio non eſt probanda, quia ſtatutum non
fit principaliter in præiudicium, vel odium fœminarum ſed pro conſeruatione agna-
tionis. Tertia eſt concluſio, ſicut ex cauſa poteſt fieri ſtatutum in prædicium ſingulo-
rum, ita ex cauſa poteſt ſtatui in fauorem ſingulorum, ex not. per *Alb. in 1. part. ſtatutorũ
quæſt. 22. & eſt tex. in l. neque Dorotheum. Co. de decurion. lib.* 10. nam ſæpe ordinantur ſta-
tuta ad bonũ ſingularis alicuius hominis, qui priuilegium meretur ratione virtutis, ar-
gum. *l. Aquilius. ff. de donat. & in l. 1. §. 1. cum ſimil. ff. de iuſt. & iur.* ex hoc enim inquit *Fely.*
datur occaſio multiplicandi virtutes vtiles Reipub.

Q. 4. Quæro dolus dedit cauſam ſtatuto, an reddatur nullus ipſo iure, an vero o-
13 pe † exceptionis, tangit *Iaſ. in §. action. n. 35.* verſ. quid autem in dolo dante, inſtitution.
de action. in *l. hoc edicto, vbi Alex. Dec. & omnes. ff. quod quiſq. iur.* & profecto videtur ſta-
tutum meto iure valere, I per tex. *in d. l. hoc edicto, iuxta Alex* ponderationem, nam cum
in *l. 1. § fin.* eiuſdem titulo per actum nullum, non detur pœna illius edicti, *in d. l. hoc edi-
cto inquit I. C.* quod ſtatuens ius iniquum incidit in pœnam illius edicti, ergo ſtatutum
doloſum, & iniquum ipſo iure tener, alioquin non daretur illa pœna.

Secundo *Iaſ. in d. l. hoc edicto*, fortius arguens air, ſtatutum eſt ſtricti iuris, not. *Doct.
in l quicquid adſtringendæ. ff. de verb. oblig. l. conſtitutionib. ff. ad municip.* Actus vero ſtricti iu-
ris, cui cauſam dedit, non annullatur ipſo iure. *l. eleganter. ff. de dolo* per ea, quæ diximus
ſup. in illa diuiſione doli incidente, & dante cauſam, igitur nec ſtatutum quo argumẽ-
to adductus *Mantua. ſing. 316. n. 4.* probat hanc ſententiam, & dicit eſſe notandam. III.
ſuffragatur quia aduerſus ſtatutũ doloſum competit exceptio doli *l. 1. in fin. ff. de except.
doli iuncta rub. Bart. in l. fin. ff. de appell. recipiend. Can. in c. cum omnes de minor. in c. 1. de iudic.
Dyn. in l. quoties. C. de fideicommiſſ.* quod ſi nullum eſſet ſtatutum, eſſet locus exceptioni
nullitatis. Contrariam ſententiam quaſi muro æneo defendit textus in *c. erit lex 4. diſt.*
Secundo munit, & tuetur etiam *l. 1. & 2. ff. de legib.*

14 Tertio adſtipulatur, quod tradit † egregius *Franc. Picolomin.* Senenſis patriæ ſplẽ-
15 dor *in ſua philoſophia in gradu* 10. *c.* 24. ait enim † legem eſſe præditam duplici forma, al-
tera quæ extrinſecus eſt, altera, quæ intrinſecus. Veluti, q; ſit publica præceptio, prodi
ens ex decreto, & voluntate principis, alia, q; æmuletur naturæ ordines, & ad id bo-
num dirigat, quod vere, & ſui natura bonum ſit. Prima eſt poſita in facultate principis
altera nequaquã. Prima eſt forma quædam popularis, & æterna, Altera eſt forma prin-
cipalis, internaq; eius eſſentia, legeſque ſolum præditæ ſunt forma prima, æquiuoce tã-
tum dicũtur leges, non ſecus, ac lapidea ſtatua dicitur homo, quæ vero altera conſtãt,
abſolutè, & verè ſuique natura ſunt leges etiam ſi non adſit approbatio, & mandatum
principis, lex vtraq; tamẽ forma abſolutiſſima lex conſurgit, quib. ſanè documẽtis di-
lucide apparet, doloſam legem & ſi populi, vel principis authoritate ſancitam, æqui-
uoce legem dici, & vere non eſſe, & hanc ſententiam in puncto iuris, credere eſſe ve-

riorem;

rorem cui non aduerſantur oppoſita, & primo quidem ex *l. hoc edicto*, rectè ſatisfacit *Iaſ. ibi n. 2.* quoniam non bene infertur ſtatutum nullū eſſet, & iudex feciſſet illud ſeruari de facto, foret tamen locus illi edicto, ſecundum, quod eſt validus, puto ita diliꝭendum, vt ſc. de contractu ſtricti iuris, non bene inferatur ad ſtatutum ſtricti iuris, nā contractus ſtricti iuris. & conſenſum habet, & ſic materiam & formam puta in ſtipulatione, præcedentis interrogationis, & ſubſequentis reſponſionis. At in lege doloſa ceſſat intrinſeca forma legis defectus autem formæ annullat, per ea quæ nuper diximus, in contractu eſt, cur contrahentes ſibi imputent propter conſenſum: in ſtatuto, cum emanet a ſuperiori, ſine conſenſu ſubditorum, nihil eſt, quod illis imputetur, ideo eſt ipſo iure nullum.

Tertium non vrget, quandoquidem, vt mei iudicii eſt, ille textus non probat, q̄ aduerſus legem doloſam competat exceptio doli, ſed hoc exprimat tantum ſc. in contractibus, teſtamentis, & legib. dolum committi, cæterum, quod vbi ſtatutum ſit doloſum, competat exceptio doli, non aperit, nam fieret etiam ex ea ponderatione, quod contra doloſum teſtamentum competeret, & tamen dicit eſſe falſum *Mantuan. dict. ſingul. 316. n. 4. in fine.* quia ſc. licet videatur ſtricti iuris *l. alias. ff. de in lit. iuran.* tamen habet inſtar bonæ fidei *l. in minor. ex quib. cauſis in integrum reſt. non eſt neceſſ.* & eſt ſolum ſtricti iuris, quo ad ſuam primæuam naturam *d. l. & minoram not. Bald. in l. reſcriptum § ſi pacta in pen. col. ff. de pact.* pari etiam modo eueniret, quod pro omni cōtractu doloſo præſtaretur exceptio doli, quia ibi dicitur in contractib. dolo fieri, & tamen certi iuris eſt non competere, in contractib. bonæ fidei. Hæc inquam in pūcto iuris, veriora eſſe ſentio, ſed ſi ad commune Doctorum votum reſpiciamus prior opinio videtur eſſe frequentior, quod ſc. ſtatutum dolo factū teneat ſed detur exceptio doli, vel appellatio vt per Doct. in *d. l. 1. & l. hoc edicto. ff. quod quiſq. iur. Ang. conſ. 270. & conſ. 117. Alex. conſ. 160. lib. 2.*

Qu. 5. Quæro ex mente *Bartoli in l. omnes populi in 4. quæſtio. ff. de iuſt. & iur.* qualiter puniantur illi, qui fecerint ſtatuta, cum non habeant poteſtatem, & reſpondet, quod
16 ſi faciant cauſa † occupandæ iuriſdictionis incidunt in *l. Iuliam Maieſtatis* vt in *l. 3. § fin. ff. ad l. Iul. Maieſt.* ibi qui vt priuatus pro magiſtratu, quod ſciens dolo malo geſſerit, *Appoſtill. ad Bart. ibi in verſ. poteſtatem*, ait puniri ſaltem pœna arbitraria per not. à *Bald. in l. memoriæ martyres C. de ſacroſ. Eccleſiis*, vbi inquit quod quādo lex vetat tacite punit, & pœna eſt arbitraria, argumento. *l. Sanctio legum. ff. de pœnis l. 1. § expilatores. ff. de exactoribus & expilat.*

Sed probabilior eſt opinio *Bart.* nam expreſſe continetur pœna *d. l. Iulia in d. l. 3. ibi* eadem lege tenetur, iuncto *fine d. legis*, accedit ratio, quippe quia cum leges condere ſit meri imperii. *Doct. in Rub. Cod. qui admitti, & in l. imperium. ff. de iuriſdict. omn. iud.* non dubium eſt, eum vſurpare, quæ ad maieſtatem populi, vel principis pertinent. *§. ſed quod Princip. inſtit. de iure naturali gent. & ciuil. l. 1. ff. de conſtit. princip.* Præterea in hoc crimen incidit, qui aduerſus ſecuritatem populi vel Principis committit *l. 1. in princip. ff. ad l. Iul. Maieſt.* nulli autem dubium eſt quin lædat ſecuritatem populi, qui nouas leges condit, atque promulgat. Porro autem, ſi non leges fecerit ad vſurpandam Iuriſdictionem Principis, ſed ad alium finem, vt puta, qui in priuato aliquo commercio hominem decipiat, falſam, pro vera legem oſtenderit, tunc ceſſante lege Iulia Maieſtatis, crederem locum eſſe *legi Corneliæ de falſis. per tex. in l. fin. ff. de falſis.*

Quæſt. 6. Quæro quæ ſit pœna condentis legem doloſe. Reſp. *Plato in libris de*
17 *legibus* ſentit aperte maiorem eſſe, pœna homicidii dum ait, grauius † eſſe delictum in lege condenda dolum committere, quam hominem interficere, eiuſmodi enim peccatum multorum per multa ſecula interficit animos, quanto igitur maius eſt ſcelus, animam quam corpus interimere, tanto acerbior debet eſſe pœna eius, qui dolo legem condit.

Conuenire etiam videtur pœna venefici, quia ſicut venenum inficit corpus, ita doloſa conſtitutio, vniuerſam corrumpit rempublicam, quæ corpus eſt politicum, multis hominum officiis, quaſi pluribus membris, conſtat, ita vt magnum corpus veneno perimat, qui reipublicæ doloſam, & pernicioſam legem ſeruandam promulgat, eſt enim dolus iuriſcōſulto & legum latori, vt venenum medicis, qui ſicut ab eo maximè cauent, ita illi debent in lege ferenda ab omni dolo eſſe alieni, præterea ſicut princeps, qui falſos Deos proponeret populo colendos, veram idolatriam committeret, ita qui doloſam legem edat, ciuilem idolatriam, atque politicum format, vt non veram legem. & ſua propria virtute deſtitutam obſeruet, etenim ita ſe videtur habere

vera lex, ad ſalutem reſpectu finis; ſicut ſe Deus habet eminentiori modo ad ſalutem hominum. Accedit, quod qui doloſam legem ferat, peccat mortaliter; & tenetur in animæ iudicio ad reſtitutionem, ideo *Iſaias cap. 10.* relatus ab *Hoſtienſ. de pœnit. & remiſſion. §. quid de condentibus leges.* Vę qui condunt leges iniquas, & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes; & vim facerent cauſæ humilium populi mei. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe venientis, ad cuius fugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriã veſtram, ne incuruemini ſub vinculo, & cum interfectis cadatis? extendetur eadem pœna ad illos, qui principi, vel
18 Regi fuerint authores † ferendi doloſam legem, vel conſtitutionem ex reg. conſilii, à contrario ſenſu, vbi latiſſimè *Decius. ff. de reg. iur. l. nullus, & ibi Dyn. extra de reg. iur. in 6. Hoſtiens. in d. §. quid de condentibus leges,* vbi conſiliarios, ſcriptores, iudicantes executores, eadem pœna plectendos affirmat.

De Dolo contra legem. Cap. XIII.

1 *Dolus contra legem, fraus etiam appellatur.*

2 *Dolus contra legem quomodo fiat, exemplis declaratur.*

3 *Durius agitur cum homine, quam cum lege, & quomodo id intelligatur.*

4 *Dolum legi facere quid ſit.*

5 *Dolus legi quibus modis fiat, & primo per actum inter viuos, & num. 7.*

6 *De dolo per actum vltimæ voluntatis.*

8 *Ius prothomiſeos, ſiue ius congrui, competit habita fraude de contractu ad contractum.*

9 *Et ſtatur iuramento illius, qui vult iure congrui vti.*

10 *Dolus legi quomodo fiat in vltimis voluntatibus.*

11 *Dolus in vltimis voluntatibus non excluditur, ob imminentem mortem teſtatoris.*

12 *Dolum quibus modis ſoleant parentes contra legem committere in fauorem filiorum ſpuriorum.*

13 *Dolus ita committitur per fideicommiſſa particularia, ſicuti per vniuerſalia.*

14 *Incapacibus perſonis quo iure prohibitum ſit tacita fidei commiſſa relinquere.*

15 *Incapaces perſonæ quæ dicantur.*

16 *Tacitum fideicommiſſum in fraudem legis duplici modo.*

17 *An requiratur valida promiſſio, vel potius ſufficiat ſimplex.*

18 *Tacitam fidem in fraudem legis accommodans, an in foro conſcientiæ teneatur.*

19 *Accuſare qui poſſint de fideicommiſſo in fraudem legis.*

20 *Accuſare ſeu deferre quilibet poteſt ſe ipſum.*

21 *In deferendo, an ſit locus præuentioni, inter hæredem, & fideicommiſſarium.*

22 *Hæres tacite rogatus de fideicommiſſo in fraudem legis, poteſt non reſtituendo retinere in foro conſcientiæ.*

Contraria tamen ſententia in puncto iuris probabilior oſtenditur, num. 24.

23 *Pœna non debetur in foro fori, non ſequuta condemnatione.*

25 *Hæc regula declaratur.*

26 *Quod nemo teneatur crimen ſuum prodere, quomodo verum ſit.*

27 *Dolus legi factus circa tacitum fideicommiſſum, probatur etiam coniecturis.*

28 *Ampliatur etiam adhibito iuramento.*

29 *Admittuntur tamen præſumptiones in contrarium.*

30 *An non exiſtentibus coniecturis poſitiones hæredi fieri poſſint, quod tacitam fidem accommodauerit.*

31 *Negatiue tamen concluditur.*

32 *Rogatus reſtituere cui velit, non poteſt reſtituere filio ſpurio teſtatoris, ne fraudem legi feciſſe dicatur.*

33 *Rogatus in fraudem legis reſtituere rẽ modici valoris, an perdat omnem hæreditatem.*

34 *Emphiteuta, qui partem Rei ſibi locatæ vendit, an ſubeat amiſſionem totius.*

35 *Socium filii ſpurii non licet patri inſtituere hæredem in fraudem fiſci.*

36 *Pupillariter non licet inſtituere ſpurium legitimo in bonis patris.*

37 *Vxor in bonis mariti pupillariter ſubſtitui à marito non poteſt ſtante ſtatuto, quod vxori nihil relinqui poſſit vltra dotem.*

38 *Fideicommiſſum tacitè in fraudem legis relictum, regulariter fiſco applicatur.*

39 *Fallit tamen.*

40 *Fideicommiſſum quando dicatur relictum expreſſe in fraudem legis,* & num. 41. *vbi plura exempla ponuntur.*

42 De-

42 *Deferens in fiſcum fideicommiſſum fraudulentum, & non probans quibus pœnis puniatur.*

43 *Delatio, ſiue accuſatio de fideicommiſſo in fraudem legis relicto, quo tempore fieri poßit.*

44 *Probatio fideicommiſſi in fraudem relicti per teſtes ſingulares fieri poteſt.*

45 Et *quando teſtes ſingulares probent.*

46 *Si plures fraudem fiſco fecerint, an omnes teneantur in ſolidum.*

47 *Reuocato teſtamento, an cenſeatur reuocatum fideicommiſſum tacitè in legis fraudem relictum* & num. 48.

49 *Fiſco pro relictis in fraudem legis, qua actione vti poßit.*

51 *Fideicommiſſarius, cui relictum eſt in fraudem, ſi ſe deferat, an præmium conſequatur, & quam partem fideicōmiſſi lucretur,* num. 50.

52 *Rogatus prius tacitè de fideicommiſſo, deinde palam, an incidat in pœnam, remiſsiuè.*

53 *Rogatus tacitè de reſtituendo capaci perſona, qua tempore reſtitutionis euaſerit incapax an pœnam ſubeat, remiſsiue.*

54 *Rogatus in fraudem legis, an perdat Falcidiæ beneficium, remiſsiue.*

55 *Deuoluto in fiſco fideicommiſſo, ad quem ſpectet æs alienum, etiam hæredi datur reſtitutio, remiſsiue.*

56 *Rogatus tacite de reſtituenda falcidia, an æque peccet, ac ſi de hæreditate reſtituenda rogatus eſſet.*

1 CONſequens nunc eſt, vt ad dolum contra legem trāſeamus. qui rectè poteſt fraus † appellari. *l. quod nerua. ff. depoſiti*, quia quod nominauerat dolum, paulo poſt nuncupat fraudem, ibi in dolo eſt, quia fraude non caret. Ad euidentiorem intellectum pręmitto, quod non ſunt idem fraudem, ſiue dolum legi facere, & homini, vt dixit notab. *Soccinus in l. at prætor la 2. §. ſed ſi quis. ff. de iur. iur. Franciſ. Aret. conſ. 47. num. 4.* Exem-
2 plum † eſt in liberto, qui alienat bona ſua, vt fiat minor centenario, quo caſu nulla quarta debetur patrono ex diſpoſitione iuris, certè is alienar in fraudem legis, diſponentis libertatem centenum valorem habentem, relinquere patrono legitimam, & ita loquitur text. in *d. l. ſi libertus. §. fin. ff. de iur. patron.* vt per *Aretin. d. conſ. 47. nu. 3. verb. non obſtat.* ſed ſi libertus alienaret, non vt fraudaret tota quarta ſuum patronum, ſed vt haberent minus quarta, tunc eſt in fraudem hominis alienatio *Aretin. ibidem*, quando etiam pater donat, vt fraudet filios in legitima, non facit fraudem legi, ſed hominī, id eſt filiis, vt nihil inueniant in ſuo patrimonio. Et magni refert, an ſit fraus facta legi, vel homini, patet quia actus geſtus in fraudem hominis, puta creditoris, valet mero iure, *l. 1. cum ſequen. ff. quæ in fraud. credit.* ſecus quando eſt geſtus in fraudem, & dolum legis, *l. ſi libertus minorem. ff. de iure patronus*, ex quo *Soccin. d. §. ſed & ſi quis* infert, quod
3 quamuis durius agatur † cum miniſtro legis, quàm cum lege, per text. *in leg. Celſus ff. de arbitr.* tamen durius agitur cum lege, quam cum priuato homine *Bald. in l. 1. in 1. col. C. ſi quis in fraud. patron.* & in *conſ. 16. d. vol. 1. per l. 8. §. tranſactione alimentorum leg. 9. §. qui per fallaciam. ff. de tranſaction. & Aretin. d. conſil. num. 4.* dicit durius agi, quando lex fraudatur, quàm homo, nam alienatio liberti in fraudem legis, quia eſt nulla. Secundo quia in totum eſt nulla, non autem pro illa rata, quæ deficiebat, ad hoc, vt liberet, non eſſet minor centenario, Durius ergo agitur cum fraudatore hominis, dixit eleganter *Nicolaus Moron. in tract. de treuga & pace parte 2. quæſt. 13. num. 13. per text. in l. arbitrio. §. penult. ff. de dolo. l. libertus minor ff. de iur. patronat.* Bald. *in l. ſi poſt tret. ff. ſi quis caut.* & durius peccat, qui legis fraudat interpretationem. *l. ita fidei. ff. de iure fiſci*, nec verum, quia fraudans legem, totam offendit rempublicam. Qua ratione factum eſſe credo; vt multa ſint contra communes iuris regulas inducta, ne dolus fiat contra legem; & ne lex circumueniatur, *Tiraquell. de legibus connub. gloſſ. 5. numero centeſimo nonageſimo ſecundo, & 105. & numero 60.*

Quæſtio. 1. His autem iactis fundamentis, quærò quid ſit dolum, vel fraudem legi facere, & quot modis fiat, ad primum reſpondeo, vt ſupra, quando neuter contrahentium hoc agit, aut intendit, vt alterum decipiat, ſed vt magis ipſi ſeſe inuicem adiuuent, legem verò, ſiue ſtatutum, quod ipſorum voluntati reſiſtit, aduerſatur, impedimentoque eſt, defraudent; planè cum & in teſtamentis, & in aliis diſpoſitionibus, nedum in contractibus legi fiat fraus, vt paulo poſt manifeſtabitur, ea definitio, non eſt ad rei explicationem penitus accōmodata, quare ſic poteſt & res
4 deſcribi, vt dolum fraudemuè legi facere ſit, ſaluis † verbis legis, contra mentem, & voluntatem eius diſponendo, agendoq; venire facit tex. in *l. non dubium eſt. C. de legib.*

Non dubinm eſt, inquit, in legem committere eum, qui verba legis amplexus, con-
tra legis nititur voluntatem. Vel cum homo, quod lege prohibetur, verè intendit, &
occultat. quod vero lege fieri permittitur verbis exprimit, & palam diſponit, & vt res
fiat illuſtrior exemplo, prohibetur lege ne ſpuriis, & inceſtuoſis filiis à patre relinqua-
tur hæreditas, vt mox fiet apertum, per *l. vnic. C. de his, qui ſe adſer. lib. 10.* vt ſcilicet deter-
reantnr ciues ab illicito coitu, & promptiores fiant ad nuptias, quibus repletur ciuitas
liberis, & ingenuis hominibus, *l. 1. ff. ſol. matr.* meliores enim ciues lex eſſe credit eos,
qui ex legitimo matrimonio naſcuntur, quàm qui ex damnato coitu, eadem autem
lege permittitur, quemcumque hominem, ſi modo ſit capax, hæredem ſuo teſtamen-
to facere. *§. & vnum, & §. extraneum, inſtit. de hered. inſtituend. cum vulgarib.* Pater inſti-
tuit hæredem Mæuium hæreditatis capacem, & ſic verbis expreſſit, quod erat lege
conceſſum nulla filii ſpurii facta mentione, confert titulus. *C. plus valere quod agitur &c.*
ſed tacite rogauit ipſum, vt ſpurio hæreditatem vniuerſam, vel partem eius reſtitue-
ret, & ita occultauit, quod erat lege interdictum. Demum quando homo ita diſponit,
vt lex efficiatur eluſoria, tunc dicitur dolo circumneniri, vt ex propoſito exemplo fit
apertiſſimum. Nam eluſorium eſſet, quod ſpurius non fiat hæres, ſi per illud tacitum
fideicommiſſum poſſet hæreditàs dereſinqui. Quoad ſecundum ſcilicet, quot mo-
dis legi contingat fieri fraudem, & dolum; Reſpondeo duplici modo, nimirum per a-
5 ctum † inter viuos, & per actum vltimæ voluntatis. De dolo per actum inter viuos,
in *l. Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedon. l. pen. ff. quod met. cauſ. cum ſimil. Bald. in l. 2. C. de his qui*
pen. nomine. Dyn. in c. vlt. extr. de reg. iur. in 6. Bart. Bald. Caſtr in l. contra, & ibi gloſſ. ff. de le-
6 *gib. facit. l. fraus. ff. eod. tit. c. quia in tantum extra de Simonia.* de fraude per † actum vltimæ
voluntatis eſt text. & ibi *Bart. & Doctores in l. in tacitis. ff. de legat. 1. in l. 1. C. de his, qui ſe de-*
fer. lib 10. l. fin. & ibi Doct. ff. de his quibus vt indign. l. 126. §. in teſtamento. ff. de legat. Ancar. 1.
quæſt. familiarium quæſt. 31. Bald. conſ. 75. num. 1. vol. Baleotus de notis. & ſpuriis c. 45. Man-
7 *tic. de coniect. vltimarum volunt. lib. 10. cap. 4.* Venio ad primum † ſane interuiuos mul-
tifariam, multiſque modis dolus fit contra legem. Et primo de lege ad legem, exem-
plũ eſt, Senatuſconſulto Macedoniano non licet filiisfamilias mutuare pecunias; fæ-
nerator igitur hac lege circumuènturus mutuo dat vinum, oleum, pannum, quibus
venditis filio ſit copia pecuniæ iuxta *d. l. Iulianus. §. mutui.* Secundus eſt perſona ad per-
ſonam, *Alex conſ. 54. li. 7.* palam eſt in magiſtratu, cui inhibitum eſt ſubiectis ſuæ iuriſ-
dictioni impreſſionem facere. Magiſtratus per ſuam perſonam non facit impreſſio-
nem, ſed eius contemplatione facit alicuius amicus impreſſionẽ Titio, ita vt terrore
correptus vendat rem, eam non alias venditurus, iuxta *l. pen. C. quod met. cauſ.* Tertio de
contractu ad contractum, *Alex. d. conſ. 54. lib. 7.* veluti non eſt conceſſa donatio inter
coniuges conſtante matrimonio; Coniux fraudem lege facturus animo donãdi ven-
dit. *l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de donat. inter vir. & vxor. gloſſ. in l. contra legem. ff. de legibus. Deciſ.*
Delphin. in 1. parte 573. quæritur quando, vbi infert ad pulchram quæſtionem in termi-
nis ſoluendi laudenii, *Afflict. de iure prothom. §. 4. num. 3. verb. tertio nota*, vbi citat titul.
C. plus valere, quod agitur. Aliud in ea re exemplum eſt, quæ obligatur quidem ex mu-
tuo, non ex fideiuſſione, aliquis cupiens Meuio mutuare, & mulierem in fideiuſſo-
rem accipere, mutuat mulieri, & Titium in fideiuſſorem accipit, vt *l. 6. ff. ad Senatuſ-*
conſult. velleian. Quarto de nomine ad nomen, puta ſacerdotibus interdicta eſt habi-
tatio mulierum, exceptis auia, matre, ſorore, ipſi concubinas ſuas iiſdem nominibus
nuncupatas ſecum alunt, iuxta textum in *l. cum quis probabilem in 1. Cod. de epiſcopis. & cle-*
ric. ſic etiam paſſim ſub nomine intereſſe vſuras ſtipulantur. Quinto committitur do-
lus aduerſus legem per additionem, vt ſi ſtatutum vetet, menſuras vendi vltra ſex
drachmas, caupo trib. nucibus adiectis vendat pro decem, Doct. *in d. l. contra legem. ff.*
de leg. de modo ad modum etiam fit fraus. Nam prohibita, diſponi non poſſunt ſub
conditione, vel pœna eis poni vt in *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligation.*
Septimo de quantitate ad quantitatem, finge, ſtatuto prohibetur, ne pœna exigatur,
pater quidam promiſit cum hoc pacto, vt ſi ſoluat intra annum quadraginta, tunc ſit
a reliquo liberatus, coniectura enim ſatis eſt aperta, quod ſi non ſoluiſſet intra an-
num 40. reliquo vſque ad centum erant loco pœnæ, huiuſmodi vero doli, & fraudes
ſunt excogitatæ ab vſurariis, vt dicit *Bald. in l. 1. C. de his qua pœna nomine.* & hæc omnia
habes per *Stephanũ de Feder. in comment. 1. de interpret. iuris.* Præterea dolus, & fraus. 8.
modo fit legi, nempe de facto ad factum, vt vendidi tibi ancillam eo pacto, ne proſti-
tueres illam, in lupanari, alias efficeretur libera, tu non poſuiſti eam in lupanari, ſed

In cau-

in caupona, vt ibi miniſtraret, quod idem eſt, quo ad effectum, ideoque ancillam po‑ſtero vendicare, & in libertatem ponere. Rurſus & nono de tempore ad tempus, velu‑ti agebam contra minorem, 18. annis, & contra ipſum debebat ferri ſententia, & exe‑cutioni mandari in minori ætate, iudex ſtudioſe diſtulit ferri ſententiam, vt gratioſus eſſet. Aduerſario meo, ita quod lata eſt, poſtquam minor ille factus eſt maior, certe non nocet illa ſententia, perinde, ac ſi lata non eſſet, & iſte eſt modus fraudandi legem in iudicio, Tandem decimo fit fraus de loco ad locum, *Ancaran. conſ. 329. numer. 4.* vt puta cauetur ſtatuto Bononię, quod ſi aliquis emat aliquam rem debeat ſoluere vnum groſſum pro libra, ego volens euitare gabellam, an Mutinam, & ibi feci inſtrumen‑tum; non videtur valere venditio, quia facta eſt fraus de dolo ad locum, ſed memini quondam Senis non fuiſſe reputatam fraudem, ex generali conſuetudine; Nam erat Senis ſtatutum, vt pro equis, mulis, aſinis, in ciuitate venditis certa ſolueretur gabella, ſed extra maſſas Senarum non ſolueretur, Ciues ad euitandum onus gabellæ ibant extra maſſas, & nunquam vidi aliquem pro non ſoluto vectigali, quaſi in fraudē le‑gis de loco ad locum feciſſet, poſteriores hos modos ludificandi legem habes, apud ſummam *Rolan a parte ſubtit. de pact.* Vbi modos alios congerit fraudis, & doli aduerſus legem,

Quæſt. 2. Ex antedictis infertur ad quæſtionem iuris congrui de qua per *Afflict. de iure prothomiſ. §. 4. num. 3. verb. primo nota.* Tenetur vicinus volens rem vendere, vi‑cinum requirere, alias ſi illo irrequiſito vendat, poteſt ab eo reuocari vēditio, & iſtud ius congrui ceſſat in donatione in permutatione, & aliis quibuſdam contractibus, vi‑cinus, qui erat venditurus fecit Titio inſtrumentum donationis, & occulte recepit pre‑cium *argum. l. fin. §. ſed & ſi quis C. mand.*

8 An vicinus, vel conſanguineus habet † ius congrui, videtur negandum, quia in‑ſtrumentum eſt donationis, quod habet pro ſe præſumptionem veritatis, & ſolenni‑tatis præterea dicitur probatio probata, & veritas apparens. Contrarium concludit *Afflict. d. lo.* ratio eſt, quia eſt factus dolus, & commiſſa fraus de contractu ad contra‑ctum, vt in ſimili *d. l. fin. §. ſed & ſi quis. Cod. mand. faciunt not. in cap. quanto de priuil. & in leg. fraus. ff. de legib. & in reg. certum de reg. iur. in 6* Confert *titulus Cod. plus valere quod agitur.* non valet ergo donatio tanquam celebrata in fraudem iuris congrui, non aliter ac ſi venditio facta non eſſet; idem ſi fieret fraus de contractu venditionis; ad alios con‑tractus, in quibus non haberet locum ius congrui non aliter, ac ſi venditio facta non eſſet. Etenim quum quid fit in fraudem legis, non valet quod ſequitur ex eo. *l. non du‑bium C. de legib. Hoſtien. in ſumm. de empt. & vendit. §. qualiter reſcindatur, ver. illud autem.* Sed cum dolus, & fraus non præſumantur, & *eodem loco. num. 4. verſ. quarto nota*, Affli‑

9 ctus reſpondet probari iuramento † eius, qui dicitur vendidiſſe ſub tit. donationis, & ſi nolit iurare, argumentum eſt, initæ fraudis, *argumento text. in l. manifeſta. ff. de iur. iur.* ſi confiteatur nulla eſt maior probatio, quàm proprii oris confeſſio. *l. qui de inof. teſtam.* cum multis ibi cumulatis per eum, ubi ait probari dictam confeſſionem extraiudicia‑lem etiam abſente parte, quia confeſſio huiuſmodi licet non valeat ad obligandum, tamen eſt valida, quando tendit ad declarandum actum, qui poterat eſſe dubius. *Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis ff. de leg.*

Tertio rurſus poterit probari fraus per teſtes, nam his creditur aduerſus inſtru‑mentum *gl. in auth. de fide inſtrum. §. ſi vero aliquis, gl. in l. illicitas. §. veritas ff. de offic. præſid. Bald. in l. 1. C. plus valere quod agitur.* & ſi contractus eſſet factus in ſcriptis, qui ad ſui ſub‑ſtantiam exigeret ſcripturam, tunc non poſſet probari niſi per contrariam ſcripturam not. in *leg. generaliter. de fide Inſtr.* Secundo fallit quando ex ſcriptura reſultaret proba‑tio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio. *cap. ii. qui de ſponſalibus*, niſi contra præſumptionem iuris, & de iure eſſet in eo caſu recepta probatio *Afflict. d. lo‑co. num. 8. verſ. 2. dico*; teſtes autem ad probandam hanc fraudem duo numero ſuffici‑unt argumento *l. vbi numerus. ff. de teſt.* vt dixit *Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. reſtat. verb. ſed pone*; & probat *Afflict. in d. loco §. 4. num. 8. verſ. ſecundo dico*, quicquid dixerit *glo. in §. ſi vero quis in aut. de fide inſt.* quod quatuor teſtes requirātur. Tertio idem *Afflict. eodem. §. 4. nu. 10. verſ. tertio proba*, inquit probari per coniecturas, quæ autem iſtę ſint, late pro‑ſequitur *ibi vſque ad num. 19.*

Veniendum eſt modo ad fraudem, ſiue dolum contra legem in vltimis volun‑

10 tatibus, in quibus † ſicut in contractibus, poteſt fieri dolus, & contra hominem, & ad‑uerſus legem. Primo quidem modo, veluti ſi quis ad ſcribendum teſtamentum voca‑

Mm iii

tus aliquid ſibi adſcripſerit in teſtamento; lex enim ſuſpicatur falſo conſcriptum eſſe contra mentem teſtatoris, & in damnum hæredis *l. 1. §. inter filium verb. ex illa. l. diuus in prino. ff. de falſis. l. 3. C. de his qui ſibi adſcripſer.* niſi ſibi adiciberet in teſtamento id, quod ab inteſtato obtinere poſſet *d. l. 1. §. inter filium. l. filius circa principium*, & ibi *Bar. ff. de falſis*, ideoq; ſi filius adſcripſerit ibi hęreditatẽ patris, cui ab inteſtato ſuccedis, falſitas Prima omnino ceſſat *l. 1. C. de his qui ſibi aſcrib. Rub. conſ. 7. n. 9.*

Secundo cum aliquis rogatus reſtituere hæreditatem in fraudem ingreditur religionem, ibique profiteatur, quæ fraus aduerſus fideicommiſſum, & ſic contra teſtatorem, & contra ſubſtitutum probatur cõiecturis, veluti ſi moribundus, & in mortis articulo, ſiue in vltimo vitæ ſpiritu, quis inducat habitum Monachalem, vel in nimia ſenectute: *Bald. in auth. niſi rogati numer. 24. Codic. de trebell. argument. l. filia mea. ff. ſolut. matr. l. omnis. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. cap. 4. numero 18. 19. & 20.* ibi dicit, quod ex ſola ęgritudine non præſumatur fraus facta fideicommiſſario, ſi quis ægrotus ſuſcipiat monaſticum habitum ſed neceſſariæ ſunt aliæ coniecturæ.

Q. 3. Quoad ſecundum de dolo aduerſus legem in vltima voluntate, poteſt pro-
11 babiliter dubitari, an committatur, & certe prima fronte videtur potior ſententia negatiua, per tex. in *l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alien. iud. mut. cauſ. facta Imol. in l. ſi is qui nem. 3. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi probatur, quod in vltima voluntate dolus non præſumitur, quia nemo creditur immemor ſalutis æternæ *l. vlt. C. ad l. Iul. repet.* & multo magis teſtator, cum ſe cogitet moriturum *d. hac conſult. verb. & cum humana fragilitas. C. qui teſtam. facere poſſ. l. 1. C. de teſta. c. cum Martæ de celebrat miſſarum.* Secundo per doctrinam *Bart. in auth. minoris debitor. nu. 12. qui dare tutor. vel curator. poſſit*, quod ſcilicet voluntas teſtatoris excludit omnem fraudis ſuſpicionem. Contrarium tamen eſt verius. *l. in tacitis. ff. de legat. 1. l. non intelligitur. §. tacita autem. ff. de iure fiſci. l. in fraud. & l. ſi. ff. de his qui bus vt indignis, cum not. Anc. quæſt. fam. quæſt. 31. & Manti. C. eod. loco*, & dilucidius conſtabit ex infra ſcriptis, nec ad rem pertinent allegata ex aduerſo, ratio eſt, quia affectio filiorum, nepotumq; ſpuriorum ſæpe ita nos decipit, vt de eorum commodo laborantes & ſolliciti forſitan nimium legem ſub ſpecie boni curemus decipere, vt ex ſubiectis manifeſtius apparebit, & ad 1. reſp. quod verũ eſt regulariter, ſed lex interdũ ab ea regula diſcedens præſumit in teſtatore fraudem, & dolum ex qualitate perſonæ, ad quam valde ſit ille propenſus, vt accidit in filio ſpurio, nam vehemens eſt erga eum parentis amor, eiq; non minus, quàm filio legitimo theſaurizzat; proinde ſæpe nititur legem decipere, prohibentem filiis ſpuriis relinquere, & verbis eius non eſt hærendum *arg. l. qui teſtamentum. ff. de probat.* quippe non omnis moriens præſumitur eſſe Iohannes Euangeliſta, vt dixit *Bald. in tit. de pac. conſt. in v. vaſalli noſtri temporis in fi. per l. verba C. de teſtam. Fely. in cap. literas n. 11. in fine de præſumpt. Natta conſ. 146. n. 17.* Ad ſecundum reſp. doctrinam Bart. procedere in ea fraude, quæ committi ſolet in rebus alienis, nam ea prorſus excluditur ex voluntate teſtatoris; Cæterum cum agitur de dolo ipſius teſtatoris vel de eo, quod ipſe teſtator diſponere non potuit, vt accidit quando vult dare hæreditatem filiis ſpuriis, quibus non poteſt hæreditatem pertinere, tunc ob nimiam, erga filios caritatem lex fraudem præſumit.

Quæſt. 4. Quæro quot modis pater poſſit contra legem dolo facere, dum ſtudet prouidere filiis ſpuriis, & ſane non vnus eſt modus, ſed plures, & prior ille quidem,
12 quando in teſtamento pater confitetur ſe debere filio per tex. *in auth. complexu* de inceſtuoſis nuptiis, nihil huiuſmodi cõfeſſio probat, quia ſcilic. in fraudẽ legis facta præſumitur. *l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. d. l. qui teſtamentum. ff. de prob.* ratio eſt propter affectum naturalem *Bald. in l. 1. nu. 4. de falſa cauſ. adiect. leg.* Addo vt nec d. confeſſio valeat quamuis ſit iuramento vallata *Bart. in d. §. Titia. n. 1. de leg. III. Rom. conſ. 120. n. 17. contest. 20* fallit ſi probaretur ex coniecturis, vel euidentib. probationibus contrarium, vt conſultus reſpondit *Alexan. conſ. 18. vol. 3.* Secundo quoties apponit aliquam conditionem teſtamento, per quam conſultum eſt ſpuriis filiis, velut ſi inſtituas hæredes ea cõditione ſi iurauerint legata à ſe relicta præſtaturos, & vnus legatarius eſſet incapax, tunc enim remittitur illa conditio quia ad fraudem legũ facit, quæ vetant quoſdã legata capere, vt ait *Pomp. in l. ſi quis ſub cond. ff. de condit. Inſtitut.* Tertio ſi teſtata inſtituat ſub conditione ſi eius filio mille dederit, qui ſpurius eſſet, & incapax, nam & hoc videtur in fraudem datum, & tamquam ab indigno fiſcus aufert *Bart. in l. quod cond. ff. de donat. cau. mort. Dilect. de art. teſt. tit. 1. de his qui non habent. teſtam. fact.*

Quarto ſi pater inſtituat ſpurium, & roget eum hæreditatem reſtituere alicui, qui fideicõmiſſum vero ſimiliter nunquam petitus ſit, velut Imperatori vel regi, nam licet incapax capere poſſit, vt aliis reſtituat, *l. cogi.§. hi qui ſoldum. ff. ad Trebell. iam. Ang. in leg. id tempus. ff. de hæred. inſtitut.* tamen vere præſumitur facta fraus propter qualitatem perſonæ, cui eſt reſtituendum, *Bald. conſ. 399.* Quo ad primum *lib. 2. Imol. in d. l. id tempus Corn. conſ. 217. incip. Chertacus li. 3. & Alex. d. § hi qui ſoldum & in l. 2. C. de hæred. inſtit. Dil. & citato loco & num. 10. verb. decimum.*

Quinto, dolus contra. *l.* fit in vltimis voluntatibus, quando teſtator, inſtituit hæredem perſonam, quæ iure capere poteſt, & rogauit ipſum extra teſtamentum, vel codicillos, domeſtica aliqua cautione, vel chirographo, obligans ipſum reſtituere illam hereditatẽ incapaci, dixi extra teſtamentũ, vel codicillos quoniã ſi palam in teſtamento, vel codicillis rogaſſet nihil diceretur in fraudem legis factum *l. non intelligitur. § tacita autem. ff. de iure fiſci,* & tamquam inutiliter relictum, remanet apud hæredem rogatum, *Roman conſ. 478. num. 2. & 3.* Quoniam vero iſta materia taciti fideicommiſſi quotidiana eſt, & paucis ab hinc annis Senis in patria mea dum iuuenis eſſem vſus eius incidit in magna, & ardua cauſa Lepidi Vgurgerii filii naturalis Mag. q. Achillis de Vgurg. qui tacite rogauerat, vxorem a ſe prius inſtitutam, vt dicto Lepido hæreditatem ſuam reſtitueret, in qua Aduocatus dicti Lepidi fuit Hieronymus frater meus Germanus quem ſupra commemoraui inter celebres aduocatos Senenſes, forſitan nemini ſecundus conſtitui, non ſicco veſtigio pertranſire.

Quæſt. 5. Quæro ita de multis, & in primis, an fraus, ſiue dolus fiat legi, in fideicommiſſis tacitis vniuerſalibus, quam ſingularibus. Et videtur quod in vniuerſalibus tantum per *text. in l. 1. C. de his, qui ſe deferunt lib. 11:* in 1. is cuius tacite fideicõmiſſa fuerit hæreditas ſtatim officio grauitatis tuæ nunciet, & *c. & per text. in l. cũ tacitũ. ff. de iure fiſci.* ibi cum tacitum fideicommiſſum is, cui datum erat, ſi capere nihil poſſe detuliſſet quæſtionem. venit dodrantis an totius aſſis partem dimidiam ex beneficio Traiani ferre debeat.

13 Cæterum † verior eſſe creditur contraria ſententia per text. in *l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. inſtit.* ibi: ſi inuicem cauiſſent ſe legata relicta eo teſtamento relicta reddituros cui conſonat text: *in d. l. in tacitu. de leg. 3. iuncta rub.* quæ loquitur de fideicommiſſis particularibus, & non de vniuerſalibus eſt *titul. ff. ad Trebell.* ſimilis etiam *tex. in l. ſenatus. §. ſenatus cenſuit. ff. de iure fiſci,* ibi. à quo tota hæreditas euicta eſt, vel vniuerſa legata aperte ſenſit, *Ancaran. famil. quæſt. quæſt. 31. num. 7,* ſuadet etiam ratio, nam lex prohibet quibuſdam, tam vniuerſalia, quam ſingularia relicta, ergo ſi aduerſus illam prohibitionem fiat lex circumuenitur, parui enim intereſt, quantum ad legem prohibentem, vt in iſto magis, quam in illo relicto decipiatur, ſi eius diſpoſitio ludificetur. Non faciunt negocium deducta in contrarium, etenim loquuntur in fideicommiſſis vniuerſalibus, ſiue dictione taxatiua, proinde non excludunt ſingularia fide-

14 commiſſa. Si autem quæras quo iure † ſit inductum, vt tacite fideicommiſſa, in capacibus relinqui non poſſent. ſane duplici iure factũ exiſtimo nimirum Senatuſconſulto, & Imperatorũ conſtitutione. De Senatuſconſulto eſt text. in. *d. l. Senatus de conſtitut. in l. edicto. ff. de iur. fiſci, vbi* de conſtitutione Traiani. de epiſtola diui Adriani, de edicto D. Pii. & Diu. fratrum mentio habetur, idem in *l. 2. in fin. de iure. fiſci, in l. cum tacitum,* vbi Traiani & Antonini *ff. de iure fiſci, in l. vni. C. de his qui ſe deferunt;* in qua

15 conſtitutio. D. Adriani recenſetur. Illi vero ſunt incapaces, quibus † lex vetat poſſe relinqui, & incapaces eos declarat. & profecto videntur eſſe triplicis conditionis. Aut enim ſunt incapaces ex proprio eorum delicto, vt ſunt hi, qui velut indigni repelluntur, vt ſunt qui de inofficioſo teſtamento egerunt, vel falſum teſtamentum dixerunt, & vſque ad finem litis teſtamentum oppugnarunt, ſimili modo, & omnes indigni, de quibus in *titul. ff. de his quibus vt indign: vt l. poſt legatum in fin. ff. eod. & l. edicto. § ad eos. ff. de iure fiſci.* Aut ſunt incapaces ex delicto aliorum vt filii ſpurii naturales, inceſtuoſi ex delictis parentum, qui vagam libidinem amauerunt, magis quam legitimas nuptias, nec concupiſcentiam quo ad tramites legum coercuerunt *Paleo. de Notis, & ſpur. cap. 43. in 1. & numero quinto. verb. adeo vero & numero 8. per l. ſi is qui. ff. de vulg. ſubſt. ſecundum com. intellectum d. leg. edicto verb. nihil autem, iuncta gloſſ. ff. de iur. fiſci.* Aut conditione fortunæ, vt ſerui, qui ſibi capere non poſſunt. *dict. l. edicto. §. adeo verb. ergo notab.* illud, & quam incapaces iſti æquales eſſe videantur, plurimum tamen inter eos intereſt, quoad præmium à lege delatum his, qui cum ſibi teſtamento re-

Mm 2

liςtum eſſet detulerunt ſeſe fiſco, nam his, qui proprio delicto ſunt incapaces, etiam ſi ſe detulerint à præmio ſummouentur, item, & hi, qui conditione fortunæ *d. l. edicto §. ad eas. & §. ſequent.* Hi vero, qui ſunt incapaces delicto alterius, vt ſpurii, ſi ſe detulerint præmium ferunt, *dict. l. edicto. §. nihil, cum gloſſ.* ratio non eſt obſcura differentiæ, cùm hi aliqua venia ſint digni, cum non ipſi, ſed parentes eorum peccauerint, & licet quoad conditionem fortunæ ſint in pari cauſa, tamen illi cum non ſibi ſed aliis acquirant, videntur differre.

Q. 6. Quæro quando fideicommiſſum tacitum relictum eſſe cenſetur in fraudem
16 legis. Reſp. videtur duplici modo, ſcilicet quando † extra ſcripturam teſtamenti, vel codicillorum, teſtator rogat aliquem, vt hæres ab eo inſtitutus, reſtituat hæreditatẽ, vel legata incapaci, is qui domeſtica cautione, vel Chirographo obligat ſe ad præſtandum illi ſcilicet, qui capere non, poteſt, *l. in tacitis, vbi ad lit. ff. de leg. 1. & l. non intelligitur §. tacita autem. ff. de iure fiſci*, iſta enim duo debent neceſſario interuenire, ſcil. quod teſtator tacite rogauerit, hæres tacitè fidem accommodauerit, *Bart. in d. l. non intelligitur. Dec. conſ. 212. in fine* dicens: hæc duo eſſe probanda. *Corneus conſ. 310. circa med. vol. 1. Ancaran. famil. quæſt. q. 3.*

Sed prætere idem iuris eſt, ſi nuda pollicitatione promiſerit hæres reſtituturum ſe bona perſonæ quæ legibus capere ex teſtamento non poterat, vt dixit *Caius in leg. in fraudem. ff. de his quib. vt indign.* Quare fit locus quæſtioni an ſit neceſſaria ad conſtitu-
17 endum † tacitum fideicommiſſum, valida obligatio, an vero ſufficiat ſimplex pollicitatio, quæ longè à promiſſione obligatoria differt *l. ſciendum §. dictum. ff. de pollicitationibus. Doct. in rub. ff. de verb. oblig. l. 3. ff. de pollicitat.* & per tot. titulum, & profecto videtur ſufficere nuda pollicitatio. Contra ſentit *Bal. in l. in tacitis. ff. de leg. 1.* dicens eum, qui tacitam fidem accommodauit, tamquam indignum priuari; ſi modo fidem obligatoriã præſtiterit, non enunciatiuam, vel pollicitatoriam, quid dicendum? *Mantica d. lib. 10. cap. 4. num. 8 adhæret Baldo, & ad l. in fraudem* reſpondet per verbum forte, quod intelligit de nuda pollicitatione à Chirographo, non ſimpliciter nuda: eam ſententiam probat *Ancar. famil. quæſt. 31. num. 8. & Bart. in dict. l. in tacitis* indubitanter aſſerit non ſufficere nudam pollicitationem.

Contrarium tamen videtur aſſerere *Corn. conſ. 310. n. 10. vol. 1.* Quibus ego adhęrens, confirmo ſolutionem *Mantica ad d. l. in fraudem*, hac ponderatione, nam in *l. in tacitis Vlpia.* dicit domeſtica cautione, vel Chirographo, & vtrumq; ſignificat efficacem obligationem, *Caius in l. in fraudem* dicit Chirographo, vel nuda pollicitatione, ecce accipit pollicitationem, pro eo quod *Vlp.* dixit cautionem in *d. l. in tacitis*, perpendo etiam illud verbum, repromiſit, ſc. nulla pollicitatione repromiſit; nam efficacem ſolet denotare obligationem. *l. non cogendum. ff. de procurat.* ſuffragatur etiam, quia agitur de pœna quæ eſt odioſa, & ideo in dubio eſt capienda interpretatio illa, per quam minus inciditur in pœnam vt contingit ſi pro efficaci obligatione accipiatur, accedit quod cũ pollicitatio facta priuato, ſui natura non ſit obligatoria, qui nuda pollicitatione promittit, non habet animum deliberatũ delinquẽdi, & fraudandi legẽ, cum fidẽ ſuã non adſtrinxerit. Sed nunquid aliis modis tacitũ fidei cõmiſſum relictũ eſſe videatur? *Bart. ad l. in fraudem*, addit & tertium modũ, ſc. etiã quando dicta promiſſio fieret per inſtrumentum publicũ, adhibitis teſtib. & notario quorum fidei mandatũ ſit, ne publicetur, & videtur probari, & ſi *Bart.* non dixerit, quod ſatis eſt hæredem eſſe rogatum extra codicillos, vel teſtamentũ *d. l. in tacitis*, & domeſtica cautione ſc. quæ facile occultatur, ſicut eſt inſtrumentum publicum, quando fides data eſt non publicandi *l. ita fidei. ff. de iur. fiſc.*

Sed dubium id apud me eſt, quia videtur contra naturam publici inſtrumenti, vt occultetur, & poſtquam celebratum eſt quiſq; petere poteſt copiam, qui prætẽdat intereſſe, & non accidit in his, vt in teſtamentis, quæ donec viuit teſtator non publicantur, ratione periculi, & quia non eſt alicuius valoris, quouſq; non fuerit confirmatum morte teſtatoris, vt dixit D. *Paul. & colligitur. ex l. 1. ff. de teſt.* Rurſus ſi is qui tacite rogatus eſt id aliquib. confiteatur, *Bart. in d. l. fin. ff. de his quib. vt indig.* quomodo probandi per teſtes tacitum fideicommiſſum, viſus fuit, aduocatus *dict.* Lepidi Vgurgeii, vxor. n. teſtatoris, quæ fuerat rogata, pluribus perſonis reuelauerat promiſſionẽ tacitæ fidei: Inſuper ſi is, qui tacite rogatus eſt, paſſus fuerit ſpuriũ illa bona poſſidere. *Imola in leg. ſin. quæ. ff. de vulg. & pupill. Paleot. de notis & ſpuriis capite quadrageſimotertio, numero nono*, quibus nõ diſſimile eſt, ſi ſpurius omnia bona patris ab eius hærede emerit, *Bart. in l. 2. C. de*

repud. hæred. aut per interpoſitam perſonam id effecerit argumento *l. omnes.* §. *Lucius. ff. quæ in fraudem credit.* aut ſtatim poſtquam extraneus earum rerum dominium nactus eſt, in ſpurium quocunque titulo tranſtulerit, *argumento l. ſi ventre.* §. *fin. ff. de priuil. cred.*
18 vel ſi in emptione non vera numeratio, ſed de precio fides habita fuerit *Paleot.* † *de Not. & ſpurius. c. 43. nu. 9.* & an in foro conſcientiæ teneatur fiſco qui tacitam fidem accommodauit, *Vaſq. Illuſt. quæſt. lib. 3. c. 102. n. 24.*

Q. 7. Quæro quæ perſonæ tacito fideicommiſſo, de fraude contra legem facta
19 poſſint accuſare, & ſanè videtur, quod multi ſint qui deferre † non poſſunt fiſco tacitum fideicõmiſſum, vt mulieres propter ſexus imbecillitatem; damnati in metallum, milites propter honorem ſtipendiorum; veterani propter amorem, & merita militiæ, item clariſſimi viri propter dignitatem perſonæ, tutores, vel curatores cauſa pupillorum, vel adoleſcentium ſuorum; *Martian. eleganter in l. de fin, ff. de iur. fiſci.*

Reſp. pro ſolutione diſtinguendum eſſe, multæ ſunt quidem cauſæ, per quas bona fiſco acquiruntur, vt ſunt bona vacantia § *fiſci Inſt. de vſucap. cum ſequ.* bona, quæ auferuntur tamquam ab indignis, bona ſubiecta tacito fideicommiſſo, & in fraudem legis, & alia, de quibus in vniuerſo *tit. ff. de iur. fiſci.* Aut igitur quærimus, quoad delationem taciti fideicommiſſi, aut quoad alia bona; & ſanè quoad hunc poſteriorem caſum procedit *d. l. deferre*; Quoad tacitum fideicommiſſum tunc ſubdiſtinguo de his qui rogati ſunt in fraudem legis reſtituere, & de his quibus in fraudem legis eſt reſtituendum.

20 Aut de extraneo accuſatore. I. caſu quicumq; poteſt ſe deferre † etiam fœmina, etiã pupilli, *l. ait Traianus. ff. de iure fiſci* ibi ex beneficio D. Traiani deferre ſe permiſſum eſt & ibi pupillis etiam deferre ſe permiſſum eſt ex quib. non capiunt, tex. eſt *in l. vnic. C. de his qui ſe deferant in verb. quid ſi vxor*, ratio eſt expreſſa in gloſſa *d. l. ait diuus in verb. permiſſum*, ſc. quia iſtæ perſonæ in rem ſuam agunt, & ego puto, quia cum de fraude legis agatur eſt perinde, ac ſi Maieſtas legis offenderetur, quare ſicut quando offenditur Maieſtas Principis quiuis eſt idoneus accuſator *in tit. Cod. ad l. Iul. Maieſt.* ita in offenſione legis; & ideo is, cui eſt tacitè fideicommiſſum, poteſt ſe ipſum deferre, cuiuſcunq; ſit ætatis, vel ſexus, modo ſe deferat, antequam ab alio accuſatio eius ad ærarium deferatur, & ſi ille morte præuentus non potuerit ſe deferre, tunc hæres eius ſi modò cõſtabat de animo defuncti, poteſt ipſum deferre, & conſequi pro precio dimidium, ſi vero de animo defuncti non liquebat hæres accuſando conſequitur tertiam præmii loco. *d. l. edicto Traiani*, de iure fiſci, iuncta gloſſ. in verbo vulgare, & in verſiculo item diui fratres, vbi ait, quod de hærede dictum eſt eſſe accipiendum, ſi modo defunctus morte præuentus per anguſtias temporis deferre ſe non potuerit; in eodem caſu puto eos, qui de tacito fideicommiſſo ſunt rogati, vt ſc. antequam præueniantur poſſint ipſos deferre, ita & his præmortuis eorum hæredes poſſint ſe deferre tacitam fidẽ denũciantes. Interrogatum autem eſt eum, cui erat tacitum fideicommiſſum præſtan-
21 dum; an ſit locus præuentioni? videtur quod † non *per tex. in d. l. edicto diui*, § *cum ante apertum teſtamentum*, ſed reſp. quod ante apertum teſtamentũ non valet prẹuentio *d. §. cum ante*, ibi; neque enim dignum eſſe præmio tam præcipitem feſtinationem prioris. Poſt apertum autem teſtamentum arbitror locũ eſſe præuentioni, nã poſſunt præueniri ab extraneo *d. l. edicto in princip.* ibi edicto D. Adriani ſignificatur ſi quis, antequam cauſa eius ad ærarium feratur profeſſus eſſet eam rem, quam poſſideret, capere ſibi nõ licere &c. ecce ei, qui ſe deferit ita demum præſtatur præmium, ſi cauſa eius ab alio nõ ſit ad ærarium delata. Quo ad extraneum accuſatorem crederem non omnibus licere accuſationem facere; ſed eſſe ſeruandam regulam *d. l. deferre*, etenim in extraneo ceſſat ratio allegata in eadem *l. verb. & cum ſi quis.* & ratio *gl. in d. l. ait Diuus*, & poſt apertũ teſtamentum erit etiam cum extraneis locus præuentioni.

Q. 8. Quæro an hæres tacite rogatus reſtituere, poſſit ſine onere conſcientiæ illa bona de quorum reſtitutione eſt rogatus retinere. *Didac. in epitũ. de ſponſal. & matr. part.*
22 *2. cap. 8. §. 5. num. 5.* exiſtimat in animæ Iudicio tutum eſſe, hæredem, qui ita † retineat. Primo quia huiuſmodi promiſſio de reſtituendo incapaci lege improbatur, vt palam eſt, igitur nullam obligationem parit. *l. Iuriſgentium.* §. *prætor ait, vbi Fort. Gar. num. 3. not. 20.* inquit *Didacus* quia iſte verus eſt hæres, & ab eo nomine pœnæ aufertur à fiſco hæreditas. *l. 1. C. de his quibus vt indign. l. non intelligitur, & l. in fidei. ff. de iure fiſci. l. ſenatus. l. edicto eod. tit. l. 1. Cod. de his qui ſe defer.* ego addo optimum tex. *in l. ex facto.* §. *fin. ff. de vulg. & pupill.* Sed pœna à legibus ciuilibus impoſita in foro animæ non debetur, igi-

tur conceſſo iure poteſt hæreditatem retinere, maxime cum ſit hæres, id quod eſt ma-
23 nifeſtum, quia non applicatur conſanguineis defuncti, ſed fiſci, pœnam vero lege ci-
uili impoſitã † in foro poli non deberi eſt gl. magiſtr. Canoniſtarum ſuffragio probata
in C. fraternitatis in verſ. cum argumento *prope finem 12. q. 2.* cũq; gl. non modo ſequun-
tur Canoniſtæ, ſed miris præconiis extollunt *Felyn. num. 2. & Abb. num. 20. c. 1. de con-
ſtitut.* imo nec ab ea Theologi diſſentiunt, vt profitetur *Didac. d. loco.* Tertio ait *Didac.*
quia nemo tenetur ſuum delictum publicare, at ſi non poſſit retinere vtique publica-
24 ret &c. Contrariam ſententiam † probat *Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indig.* Prout refert
Mantic. d. loco lib. 10. c. 4. nu. 18. Alb. conſ. 42. in fin. quamuis ſumma prudentia ſe Theo-
logorum ſententiæ ſubiiciat Bart. adhæret *Alb. d. conſ.* nec non *Mant. d. loco*, Et eius opi-
nioni fauet imprimis: quia is, qui tacitam fidem accommodauit loco prædonis, eſt *l.
prædonis ff. de pet. hæred.* tacit. *alleg. text. l. cum qui ff. de his quib. vt ind.* in quo Iuriſconſ. ait,
eum qui tacitum fideicommiſſum ſuſcepit, eos quoque fructus, quos ante litem per-
cepit reſtituere cogendum, quia bonæ fidei poſſeſſor fuiſſe non videtur, quod autem
mala fide retinetur, non ſine periculo retinetur, argumento *not. in cap. fin. de præſcript.*
& iuxta illud Apoſtoli quod non eſt ex fide, peccatum eſt, nec obſtat ſiquis dixe-
rit cum *Did. in d. l. prædonis*, non dici vere prædonem eſſe ſed haberi loco prædonis &
ſic aliud eſſe tale, aliud haberi. *l. mercis ff. de verb. ſignif.* Nam id non prohibet, quin ſit
in mala fide, & iniuſte non detineat ad ſimilitudinem prædonis.

Secundo *Mantic. d. cap. 4. num. 16. verb. ego igitur*, probat ea ratione, quia iſte hæres
non habet voluntatem defuncti, non igitur iure retinet, ſed loco prædonis habetur.

Tertio ſuffragatur quoniam communis eſt concluſio Dd. legiſtarum, Canoni-
ſtarum, & Theologorum, quod lex poſitiua ſiue ſit eccleſiaſtica, ſiue ciuilis ligat in
foro animæ quando non eſt nutritiua peccati. *Abb. in cap. 1. col. 7. & ibi alii Dd. de con-
ſtit.* facit quod tradit *D. Thom. cap. 2. quæſt. 96. art. 40.* & late etiam *Abb. in cap. quia pleri-
que de immunit. eccleſ.* & de condemnatione pœnali ad fauorem fiſci, tradit *Felyn. d. cap.
col. 12.* ſecundum nouas impreſſiones, quamuis hoc argumentum ſecundum *Alban.*
25 *d. conſ. num. 19* procedat, quando lata ſententia eſt in fauorem fiſci, Et † ſtante hac po-
ſteriore ſententia tolluntur allegata ex aduerſo. Et ad primum cui nec *Mart.* nec *Alb.*
reſpondent, ego puto dicendum, quod illa promiſſio de reſtituendo, tamquam im-
probata à lege non obliget ad reſtituendum ei, cui volebat teſtator. Ex quo incapax
eſt, & contra legis ordinationem reſtitueret, ſed quod ipſe poſſit licite retinere, cum
non habeat voluntatem defuncti ſane inficior, præſertim cum doloſe acquiſierit,
nempe decipiendo teſtatorem cui promiſerat ſe reſtituturum, & quem teſtator non
alias ſcripſiſſet hæredem, niſi illius fuiſſet fidem ſequutus.

Ad ſecundum recte meo iudicio reſpondet *Mantica dict. num. 16. verb. ſed ego puto.*
ſcilicet quod dicta regula limitatur, vt locum habeat in pœna, quæ eſt pœna ex vtra-
que parte, ſcilicet ſoluentis, & recipientis, hoc eſt cum quis ſoluit de proprio patri-
monio, & is, qui recipit, lucrum facit, non loquitur illa gloſſa, in qua regula fundatur,
loquitur in pœna furti, quæ eſt huiuſmodi, quia ſoluens pœnam furti de proprio pa-
trimonio, & accipiens vltra ſummam recipit pœnam. & ita lucratur, ſecus ſi eſſet pœ-
na ex parte ſoluentis, non ex parte recipientis, quia ſcilicet damnum eſſet paſſus, at
in propoſito ex parte delinquentis non eſt pœna, quia non ſoluit de proprio patrimo-
nio ſed tantum extorquet ab eo lucrum hæreditatis, quod detinet contra legem, &
contra voluntatem defuncti, & non eſt eadem ratio damnum pati, & lucrum amitte-
re. *l. fin. in fin. Codice de codicill. l. qui ſcit. §. ſimilitudo. el. 2. ff. quæ in fraud. credit.* ibi nec vi-
detur iniuria affici cum ei lucrum extorqueatur, non damnum infligatur. Ad tertium
reſp. primo negando conſequentiam, non tenetur prodere ſuum crimen, ergo poteſt
rem, quam ex crimine acquiſiuit retinere, nam & rem furatam conceſſum eſſet reti-
26 nere. Secũdo reſp. nemo tenetur crimen † ſuum prodere, ne pœna afficiatur, & vel in-
famia, vel macula aliqua irrogetur, ſed hic prodendo crimen præmio afficitur, neq;
redditur infamis, nam lex, quæ declarauit delictum fidem tacite accommodare, ea-
dem ex publicatione abſtergit omnem maculam ab oculis prodentis crimen. Qui-
bus etiam conſequens eſſe videtur, quod nec teſtator ſit tutus in foro conſcientiæ
rogare de tacito fideicommiſſo, nam ſi peccatum eſt principi non obedire *cap. omnis
anima extra de cenſib.* & ita non obedire legi, quæ omnium princeps, & regina eſt. *l.
2. ver. lex eſt autem. ff. de legib.* accedit, quod vterque odit legem, & fraudat in quantum
eſt in illis, ergo vterq; peccat.

Queſt. 9. Quæro quomodo probetur eſſe accommodata tacita fides, ita vt res
legata vel per fideicommiſſum relicta deuoluatur in fiſcum, & ſane videtur, quod cũ
27 † de fraude detegenda quæratur, quæ in animo conſiſtit coniecturis erit probanda,
argumento, *leg. dolo, vbi Alexand. & alii. C. de dolo.* ſed quod coniecturæ non ſufficiant
probat text. in *l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iure fiſci,* ibi, manifeſtiſſimis probationibus,
dicendum eſt igitur cũ *Saly. in l. eſtã n. 7. C. ad l. falc.* nempe probari domeſtica cautione,
chirographoue, *l. in fraudem, ff. de his quibus, vt in dign.* deinde per confeſſionem partis,
vt dixit *gloſ. in d. §. tacita in verb. probationib.* quæ tamen non ſunt coniecturæ, ſed mani-
feſtæ probationes. Tertio addit Saly. ſi ille, cui facta fuit fideicommiſſaria reſtitutio ſe
ipſum detulerit, nam eius incapacitas non eget probatione, quia ipſe de ſe confitetur,
quæ ſane manifeſtæ videntur probationes. præterea inquit Saly. probatur accommo-
datio tacitæ fidei præſumptionibus, fraus enim coniecturis probatur, *gloſſ. in d. l. dolum
in 1 §. de dolo,* ratio rationis eſt, quoniam ea, quæ liquido probari non poſſunt proban-
tur per veroſimiles coniecturas argumento, *l. Lucius. ff. de cond. & demon.* iuncta *l. filium
definimus, de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* nec quicquam obeſt: text. *in d. §. tacita l. non in-
telligitur in verb. manifeſtiſſimis,* tum quia poſſit verificari in chirographo, in confeſſio-
ne, & in propria delatione, quam de ſe ipſo facit incapax, vel is qui rogatus eſt, tũ quia
etiam conuenit coniecturis, cum ſimus in materia, quæ regulariter directa probatio-
ne non poteſt oſtendi, ideo præſumptiones habentur manifeſtiſſimę probationes. ſi-
ue liquidiſſimę, exemplum eſt in *l. ſi conſtante. ff. ſol. matr.* in qua mulier ita demum con-
ſtante matrimonio poteſt à marito dotem repetere ſi euidentiſſime probatum fuerit
eum vergere ad inopiam, at illa vergentia poteſt probari per vulgi opinionem, aliiſq;
coniecturis, vt per *Bartol. & Doct. ibi;* & per gloſſ. *in l. vbi adhuc Cod. de iure dot.* adulte-
rium debet probari euidenter. *leg. ſi quis adulterii. Cod. de adulter.* & tamen indicia
dicuntur in illa materia rem facere manifeſtam. Præſumptiones autem in hac ma-
teria ad probandum tacitum fideicommiſſum fuerunt ſupra enumeratæ in illa quæ-
ſtione quando tacitum fideicommiſſum relictum eſſe videatur, ſcilicet quando ſub
nomine debiti, ei qui ex teſtamento capere nequit legatum relinquitur, etiam ſi iura-
28 mentum † eſſet præſtitum. *l. cum quis decedens. § pen. cum ibi notat. de leg. 3. Lucas de Penna
in l. quemadmodum de agricol. & cenſ. præſumpt. 37.* in legato relicto mulieri, per militem,
in quam ſuſpicio cadere potuit. *l. mulier. ff. de milit. teſtam. Lucas de Penna præſumpt. 42. in
d. l quemadmodum,* Item ſi non capaci relinquatur legatum mercedis nomine, vltra ſer-
uitia præſtita per legatarium, *l. cum quis decedens. §. iuxta ff. de l 3. Lucas d. loco præſumpt. 38.*
item cum non capaci relinquitur, nõ expreſſo nomine legatarii, ſed dicitur, lego cen-
tum illi, quem ſit Titius, *l. Lucius. §. fin. de leg. 1 Lucas de Penna in tit. C. de delat. & in l. quem-
admodum præſumpt. 37. text. eſt pulcher in l. ita fidei hæredis. ff. de iure fiſci,* vbi teſtator dixe-
rat hæredi, rogo fundum des Titio, de quo te rogaui, ſi Titius capere non poſſit non e-
uitabit hæres pœnam taciti fideicommiſſi, ſimili modo, & ille, qui dixit rogo vos hæ-
redes meos in eo quod à vobis petii fidem præſteris, *vide Mant. lib. 10. cap. 4. verb. ex
duobus,* vbi alias ponit coniecturas, vſque ad *numerum 15. Paleot. de not. cap. 43. numero 8.
& ſequent.* his vero conſentaneum eſt, quod dicitur ſicut præſumptionibus probatur
tacitum fideicommiſſum relictum eſſe, ita & † contrariis præſumptionibus exclu-
29 ditur argumento, *l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. l. prout. ff. de ſolut.* propter eandem ra-
tionem, quia non eſſe commiſſum dolum dependet ab animo, & *Ruy. conſilio 42.
numero decimo ſexto verbo nec obſtat.* affert exemplum, quando à teſtatore eligitur
via ad diſponendum, quę eſt permiſſa non cenſetur in fraudem legis fieri, quoniam
id videtur facere lege permittente, quæ certam viam prohibet, non prohibita alia
via diuerſa, ſecundum *Imol. in l. tam is. ff. de don. cauſ. mort.* allegat in argumentum.
leg. iniuriarum actio. ff. de iniur. cap. cum eccleſia Volaterrana, de elect. & quod habetur in *c.
quod vna via de regul. iur. in 6.* Quid enim ſi teſtator relinquat legatum Titio capaci,
is vero poſtea legauerit ſpurio teſtatoris, non præſumitur in dubio fraus, in eadem
cauſa eſt, inquit *Ruy. dicto numero decimo ſexto,* niſi ex aliis coniecturis probaretur
contrarium, *Mant. lib. 10. cap. 4. numero nono, verbo ex duobus,* ſi ſpurius ſocietatem
habeat omnium bonorum cum Titio, conceſſum eſt patri inſtituere illum ſocium fi-
lii, & ita vt ſpurio pro dimidia acquiratur, vt paulo infra explicabitur, quia in dubio
non præſumitur fraus, ex quo inſtituit ſocium, qui capax erat id quod placet etiam
Saly. in leg. ſocietatis. Cod. pro ſocio. ideoque toties ceſſat fraudis præſumptio, quoties e-
ligitur illa via quæ permiſſa eſt, niſi tamẽ ex præſumptionibus aliis, alia præſumeretur:

*Quæſt.*10. Quæro non ſunt aliquæ vrgentes probationes contra hæredem quod tacitè fidem de reſtituendo incapaci accommodauerit, an poſſit, ad eliciendam pro-
30 bationem † compelli poſitioni reſpondere, quod fidem ſuam interpoſuerit, & ſane videtur cogendus per ea quæ tradit *Bart. in l. Marcellus. ff. rerum amotarum*, nam ait quod quando is, qui debet reſpondere poſitioni tractaret de lucro captando, tunc teneatur reſpondere poſitioni criminoſæ, vt eſt in caſu noſtro, & ſi non reſpondeat, habebitur pro confeſſo, addit præterea *Bart.* ibi, & cum nemo improbat, vt inquit *Curt. de poſitio. num.* 45. *&* 46. reſpondendum eſſe poſitioni criminoſæ per quam detegeretur, aliquem detinere res ad alium pertinentes, vel eſſe debitorem alterius, niſi iſtud foret ſemel deciſum.

Confirmo ego prædicta ex his quæ ſcribit *Afflict. de iure prothom.* §. 4. *ver. quarto nota. nu.* 4. quod ſi fuerit accuſatus aliquis feciſſe fraudem ſtatuto iure congrui, poteſt probari fraus per illius iuramentum, & ratio ſuffragatur, quoniam cum dolus, & fraus in animo doloſi, & fraudulenti conſiſtant, non aliunde melius poſſunt, probari quam ex confeſſione illius, eandem ſententiam ſequitur *Manti. de coniect. vltim. volunt. lib.* 10. *c.* 4. *n.* 13. *v. ſciendum. eſt*, vbi multas authoritates congerit.

31 In contrarium tamen quod † huic poſitioni non ſit reſpondendum oſtenditur, quia hæc petitio eſt criminoſa, continet enim delictum pro quo eſt impoſita magna pœna. *l.* 1. *in fi. C. de his, qui ſe def. li.* 12. Poſitione autem criminoſæ nemo tenetur reſpondere, & dicit communiter teneri *Curt. de poſit. num* 45. *ver.* vigeſimum primum erit; ne ſe detegat turpitudinem ſuam, & hoc quando poſitio criminoſa reſpicit immediate perſonam, quæ vocatur a iudice non à parte, ad reſpondendum, & infert Curtius ad poſitionem de tacitè accommodata fide non eſſe reſpondendum ex not. *Bart. in l. fin. ff. de quib. vt indig. Imol. in l. cum tacitam. ff. eod. tit.* & cumulat *Curt. d. loco.* multas authoritates maxime *Bal. in l.* 1. *Codic. quomodo: & quando iudex in l. conſtieut. Codic. de pœn. iud. mal. iud.* quod indiſtincte poſitioni criminoſæ non eſt reſpondendum, & hanc opinionem putat eſſe veriorem *Curt* ibi, & *Paleot. de Notl. & Spur. cap.* 43. *n.* 6. *in fi.* vide *Abbam. conſ.* 42. *nu.* 2. Ad allegata in contrarium reſpondetur, & primo ad Bart. qui ſibi contrarius videtur. Reſp. *Curt. Iun.* quod eius doctrinam allegauit in iudicio, cum quæſtio verteretur de facto & tamen fuit iudicatum in contrarium, ſecundū aliam doctrinam *Bart. in d. l. fi.* reſpondetur etiam ex Baldo, qui indiſtincte ait petitioni criminoſæ non eſſe reſpondendum ſiue agatur de lucro, ſiue de damno. Deinde iſta doctrina Bartol. non eſt recepta.

Ad ſecundum ſi vera eſſet doctrina Afflicti, nam de ea poſſet dubitari per prædicta, reſpondeo diuerſam eſſe rationem, nam iuramentum ita proponitur, vt poſſit referri, & ſi nolit iurare referat iuramentum, & ideo ſi nollet horum vnum facere eſſet in manifeſta turpitudine *l. manifeſta. ff. de iur. iur.* poteſt ergo euitare, ne detegat turpitudinem ſuam referendo iuramentum, non ſic in reſponſione ad poſitionem.

Quæſt. 11. Quæro teſtator habens filium; inſtituit aliquem hæredem, eumdemq;
32 rogat, vt reſtituat ſuam hæreditatem cui velit; is vero reſtituit filio ſpurio † teſtatoris, an nulla ſit hæc reſtitutio, quaſi ſit in fraudem fiſci facta; & ſane ſuadetur reſtitutionē tenere.

Primo quia fraus perſpicuis inditiis probanda eſt ex not. *in l. dolum. C. de dolo.* cum in dubio nemo ſit doli, & criminis arguendus *l. & merito. ff. pro ſocio*. Secundo eo magis affirmandum videtur, quod ipſa bona, quæ reſtituuntur capiuntur magis ex voluntate hæredis, quam teſtatoris, nam teſtatoris præceptum illud duntaxat cōſtituit, vt bona reſtituantur, plane cui ſint reſtituenda, in hoc hæredis voluntas, liberalitasque cognoſcitur; Confirmatur ex his, quæ tradit *Bart. in l.* Lucius Titius. § *in teſtamento. n* 1. *&* 2. quod ſiquis vxorem inſtituerit eamq; rogauerit, vt poſt mortem ſuam reſtituat hæreditatem his quibus ſibi viſum fuerit, deinde vxor moriens inſtituat hæredes filios ſpurios teſtatoris, ex hoc ſolo non præſumitur fideicommiſſum in fraudem legis relictum ratio eſt, quia ſi vult liberalitatem erga ipſos exercere conceſſum eſt, quia nullo iure creditur prohibitum arg. *l. ab ea parte. ff. de probat.* eandemq; ſententiā ſequutus eſt *Bal. conſ.* 242. *vol.* 1. & pleno reſponſo pluribus argumentis muniuit *Cor. conſ.* 236. *in* 2. *li.*

Contrarias partes ad veritatem propenſiores exiſtimat *Paleot. de Not. & ſpur. cap.* 44. *in* 1. *nu.* 2. cui adhæret *Mantica de coniect. vltim. vol. c.* 4. *lib.* 10. *n.* 12. quamuis nullam mentionem de Paleotto. Ratio, quæ grauiſſimos hos viros mouet, ea primū eſt, quod ſola hæc diſpoſitio hæredis ex præcepto teſtatoris pendet, ita vt hæredis beneficentię

nullus

Digitized by Google

nullus ſit locus, ratio rationis eſt, meo iudicio, nam & in illum electum ab hærede cõſentit teſtator proinde ab ipſo videtur electus per viam indirectam, ita quod nõ debet hoc colore patri licere, quod recta via non eſt conceſſum, vt *Bart.* ex facto conſultus reſpondit *conſ.* 149 & Bald. placuit in *l. id quod pauper C. de epiſcop. & cler. nu.* 4. Secundò cum aliquid ex neceſſitate geritur hoc non ab eo, qui ita faciendũ præcepit, eſt agnoſcendum, *Iaſ. in d. l. ſi is qui pro empt. nu.* 352. At hæres ex neceſſitate aliquem eligit; igitur illum teſtator videtur eligere. Tertio *Mantica* ait, cum hæres ſit rogatus reſtituere, cui ſibi viſum fuerit boni viri arbitrio, hoc intelligendum eſt, *l. fideicommiſſum. § fi. ff. de leg. 1. l. fideicommiſſaria. libertas. ff. de fideicom. libert.* plane vir bonus non daret ſpurio, cui pater dare non potuit, ſi fraudem legi faceret, & ita refert conſuluiſſe *Bartol. conſ.* 194. *incip. ciuit. Spolet. num.* 2.

Non obſtant allegata ex aduerſo, & primum videtur eſſe ſublatum, quia ſatis claræ ſunt coniecturæ ad detegendam fraudem; ſimili modo conuellitur Secundum negãdo libertatem, aut liberalitatẽ hæredis, quia teſtator in electum conſenſit ex poteſtate data. Tertio ſatisfacit *Mantica d. n. 12. dicens.* quod diſtinctio Bart. procederet, quandò vxor eſſet inſtituta ſimpliciter, & non grauata reſtituere ſpurio teſtatoris, quia quicũque capit ex iudicio ipſius grauati, intelligitur capere à primo teſtatore *l. vnum ex familia. §. 1. de leg.* 2.

Quæſt. 12. Quæro rogatus fuit hæres, rem modici valoris ſpurio teſtatoris reſtituere, an tota hæreditas ſit ab illo auferenda & eſſe auferendã ſoluit *Bald. in l. etiam in*
33 *pen. quæſt. Cod. ad l. falcid.* per illum tex. in quo † ſuper fideicommiſſo tacitam fidem accommodans vniuerſa priuatur hæreditate. Accedit vltra Bald. quod lex eſt fraudata per accommodatam fidem perinde ac ſi de vniuerſo patrimonio fidem interpoſuiſſet, & ideo, cum militet eadem ratio in parte, quæ viget in toto, cur non idem iuris eſſe cenſendum eſt. *l. quæ de tota. ff. de rei vend.*

Huc ſpectat illud *D. Iacobi* qui in vno deliquerit factus eſt omnium reus. Suffragatur enim quod lex ciuitatis de minimis etiam curat per ea, quæ tradit copioſe Tiraquellus *in ſuo tractat. de iud. in reb. exiguis ferend.* Verum hanc ſententiam nimiæ ſeueritatis nomine damnat. *Paleot. de Not. & Spur. can. 43. num.* 45. poſſet tamen aliquòmodo ſuſtineri arg. *l. proſpexit. ff. qui, & à quibus* niſi eſſet contra tex. apertum in *l. hæres tacitam. ff. de his quib. vt indign.* vbi *Papinian.* Hæres ait, qui tacitam fidem contra leges accommodauit in ea parte, in qua fraudem adhibuit falcidia non vtitur, ſed ſi maior modus inſtitutionis, quam fraudis fuerit, quod ad ſalcidiam attinet de ſuperfluo quarta retinebitur, & Papiniano conſenſit *Paul in l. ex facto. § fi. ff. de vulg. & pupill.* nam agẽs de eo, qui tacitã fidem accõmodauit, inquit ſatis punitus eſt in eo in quo fecit cõtra legem, eandem opinionem aduerſus Baldum, tuetur idem *Paleot. citato loco* rationib⁹ & exemplis, ratiocinatur enim, quia pœna delicto par eſſe debet *l. reſcriptum. ff. de his quibus, vt indig.* exemplis; quoniam is, cui hereditatem alienare prohibitum eſt, partem mancipando, ab aliis bonis non excluditur, *Iaſon in l. et prætor la. 2. n. 5 ff. de iure iur. Alciatus in l. Stichum 15. limit. ff. de leg. 1: & emphit.* qui partem † rei ſibi locatæ vendit
34 ſolum, eius ratione pœnas ſuſtinere, non toto iure cadere debet *Iaſ. in l. fin. num. 125. ff. de iure emphit.*

Nec quicquam obſunt allegata in contrarium, ad primum facile eſt aperta ſolutio ſc. hæredem pro fideicommiſſo vniuerſali fidem ſuam tacite adſtrinxiſſe; vt poteſt eſſe perſpicuum, dum ait, ſuſtineri legata, & fideicommiſſa particularia, quippe non debet delictum hæredis nocere legatariis, ad ſecundum reſponſio eſt *d. l. ex facto. §. fin.* vbi in eo debet puniri, in quo contra legem fecit, & propterea non militat eadem ratio in parte, & in toto. Dictum *D. Iacobi*, quod in foro animæ procedit, non bene accommodatur foro exteriori, tametſi verum quoque ſit, eum qui in vno deliquit, pro eo tantum puniri. Vltimum de minimis diluitur, ſiquidem dum lex ciuilis punit in eo, in quo tacitam fidem accommodauit, minime rationem habet; nec illud contemnit.

Quæſt. 13. Quæro filius ſpurius teſtatoris inierat ſocietatem omnium bonorum
35 cum Titio, pater ſpurii faciens teſtamentum ſocium filii inſtituit † hæredem an iure ſocietatis filius debeat paternæ hæreditatis fieri particeps, an tamquam in fraudem facta inſtitutio, fiſco acquiratur, *Ancar. famil. quæſtio. in quæſtio. 31. numer. 12. Dilectus de arte teſtam. in tit. de his qui habent teſtament. factionem, caut. 14. numer.* 8. valere inſtitutionem putant *Tiraq. de retract. §. 16. gl. 1. nu.* 30, qui & alios allegat *Ruy. conſ. 44. num. 16. in 1. & 139. n. 9. vol.* 5.

Contrarium tamen ſuadetur, quia quod pater non poteſt per ſe illi relinquere,
ne ei per mediam licet perſonam, *l. 1. §. fine itaque. C. de natur. lib.* & ob eam rem non po-
teſt eos filios ſibi adoptare. *l. legem. Cod. de natur. lib. Bartol. de adept. in fin.* Conferunt quæ
tradit *Boerius conſ. 211. numer. 3.* dicit enim, quod vbi conſtat patrem velle ſpuriis ali-
quid relinquere, nulla via, aut cauſa id poteſt peruenire ad illos, confert regula cum
quid vna via *de regul. iur. in 6.* Opinio autem communis nititur generali regula, de qua
in *l. 31. §. cum generaliter. ff. pro Socio. l. commune. ff. quibus mod. ſeru. amitt. l. ſocietatem ff. pro*
Socio l. 1. & l. ſi vnus ex pluribus, non enim acquiritur vt ſpurio, ſed vt Socio; & licet per
indirectum tamen non nunquam conceditur per indirectum, quod iure directo non
permitteretur, nam tutori non poteſt remitti directo redditio rationum, & tamen per
indirectum ſic, legando id in quo fuerit condemnatus; iuramentum quoque calu-
mniæ non poteſt directo remitti, & modo tacẽdo per indirectum remittitur, habetur
enim vt ſocius, nõ vt filius, adeo quod ſi ſocium, & filium inſtituiſſet hæredem, pri-
ma parte filii, non valeret inſtitutio Ancar. ſupra allegato loco. Hanc opinionem ma-
gis communem intelligendum puto procedere in dubio, vt ſcilicet non præſumatur
fraus ex hoc ſolo. Sed ſi aliis coniecturis poſſet oſtendi fraudem legi factam eſſe, ali-
ud dicendum foret. quid enim ſi paulo ante teſtamentum conditum irrita eſſet iſta
ſocietas? quid ſi ſocius ipſe permiſiſſet ſpurio capere omnem hæreditatem, nec par-
tem ſuam ſibi vendicaſſet, ita ſentit *Ruy d. conſ. 44 nu. 16.* ita etiam *Dilect. d. caut. 14. num.*
6. vbi Iaſ. allegat. in *conſ. 112. col. 2. par. 2.* & infert ad cautelam, quod ſi ſtatuto caueatur,
vt forenſis non poſſit inſtitui hæres, ſi ille cum ciue contraxit ſocietatem, & ille ciuis
inſtituatur. hæres poterit capere propter ſocium ex allegatis per *Barbat. in Rub. de reb.*
eccleſia non al. en.

Quæſt. 14 Quæro teſtator filium pupillum, & legitimum hæredem inſtituit, ei-
36 demque alium filium ſpurium ſubſtituit pupillariter, an valeat ſubſtitutio, videtur †
affirmandũ valere, primo quia duo ſunt teſtamenta patris. & filii, & duæ hæreditates.
§. igitur in pupillari iuncta gl. in verb. duo, quæ multa iura deducit, *inſtitut. de pup. ll. ſubſtitut.*
Secundo quia pupillo, non patri ſpurius ille ſuccedit, proinde fraus non committitur
aduerſus legem; & hanc ſententiam videtur ſequutus *Paleot. de noth. & ſpur. cap. 43. nu.*
5. Tertio ſuffragatur dictum *Bart. in l. ſi is, qui hæres ff. de vulg. & pup. ll.* quod ſi teſtator
inſtituit illum qui ſit capax, & is inſtituit eum, qui a defuncto capere non poterat, vti-
que ſuccedet etiam in bonis defuncti.

Contrarias partes aſtruit text in *l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupill.* dum ibi di-
citur in bonis. quæ patris fuerunt non poſſe ſuccedere. ſed in his, quæ aliunde ſunt
37 quæſita pupillo, Probat *Alber. de Roſat.* inferens ad † ſtatutum, quo cauetur, maritum
non poſſe relinquere vxori vltra dotem, & eam filio ſubſtituat pupillariter quod me-
diante tali ſubſtitutione non poterit conſequi bona in quibus filius ſuccedit patri, ſed
ſolum bona filii aliunde quæſita per illum text. ratio eſt, quia videtur factum in frau-
dem ſtatuti; Quid dicendum? placet in hoc articulo diſtinctio, quæ colligitur ex di-
cta *l. ſi is qui ex bonis*, aut loquimur de bonis propriis pupilli aliunde quæſitis; & valeat
ſubſtitutio pupillaris quia habet quaſi à pupillo, aut in bonis, quæ pupillus habuit ex
patre, & ſubſtitutio non valeat, ne fiat fraus legi. & ratio eſt rationis, nam talis ſubſti-
tutus pupillaris, nedum ſuccedit pupillo, ſed etiam teſtatori. *l. pater familias primis ta-*
bulis ff. de vulg. & pupill. quid igitur mirum ſi ſuccedit etiam teſtatori, & ex iudicio ipſi-
us. quod excludatur, ita egregie declarat, *Ruy. conſil. 44. num. 14. & num. 13.* Non ob-
ſtant allegata in contrarium, & ad primum patet reſponſio ex iam dictis: nam in bo-
nis aliunde quæſitis ſuccedit pupillo in bonis patris ſuccedit etiam patri, & ex iudicio
ipſius. Non obſtat doct. *Bart. in d. l. ſi is qui heres*, nam ſatisfacit *Ruy d. conſ. 44. n. 14.* ſcil.
quod procedit in hærede extraneo, qui licet dicatur ſuccedere teſtatori, non tamen
venit ex iudicio ipſius & ibi latius comprobat.

Quæſt. 15. Quæro conſtat fidem fuiſſe tacite accommodatam in fraudem legis,
an ſemper hoc fideicommiſſum tanquam fraudulentum deuoluatur in fiſcum, nam
38 regula tritet †, hoc fieri non eſt dubium *Bart. in l. Lucius. ff. de leg. 1. & conſ. 119. Dominus*
domus; & ſane *Paleot. de ſpurius. cap. 43 num. 3.* ait. & non ſemper eſſe potiorem fiſcum, nã
39 ſi teſtator, †, roget hæredem de reſtituendo filio ſpurio, & ille hæres non eſſet capax,
certe fiſco non vendicaretur hæreditas, *Cepol. caut. 36. n. 6.* Præterea ſi teſtator tantum
inuolucris vſus fuerit, aliumque, circumſcripto nomine ſpurii loco appellauerit, ſpu-
rio tamen bona illa reſtituenda omnes intelligerent, non enim ſat hoc eſt ad tacitum
ſid el

hærede ſcripto auferenda, ſed oportet quod hæres teſtatori tacite fidem ſuam aſtrinxerit, & vero ſeſe obligauerit de reſtituendo, *Dec.conſ.31.in fin. Bart.in l. non intelligitur ff. de iure fiſci, Bald.in l.in tacitu ff.de leg.1.*

*Quæſt.*16. Quæro quando in teſtamento, vel codicillis palam relictum ſit fidei-
40 commiſſum, quoniam hoc caſu certum eſt pertinere vel ad ſcripros teſtamento † hæredes, vel ad proximiores agnatos. *l.non intelligitur ff. de iur. fiſci Bar. in l.fin. ff. de his quib. vt indig.* quando cum ſpurii hæreditate indigni non proprio ſed alieno delicto iudicantur *l.lege. C. de nat. lib.* relicta illis portio habetur pro non ſcripta, ideo tranſit ad legitimos hæredes, vel ad ſcriptos in *tit.l.pater.l.nec apud. C.de hæred.inſtit.* Notatur *in l. auferetur ff. de iure fiſci in prin.* Sed an hoc ſit perpetuo verũ, reſpõſio eſt negatiua, quippe illis interdum præfertur fiſcus, veluti ſi cum ſpurio colludant agnati, aliique legitime hæredes, vſque ad 10. gradum, atque interim bimeſtre labatur ſpacium, atq; illi à ſpurio bona vindicent *Bald.in l.certum. C.vnde legit.num.12.& l.1.C.de natur.liber Crau. conſ.268.num.15.* Rurſus ſi ex inceſtu natus ſit filius, nec adſint perſonæ ab imperatore præfinitæ ad ſucceſſionem iuxta *l.ſiquis inceſti.Cod. de inceſt.nupt.* Tertio ſi ſpecialis aliquis caſus coniunctos reiiciat, & fiſcum admittat not. *Bart.in l.hæreditas in prima col C.de his quibus vt ind.*

Q. 17. Quæro hac occaſione quando dicatur palam relictum, ita vt ad fiſcum
41 non pertineat, ſed magis ad ſcriptum hæredem, quo in caſu non dicitur † fraudem legi feciſſe *l.non intelligitur in princ.& § ſiquis palam,* & ſic hæreditas ei tamquam ab indigno non aufertur, ſed remanet apud eundem, *Roman,conſ.478.num.2.& 3.* merito igitur quæritur, quando dicatur palam relictum & ſane inuenio textũ in *l.ita fide.ff. de iur. fiſci* à contrario ſenſu, nam verba ſunt, non eſt enim palam relinquere quod ex teſtamento ſciri non poteſt, cum recitatum eſt, igitur à contrario, quando ex teſtamento poſtquam recitatum eſt ſi ſciri poteſt quod diſpoſuerit teſtator palam relictum intelligitur. Similis eſt textus à contrario in *l. non intelligitur. ff. de iur. fiſci,* ſcilicet palam eſt, & relictum creditur, quando ſciri poteſt, quod ab hæredibus petitum ſit, Ad idem eſt *conſ.32. Rimin. Sen.vol.2.nu* 17. vbi palam eſſe relictum dicitur quod per publicum inſtrumentum apparet, nec non quando eſt expreſſa perſona, cui ſit reſtituendum, quãuis aliqua qualitas perſonæ ſit occultata, velut ſi appellauit teſtator, Titium, cui mandauit reſtitui, ſed non appellauit, filium ſuum, ſed filium Sempronii quoniam facile poteſt ex poſt facto apparere, an ſit filius Sempronii, nec ne, & ita accidiſſe in facto Senis mihi relatum eſt, dum eſſem Maceratæ: Nam quidam *Hieronymus Parſinus* habens filiam legitimã & naturalẽ, nec non filiũ naturalẽ tantũ inſtituit ſpuriũ ex ꝓprio nomine ꝑſonæ; ſed & appellauit ſuum nutritium, vel vt dicitur, alleuarũ, probauit filia illum fuiſſe ſpuriũ, atq; ita fecit priuari illũ bonis in teſtamẽto relictis & ſibi adiudicari, ſed hic ſit locus dubitationi, hæres inſtitutus fuit rogatus partim tacite, partim expreſſe, quod nam magis eſt inſpiciẽdum, illud quod clam factum eſt, an quod palam, & Iuriſcon, *in d.l.non intelligitur.§.ſiquis palam.ff.de iur.fiſci Ancar.fam.quæſt.in quæſt. 21.nu. 4. reſp.* attendi quod prodeſt, non quod nocet atq; ibi palam factum conſideratur, ad euitandam pœnam, eademq; ratione, paulo poſt inquit text. quod ſi clam rogatus ſit hæres reſtituere incapaci, & tempore reſtitutionis factus eſſet capax, nõ incideret hæres in pœnam, exitus n. eſt ſpectandus, ſicut è contra ſi tempore quo rogatus eſt hæres eſſet capax, tempore inſtitutionis incapax: exitus attenditur.

*Q.*18. Quæro quæ ſit pœna deferentis, & accuſantis tacite in fraudem legis fi-
42 iſſe accommodatam fidem, & non probantis & † ſuccumbentis & ſane variis modis punitur, vt per gloſſ, *in rub. C.de delat.li.10.& in l.ex varia eod.tit.* notatur infamia *l.nullamacula: Cod.eod.tit.de delator.& l.deferre ff.de iur.fiſci in §.ſed & communem & l.2.eod.tit.* Præterea tenetur tamen ſoluere fiſco, quantum detulit. *ff.de iur.fiſci.l.ſenatus.§.Senatus & §.diuus,* item poteſt per partem prouocatam peti, vt criminaliter puniatur *l.omnes.C. de delat.lib.*10. Quæro etiam, quæ ſit pœna eius, qui conuictus fuit tacite fidem accommodaſſe, & ſane prima illa eſt, quod priuetur hæreditate, vel legato, de cuius reſtitutione tacite fidem ſuam interpoſuerit, vt ſupra probatũ eſt, nonnullis iurib. maxime. *l. non intelligitur. l.edicto, & l. ſenatus.de iure fiſci l.1. C.de his qui ſe deferunt.*

Secunda pœna eſt, quia tenetur etiam ad reſtitutionem fructuum, quos percepit ante litem motam, quia malæ fidei poſſeſſor eſt. Confuſæ quoque actiones, vt dotales, ſi vxor fuerit rogata, vel alia credita cum defuncto, non reſtituuntur. *leg prima C. de his quib: vt indign. iuncta gl.dict.l.cum qui.§.de bonis.ff.de his quib. vt indig. l. indigno. ff.*

cod. tit. l. hæredē eod. tit. l. eius qui delatorē. ff. de iure fiſci, ſed circa dotales actiones, an per aditionem hæreditatis confundantur, vide *Rolan. conſil. 5. n. 14. vol. 2.* & hoc propter actionem hypothecariam, quæ non videtur confundi per aditionem *Gozad. conſ. 4. n. 47. eum qui. ff. de his quib. vt indig.*

Tertia eſt pœna quod priuatur omni ſuo patrimonio, quia deportatur in inſulam *l. vni. C. de his, qui ſe deferunt.*

43 Q. 19. Quarto quando ſit facienda accuſatio de tacito fideicommiſſo ſiue † quo tempore, videtur reſpondendum per tex *in l. 1. C. de his, qui ſe deferunt lib.* 10. ſtatim, ibi ſtatim officio grauitatis, & ibi & continuo, quod actum eſt, renunciet, id eſt vt declarat *Bart. in d. l. 1. ſtatim* ſcilicet poſt apertas tabulas teſtamenti, conſonat *tex. in l. edicto. §. cum ante. ff. de iure fiſci.*

Diſtinguendum autem eſt, aut loquimur de hærede, qui rogatus eſt, quando debeat referre, & tunc videtur eſſe locus *d. l. 1* quoniam vere loquitur in hærede, qui fidem ſuam tacite interpoſuit, quia ipſe ſtatim ſcit, aut in eo, cui erat reſtituenda hæreditas, qui cum non protinus ſciat, & ſciens non poſſit ſtatim probare, nec ſtatim debeat accuſare, aut in aliquo tertio delatore; placet tamen mihi ante apertas tabulas; neminem poſſe accuſare *dict. l. edicto. §. cum ante*, ratio eſt ibi expreſſa, quoad hæredem; quia de iure ſuo confiteri potius videtur, quam alium deferre, prematura enim nimis eſt accuſatio, vt ibi exprimitur. Poſtquam vero apertę ſunt tabulæ inter has tres perſonas melior eſt conditio præoccupantis in accuſatione, vt dixit *Bar. in l. ſenatus. § ſenatus ff. de iure fiſci*, gloſſ. *in l. edicto. §. cum ante verb. profeſſionem.*

44 Q. 20. Quarto an poſſit probari per teſtes ſingulares, quod tacite fuerit fides accommodata, & ſane obſtat regula ordinaria quod teſtib. ſingularib. fides nō † præſtetur, adeo vt mille ſingulares tantum probant, quantum vnus *Crot. de teſtib.* & alii paſſim, maxime cum ſimus in cauſa graui; cuiuſmodi hæc eſt accommodatæ fidei propter pœnam, quæ ſequitur facientem fraudem legi *leg. prima. Codice de his, qui ſe deferunt libro* 10.

Contraria tamen ſententia videtur de iure verior. Nam licet probare accommodatam eſſe fidem Titio teſtatori ab hærede Mæuio de reſtituēda hæreditate Claudio incapaci, videatur, quod in ſpecie tamen verum eſt; quod in genere, ex quo talis probatio non eſt coarctata nec loco, nec tempore, ſed tantum agitur fidem eſſe accōmodatam, & non dicitur hoc loco, vel tempore; proinde probatio in genere appella-
45 tur a Doctoribus, exemplo probationis mulieris adulteræ; Nam quod Mæuia † fecerit adulterium creditur nec eſt in ſpecie probandum propter perſonam; quia probatio non eſt reſtricta, nec ad certum locum, nec ad certum tempus, & teſtes deponentes de diuerſis actibus venereis, iunguntur, vt plenè probēt, quia tendunt ad eundem finem & eandem originem peccati, & ſic ſunt in ſingularitate per *Zaſ. conſ. 12. num. 11. volum. 2.* eſt ergo probatio in genere, & ideo ſicut probatio de rupta fide in matrimonio, eſt quid in genere, ita & accommodatio fidei, vel inter coniuges, vel inter teſtatores, & hæredem, erit quædam probatio in genere, & abſolutiſſima eſt iuris concluſio, quod ad probandum quid in genere recipiantur teſtes ſingulares, & ſimul iungantur *Specul. in tit. de inquiſ. §. 1. verſ. quid ſi vnus Bald. in l. actor comprobat, Alexand. conſ. 72. inſpecto diligenter lib. 1. & conſ. 92. lib. 5. & conſ. 91. volum. 1. & conſ. 34. eod. volu. & conſ. 247. eccleſiaſticis conſ. 37. volum. 2.* vbi de communi teſtatur, prout hanc communem affirmat *Curt. Iun. conſ. 64. Grau. conſ. 37. volum. 1. Port. in ſuis commun. reg. 34. lib* 1. vbi plura de teſtibus ſingularib. ponit; & confert Alberi. *de comm. conſ. 25. in pr.* atq; iſtud eo maxime procedit, ſi agitur de probanda accommodata fide per confeſſionem ipſius hæredis, nam probatio confeſſionis dicitur eſſe quid in genere *Caſtr. conſil. 304.* Iudex eſt miniſter, vbi dicit, quod ſi teſtes deponunt de diuerſis confeſſionibus debiti dicitur probatum debitum, licet teſtes circa confeſſionem eſſent ſingulares. idē videtur velle *conſ. 280. ver. proceſſu & conſ. 330. Curt. Iun. conſ. 64.* præſupponitur in facto, late comprobat *Soc. Iun. conſ. 90. abunde num. 13. & 14. volum. 2.* Non habet vim allegata reg. in cōtrarium, cum ſua ampliatione, nam ex antedictis aperta eſt ſolutio, quando ſumus in caſu limitationis prædictæ regulæ, cum de generica probatione tractatur, in qua teſtes ſingulares admittuntur, genus enim perficitur apud leguleios ex pluribus particularibus; & ideo licet teſtis deponat de diuerſis actibus, tamen quia huiuſmodi actus tēdunt ad eundum finem, probare videntur rem geſtam in genere, ne impellan-

tur tam-

vir tamquam ſingulares, ſed plenè probat, declarat, & cumulat *Viuius in lib. 1. com. opin. in verb. teſtes ſingulares ſufficiunt.*

Q. 21. Quæro ſunt multi, qui fraudem fiſco fecerunt an omnes teneantur an pro
virili, & videtur inſolidum teneri exemplo furti, in quo fures omnes inſolidum obli-
gantur. *l. 1. C. de cond. ex furt. 2. facit. l. Arrianus. ff. de iure fiſci*, vbi is, cui per tacitam fidem
46 erat reſtituendum † fecit cum hærede tranſactionem, tantum debet ſoluere is, qui fe-
cit, quantum fiſco datum fuiſſet, impleta accuſatio eſſet. Ill. confert. *l. 46. in pr.* in qua
is, qui ſciens aliquid in fraudem fiſci ſuſcepit, non ſolum rem, de qua fraudis miniſte-
rium ſuſcepit, ſed & aliud tantundem reſtituere cogitur, in contrarium eſt textus in *l.*
46. in fin. ff. de iure fiſci, vbi ſi multi fiſco fraudem fecerint, non vt in actione furti, ſinguli
inſolidum, ſed omnes ſimul quadrupli pœnã pro virili portione debent, & pro non i-
doneis qui idonei ſunt conueniuntur, vide *gl. ibi not.* Fiſcum in ea cauſa deterioris eſ-
ſe conditionis, quàm priuatus, cui actio competeret inſolidum.

Puto pro ſolutione diſtinguendum; Nam aut loquimur, de fraude facta fiſco, vt
quando aliquid ei aufertur, & tũc procedit *d. l. 46. in fi. vt ibi gl.* declarat *in verb. fecerint*,
& patet ibi in fraudem fiſci fecerint & *l. 46. in pr.* aut loquimur de fraude facta legi, in
accommodatione fidei; & tunc ſi is, qui ſe detulerit poſt profeſſionem factam, tranſe-
gerit cũ aduerſario, & procedit deciſio *legis. l. Arrianus. ff. de iur. fiſci.* Aut multi hæredes,
qui tacite erant rogati (quãuis raro id putem accidere poſſe) fuerunt de fraude conui-
cti, & omnes ſupradictis pœnis teneri non dubito, quoniã omnes fraudem legi fece-
runt, & quoniam lex non diſtinguit in vno, ſed plurib. & quoniã viget eadem ratio, ab
illis ergo aufertur hæreditas, tamquã ab indignis, & proprio ſuo patrimonio priuabũ-
tur, vt in *l. 1 C. de his, qui ſe deferunt li. 10. facit lex in fraudem. ff. de iure fiſci ibi æque enim.*

Q. 22. Quæro teſtator fecit primum teſtamentum, in quo tacitum fideicõmiſſum
reliquerat ab hærede poſtea nouum teſtamentum condit, an cenſeatur cũ teſtamẽto
47 † reuocatum tacitum fideicommiſſum, ita vt hæres accuſatus de interpoſita fide non
poſſit luere pœnã, & videtur affirmatiuè reſpondendũ. *§. poſteriore inſtit. quib. mod. teſt.*
infirmen. l. 2. ff. de iniuſ. rup. teſt. l. ſi iure facto teſtam. ff. de leg. 3. Præterea fideicommiſſum eſt
acceſſorium ad teſtamentum *Doct. in rub. ff. de leg. 1.* & ſublato teſtamento, & ſic princi-
pali fideicommiſſum, vt acceſſorium, debet corruere. *l. cum principalis. ff. de reg. iur. & ibi*
Cag. l. nihil dolo. § 1. ff. eod c. acceſſoriũ de reg. iur. in 6. Accedit etiã, q̃ ideo videtur mutaſſe
teſtamentum, quia mutauerit voluntatem circa fideicõmiſſum, nec amplius erat eius
intentio fraudandi legem. In contrariũ tamen eſt *tex. apertus in l. Statius Florus. ff. de iure*
fiſci, vbi *Bart.* ita ſummat, Reuocato teſtamẽto non videtur reuocatũ fideicommiſſum
tacitè inductum ad idem eſt tex. *in l. 7. ff. de probat.* vbi tacitum fideicommiſſum etiã in
ſecundo teſtamento videtur repetitum. Pro ſolutione arbitror ita diſtinguẽdum. Aut
in. II teſtam. inſtitutus eſt ille idem hæres q erat fact⁹ hæres in pr. pro eadẽ, vel maiore
portione, & tunc non cẽſetur reuocatũ fideicõmiſſum, ſed tacite repetitũ quouſq; nõ
probetur contrariũ, nam hæredi incumbit onus probandi mutationẽ voluntatis. *d. l. 3.*
ff. de prob. vbi ponitur ratio, ibi eũ ſecreti ſuſcepti ratio, *& d. l. ſtatius.* Confirmo ego, quia
cũ accõmodatio fidei ſit extra teſtamentũ. *l. in fidei. ff. de iure fiſci*, merito mutato teſta-
mento, non cenſetur mutata. Aut in ſecundo teſtamento eſt inſtituta diuerſa perſona
à primo teſtamento & tunc crederẽ in dubio cenſeri mutatã voluntatẽ circa tacitũ fi-
deicõmiſſum ſumendo argumentũ à cõtrario ex. *d. l. 3. ff. de prob.* nã vim facit ibi I, C. in
eo, q̃ idẽ heres eſt inſtitutus in I. & in II. & in eadem, vel maiore portione. Ratio diuer-
ſitatis videtur, quia mutatio perſonæ hæredis arguit mutationẽ voluntatis, cũ teſtator
nõ æqualiter pſumatur habere fiduciã illi⁹ hæredis, ſecretũ. n. nõ omnib. æquè cõmu-
nicatur, ratio eſt etiã diuerſitatis in portione, q̃ ſi in primo teſtamẽto magnã portio-
nẽ reliqſſet hæreditatis, & magnũ fideicõmiſſum tacitũ, cũ in ſecundo teſtamento ex
modica portione reliquiſſet hæredem.

Q. 23. Quæro q̃ actio cõpetat fiſco ob tacite fidẽ accõmodatã in fraudẽ legis, vide-
tur q̃ pſonalẽ habeat actionẽ quãdo hæres delictũ cõmiſit, ſitq; malitia videtur frau-
dare legẽ. Contrariũ tamẽ reſpõdiſſet *Vlp. in l. Imp. ff. de iur. fiſci.* Imperator noſter reſcri-
pſit fiſcũ in rẽ habere actionẽ ex tacito fideicõmiſſo, & gl. ibi notat, q̃ q̃ tacitũ fideicõ-
miſſum pſtandũ ſuſcepit, ppter ſuũ delictũ ab eius dominio cadit ipſo iure, per illũ tex.
& arg. *l. omiſſ. ff. de publ. & ſup. & l. 1. § an bona. ff. de iure fiſci*, ex quo infert q̃, cũ actio in rẽ
48 ſit † multiplex, illa, q̃ hoc caſu cõpetit fiſco, eſt q̃ datur domino, & ratione dominii auo-
cat à poſſeſſore rẽ paret ex gl. ibi, cadit ipſo iure a dominio, q̃ ſc. fiſco acquiritur, & re-
ſpondet aliquibus contrariis.

Quæſt. 24. Quæro hæres accommodauerat tacitam fidem de reſtituendo inca-
paci, poſtea alio aliquo delicto commiſſo eius bona fuerunt publicata, utrum is, cui
tacitum fideicommiſſum erat relictum ſi ſe detulit, præmium conſequi debeat, vide-
49 batur † negandum, quia hæres non potuit amplius retinere, ex quo fiſco bona ſunt ac-
quiſita, tamen contrarium reſpōdet *Iuriſ. in l. Abrianus. ff. de iure fiſci*, probat gl. *ibi in ver.
relictum*, ratio, meo iudicio, videtur, quia delictum tacite accommodatum fidei, erat
prius commiſſum ab hærede, quam illud ex quo bona fuerūt ei poſtea publicata, me-
rito, quæſitum erit ius ante fiſcum incapaci, cui erat fideicom. reſtituendum, & certe
poſterius delictum ei non debet obeſſe.

Quæſt. 25. Quæro is, qui ſe detulit probauit veritatem delationis, nam ei incum-
bit onus probandi *l. 25. ff. de iure fiſci*, quodnam præmium feret? Videtur quod tertiam
50 † partem *l. 1. in pr. C. de his qui ſe deferunt*, imò quod dimidiam partem *l. edicto l. ſenatus. §.
ſenatus. ff. de iure fiſci* imo videtur quod dimidia pars dodrantis, non totius hæreditatis,
vel legati *l. penult. ff. de iure fiſci, & Lucas de Penna l. 1. col. 3. verb. 2. caſu. Cod. de his, qui ſe de-
ferunt*. Pro ſolutione reſponde. Aut loquimur in hærede, qui tacite fidem accommo-
dauerat & præmium eſt tertiæ partis *d. l. 1. C. de his, qui ſe defer.* aut de eo agimus, cui fi-
deicommiſſum erat præſtandum, nec non de extraneo, qui fraudis factæ ſcientiam
habens detulit fiſco, hæredem tamquam in fraudem legis, ac fidem accommodan-
tem, & tunc non leuis eſt difficultas, Nam *d. l. 1. C. de his. qui ſe deferunt. l. edicto iuncta gl. in
verb. partem & in verb. ex eo d. l. ſen. § ſen. ff. de iure fiſci*, expreſſum eſt dimidiā illius, quod
in fiſcum redactum eſt loco præmii dari, & in eligenda parte electionem, *gl. in d. verbo
partem, & d. l. 1. C. de his qui ſe def.* vbi prior eligat, & hoc ſi hæres rogatus erat capax, ſed
ſi capax fert dimidiam, *d. l. ſenatus. §. ſenatus ibi gl. & Bar.* E contra in *l. pen. ff. de iure fiſci*,
vbi is, qui ſe detulit, non totius hæreditatis, ſed dodrātis partem capit dimidiam vnde
dodrantis ſemiſſem ſolū capit q ſe detulit, & augetur ius ex illo tex. quoniā ibi diſerte,
& de induſtria diſputatio ponitur, an delatori debeatur dimidia totius, an dimidia do-
drantis, & cōcluditur pro dimidia dodrantis. Quicquid tamen ſit prior opinio videtur
magis vera, tū ex *l. 1. C. de his, qui ſe def.* ibi vt ex omni patrimonio mediū conſequatur, &
d. l. ſenat. ibi & totum in ærarium colligitur, & ex eo pars dimidia ſecundum beneficiū
Diui Adr. reſtituatur, & ita ſecundū hanc opin. fuit iudicatum Senis in magna cauſa
dilationis factæ per Lepidū filium naturalē Annibalis de Vgurgeriis, qui vxorē fecerat
hæredē, & rogauerat tacite, vt dicto Lepido reſtitueret, Ea differēte, & negante reſtit.
Lepidus ſe detulit fiſco, & dimidiā totius obtinuit de an. 1572. *ad l. pe. reſp. gl. in d. l. 1. C. de
his, qui ſe def. reſp. Dd in d. l. pe.* & ego reſp. quod ibi hæres tacite rogatus fidem impleue-
rat, & retenta quarta, dodrantem reſtituerat ſpurius ſe detulit habet ſibi dimidiam do-
drantis nō totius, quia retinuerat quartā, quæ erat facta de patrimonio hæredis, at pa-
trimonium hæredis ſolum fiſco vendicatur. *d. l. 1. C. de his qui ſe def. in fi.* ſed quando ſpu-
rius ſe defert nondum facta ſibi reſtitutione quia tunc nihil erat factū de patrimonio
hæredis probando accuſationem totius dimidiam lucratur, & ibi loquuntur allegatæ
ll. de dimidia, Rurſus is, qui ſe detulit debet dimidiam partem habere illius, quod in fi-
ſcum infert *d. l. edicto. §. extra*, at facta reſtitutione per hæredem, & retentione quartæ,
ſpurius non niſi dodrantē infert in fiſcum, per ſuam delationem, quod poſtea punitus
hæres ſuo patrimonio, venit, nō immediate, ſed mediate, & ſic propter dilationē, non
ex delatione, vide *Dd. in l. ſenat. § ſenat. ff. de iure fiſci in l. edicto. §. extat. ff. eod. tit. in l. vnic.
C. de his, qui ſe deſuncti. lib. 10.* maxime *Lucas de penna col. 3. ver. ſecundo caſu*, vbi tenet, q di-
midiam habet dodrantis, & longā diſtinct. facit. Quæ opinio dodrantis nititur ea ra-
tione, quia ſpurius debet habere dimidiā eius, quod erat habiturus ſi ei reſtituta fuiſſet
hæred. & ſolū dodrans erat reſtituēdus. Quia poterat reſtituere quartam, mihi a. vide-
tur, quod iure d. quarta non poſſit retineri, quia quarta ex Treb. poteſt retineri licite,
quando rogatus eſt in reſt. de reſtituendo, vt patet ex vniuerſo *tit. ad Trebell.* & ideo ſi i-
pſe dicit ſum tacite rogatus, non debet poſſe retineri quia delictum fecit, & quia non
loquitur in hoc caſu Trebel. quare totum erat habiturus ſpurius filius, igitur totius di-
midiam ferre debet. Nec obſtat *tex. in d. l. pen. ff. de iure fiſci*, loqtur in reſtitutione facta
per hæredem, quia de facto quartam retinuerat, & aliæ leges *l. ſenatus. § ſenatus. l. edicto
l. 1. C. de his, qui ſe defer.* loquuntur de premio ſpurii accuſantis antequam eſſet ſibi re-
ſtituta hæreditas, per hæredem eſſet quarta retenta.

Q. 29. De eo, qui prius tacite rogatus fuerat de fideicommiſſo, & deinde palam, an
51 † incidat in pœnam ſi ſe non deferat. *l. 3. §. ſiquis, in pr. ff. de iure fiſci*, ſed dixi paulo ſupra.

Quæſt.

Quæſt. 30. Si probatum ſit in teſtamento tacite relictum fideicommiſſum, an
32 cætera in teſtamento relicta † conſeruentur, *l. 3. §. ſed & aliis ff. de iur. fiſci*, An poſt delationem detur pœnitentia docto de errore, *l. 2. in fin. ff. de iure fiſci, & ibi gloſſ.*

Quæſt. 31. De eo qui rogatus eſt reſtituere ei, qui tunc capax eſt, ſed tempore
33 † reſtitutionis eſt incapax. De patre, qui pro filio tacitam fidem accommodauit vide, *l. in fraudem cum l. ſequen. ff. de his quib. vt indign.*

Quæſt. 32. Hæres tacite rogatus an perdat beneficium *l. falcid.* vide *l. hæres qui.*
34 *ff. de his, quib. vt* † *indignis*, & an qui tacitam fidem accommodauit perdat legatum. *l. 18. ff. de his quib. vt indign. in fin.*

Quæſt. 33. De fructibus hæreditatis, quæ ex tacito fideicommiſſo eſt reſtituen-
35 da & de ære † alieno, an ſpectet ad hæredem ſoluere poſt reſtitutam hæreditatem fiſco, an pro actionibus hæreditarijs, & ſeruitutib. confuſis mereatur auxilium reſtitutionis ad eas, *l. 18. ff. de his quib. vt indign.*

Quæſt. 34. An Hæres ſi tacite rogatus ſit reſtituere portionem ſibi debitam ex l.
36 falcidia eodem † modo peccet, ac ſi de hæreditate eſſet rogatus, *l. 23. ff. de his, quib. vt indig.* ſed videtur in contrarium in ſimili, *l. 46. ff. de iur. fiſci*, dum loquitur de legitima patrono debita, qui rogatus erat tacite de quarta ſua.

De Dolo in Iuramento, Cap. XIIII.

1 *Iuramentum, iuſiurandum, ſacramentum, pro eodem ponuntur.*
2 *Sacramentum unde dicatur.*
3 *Vnde Iuramentum.*
4 *Iuramenti rudis definitio.*
5 *Iuramentum, quomodo deſiniatur.*
6 *Iuramenti duæ ſpecies principales.*
7 *Iuramenti iudicialis quot ſint ſpecies.*
8 *Quot Iuramenti extra iudicialis.*
9 *Iurare in dolo quis dicatur, & quis iurare falſum.*
10 *Periurium ſine dolo nequaquã cõmittitur.*
11 *Iuramentum dolo præſtitum, an ipſo iure ſit nullum, an vero veniat reſcindendum.*
12 *Laudum iuratum propter dolum reſcinditur, petita abſolutione Iuramenti.*
13 *Dolus, & metus, quomodo æquiparentur, & in quibus differant.*
14 *Iuramentum bonæ fidei eſt, compromiſſum vero ſtricti iuris.*
15 *Dolus præſumptus in Iuramento, an reddat illud ipſo iure nullum.*
16 *Et an ſit petenda abſolutio per reſcindentẽ.*
17 *Iuramentum non firmat contractum nullum, ratione minoris ætatis, vel aliam ſimilem ob cauſam.*
18 *Iuratam tranſactionem reſcindens, an incidat in pœnam*, l. ſi quis maior C. de tranſactionibus, lata culpa interueniente.
19 *Lata culpa non infamat.*
20 *Iuramentum non impedit, quin reſcindatur contractus iuratus ob enormiſſimã læſionem, & dubitatur quæ ſit communior ſententia.*
21 *Diſtinguitur tamẽ ſuper hoc dubio iuris articulo.*
22 *Iuramentum an impediat venire aduerſus compromiſſum iuratum, ratione doli, ex enormi, vel enormiſſima læſione.*
23 *Iurans præſumitur ſub conditione iurare, ſi non enormiſſime lædatur.*
24 *Quid ſi ſuper ea læſione fuerit ſpecialiter iuratum.*
25 *Reductio laudi ad arbitrium boni viri nulla clauſula impedire poteſt, vbi quomodo impediatur exprimitur.*
26 *Læſio enormiſſima inducit præſumptionem doli ex propoſito.*
27 *Minor iurans ſe maiorem, an perdat beneficium reſtitutionis in integrum.*

EXpectat nos modo doli in Iuramẽto explicatio, quæ vt ſplẽdidior effulgeat, aliquã velut anteſignanos milites opus eſt præmittere, & primo quid ſit iuramentum, 2. vero quotuplex ſit. 3. quid ſit in dolo iurare, & ad primũ ſcire breuiter oportet, quid
1 nominis, ideoq; iuramentũ, iuſiurandum, † Sacramentum, vbiq; in iure inuenitur appellatũ, vt in *tit. ff. & C. de iur. iur. de in lit. iur. in aut. ſacramẽta puberũ. C. ſi aduerſ. vend.* etenim æquiualent hęc nomina, quoad materiam *tit. ff. & C. de iurei.* vt dixit *Abb. in rub. ex. de iurei.* notatur & *l. iuſiur ff. eod. tit quãuis* ſacramentũ alio ſenſu accipiatur in *c. pen. de ſa-*
3 *cram. non reiter. gl. in c. veniens. extra de tranſa.* dicitur † ſacramentũ, quia ſacræ rei atteſtatione firmatur, vt videtur ſentire *Bart. in d. auth. ſacram. puberũ*, ita accipiuntur ſacramenta militũ. *l. miles agrum. §. ignom. de re mil.* & multa ad idem congerit *Did. in c. quam-*
4 *uis de pact. in 6. in pr. n. 2.* Iuramentũ dicitur † quaſi iure factũ quia ad iuramentũ iure pſtandum multa requiruntur, vt ex mẽte aliorum refert *Abb. in rub. de iur. iur. n. 1.* ſiue eſt iuramentũ, quaſi iuris aſtringimentũ, & ſacramentũ, quaſi per ſacra adſtringimentũ,

4 quid autem ſit iuramentũ volens quidam definire, vt recẽſet *Cuiac. in † paratitl, ff. de iur.*
5 *iur.* dixit iuramentum eſſe emplaſtrum æris alieni. *Cyn. aut. ſi ſacramenta puberum* † ait iu-
ramentum eſt affirmatio, vel negatio verbis expreſſa, cum vera religione *Bald. in repet.*
l. 2. ſub decima carta verbo ego de primo quæſito. ff. de iureiur. Iuramentum eſt actus inuocati-
onis, ſeu aſſumptionis diuini nominis ad confirmationem ſeu teſtimonium verita-
tis *Hoſtienſ. tit. ex. de iureiur.* quem in rub. ead. probat Abbas, ait eſt aſſertio, vel negatio
de aliquo facto, honeſto, & poſſibili ſacræ rei atteſtatione firmata.
6 Venio † ad ſecundum, & dico duas eſſe ſpecies magis principales iuramenti, ſc.
iudiciale & extraiudiciale vt eſt *gl. in rub. ff. de iur. iur. Bal. Fely. Anton. Corſet. in rub. extra*
7 *de iureiur.* Iudiciale autem † multiplex eſt, primum ſuppletorium, de quo per *Doct. in l.*
admonendi. ff. de iureiur. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur.
Secundum litis deciſorium *l. 1. & ibi Doct. C. de reb. cred. l. 2. & l. non erit. §. dato ff. de iu-*
reiur. III. Iuramentũ veritatis, quod ſuper poſitionib. præſtatur, vt per *Bart. & Doct. in*
l. 2. § quod obſeruari. C. de iuram. calum. Pract. Papien. in form. poſſ. IV. iur. veritatis, quod de-
fertur teſtib. *in tit. ff. & C. de teſt. Corn. conſ. 44. col. 1. vol. 3.*
Quintum iuramentum eſt iuramentum calumniæ, de quo in *tit. C. de iureiur. per*
calum. max. in l. 2. §. quid obſeruari vbi Bart. & Doct. C. eod. tit. Sextum eſt iuramẽtum in li-
tem, de quo in titulo, & maxime in *l. in actionib. ff. de in litem iurando in l. ſi quando. C. vnde*
vi. Septimum iuramentum eſt purgationis, de quo *in tit. extra de purgat. can* & in *Auth.*
nouo iure. C. de pœnis iudicis qui mal. iud. in l. 5. Cod. de falſis in l. 1. C. de ſicar. Octauũ iuramen-
tum eſt quod defertur à ſtatuto, vt in damnis datis, ſtetur iuramento damnum paſſi, &
8 id genus ſtatuta vigent ferme per vniuerſam Italiam. Sequitur quoq; † extraiudiciale
iuramentum quod ſic appellatur, quia extraiudicium præſtatur, & eſt triplex, nã pri-
mum dicitur promiſſoriũ, de quo p *Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor.* Secundũ appella-
tur aſſertoriũ, vt quãdo aliq̃s aſſerit, aliqd eſſe de pſenti, vel de preterito, de quo in *l. ſi alte-*
rius in fin. C. ſi minor maiorẽ ſe dixit, & in *c. omne, & in c. vt nouerttis 22. q. 1.* Tertiũ eſt iura-
mentũ confirmatoriũ, vt quãdo apponit' aliq; iuramentũ ſuper actu de ſe inualido, ad
validandũ, vt in *auth. ſacr. C. ſi aduerſ. vend. in c. cũ cõtingat ext. de iureiur.* ſimiliter in dona-
tione inter virũ, & vxorẽ, q̃ licet non valeat *l. 1. & per totũ. ff. de don. inter vir. & vxor.* ta-
men iuramento firmatur *Bar. & Alex. in l. Seius Auger. ff. ad l. falcid.* In omnib. aũt his iura
9 mẽtis tã iudicialib. q̃ extraiudicialib. põt dolus † cõmitti, ideo has oẽs ſpecies retuliſſe
placuit. Quoad tertiũ in dolo iurat, q aliter facturus eſt, q̃ pmittit, *c. 1. 22. q. 2.* cũ periuriũ
ſit, neq̃ta decipere creditorẽ, & in *c. ſeq. eadẽ quæſt.* dicit aliud eſſe falſũ iurare, aliud iu-
rare in dolo, nõ. n. omnis, q aliter facturus eſſet, q̃ pmittit in dolo iurat, licet. n. Apoſtol'
aliter facturus eſſet, q̃ pmitteret Corinthiis in prima epiſt. cũ ait, veniã ad vos, nõ in do
lo aũt iuratu mẽdaciter pmiſit, ille. n. dolo iurat, in cui' mẽte eſt, nõ ſic ſe facturũ, vt
pmiſit. ille aũt q pmiſit ſolũ, q ptat verũ, nec in dolo iurat, nec mẽdaciũ pmittit. Pre-
10 mitto etiã q dolus eſt cauſa piurii ſiquidẽ periuriũ nõ cõmittitur † ſine dolo *Iaſ. in l. ſi*
quis maior in pr. C. de tranſact. Doct. in l. qui iuraſſe ff. d. iuriur. Alciat. d. l. ſi quis maior num. 12.
Q. 1. Quæro an iuramentũ dolo præſtitũ, ſit nullũ ipſo iure, an ex poſt facto reſcin-
datur, & ſane videtur reſcindendũ. I. quia dolus, & metus æquiparantur, at iuramentũ
11 pſtitum metu, ipſo iure valet, & poſtea † reſcindit' *c. ſi & c. verum ex. de iureiur. c. ad audi-*
entiam ex. quod met. cauſ. & cõmunem eſſe opinionẽ dixit *Alc. in c. cum contingat ex. de iu-*
reiur. in 3. notab. n. 14. II. adſtipulatur, q tradit *Butr. in c. 2. extra de arbitr. n. 26.* ſc. q ſi quis
dolo incitat' ad cõpmittendum. ſecuto laudo iniquo, ſi fuit laudũ iuratũ, Iuramentũ
eſt obligatoriũ ſed aduerſus iniquitatẽ laudi petita abſolutione iuramẽti, auditur pe-
12 tens reduci illud ad arbitrium boni viri, quia iuramentũ fraude, vel dolo pſtitum † re-
tractatur officio iudicis. Ratio eſt inqt Butrius, quia tale iuramentũ dolo præſtitum,
poteſt a iurante ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ. Altera ratio eſt, quia dolus, & me-
tus æquiparantur. Tertia quia, compromiſſum eſt ſtricti iuris *c. dilectus ex. de iureiur.*
Abbas vero in *d. c. cum contingat in 3. notab* dicit iuramentũ dolo pſtitum eſſe nul-
lum ipſo iure, quia excludit conſenſum Sed hoc diſplicet *Alcia. ibi n. 13.* p ea, quæ tradit
Bar. in l. eleganter ff. de dolo. Bal. in § atẽ Sacra. de pace tenẽda, in vſib. feud. II. confert *tex. in d. c.*
cum contingat & c. quamuis de pact. in 6. in quib ipſo iure nõ videt' iuramentũ valere, ſed
reſpõdetur, q in vtroq; æquiparatur iuramentũ pſtitum dolo, & metu, & iſtud reſcin-
ditur, nõ eſt nullũ III. adduco ego *l. iuriſg. §. prætor ait,* in quo pacta dolo inita ptor negat
ſe obſeruaturũ, de iure ciuili nõ valẽt, de iure prætorio nõ ſeruãtur, de iure naturali nõ
tenẽt, qa repugnat naturæ, vt q́s ex ſuo dolo lucret', max. cũ iactura aliena, ergo nullo
iure valent.
Quam-

Google

Quam ob rem aliqui putabant diſtinguendum inter contractus ſtricti iuris, & bonæ
fidei, nam ſi contractus iuratus eſt ſtricti iuris, iuramentum in eo dolo præſtitum va-
let mero iure, ſi vero ſit bonæ fidei ipſo iure fit nullum. Attamen communis opinio
eſt in contrarium, vt inquit *Alciat. d. § cum contingat. num.* 13. & rationem vnicam alle-
gat, quia ſcilicet iuramentum ſemper eſt bonæ fidei, in eo enim debet bona fides ex-
uberare, cum principaliter fiat Deo. *c. debitores extra de iur. iur.* at actus bonæ fidei, cui
dolus cauſam dedit non valet ipſo iure, vt latiſſime ſupra probatum eſt, ex qua argu-
mentatione corruit prima diſtinctio. Præterea iuramentum contra bonos mores;
præſtitũ non eſt obligatoriũ, *c. non eſt obligat. de reg. iur. in 6.* dolo præſtitũ eſt contra bo-
nos bonos item quando eſt nutritiuum peccati. *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 61. n. 6.* do-
lus autem eſt peccatum mortale, ibidem *priuileg.* 10. *n.* 7. diluuntur etiam allegata ex
13 aduerſo. Primum de æquiparatione † doli, & metus; reſpondeo ego in propoſito
non valere, nam metus in contractu bonæ fidei non reſcindit ipſo iure; dolus reſcin-
dit, Ita metus, nec iuramentum, quod eſt bonæ fidei ipſo iure irritabit, nec obſtat æ-
quiparatio metus, & doli in *d. cap. cum contingat, & in d. c. quamuis*, quoniam non proce-
dit abſolutè, ſed quoad quid, nempè quoad effectum, & licet illud verbum obſeruari
videatur, referri ad dolum, & metum æqualiter, ita quod vna determinatio reſpiciens
plura determinabilia debeat pariformiter determinare. *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pu-
pill.* tamen vnum, & idem verbum diuerſis reſpectibus, in vna eademque lege diuer-
ſo modo ſumitur. *l. 2. ff. de offic. proconſ. & leg.* vt idem *Alciat.* conſiderat *d. loco numer.* 14.
non obſtat ſecundum argumentum Butrii, quamuis ab Alciato, non deductũ. Nam
14 fundatur in eo ꝗ compromiſſum eſt ſtricti iuris. At iuramentũ † bonæ fidei eſt; rur-
ſus in eo quod hoc iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis, ſed hoc non ſuffi-
cit, verum præterea requiritur, vt non ſit dolo præſtitum, vel vi *dd. capitulis*, nec non
in eo, quod dolus & metus æquiparantur, cui ſupra aſſignata eſt ſolutio. Quibus con-
ſequẽs erit aduerſum, *Caprã conſ. 7. n. 125* quod nõ ſit neceſſaria abſolutio a Iuramẽto,
cũ ipſo iure non valeat. Ampliatur etiã in dolo adhibito per Notariũ *Seraph. pr. 83. n. 64.*

Quæſt. 2. Hæc quæ nuper dicta ſunt procedunt in dolo vero; Quæro in dolo præ-
ſumpto, ſcil. quid iuris, quando lex præſumit Iuramentum dolo fuiſſe præſtitum, vt in
ſtatuto Senenſi ſub *rub. de contractibus, minorum famil.* & in conſtitutione Marchiæ, vtrũ
15 annullet † iuramentũ perinde ac dolus verus, & dolus præſumptus, vt diximus in pri-
ma diuiſione doli de dolo præſumpto. Vide *Virginenm Boccattum ſuper conſtit. marchiæ
gloſſ. 2. num. 16. ver. & non ſolum, & ſeq.* vbi tradit non modo annullari iuramentum, ſed
contractum, ſuper quo præſtitum eſt, cum vnus actus eſſe cenſeatur, *Roman. conſ. 415.
n. 3. Curt. ſen. conſ. 14. n. 4. Corn. conſ. 36. n. 24. lib. 2.* ſecus quando contractus ſit ſeparatus
à Iuramento, & diſputat an ſit petenda abſolutio à d. Iuramẽto, quod lex præſumit do-
loſe præſtitum, & idem *Boccact. in conſt. Marchiæ gl. 6. n. 117. & 118.* vbi late citat hinc inde
communem, *c. venerabilẽ, c. pen. de elect. vbi gl. et Dd.* & iſta opinio quia probata eſt à Ro-
ta, poteſt dici communis, quia deciſ. Rotæ æquiparantur communi opinioni *Sarna. in
proœmio reg. quæſt. 2. Verg. Bocc. d. loco glo. 6. num. 117.* & an pro dolo præſumpto ſit peten-
da abſolutio, *Seraph. de iuramento priu. 83. num. 19. verb. ſeptimo limita*, vbi diſtinguit, aut
ſumus in dolo vero adhibito per machinatorem, & non eſt neceſſaria abſolutio, quia
non habet conſenſum iuramentum ita præſtitum, ideo non eſt opus abſolutione. Aut
16 ſumus † in dolo præſumpto, vel ficto per ipſam legem, vt in ſtatutis, & conſtitutionibus
prædictis, & tunc tutius, & ſecurius eſt abſolutionem petere, quia poſſibile eſt, quod
non obſtante fictione, vel præſumptione legis, ille qui iurauit, iure præſtiterit conſen-
ſum per *Corn. conſ. 99. col. 2. vol. 4. & Crau. conſ. 142. num. 27.* nempe quod non requiratur
abſolutio, teſtatur de communi *Gabriel. conſ. 13. late, & Borgninus Caualcan. de tutore, num.
268.* ratio eſt, quia cum ſtatutum prohibeat perſonam contrahere, non incurrit pec-
catum. Verum Rota *Romana in deciſ. diuerſ. in deciſ. 21.* tenuit contrarium per *conſ. Alex.
conſ. 39. n. 18. lib. 4. Pariſ. cõſ. 49. n. 52. lib. 2. Cagn. in l. 2. n. 97. & 98. C. de reſcind. vend. Rot. de-
ciſ. 6. in antiquis in tit. de iureí.* quia licet Iuramentũ interpoſitum in contractu reprobato
à iure non valide contractum, tamen iurans tenetur illud iuramentum ſeruare, & re-
quiritur abſolutio in caſu dicti ſtatuti, vel conſt. *Dd. in c. cum contingat de iurei. & in c.
quãuis de pactis in 6.* cõcludunt, ꝗ in Iuramento doloſo requiratur abſolutio, & opinio
cõtraria poſſet procedere, quando cõſtitutio firmata à Papa diſponit Iuramentũ præ-
ſtitũ ſuper contractu doloſo non valere, nã hoc caſu non eſſet neceſſaria abſolutio, vt
per *Feren. de reb. ſi. ſacris canon. n. 385.* at vbi hoc nõ dicitur in ſtatuto, vel cõſtitutione etiã

quod Iuramentum eſſet illicitum, non debet quis propria authoritate contrauenire, ſed debet ſedem Apoſtolicam conſulere.

Q.3. Quæro contractus erat inualidus, vel ratione minoris ætatis, vt in *auth. Sacr. puberum. C. ſi aduers. vend.* vel ratione affectionis, vt inter coniuges. *l. 1. cum ſeq. ff. de don. inter vir & vxor.* fuit adhibitum in contractu iuramentum. ſed p dolum, vtrum hoc iuramentum confirmet, contractum, quemadmodũ confirmaſſet ſi dolo caruiſſet, ſen-
1 tentia † negatiua proximior ad veritatẽ videtur, quæ eſt, vt nec contractus valeat, nec iuramentum *gl. in l. 1. C. ſi aduerſ. vend. Card Alban. in rub ff. de dolo, & ad gl. ibi notat. Bal. & in § itẽ Sacr. de pace Iuram. tenenda in quarta quæſt. Saly. Caſt. Iaſ. & alii in d. auth. Sacr. puberũ Imola in c. cum contingat Abb. cons. 107. in IV. dubio conſ. 2. Ancar. conſ. 88. & conſ. 126. & conſil. 340. nouiſſ. Simoncell. de decret. li. 5. tit. 8. n. 172. verb. limitatur ſeptimo*, vbi adducit rationẽ, quia dolo deceptus non conſentit, ſed ex antedictis non videtur probanda iſta ratio; quia ſupra probatum eſt, q dolo promittens conſentit per not. à Bar. *in d. l. eleganter. ff. de dolo*, melior mihi ratio videtur, quoniã dolus, vt paulo ſup. diximꝰ, reddit nullũ ipſo iure Iuramentũ, *Sebaſt. Med. in tr. de fortuit. caſib. part. 1. q. 10.* ideo pinde eſt, ac ſi non eſſet in contractu Iuramentũ adhibitum quare ſequitur, q non poſſit confirmare contractum inualidum, quia non entis, nullæ ſunt qualitates. *l. diem. ff. de verb. obl. §. ſeruus inſti. de capit. dimin. § 1. inſt. de libert.*

Declaratur autem iſta concluſio, vt procedat, quando iurans fuit dolo inductus ad iurandum; ſed ſi etiã iurantis dolus, & ſic vtriuſq; fraus interueniſſet, tunc contractus cõualidaretur, quia dolus vnius cum altero compenſaretur *Bart. in l. ſi alterius C. ſi minor ſe maior dixerit, facit l. ſi cum ambo. ff. de compenſ. l. viro. ff. ſolut. matr.* & ita declarat *Corn. in repet. d. auth. Sacramenta puberum n. 88. circa finem.*

Q.4. Quæro venit aliquis contra tranſactionem à ſe Iuratam; de qua in *l. ſiquis maior. C. de tranſact.* an incidat in pœnam illius conſtitutionis, ſi abſq; dolo periuriũ com-
18 miſerit, & videtur reſpondendũ † affirmatiue, modo lata culpa interuenerit, Nã periurium ſæpe ex lata culpa committitur. *c. fi. de alien feud. pater. c. licet ſi de feud fuerit cõtrouer. inter dom. & agnat.* II. quia in his, qui ipſo iure infamia notantur lata culpa dolo comparatur not per *Doct. in lege l ber. §. notatur de infamib.* In contrariũ tamẽ videtur eſſe magis cõmunis opinio per ea, q̃ tradit *Alc. d. l. ſiquis maior n. 12. Ias. ibid. Doct. in l. qui iuraſſe ff. de iureiur. Bal. in d. l. ſiquis* dicens huic conſtitutioni non eſſe locum, niſi aduerſus eum, qui dolo malo in periurium inciderit, *Alex. conſ 92. vol. 2. citatus ab Alciato d. l. ſiquis maior n. 12. & in l ſi ff. qui ſatiſ. i. cog.* deinde quia ſcribentes *in d. l. qui iuraſſe* aiunt periurium
19 pœna legali, non puniri, niſi dolo † malo fuerit commiſſum. III. quia ex *d. l infamia* nota irrogatur, ſed ex culpa nemo fit infamis, quantum. n. ad irrogandam infamiam lata culpa non æquiparatur dolo. *§. ſuſpectus inſtit. de ſuſpect. tutor. gloſſ. in l. in actionibus. ff. de in litem iur.*

Qua in re, placet mihi diſtinctio *Zaſii in ſing. intellect.* aut eſt lata culpa verſutiæ, aut lata culpa ignauiæ, vt prima quia reddat culpoſum infamem, altera non reddat, & inibi declarat, quæ ſit vtraq; lata culpa vide Zaſium, & *d. §. ſuſpectus* & ibi *Syluest.* Non obſtant deducta ex aduerſo, Nam reſp. *Alc. d loco ad 1 reg.* in contrarium eſſe, q ſc. abſque dolo periuriũ non cõmittitur. Ad ſecundũ ait non pcedere in conſtitutione correctoria, & pœnali ſimul, cuiuſmodi eſt *d. l ſi quis maior*, & vidiſſe teſtatur pleroſque, qui ſolo mandato principis ſola attẽta æqtate ius dicere debent, quatenus ad obſeruationem contractus pertinet, ppter vim iuramenti. *l. ſiquis maior* exequi ſolitos, & dictos cõtractꝰ obſeruari pcepiſſe, quo vero ad pœnas attinet *d. l.* eas neglexiſſe, tamq̃ nimis duras & amplius dicit *Alc.* pœnis *d. l. in* foro conſcientiæ locũ nõ eſſe, qa ſint maiores delicto, quod placuiſſe etiã Decio proponit, & generaliter obſeruari in ſimilib. caſibus & ſi ipſo iure pœnæ infligentur.

Q.5. Quæro quãdo in cõtractu adeſt enormiſſima læſio pſumitur dolus arg. *l. omnes §. Lucius. ff. quæ in fraudẽ cred.* credit *Bar. in l. vlt. ff. de prætor ſtipul. l. ſi ſuperſtite. C. de dolo.* Vtrum ob iſtum dolum præſumptum reſcindatur contractus iuratus? Affirmatiua vide-
20 tur eſſe † communior, vt ait *Dec in l. in præſentia n. 36. de prob. & in conſ. 45. & conſ. 180. Soc. Iun. cons. 53. li. 1. & cons. 144. eod. lib.* dicentes hoc maxime procedere impetrata abſolutione ad agendũ *Abb. in d. c. cũ contingat de iureiur. n. 25. Ancar. in reg. acceſſorium col. 3. de reg. iur. Calder. con. 8. in tit. de iureiur. Cepol. cõn. ciuil. 28.* nitũ aũt illa pcipua ratione, qa non eſt veroſimile paciſcẽtẽ, etiã cũ iuramẽto tãtæ læſioni voluiſſe cõſentire. ſiquidẽ propter doli pſumptionem non videtur conſenſus pſtitus in grauiſſimã læſionẽ, q notat *Bart. in l.*

in l.ſocietatem.§.arbitr.ff.pro ſoc. & hanc opinionem ſex rationibus confirmat *Crau.conſ.*
192.col.2.& ſi iuramentum contractui ſit appoſitum.

Contrariam ſententiam veriorem pleriq; exiſtimant *Imol.in d.c.cum contingat.nu.*
12.Alex.conſ.125.lib.1.& eam eſſe communem opinionem ſcribunt *Cur. Sen,con.65.in fi.*
Alex.conſ.42.lib.1.& in praxi eſt admittenda,ſecundum *Imol. d.n.52.*ratio iſtius opi-
nionis; quia cum hoc iuramentum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, non po-
teſt aduerſus illud aliqua exceptio opponi.

21 Pro reſolutione huius dubii articuli † recurrendum puto ad *Dd. in c.quamuis de*
*pact.in c.6.in §.quarto.num.5 cum multis ſeq. in 6.*vbi pluribus concluſionibus rem diffi-
cilem explicat, & nos ſupra illius ſententiam ſequuti ſumus, in illa diuiſione doli,re i-
pſa, & ex propoſito.

Prædicta vero prima opinio indubitanter videtur procedere, vbi contractus ge-
ſtus eſt à minore, cum graui & enormi eius læſione; Per ea quæ latè tradit *Ruyn. conſ.*
66.vol.3.num.22.cum multis ſeq.& ſtante enormiſſima læſione, non videtur neceſſaria
petitio abſolutionis à Iuramento *Ioan. Bapt.in tract.de arbitr.li.7.c.16.*& ſi in ſpecie quis
ſuper dolo iurauerit ſe non petiturum reductionem *Sal. in authent.ſacramenta puberum*
verb.quaro an hoc ſacramentum.C.ſi adu.vend.Imol.in c.quintauallis ver.ſi autem renunciatio
eſt latiſſima de iur.iur.Saly.in l.ſocietatem §.arbitrium ff.pro ſocio quaſt.13.Gabriel.in ſuis com.
*concl.in tit.de arbitr.conc.3.num.47.verb.1.amplia.*Sed contrariam opinionem in contra-
ctu minoris ob læſionem enormiſſimam agi non poſſe abſolutione iuramenti, non at-
tenta,magis eſſe communem dixit *Arrius Pracllus in l.2.C.de reſc.vend.par.3.c.1.num.8.*
Quare *Rolan.conſ.49.vol.1.*dicens melius eſſe petere abſolutionem à iuramento,& *Be-*
*rous con.50 n.15.& 22.lib.1.*Hanc dicit ſe vidiſſe ſeruari *Virg. Boccat.in conſt. March.gl.*
2.num.28. & eam dicit eſſe tenendam ea ratione quia initio iudicii, an ſit vel non ſit
enormiſſima læſio pẽdet ex futura probatione, interea nullus eſſe debet Iudex in cau-
ſa propria,maxime in materia peccati debet recurrere ad ſuperiorem, ad euitandum
interitum ſalutis æternæ,& quia in iuramento appoſito ſuper contractu illicito requi-
ritur abſolutio,& procedit diſtinctio Innocent.in *cap. venerabilem col.fin. in verb.veni-*
re de electione.

Q.6.Quæro quid ſi adſit enormis, vel enormiſſima læſio in laudo,& compromiſ-
ſum erat iuratũ,an poſſit veniri cõtra,ratione doli qui ineſt, in dicta enormi, vel enor-
22 miſſima † læſione, vide *Seraph.de Seraph.in tract.de iuramento priuileg. 136.* vbi etiam ad-
dit,quod dolus reſultans ex enormi læſione dicitur vetus dolus ibi, *nu.18.* & an pro e-
normiſſima læſione petenda ſit abſolutio à iuramento. Et videntur diſtinguẽdi aliqui
caſus ex mente Dd. Primus eſt, quando ſimpliciter eſt iuratum nõ venire contra, nec
petere reductionem ad arbitrium boni viri. Secundus eſt caſus, quando eſt iuratum
non venire contra ratione enormis læſionis. Tertio quando eſt iuratũ non venire cõ-
tra rationem læſionis enormiſſimæ. Primo caſu non videtur reductio ad arbitriũ boni
23 viri impedire ea ratione, quia aliter Iurans intelligitur iurare † ſub tacita conditione,
ſi quatenus æque arbitrentur arbitri *l.ſi liber.ff.de oper.libert.* quod etiam voluit *Dyn.in*
c.ſciens.de reg.iur.in 6.Bar.in l.quaro.§.interlocut.ff.locati,Corn.conſ.279.col.pen.in fin.& ſeq.
*vol.2.*at ibi eſt læſio enormis, vbi non eſt æquitas, quæ æqualitatem importat, ſua na-
tura, ne aliter ex cõpromittẽtibus locupletetur cum alterius iactura, æquitas in pari ca-
ſu paria iura, non imparia deſiderat, & vbi paritas non eſt, ibi nec æquitas. *Bald.in l.3.C.*
*de dot.prom.*ergo cum non fuerit cogitatum à iurante de enormi læſione,ad eam iura-
mentũ non porrigitur, cum ad incogitata non porrigatur Iurans, ſi non facit quod fa-
cere debet. dicitur fraudẽ facere arg. *l.in fraudẽ.ff.quæ in fraud.cred.l.dolus.ff. mand. Rom.*
*cons.191.n.3.Crau.cons.76.n.6.& con.100.*Secundo caſu videtur quod non liceat petere
24 reductionẽ, ex quo ſpecifice eſt † promiſſum non venire contra, ob enormem læſionẽ
& ſic ceſſat ratio, de qua in ſuperiori caſu, quia de hac læſione fuit in ſpecie cogitatum,
vnde ſuccedit regula, quod volenti non infertur dolus, vel deceptio. *l.cum donationis.*
de tranſ.l.1.§ vſq; adeo.ff.de iniur. c.ſciens de reg.iur.in 6. confirmatur quia iuramentũ im-
pedit exceptionem enormis læſionis in *l. 2 C.de reſc.vend. & ibi Bart.Bald.& Doct.com.*
Canon.in c.cum dilecti & cap.cum cauſam ext. de empt. & vend. & ita videtur eſſe commu-
nis opinio vt per *Seraph.de priuil.iuram priuileg. 136. numer.12.* motum ea ratione, quod
licet per talem renunciationem dari videtur facultas Arbitro lædendi enormiter non
tamen intelligitur quis voluiſſe, quod actu ipſo lædat, qui eſt argumentari de volun-
tate potentiæ ad voluntatem actus contrarii. *l. neque natales. Codic. de probation. l.*

non hoc C. vnde cognat. & ideo non obſtat regula, quod volenti non fit dolus, quando licet renuncians velit quod arbitrator poſſit lædere, non tamen vult quod lædat, addit etiam quod volenti poteſt fieri dolus, quia ſcilicet potuerit ante eſſe reductus, & receptus ad ita renunciandum, nec obſtat quod iuramentum impediat remedium, *d. 2.* eſt enim verum, quando læſio ibi contingit, ex facto proprio ipſius iurantis, qui ſcit rem valere, & non vult vendere pro minori pretio, ideo ei non debet ſubueniri, *argum. l. damnum, & regul. iur. & imputari de reg. iur. in 6* ſecus vbi facto alterius accidit, vt hic ex facto arbitratoris, quod non conceditur, *l. debet ff. de reg. iur.* Confirmo ego ex his, quæ traduntur à *Bal. in l. cum antea. C. de arbitr. verb.* ſed quæſtiõ noſtra. & *in l. ſi vnus. §. illud ff. de pact. & conſ. 85. vol. 1. Gabriel.* cumulat *in tit. de arbitr. num 42. verb.* & pro iſta,

25 quod nullam cautionem verborum, vel formulam † effici poteſt, vt impediatur reductio ab arbitrium boni viri. Accedit quod daretur arbitris occaſio non leuis delinquendi, non ob illam poteſtatem datam non ita diligenter iura partium diſcuterent, & inſtantiam cauſæ examinarent, adeo quod ſi non ex dolo, quia in re alterius, & ſine emolumento non eſt præſumendus dolus, nulli dubium, quod ratione illius poteſtatis conceſſæ non ita rem exacte penſarent. Verum, vt arbitror, in ſola enormi læſione difficile eſſet obtinere in foro aduerſus opinionem cõmunem, niſi probaretur, quod quis fuit dolo circumuentus, vel fraude ad faciendam huiuſmodi renunciationem, & in dubio videtur dolo inductus, quis enim eſſet ſani iudicii, qui renunciet reductioni ob enormem læſionem, atq; ita tamen aperte iactare velet quod ſuum eſt, *con. l. cum de indebito. ff. de probat.* ſed ſi conſtaret de ſinceritate negocii, vt quis ſtudio litium finiendarum, vellet etiam cum diſpendio moleſtias redimere, vel litem haberet, cum perſona valde coniuncta, vt patet cum filio, maritus cum vxore, non video cur non eſſet locus communiori ſententiæ.

Tertius caſus, quando renunciatum eſt reductioni, etiam ob enormiſſimam læſionem, & tunc videtur, impediri reductio ad arbitrium boni viri. Primo quia poteſt ſeruari hoc iuramentum ſine interitu, ſalutis æternæ, iuxta *tex. in c. quamuis de pact.* vbi ſeruatur iuramentum ab ea muliere quæ renunciauit hæreditati paternæ etiam ſuis loco recepto, repellitur enim ob religionem ſacramenti.

Secundo ſuffragatur, quod nunquam conceditur reductio ad arbitrium boni viri in caſu expreſſo a partibus. *Socc. in conſi. 12. vol. 2.* dicens eſſe communem opinionem cum multis allegatis à *Gabr. in tit. de arbr. concl. 3. n. 40. ver. & pro iſta.*

Tertio facit, quia dolus eſt præſumptus, cui poteſt renunciari per notat à *Cagnolo, & Dec. in l. contractus. ff. de reg. iur.*

26 In contrarium tamen videtur magis communis opinio. Nam ſtante læſione † enormiſſima, cenſetur eſſe dolus ex propoſito, vt eſt commun. opinio per *Gabriel. d. conſil. 3. num 49. verb. ſed concedendo*, cui non poteſt renunciari tanquam dolo de futuro, & ita dicit magis commun. opin. *Seraph. d. priuileg. 36. num 15.* vbi addit. quod & ſi non adeſſet iuramentum ex propoſito, tamen negari non poteſt quando non ſit dolus re ipſa, qui æquiparatur dolo ex propoſito, quoad inualidandum actum, vt per eundem *Seraph. priu. 83* Non obſtant allegata ex aduerſo. Et ad primum reſpondeo ſit, quod procedit vbi læſio veniat ex facto iurantis, non ex facto alterius, vt hic. Secundo reſpondeo filiam non fuiſſe enormiſſime læſam, cum dotem receperit à patre, ibi dote contenta, nam, filiæ plærumque de bonis paternis, nihil habent, præter dotem.

Ad ſecundum reſpondeo non habere locum quando eſt caſus expreſſus quoad læſionem enormiſſimam, ex rationibus dictis pro communi.

Ad tertium reſpondeo dolum eſſe verum non præſumptum, *Bald. relatus per Gramm. conſil. ciuil. 128. poſt num. 3.* & dato quod eſſet dolus præſumptus, adhuc non ei non poſſet renunciari, quia procedit dicta regula in dolo præſumpto aliter, quam per enormiſſimam læſionem, veluti pro omiſſione ſolemnitatis non adhibitæ, *Seraph. dict. priuil. 136. à numero 18.*

Q. 7. Quæro minor doloſe iurauit ſe maiorem in aliquo cõtractu an perdat be-

27 neficium reſtitutionis? diſtinguendi ſunt tres caſus. Nam primus eſt quando dubitatur, an doloſe, vel per mendacium iurauerit, & tunc non per aduerſarium eſt probatus dolus vel mendaciũ iurantis, non perdit beneficiũ reſtitutionis, quæ minori læſo regulariter cõpetit, qui dicit eũ propter dolũ ab ea cecidiſſe. probat p ea, q̃ tradit, *Crau. cõſ. 127. n. 9. vbi* multa cumulat, *Ang. conſ. 16. col. pen. Abb. cõſ. 7. part. 1.* ſed quãdo de dolo apparet, quaſi ex veriſimilib. coniecturis cõſtat, q iurauit ſe maiorẽ, vt alliceret aliq. ad cõtrahẽdũ

vt il-

vt illum deciperet, & tunc ſicut in aliis delictis, non reſtituitur. *l. auxil. vulg. ff. de minor.* merito nec in iſto. Tertius eſt caſus, quando conſtat de dolo, & iſte dolus notus eſt ei, cum quo contrahit, ſcilicet ex aſpectu, quia in anno 16. vel 18. iurauit, ita quod per aſpectum corporis poſſet conſtare de falſa illa aſſertione, & tunc non denegatur meo iudicio reſtit. quoniã cum ille eſſet veroſimiliter certus de falſa aſſeueratione non debebat contrahere, & contrahendo videtur de dolo participare, vt merito fiat indignus ſuo beneficio nec poſſit in ſui fauorem allegare dolum qui de dolo participauit, cui accedit, quod in pari cauſa doli melior conditio poſſidentis. *l. 3. ſi ob turpem. §. 1. ff. de cõd. ob turp. cauſ. l. cum re. C. eod.* & ita minoris, qui eſt in poſſeſſione beneficii reſtitutionis in integrum vide *Seraph. de iuram. priu. 96. n. 22.*

De Dolo in reſcriptis Cap. XII.

1 *Reſcriptum quid ſit ſecundum Hoſtienſem.*
2 *Reſcriptum quid ſit ad mentem Authoris.*
3 *Reſcriptum quotuplex, & quid differat vna ſpecies ab alia.*
4 *Dolus in reſcripto ad gratias facilius præſumitur, quam in reſcripto ad lites.*
5 *Reſcriptũ, in quo dolus committitur, quotuplex ſit.*
6 *Obrepere quid ſit, & quod reſcriptum obreptitium, & ſubreptitium.*
7 *Reſcriptum falſum quod dicatur.*
8 *Reſcriptum contra ius obtentum, præſumitur falſum.*
9 *Reſcripto non vtens intra annum præſumitur doloſus.*
10 *Reſcripta non ſolum doloſa eſſe poſſunt ex parte impetrantis, ſed etiam interdum ex parte concedentis.*
11 *Delegatus Princeps ex mendaci ſupplicatione, an non obſtante exceptione mendaci poſſit de cauſa principali cognoſcere, diſputatur.*
12 *Reſcripta ſemper implicitam clauſulam habent, ſi preces veritate nitantur.*
13 *Reſcripti ſubreptitia impetratio nulla eſt.*
14 *Canonico iuri ſtandum eſt in caſibus de iure ciuili dubiis.*
15 *Iudex, ad quem dirigitur reſcriptum, an poſſit de falſitate reſcripti cognoſcere, & iudicare, arguitur ad partes, & concluditur. n. 16.*
17 *Limitatur concluſio tribus modis.*
18 *Reſcriptum ad lites, ex doloſa impreſſione videtur vitiari ipſo iure.*
19 *Contrarium tamen firmatur, & probatur.*
20 *Soluuntur ex aduerſo deducta.*
21 *Conſtitutio vtens verbis importantibus ipſo iure, recipit interpretationem ab aliis rebus, quæ exceptionem important.*
22 *Intellectus ad capitulum ſuper literis extra de reſcriptis.*
23 *Dolus, & lata culpa, quo ad inducendum vitium ſubreptionis æquiparantur.*
24 *Sed tamen aliqualiter differunt.*
25 *Subreptio in beneficiis cenſetur maior; quàm in litibus, & vitiat ipſo iure.*
27 *Ampliatur concluſio in connexis, & acceſſoriis.*

DOlum in reſcriptis explicaturi, videamus in primis, quid ſit reſcriptum, & quotuplex ſit.

Tertio quæ ſint reſcripta; in quibus dolus commiſſus inuenitur, & ſane ad primum; reſcriptum videtur eſſe ſolius principis, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue ſecularis, de quo eſt vniuerſus *titulus extra de reſcript.* de ſecundo eſt *titulus. C. de diuerſ. reſcript. in tit. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. l. reſcripta. C. de precib. imper. offerend. l. 2. & 4. C. eod. tit.* eſt autem
1 † reſcriptum ſecundum Hoſtienſem in tit. eodem, quod ab Apoſtolico, id eſt, vt explicat Abbas *in rub. eod. num. 1.* à Papa, ſeu à principe reſcribitur ad conſultationem, relationem, ſeu intimationem alterius, vel alicui indulgendo, quæ definitio quia capit reſcriptum large, comprehendit beneficium, priuilegium, & alia reſcripta, quæ emanant ad iuris obſeruantiam, ſecundum quam ſignificationem accipitur *in tit. ex. de reſcriptis*, vt dixit *Abbas in d. rub. nu. 2.* ſtricte autem ſumptum, eſt quod Princeps reſcribit ad iuris obſeruantiam, vt quãdo committit cauſam decidendam inter aliquos *Abb. ibi, & Bartol. in l. beneficium. num. 3 ff. de conſt. Princip. per l. falſa. Codic. de diuerſ. reſcript.*
2 Crederẽ † ego non inelegãter poſſe reſcriptũ ita definiri, Reſcriptũ eſt Principis Eccl. vel ſecularis ad lites, beneficiũ vel gratias diſpoſitio, Cur dixerim principis tẽpotalis,

vel Eccleſiaſtici, perſpicuum eſt ex antedictis, ad lites verò, beneficia, vel gratias dict
eſt, quia reſcripta quę emanant à ſuperiori ad horum vnum reſpiciunt, ex qua defini-
3 tione facile eſt colligere quotuplex ſit reſcriptum. † Aliud eſt enim ad lites, aliud ad
beneficia, vel gratias, *Butrius in cap.1.ex.de reſcript.num.2.* vbi de reſcript. ad lites, & in c.
dilectæ de except. & in cap. ſuper eo ex. de cohabit. cleric. & mulier. idem *Butrius in cap. cum nu-
ſtris num.5. de conceſſione præben.* vbi de reſcriptis ad beneficia & in *c. ex literis de tranſact.
n.7.* in quo latiſſime de his reſcriptis ad beneficia *Soc. Iun. conſ.82.n.16. vol.2. Fely. Imol.
& alii in tit. ex. de reſcript.* & inter hæc reſcripta ſunt multæ differentiæ illa vero præci-
4 pue in materia noſtra eſt, quod dolus præſumitur in † impetratione reſcripti ad bene-
ficia, vel gratias, ſecus in impetratione reſcripti ad lites. *Innocētius in c. accedens. de crimi-
ne falſi* per illum textum refert & ſequitur *Felyn. in c. ſuper litteris col.3. verſ. quinto limita
gloſſ. Dec. & Abb. ibi*; & eſt ratio ſecundum *Decium in præallegato loco.*

Quia reſcripta ad lites facile impetrantur, ſecus in litteris beneficialib. & Gratię,
Socin. Iu. d. conſ. num.16. & Felyn. limitat in duobus caſibus in quibus in reſcriptis grati-
oſis dolus non præſumitur, adeo quod licet in litteris gratiæ dolus præſumatur, poteſt
tamen probari contrarium, quia non eſt pręſumptio iuris, & de iure, ſimiliter declara-
tur, dolum præſumi; vbi eſt magna gratia, ſecus ſi parua ſit, nam in re modica non
præſumitur dolus, item præſumitur dolus in reſcripto magnæ gratiæ non paruæ. *Bald.
multa cumulans in ſua Margarita in verbo dolus in litteris.* Prædicta autem diuiſio fuit *Me-
noch. de arbit. l. b.2. cent.3. in principio* vbi ponit duplex reſcriptum gratię, & iuſtitiæ, & i-
bi deponit alias differentias inter has ſpecies, *& caſu 202.* nec non *Felyn. d. cap. ſuper litte-
ris num.5.* refert aliam differentiam.

5 Quoad tertium † reſcriptum doloſum, ſiue in quo dolus eſt commiſſus triplex
eſt, nam aut ſubreptitium eſt, aut obreptitium aut falſum, & pulchre *Iaſon in l. præſcrip-
tione in principio. C. ſi contra ius*, vel vtilitatem publicam, ſubreptitium eſt, in quo expri-
mitur ſcienter falſitas, obreptitium autem quando tacetur veritas, quaſi obrepere cō-
ſiſtat in taciturnitate veritatis. *l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſis*, obripere enim eſt latenter, &
6 clam venire, vnde Iuuenalis ſatis † obrepit, non intellecta ſenectus: Et *Horatius in Poe-
tica.*

Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Et obripere ad magiſtratum dicitur, qui falſa ſpecie probitatis vel doctrinæ ad magi-
ſtratus adſumitur, *Cic. pro Plan̄co.* Decet Planeum non obrepiſſe ad honores, ſed eo ve-
niſſe curſu, quo tempore, ſed *Innoc. in c. dilecta de reſcript.* & ibi *Panorm.* ait ſubreptitium
reſcriptum dici, ſiue expreſſa ſit in eo falſitas, ſiue omiſſa veritas. Obreptitium vero q
ſub inuolucro verborum, ſic inuolute ſupplicatur quod princeps non percipit verita-
tem, & iuxta priorem acceptionem forſitan dixit *Butr. in c. ex parte de Cappel vel monach.*
quod maius eſt vitium obreptionis, quam ſubreptionis; *Iaſ. vero in d. l. præſcriptione. n.1.
verb. mihi autem in pr.* dicit quod & leges, & Doctores promiſcue vtuntur iſtis vocabu-
lis per tex *in l.1. C. ſi nuptiæ ex reſcript. petantur.* in qua Imperator quod initio dixerat ob-
reptitium, inferius vocat ſubreptitium, ad hoc eſt videndus *Menoc. de arbitr. Iud. cauſ. li.
7 2. cent.3. art.8.* vbi egregie hanc rem explicat. Eſt † tandem falſum reſcriptum quos ibi
quiſq; priuatus falſo compoſuit, neq; de cancellaria principis proceſſit, *l. punire ſecundū
vnum intellectum C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. Iaſ. in d. l præſcriptione, n.1. vbi allegat. gl. in c.
in memoria diſt.1. & in c. licet de crimine falſi*; quando igitur dolus eſt in reſcriptis, vtiq; eſt
aut quia dolo ſit occultata veritas, & ſic obreptitium, aut quia ſit narrata falſitas, & ſic
ſubreptitium, aut quia ſit fabricatum falſum reſcriptum.

Q.1. Quæro autem primo vtrum in reſcriptis præſumatur dolus, & videtur affir-
matiue reſpondendum, tam in impetrando, quam in vtendo, nam † reſcriptum cōtra
8 ius elicitum, & obtentum præſumitur falſum *cap.2. ex. de reſcript. in fin. & ibi Canon. Vi-
de Felyn. &* Abb. *ibi.*

Secundo dolus præſumitur contra tacentem veritatem in reſcripti impetratione
Bal. conſ.306. li.5. Crau. conſ.142. n.20. Caſt. conſ.411. vbi ait, præſumi dolum contra tacen-
tem, beneficiū ſibi cōpetens, & *Abb. conſ.68. n.2. li.* Inſuper præſumitur doloſus qui fal-
ſum expreſſit. *Corn, conſ.282. n.8.* In vtendo dolus præſumitur, qui impetratis litteris nō
9 vtitur intra † annū *c.2. ext. de reſcript. Lucas de penna in l. quemadm. C. de agricol. & cenſit. li.
10. præſumpt.44.* Regula aūt eſt in contrarium. *l. quoties. ff. de probat. l. dolum. C. de dolo, Be-
rous in terminis in d. c. ſup. litteris n.70. ex. de reſcript.* per cū tex. vbi inquit dolū impetrātis
eſſe probandum eo modo, quo de iure poteſt probari *dict. l. dolum* & ibi ponit modum
probana

probandi dolum verum, & dolum præſumptum in impetratione reſcripti, vide igitur
11 *d.num.70.verb.in gloſſ.in verſ.priori modo.* Et iſta ſit concluſio: caſus adducti ſunt † ſpeci-
ales. Et ego iuxta prædicta conſidero, quod dolus in reſcriptis intercedere non ſolum
poteſt ex parte impetrantis, verum etiam ex parte concedentis, ſicuti ſup. diximus in
lege nam reſcriptum ſpecies legis eſt. §. *ſed quod principi Inſtit. de iur. nat. gen. & in l. prima*
ff. de conſt. princip.

Q. 2. Quæro nunquid iudex delegatus à principe, & impetratus per falſam ſup-
12 plicationem non obſtante exceptione mendaciorũ poſſit cognoſcere de cauſa † prin-
cipali, diſcutiunt hanc quæſtionem Iuriſtæ in *l. præſcript. vbi Bar. Bal. Iaſ. & alii. C. ſi contra*
ius, vel vtilita. pub. nec non *Canoniſtæ in c. ſuper litteris ex. de reſcript.* maxime *Butr. Imola &*
Bero. & non ſolum inter ſe diſſentiunt, ſed Iuriſtæ etiam tamen Canoniſtæ adhærent
Placentino Iuriſtæ *Azzoni.* exiſtimat Placentius. Delegatum nullo modo poſſe cogno-
ſcere de cauſa principali exceptione oppoſita mendaciorum.

Confert *Iaſ. in d.l. præſcript. n. 22.* Cui fauet primo *l. & ſi legib. C. eod. tit. ſi contra ius, vel*
vtilit. publi. vbi mendax precator penitus carere debet impetratis, & *cap. ſuper literis ex-*
tra de reſcriptis.

13 Secundo quoniam in reſcriptis ſemper ſubintelligitur, ſi preces † veritate nitā-
tur, *l. fin. C. de diuerſ. reſcript.* ergo à contrario ſi preces veritate non nitantur non eſt dele
gatus *l. 1. §. huius rei. ff. de iuriſd. omn. iud. l. inter ſocerum. § cum inter. ff. de pact. dot.* corrobo-
ratur q̃a dicta clauſula continet illã conditionem ſi preces id eſt, ergo falſitas ſupplica-
tionis vitiat reſcriptum *l. cum in ſecundo. ff. de vulg. & l. itaq. ff. ſi cert. pet.* Accedit quod
mendax precator debet puniri. *d. l. & ſi legib. l. & ſi non cognitio. & l. 3. eod. tit. ſi contra ius,*
vel *vtilit. public.* ergo impetratio non valet. *l. 2. ff. de his, quæ pro non ſcript. habent.* IV. ſuf-
13 fragatur regula generalis, quod omnis impetratio ſubreptitia † ſit nulla. *l. 1. ff. de natal.*
reſtituend. l. cum vero §. ſubuentum. ff. de fideicom. libert. V. Confert alia regula generalis, q̃
dolus nemini debet patrocinari *l. ſi legatarius cum vulgarib. ff. de dolo. l. aebutz. ff. de his qui*
not. infam. ſic enim argumentatur *Bald. in d. l. præſcript. n. 6. verb. ſecundo hoc verificatur col.*
2. vbi in hanc ſententiam congerit decem fundamenta, & nonnulla addit *Butr. d. c. ſu-*
per litteris n. 19. col. 3.

Contraria fuit, vt dixi, *Azzonis* & Ioannis opinio, quibus adhęrent legiſtæ, vt eſt
teſtis *Iaſ. d. l. præſcript. n. 22. ver. ſecundus principalis,* ſc. quod delegatus cognoſcat de cau-
ſa principali, ad quam probandam eſt velut Achilles. *l. præſcript. & l. & ſi non cognit. eod.*
tit. Præſcriptione inquit Imperator mendaciorum oppoſita: ſiue in iuris narratione,
mẽdacium reperiatur, ſiue in facti, ſiue in tacendi fraude pro tenore veritatis, non de
precantis affirmatione datum iudicem cognoſcere debere, & ſecundum hoc de cau-
ſa conuenit ferri ſententiam ecce quod licet nõ conſtet de ſubreptione doloſa, tamen
iudex pro tenore veritatis, & ſecundum eam debet ferre ſententiam, & in *l. & ſi cogni-*
tio, dicitur de veritate precum inquiri oportet, vt ſi fraus interuenerit de omni nego-
cio cognoſcatur. *Iaſo. dict. loco n. 23.* Sequitur ſententiam Placentini ductus hac ratione
quando aliquid eſt dubium de iure ciuili & clarum de iure Canonico, ſtandum eſt
14 de Iure canonic. † etiã in foro ciuili. *c. 1. & ibi not. ex. de nou. oper. nũ.* & notatur in *l. priui-*
legia. C. de ſacro. eccleſiis. Sed iſte punctus eſt dubius de iure ciuili propter opinionum
varietates, nam *Butrius d. c. ſuper litteris nu. 19. cum ſeq.* quinque opiniones recenſet *Iaſ. d.*
num. 22.

De iure autem Canonico clare deciditur in *d. c. ſuper litteris,* vbi exprimẽs falſum,
vel tacens verum, in reſcripti impetratione malitioſa, caret prorſus impetratis & quo-
niam ſupereſt difficultas *d. l. præſcriptione & l. & ſi cognitio.* reiectis aliorum ſolutionibus
nouũ affert intellectum, ſcilicet conſtruendo aliter *d. l.* vt illa verba pro tenore verita-
tis, non ſupplicantis, affirmatione, ad iudicem datum referantur, nam ad verbum co-
gnoſcere; hoc ſenſu, iudex datus pro tenore veritatis, non ſupplicantis affirmatione, &
ſic non fuit datus ex mendacio, de cauſa cognoſcit non obſtante mendaciorum præ-
ſcriptione, ſed quando princeps iudicem dedit ſeſe fundans in mẽdacii aſſertione, tũc
mendax precator careat penitus impetratis, & ſic procedit *l. & ſi legib.* Et ſiquis dice-
ret hunc intellectũ eſſe de indubitabili, reſpondeo eſſe de dubitabili, nam propter mẽ
daciũ videbatur, q̃ de ſola validitate reſcripti eſſet diſputandũ, & q̃ in pœnã mendacii
non deberet cauſa decidi, ſed magis mihi obſtat *d. l. & ſi cognitio.* dum ibi dicitur, q̃ in-
teruenięte fraude de omni negocio eſt cognoſcẽdum, ſupponunt enim iudicem da-
tum propter mendaciũ, & tamen ait de omni negocio eſſe cognoſcendũ; quamobrem

Bald.in d.l.præſcriptione.num. 20.verb.adeconcordandas; diſtinguit aliqua membra vſq; ad *num.* 24:& omnium opiniones in ſuo caſu oſtendit poſſe procedere, & de iure conſiſtere, vide & aliam diſtinctionem Butrii relatam ab *Imo.in c.ſuper literis.n.9.ver.& circa illum articulum col.6.circa medium.*

*Quæſt.*3.Quæro doloſe Titius falſum reſcriptum fabricauit, an iudex cui dirigitur reſcriptum poſſit cognoſcere ſi ſupponatur de falſitate, vt iudicaret huiuſquid fit;
15 † Iudex necne? *Bartol in l.præſcriptione.numer.16.verb.quæro.vtrum reſcriptum,ait*, ſi non ſit omnino manifeſta falſitas iudicem cogniturum, & eius opinio placet *Iaſ.in d.l.præſcript.nu.26.verb.tu aduerte*, vbi eiuſdem ſententiæ ſectatores eſſe inquit *Cardin.in cap. ſuper literis,& Abbas in cap.ex parte,el.1. eodem tit.de reſcript.*licet in meo Codice non dicat. Mouetur Bart. quia reſcriptum ratione dubii conſtituit iudicem in quaſi poſſeſſione Iuriſdictionis, propter quam habet cognitionem, & pronunciationem arg. *l.ſi arb.C.de ſentent.l.Barb.ff.de off.prætor.*

Secundo confirmat à ſimili, licet regula ſit quod ſententia non valet contra ſententiam fallit tamen niſi dubitetur an prima proceſſerit. *l.1.ff.quæ ſentent.ſine appell.reſcindantur,& l.poſt.rem de tranſ.*ita quamuis vbi de falſitate conſtat reſcripti, non poſſit iudicari, vel cognoſci, tamen ſecus quoties dubitetur. Tertio vltra Bartol ſuffragatur quia ſemper opponeretur de falſitate reſcripti ad effectum impediẽdi iuriſdictionem, quod ſane foret abſurdum.

Contraria tamen ſententia communi calculo probatur à Canoniſtis, vt teſtis eſt *Fely.in c.ſuper litteris.num.29.ver.fallit nono extra de reſcript.* teſtatur etiam *Iaſ.in d.l.præſc.n 24 & num.26.*& inquit tam legiſtas, quam Canoniſtas ſentire aduerſus Bart. ex præcipua ratione, quod cum ex principis cancellaria non emanauerit reſcriptum; fabricator falſi reſcripti non potuit, cum ſit priuatus, dare iuriſdictionem, *l.priuator.ff.de iuriſ omnium Iud.*nec in principali, nec in incidenti, vt dicit Abbas ex mente *Butrii in d.c.*
16 *ſuper literis.num.1. quæſt.vlt.* Quæ opinio eo fit † probabilior quo obuiandum eſt fraudibus, & malitiis hominum, & auferenda occaſio delinquendi, inuitaretur enim homines ad fabricanda falſa reſcripta, ſi ex his poſſet aliquo modo acquiri iuriſdictio, & hinc infert *Saly.in dict.l.præſcriptione*, nullam futuram eſſe ſententiam per quam Iudex ſe in tali cauſa iudicem pronunciat; & non poſſe tranſire in rem iudicatam, quoniam deficit ſubſtantia delegationis ; & acta per eum retro ſunt nulla , Adeo quod & ſi reus confiteretur reſcriptum eſſe verum, detecta poſtea falſitate, nihil operabitur cõfeſſio, vt dixit *Bal.in d.l.præſcr.col.8.relatus ibi à Iaſ.n. 24. Vnde Fulgos.ibi & in l.ſeq* affirmabat in mẽtem ſuam cadere non poſſe vt literæ penitus falſæ tribuere poſſent aliquam Iuriſd.ac ſemper de falſitate poſſe opponi per *l.licet C.de procur.* per doct. *Bald.in l.1.C.de turb,& falſis ign.* Ne fabricator, falſi reſcripti poſſit aliquod commodum ex ſua falſitate reportare, vt dixit *Inn.in c.cũ venerabilis extra de except. & in c. 2. de dilat.* In hoc articulo *Ioan.Andr.*admonet iudicem, quod ſi iudex videat eſſe probabile dubium ſuper falſitate ſuperſedeat, & Principem conſulat. Sed ſi dubium non eſt probabile procedat, ſi tamen detegatur falſitas corruant omnia, *Abb.autem in d.c.ſuper literis.num.11.in fi.vltim.quæſt.* diſtinguendo conciliat opiniones, & videtur eſſe de mente omnium diſtinctio tam in *d.c.quàm in d.l.præſcript.* quid ſi reſcriptum habuit primordium veritatis, id eſt, quod emanauerit à Principe & ſit probabile dubium falſitatis, poterit tũc de cauſa ſuæ iuriſdictionis cognoſcere & ita procedat opinio Bart. nam in his terminis loquitura per eum adducta & probat *Fely.d.c.ſuper literis.n.30.verſ.limita ſecundo.* Si vero primordium veritatis non habeat, quia à Principe non emanauerit, nec de eius cancellaria, & procedat opinio communis. cui non obſtat, Tertium argumẽtum deductum in Bart, fauorem, quia reſp. *Bald. in l.ſi arbitr.C. de ſent.*

Quæ tamen ſententia † communis limitatur, quo ad indulgentias conceſ-
17 ſas à prælato falſo, prodeſt enim bona fides accipientibus perinde, ac ſi a vero prælato proceſſiſſent.

Secundo per *Iaſon d.l.præſcriptione.num. 26.* limitatur quando reſcriptum non eſſet falſum ſed per ſuggeſtionem obtentum *Felyn. in d. c.ſuper literis.num. 30.* tunc enim tribuit iuriſdictionem tam ſuper principali, quam ſuper incidenti, & ſententia lata ſi non fuerit appellatum, tranſit in rem iudicatam. Tertio limitatur ſi delegatus haberet alias ſuper illa cauſa ordinariã Iuriſd. ratio eſt quia ceſſat illa ratio, quod ipſe careat omnino Iuriſd. ſed hæc limitatio eſt verã ſi delegatio eſſet facta his verbis, quibus videatur magis excitata iuriſdictio ordinaria, quam quod fuerit conſtitutus delegatus, nã

ſi vere

ſi verò per reſcriptum fieret delegatus non valeret, vt ſententia delegati, quia iuriſdi-
ctionem non habet, nec vt ordinarii, quia non pronunciauit vt ordinarius. *Ioann. And.*
Butrius. Abbas. Imola *in c. cum ex officii, extra de præſcript. Felyn. in d. c. ſuper literis num.* 31.
verb. limita tertio, ibi contrarium tenet Imola.

Quæſt. 4. Quæro an dolus vitiet ipſo iure reſcriptum doloſa expreſſione impetrá-
18 tum ad lites & pro affirmatiua vrget tex. in *d. c. ſuper literis, extr. de* † *reſcriptis*, dũ ait nul-
lum commodum ex literis ſentire eum, qui doloſe impetrauit, id enim importat ipſo
iure, alioquin ſi eſſet opponenda exceptio ad inualidandum reſcriptum non careret
omni cõmodo impetrator, quippe illa nõ oppoſita per aduerſariũ, iudicium procede-
ret & valeret ꝓceſſus, atq; ita aliquod ſentiret cõmodũ, & ita arguit *Bero. ibi n.* 6 Secũdò
ex eodẽ text. per illa verba nullatenus cognoſcat: eſt enim verbum præſentis tempo-
ris, quod importat canonem latæ ſententiæ, *glo. in cap. in pœnis de reg. iur. in* 6 & verbum
nullatorius idem importat, quod ipſo iure, *gl. in auth. ſiqua mulier. C. ad Velletan.* Tertiò
per *l. ſi quis obrepſerit ff. de falſis*, vbi Iuriſconſ. loquens de obreptione doloſa, vtitur ver-
bo, nihil aget, ergo ipſo iure, facit tex. in §. 1. *inſt. quib. ex cauſ. manumit. licet vel non*, vbi
Sylueſter Aldobrandinus, eſt text. in l. fin. ibi nihil agit. ff. de l. b. & poſth. in l. fideiuſſor. ff. de neg.
geſt. Corſet. in ſing. in verb. nihil agit per l. niſi ff. de tutel. & ration. d. ſtrah. & ibi *Bald.* Quar-
to per *c. cæterum de reſcriptis*, dum vtitur verbo nullius momenti quod importat ipſo
19 iure. Contraria tamen † opinio, quod imò neceſſaria ſit exceptio, & non fiat ipſo iure,
frequentiori calculo probata eſt a canoniſtis in *d. c. cæterum*, vt inquit *Berous in d. c. ſuper*
literis nu. 7. verb. contrarium, primo ex d. c. ſuper literis à contrario ſenſu l. 1. ff. de offic. eius. nam
ait, Delegatus poſtquam fuerit ſibi facta fides, nullatenus de cauſa cognoſcat, ergo à
contrario antequam fuerit ſibi facta fides poterit cognoſcere. Secundo ex *l. magis puto.*
ff. de reb. eorum. §. fin. in quo ſi obreptum ſit prætori manet integra actio pupillo ſi hoc
probatum fuerit, ergo infertur ſi hoc probatum fuerit, decretum in ſe valet, & te-
net, vt illa verba conditionalia, ſi probatum fuerit, ſatis oſtendunt eandem ſententiam
confirmat; *Berous in d. c. ſuper literis in prima lectura n. 24. cum ſeq.* vbi reſpond *ad tex. in l.*
& ſi legib. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam nu. 25. verb. hæc tamen, & probat per *l. præ-*
ſcriptione. C. eod. tit. ponderando verbum præſcriptione, quæ denotat exceptionem, &
20 ſic non ipſo iure. Nec obſtant † allegata ex aduerſo, & primum tollitur quia quantum
ad legis diſpoſitionem caret omni commodo, ſed ſi non opponeretur exceptio; com-
modum non ex dolo ſentit, ſed ex tacito conſenſu partis, quæ non excipiendo videtur
conſentire, arg. *l. ſiquis in conſcribendo. C. de pact.* Ad ſecundum reſpond. *Berous d. c. ſuper*
21 *literis n.* 8. Nam vbi † conſtitutio vtitur verbis importantib ipſo iure, tunc illa quæ ipſo
iure important, recipiunt declarationem ab aliis, quæ exceptionem important, per
theoricam *Abbatis in c. 2. in fin. & in c. ſi diligenti col. 5. de foro. compet. tex. autem in d. c. ſuper*
literis, non modo verbis vtitur importantib. ipſo iure, ſed & aliis contrarium inferenti-
bus, ergo &c. Ad tertium reſpond. declarando per tex in *d. l. magis puto*, ſcil. poſtquam
de obreptione fuerit probatum, & pondero ibi, quod punitur æque, ac ſi falſum fece-
rit, ſed de falſo non punitur, niſi poſtquam de falſo conſtiterit, ita nihil agit probata
obreptio. Ad 4. reſpond. *Berous d. c. ſuper literis n. 7. verſ. 4. confirmo*, quod loquitur in vna
ſpecie obreptionis, quando ſc. in ſecũdo reſcripto, commiſſus eſt dolus non faciendo
22 mentionem de primo, & ita in caſu diuerſo. & propterea non † obſtant ea, quæ in *d. c.*
late ſcribit Dec. & in d. c. cæterum; ſed cum Berous non alleget rationis diuerſitatem, imò
non faciendo mentionem de primo reſcripto, eſt dolus in omittendo, falſum expri-
mendo eſt dolus in committendo, qui maior eſt illo, & non tollitur ipſo iure, alia ſit i-
gitur reſponſio. & primo quod ibi non verba, quæ importent ipſo iure, nam ait, quod
nullã obtinent firmitatem, nam hæc verba indicant facta oppoſ. vel exceptione non
futuras firmas literas, & ideo communiter ibi firmant, *Canon. vt not. Abb. n.* 5. Secundũ
reſcriptũ non eſſe nullũ, ſed annullandum ope exceptionis; accedat, q; ſuper illis ver-
bis, tres ſunt opiniones vna eſt q; nõ importent ipſo iure, & eſt cõmunior; aliã diſtin-
guit; Tertia eſt q̃ dicit ipſo iure ſignificare, ſed in hoc articulo *Berous* diſtinguebat *n.* 10.
v. pro concordia. aut loquimur quo ad effectum cognoſcendi de ſubreptione doloſa, &
de cauſa ipſius, & tunc doloſũ reſcriptũ in ſe valebit, & ex eo cẽſetur iudici tributa iu-
riſdictio arg. *d. l. puto. §. fi.* aut vero quo ad effectũ cognoſcẽdi de negocio principali, &
tunc ipſo iure ob doloſã falſitatis expreſſionẽ erit inualidũ, facta prius cognitione, &
declaratione ſuper obreptione reſcripti. cõſtito enim de ſubreptione, tunc conſtabit
etiam reſcriptum fuiſſe retrò nullum; arg. *d. l. magis puto. §. fin.* ibi manet actio pupillo ſi
poſtea probatum fuerit.

Q.5. Quæro an dolus,& culpa æquiparentur ad inducendum vitium ſubreptionis,& non æquiparari,probat illa ratio, quoniam dolus præponderat culpæ. Confirmatur ſecundo quia ſimplicitas,& ignorantia,quæ culpam cõmittunt,ſæpe excuſantur in iure *l.iuris ignorantia,cum ibi notat.ff.de iuris,& fact.ignoran.*& *in l.iuris ignorantia C.qui admitti.* Dolus autem nunquam excuſatur. *l.1.ff. de dolo.l.non debet cum leg.ſequen.ff. de dolo.*

23 Contrariam † tamen ſententiam probat *Abb.in d.c.ſuper literis n.2.in 3.notab.Bero.num.17.* per eum tex Ratio autem eſſe videtur,quia princeps eque non emiſiſſet reſcriptum,ſi ei non fuiſſet obreptum per culpam,ſicut per dolum;veluti,impetraturus reſcriptum contra debitorem meum per ignorantiã,narrani,quod in patria cauſæ cognoſcuntur ſimpliciter,& de plano,& ſine figura iudicii,princeps reſcripſit cauſam de plano tractandã,non commiſſurus ſi aliter narratum eſſet, etiam ſi per ignorãtiam ita narratum fuerit,& quoniam æque aduerſario nocet,ac ſi per dolum fuiſſet aliter narratum;Cum itaque ſimplicitas.& ignorantia hoc caſu æquiualent ad inducẽdum reſcriptum,ac dolus,& ad nocendum aduerſario merito æquiparantur, quoad vitium
24 obreptionis. Nec obſtant † allegata ex aduerſo nam cũ dolus præponderet culpæ,plus etiã punitur,nam vitiat in totum reſcriptum,ſubreptio autem culpoſa ex ſimplicitate, vel ignorantia,non in totũ,ſed eatenus,quatenus fuit cauſa conceſſionis,vnde ſi ſubreptio fuit cauſa inductiua ſolius formæ reſcripti,vitiat ſolum ipſam formam, non ſubſtantiã reſcripti,vt in ſupra citato exẽplo Nam cum forma reſcripti fuerit, vt cauſa de plano,& ſimpliciter tractaretur,quoniam Papa conceſſit,nihilominus reſcriptum, in forma communi Iudex delegatus procedit iuris ordine ſeruato.Sed ſi per dolum illud expreſſiſſet,quod in patria de plano procedebatur,careret commodo totius reſcripti, ita declarauit *Abb. ſup.d loca in ſecundo notabili.* Sed ſi verè ſubreptio fuiſſet cauſa totius ſubſtantiæ reſcripti,vt quia ſi verum fuiſſet expreſſum,aut non occultatũ,princeps nõ conceſſiſſet tunc reſcriptum in totum vitiatur, quoad cognitionem cauſæ principalis *Berous d.loco n.16.verſ. in ſec.not.* remittens ſe, quo ad exempla ad Abbatem *Innoc. Antonium.& alios.*

Q.6. Quæro diximus ſup.quod doloſa ſubreptio in reſcriptis ad lites non vitiat ipſo iure,q d in reſcriptis ad beneficia?an vitiet ipſo iure: videtur quod nõ.I.quia eodẽ modo eſt circumuẽtus princeps in reſcripto ad gratias,ac ad lites,eademq; eſt malitia impetrantis,& vtroq; caſu agetur de præiudicio alterius,adeo q̃ ratione concedentis,ratione impetrãtis,& ratione damni alterius,idẽ eſt reſpondendũ in reſcriptis ad beneficia.II per tex.in *c.ſi ex eo tempore de reſcript.in 6.* in quo p̃ſupponitur literas beneficiales in quib.ſubreptio interuenit non ipſo iure,nec ope exceptionis in totum vitiari,ſed eatenus,quatenus ſubreptio fuit cauſa conceſſionis.III. vltra alios quia a pari procedunt in *d.c.ſup.literis* dolus in reſcripto ad lites & ad beneficia,quo ad annullandum, & irritandũ in totum vt.n dolus in reſcripto ad lites vitiat omnia contenta in eo,licet reſcriptum contineat plura ſeparata, etiam ſi ſubreptio non fuerit cauſa obtinendi omnia, ita in reſcripto ad beneficia, *Abb.ibi in 1.not.n.2.Dec.ibi num 4.verb.ſucceſſiue, vbi Innoce. Abb.& Bald.allegat.* Ergo ſicut reſcriptum ad lites nõ vitiatur ipſo iure,ita & reſcriptum ad beneficia.

25 Contrariam † tamen ſententiam format expreſſe *Berous in d.c.ſup.literis n.37.in 1.lect.verb. Doct.hic communiter,*& ita videtur eſſe de aliorum intẽtione,vt per Dec. ibi *d.n.5.& verb.ſucceſſiue per tex.in c.ſi proponente de reſcript.* ibi illud velut fraudulenter obtẽtum dicimus non valere *c.2.de filiis præsbyterorum in 6.* ibi velut per ſubreptionẽ obtẽta nullius eſſe momenti,& *clem.1.de præbend.* ibi gratiam huiuſmodi, veluti ſubreptitiam nullius penitus eſſe momenti. Non obſtant allegata in contrarium,& ad primum re-
26 ſpondeo;quod maior eſt dolus in reſcriptis ad beneficia † reſpectu maioris præiudicii nam ad lites reſcriptũ dicitur eſſe modici *Dec.vbi ſup.* ideoq; facilius præſumitur dolus in reſcriptis ad beneficia,& ideo ſunt magis odioſa. *c.quãuis de præben.in 6.* difficilius p̃ſumitur in reſcripto ad lites propter modicitatem præiudicii. *Bal.in l.1.C.de diuerſ.reſcr. c.accedens de crim falſi,* vbi non ita facile præſumitur falſitas in literis ad lites, ſicut in beneficialib. Ad ſecundum reſpond. *Abb.in d.c.ſuper literis in 1.not.& in c.ſedes, extra de reſcriptis,* quod ibi ſubreptio non fuit doloſa & ideo vitiatur illa pars gratiæ tantũ, cuius impetrationis per ſimplicitatem obreptio fuit cauſa,& quoniam *Berous vbi ſup. nu. 37. verb.ex concl.* dicit multum reſtringi illum textum,& ſolutionem,& ſi diuinatiuum apparet,arbitror poſſe nouiter reſponderi,quod ibi non duplex beneficium fuit conceſ-

ſum

ſum per reſcriptum obreptitium, ſed vnum. ſcil. alternatiue, aut curatum, aut ſine cura, patet ibi cum cura, vel ſine cura, non vnum, & vltimum propter diſiunctiuum, vel, quæ verificatur in vno. §. *penult. inſtit. de hæred. inſtit.* hoc ſtante ſit rex, propter vitium obreptionis ætatis illegitimæ, de curato beneficio non poteſt prouideri, & ſic ipſo iure quod ad beneficium ſine cura poſſe, quia nulla eſt quo ad eam ſubreptio, & argumentum procederet ſi coniunctim de vtroq; beneficio fuiſſet facta conceſſio.

Ad tertium reſpondeo quod diſpoſitio *cap. ſuper literis* procedit in reſcripto doloſo ad beneficia, non à pari. ſed à multo magis, vt per *Abbat. & Dec.* in loco paulo ſupra citato, & ex iam dictis rationibus in ſolutione ad primum argumentum, & ex illa maioritate rationis fit, vt dolus in reſcripto ad beneficia non modo vitiet in totum, ſicut in reſcripto ad lites, ſed etiam ipſo iure, *Fely. in d. cap. ſuper literis col. 4. verſ. ſecundo noto numero 2.*

47 Ampliatur † hæc concluſio, vt procedat in connexis, & acceſſoriis, nam ſi literæ plura continerent vnum principaliter, aliud acceſſorium, vt eſt exequutio, vel aliud principale connexum; nã ſubreptio principale reſpiciens, vel ei connexum, vel acceſſorium, literas in totum vitiaret, *c. acceſſorium de reg. iur. in 6.* & quia connexorum eadem eſt ratio, & diſpoſitio, *c. tranſlato de conſt. c. quia ſæpe de præbend. in 6. l. qui patri ff. de acquir. hæred. Bero. in d. c. ſuper literis num. 52. ver. ampliatur hæc.* Limitatur vero, vt non procedat quando in literis ad beneficia expreſſum eſſet aliquid doloſe, quod non fuit cauſa alicuius conceſſionis, vt puta quia eſſet aliquod expreſſum, vel tacitum, quod ad naturã literarum nõ pertineret, neq; ſi vitiaret hæc expreſſio falſitatis, *Abb. in c. ſuper literis arguendo à contrario ſenſu, & in clem. 1. de præbend. & in c. ſedes extra de reſcript.* Confirmat *Berous ibi num. 53. in repet.* per ea quæ dicunt *Innocent. & Hoſtienſ. in c. ex literis extra de tranſact.* ſcil. quod ſi ſubreptio commiſſa fuerit ſcienter, quæ tamen non ſit cauſa conceſſionis ea nullo modo vitiat literas, & imperans non carebit impetrato beneficio, confirmat etiam per *text. in dec. ſi pro clericis de præbend. in 6. cum aliis*, per eum allegatis in *cap. ad aures de reſcription.* & ampliatur hæc limitatio, vt obtineat etiam in literis ad lites, ſicut ibidem aſſerit Berous, cum ſit eadem ratio, imo maior, ex quo facilius vſticetur reſcriptum ad beneficia, quam ad lites. Hæc de dolo in reſcriptis nos tradidiſſe ſufficiat, qui plura deſiderat, videat *Dec. Felyn. Abb. Berõum in d. cap. ſuper literis*, vbi tanquam in ſua ſede, illuſtrem materiam, doloſi reſcripti declarant: relinquitur modo ex ordine, vt ad alium librum, tranſeuntes,

De effectu doli diſpiciamus.

Explicit liber tertius.

TRACTATVS DE DOLO.

LIBER QVARTVS, IN QVO EFFECTVS PROFICISCENtes ex dolo, veluti actio, exceptio, replicatio, pœna doli, probatio, atque purgatio eiuſdem, pertractantur.

1 *Diuiſio præſentis libri.*
2 *An omnis dolus actionem producat.*
3 *Dolus & metus æquiparantur; ſed non ſemper,* num. 8.
4 *Confeßio, ſiue metu tormentorum, ſiue indicijs, ſiue dolo extorta, non tenet.*
5 *Dolus debet eſſe talis, quo prudens etiam vir deciperetur,* & num. 9.
6 *Dolus ex qualitate perſonæ deceptæ conſideratur.*
7 *Dolus arbitrio iudicis pro varietate circumſtantiarum iudicatur.*
10 *Metu geſta, vt reſcindantur, quid requiratur.*
11 *Actio doli quomodo definiatur.*
12 *Actionis doli altera definitio, quæ declaratur.*
13 *Definitio tertia doli ex Cicerone.*
14 *Definitio quarta.*
15 *Definitiones ex quatuor cauſis deſumptæ laudantur.*
16 *Definientes omnia temere, ac paßim, ex Galeno reprehenduntur.*
17 *Actio doli alia directa, alia vtilis, & ſingulæ exemplis declarantur.*
18 *Actio doli in factum ſubſidiaria, quæ.*
19 *Quid à directa differat actione.*
20 *Actio doli, alia perpetua, alia temporalis, alia perſequutoria rei, alia perſonalis.*
21 *Noxalis actio interdum ex dolo producitur.*
22 *Similiter quandoque actio negociorum geſtorum.*
23 *Item quæ datur contra prohibentem, neque in iudicio ſiſtat.*
24 *Item quæ datur aduerſus falſum menſorem.*
25 *Item aduerſus mulierem, quæ calumnioſe ſe dixerit prægnantem, vt in poſſeßionem mittatur.*
26 *Item quæ competit aduerſus eam, ſi poſſeßionem doloſe in aliam transtulerit.*
27 *Item contra falſum Tutorem, vel Curatorem.*
28 *Item quæ datur aduerſus damni illati auctorem.*
29 *Item contra creditorem, qui deteriorauit rem in cuius poſſeßionem fuit miſſus.*
30 *Similiter, & actio ex edicto de alienatione iud. mut. cau. fact.*
31 *Pariter, & actio in factum de calumniatoribus.*
32 *Vel de Albo corrupto.*
33 *Vel de ſeruo corrupto.*
34 *Cur in prædictis caſibus, exiſtente dolo, non detur de dolo actio.*
35 *Doli actio videtur iuris ciuilis.*
36 *Tamen concluditur eſſe prætoriam.*
37 *Gallus Aquilius introduxit de dolo malo formulas.*
38 *Doli actio ex delicto procedit.*
39 *Actio doli mixta eſt, ſcilicet partim fauorabilis, partim odioſa.*
40 *Famoſum quid eſſe, & in bonam, & in malam partem accipitur, plerunque tamen in malam.*
41 *Actio doli infamiam irrogat.*
42 *Ampliatur etiam in ea, quæ procedit ex dolo præſumpto.*
43 *Limitatur in eo, qui alieno nomine conuenitur.*
44 *Sublimitatur in hærede, qui in re depoſita apud defunctum fuerit male verſatus.*
45 *Actiones perſonales in rem ſcriptæ, quæ ſint, & quare ita appellentur.*
46 *Actio ex dolo, quod ſit mere perſonalis arguitur.*
47 *Quod ſit in rem ſcripta, arguitur, & concluditur,* num. 48.
49 *Actionem ex dolo bonæ fidei non eſſe demonſtratur.*
50 *Actiones arbitrariæ, non ſunt bonæ fidei, ſed omnes ſtricti iuris.*

Digitized by Google

51 Arbitraria actio, vnde appellatur.
52 Arbitraria actio, quæ ſit, magna inter Dd. diſſenſio, & eam Antiqui non bene cognouerunt.
53 Arbitraria actio definitur.
54 Arbitrium Iudicis regulatur ab æquitate.
55 Arbitrariæ actiones ſunt Reis fauorabiles, vt grauiorem condemnationem effugiant.
56 Arbitraria actio, vt dici poſſit tria requiruntur.
57 Arbitrium iudicis, in quo conſiſtat circa huiuſmodi actionem.
58 Doctorum ſententia circa actionem arbitrariam, reiicitur in pluribus, quæ ſigillatim demonſtrantur, vſque ad numerum 65.
65 Arbitraria actio, an ſit propria ſpecies actionis.
66 Concluditur negatiue, & diuiditur actio, ac ſubdiuiditur.
67 Actio arbitraria, alia in rem, alia in perſonam.
68 Arbitraria actionis nomen, non eſt proprium ex communi ſententia.
69 Contrarium tamen ſentit Corraſius.
70 Opinio Authoris in hac difficultate.
71 Actio doli perpetuo arbitraria nõ eſt, quod pluribus comprobatur.
72 Sententia in actione doli, quomodo ferenda ſit, & an vna, vel duplex, numer. 74.
73 Sententiæ duæ ſuper eadem referri non poſſunt.
75 Sententia ſub conditione lata non valet, quia actus legitimus, quod tamen declaratur.
76 Sententia, quæ duplex fertur in actionibus arbitrariis, an vtraque ſit diffinitiua.
77 An ab iis, vel ab altera tantum detur appellatio.
78 Actio doli, non videtur ſubſidiaria, quia concurrit cum multis. & 12. caſus recenſentur.
79 Contraria tamen opinio verior ex multis oſtenditur.
80 Actio doli ceſſat, ſi contractus dolo initus, ſit ipſo iure nullus.
81 Subſidiarium remedium dicitur duplici reſpectu.
82 Actiones quædam ſunt, actione doli generaliores.
83 Quædam ſunt ſtrictiores.
84 Quædam vero æquales, & ſingula exemplis declarantur.
85 Actio doli, quibus concedatur.
86 Et contra quos detur, vbi plures perſonæ, & varii caſus enumerantur.
87 Doli actio aduerſus quos non concedatur.
88 Qui actione doli non tenentur, cur conueniantur actione in factum.
89 Actio in factum, ne infamet, quomodo verbis temperetur.
90 Temperamentum verborum ſuper actione in factum tollit infamiam iuris, non autem facti.
91 Actio in factum, non autem doli, licet detur contra patronum, ſecus tamen contra Patroni hæredes, etiam ſi lis contra Patronum fuerit conteſtata.
92 Actio doli datur fratri, contra fratrem, nec verbis temperanda eſt.
93 Furtum etiam in re minima committitur.
94 In pœnalibus minimum quoque attenditur.
95 Teſtis dictum in minimo falſum vitiatur.
96 Emphiteuta deficiens in ſolutione vnius denarii, cadit ab emphiteuſi.
97 Alienare prohibitus, etiam rem minimam alienando ius ſuum amittit.
98 Actionem doli pro re minima, non eſſe præſtandam, comprobatur.
99 Ratio concluſionis aſſertur ex mente Doctorum.
100 Alia adducitur ex intentione Authoris.
101 Rei etiam minimæ rationem habendam, regula Broccardica eſt.
102 Actio doli, non conceditur paſſim propter damnum, cuicumque, ſicut cæteræ actiones.
103 Actio doli cum cauſa cognitione conceditur, & quæ in cauſa cognitione verſentur.
104 In actione doli concedenda, quomodo tẽporis ratio habenda ſit.
105 Item quomodo rei.
106 Item perſonæ.
107 Actioni ex dolo, an ſpacio 30. annorum præſcribatur.
108 Concluditur diſtinguendo plures caſus.
109 Primus caſus ſi agatur contra ipſum doloſum.
110 Secundus caſus, ſi agatur contra ſucceſſorem ipſius.
111 Vtilis annus, & vtile tempus, quomodo in iure accipiantur.
112 Ignorantia quatenus ſucceſſorem in actione doli excuſet.
113 Ignorantia an producat reſtitutionem in integrum contra actionem doli.

114 *Actio doli, quæ temporalis eſt per litis cõteſtationem non perpetuatur.*

115 *Plures, qui de dolo tenentur, an teneantur pro parte, an in ſolidum, & an ordo in eis conueniendis ſeruetur.*

116 *Pactum nudum, an producat doli actionem.*

117 *Diſtinctio adhibetur in præſenti articulo.*

118 *Limitatur concluſio.*

119 *Actio de dolo, quando ex contractu do, vt facias, naſcatur, & quomodo.*

120 *An in contractu do, vt facias, actio doli competat ad duo, ſcilicet ad repetendũ, & ad adimplendum.*

121 *Ex contractu facio vt des, quandoque non datur actio doli.*

122 *Actione doli omiſſa, an poſſit agi actione primæua contractus, & in contractibus bonæ fidei negatiue concluditur.*

123 *Ampliatur in legatis, & fideicommiſſis.*

124 *In contractibus ſtricti iuris diſtinctio adhibetur.*

125 *Nullo exiſtente contractu propter dolum, quonam remedio ſuccurratur doloſo, ſuper quo articulo late diſtinguitur.*

126 *Actio doli cum crimine ſtellionatus in pluribus conuenit.*

127 *In pluribus etiam diſcrepat.*

128 *Actio doli cum actione metus, in quibus conueniant.*

129 *Item in quibus diſſentiant.*

130 *Actio doli, & metus, an ſint propriæ ſpecies reſtitutionum.*

131 *Minori circumuento per dolum, an competat reſtitutio, vel de dolo actio.*

132 *An dolo deceptus in vendendo, intentans actionem doli, teneatur precium reſtituere diſputatur.*

133 *Et affirmatiue concluditur, reſpondendo contrariis.*

134 *Expiata prima actione, an competat actio doli diſtinguitur.*

135 *Libellus in actione doli, quomodo formari debeat, & quæ circumſtantiæ ſint in eo exprimendæ.*

136 *Libellus aliter concipiendus eſt, ſi actio doli ſit arbitraria.*

137 *Item ſi ſit dolus re ipſa.*

1 SVPERIORIBVS libris expoſuimus quid ſit dolus, quotuplex, à quibus perſonis committatur, & † in quibus rebus fiat. Proximum nũc eſt ex ordine, vt quos producat effectus dilucide, quãtum exiguæ noſtræ vires tulerint, explicemus. Plane quatuor ſunt principales effectus proficiſcentes ex dolo à lege, ne cuiquam ſua ſit malitia lucroſa iuſtiſſime contra doloſos inuenti, ſcilicet.

1. Actio doli. 2. Exceptio doli.
3. Replicatio doli. 4. Pæna doli.

Cum vero toties iſtos effectus patiat, quoties fuerit legitime probatus nec potuerit aliquo modo rite purgari, congruo ordine his enucleatis de probatione, & purgatione doli, hoc eodem libro diſſeremus.

De actione Doli. Cap. I.

Quæſt. 1. Et vt eo quo propoſui ordine incipiam. Aggredior primum effectum, & ita actionem doli exponendam ſuſcipio. Atque ante omnia reuoco in dubium, an
2 omnis dolus actionem pariat, & præmitto cum Bart quod † dolus quandoq; incidit in contractu, quandoq; dat cauſam contractui, quandoq; extra contractum cõmittitur, *Bart. in l. eleganter n. 9. ff. de dolo*, & hoc vltimo caſu dicit dari actionem doli. adeo vt deceptus habeat aduerſus doloſum actionẽ doli, cum ſupra à nobis expoſitum ſit ex mẽte Baldi in dolo ſicut in culpa certos eſſe gradus conſtitutos, maiorẽ, minoremue dolum inueniri & non omnem dolum ſufficere ad producendam actionem doli, frequentior videtur opinio Doctorũ tam legiſtarum, quã Canoniſtarum, & colligitur ex
3 *Alc. in l. cum poſteaquã n. 10. C. de pactis.* Ea ratione quod dolus, & metus † æquiparantur in iure. *l. interpoſitas, ibi, ad vim tamen vel dolum arguendum. C. de tranſa. c. cum dilectus extra de his, quæ vi, metuſue cauſa, vbi Abbas, Innocen.* ideo ſicut non omnis metus tribuit actionem ad reſcindendum contractum, ſed is tantum qui cadat in conſtantiſſimum virũ, vt definit *Caius in l. 6. ff. quod met. cau.* vbi cruciatus corporis, & ſalutis periculũ metum continẽt. *d. l. interpoſitis, & c. cum dilectus.* Ita nec ex omni dolo datur actio, verum ex eo duntaxat qui poſſet vel prudentiſſimum fallere, *Bal. in rub. C. de reſcind. vend. n. 8. Iaſ. in d. l. interpoſitas n. 4. & in §. act. n. 40. & in §. quod rupti in tit. inſt. de actio. Ioan. à S. Blaſio in ſuo tract. act. n. 6. canoniſta in d. c. cũ dilectus*, & ideo inquit *Imol. conſ. 109.* q. ſicut confeſſio me-
4 tũ † facta in tormentis ſine indiciis non tenet, ita dolo extorta non exiſtentibus indiciis non nocet, *Appoſtil. ad Bald. in rub. de reſcind. vendit.* in hoc ergo articulo mihi magis placet declaratio *Alc. in d. l. cum poſteaquã n. 11. C. de pact. & in d. l. interpoſitas n. 25.* nempe, vt

pe, vt allegata Doctorum ſententia procedat eo caſu, quo vir prudens dolo ſeſe dece-
5 ptum allegaret, † unde etiam deberet dolum omnimodo probare, quo & prudentes †
viri decipi potuiſſent: qualis legitur fuiſſe dolus, quo Cannius Rom. Equ. captus fuit
Syracuſis in prædiorum emptione, & ille apud *Valer. lib.7.c.3.* de Antiſtite quodã Ro-
mano, qui cum natus in agro Sabino Vaccam eximiæ formæ ad mactandum Auenti-
nienſi Dianæ ſumma cum hilaritate duceret, quod oraculorum certiſſimi authores
prædixiſſent in hoc à Diis immortalibus editum eſt, qui eam Dianę in Auentino ſacri-
ficaſſet, eius patria totius terrarum orbis imperium obtineret, de qua re Antiſtes tem-
pli certior factus religionem hoſpiti intulit, ne prius victimam lęderet, quam proxima
ſe aqua abluiſſet, eoq; Alueum Tyberis petente, vaccam ipſe imolauit, & vrbem Ro-
manam tot ciuitatum, tot gentium dominam, pio ſacrificii facto reddidit, facile enim
perſona Antiſtitis, tum religioni, tum ſacrificiorum pręſumpta ſcientia prudentiſſimũ
quemq; potuiſſet decipere. Porro autem ſi mulier, ſi homo ſimplex fuerit circumuẽ-
6 tus ex qualitate perſonæ iudicandus eſt dolus † ſufficiens; etenim facilius decipiuntur
fœminæ: nam *Vt tenerum corpus, ſic mens infirma puellis.*

Vel idiotæ, & Iuuenes, qui ex ſententia Ariſt. in ethicis non ſunt prudentes, cum ca-
reant experientia. Alioquin raro aut nunquam his eſſet ſuccurſum. Secundo, conſi-
derat *Alciatus* mentem edicti, quæ vt explicat *Vlp. in l.1. ff. eod.* hæc fuit pręcipue, ne cui-
quam malitia ſua ſit lucroſa, aliis vero ſimplicitas damnoſa, vult ergo ſimplicitati ſuc-
currere, ad quam decipiẽdam, minor dolus ſufficit, quam ad capiendum prudentem
virum. Tertio, prohibetur etiam, ne cuiquã malitia proficiat, at ſæpe ex dolo ſuo quis
lucrum ſentiret, quia non eſſet talis, qui caderet in prudentem virum. Quarto, ſuade-
tur mihi hæc ſententia ex his, quæ tradit. *Iaſ. in d.l. interpoſitas n.4.* ſc. quod ad obtinen-
dam actionem q. metus cauſa requiritur minor in fœmina metus quam in viro, ergo
arguendo de metu ad dolum, minor dolus circumſcribit mulierem, atque ita ruſticũ,
vel aliũ ſimplicem hominẽ. Accedit primo quod fruſtra conſtitueretur in dolo, ſicut
in culpa multiplex gradus ſi talis eſſe deberet, qui prudẽtem virum poſſet circumue-
7 nire; ideoq; plurimum in ea re verſari arbitrii iudicis exiſtimo, qui pro perſonarum †
qualitate modo maiorem, modo minorẽ dolum ad tribuendam actionem arbitretur.
Nec refragatur argumentũ Doctorũ, nã de metu ad dolum non recte ſemp arguimus,
8 & nos ſupra oſtendimus † in multis, non bene de vno ad alterũ inferri. Nec ad rẽ per-
tinet ſi quis replicet in hoc puncto fieri doli, & metus cõparationem in *d. c. cum dilectus*,
vt putant Doct. nego enim id ex eo textu probari, nã quando ſummus Pontifex reiicit
exceptionẽ metus, quia non continebat cruciatum corporis, & ideo nõ debuerat ca-
dere in conſtantes viros, quando vero refellitur exceptione doli, non dicit quia non
decepiſſet prudentes viros, ſed ait, quia fuit talis, quod potius ad fatuitatẽ, quã ad cir-
cumuentionẽ prædictorum Ciſtercenſium debuit conuerti. Quæ verba oſtendunt le-
uiſſimũ fuiſſe dolũ, quo vix fatuus fuiſſet circũſcriptus, & adeo vt nõ mediocriter ſim
admiratus, q. Dd. vim tantã in eo tex. fecerint. Alii reſpõdent q. ibi dolus nõ nocebat,
ſed iuuabat, q. a ſumus in ſpiritualibus, & propterea quando dolus nõ nocet, potius fal-
ſitati adſcribitur vt inquit *Alc. in d.l. interpoſitas.* & cũ *Alc.* ſentit aperte, licet de illo nõ
faciat mentionẽ *Ioh. Criſp. de mõt. in tract. de act. n.33. in rub. de dolo malo*, vbi pulchre dicit,
9 ſi intelligis, q. dolus non cadit, † niſi in prudentẽ virum, & falſum q. a pupillus dolo fa-
cit, vt late probauimus *ſup. in tit. quæ perſona dol. fac.* aut, quod nõ excuſet, niſi deciperet
prudentẽ virũ, & eſt falſum per ea, quæ ſup dicta ſunt. Porro aũt eorum data ſentẽtia,
10 vt ſc. dolus debeat † eſſe eiuſmodi qui caperet prudẽtes viros, exempla metus arbitror
ex ea poſſe inferri ad pulchrã concluſionẽ. Nã *Caſtr. in d.l. interpoſitas in pr.* quod iuſtus
metus, ſalutis, vel cruciatus corporis requiritur, vt detur directa actio q. met⁹ cauſa, ex
mẽte, & ex verbis edicti, vt in *l.1. iuncta l.6. ff. eod.* ſed quo detur vtilis actio tantũ, ex mẽ-
te edicti, ſufficit metus paulo minor, *l. iſti quidẽ eod. tit.* præterea ad hoc vt cõpetat offi-
ciũ iudicis ad reſcindendũ, q. metu geſtũ & nõ exigitur metus, ſed ſatis eſt ille, de quo
in *l. fi. §. ſi fœnerator. ff. eod. tit. in l. medicum ff. de var. & ext. ord. cogn. in l.1. §. quæ oneranda. ff.*
quarũ rerũ actio non detur, ita quoq; ducendo argumentũ de metu ad dolũ, poterit con-
cludi, q. licet ad tribuendã directã actionẽ doli, opus ſit eũ eſſe talẽ, quo potuiſſet qui-
libet prudens, & cordatus homo circumueniri, cæterũ quo ad obtinẽdã actionẽ vtilẽ,
i. in factũ, q̃ vbi ſuggerit æquitas, ne quis ex dolo ſuo lucretur; ſæpe conceditur, cũ *l. non*
debet, cũ l. ſequenti. ff. de dolo; ſufficiens erit minor dolus, ſimiliter ad implorãdum officiũ
iudicis pro reſciſſione actus dolo geſti, nec tantus eſt exigendus dolus vt in metu con-
tingere, nuper dixit *Caſtrenſ.*

11 *Q.* 2 Quæro q̄d ſit hæc actio, quæ procedit ex dolo? puto eā non ineleganter poſſe †
definiri. vt ſit ius perſequendi in iudicio, q̄ ſibi ex alterius machinatione debetur, illa
12 verba, ex machinatione, ſeparant hāc actionē ab aliis. Secūdo modo actio † doli eſt ius
annullandi, vel reſcindendi, q̄ fraudulenter geſtū eſt; annullandi propter contractus
bonæ fidei, quibus dolus cauſam dedit. ſiquidē ipſo iure nō valent. *l. eleganter cū ibi not. ff. de dolo*, & latius à nobis traditum eſt in illa diuiſione doli; dans cauſam, vel incidens;
reſcindendi, propter contractus ſtricti iuris, qui ipſo iure tenēt, licet geſti dolo fuerint,
ſed reſcinduntur. *l. ſi quis cum alter, vbi Dd. ff. de verb. oblig.* nec non propter dolum inci-
dentem, quo actus non redditur ipſo iure nullus, ſed poſtea reſcinditur, vt alias in ſu-
13 pradicta diuiſione expoſuimus. Tertiomodo poteſt † definiri ex mente *Ciceronis 3. de Natura Deorum*, ſcilic. actio doli eſt verriculum malitiarum, dicitur verriculum, quia
per eum euertuntur fraudes hominum è vita ciuili, eſt enim hæc actio prodita ad ter-
rorem hominum ſubdolorum, vt eleganter exponit, *Budæus in tit. de dolo*. Quarto, Doli
14 actio † eſt remedium ad euertendam malitiam, & iuuandam ſimplicitatem, à præto-
re introductum vt ſatis aperte probatur ex *l. 1. ff. de dolo*, conſtat hæc definitio ex cauſa
efficienti, ſc. à prætore, ex cauſa materiali, ſc. remediū, ex cauſa finali, ad euertendum,
& iuuandū; ex cauſa formali, ſc. euertere malitiam, & iuuare ſimplicitatē, quoties enim
hæc nō præſtet nō eſt actio doli, nec eſt nouū, vt à quatuor cauſis aſſignetur definitio,
15 vt in *l. 2. ff. de legat.* dum ibi Iuriſconſ. legis definitionem ponit; & eo † definiendi mo-
do, frequenter vtitur *Franciſcus Picolomineus in ſua inſtitutione Morali*, maxime verò *gra-du quarto cap.* 5. imo cæteris, videtur eſſe perfectior, quæ à cauſa efficienti tradatur, vt
in §. *lex eſt, & in § plebiſcitum inſtitut. de iur. natur. gent. & ciui.* vel à materiali, vt in *l. nihil eſt aliud. ff. de verb. obligat. in l. hæreditas. ff. de regul. iuris.* vel à materiali, & formali, vt in
l. 1. ff. de teſtam. vel à formali ſola, vt in *l. legat. ff. de leg. 2.* vbi illa verba teſtamento relicta,
important formā legati, vel ab efficienti & formali, vt in §. *ſacra res inſtit. de rer. diuiſ.* vel
ab efficienti, & finali, vt in definitione libertatis. §. 1. *inſtit. de iure perſonarum*, aut in fi-
nali tantum, vt in §. *1. inſtitut. de action.* vel à materiali, & finali, vt in *l. 3. ff. de bonorum poſſeſſ. titul. generali* nec quaſi de actionis definitione nimis fuerim ſolicitus, quiſquam
obiiciat illud *Galeni titul. 4. de pulſuum different*: Audacia intolleranda eſt eorum, qui
16 cum † neſciant quantum in definiendo ſit difficultatis, temere omnia definiunt, a-
deo vt nec olus citra definitionem videantur empturi, etenim neceſſarium fuit actio-
nem doli definire, aut ſi minus id ſum aſſequutus, certe deſcribere.

Quæſt. 3. Quæro quotuplex ſit actio doli? & videtur vnica, quæ ſcilicet ex
machinatione, ad alium fraudandum, & circumueniendum adhibita naſcitur, pro-
ut ex vniuerſo, *titulo Cod & ff. de dolo* poteſt eſſe perſpicuum, tamen appoſite poteſt
17 dici duplex, altera directa ex verbis † legis proficiſcens; Altera vero vtilis in fa-
ctum, quæ ſubſidiaria illius directæ appellatur vt per *Ioann. Criſpin. de Mon. in ſuo tra-ctatu de termin. action. numero 99. per Ioann. Baptiſt. à ſancto Blaſio in tractat. de action.* & ex-
emplis duplici modo redditur illuſtris.

Et primo ſi quis doli actionem directam habens, per biennium tacuerit, inten-
tare eam amplius ei non licet. *l. fin. Cod. de dolo*, etenim biennio, huic actioni præſcribi-
tur, vt per eum textum conſtans eſt omnium opinio, tunc quia is, qui fecit dolo, lo-
cupletaretur cum alterius iniuria contra *l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb.* loco defici-
18 entis actionis de dolo, præſtatur † actio in factum, ſubſidiaria doli. *l. itaque ff. de dolo*, ibi & in ipſum, qui dolum commiſit in id, quod ad eum peruenit locupletior eſt,
perpetuo danda ſit in factum actio. Alterum eſt exemplum, quando dolus quidem
commiſſus eſt nec eſt præſcriptum actioni doli; ſed tamen ratione perſonæ, contra
quam intenditur ceſſat, vt ſi contra parentem, vel patronum libertus, vel filius velit de
dolo experiri, nā reuerentiam ceſſat doloſa actio, & præſtatur in facto actio, cum men-
tione bonę fidei in eius conceptione, ita enim doli rigor temperatur, quod obſeruatur
etiā ſi plebeius aduerſus conſularē receptę authoritatis, vel deploratus aliquis, contra
hominem vitæ emendatioris. *l. non debet. ff. de dolo vbi Bart. Bal. & alii. Ioan. Criſp. d. loco n.*
19 99. Differt † vero hæc actio in factū ab actione doli directa, I. in nomine. II. in tēpore
quia altera eſt biennalis, altera perpetua. III. in effectu q̄a illa eſt famoſa, hæc actio in
factum minime, quibus conſequens in hac actione ſubrogatum, non ſapere naturam
ſubrogati contra regulam. *l. vnic. Cod. de rei vxor. act.* nam cum actio ſuccedat in locum
actionis doloſæ, nec tamen infamat, nec tēpore extinguitur. De qua tamen actione in
factū, & quomodo ſit in ea cōcipiendus libellus, inf. ſuo loco exponemus. Alia diuiſio

10 poteſt aſſignari, vt vna † ſit temporalis, quæ datur contra doloſum, alia perpetua, quæ
præſtatur contra hæredem, qui ex ſuo dolo locupletatur, alia perſonalis, alia perſecu-
toria, quia contra eos datur, qui propter dolum tenentur *Cur. Iun. conſ. 51. num. 4.*

Queſt. 4. Quæro an dolus exceptis his duobus caſibus nuper enumeratis produ-
cat aliam actionem præter illam doli, & videtur quod non, quoniam cauſa debet pro-
ducere effectum ſibi ſimilem *l. manumißiones. ff. de iuſt. & iur.* vnde emptio, ex empto tã-
tum actionẽ parit, locatio, locati. Verior tamen, & receptior eſt, vt alia actio quã ex do-
11 lo proficiſcatur, & quidẽ datur interdum † actio noxalis; vt in *l. quòd ſi minor. §. ſi ſeruum.*
ff. de minor. vbi ſi ſeruus aduerſus minorem dederit doloſe dãnum, nec quicquã habeat
in peculio, aut verberib. caſtigandus, aut noxæ dedendus, & ibi *Bart.* notat. ex dolo a-
ctionem noxalem dari; & glo. ibi inquit electionem eſſe domini, num velit noxæ dare
ſeruum vel potius verberare, quæ ſententia ſi vera ſit, vix erit, vt aliquando detur ſer-
uus eo caſu. pro ea text. eſt egregius in *l. ſi oleum hac actio. ff. de dolo,* ibi, de dolo actionem
ſerui nomine, interdum de peculio, interdum noxalem dari, & ibi Bar. dominus enim
12 ſemper eſt electurus verbera. Secundo datur aliquando actio † negotiorum ge-
ſtorum, vt in ea *l. 3. §. ſi exequutor. ff. de nego. geſt.* vbi ſi exequutor datus a prætore dolum
fecerit actione negociorum geſtorum nomine doli conuenitur, vt ibi gloſſ. declarat.
13 Tertio datur † ex dolo, nonnunquam actio in factum, & ne exemplis deficiamus, pri-
mũ eſt in *tit. ff. de eo per quẽ fact. eſt,* quo minus quis iudicio ſiſtat, etenim aduerſus illum
qui malitioſe, vel aſture machinatus eſt, quo minus quis in iudicio ſiſtat, veluti ſi ad
iudicium venienti, aliquid pronunciauerit triſte, propter q̃ is neceſſe habuerit ad iu-
dicium non venire. *l. 1. ff. eod.* non præſtatur actio in factum, & differt ab illa actione in
factum, quæ datur ex edicto. Ne quis eum, qui in ius vocatus eſt vi eximat, vna enim
14 competit propter violentiam, altera propter malitiam. Quarto, alia conceditur actio †
ex dolo quæ etiam appellatur in factum, aduerſus mẽſorem, qui dolo falſum modum
menſurãq; dixerit, pro eo quod intereſt eius, qui ex falſa relatione damno affectus eſt
15 in *tit. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer.* Quinto, hæc autem actio in factum † admittitur, contra
mulierem, quæ poſt mortem mariti, dixit per dolum, & calumniam ſe eſſe prægnantẽ
ex eo, cum vel nõ eſſet pręgnans, vel eſſet, ex alio quam ex marito, atq; ob id miſſa fuit
in poſſeſſionem bonorum defuncti, quaſi naſcituro poſthumo eſſet hæreditas conſer-
uanda in damnum legitimi hæredis, nam habet aduerſus mulierem actionem ad in-
16 tereſſe, *l. 1. ff. ſi mulier ventris nomine. §. hanc autem.* Sexto datur hæc actio in factũ † con-
tra fœminam vel eius parentem in cuius eſt poteſtate, quę cum nomine ventris miſſa
fuiſſet in poſſ. eã dolo malo ad alium tranſtulit, vel dolo parentis eius fuerit alius miſ-
ſus in poſſeſſionẽ, nã verus heres agit ad intereſſe. *l. 1. & 2. ff. ſi vent. nom.* Septimo eadẽ
17 actio in factum prodita eſt aduerſus † tutorem, vel curatorẽ falſum, qui doloſe aſſerens
ſe tutorẽ vel curatorẽ contrahit nomine pupilli, vel minoris, vt illum decipiat; & con-
uenitur ad intereſſe. *l. 1. l. nouiſsime. ff. quod falſo tutore auth. geſt. eſt.* Octauo iſta quoq; a-
18 ctio in factum mouetur contra † illum, cuius dolo malo, damnum alicui datum eſt, ſi-
ue ipſe fuerit author damni dati, ſiue dolo malo fecerit, vt alius daret, & cõpeteret do-
mino intra annũ, à die quo experiundi poteſtas fuit in duplũ, poſt annum in ſimplum.
l. prætor ait. ff. de vi bonorum raptor. in pr. & in §. ſequenti. & §. loquitur, vbi expreſſum eſt eã
actionem dari, non quando res ex turba aſportata eſt, ſed fracta, corrupta, vel aliter
19 deperdita. † Nono, actio in factũ ex dolo naſcitur contra creditorẽ, qui miſſus in poſ-
ſeſſionẽ rei ſeruãdæ cauſa, iux. *tit. ff. vt in poſſ. lega. & l. ſi finita. §. Iulian. ff. de dãno infecto,* &
iuxt. *tit. ff. quorũ lega. & iux. tit. de bon. auth. iud. poſsid.* dolo malo rẽ illã deteriorauerit, vel
percepit fructus, & conſumpſit, tenetur enim per hanc actionem damnum reſarrire,
& fructus reſtituere. *l. ait prætor in pr. §. fin. ff. de bon. auth. iud. poſsid.* nec poteſt expenſas
30 recuperare, ſi quas dolo fecit, *d. l. prætor.* † Decimo actio in factũ ex edicto de aliena-
tione iudic. mutandi cauſa facta. Nam ex dolo naſcitur illa actio, vt in *l. 4.* ibi idque
data opera in fraudem noſtram fecerit, *ff. eod. Bart. ibi d. l. 4. eod. tit.* vbi datur ad inter-
31 eſſe, quanti ſcilicet noſtri intererfuit alium aduerſarium non habuiſſe. † Vndecimo
procedit ex dolo actio in factum de calumniatoribus, quæ conceditur aduerſus eum,
qui vt calumniæ cauſa negocium faceret, pecuniam accepit, nam intra annum in
quadruplum eius pecuniæ, quam accepiſſe dicetur, poſt annum in ſimplum conue-
niri poteſt. *l. 1. ff. de calumn.* & late *Iaſ. in §. quadrupli numer. 80. & ſequent. inſtitut. de a-*
32 *ctio.* Duodecimo † ex eodem fonte doloſo emanat actio de albo corrupto, vt in *l. ſi quis*
id quod. ff. de iuriſd. omn. iud. ibi: doli autem mali, ideo in verbis edicti ſit mẽtio, & in ver.

ſed ſi alius, & datur ad pœnam quinquaginta aureorum ibi, dolo malo corruperit da-
33 tur in eo quingentorum aureorum iudicium, quod populare eſt. Decimotertio † ex
dolo tamquam ex proprio patre naſcitur actio de ſeruo corrupto, ſc. aduerſus eum, qui
dolo malo ſeruum alienum ſollicitat, ad aliquid faciendum, vel cogitandum improbe,
puta iniuriam, furtum, vt peculium intricaret, vt rationes dominicas intercideret, vel
adulteraret, præſtatur in duplum, *l. 1. in prin. & in §. quis igitur ſeruum. §. u quoq. ff. de ſeruo
corrupto. l. ſiquis perſuaſerit. C. eod. §. in duplum, inſtit. de actio.* etiam ſi reus confiteatur, du-
pli pœna tenetur, cum in *l. Aquilia* ita demum ſi mendacium dixerit, *l. dolo verbum ff. eod.*
& licet directa non præſtatur, niſi pro ſeruo corrupto, vtilis autem conceditur, & pro
filiis noſtris corruptis, quia noſtra intereſt animos liberorum noſtrorum nõ corrum-
pi. *l. vt tamen ff. eod.* cum vero prædictæ, & aliæ etiam oriantur actiones ex dolo, non ſi-
34 ne ratione † poteſt inquiri, cur earum loco, nõ præſtetur actio de dolo, vt effectus ma-
gis reſpondeat ſuæ cauſæ, & non eſt ſolutio in obſcuro, vt arbitror, ſc. quoniam relatæ
actiones habent, vnde ſpecialius appellētur, vt ſerui corrupti, de albo corrupto, noxa-
lis de calumniatoribus, & ideo relicto nomine doli particulariorē acceperūt appellatio-
nē. In actionib. in factum Prætor ſpecialia edicta propoſuit ſc. ventris nomine, de eo
per quē factum erit, de alienatione iudicii mutandi cauſa facta, q. falſo tutore authore
geſtum eſt, merito nõ eſt locus edicto de dolo, q. ꝓpoſitum eſt, vbi dolus ſit admiſſus,
& alia remedia ceſſant, *l. 1 ff. de dolo in pr.* & de his cauſis ſi alia actio nõ erit, & iuſta cau-
ſa videbitur, iudicium dabo, & quoniā in relatis edictis prætor nomen actionis nõ po-
nit, nõ iniuria præſtatur actio in factū, quę toties locum habet, quoties vulgaria, & vſi-
tata deficiant nomina actionū, *d. l. 1.* Nec prædictis obſtat, q. initio quæſt. obiectū fuit.
Nā aūt quæris vtrum dolus, de quo particulare edictum à Prætore proditum eſt, pro-
ducat aliā actionem, q̃ doli, & in factum ſubſidiaria, vt dictum eſt, & nõ producit. *d. l. 1.
cū ſeq. ff. de dolo*; aūt quærimus abſolute, an ex dolo naſcatur actio præter illā, de qua in
edicto prætoris de dolo. & ſane producit quā plures, ex varietate negociorum & cau-
ſarum, in quibus interponitur appellatus, veluti ſerui corrupti, albi corrupti &c.

Q. 5. Quæro an actio doli ſit prætoria, vel ciuilis, vt enim obligationes aut ſunt ci-
uiles, aut prætoriæ §. 1. *inſt. de obl* ita & actiones. §. *ſed iſta, inſt. de act.* ciuiles ſunt, & præ-
toriæ: Merito quæſtio eſt, cui ſit tribuenda actio doli, prætorio, an ciuili iuri & videtur
35 actio ciuilis. † Nam dolus in ſtipulatione deducitur, *l. doli clauſula. ff. de verb. oblig. l. inter
ſtipulantē n. 2. & in l. ſtipulationes n. 32. ver. quæro iuxta. ff. de verb. oblig.* & notiſſima eſt illa
ſtipulatio dolum malum abeſſe per *Bar. in modo citatis locis.* ſtipulatio autē iuris ciuilis.
§. *iunct. gl. inſt. de don.* vbi reddens rationē, cur donatio contineat acquiſitionem iuris
ciuilis, ait, q. olim fiebat ſtipulatione, quæ iuris ciuilis eſt. §. *de conſtitutu a inſt. de act. & ibi
not. Dd. & in rub. ff. de verb. oblig.* Secundo quia doli mali formulæ fuerunt primum in-
uentæ à Gallo Aquilio Iuriſc. vt *Cic. in 3. de officiis* inquiens ſtomachabatur Cannius, ſed
quid faceret, nondū enim Gallus Aquil. familiaris meus inuenerat de dolo malo for-
mulas. At ſtipulatio Aquiliana ab eodē inducta ciuilis eſſe dicitur, arg. tex. *in §. 2. inſtit.
quib. mod. tollitur obl* & reſponſa prudentum ſunt iuris ciuilis, non prætorii. § *reſpõſa inſt.
36 de iur. nat. gen. & ciuil.* Verum prætoria † eſt non ciuilis *ex l. 1. in prin.* Hoc edicto prætor
aduerſus, & §. 2. non fuit contentus prætor, & ibi ait prætor, *leg. ſi oleum* §. *fin.* ibi merito
cauſæ cognitionem prætor inſeruit. *l. item exigit prætor. ff. eod. tit. de dolo.*

Ad contraria reſpondetur. Nam duplici modo reſpondetur, & primo quod repe-
riuntur ſtipulationes etiam prætoriæ. §. 1. *inſt. de diuiſ. ſtipul. l. 1. ff. de prætor. ſtip. l. 2. eod. tit.*
Secūdo eſt quod ſit de iure ciuili ſtipulatio, nihil prohibet, quia actio doli ſit prętoria,
etenim prætor eam induxit quando dolo malo quid geſtum eſt, & nulla alia competit
actio *d. l. 1. in pr. & per tot.* l. ſed ſi partes per ſtipulationē de dolo prouiderint, dabitur a-
ctio ex ſtipulatu, non de dolo. *l. 2. §. non fuit contentus ver. & ſi ſtipulatione.* ibi & ſi ſtipula-
tione tutus ſit quis, eum actionem de dolo habere non poſſe, vt puta ſi de dolo ſtipula-
tum ſit, poteſt igitur dolus in ſtipulatione deduci, ſed non producit actionē doli; meri-
37 to itaq; actio doli à prætore eſt. Ad 2. reſpondeo. Primo Gallum † Aquiliū fuiſſe præ-
torē, habuit enim collegā Cic. ideoq; magna interceſſit inter eos familiaritas, *Rutilius
de vitis iuriſc. in vita Galli Aquil.* & tunc protuliſſe de dolo malo formulas, ſicut & in pre-
tura formulā inſtituēdorū poſthumorum nepotū induxiſſe, ſunt qui audeant aſſerere.
Secūdo poteſt reſponderi, quod cū à Pontificib. primū, impetrarentur actiones. *l. 2. §.
his legib. latis. ver.* erant & legis actiones. *ff. de orig. iur.* poſtea cœperat à prætore obtineri,
ideoq; tunc Gallum Aquilium non actionem doli, ſed formulā petenti pro dolo con-
cedendam induxiſſe.

Quæſt. 6.

Quaſt. 6. Quæro an actio ex dolo procedens, dicatur oriri ex delicto: pendet hæc dubitatio ab illa quæſtione, an dolus ſit delictum vt inquit *Iaſon in §. item ſiquis in fraudem. n. 99. inſt. de act.* & ideo cum dolus vere ſit delictum imo maximum delictum,
38 tendit † enim ad decipiendum, & circumueniendum alterum. *d. l. 1. §. 1. in fi. ff. eod. Angel. in §. præterea. num. 25. inſt. de action. per l. 1. §. non tantum litem de dolo. ff. depoſi.* & ideo infertur ad ſtatutum quod pro actionibus ex delicto, vbi in iudicio proponuntur ſoluatur certa pecunia, erit ſoluenda etiam pro actione ex dolo, argumento eorum, quæ dicit Bart. *in l. 1. ff. de fideiuſſ. tut. & l. 1. §. non tamen & l. item. ff. depoſit.* Conſequens eſt actionem iſtam oriri ex delicto, vt ibidem concludit *Iaſon*, ex quo videtur etiam odioſam eſſe ſed noua ratione vide gloſſ. *l. non debet. ff. de dolo in verb. famoſa*, vbi oſtendit hanc actionem magis odioſam eſſe, quam actio furti, quia illa datur interdum inter patrem & fi-
39 lium, iſta non *l. ſiquis vxor §. 1 ff. de furt.* & forſitan recte poſſet affirmari, mixtam † eſſe ſcilicet partim odioſam, partim fauorabilem, quoniam partim odio doloſi, partim fauore ſimplicitatis inducta fuit à Prætore, patet ex *dict. l. 1. ff. de dolo*, ibi ne vel illis malitia ſua ſit luctoſa, vel iſtis ſimplicitas ſit damnoſa, vt in ſimili dicimus de vſucapione rerum immobilium quæ mixta appellatur, quia non fauore ſolo poſſidentium, ſed odio etiam negligentium fuit inducta, vt per doct. *in §. p. inſtitut. de vſucap. in leg. celſus ff. eod. late Bal. in ſuo tract. de præſcript. ſcribens in l. fi. C. de edict. diu. Adrian. toll. in l. traditionib. C. de pactis.*

Quaſt. 7. Quæro an iſta ſit actio famoſa, id eſt, an infamet? Nam verbum famo-
40 ſum in bonam, & in malam partem ſumitur, mediumque vocabulum † dicitur, eo cũ laude vtitur Imperator in *authent. iuſiurandum quod præſtat. ab his, qui adminiſtran. atc.* in malam tamen partem frequentius ſumitur maxime apud Iuriſconſ. nam legimus apud eos famoſos fures, latrones, mulieres, pro infamibus, improbioribus, impudicis. *l. 3. § 1. ff. de off. præfect. vigil. l. neque famoſi ad l. Iul. maieſt. l. capitalium, §. famoſos. l. fin. ff. de pænis.* eodem ſenſu dicuntur famoſæ actiones ſcilicet, quæ irrogant, condemnatis infamiam. *l. 1. ff. de his, qui not. infam.* famoſi libelli, qui famam alicuius, honoremq; ſugillant, *l. 16. ff. de pænis*, famoſa iudicia, quæ condemnatos afficiunt infamia. *l. 7. ff. de iniur. l. 1. & 12. ff. de dolo.* Famoſi homines id eſt infamia notati. *l. 2. §. fin ff. de his qui not. infam.* Sed vt ad quæſtion. redeam, An actio doli condemnatum infamet. Videtur reſpondendum negatiue.

Primo per tex. *in l. Sabinus. ff. de dolo*, vbi hæres actione doli condemnatus non fit infamis, ibidemq; famoſum non fieri, cui conſequens eſt, vt nec defunctus ſi viueret notaretur, cum hæredis, & defuncti ſit vna perſona *authent. de. tur. iur. à morienti præſt. in princip. 2.* quia prætor in ſuo edicto nihil de infamia dicit *l. 1. in pr.* & conſtat ex *tit. C. quibus ex cauſ. infam. irrog.*

41 Contraria tamen ſententia legibus † aperte comprobatur, & omnium Doct. calculis recipitur, tex. eſt in *l. 1. §. ait præt. & l. non debet. ff. de dolo*, & ibi Dd. omnes, in qua, filio, vel liberto denegatur actio doli contra parentem, vel patronum, hac ſola ratione, quia eſt famoſa, id ipſum habetur in *l. ſi ſuperſtite in vcta gl. de dolo. l. parens & l. licet. ff. de obſeq. in liber. & libert. præſt. apert. in l. 1. de his qui not. infam.* vbi de dolo malo, & fraude ſuo nomine damnatus, pactuſue erit, *Bar. in l. ſi ex dolo. §. in hac actione. ff. de dolo*, etiam in eo tit. Doct. omnes, *Men. de recup. poſſ. remed. 5. quæſt. 20. n. 85.* Ratio autem cur ſit famoſa, vt mihi quidem videtur eſt, quia ſi ex aliis actionibus, quæ dantur ob dolum, ſequitur condemnatos infamia, vt ex actione furti, bonorum raptorum, iniur. pro ſocio tutelæ & c. *l. 2. ff. de his qui not. inf.* cur nõ eſt actio doli nam per quod vnum quodq; tale, & illud magis, *auth. mult. magis C. de ſacroſanct. eccleſ.* & ratio rationis eſt vt timore infamiæ homines abſtineant à dolo, ſolet enim iactura honoris, pluſquam pecuniæ à pleriſq; æ-
42 ſtimari. Ampliatur hæc † concluſio, vt procedat etiam in dolo præſumpto vel ficto, vt dixit *Bald. in l. ſi tutor per illum tex. C. de interd. matr.* ratio eſt quia ficta confeſſio idem operatur, quod vera, vt Bald. ait, & idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero, licet non putet *Bal. per illum tex.* hoc obtinere in ſtatuto, quod banniti de homicidio habeantur pro confeſſis, nã habentur pro confeſſis in eo, quod loquitur ſtatutum, ſc. quoad condemnationẽ, nõ quo ad infamiã & ideo non propterea fiunt infames ex illa ficta cõfeſſione homicidii; Declaratur autẽ ſeu limitatur concluſio, vt locũ habeat tantũ cõtra
43 eũ, qui † ſuo nomine condẽnatus eſt de dolo, nã ſi alieno nomine fuerit cõdemnatus, nõ ſubit infamiã, vt definit *Iuriſ. in l. 1. ff. de his qui not. inf. & l. furti. §. 1. ff. eo. tit.* ſiquis alieno nomine inquit condẽnatus fuit nõ laborat infamia, & ideo nec procurator vel defenſor,

vel curator, vel tutor, vel hæres furti, vel ex alia ſimili ſpecie cōdemnatus, infamia nō
tabuntur, ratio vero limitationis videtur, ne quis ex alieno facto detrimentum ſentiat,
glo. in d. §. 1. in verb. procurator in fin. & quia pœna delicti ſuos debet tenere authores.

Non obſtant allegata ex aduerſo, & ad primū de hærede aperta eſt ſolutio, nem-
pe quia is alieno nomine condemnatur *d. l. Sabinus, & ibi glo.* reddit ſpecialem rationē,
ſc. quoniam cum hærede propter dolum defuncti, de calculo agitur, non de perfidia
per text. in *d. l. Sabinus. ff. de dolo*, vt in ſimili dicitur in *d. l. furti §. fin. de his qui notab. infam.*
ſublimitatur autem, quia heres interdum ob dolum efficitur infamis, ſc. quando ſuo
44 nomine conueniretur, quando † ſc. in re depoſita apud defunctum eſſet male verſatus
d. l. furti §. mandati, ibi: interdum, & ſuo nomine hæres damnatur, & ideo infamis fit, ſi
in depoſito, vel in mandato male verſatus ſit.

Non obſtat ſecundum quia licet in dictis locis, nihil de infamia, quo ad actionē
doli expreſſum ſit, tamen in aliis locis eſt diuerſa ratio.

Quæſt. 8. Quæro vtrum actio de dolo ſit mere perſonalis, an perſonalis in rē ſcri-
pta. Nam quatuor ſunt actionum ſpecies Reales mere, vt in *l. 1. §. 1. & per vniuerſum tit.
ff. de rei vendic. §. 1. inſtit. de action. l. actionum genera. ff. de action. & oblig.* vbi definitur, quid
ſit actio mere realis. Rurſus mixtæ ſunt, de quibus in *§. quædam inſtit. de action. l. heredi-
tatis. C. de petit. hæred.* item actiones perſonales. *d. l. actionum genera, d. l. 2. & § ſic itaq. diſ-*
45 *cretis inſtit. de action.* & tandem actiones perſonales in rem ſcriptæ, quæ ſic † appellan-
tur, quia originē ſunt perſonales ex delicto, vel quaſi proficiſcētes vt actio, quod met.
cauſa, vel ex quaſi contractu, vt actio ad exhibendum; ſed rem quoque perſequuntur
quocunq; vadat vt eſt exemplum non ſolum in actione quod metus cauſa, *§ animad-
uertendum. ff. quod met. cauſa*, ſed in actione ad exhibendum, *l. 3 §. fin & §. eſt autem per-
ſonalis iuncta gloſſ. ff. ad exhiben. Doctor. maxime Cagnol. & Bologn. in rubr. ff ſi cert. pet.* Me-
rito igitur in quæſtionem ponitur an ſit actio doli mere perſonalis, quam primus ex-
citauit, *Bart. in l. ſi ex dolo. § in hac nu. 2. ff. de dolo*, tractauit etiam *Rubr. in l. naturaliter. §. ni-
hil commune num. 58. ff. de acqu. poſſ.* & videntur omnino concludere mere perſonalem
eſſe, quod etiam aſſeruit *Sebaſt. Medices in ſuo tract. de fortuit. caſibus par. 1. quæſt.* 10. *nu.
41.* & citat etiam *Aretinum in § præterea n. 24. inſtit. de action* qui videtur teſtari de com-
46 muni. † Probatur primo inquit *Bar. ex l. ſed ſi ex dolo. § fin ff. de dolo*, ibi dum ait, in actione
deſignari oportet, cuius dolo factum ſit; quamuis in metu non ſit neceſſe nam ſi ſcri-
pta eſſet in rem nō oporteret deſignare perſonam doloſam, ſed eſſet ſatis probare do-
lo alterius rem fuiſſe amiſſam, vt accidit in actione metus. *d. §. animaduertendum. l. metū.
ff. quod met. cauſ.* Secundo confirmatur quia hæc actio, non datur niſi contra eum, qui
dolum cōmiſit, non contra eum, ad quem res peruenit niſi eſſet hæres, vel dominus
eius, qui dolo fecit, vel ſimilis qui iuris interpretatione ſunt eędem perſonæ cum do-
loſo, ſicut eſt hæres cum defuncto, *auth. de iuret. à morient. præſtit. & §. ſiquis alii inſt. de in-
util. ſtipul. §. item quod ſerui. inſt. per quas perſon. nobis acquir.*

47 In contrarium, quod † ſit ſcripta in rem arguunt verba edicti in *leg. 1. ff. de do-
lo*, nam in rem concepta ſunt, ſicut in actione metus, ibi verba edicti talia ſunt,
quæ dolo malo facta eſſe dicentur; ſi de his alia actio non erit, & cap. Iudicium
dabo.

Secundo hæc actio ſequitur rem, & redditur aduerſus eos, qui commodum ex
ea re ſentiunt, non ſolum heredes doloſi ſed etiam contra cæteros ſucceſſores, de hæ-
redibus, eſt text. in *l. hæredibus, in l. in hæredē. ff. de dolo. l. itaq. § fin. ff. de dolo* de aliis ſucceſ-
ſorib. in *l. ſi plures. §. fin. ff. eod.* & datur non propter repręſentationem perſonę ſed ex eo,
quod ad eos peruenit, vt dictis iuribus palam definitum eſt, adeo quod ſi nihil perue-
niſſet, actione doli non conueniretur, quod non fieret, ſi ratione repręſentationis cō-
tra hæredes præſtaretur actio, ibi duntaxat de eo, quod ad eos peruenit, & ibi, quate-
nus ad eum locupletior hæreditas peruenerit. Quid ergo magis probandum, *Bart. in
d. §. in hac actione*, ſentiens rationes & argumenta huius poſterioris ſententiæ. Dicebat
eſt forte dubium, & neſcio quaſi ſoluere. Affert autem ad primum argumentum rati-
onē diſſimilitudinis inter edictum quod met. cauſa & de dolo, nā illud eſt conceptum
per illa verba, quod metus cauſa geſtū eſſe diceretur, & de dolo, quæ dolo malo facta
eſſe dicētur. Etenim verbum; geſtum erit, late ſumitur quocunq; modo ſit geſtū, ver-
bum, facta eſſe dicētur, ſtrictius accipitur, & ita nō cōprehendit eum, cum quo factū
non eſt. & de vtroq; verbo eſt tex. *in l. ab eo. ff. de verbor. ſignif.* verum ſcrupuloſam hanc
differētiā *Alc. ibi* refellit, vt aſſerit, *Menoc. de recup. poſſ. remed. 5. quæſt. 20. n. 81.* imò, vt mihi
videtur

videtur ille textus ſiquid probat, aduerſus Bar. probat, nam generalius eſſe inquit verbum; actum, quam verbum geſtum; ſiquidem ait actum generale verbum eſſe, ſiue verbis quid agitur, ſiue re. Geſtum autem ſignificare ſine verbis factum.

Secundo reſpond. *Bart.* ſi ſolum edicti de dolo, primam conceptionem inſpiceremus, videri in rem conceptum; ſicut & ad actum metus, eſt tamen perſonale, quia prætor vlterius progreſſus eſt in perſonam verba dirigens, vt in *leg. item exigit*, vt comprehendatur, quod dolo malo factum ſit: ſcire enim debet actor, in qua re circũ ſcriptus ſit, nec licet in tanto crimine vagari, verum vt arbitror, nec diluit hæc ſolutio difficultatem, ſiquidem prætor conceptionem illam in rem apertius declarans, præſtitit actionem aduerſus eos; qui ex dolo commodum perceperunt, vel locupletiores facti ſunt, vt ſupra probatum eſt, *& d. l. item exigit* non excludit. *l. ſi plures. §. fin. ff. eod.* imo videtur procedere quando agitur contra doloſum, non contra ſucceſſorem, vt *l. nec cauſæ. ff. de dolo*; vbi in hærede non deſideratur cauſæ cognitio, ſicut in principali. Ad ſecundum fundamentum reſpondebat virtualiter Bartol. Quod actio doli non datur contra quoſcunq;, ſed contra hæredes, & eos tantum, qui doloſum repræſentant ſed ex his, quæ diximus in prædicto argumento hæc ſolutio non eſt probanda, ſiquidem

48 non datur reſpectu repræſentationis; vt dixit, ſed lucri, & commodi. † Quamobrem *Menoch. citato loco*; ex intentione *Corraſii libro 1. Miſcellan. cap. 22. numer. 6.* Concludit actionem doli eſſe ſcriptam in rem ex dictis argumentis ad inſtar actionis quod met. cauſ. Nec officit primum argumentum Bart. & Doct. ſc. de perſona deſignanda, &c. Nam iſtæ duæ actiones in hoc conueniunt, quod rem ſequatur, differũt autem quia actio doli plus habet, quod in ea deſignari debet, cuius dolo factum; quod non eſt in actione metus, rationem vero diſcriminis, eam eſſe putat Menoch. quia actio doli infamat. *l. 1. §. ait Prætor & l. non debet ff. de dolo*: nam dicitur in *d. §. ait prætor.* quod famoſa actio, temere non debet concedi & in *l. item exigit.* Quod in tanto crimine, non licet vagari, Id vero non contingit in actione quod metus cauſa, in qua ſufficit metum paſſo rem amiſiſſe per metum *d. l. metum. §. animadu. ff. quod met. cauſa*, neq; enim videtur hæc actio irrogare infamiam, vt aperte teſtatur *Alciatus in l. ſub prætextu. n. 25. C. de tranſ. l. ſi cum. §. eum qui. ff. quod met. cauſ. Angel. in §. ſequitur. n. 41. inſt. de except.* vbi late, nam actio de dolo inter famoſas actiones ponitur in *l. 1. ff. de his, qui not. infam.* actio metus nequaquam & quod ſequatur poſſeſſorem, vt alia ſcripta in rem conſidero quod illa ratio expreſſa in hærede, ne locupletior fiat eum alterius iactura, vt in *l. ita quod. §. ſi res. ff. de dolo* militat in omni poſſeſſore, ad quem res illa peruenerit, præſertim cum maius videatur eſſe crimen in dolo, quam in metu, vt colligitur non obſcure ex *l. item exigit*, vbi crimen dolum *Paulus Iuriſc.* appellat, iuncta *l. præced. in fi.* & magis videtur metu conſentire actui, ille qui eſt metu impulſus, quã qui eſt dolo inductus, vt per *Bart. in l. eleg. col. 3. n. 6. ff. de dolo.*

Quæſtio. 9. Quæro qualis ſit actio doli bonæ fidei, an ſtricti iuris. *Ioannes Criſpin. in ſuo tractat. de terminus. action. n. 33. verb. ſecundo*, hæc actio, probat ex. *§. actionum inſtitution. de action.* in quo non ponitur actio doli, ergo non eſt bonæ fidei; ideoque ſtricti iuris.

Secundo quia monitus & condemnatus actione bonæ fidei, vt depoſiti, tutelæ eſt infamis. *l. 1. ff. de his, qui not. infam.* ita & damnatus de dolo ſubit infamiam *d. l. 1. & l. item ait, & l. 1. §. 2. ff de dolo.*

Sed contra quod imo ſit bonæ fidei, oſtenditur, quia in bonæ fidei actionibus, iudici permittitur libera poteſtas ex æquo, & bono æſtimandi quantum actori reſtitui debeat. *§. in bonæ fidei inſtit. de action. Doct. in l. in actionibus. ff. de in litem iurando, in l. ſi quando. C. vnde vi.* In actione autem doli poteſtatem habet iudex ex æquo; & bono iudicare, quomodo rem doloſe acceptam reſtitui oportet. *§. præterea in fine iuncta. l. arbitrio. ff. de dolo.*

Verum quod imo nec bonæ fidei ſit, nec ſtricti iuris, ſed tertia quædam ſpecies arbitraria ſuadetur per *tex. in d. l. arbitrio*, quod vero arbitraria conſtituat aliam ſpeciem actionis, dicunt Doct. relati *à Men. de arbitr. iud. cauſ. li. 1. quæſt. 3. num. 4.* & præſertim *Corraſ. in dict. l. in actionibus, & Berous in dicto.* §. præterea refert idem *Menoch. in citato loco. numer. 8.*

49 Placet bonæ fidei non † eſſe, non quidem ex argumentis adductis, nam ad primum non valet conſequentia, non ponitur ibi hæc actio, ergo eſt ſtricti iuris, Nam donatio hodie cum valeat nudo pacto. *l. ſi quis argent. C. de donat.* nec ſit neceſſaria ſtipula-

tio, vt olim. §. 1. *iuncta gl. inſt. de don.* eſt bonæfidei, vt inquit, *Iaſ. in l. ſiquis cũ aliter. n. 19. ff. de ver. obl.* & tamen non ponitur in *d. §. act.* Cõfirmo nam ſicut non valet conſequentia in § *præt.* vt ſc. quæ in *eo.* §. non recenſentur actiones non ſint arbitrariæ, multæ enim, & aliæ inueniuntur, eo tex. non comprehenſæ, qui decem enumerat, cum Doct. 26. & vltra congerant, vt *Men. de arb. li. 1. q. 1.* nec obeſt quod in *d. §. action* dicat Imperator bonæfidei ſunt hæc, quaſi inferat alias non inueniri & in §. *præt.* vt vtatur dict. veluti, q̃ eſt exemplificatiua. Nam datur inſtantia ex. §. 1. *inſt. de ſeruit. Ruſt. & Vrb. præd.* vbi Iuſt. ait, iura prædiorum ruſticorum ſunt hæc, & tamen inueniuntur, & alia, præter ibi relata, vt in *eod. tit.* §. *inter ruſticorum.* Simili modo non valet cõſequentia in §. *aliud quoq. capitulum in Auth. vt cum de app. cogn. in l. fi. C. de reuoc. don.* quamuis vtatur dictione taxatiua, quanto magis in *d. §. act.* in quo non collocatur mutuum, & tamen quibuſdam videtur bonæfidei per *l. vinum iuncta gl. in §. petit. ff. ſi cert. pet.* vbi ait agi in mutuo ad vſuras, ſiue ad intereſſe quanti plurimi à tempore moræ, quod obtinet tantummodo in bonæfidei iudiciis.

Non valet etiam ſecundum argumentum, ratio eſt, quia eſſe bonæfidei, vel non eſſe bonæfidei, non pendet ex eo quod condemnatum ſequatur infamia, nam condemnatus in actione ex empto vel ex vendito non eſt infamis, & tamen iſta actio eſt bonæfidei *d. §. act.* ſed pendet ex his, quæ ponuntur in §. *in bonæfidei inſt. de act.* nec non ex his, quæ tradit *Duar. in l. in act.* ſcil. quod in his prætor dandis non præſcribebat iudici formulam, ſecundũ quam deberet iudicare; ſed in iudice dando vtebatur illis verbis, ex fide bona, idem *Duar. in l. iuriſgent. §. in bonæfidei. ff. de pact. Menoch. d. lib. 1. de arbit. iud. quæſt. 3.*

50 Ad probandum autem, q. non ſit bonæfidei, vtor illo arg. quod actio doli † eſt arbitraria. *d. l. arbitr. ff. de dolo Coraſ. Duar. in d. l. in act. Men d. lib. 1. quæſt. 5. n. 2.* Actio autem bonæfidei non poteſt fieri arbitraria, ſolæ enim ſtricti iuris effici poſſunt arbitrariæ, vt frequentius probant Dd. ſicut communis opinionis teſtis eſt *Men. d. li. 1. quæſt. 3. num. 3.* quicquid dixerit *Bolog. in d. l. in act.* cuius opinionem confutabimus & ratio eſt, quia cũ in arbitrariis iudiciis verſetur officiũ, & arbitrium, *d. §. præt.* ſuperfluum erat ob id, bonæfidei effici arbitrarias, quippe ſatis natura ſua verſatur in illis iudicis arbitrium *d. §. in bonæfidei*, quibus conſequens eſt, actionem doli eſſe ſtricti iuris, cũ arbitrariæ tantum ſint ſtricti iuris, non q. omnes ſtricti iuris ſint arbitrariæ, ſed quod arbitrariæ non poſſint eſſe niſi quæ ſtricti iuris naturam habent.

Q. 10. Cum actio doli ſit arbitraria, quæro ad intelligentiam huius actionis vnde appelletur arbitraria, An ſit propria ſpecies actionis, an ſit proprium nomen actionis, tum de modo practicandi in iſta actione doli arbitraria, tandem an ſit ſemper arbitraria hæc actio doli.

51 Ad I. aperta † eſt reſp. ex *d. § præt. inſt. de act.* ſc. quia ex arbitro iudicis pendet, ibi actiones arbitrarias, id eſt ex arbitrio iudicis pendentes appellamus, & quamuis hoc arbitrium etiam in bonæfidei actionibus plurimum poſſit. *d. §. in bonæfidei inſt. de actio.* tamẽ alio modo verſatur, in his, alio vero in illis, vt infra manifeſtum fiet, & à fide bona, cuius mentio fiebat in formula à prætore præſcripta, ſeu in conſt. iudicis nõ ex arbitrio acceperunt appellationem.

52 Ad II. difficilis eſt † ſolutio quoniam in ea re maxima eſt inter Doct. diſſenſio, adeo vt tot videatur eſſe ſententiæ, quot ſunt capita, & ſex inuenio in ea opiniones controuerſas. Prima eſt *Bart. in l. hoc edicto n. 2. ff. de public. & in l. vni C. vbi conuen. qui certo loco dare prom.* ſicut *Iaſ. in l. in act. num. 7. Dec. n. 4. Bol. nu. 13. conſent.* & communem eſſe ait, *Corraſ. Miſcellan. 4 cap. 12. numer. 1.* Altera eſt opinio *Curt. Iun. in d. l. in action. numer. 15.* Tertia *Iaco. Cuia. §. præterea inſtition. de action.* Quarta fuit *Aemilii Ferretti in dict. §. præterea.* Quinta *Petri Lorioti in tractat. de action. aſſionale. 61.* Sexta *Duaren. in dict. l. in action, in verſ. plane interdum, & Corraſ. d. lib. 4. cap. 12* & ante eas *Baro. in d. §. præterea*, quas opiniones copioſe & eleganter recenſet *Menoch. dict. lib. 1. quæſt. 3.* ad quem beneuolum lectorem remitto, Mihi vero videtur ex *dicto. §. præterea*, poſſe colligi definitio arbitrariæ actionis, quæ ſit ad eius naturam explicandam ſatis accommo-

53 data. Arbitraria actio eſt in † rem, vel in perſonam petitio ex arbitrio iudicis pendens, cui ſi reus non obtemperet, ſecundum remedii intentati naturam, condemnetur. Petitio loco generis eſt, nam & ſi ſtricte dicatur petitio in rem *l. actio in perſonam. ff. de action. & oblig.* latius tamen accepta, & perſonali congruit actioni: Nam & dos dicitur peti *Rub. ff. ſolut. matrim. quemadmo. dos petat*, Mutuum dicitur peti, *Rub. ff. ſi cert. petat.*

l. vinum

l. vilium in verb. petitum. ff. ſi cert. pet. & tamen vtroque caſu eſt perſonalis. Dicitur in rē, vel in perſonam, quia arbitraria, aut realis eſt, aut perſonalis. *d. §. præter. ibi ver. ſed iſtæ,* dixi ex arbitrio iudicis pendens; propter illa verba, arbitrarias ex arbitrio iudicis pendentis, vt maneant illa verba loco differentiæ, dixi, cui ſi reus non obtemperat, &c. propter illa verba, condemnari debeat, nam in his continetur cauſa finalis arbitrariæ actionis, ideo ſi iudex arbitratur in hac actione, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat, vt reus poſſit obtemperando, euitare condemnationem, quæ ex natura rei petitæ, vel actionis intentatæ proficiſcitur, etenim ſi in actione, quod metus cauſa, reus iuſſus reſtituere ex iudicis arbitrio obtemperauerit non condemnatur in quadruplū, ſecundum actionis naturam, ſed liberatur ob ſolam reſtitutionē, vt autem hæc definitio, atque adeo natura actionis arbitrariæ fiat illuſtrior aliqua præcognoſcenda ſunt. Et primò q; arbitriū iudicis in ſpecie noſtra non denotat ſimplicē voluntatē aut poteſtatē iudicis, hoc vel illud faciendi, vt ordinaria eſt huius verbi ſignificatio, argumento. *l. 4. ff. de in lit. iur. l. 1. in fin. ff. de iur. delib. l. 1. ff. ad Turpill.* verum demonſtrat iudicis ſententiam, ſiue interlocutionem quandam circa faciendum, vel dandum, à Reo conuento, quæ definitiuam ſententiam antecedit; vt ante alios Doct. explicauit in *tract. de action. in tit. de rei vend. eat.* & credo eum accepiſſe à Theophilo in *d. §. præterea,* cuius verba græca fideliter tranſlata, interlocutionem ſignificant, ſcilicet *Theophilus* quod ibi Imperator, vocat arbitrium, ipſe interlocutionem iuditio nuncupat, & congruo nomine dicitur arbitrium, cum declarat iudex interloquendo quid & quomodo res reſtituenda, exhibenda, vel danda ſit, Vel quia pro arbitrio iudicis iubeat, quomodo actori ſatisfieri debeat.

Plane opponet aliquis, quomodo erit arbitrium, ſi Iudex ſecundum cuiuſque rei, de qua agitur naturam æſtimare debeat, ex æquo, & bono, vt definit *Imperator in dict. §. præterea in fine*, reſponde arbitrium in iure dupliciter conſiderari, nam alterum
4 eſt quod plenum appellatur, & liberum. Aliud quod † regulatum dicitur ab æquitate *gloſſ. in l. fideicommiſſa. §. quamquam ver. arbitrium. ff. de leg.* Tertio illud præſe fert liberam voluntatem faciendi. vel non faciendi, *l. ſiquis maior,* & ibi *Iaſon. numer. 7. C. de tranſact.* Regulatum eſt hoc de quo agimus *d. §. præterea.* neq; enim repugnat eſſe arbitrium, & eſſe quibuſdam regulis moderatum ſcilicet ex rei, de qua agitur natura; res fit clarior exemplo in actione ad exhibendum, quæ eſt arbitraria, Iudex non iubebit rem reſtitui; ſed exhiberi; quia talis eſt huius actionis natura; in modo autem, & in tempore, vel in loco exhibendi arbitrium iudicis vertebatur.

5 Præmitto etiam † ſecundo loco. Quaſdam eſſe actiones, in quibus introductum eſt fauore Reorum, quibus ſoleat regulariter fauere. *l. fauorab. ff. de reg. iur. l. qui accuſare. C. de edendo,* vt iudex priuſquā vniuerſum negociū definitiua ſententia definiat, debeat poſt aliquam cauſæ cognitionem iubere Reo, & hoc vel illo modo actori ſatisfaciat, ad effectum, vt ſi obtemperauerit iudici, effugiat illam pœnam, quam fuiſſet ſubiturus, ſi definitiuam ſententiam expectaſſet *l. ſi cum exceptione. § 1. ff. quod met. cauſ.* ibi, ſatis clementer cum reo agit Prætor, vt daret ei reſtituendi facultatem, ſi vult pœnam euitare. Iſtæ autem actiones, in quibus prætor, vel iudex ante definitiuam ſententiam humanitatis gratia iubet arbitrio ſuo, rem reſtituendam, vel exhibendam, vel aliter actori ſatisfaciendam, ſunt vere actiones arbitrariæ, quippe quia vt Iuſtinianus dixit ex arbitrio iudicis pendent, cum iudex antequam ferat definitiuam ſententiam interloquatur arbitrio, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat ad euitandam grauiorem condemnationem quæ ſequetur ex definitiua ſententia, vt bene colligitur ex *d. §. præterea;* quo in hac materia explicanda non eſt præſtantior alter. Inquit enim arbitrarias actiones appellamus, Ideſt, ex arbitrio iudicis pendentes; Verum ad conſtituendum arbitrium non ſufficit pendere ex iudicis arbitrio, id enim totum eſt affine cum actione bonæfidei, ſed debet pendere iudicis arbitrio in hoc, vt Iudex poſſit iubere reo, vt hoc vel illo modo actori ſatisfaciat, ad hunc finem, vt Reus obtemperando effugiat duriorem condemnationem, ſin minus in definitiua condemnetur, quæ condemnatio grauat magis reum, quam ſi iudici obtēperaſſet, vt accidit in actione quod metus cauſa; Etenim ſi iuſſus reſtituere, vel ſoluere, quod propter metum iniuſſum accepit ab alio, & non obſequatur in definitiua ſententia, condemnatur in quadruplum, & nihilominus rem reſtituet, talis eſt enim actionis metus natura. Quod ſi paruiſſet ſola rei facta reſtitutione liberaretur, & quadrupli condemnationem euitaret; Rurſus ſi iuſſus exhibere non obtemperauit, condemnatur ad intereſſe eius,

cui non fuit exhibitum, & per iuſiurandum in litem. *l. 3. § præterea. ff. ad exhib. l. Celſ. eod. tit.* Verum ſi iudici obtemperaſſet. Condemnationem ad intereſſe per iuſiurandum euitaſſet.

56 Ex quibus † omnib. deducitur, tres præcipue eſſe qualitates, neceſſarias ad conſtituendam arbitrariam actionem.

Prima vt pendeat ex iudicis arbitrio. Secunda vt pendeat in hoc, quod liceat iudici iubere Reo, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat. III. fiat ad fauorem Rei, vt obtemperando poſſit euitare grauiorem cõdemnationem, & omnes iſtæ qualitates belle colliguntur ex *d. § præterea in pr. vſq; ad verſ. ſed iſtæ, & in his.* Ex quibus ſummopere notandum eſt, & quod in his actionibus arbitrium vere pendet, & conſiſtit
57 in eo tantum, vt iudex pro arbitrio iubeat † reſtitui, vel exhiberi, vel aliter actori ſatisfieri: Non autem in eo, vt male opinati ſunt Dd. quod ſi iudici paritum non ſit, tunc ei liceat pro arbitrio condemnare, atq; ita arbitrium iudicis venire propter contemptũ, & exerceri in definitiua ſententia, cum verũ arbitrium ſit ab initio, in illa ſententia interlocutoria, non in ſententia definitiua, nec propter contemptum, ſiquidem hic cõtemptus non tribuit arbitrium, ſed eſt in cauſa, vt reus grauiorem condemnationem non ex arbitrio ſubeat iudicis, ſed ex natura actionis intentatæ in definitiua ſententia; quod exemplo fiet manifeſtius; Intẽtata eſt actio, quod metus cauſa; Iudex quia eſt arbitraria; iuſſit reſtitui per interloquutoriam, quod metu exceptũ fuit à Reo, & is obtemperauit rem reſtituens, atque ita euitauit condemnationem quadrupli; Hoc caſu iſta actio eſt ne arbitraria? vtique eſt arbitraria, quandoquidem iudicis arbitrium interpoſitum eſt, & tamen nullus eſt contemptus. Dicamus è conuerſo reum iuſſum reſtituere; obtemperaſſe, & propterea, definitiua ſententia fuiſſe condemnatum in hac condemnatione, quę fuit facta propter contemptum eſt ne aliquod arbitrium iudicis? nequaquam, quia iudex non pro arbitrio condemnat, ſed ex natura actionis, quæ nũ datur in quadruplum, nullo habito cauſarum, vel perſonarum diſcrimine, ſequitur condemnatio quadrupli, quod ſi eſſet arbitrium, reciperet ex perſonis, ex loco, vel tẽpore variationem, & ideo appoſite in *§ præter.* adiicitur verbũ arbitriũ, ibi ſatisfecerit, vel rem reſtituendo, vel exhibendo, & vt alioquin condemnabitur inquit Imp. & non dicitur pro arbitrio condemnabitur, ſed ſimpliciter condemnabitur. Eodem modo in actione ad exhibendum, Reus exhibere iuſſus à iudice non obtemperat, ecce contemptus, qui operatur condemnationem, an ſit in ea aliquod iudicis arbitrium? minime, quia natura actionis ad exhibendum eſt, vt detur etiam ad intereſſe probandum per iuramentũ, & ita iudex condemnat, & licet iudex taxet illud intereſſe propter iuſiur. probatum *l. arb. ff. de dolo*, tamen illa taxatio non inducit arbitrium, nec facit arbitrariam actionem, vt credidit, ſed perperam *Iaſ. in l. acti. ff. de in lit. iur. n. 2. & 3.* Nam dari iuramentum in litem non facit arbitrariam; quippe iudex & in bonæfidei iudiciis præſtito iuramento taxat. *l. 4. §. deferre; & ibi Dd. ff. de in lit. iur.* & iuramẽtum præſtetur, vbi id natura exigat Actionis, non iudicis arbitrio. Atq; hæc arbitrariæ actionis declaratio, non modo ex *d. §. præt.* colligitur, ſed probatur etiam. *§. item act. inſtit. d. action. in l. ſi ad except. §. 1. de eo quod met. cauſ. in l. qui reſtituere. ff. de rei vend. in l. arbitr. ff. de rei vend. in l. arbit. ff. de dolo*, quæ loquitur in iſta actione, & de actione metus.

58 Ex qua declaratione corruit altera Dd. regula circa arbitrariam actionẽ † formata nimirum, quod arbitrium iudicis eſſet conceſſum propter contumaciam Rei; nõ obtemperantis, cum vero arbitrium conſiſtat ab initio in iubendo, quomodo actori ſatisfieri oporteat, quod arbitriũ ex qualitate actionis Iudici in principio iudicii pręſtatur, quia actio intentata eſt arbitraria, ideo iudex arbitratur interloquendo, hoc, vel illo modo, ſatisfaciendũ actori, nõ propter culpã, vel contumaciã. Alioquin ſequeretur, quod iſtæ actiones in odium reorũ eſſent inductæ, cũ tamẽ à contrario in eorum fauorẽ ſint cõparatæ, quia ſcilicet illi obtẽperantes, effugiũt maiorem condemnationem, ad iſtam verò declarationem actionis arbitrariæ lucem magnam attulit *Duaren. in d. l. in actionib. ff. de in lit. iura.* Eguin: *Baro. in dict. §. præterea. Cor. lib. 4. ca. 12. Miſcellan. Bol. in d. l. in action. num. 24. Minſin. in d. §. præterea. & ibi Theoph. Placen. ſup. alleg. in tit. C. de recep. arbit.* ſicut & nos forſitan illorũ ſententiã clariorem præſtitimus; & ex ea velut quædã corollaria, colligo quinq; cõcluſiones, in quibus diſtat à frequẽtiori declaratione doctorũ. Et primo diximus, vna cũ recẽtioribus actiones arbitrarias, in fauorem reorũ inductas, vt ſcilicet data Iudici obtẽperandi occaſione euitarẽt maiorẽ condemnationẽ, Doctores cõmuniter in odium, ad puniẽdum contemptũ Iudicis, credunt eſſe comparatas.

Secundo

59 Secundo putant † ibi arbitrium, in his actionibus venire ex accidenti propter contemptum iudicis. Nos contra ex natura actionis ab initio.

60 Tertio † exiſtimant illi Arbitrium iudicis conſiſtete in definitiua ſententia, ſcil. poſt contemptum, vt tunc definitiue arbitrio iudicis condemnetur. Nos vero in ſententia interloquutoria dicimus eſſe arbitrium conſtitutum.

61 Quarto nobis placet † arbitrarias eſſe etiam quando iudici eſt obtemperatum, dummodo iudex arbitratus fuerit, quomodo actori ſatisfieri oporteat. Dd. contra; dummodo non ſit obtemperatum.

62 Quinto ſentiunt Doct. † actiones arbitrarias eſſe potentia, ſcil. ita demum ſi iudicis contemptus interceſſerit ſint arbitrariæ. Alias nō ſint Nos contra, eſſe arbitrarias diximus ſi Iudex interloquitur, quamuis fuerit obtemperatum, & debet iubere omnino, licet arbitriū ſit in modo iubendi, alioquin eſſet in poteſtate iudicis facere, vel non facere arbitrarias, cum id pendeat à lege, quæ tale in pluribus actionibus tribuit naturam.

63 Vltimo Doct. inquiunt, † vbi contemptus, ibi arb. & propterea dicebat *Bolognetus loco ſupra citato*, actiones bonæfidei fieri poſſe arbitrarias, ſi ille iudicis contemptus interceſſerit; Nos vero ex arbitrio lato ſuper interloquutoria de ſatisfaciendo actori, non ex contemptu. Verum ex mente etiam Doct. Actio bonæfidei non poteſt fieri arbitraria, *Men. d. lib. 1. quaſt. 3. num. 213.*

64 Ex ſupradictis deducitur, † *Bart.* non bene dixiſſe in *l. ſi cum except. §. in hac*, dum appoſuit illam ſententiam, de reſtituendo, vel de exhibendo, vel aliter ſatisfaciendo actori, eſſe definitiuam, cum vere ſit interlocutoria, & *Theoph. in d. §. præter.* interlocutionem vocat. Nam expectat poſt ſe aliam ſententiam, ſcilicet ſi non fuerit obtemperatum, & ſententia expectans poſt ſe aliam ſententiam eſt interlocutoria, vt latè per *Mar. de ord. iud. part. 6. tit. de ſent. n. 42. ver. vlt. ſuper eſt a.* Niſi dixeris, quod ſit interlocutoria definitiue, quia continet dari, vel fieri, *Bart. in l. nec quicquam. §. vbi decret. ff. de offic. proconſ.* Mar. *vbi ſupra. num. 45.*

65 Sequitur vt † inueſtigemus, an actio arbitraria ſit ꝓpria ſpecies actionis ita quod ſint tres ſpecies, Bonæfidei, ſtricti iuris, & arbitrariæ. *Men. in loco ſupra citato, n. 5.* videatur teſtari de communi, quod tres iſtæ actiones ſpecie diſtinctæ reperiantur, & *n. 8.* allegat huius ſententiæ authores. *Duar. Corraſ. d. l. in act.* & Baronem in *d. §. præter.* & probatur *1. ex d. §. præterea* vbi ſeparatim de his agitur, denotat enim illud verbum præterea diuerſitatem ſpecierum *arg. §. 1. inſt. de reb. corp. & ibi prat.*

Secundo cōfert tex. in *l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure*: ibi cum additur vel detrahitur, nouum ius conſtituitur, ſcilicet iuſciuile: Nam in arbitrariis additur illa qualitas arbitrii de ſatisfaciendo actori ante definitiuam ſententiam.

Tertio ſicut illa qualitas bonæfidei, & ſtricti iuris, licet non ſit ſubſtantia actio-
66 num, facit tamen differtē ſpecie, ita iſta qualitas arbitrii. Arbitror † tamen non conſti-
tuere tertiam ſpeciem, ex ratione ſuperius adducta, ſcilicet, quod ſtricti iuris tantum
actiones poſſint eſſe arbitrariæ, adeo quod vbi eſt arbitraria, ibi prius eſt ſtricti iuris,
non quod omnes ſtricti iuris ſint arbitrariæ, ſed quod arbitrariæ ſint ſemper ſtricti iu-
ris, & propterea ſum in hac ſententia, vt arbitrariæ actiones conſtituant ſubdiuiſionē.
Nempe actiones, aut bonæ fidei, aut ſtricti iuris ſunt *d. §. act.* Rurſus ſtricti iuris, aut ar-
bitrariæ, aut ſtricti iuris ſimpliciter, ita ſentit aperte *Bol. in d. l. in act. n. 13. verb. ideo*, dum
ait ſtricti iuris poſſe diuidi in ſtricti iuris ſimpliciter, & arbitrarias.

Inſuper in quæſtione ponitur, Quot ſint actiones arbitrariæ & reſponde ſi de ſpe-
67 cie † quæris ſunt duæ ſcilicet in rem, & in perſonam, vt diſertiſſime probat text. in *d.
§. præter.* & cōſtat ex definitione ſupra à nobis aſſignata, ſi vero de indiuiduis actioni-
bus inquiris, Imperator in *d. §. præterea*, enumerat, & oſtendit plures inueniri, vt palam
eſt ex illis verbis in his actionibus, & cæteris ſimilibus, & *Men. d. lib. 1. q. 5.* recenſet 26.
ex variis iuris locis collectas.

Proximum eſt requirere, an Arbitraria ſit proprium nomen actionis vt publi-
ciana. Paulina, Caluitiana, Seruiana *§. item Seruiana, §. item ſiquis in fraudem iuncta gl. in-
68 ſtit. action. & tit. ff. de publ. in rem action.* Paſſim credunt † omnes proprium non eſſe no-
men actionis, ſed ad actionum quandam, ſimilem actioni de peculio, inſtitutoriæ, ex-
ercitoriæ, quæ propria non ſunt actionum nomina *gloſſ. in §. actiones autem de peculio,
inſtitution. de action. & gloſſ. in leg. ſi ita plures. §. 1. ff. de exercitoria, & Doctor. in dicto, §. a-
ctionum de action.* etiam affirmant de reciproca ſubſtitutione, quæ cum in ſpecie

ſitas reſoluatur non dicitur propria ſubſtitutio, ſed quædam ſubſtitutionis adiectio, illud ipſum licet aſſerere de noxalibus actionib. per tex. *in §. ſunt autem inſtitut. de noxal. act.* † Solus *Corraſi. citato loco* ſcribit proprium videri nomen actionis, authoritate legū, quæ arbitrariam dicunt actionem *d. § præterea in l. 2. & l. centum Capua. ff. de eo, quod certo loco*, ex authoritate vero legum ſumitur proprietas, *Bar. in l. omnes populi num. 23 ff. de iuſt. & iur.* probat etiam à ſpeciali natura, quam habet hæc actio, nam & à particulari natura rei ſumitur proprietas. *l. 2. C. de iur. emphyt. §. adeo inſtit. de locatio.* Verum communē defendit *Menoch. d. quæſt.* oſtendens autoritatem legum non officia, ſiquidem lex actionem de peculio, tributoriam vel exercitoriam vocat, quas conſtat proprium nō habere nomen. Quod vero dictum eſt de ſpeciali natura inficiatur. *Menoch.* quoniam iſta natura in arbitrariis proficiſcitur ex illo accidenti, quod reus Iudici nō obtemperet, ſed hoc à nobis non conceditur ex his, quæ diximus paulo ſupra, addit quod cum iſtæ arbitrariæ reſoluantur in ſuas ſpecies, ſcil. in rem, & in perſonam. Arbitrium addit ſolum qualitatem: Nobis videtur † ita reſoluenda difficultas, aut quæris an hoc ſit proprium nomen actionis, id eſt ſpecies actionis, & puto eſſe, propterea quod ſeparat, & diſtinguit has actiones ab actionib. bonæ fidei, & ſtricti iuris, nomē enim dicitur quaſi nouimen, quia ſcilicet rem notam faciat, & rem diſtinguit à re. Ideoq; Imperator Iuſtinianus dixit, quod nomina debēt eſſe rebus conſentanea. *§. vlt. inſtit. de donat.* & ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtinguendas *§. 1. inſtit quib. mod. teſtam. infirmen.* Sed per hoc nomen, arbitrariæ, cognoſcimus vnam ſpeciem actionum ab aliis ſpeciebus bonæ fidei, & ſtricti iuris. igitur proprium nomen actionis, veluti ſiquis diceret actionem in rem eſſe proprium nomen ſpeciei, quoniam diſtinguit ab alia ſpecie perſonalis actionis & hoc modo actio de peculio eſt proprium nomen actionis, quippe diſtinguit ab aliis ſpeciebus actionum, quæ non dantur occaſione peculii, aut quæris an hoc ſit proprium nomen actionis, id eſt particularis, vt publiciana, & placet ſententia negatiua, & in his terminis arbitror procedere communem opinionem: ratio, quæ me mouet eſt, quia nulla eſt actio arbitraria, quæ de ſuo particulari nomine nō appelletur, vt actio quod metus cauſa, actio ad exhibendum, & aliæ de quibus *in d. §. præterea & in gloſſ. ibi.* Confirmatur, quia nomen, quod pluribus conuenit, non recte particulari congruit; arbitrariæ autem appellatio competit omnibus actionibus *in d. §*, cōprehenſis, & aliis ſimilib. & in hoc ſenſu, nec bonæ fidei actio, eſt proprium nomen actionis, nec de peculio, quandoquidem, vt gloſ. ait *in d. §. act. autem* de peculio dicitur, puta ſi fecerit mandatum ſeruo actio mandati de peculio &c.

Q. 11. Quæro dictum eſt actionem doli eſſe arbitrariam, & ea occaſione declaratum eſt, quæ ſint arbitrariæ actiones: propius nunc ad actionem noſtrā deſcendentes inquiramus. An ſit perpetuo arbitraria, & ſane ad primum videtur dicendum, ſemper eſſe talem arguendo à ſimili *l. à Titio. ff. de verb. obl. l. illud. ff. ad l. Aquil.* nam actio bonæ fidei ſemper eſt talis, nec vnquam deponit naturam ſuam, vt ſup. probatum eſt, actio
71 quoq; in rem nō efficitur vnquam in perſonam. Contraria tamen opinio † eſt ad veritatē ꝓpenſior *Hoſt. in tit. de dolo, & contum. n. 8. verb. ad quid detur actio d. l. arbitrio. ff. de dolo*, ibi non tamen ſemper in hoc iudicio Iudicis arbitriū dandū eſt, & reddit rationē Paulus dicens, quid. n. ſi manifeſtum ſit reſtitui non poſſe, veluti ſi ſeruus dolo malo traditus defunctus ſit, ideoq; protinus condemnari debet, in id quod intereſt actoris, ceſſante. n. cauſa, ceſſat effectus, & diuerſa ratio reformat pactum. Confert ſimile de actione ex ſtipulatu, q̄ cum ſit, ſtricti iuris natura ſua, ſpeciali tamen ratione in cauſa dotis mutata natura, efficitur bonæ fidei, & contractus bonæ fidei per ſtipulationem celebratus aſſumit naturā ſtricti iuris ſecundū opinionē illorū exiſtimantiū, q; ſtipulatio adiecta ſuper contractu trahat ad ſe illum contractum vt per *Iaſ. in rub. ff. de verb. obli. & Doct. in l. ſing. ff. ſi cert. petat.* ex quo diluitur argumentū contrariū. Contra hanc opinionē, ac deciſionē opponit *Bar. ibi n. 2. verb. venio ad tertiā.* reſpon. vt p eū, & pręterea reſp. q; facta condēnatione ad intereſſe, ſi reus non ſoluat, nō reſultat nouū arbitriū, ſed extendi pōt iudicio meo hæc concluſio ad omnes alias arbitrarias actiones, in quib. propter rei interitum, iudex non pōt arbitrari, quo pacto ſit mihi reſtituendū, ideo ꝓtinus condēnabit in quadruplū, ita ſi egero ad exhibendū, nā re perēpta, non licebit iudici arbitrari quo pacto ſit exhibēda. II. in ipſa actione, de dolo, extenditur, vt deſinat eſſe arbitraria, non ſolum quando res corporalis perempta eſt, ſed etiam res incorporalis, veluti ſi lis dolo alterius tempore perempta fuit, vt in *dict. leg. arbitrio. §. ſi cuius dolo*, vbi Iuriſconſultus ſi cuius dolo effectum eſt, vt lis temporibus legitimis

tranſactis

tranſactis pereat, Trebatius ait, aduerſus eum de dolo dandum iudicium, non vt ar-
bitrio iud. reſtituatur (ecce ceſſat arbitriũ) ſed vt tantũ actor, conſequatur, quantũ eius
inter fuit id non eſſe factũ. Ne aliter obſeruantibus lex circumſcribatur. III. extendi-
tur ex mente glo. & Bart. ad eum doloſum, apud quem res non eſt verè perempta, ſed
is eam alienauit, ſi modo non alienauit doloſè, tunc enim dolus eſſet pro ipſa poſſeſ-
ſione, *l. qui dolo. ff. de reg. iur. & Bart. d. l. arbitrio. nu. 2. in verb. quaero dicitur hic ſi res.* ſed quo
ad ipſum qui dolo induxit, vt rem acciperet bona fide alienet, & dictum gl. verificabi-
tur in hærede, vel alio ſucceſſore, ad quem res ex dolo alterius peruenerit, iuxta. *leg. ſi
plures ff. de dolo,* & ipſe poſtea bona fide, argumento: *l. qui in alterius. ff. de reg. iur. §. ſed alie-
nauer. quando, inſt. de vſuc.* & hoc caſu, quo non poteſt hæres reſtituere, ceſſabit arbitri-
um iudicis & fiet protinus condemnatio ad intereſſe, *d. l. arbitrio,* verbo ideo protinus,
idque maxime verum erit, ſecundum Bar. proxime citato loco, in contractibus ſtricti
iuris, in bonæ fidei autem ait eſſe diſtinguendum, vt in *l. ſi poſſeſſ. §. fin. in fin. ff. de petitio:
hæreditat.*

Quæſt. 12. Quæro practicam in hac actione doli arbitraria, & in hoc articulo de
tribus poteſt dubitari. Primo quomodo ſit formandus libellus.

Secundo quomodo ſint faciendæ probationes. Tertio quomodo ſit ferẽda ſen-
tentia, de primo agemus paulo infra, quãdo quæremus de forma libelli in hoc iudicio
doloſo, de ſecundo diſcutiemus infra in titulo de probatione doli. Relinquitur igitur,
vt de vltimo diſputantes videamus, quomodo iudex debeat ferre ſententiam. Tangit
72 hunc † modum ferendæ ſententiæ *Bart. in d. l. arbitrio num.* 1. & plenius agit in *l. ſi cum
exceptione. § hæc autem, vbi etiam Bald. ff. quod met. cauſa,* vbi Bartol. loquitur de ſententia
in actione quod metus cauſa, & quia eſt ipſa quoque arbitraria, ideo quicquid in ea
ſeruatur, debet etiam cuſtodiri in aliis arbitrariis, vt *Bart. ibi numer.* 3. ideo & in actione
doli. Nempe ſecundum vnam opinionem, quod iudex ferre debet duas ſententias.
Prima eſt vt arbitrio ſuo iubeat rem, dolo, vel metu extortam reſtitui. Altera quod ſi
reus non obtemperauerit ſententiæ de reſtituendo, condemnetur, in meticuloſa a-
ctione, in quadruplum computato ſimplo *dict. leg. ſi cum exceptione. §. quatenus. quod met.
cauſa.* In actione doli, ad intereſſe per iuramentum etiam æſtimandum, & conde-
mnatus ad reſtituendum, ex prima ſententia, habet tempus ad obtemperandũ, quod
datur Iudicatis *d. §. quatenus nempe quatuor menſium. l. 2. de vſu rei iud.* licet olim eſſet duo-
rum menſium. *l. debitoribus. ff. de re iud.* ſed duo videntur huic practicæ repugnare. Al-
73 terum eſt, quia ſuper eadem re non † poſſunt ferri duæ ſententiæ. *l. 1. C. ſent. reſcind. non
poſſe,* vt not. *gloſſ. in d. § in hac in verb. datam Bald. ibid.* maxime ab eodem iudice, qui poſt
primam ſententiam functus eſt officio ſuo. *l. iudex poſteaquam. ff. de re iud.* Alterum eſt,
quod ſi facultas reſtituendi, eſt intra tempus rei iudicatæ, in quo nam verſabitur ar-
bitrium iudicis, vt ſcilicet arbitrio ſuo reſtituat, vel exhibeat, vel aliter actori ſatisfaci-
at, iuxta *d. §. præter. inſtit. de actio.* quid enim ſi minus tempus ad reſtituendum præſcri-
pſiſſet? Ad primum autem non eſt difficilis ſolutio, primo negando quod ferantur duæ
ſententiæ ſuper eadem re. Nam ſecunda ſententia eſt de pœna tripli, in actione ꝙ me-
tus cauſa *d. §. quat. in act. doli ad intereſſe d. l. arb.* Ideoq; *Bald. in d. §. in hac num.* 2. dixit du-
as ſententias ferri non poſſe ſuper eadem re, verum propter ſe, ſed propter aliud bene
poſſunt, vt hic propter pœnam tripli.

Ad ſecundũ ſtante cõmuni declaratione, quod arbitrium iudicis naſcatur ꝓpter
contẽptũ, & inſit in ſecunda ſententia, vt diximus ſupra ad mentẽ Dd reprobantes fa-
cilis eſſet reſp. ſed ſtante opinione noſtra, quod arbitrium verſetur ab initio, vt poſſit
iudex arbitrari, quomodo actori ſatisfacere debeat *d. §. præter.* res eſt obſcurior, & ideo
dicendũ videtur ꝙ nõ detur tẽpus iudicati, nec n. probat *d. §. quat.* quoniã in *ver. quod
ſi homo,* loquitur de ſecunda ſententia, & de homine mortuo, intra tempora iudicati,
vt ſcil. non teneatur ad rem, ſed tantum ad empti pœnam, licet in dicta ſecunda ſen-
tentia, eſſet condemnatus ad quadruplũ, ſed detur tempus ad obtemperandum præ-
fixum à iudice in ſententia, ſiue longius ſit, ſiue prolixius. Aut vero quod Iudex arbi-
trio ſuo non poſſit præfigere tempus breuius illo, quod datur iudicatis, longius autem
arbitrio ſuo, poſſit. Vel & tertio dicas, quod ſi non verſabitur arbitriũ in tempore reſtit.
nõ propterea ceſſabit arbitriũ in hac actione, quippe quia verſabitur in modo, vel qua-
litate reſtituẽdi, vel in loco, in quo iubeat reſtitui. Alia † fuit opinio ꝙ vna feratur ſen-
74 tẽtia, verũ ſub cõditione, nẽpe cõdẽno te ad reſt. & ſi nõ reſt. ex tũc cõdẽno te ad qua-
druplũ (ſi actio erit ꝙ met⁹ cauſa) vel ad intereſſe ipſi⁹ actor. in hac act. doli, ita dicit *Bar.*

in d.l.ſi cum exceptione.§.hac autem.argum.legis conductores.C.locati, vbi ſi conductor, rem
conductam, requiſitus non reſtituerit, ſed expectauerit vſque ad ſententiam conde-
mnationis non ſolum rem, ſed etiam eius æſtimationem ad inſtar inuaſoris præſtare
compellitur, confert ad idem *tex.in l.non abre.C.vnde vi*, hanc quoque practicam pro-
75 bat ibi *Bart.d.§.hac autem actio num.*3. Cui non officit, quod ſententia ſub conditione †
lata non valeat *Bald.poſt Petrum in l.cum Iudex.C.de ſent.& interlocut.& in l.non dubium C.
de legib.in v.oppoſ.Saly.&* Alber.*in d.l.cum Iudex.Francus in c.præterea requiſiſti num.*1.*de ap-
pellat.* quia ſententia eſt actus legitimus, ſecundum aliquos, vt refert *Bart.in l.muto.§.*1.
ff.de tutel.& ideo vitiatur per adiectionem conditionis.*l.actus legitimi.ff.de reg.iur.c.act.
eod.tit.lib.*6. Nam ſiue conditio ſit extrinſeca, & ad negocium, de quo agitur non perti-
nens ſententia, mero iure valet. *l.*2.*§.biduum.ff.quando appell.ſit* ſiue ſit conditio intrin-
ſeca, & ad ſubſtantiam cauſæ pertinens, vt eſt hæc cōditio, ſi non reſtitueris; præſertim
cum poſſit impleri incontinenti poſt ſententiam, quo caſu omnes admittunt conditi-
onem de futuro intrinſecam non vitiari ſententiam; ſi incontinenti valeat impleri, &
ſi non poſſit ſtatim impleri, adhuc tamen valet, vt latiſſime in deciſione *Pedemont.*146.
*num.*8*.verb.quo vero ad ſecundum articulum, cum multis ſequentibus.* Et ad materiam copi-
oſe *Gabr.in ſuis commun.In verb.de ſententiis, in concluſione* 1. Iterum q̄rit *Bar.in d.§.hac autē*
76 *actio n.*4. An vtraq; ſentētia, q̄ lata eſt in † actione arbitraria ſit definitiua, & diſtinguit.
dicēs: definitiuā ſententiā duplici modo appellari, vno quoties definiat cōtrouerſiam
cauſæ. *l.*1.*ff.de re iud.* tūc vtraq; eſt definitiua, quādo quidē vtraq; definit cauſam ſuā. II.
modo dicitur definitiua illa, in qua dandus eſt libellus, & facieda litis cōteſtatio, & ſi-
milia, & tunc ſecūda ſententia non eſt definitiua ſed magis executio primæ. Nos ſup.
diximus, priorē ſentētiam eſſe interlocutoriam, quoniam expectat poſt ſe aliam ſen-
tentiam, & facit, quia non definit totū principale negociū. Nam controuerſia poſita in
Iudicio eſt de re, & de pœna, vel de intereſſe, vtrumq; poteſt in condemnatione veni-
re, igitur non definitiua, quāuis habeat vim definitiuæ, ſiquidem continet dari, vel fie-
ri, vt ſup expoſuimus. Secunda aūt erit definitiua, tum quia non expectat poſt ſe aliam
ſententiam, tum quia totam definit controuerſiā, etenim in actione quod metus cau-
ſa condemnat in quadruplum *d.§ in hac & § hac aūt, & §.quatenus, &* ſic definit rem, &
pœnam in actione doli, vel alia arbitraria, ſequitur cōdemnatio quanti actor in litem
iurauerit. *d.l.arbitrio verb.vt poſſit*, quo iuramento omnis cōtrouerſia deciditur, nec ob
ſtat quod ſecunda ſit executio, primæ id enim negatur, cum aliud contineat, vel ratio-
ne pœnæ, vel ratione intereſſe, vt dixit *Bald.in d.§ hac autem actio num.*2. Non obſtat et-
iam quod de libello, & de conteſtatione dicitur, quoniam, vt puto non eſt inconueni-
ens, vt nouus proponatur libellus, narrans quatenus reus, iuſſus reſtituere non paruit,
imo petit condemnari in quadruplum, vel ad intereſſe, ſecundum qualitatem actio-
nis intentatæ. vel quod cum ſit vnum Iudicium duarum ſentētiarum, ſufficiat primus
libellus, primaque litis conteſtatio, vt accidit in multis iudiciis, in quib. feruntur plu-
res ſententiæ, aliquæ interlocutoriæ habentes vim definitiuæ, & aliquæ merè definiti-
uæ, ſicut paſſim contingit.

Poſtremo reuocat *Bart.* in dubium in *d.§ hac aūt n.*4.*verb.item quæro.* An ab his ſentē-
77 tiis † liceat appellare, & *gl.reſp.* à prima poſſe appellationem interponi, à ſecunda vero
nequaquam, propterea quod ſit executio primæ, quod etiam attingit *Innocent.in c.fin.
ex quod metus cauſa. ſed Bart.& Bal.* reiecta gloſſ. opinione cōſtanter affirmāt, ab vtraq;
ſententia licitam eſſe appellationem, dumtamen inquit *Bald.* appelletur ſuper facto, vt
quia dicat quis ſe non rite condemnatum, vel obtuliſſe, vel reſtituiſſe, nec obſtat q̄ ab
executione non appelletur, q̄ eſt verū ab executione mera, ſed iſta non eſt mera, item
non appellatur ab executione, prætextu quod ſententia fuerit iniqua, ſed bene appel-
latur propter iniquitatē ipſius executionis. *l.ab executore.C.de execut.rei iud.* rurſus non
appellatur ab executione quando eſt pura, & liquida, ſecus quando deſiderat euentū
diei, vel conditionis, vt hic, appellatur etiam à pronunciatione de exequendo, vt di-
xit *Bart.ibi*, & probat *Bald.* vtens exemplo in taxatione expenſarum, nam eſt quædam
executio *l.ab executione infra de appellat.l.ab executione C.quorum appellat.non recipian.* tamē
poteſt appellari.

*Q.*13. Quæro an actio doli ſit ſubſidiaria, ita quod præſtetur omni alio deficiē-
te remedio. Et videtur, quod non, ex eo quod concurrit cum multis aliis actionibus,
78 vt † per gloſſ. magiſtralem in *l.*2.*Cod.de dolo*, veluti cum actione quod metus cauſa. *l.ſi
cum exceptione.§.eum, qui metum fecit.ff.quod met.cauſa.* Secundo cum actione in factū,

Bart.

*Bart.in l.rem quandam.ff.de dolo.*III.cum certi condictione *Iaſon.in l.certi condictio nu.* 14.
verb.nunquid.ff.ſi cert.pet.

Quarto cum actione ex teſtamento *l.repeti.ff.quib.mod.vſusfruct.amittatur ver.cum*
*act.vtilis,*ſecundum *Fulg.in l.ſub prætextu C.de tranſact.*VI.cum actione redhibitoria *Ce-*
pol.in rub.de ædilit.edict.in 3.quæſt.& in l.Labeo.§.aiunt ædiles num.15.& 17.verb.oppone ſe-
*xto.*VII.cum condictione indebiti.*l.3.cum gl.in verb.iudicatum eſſet.ff.de condict.indebit.*
*l.ſi legatarius,& ibi Bart.ff.de dolo.*VIII.cum interdicto vnde vi *Bar.Alex.& alii in l.2.Co.*
*de dolo,*licet *Bart.*contrarium teneat in *l.fin.n.2.ff.de dolo.*IX.concurrit cum alia actione
ceſſa, *Bald.in l.arbitrio.§.ſi ſeruum.ff.de dolo.*X.cum condictione ſine cauſa glo.in *l.29.in*
*verb.extit.ff.de dolo.*XI.cum actione criminali,vt de falſo, *Alc.in l.ſub prætextu nu.38.Cod.*
*de tranſact.*XII.cum interdicto quod vi,aut clam *Imol.in l.Athenis.ff. de aqua plu.* Con-
79 traria † tamen ſententia verior eſt ex multis iuribus,& l.*ex l.1.in alien.1 ff.de dolo*, ibi ſi
alia actio non erit,& §.*2.in verb.merito,* vbi dicitur non competere, ſi alia actio ciuilis,
vel honoraria detur,vel ſi aliqua exceptione ſe quis tueri poſſit,& §.*idem Pomponius,* in
quo denegatur actio doli,ſi competat reſtitutio in integrum & *l.2.3.& 4.eod.titul.*vel ſi
per aliam conſultum eſſe poſſit,ei qui dolum paſſus eſt,non commodatur actio doli.*l.*
19.*& §.ſi dominus.ff.de dolo.l.2.C.de dolo,*quæ ſupra allegatur.Item per *l.Diuus.ff.de reſtit.*
80 *in integ.*† Ampliatur, vt ſi opus mihi non ſit actione doli, quia ipſo iure non teneor ex
contractu geſto,non datur mihi actio.*l.1.§ idem Pomp.ff.de dolo* Item colligitur, quod
actio doli,cum officio iudicis concurrit,vt not. *Bald.in d.l.2.C.de dolo.* Ratio autē huius
concluſionis eſt expreſſa in §.*merito d.l.1.*& ibi ſc.quia famoſa eſt actio non debuit te-
mere à p̄tore decerni, ſi ſit alia ciuilis,vel honoraria,&*l.8.Alciat.l.ſub prætextu n.24.C.*
*de tranſact.*Adeo aūt eſt vera concluſio,vt ſi factū ſit com̄pmiſſum cū ſtipulatione doli
ſi per alterum ex compromittentib.dolus cōmittatur datur alteri actio ex ſtipulatu nō
de dolo,qua ſtipulatione non appoſita præſtatur actio de dolo,ſumma *Rolan.c.6.de cō-*
promiſſ.in 1.part.& videtur eſſe textus apertus in *d.l.1.§.merito verb.& ſi ſtipul.*& adeo in-
quam vera eſt concluſio,vt actio iſta ſit remedium ſubſidiarium omni reſpectu.Nam
81 duplici modo dicitur ſubſidiariū remediū, vno modo † reſpectu remedii ordinarii de-
ficientis,ſc.quia in ſubſidiū introductū eſt,& hoc modo reſtitutio in integrū pōt dici
remediū ſubſidiariū,q̄a in defectū ordinarii inductū eſt, *Albanus collect.n.755.*alio mo-
do dicitur ſubſidiariū,reſpectu extraordinarii remedii deficientis, quo caſu vere ſub-
ſidiarium dicitur,poſtquā actor omni remedio,tam ordinario,q̄ extraordinario deſti
tutus eſt quale eſt remediū actionis de dolo, & interdum talis reſtitutio in integrum,
quando datur in ſubſidium,quia procurator,vel alius tertius non eſt ſoluendo in *l.cum*
mandato.ff.de minor.l.arbitrio.§.ſi cum dolo,iuncta gl.ff.de dolo.Oddus de reſtitu.q.17.nu.28.
Ius modo eſt reſpondere cōtrariis, & ſane quod pertinet ad vtilem actionem, quæ ſc.
dicebatur cōcurrere cum actione doli ex mente *Fulgoſ.*Solutio eſt ex *Alc.in d.l.ſub præ-*
*textu n.23.& 24.C.de tranſact.*nempe comm.opinion.Doctorū eſſe in contrariū, & ibi
rationes Fulgoſii refellit,quoad actionem illam ex teſtamento quod concurrat cum
actione doli per *l.repeti.ff.quib.mod.vſufruct.amitta.*reſponſio eſt per gloſſam ibi,q̄ vero
datur actio ſola ex teſtamento,ſed nomine doli, vt ſic nō alia doli præſtetur per tex. in
*l.7.§.ſi præſentium in fin.ff.de dolo.*ſed ex teſtamento nata occaſione doli. quod de actio-
neceſſa dicit *Baldus,*non eſt expeditum,imo contrarium colligitur ex. *l.4.ff.de dolo, &*
*d.l.1.§.merito,*quo ad alias vero actiones,*gloſſ.Bart.Bald.Alex.Caſtr.& maxime Cor.in l.2.*
82 *C.de dolo.*diſtinguunt concordi voto,tres ſpecies actionum.Nam quædam † ſunt acti-
ones dolo generaliores,quædam ſtrictiores,quædā æquales,priores ſunt,vt certi con-
dictio,actio in factum,condictio ſine cauſa,condictio indebiti,&cum iſtis cōcurrit a-
ctio doli,*arg.l.certi condictio.ff.ſi cert.petat.*vbi competit,p̄ omni obligatione,ratio eſt in-
quit *Bald.& gl.ibi in 2.oppoſit.*quia ſpecies non excludit ſuum genus,& quia vt arbitror
verum eſt commiſſo dolo,ſi certum quod ſit doli occaſione datum,verificari certi cō
dictionem,quæ pro omni cauſa, & pro omni obligatione, quæ certum contineat da-
tur,*d.l.certi condictio.*ſimiliter exploratū eſt,propter dolum rem indebite eſſe apud do-
loſum,& ſine cauſa,adeo quod ſi emptio ſit doloſe facta, & traditio ſequuta actio do-
li,& condictio indebiti concurrant.*l.3.§.ſi ſciens ff.de condit.ob cauſ.l.his omnib.ff.de con-*
83 *dit. indebiti*, æquitati enim eſt conſentaneum, vt reſtituat; Iure igitur videtur a-
ctio in factum conditio ſine cauſa,& conditio indebiti præſtari. Actiones † ſtrictiores
doli actione ſunt, vt actio q̄ met.cauſa; interdicta vnde vi,quod vi aut clam, actio cri-
minalis pro falſo nam continent ſpeciē doli,neq;.n. incidit aliquis in his actionib. vel

interdictis, ſine dolo; quamuis dolus in multis aliis caſibus committatur, præter [illegible]
numeratos, & cum iſtis etiam concurrit actio doli. Ratio videtur, quæ col[illegible]
l. ſi cum exceptione. §. qui metum. ff. quod met. cauſa. ſcilicet, quod qui metum in[illegible]
lum etiam fecit, ita qui vim intulit, vel clam fecit, vel falſum commiſit, dolum quoque
adhibuit & hanc ſentit rationem *Alciat. in d. l. ſub prætextu. C. de tranſact. in fine*, ſenti[illegible]
& Doct. *in d. l. 2.* & ſecundum hæc forſitan dicendum eſt, quod ſicut actio metus, [illegible]
concurrat cum actione doli *d. §. qui metum*, tamen vna alteram conſumit, ſicut ibi [illegible]
preſſum eſt, ita quoque in aliis interdictis ſit dicendum, quoniam nõ video rationem
diſcriminis. Plane quod attinet ad interdicta, gloſſ. *in d. l. 1. merito verb. ait Pedius in ver-*
bo etiam Bart. in l. fin. ff. eod. Alex. in d. l. 2. C. de dolo vbi reſtatur de communi non concur-
runt cum aliis per tex. *in d. §. merito*, ibi etiam ſi interdictum ſit, quo quis experiri, vel
exceptio, qua ſe tueri poſſit, ceſſare hoc edictum, gloſſa ait, interdictum vnde vi, vel ſi-
mili, nec obſtat illa ratio, quod ſc. contineat ſpeciem doli, quoniam non valet iſta cõ-
ſequentia, vt *Bart.* ait, & probat *Alex. d. locis* Nam & actio furti, nõ datur ſine dolo quia
furtum non committitur ſine affectu furandi. §. *gallinarum inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. §. fin. ff.*
de furt. & tamen non concurrit cum actione doli argumento *l. arbitrio. §. de eo*, vbi frau-
dans menſuras furatur, & ſola actione doli conuenitur. Nec obſtat, quod dicitur de a-
ctione, quod met. cau. propter omnimodam ſimilitudinem, quam habet cum actione
doli, eſt enim arbitraria, & reſtitutoria ſicut actio doli §. *præterea inſt. de act.* cæteræ ve-
ro inferiores, quę arbitrariæ nõ ſunt ſimul, & reſtitutorię, non concurrunt cũ actione
doli, ideo nec actio iniuriarum. quamuis de dolo participent. Dolus apertus nõ com-
patitur aliam actionem, ſed dolus velatus ſic, vt interdictum quod vi, aut clam per. *l.*
84 *metum. §. 1. ff. met. cau. Appoſt. ad Spec. in tit. de dolo & contum. in verb. de dolo.* Porro † actio-
nes ęquales cum actione doli, ſiue pares, vt actio ex empto, actio ex ſtipulatu, & ſimiles
non cõcurrunt, vt *l. non eleganter. §. non ſolũ.* verbo qui ſeruũ mihi debebat, & ibi ſed ve-
rius eſt, ceſſare actionem de dolo, quoniam eſt ex ſtipulatu actio, ea enim ex empto a-
ctione, ceſſat actio doli, ratio eſt inquit gloſſ. *in d. l. 2.* & referunt alii quia iſta actio doli
habet ſe ad modum inuidi, qui odit æquales, & inter pares ſuum venenum fundit. *He-*
ſiodus apud Plut. probl. 1. inuidet cantor cantori, & egenus egeno, odit itaque Fabrũ fa-
ber, figuloq; moleſtus eſt figulus, ſimile eſt illud.

Ouid. Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris.
Vicinumq; pecus grandius vber habet.

Sicut etiam æqualis æqualem delectat, vt eſt in adagio, ſimilitudo enim mater eſt
beneuolentiæ, vnde illud Terentianum; Pares cum paribus facillime congregantur,
vnde verſus: *Omnes hi ſeſe venerantur, amantque. Vicini, æquales viribus, atque ſenes.*
Vera ratio eſt, vt puto, quia actio doli eſt ſubſidiaria, & datur vbi alia deficit actio *d. l. 1.*
in prin. & §. merito.

Q. 14. Quæro contra quos detur, & quibus concedatur, actio doli, ad hoc reſpõ-
85 deo breuiter, concedi damnum paſſo, & hæredib. eius, vt dixit *Hoſt. in ſumma † de dolo.*
q. 6. l. 1. in pr. ff. de dolo, ibi vel iſtis ſimplicitas ſit damnoſa. *l. ideoq; ff. eod. l. eleganter. §. ſi ſeruus*
in fin. de hæredib. eſt tex. in *l. hæredib. in princ. ff. de dolo*, ad illud vero quæſitum cõtra quos,
86 reſp. † contra doloſum *d. l. 1. in pr.* Hoc edicto prætor aduerſus varios, & doloſos, qui a-
liis ob fuerũt calliditate quadã ſubuenit, nec diſtinguitur, maior ſit, an minor, dũmo-
do ſit doli capax. *l. auxiliũ. ff. de minor. d. l. hæredib. ver. ego arbitror. ff de dolo* vbi pupillus p-
ximꝰ pubertati, ex ſuo dolo, cõuenitur, Itẽ maſculꝰ ſis an fœmina, vnde ratione doli p-
dit beneficiũ Velleiani, vt infra ſum dicturus, quãdo de pœna doli tractabõ. Rurſus ſin-
gularis ſit perſona, & vera, an vniuerſalis, & ficta, vt vniuerſitas. quando dolum cõmi-
ſerit, licet id ſit per difficile. *l. ſed ex dolo. §. ſed an municip. ff. de dolo*, collegium, municipiũ,
d. enim. §. ſed an municip. nõ excludit dolũ à municipib. ſed eo modo loquẽdi oſtẽdit dif-
ficultatẽ in cõmittendo p eos dolũ, iuxtà illud, eſt peccatũ ad mortẽ, q̃s orabit p eo? vt
de pœnit. *diſtin. 1. § quod aũt*, ſimile eſt in *l. ad eos. ff. commod.* Explicat latius *Hoſtien. in d. q.*
6. Præterea, & contra eum, qui dolum non fecit, ſi modo aliquid ad eum ex dolo per-
uenit. *d. l. hæredib. §. 1.* vbi contra pupillum propter dolum tutoris, & ex *l. ſed ex dolo*, item
vbi contra dominum ex dolo procuratoris, eadem ratione contra hæredes, & cæte-
ros ſucceſſores ſcilicet de eo quod ad eos peruenit. *l. ſi plures. ff. de dolo*, ſicut & contra
dominum pro dolo ſerui. *leg. ſeruus tuus. ff. de dolo.* Datur etiam contra eum, qui ru-
ſticis ſuaſit, ne ſoluerent decimas ob damnum quod ex illa priuatione illatum eſt,
Innoc. in c. dudum extra de decimis, arg. l. cum quis. ff. de dolo, nec mirum, p̃ſtatut:n: hæc actio
ad re-

ad recuperanda damna, *Imol. in l. ſeruo inuito. ff. ad Trebell. num. 6. & ibi Doct.* Præſtatur & aduerſus eum, qui rẽ alienã doloſe donauit, vt donatarius faceret ſumptus in ea, & ſi ei euinceretur poſtea. *l. Ariſto. §. vltim. ff. de donat.* conceditur etiam contra dominum proprietatis, ſi aliquid agendo in re cuius vſusfructus ad alium pertinet, ſit impedimento quo minus vti, & frui poſſit, vt *l. repeti in fin ff. quib. mod. vſusfruct. amitta.* cui non obſtat *l. arbitrio. § ſi dominus ff. de dolo, per vlt. ſolut. gloſſ.* ibi, competit & contra eum, qui debebat dare rem, & non perfecte dedit. *l. naturalis. §. at cum. d. vbi Iaſ. num. 3. & alii ff. de præſcript. verbor.* Intenditur etiam contra debitorem, cuius facto res debita periit, impetratum & contra illum cui teſtator certa relicta pecunia mandauit curam ſui funeris, & ille accepta pecunia funus non duxit *libr. 4. §. ſi cui ff. de relig. & ſumpt. fun.* Datur & aduerſus eum, qui natura tantum erat obligatus, ſi non obſeruando naturalẽ obligationem, creditor eſſet in damno *Iaſon. in l. iuriſgent. §. ſed cum nulla. ff. de pact. & in §. in perſonam col. num. 14. inſtit. de act.* de qua re latius dicendum eſt. Admittitur etiam & cõtra Dominum, qui tacite reuocauit procuratorem, vt debitor ei male ſolueret credẽs durare mandatum *Romanus in l. ſi procuratori. ff. de condict. cauſa data, cauſ. non ſequ.* Datur & contra eum, qui tradidit ſcienter debitorem fallit eum *Natta con. 34. in vol. 2.* nec liberatur ab obligatione, & quando dicatur ſcienter facere, ibi per eum.

Tractatur etiam aduerſus eum, qui rei meæ venditionem impedit, puta faciendo rem litigioſam. Nam cum habeam illam venalem, tu mouiſti proprietatis controuerſiam, & cum vidiſti opportunitatem emptoris, cui poterat vendi deſtitiſti, *Bart. in l. rei quam. ff. de dolo, Bald. in conſilio centeſimo ſexto, in 3. volum.* Eſt etiam locus huic actioni, ſi tractatus de contrahendo ſit diuerſus à contractu, nam aliquando datur actio, aliquando præſtatur exceptio. *Imol. in leg. ſi quis cum aliter. verbo item aduerte column. 3. ff. de verb. obligat.*

Si hæres à quo ſit relictus vſusfructus fundi arbores deieciſſet, aut ædificium demolitus eſſet aut aliquo modo deteriorem vſumfructum feciſſet, teneatur actione doli *Bartol. in leg. 2 ff. ſi vſusfruc. petat.* Doli actio in emptione animalis, vel ſerui quando locum habeat, *Cepol. in titulo de ædilit. edict. in leg. quaritur. §. ſi nominatim.* Si ſeruus vel animal mihi debitum à te, fuerit occiſum ab extraneo cui nam competit actio doli, mihi an tibi? declarat *Alber. in l. arbitrio. §. ſi ſeruum. ff. de dolo.*

Præſtatur actio, etiam contra illum, qui promiſit aliquod opus in ſuo fieri ad vtilitatem alterius & poſtea non ſinit perficere *l. ſi cum mihi. ff. de dolo.* Datur etiam contra perſuadentem fugam ſeruis. *l. cum quis perſuaſerit. ff. eodem* & contra perſuadentẽ repudiationem hæreditatis, optionem ſerui. *l. ſi quis affirmauerit. ff. eodem*, & contra perſuadentem aliquid doloſe in damnum eius, qui perſuaſus eſt. *l. ſeruus ſuæ. §. fin. ff. de dolo*; & contra legatarium perſuadentẽ hæredi, vt ſolida legata præſtet, quaſi opulenta ſit hæ-
87 reditas. *l. ſi legatarius. ff. eod.* ratio omnium ſumitur ex *l. conſilii. ff. de reg. iur. à contrario ſenſu.*

Competit † etiam ſi quis me impediat, ne ego vſucapionẽ legitime interrumpam, quam alius contra me perficiebat.

Sed an prædicta regula ſiue concluſio, quod actio doli præſtetur contra doloſum ſit limitanda in patre, & patrono, & non videtur limitanda per tex. à ſimili in *l. ſi quis vxori. §. 1. ff. de furt.* vbi aduerſus fratrem datur filio actio furti, quæ eſt famoſa, & non eſt ſine dolo. Contrariũ tamen eſt reſpondendum per tex. in *l. non debet. ff. de dolo, & in leg. ſi ſuperſtite. C. de dolo.* Vbi *Bart. Bald. Caſtrenſ. Alex.* & alii, ratio limitationis fundata eſt in verecundia filiali *d. l. ſi ſuperſtite.* Quod autem hic dicitur de patre, videtur habere locum in omni aſcendente, item in patre ſpirituali ex ſacro fonte Baptiſmatis, *Bald. in c. 1. §. pen. de prohibit. feudor. alien.* per Federicum, vbi dicit id ipſum obſeruari contra ſacerdotem Parrochialem, & contra dominum à vaſallo facit tex. in *l. veluti. ff. de iuſt. & iure*, vbi naturæ iure videtur reuerentia paterna inducta, eadem militat etiam in liberto erga patronum, quaſi ipſum libertum dando ei libertatem iterum mundo genuerit. Nam ſerui pro mortuis habentur, & per conceſſionem libertatis, reuiuiſcunt, & ideo voluit lex denegando actionem doli parcere eius famæ, ſicut alias, & in remotione à tutela, ob ſuſpicionem malæ adminiſtrationis parcendum eſſe dixit Imperator in *§. 1. inſtit. de ſuſpect. l. hac enim ff. de ſuſpect. tutor.*

Ad contrarium reſpon. gloſſa in *d. l. non debet.* & in dicta *l. ſi quis vxori*, & cogita an poſſit reſponderi ibi eſſe ſpeciale, quia agitur de peculio Caſtrenſi, in quo paterfamilias reputatur non filiusfam. nec enim ſine ratione ponit caſum in caſtrenſi. Extenditur autem limitatio prædicta, vt procedat & in viro poſito in dignitate, nam contra

eum non datur actio doli, veluti Plebeio aduerſus conſularem, item nec aduerſus ho-
minem vitæ emendatioris, ſi luxurioſus, prodigus, vel aliàs vilis vellet de dolo experi-
ri, Ratio, vt opinor, eſt fundata in legalitate perſonæ; nam multa ſunt indulta priuile-
gia propter legalitatem perſonæ, & per eam in multis ſuis partibus receditur à iure cõ-
muni, vt per *Iaſ. in auth. iubemus. C. de iudic.* Vel etiam ratio eſt, quia iſtæ humiles, & de-
ploratæ perſonæ debent præſtare reuerentiam; Nec ab iis debet, irrogari infamia, quæ
vel infames ſunt, vel famam negligunt, probatur autem excèſſio ex *d. l. non debet*, quam
ampliant moderni *Beruſin. in tractatu de act. n. 171. & ſeq.* Sed cum non debeant ex do-
lo ſuo lucrari, qua actione ſunt conueniendi? Inquit *Vlpi. in d. l. non debet*, per actionem
in factum temperando actione doli cum mentione bonæ fidei.

88 Hic moueo † duplicem difficultatem, altera eſt cur detur actio in factum, cum
& ipſa infamet *Bart. in l. infamem n. 4. ff. de public. iudic.* ſcilicet quando directo intẽtatur
ex delicto, quod probat etiam *Iaſ. in §. ſupereſt n. 2. inſt. de act.* Altera eſt, quomodo poſ-
ſit actio doli temperari verbis bonæ fidei; cum dolus ſit bonæ fidei contrarius, *l. 3. in fin.*
ff. pro ſocio Cæterum prior reſoluitur ab eodem *Bart. in d. l. infamem nu. 4.* ſc. actionem in
factum ex delicto venientem, quamuis non publico infamiam irrogare niſi tempere-
89 tur verbis bonæ fidei, vt inquit faciendum eſſe *Iuriſconſ. in dict. l. non debet.* Quo pacto †
vero ſit temperanda docet ibidem *Bart. idem in dict. l. non debet*; quam legit coniunctim
cum *lege olim. §. merito nu. 2.* vbi etiam *Bald. ff. de dolo*, & in *l. ſi ſuperſtite. C. de dolo*, & ibi A-
lex. Caſtrenſ. & Bald. nempe quod contra patrem, vel patronum concluditur per mediũ
bonæ fidei, quia bonæ fidei non congruit, vt ipſe cũ aliena iactura locupletetur, nã in-
quit *Bart. in d. §. merito.* Narrabo factum, quod in ſe continet dolum, non tamen dicam
quod fecit doloſe, & fraudulenter, & concludam.

Quare cum bonæ fidei non congruat, vt aliquis locupletetur cum alterius in-
iuria, ideo peto eum condemnari. Atque inde conſtat pro ſecunda difficultate quo
modo poſſit temperari verbis bonæ fidei, actio doli. Et dicas tamen, quod quamuis
patronus, vel parens, actione in factum condemnetur verbis bonæ fidei temperata e-
90 uitant † quidem infamiam iuris; ſed non infamiam facti, vt apertus eſt text. in *l. 2. ff. de*
obſeq. à liber. vel libert. parent. præſt. ibi licet enim verbis edicti non habeantur infames ita
condemnati re tamen ipſa, & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam. Ea-
demq; concluſio per verba bonæ fidei, erit facienda quoties agitur contra alias perſo-
nas, quib. eſt de iure præſtanda reuerẽtia. In quib. videtur, & vnum ſingulariter indu-
ctum, quatenus ego obſeruaui, vt volentes poſſint petere reſtitutionem in integrum,
loco actionis in factum, nempe, quod qui pro actione doli debent experiri actione in
factum poſſint illa dimiſſa implorare reſtitutionis in integrum auxilium per tex. egre-
gium in *l. patri pro filio. §. vltimo. ff. de minor. 25. annis* vbi *Cæius l. C.* inquit, Aduerſus eos
quoq; reſtitutio præſtãda eſt, quorum de dolo agere non promittitur; niſi quædã per-
ſonæ ſpeciali lege exceptæ ſint, vt patet, & patronus.

Prædicta vero limitatio, vt actio doli ſiue in factum aduerſus patronum, parentẽ,
91 & alias perſonas † ſit bonæ fidei verbis inſpectanda, coarctatur, vt non habeat locum,
in eorum hæredib. ſiquidẽ hæres patroni poterit à liberto actione doli conueniri, vel
liberti hæres, non prohibetur eadem actione contra patronum intentare duplex autẽ
poteſt eſſe ratio, ſc. quia in perſona hæredis ceſſat reuerentia, quippe hæres liberti, nõ
debet præſtare reuerentiam patrono & hæredi patroni, à liberto non debetur reuerẽ-
tia, ita in hæredibus aliarum perſonarum, de quib. in *dict. leg. non debet*, niſi forſitan hæ-
res patroni, eſſet filius patroni, & hæres parentis, aliàs erit parens, vel hæres conſula-
ris, eſſet alius vir conſularis. Altera ratio eſt, quia in heredem parentis, patroni, vel po-
ſiti in dignitate, ceſſat ratio infamiæ, quoniam eum non conueniantur, niſi in quan-
tum ad res peruenit, & ideo calculi tantũ non fraudis habeatur ratio *gl. in d. l. hæreditas*
& in *l. hæredem. ff. de dolo*, nihil eſt præſtare actionem in factũ ad effugiendã infamiam. *l.*
Sabin. ff. ead. ſed quid ſi actio in factũ verbis bonæ fidei tẽperata, fuit in iudicio introducta,
& pendente lite mortuus fuerit patronus, vel parens? inquit *Bal. in d. l. hæredib.* q. cõuer-
titur in actionem de dolo contra hæredẽ, nam lite conteſtata contra defunctũ ex eadẽ
inſtantia fit condẽnatio, & *gl.* ibi dicit vnum ſingulare, q. ſc. ex dolo patroni, vel patris
duæ oriuntur actiones, altera in factũ contra illũ inſtituenda, altera de dolo proponen-
da contra hæredẽ, q. ait fieri perſpicuũ, qa alterius vitæ, & qualitatis eſt vna, ac altera *l.*
in hered. & l. itaq. ff. de dolo. Quæri hic perbelle poteſt, an hæc actio detur fratri contra
fratrẽ, & videtur dicendũ q. non; quia frater dicitur fere alter, ideo ratione magnæ af-
fectionis

fectionis non cogitur ferre teſtimonium contra fratrem. *l.4. cum ibi not. ff. de teſtib.* non
poteſt etiam exhæredari, turpi inſtituta perſona. *l. fratris Cod. de inoffic. teſtam.* §. 2. *inſtit.*
de inoff. teſtam.

92 Contrarium † tamen deciditur in *l. filius, vbi Bald.* dicit eſſe ſingulare. *ff. de dolo,* non
eſt enim de perſonis exceptis in *l. non debet,* vbi infert à ſimili, & ait, fratrem actionem
contra fratrem poſſe intendere damnando propriam, non alienam iniuriam proſe-
quendo. Solutio contrarii eſt, quia actio de dolo ceſſat propter reuerentiam, non pro-
pter affectionem. Confirmatur, quia actio furti non præſtatur cõtra fratrem, ergo nec
doli actio vide *Bal. in d. l. filius.*

Quæſt. 15. Quæro an actio doli præſtetur pro quacunque re etiam minima. Et
videtur affirmatiue reſpondendum per argumentum à ſimili ex *l. naturalem.* §. *gallina-*
rum. ff. de acq. rer. dom. §. *gallinarum, inſtitution. de rerum diuiſ.* vbi furtum committitur in
93 gallina, & anſere, imo † etiam, vt inquit gloſſ. quam ſequuntur omnes in ouo, & be-
nefacit tex. *in cap. putant. 12. quæſt. 3. & c. plerique eodem loco, & ca. nauiganti, vbi Panorm. ext.*
de vſur. vbi quicquid accedit ſorti per pactum quantulumcũq; ſit vſura eſt, & furtum,
& vſura cum dolo ſunt.

94 Secundo confert, quia & in pœnalibus quod minimum † eſt attenditur, vnde re-
gula quod ſpoliatus ante omnia debet reſtitui, nec ante debet audiri aduerſarius, pro-
cedit etiam ſi vnus duntaxat denarius deeſſet, quod dicit eſſe notandum *Iaſon. in au-*
thent. qui rem, & in l. ſancimus. col. 3. verb. octauo extende Cod. de [illegible] *ind.* idem voluit *Bald. in*
c. conquer. in ver. integr. col. 1. de reſt. ſpol. Dec. conſ. 34. vlt. Tertio adſtipulatur, quia ſi dictũ
95 teſtis eſt falſum ex vno † nummo, totum vitiatur in *c. fin. diſt. 9. & ca. puta 3. q. 9. & c. ni-*
hilominus eod. Bald. in c. cum adeo, de reſcrip. Quarto huc etiam pertinet, quod emphiteu-
96 ta ex defectu ſolutionis vnius denarii æque cadit † ab emphiteuſi, ac ſi defeciſſet in
magna re *Cyn. Bart. Bal. & omnes in auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccl. Bal. in l. quamuis. ff. de cond.*
& in l. eam alleg. in 7. oppoſ. C. de vſur.

97 Quinto † prohibitus alienare bona hæreditatis ſub pœna priuationis alienandi v-
nam rem etiã minimã, tota hæreditate priuatur, *Dec. in c. de app. ext. de app. & in c. maior.*
98 *de præb. Ang. conſ. 168. ex iſto dubio in 1. quæſt.* Cæterum † contrarium de iure aperto reſp.
Labeo, in *l. ſi oleũ* § *fin. iuncta l. ſeq. ff. de dolo.* hæc actio inquit paſſim indulgẽda non eſt,
ecce inprimis ſi modica ſumma ſit, id eſt vſq; ad duos aureos; Quos idem apud Paulũ
valere exiſtimo, quod apud alios I. C. in *lib. Digeſt.* ſolidi valent *l. ſi vero.* §. *prætor ait. ff. de*
his, qui deiec. vel effud. pœna enim ibi ſtatuta eſt iure pãdectarum decem ſolidorum quę
per Iuſtin. expreſſim traditur nomine X. aureorum. §. *item is verb. cui ſimilis, inſt. de obl.*
quæ ex quaſi delict. naſc. ſimilis eſt tex. *in l. quia vulgo. ff. de edil. edicto, in l. 1. in pr. ff. de his, qui*
deiec. vel effud. quo loci pœna conſtituitur quinquaginta aureorum quam ſub eodem
numero, & eodẽ aureorum nomine reperit. *Iuſt. in d.* §. *item is ver. ob hom.* Confirmatur,
quia in *l. libertus. ff. de in ius vocan. in l. 2. l. in eum. & l. vlt. ff. in ius vocati vt eant,* pœna 50. ſo-
lidorum exprimitur *Iuſt. vero in* §. *vlt. inſt. de pœn. temo. litig.* quinquaginta ſolidorum di-
xit, & qui plura deſiderat in hanc ſententiam, videat *Did. de veter. num. poteſt. c. 3.* §. 1. vbi
quanti valeret ſolidus, & quanti aureus doctè declarat, efficere enim ait quartã vnciæ
partem *d.* §. *1. n. 2.* Conuenit. *l. quoties. C. de ſuſcept. & arch. lib. 12. Alciat. lib. 3. c. 9. diſputat.*
Ant. Aug. in emend. pand. lib. 2. c. 7. li. 2. c. 9. Probatur hæc concluſio etiam ex *l. eleg.* § *fi. ff.*
de dolo, Bar. in l. infam. ff. de publ. iud. num. 4. Capoll. caut. 1[illegible]*7 & 169. Ripa in l. ii, cui bonis. n. 6.*
99 *ff. de verb. obl. Fel. in c. cæterum de iud.* Ratio † huius opinionis videtur, quia hæc actio eſt
prætoria, & de minimis non curat prætor. *l. ſcio ff. de integ. reſt.* ratio rationis, eſt quia nõ
præſumitur, quod pro modico, quis ſit delictum facturus. *Alex. conſ. 74. viſo teſtamento*
col. 2. ver. nec iura præſum. lib. 1. & conſ. 99. viſis proceſſibus col. 5. verſ. non obſtat etiam ſi de cre-
tur lib. 5. vbi per hanc rationem concludit teſtem non repelli propter modicũ emolu-
mentũ, quia nõ præſumitur, quod ob id voluerit deierare *Dec. conſ. 175. in cauſa falſi col.*
6. Bal. in auth. ſed iam neceſſe ad fi. C. de don. ante nupt. ſcribit quod in parua quantitate, non
præſumitur fraus, neq; ſuſpicio, facit *gl. in l. qui iuraſſe.* §. *ſi pater, ff. de iur. iur.* quã ibi Bart.
commendat, conuenit illud quod ſcribit *Quint. lib. 5. orator. inſt.* non eſſe credibile, a-
liquẽ falſum propter exiguam ſummam commiſiſſe, vt non mirum videri debeat *Bal.*
in l. omnib. circa med. C. de teſt. tradidiſſe, neminẽ præſumi deierare, vbi ex hoc nullũ re-
portat commodũ; & *Fulg. conſ. 773. in cauſa inquiſit. col. 2. in fi.* conſuluit non eſſe præſu-
mẽdũ quem dolo aliquid geſſiſſe, vbi nullum, aut paruũ commodũ ex hoc referret, &
ſuper hac pręſumptione videtur fundata prætoria deciſio, vt pro modica ſumma non

præſtetur de dolo actio, quamuis recte dicat Cicer. pro Milone boni nullo emolumē-
to impelluntur in fraudē, improbi ſæpe paruo. Ego vero, vt quod mei iudicii ſit inter-
100 ponam, puto aliam † eſſe rationem, prætoris intentioni magis accommodatam, nimi-
rum quod cum iſta actio ſit famoſa *l. 1. §. merito eod. d. l. non debet eo. tit.* non putauit con-
ſentaneum prætor, pro re modica eſſe alicui irrogandam infamiam, cuius prætorem
habuiſſe rationem fit manifeſtum ex *l. elegant. § fi. ex d. l. non debet ex. l. Sabin. ff. de dolo*, p-
batur etiam quia in *d. l. ſi oleum. §. fin.* ſupponit Iuriſc. de dolo conſtare, cum negat pro
modica ſumma dandam actionem, corroboratur etiam, quia valet argumentum de
re ad perſonam, *Euer. in dial. leg. in loco à re ad perſonā*, ſed dū rationem perſonæ ait nō de-
bet dari actio doli in *d. l. non deb.* inſpicit infamiā, vt palam eſt, ibi quia famoſa; Ergo &
quando negat dari reſpectu rei. Supereſt euertere contraria, quorū primum de furto
arduum eſt, nam ex furto etiam irrogatur infamia, non ſecus ac ex dolo. *l. 1. ff. de his qui
not. infa. gl. in d. § ſi* reſpondet ſpeciale in furto; ob frequentiā, nam facilius, & frequen-
tius fiunt in vilibus furta, quàm dolus, ideo neceſſe fuit plus punire arg. *l. aut facta. ff. de
pœnis*. Confert huic ſolutioni *l. eleg. §. fi.* ibi niſi ex magna, & euidenti calliditate, ſed ta-
men quia res viles ſunt, non erat danda actio famoſa, cum fama tanti valeat *Bol. in ap-
poſt. ad eum §.* rationem inquit eſſe, quia actio doli eſt ſubſidiaria, nō ita actio furti. Pla-
ne non video, quod inde inferatur, quod ſc. nō detur pro modica ſumma, quia ſit ſub-
ſidiaria, illa detur quia eſt ordinaria. Alia ergo ſit ſolutio quod actio furti de iure ciuili
eſt, actio doli de iure prætorio, prætor de minimis non curat, ius ciuile curat, ratio ra-
tionis videtur, quia ius ciuile rigoroſum, & ſubtile, prætor habet præ oculis æquitatē
l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. & quoniam non fuit æquū, vt ꝑ modica re reddere-
tur aliquis infamis, ideo &c. Quo ad alia fundamēta quibus probatur modicæ rei ha-
101 bitā eſſe rationē in iure tam ciuili, quam Can. reſp. eſt † regulā hanc eſſe Broecardicā,
Bar. in c. ſi prepon. ext. de reſc. nam ſunt innumeræ penè leges, in quibus modica negligū-
tur, vt in *l. omnes. ff. de impens: in reb. dot. fact. in l. in rebus. § poſſunt. ff. cō. in l. Sen § Mar ff. de
l. 1. in fi. ff de ven. inſp. l. omnes. C. ad ſen. conſ. Ter.* adeo q; parū, & nihil, in iure æquiparentur.
c. de mulct. ext. de præb. Quare *Bar. in d. l. ſcio. ff. de integ. reſt.* ait in his, quæ conceduntur de
iure cōmuni, de minimis curatur, vt in argumentis deductis, In his vero, quę cōtra ius
commune de iure ſpeciali præſtatur, de minimis nō curatur, ſicut hic, quę eſt actio iu-
re ſpeciali competens ſed in *l. Sen. §. Marc. in l. in rebus. §. poſſunt.* vt ego conſidero, & in *l.
omnes de imp. in reb. dot. fact.* de iure com. agitur, & tamen nō habetur cura de minimis.
Car. in prooem. decret. & iterum in *proœm. clem. poſt princ.* dicit regulariter modicum con-
ſiderari, niſi contrariū ſit in iure expreſſum, probat *Dec. in d. c. de appell.* ſicut accidit in
ſpecie noſtra doli. & hanc Bar. ſolutionē, omnes ferè amplectuntur, vt oſtendit *Tiraq.
de iudiciis in reb. exiguis, in fine ver. ex quibus plane liquet.*

Q. 16. Quæro an actio doli paſſim concedatur ei, qui ex dolo paſſus eſt damnū
vt in cæteris contingit actionibus, & videtur affirmatiue reſpondendum ex *l. 1. in pr.
ff. eod.* ponderādo generalitatem edicti; ibi aduerſus varios, & doloſos, qui aliis obfue-
runt calliditate ſua; & ibi quæ dolo malo facta eſſe dicentur &c. Contrarium conclu-
102 dendū eſt † ex Labeonis reſponſo *in l. ſi oleum. § vlt. ff. de dolo*, ibi merito cauſæ cogni-
tionem prætor inſeruit, neque enim paſſim hæc actio indulgenda eſt, facit *d. l. 1 in pr. ff.
de dolo*, ibi, ſi de his alia actio non erit, & iuſta cauſa videbitur, *l. 1. C. eod.* ibi cauſa cogni-
ta, facit aperte *l. non debet. ff. de dolo*, vbi denegatur filiis & libertis, ratio eſt quia infamat
l. cum no- debet ff. de dolo Non obſtat contrarium, nam indefinita oratio eo loco non æ-
quipollet vniuerſali, vt probant leges pro hac poſteriori ſententia adductæ, nec actio-
nes aliæ paſſim dātur, nam actio furti non datur inter coniuges. *l. 1. ff. rer. amot.* nec in-
103 ter patrem, & filium regulariter; niſi de Caſtrenſi peculio, vt *l. ſi quis vxori. ff. de fur.* Nec
actio iniuriarum inter quaſdam perſonas *l. 32. & l. 33. ff. de iniur.* Datur † ergo hæc actio
cum cauſæ cognitione, quando ſcilicet eſt actio famoſa. Quæ autē ſunt, q̄ vertuntur
in cauſæ cognitione in *tractatu magno de action. in 2. vol. in §: præterea. fol. 432. num. 29. &
ſequent.* dicitur quod tria veniunt ſcilicet tempus, res, & perſona; *num. 33. & 34. fol. 432.
vol. 2.* puto addendum quartū ſcilicet cauſa quoniam non niſi ex magna; & euidenti
calliditate præſtatur. *l. eleg. §. fi. ff de dolo Cagn. in l. nullus in pr. ff. de reg. iur.* ideo non quæ-
libet cauſa eſt iudicanda doloſa, & ex facto ipſo, quādo dolus ſit admiſſus intelligitur.
l. 1. in princip. ff. de except. doli, facit text. *in l. quidem. ff. de dolo*, ibi quæ non magnam
machinationem exigunt. Item an alia actio competat præter iſtam. *dict. leg ſecunda
104 Codic. de dolo, & l. 1 merito cum ſequen. ff. de dolo.* Quo ad † tempus inſpicitur, an olim

fluxes

fluxerit annus vtilis, à die commiſſi doli, hodie an præterierit cõtinuum biennium. *l.*
fin. C. de dolo, vt paulò infra latius explicabimus, vide tex. egregium *in l. quæſitum.* §. *fin.*
105 *ff. de pecul.* Circa † rem, attenditur quod non ſit modica, id eſt non ſit minor duob. au-
reis. *l. non debet*, cum duabus legibus præcedentibus, quo ad perſonam, habetur ratio
ne iſta actio intentetur contra perſonas, quibus præſtanda eſt de iure reuerentia, de
quibus in *d. l. non debet*, inſpicitur præterea, an detur contra principalem doloſum, an
contra eius ſucceſſorem, etenim contra illum in ſolidum, & reddit infamem, & datur
intra biennium, contra hæredem datur in quantum ad eum peruenit, non infamat, &
ideo eſt perpetua. *l. 29. cum trib. ſeq. ff. de dolo* præterea contra doloſum datur cum cauſæ
cognitione, *d. l. ſi ſolum.* §. *fin.* contra hæredem, non eſt neceſſaria cauſæ cognitio. *l. 31. ff.*
de dolo, vt egregie per *Bald. in l. 27. ff. de dolo*. Quarta eſt differentia, quia contra doloſum,
poſt biennium ceſſante actione doli præſtatur actio in factum, *gl. in l. fin. & ibi Doct. C.*
de dolo & Iaſ. in l. 11. qui tempore. ff. de iureiur. etiam contra pupillum. *l. pupillus. ff. de auth. tu-*
tor. l. 3. ff. de negoc. geſt. l. 3. ff. commod.

Contra hæredem ſemper datur actio doli, quæ æquiualet actioni in factum. Cõ-
106 ſideratur † quoq; circa perſonam, an vnus ſit, qui dicitur dolum commiſiſſe, an etiam
aduerſarius dicatur eſſe in dolo, nam ſi ambo dolo feciſſent, ceſſaret propter mutuam
compenſationem, doli actio. *l. ſi duo ff. de dolo. l. fin.* §. *vlt. ff. de eo, per quem factum eſt*, & *leg.*
demum. ff. de contrah. empt. l. ex facto in fin. ff. de negoc. geſt. & hoc verum eſt ſi in eadem re
ambo dolum fecerint, ſecus ſi in diuerſis rebus, vt per gloſſ. in *d. l. ſi dico*, & latius in vlti-
mo libro, vbi de regulis iuris agemus, ſum⁹ declaraturi; verſatur etiã in cauſæ cogniti-
one perſona pupilli, an pro ſuo, vel pro tutoris dolo conueniatur *l. 14.* §. *1. ff. de dolo* Item
in vniuerſitate *l. 16.* §. *1. & ſequ.* eodem. in furioſo, vt habeat dilucida interualla an per-
petuo furore corripiatur, argumento. § *item furioſi inſtit. quib. non eſt permiſſ. facere teſta-*
mentum l. Diuus Marcus. ff. de offic. præſid.

Q. 17. Quæro quanto tempore huic actioni doloſæ præſcribatur? & videtur ſpa-
cio 30. annorum, quod datur cæteris perſonalib. actionibus *l. ſicut*, & *l. omnes. C. de præ-*
ſcript. 30. vel 40. ann. late Bald. de præſcript. eſt enim hæc perſonalis actio, vt frequentius
107 tradunt Doct. vel ſi eſt perſonalis in rem † ſcripta, ſecundum aliam opinionem, nam
tunc ratio perſonalitatis, ad 30. annos præſcriptionem perducit. *l. hæreditatis. C. de petit.*
hæredit. ibi mixtæ perſonalis actionis ratio eſt, facit. *l. 1.* §. *1. & 2. C. de annal. except.* Secũ-
do ſuffragantur huic ſententiæ multa iura, in quibus hæc actio dicitur perpetua, vel
perpetuo competere, vt *l. in hæredem. l. itaque.* §. *1. & l. Sabinus. ff. de dolo.* Quibus non re-
fragatur. *l. fin. C. de dolo*, in qua definitur dolo præſcribi ſpacio biennii continui. Etenim
vt multorum ſententia eſt relata per *Alber.* ibi, obtinet ille tex. quo ad inſtantiam cau-
ſæ in iudicio deductam; nam etſi regulariter finiatur triennio per *l. properandum. C. de*
Iud. tamen in cauſa doli quia odioſa eſt, & famoſa, finitur inſtantia biennio. Cæterum
108 contrarium † decidendum eſt breuiori ſcilicet tempore finiri, ideoq; ad clariorem rei
cognitionem, puto ſic eſſe diſtinguendum, aut propter dolum agimus ad reſcinden-
dum, aut ad annullandum, quod doloſe geſtum eſt.

109 Primo caſu, aut † experiendum eſt contra doloſum, aut contra eius ſucceſſorẽ,
ad quem ex dolo authoris aliquid lucri peruenerit, ſi contra doloſum, præſcribebatur,
olim actioni doli per annum vtilem *l. fin. C. de dolo. l. act. C. de tranſact.* per annum ſcilicet
conſtantem ſcilicet 365. diebus, in quibus actori agendi, Reo defendendi, & iudici iu-
dicandi poteſtas fuerit, vt declarat gloſſ. *in l. fin. C. de temp. in integ. reſtit. arg. l. 1. ff. de diuer.*
& tempor. præſcrip. l. 1. ff. quando de pecul. actio eſt annal. l. interdum. ff. de minor; dabatur enim
iſte annus vtilis, in cauſa doli, nec mirum, nam prætoria eſt actio, quæ regulariter eſt
annalis. §. *1. inſtit. de perpetu. & tempor. act.* etiamſi ſint pœnales, paucis exceptis, vt actio
furti, *eod. tit.* erat autem annalis ad ſimilitudinem actionis quod metus cauſa, ſicut pro
reſtitutione minorum, & maiorum in integrum. *l. fin. C. de tempor. in integ. reſtit.* vt etiam 111
datur in edicto de calumniatoribus. *l. annus. ff. eod. tit.* & vt erat olim in Italicis contra-
ctib. annalis exceptio. *l. 1. C. de annal. except.* & de illo vtili anno eſt vtiliſſima gloſſa in *d.*
l. fin. C. de tempor. in integr. reſtitut. Sed Conſtantiui conſtitutione in *dict. l. fin. C. de dolo*,
loco vtilis anni fuit inductum biennium continuum, ſicut pro minoribus, vel maiori-
bus loco vtilis anni fuit ſtatutum quadriennium. *dict. l. fin. Codice de tempor. reſtit.*
in integrum, ratio differentiæ videtur, quia reſtitutio in integrum magis fauorabilis eſt
pro his, qui reſtituuntur, & minus odioſa, pro his contra quos conceditur, quam ſit

doli actio, ideo breuiori tempore voluit illam finiri. Nec obſtat argumentum contrarium, regulæ enim *l. ſicut, & l. omnes in actione doli* expreſſe limitatur, quia *dict. l. fin. C. de dolo*, quæ ex interpretatione *Alberici*, ibi, in actione procedit, vt palam oſtendunt verba textus non in inſtantia cauſæ, quicquid aliqui dixerint, & ſecundum iſtam interpretationem euitatur correctio *l. properandum. C. de iudic.* ita fit, vt in actione doli præſcriptio concludatur biennio, *Iaſ. in l. cum mota num. 6. C. de tranſact.* & ideo in libello debet exprimi dies commiſſi doli, vt appareat an ſit tranſactum biennium, vt in ſimili notat *Bart. in l. non ſolum. §. vt probari ff. de nou. oper. nunc.* nec euiquam mirum id eſſe videtur, aut ſingulare, nam & plures aliæ inueniuntur in iure biennales præſcriptiones; præcipua vero eſt illa de cauſis criminalibus intra biennium finiendis. *l. fin. C. vt infra certum tempus crimin. quæſt. termin.* licet excipiantur nonnulli caſus.

Altera vero eſt ex *l. quæro. §. inter & l. cum domini. ff. locati.* Tertia ex *l. ſi mulier perfecte. C. ad Velleianum.* Quarta *l. in contractib. C. de non numer. pecun.* Quinta ex *l. 2. C. de ſponſal. & l. 2. C. de repud.*

Sexta ex *l. vltima C. de iur. dot.* Septima ex *l. vltima. C. de iur. domin. impetran.* Octaua *l. 1. Codic. de ſenten. præfect. prætor.* Nona ex *l. vltima. Codic. de bonis authoris iudic. poſſiden.* cum aliis pluribus, quas congerit *Cuiac. in ſuo libello de diuer. tempor. præſcript. capite vigeſimoprimo.*

110 Secundo caſu † ſi non contra doloſum agatur, ſed contra eius ſucceſſorem, vel illum, ad quem commodum peruenit, & tunc iſta actio perpetua eſt, id eſt vſque ad 30 annos, gloſſ. in *l. 29. in verb. perpetuo. ff. de dolo*, vbi reddit rationem, cur contra doloſum ſit temporalis, & contra ſucceſſorem perpetua, & oſtendit, quod reſpectu effectus eſt etiam perpetua contra doloſum, quia elapſo biennio tenetur actione in factum, ita vt mutatur ſolum nomen actionis, & ratio eſt etiam quia defunctum infamat, hæredem non infamat, & ita procedunt iura allegata; nec obiiciatur, quod contra doloſum datur perpetuo ſi locupletior ſit factus. *d. l. itaque.* §. 1. nam tranſacto biennio, competit aduerſus eum actio in factum non doli, vt ibi exprimitur, & facit gloſſ. *in d. l. fin. C. de dolo*, & ratio huius poſterioris concluſionis eſt ne quis locupletetur cum aliena iactura. *l. non debet cum. l. ſeq. ff. de dolo*, & quoad doloſum elapſo biennio melior fit eius conditio, quando per actionem in factum, euitat infamiam, cum non ſoleat eſſe hæc actio famoſa, ſed vereor ne iſtud conſiſtat per ea, quæ dicit *Bartol. in l. infamem ff. de public. iudiciis num. 4.* ſcilicet quod vbi actio in factum intendatur ex delicto, infamat, niſi verbis bonæ fidei fuerit temperata, vt accidit *in d. l. non debet in fin.* Hæc vero obtinent quando agitur pro dolo ad reſcindendum, verum ſi agatur ad annullandum, & tunc quia competit officium Iudicis per dictum *Bart.* communiter approbatum *in leg. quæ ſub conditione. §. fin. de condit. Inſtit.* dicens ad annullandum contractum dari officia iudicis & quod non præſcribitur minori tempore, quàm ſpacio 30 annorum, per tex. clarum in *dict. l. ſicut. Cod. de præſcript. 30. annorum, in verbo perſecutione*, quod verbum gloſſ. ibi per omnes approbata intelligit de officio Iudicis, *Bart. Imol. Roman. & Iaſon in l. prætor ait. §. vlt. ff. de nou. oper. nunc. Dec. conſ. 267. col. 3. verb. venio igitur, & conſil. 282. viſo proceſſu. latiſſ. Tiraq. de retract. conſang. §. 35. gl. 4 n. 41. verb. & quid.*

Confert his conſ. *Curtii Iun. 51. vel 50. poſt expeditum*, vbi ex ea ratione conſuluit quod cum vigore ſtatuti Tridentini, contractus doloſus ſit ipſo iure nullus, datur dolum paſſo ius dicendi nullum, vſque ad triginta annos, prout id temporis datur etiam ad dicendum nullum teſtamentum *Bartol.* cum quo omnes conſentiunt *in l. filio præterito. ff. de iniuſto rupto teſtam.* & in terminis de nullitate.

Sed vt redeam ad priorem caſum, quando actioni doli præſcribitur per biennium continuum, non amplius per annum vtilẽ videnda eſt *gloſſ. Magiſtr. in dict. l. fin. Codice de temp. in integr. reſtit.* vbi vtilem annum egregiè declarat oſtendens quot
111 modis ſumatur vtilis annus, & quomodo † in iure vtile tempus accipiatur, & præterea, quia inde ſequitur, quod abſenti currat prædictum tempus, & ignoranti ex verbis. *dict. leg. final. Codice de dolo*, & ibi *Caſtrenſ. Bald. Alexandr. Bartol. & alii.* Quo ad ignorantem; cum tempus continuum perpetuo currat. *dict. leg. fin. Codice de tempor. in integr. reſtit.* non attenditur ſcientia, vel ignorantia, ſed reſpicitur dies commiſſi delicti, vt *Bald. & Alexand.* dicunt ad ſtatutum, inferentes, vt non poſſit de doli delicto cognoſci niſi intra ſex menſes, nam ſiue occulto fuerit factum, ſiue palam, ſiue cognitum, ſiue occultum fuerit delictum, intra illud tempus currit;

currit. Sed in noſtris terminis duobus in caſibus eſt limitandum, vt *Tiraquel. de retract. conuent. §. 35. gl. 4. num. 7.*

112 Primo quidem ſi ignorantia † procedat ex dolo, arte, vel facto aduerſarii, ſcilicet eius, ad cuius commodum ignorans, repellitur, vt quia huius ignorantię tenebras, atque caliginem oculis, animoque ipſius ignorantis obfuderit, id eſt ita negocium texit, ita callide ſtruxit, & eo artificio compoſuit, vt omnino non poſſet, aut certè vix poſſet venire in notitiam illius, tunc enim illi ſubuenitur, argumento tex. in *l. cum proponas. C. de naut. fœn. l. qui officii. §. vlt. ff. de contrah. empt. in l. 1. §. ſi reus. ff. de eo, per quem factũ erit. l. vlt. §. ſed etſi ſtipulatio. ff. eod. tit.* facit quod voluit *Spec. in tit. de citatione. §. 1. verb. item excipitur quod actor*, confert etiam quod in ſimili tradit idem *Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 10. n. 56. verb. ſed & hoc quoque.*

Secundo quid ſi huiuſmodi ignorantia non dolo emptoris, vel aduerſarii, ſed tertii factum ſit, vt tempus fluxerit, an ſit huic lapſo, atque decepto ſuccurrendum; *Tiraq. de retract. conſang. §. 24. gloſſ. 1. num. 8. verbo modo*, ponit varios caſus, in quibus ex dolo tertii; ſubuenitur deceptis, inter quos recenſet, & vnum ex *l. vlt. in princ. ff. de eo per quem factum erit.* quem *Bald. in ſua Margarita in verbo præſcript.* dicit ſingularem ad hoc quod ſi præſcriptio dolo tertii ſit completa, & is tertius ſoluendo non ſit reſtituitur actio, quæ præſcripta eſt aduerſus præſcribentem, etiam ſi ipſe in dolo non fuerit, quibus conſequens eſt, dari remedium contra tertium doloſum, & ſi non ſit ſoluendo contra principalem, ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur. *l. alterius circumuentio. vbi Cagnol. &* Dec. *ff. de reg. iur. l. non debes, vbi Dec. & Cagn. ff. eod. tit.* & *cap. non debet de reg. iur. in 6. Dec. conſ. 672.*

113 Præterea quo ad ignorantem quæritur † an cum ei currat tempus biennii poſſit habere reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, & videtur neganda reſtitutio per tex in *l. vlt. C. de præſcript. long. temp.* ibi nulla ſcientia, vel ignorantia expectanda, prout ponderauit *Bald. in l. 1. in oppo. 24. Cod. qui admitti, Petrus de Anchar. conſ. 170. num. 3.* dicens, quod ſi ea lex intelligeretur, vt tempus currat ipſo iure, eſſet imponere legem verbis, & ponderat etiam illa verba, ne altera dubitationis inexplicabilis oriatur occaſio, nam ſi admitteretur reſtitutio, ſemper eſſet dubitatio inextricabilis, & dominia forent ſemper incerta contra *l. bono publico. ff. de vſucap.*

Contraria tamen opinio eſt frequentius recepta, vt latiſſime per T*iraq. d. §. 35. gl. 4. num. 36. cum ſeq.* idque procedit ſine controuerſia, maxime in præſcriptione 10. vel 20. annorum, licet quo ad præſcriptionem 30. annorum ſint plures, qui dubitent, vt ibi. *per eundem num. 38.* & de communi teſtatur *ibi num. 44. verb ſed communiter.* vbi etiã ampliat, quare in ſpecie noſtra videtur probare à multo magis, quia ſumus in præſcriptione breuiori, & ideo non obſtat *dict. l. fin.* & quando agitur de damno vitando & in quo ſolet ignorantibus ſuccurri *arg. l. ſi quis in graui. §. vtrum, & ibi Bartol. ff. ad Syllan.* T*iraquell. vbi ſupra num. 45.* facit tex *in l. iuris ignorantia. & l. ſeq. ff. de iur. & fac. ignor.* nec videtur lex impoſita verbis, quia multa ſunt probanda, vt detur reſtitutio, & ſic non ex facilitate vt ipſo iure concederetur, ſed quo ad abſentem ex iuſta cauſa, & probabili cauſa, an concedatur reſtitutio, & ſane ei quoque reſtitutionem concedi ex *d. clauſula generali de qua in l. 1. in fin. ff. ex quib. cauſ. maior.* dixerunt *Saly. & Caſtr. in l. fin. C. de dolo. Alex.* qui alios citat in *l. non poſſunt. C. eod. tit.* eam vero debet petere, & iurare, vt expediatur vltra quadriennium à die ceſſantis impedimenti, & ita à die ſcientiæ, & reditus. *l. fin. C. de tempor. in integ. reſtit.* eſt enim vtile à principio illud quadriennium, quia nõ incipit currere impedito, quare dixit *Bald. in d. l. non poſſunt*, quod præſcriptio in effectũ non currit in actione doli, quia ſcilicet conceditur reſtitutio.

114 Sed hic † opportune quæritur, an hæc actio, quæ temporalis eſt per litis conteſtationem perpetuatur, & videtur dicendum quod ſic, exemplo cæterarum actionũ, quæ lite conteſtata fiunt perpetuæ, ceſſat enim negligentia *l. fin. C. de præſcript. 30. annorũ* generaliter enim omnis actio lite conteſtata perpetuatur. *l. non ſolet vbi gloſſ. & Doct. ff. de reg. iur.* & *l. aliam ff. de nouat.* ratio eſt, quia non eſt ſimilis is, qui litem cõteſtatus eſt ei, qui penitus ab initio tacuit *d. l. fin.* & datur vſq; ad quadraginta annos à die, quo poſt motum primum iudicium, vtraque pars ceſſauit. *d. l. fin.*

Sed tamen in contrarium eſt omnium opinio gloſſ. *Bald. Alex. Bart. Caſtr. Corn. in l. fin. C. de dolo. Specul. in tit. de dolo*, & *communiter omnes.* Probatur ex *d. l. fin.* dum Imperator reſpicit neque incipiendæ poſt biennium, neque ante biennium completum ceptæ, poſt biennium vero finiendæ dolo actionis eſſe conceſſam licentiam, ratio con-

cluſionis videtur eſſe fundata in odiũ iſtius actionis ad adhibendã infamiam, præſertim cum dolum paſſo ſit ſuccurſum per actionem in factum vſque ad 30. annos, *gloſſ. in d. l. fin. de dolo in verb. dolum*. Nec aduerſatur contrarium: procedit enim ſecundũ regulã, cuius limitatio eſt in actione doli, ex adducta ratione, ſicut etiã limitatur in actione retractationis ſtatus defunctorũ, de quo nõ poteſt quæri niſi intra quinquẽnium tantum *leg. 2. §. præſcriptio*, & ibi gloſſa ſpecialiter notat *ff. ne de ſtatu defunct. int. quinquenn. Hoſtienſ. in tit. extra de dolo nu. 9.* verbo qualis ſit actio, quod non eſt actio de mundo, quæ non perpetuetur niſi iſta doli: amplia, vt nec iuramẽto perpetuetur, quia quæ litis conteſtatione non perpetuantur, nec iuramento fiunt perpetuæ, *Bart. in l. nam & poſtea §. ſi is qui num. 2. ff. de iureiur.*

Q. 18 Quæro ſunt plures, qui de dolo tenentur. An teneantur omnes in ſolidum, & vtrum ſit ordo in illis conueniendis, & ad primum videtur, quod quilibet teneatur
115 † pro parte, cum pœna æqualiter debeat tenere ſuos authores *l. ſancimus. C. de pœnis.* facit in argumentum quod de fideiuſſoribus pluribus dicitur in *auth. de fideiuſſor. & l. reos §. cum in talib. ff. de duob. reis.* & ſi tenerentur in ſolidum plus conſequeretur damnũ paſſus, quam ſua intereſſet, ſi ab omnib. poſſet ſolidum exigere; & illi plus lucrarentur, quàm eſſet quantitas delicti commiſſi.

Contrarium tamen communiter deciditur per tex. *in l. 3. ff. ſi menſor falſ. modum dixer.* vbi ſi duo doloſe fecerint aduerſus ſingulos in ſolidum agi poteſt. *l. 1. §. ſi plures. ff. de eo, per quem factum erit* vbi ſi plures dolo fecerint, omnes tenentur, facit *l. ſi plures. ff. de dolo*, ratio videtur in odium doloſi, ad compeſcendam hominũ doloſorum improbitatem, nec obſtat illud abſurdum; quoniam vnius ſolutione cæteri liberantur. *d. l. 3. & l. 1. § ſi plures* ſiue vnus rem reſtituat, ſiue ſoluat intereſſe per iuſiurandum in litem, & de hac re plenius fortaſſis agemus infra, *in titulo de pœna doli*, Quo ad alteram quæſtionem *Bald. in l. arbitrio in 2. lect. n. 2. ff. de dolo dicit* non eſſe ordinem in iſto magis, quàm in illo conueniendo, ſed eſt in arbitrio actoris, colligit argumẽto *l. ſi plures*, vbi ſupponitur omnes cõueniri poſſe, dũ inquit, ſi vnus rem reſtituat, vel ſoluat, id quod colligi poteſt etiã ex. *l. 1. §. ſi plures & d. l. 3.* & ratio eſſe videtur, tum quia æqualiter omnes deliquerant, tum quia fauor eſt ipſius, qui dolum paſſus eſt vt quem potius velit, & liceat conuenire, quam concluſionem puto reſtringendam, quando vnus principaliter dolum commiſit, alter vero præſumptiue, & mitius, principaliter vt in *l. eleganter. §. ſi dolo malo procuratoris*, vbi ſi dolo mei procuratoris reus ſit abſolutus, habeo actionem principaliter contra procuratorem, & eo non ſoluendo, contra reum, niſi ſit paratus iterum iudiciũ ſuſcipere, & cauſam inchoare ne videatur colluſiſſe, id ipſum videtur ſentire tex. *in l. 16. §. item ſi quid dolo ff. de dolo, & in princ.* ſed de hac re explicatius forſan agemus *infra in titulo de pœna doli.*

Q. 19. Quæro an ex pacto nudo detur actio doli, & videtur negandum. I. per tex.
116 *in l. iuriſg. §. ſed cum nulla, verb. igitur nuda*, vbi indefinita oratio † æquipollet vniuerſali, quia à lege eſt prolata, *Bart. in l. ſi plurib. ff. de leg. 2. Cagn. & Dec. in rubr. ff. de reg. iur. Dyn. in rub. eod. tit. in 6.* adeo vt nec ciuilis oriatur; nec prætoria *Iaſ. in d. §. ſed cum nulla n. 4. verbo in confirma*, igitur nec actio doli, quæ eſt prætoria, imo nec producit, ſi promiſſor ſuo iuramento confiteretur de pacto nudo, *Bal. in l. fin. col. 2. C. de fideicom.* referens ita eleganter tenere *Innoc. in c. 1. ex. quod met. cauſ.* II. videtur probari ex *eadem lege in §. vt puta poſt diuortium in 1. in ſecundo reſponſo* vbi duas Vlpianus ponit deciſiones, in hac ratione fundatas, ne ex pacto nudo actio naſcatur, quaſi abſurdum id eſſet, III. quod ex pacto nudo oriatur actio, ſpeciale eſt de iure Canonico, per tex. *in c. 1. & 3. ex. de pact.* & ibi Canon. nec non Iuriſtæ in *Rub. ff. de verb. obl.* ita quod nulla eſſet differentia inter ius ciuile & canonicum ſi actio doli daretur ex pacto, cum tamen omnium conſenſu diſcrepẽt hæc duo iura, in materia obſeruationis nudi pacti, vt per Fer iben teſin dicta *Rub. de ver.*
117 *obl. ig.* Cæterum ad eruendam huius rei veritatem † diſtinguendum eſt. Nam aut pactũ nudum dolo initum eſt, aut bona fide geſtum. I. caſu dicendum eſt indiſtincte, nullam ex eo actionem produci, nec de iure ciuili, nec de iure Canonico, de iure ciuili eſt expeditum, de iure vero canonico probatur, nam ius canonicum improbat pactum iuramento vallatum, ſi doloſe geſtum ſit, *c. quamuis de pact. in 6. c. cum contingat extra de iureiuran.* Latiſſime *Iaſon in dicto §. ſed cum nulla numero decimo, in tertia limitatione.* quanto magis ſimplex pactum, dolo factum per regulam. ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt &c.

In vltima

In vltimo caſu, aut creditor, cui per nudum pactum facta eſt promiſſio, ſi non obſeruetur, damnum patitur, vt exemplum, in *l. eleganter, §. ſi ſeruus pactionis. ff. de dolo,* & ibi Dd. relati per *Cardin. Albanum,* & tunc conſentiunt omnes ex pacto nudo præſtari actionem doli, dicentes generaliter, toties ex pacto nudo hanc actionem oriri, quoties ob inobſeruantiam ſit creditor in damno, *Iaſ. in d. §. ſed cum nulla. n. 18. ver. octauo limita,* & ibi *Alex. & in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omn. iud. Bal. & Bart. in d. §. ſeruus pactionis,* affirmantes limitari totam materiam pactorum *Bald. in l. cum mota in 3. col. Cod. de tranſact. & in l. 37. in 2. lect. num. 3. ff. de dolo. Angel. conſ. 1. ad finem. Alex. conſ. 41. lib. 3. col. 2. ver. per hoc,* vbi citat hunc text. Idem *Iaſon in l. lecta col. 8. ff. ſi cert. petat. in §. in perſonam col. 14. inſtitut. de action. Cardin. Alban. in d. §. ſeruus pactionis, de cuius. §. intellectu Bereng. Fernan. inter repet. in l. pacta conuenta de contrah. emptio. cap. 3. numer. 30. Prapoſ. Senen. in ſuis quaſt. Quarto caſu, in quaſt. 6. princ. Moderni Hiſpani in §. in perſonam Dec. conſ. 7. & ſentit in cap. 1. col. 2. ante finem, ext. de probat.* ratio eſt meo iudicio, quia nemini ſua ſimplicitas debet eſſe damnoſa *l. 1. in princ. ff. de dolo,* ratio eſt etiam, vt puto, quia paciſcens factus eſt ob ſuũ dolũ indignus illa exceptione, qua regulariter eſt munitus, cum priuilegia propter dolum amittantur, vt mulier perdit beneficium Velleiani, & ſocius illã prærogatiuam ne conueniatur niſi in quantum facere poteſt, vt infra de pœna doli latius explicabimus, & quia ius ciuile, dum negat actionem nudis pactis daret occaſionem delinquendi, limitatur autem ſi pro illo pacto daretur alia actio. Aut creditor ob inobſeruantiam pacti nudi non patitur damnum, ſed lucrum amittit, & de iure ciuili tunc ceſſat actio doli, quoniam prætor per hanc actionem deceptis, & lapſis ſuccurrit, non volentibus lucrari, & in his terminis conſeruatur illæſa materia nudi pacti, vt nullam producat actionem.

118 Prædicta verò † concluſio, vt quod ex nudo pacto naſcatur actio doli, limitatur ſi ex mente omnium alia competeret actio, vt arguit Iuriſconſult. *in d. §. ſeruus pactionis,* ibi ego moueor, quemadmodum de dolo &c. & probat. *l. 1. in prin. ff. eod.* ibi ſi alia actio non erat. Sed non eſt probanda limitatio de iure ciuili, Quippe quia ſi daretur alia actio non eſſet pactum nudum *d. §. ſed cum nulla.* Melior eſt limitatio, vt mihi videtur, vt non procedat de iure Canonico, quo iure pro pacto nudo non præſtabitur actio doli, ſiquidem competit actio ex pacto *ca. 3. de pact. Iaſon. in d. §. ſed cum nulla. num. 4. cum multis ſequens.* & alia exiſtente actione ceſſat actio doli, ſecundum ea, quæ dicta ſunt. Nec aduerſantur contraria. Nam ex pacto nudo non oritur actio ſcilicet ordinaria, quæ ſolet ex aliis conuentionibus à iure comprobatis proficiſci, non ſubſidiaria, vt eſt actio doli, nec equidem mirum; vt ex nudo pacto præſtetur iſta actio, licet ex ea nulla competat actio quoniam natura huius actionis eſt ibi locum habere, vbi aliæ actiones ceſſent, & locum non habeat *d. l. 1. in pr. & §. 2. cum multis ſeq.* ex malitia enim vnius, & ex damno alterius, tamquam ex ſua cauſa naſcitur, quæ ſæpe reperiuntur in pacto nudo.

Quaſt. 20. Quæro certum eſt ex illo contractu innominato, facio vt des naſcitur actio doli, quæro inquam rationem, cur ex aliis contractibus innominatis hæc actio
119 non competat. Deinde quæro quando ex iſto contractu oriatur iſta † actio, & quomodo? Ad primum reſpondeo, prout dixi *ſupra lib. 3. in tit. de dolo in contractibus innominatis.* vbi plures huius diſcriminis rationes deduxi, & vide aliam rationem *Bar. in l. cum proponis in 2. lectura verb. & aduerte.* Ad ſecundum reſponſio prima ſit ex *l. naturalis. §. quod ſi faciam. ff. de præſc. ver.* ſc. quando vnus ex contrahentibus ex parte ſua fecit, quod conuenerat. Alter verò nondum præſtat quod promiſit. Verum hoc loco iterum quæro in aliis contractibus innominatis duo dantur remedia ei qui pro parte ſua adimpleuit ſcilicet actio præſcriptis verbis ad obſeruationem contractus, nempe ſi velit, vt aduerſarius adimpleat contractum, nec non conditio ob cauſam, ſi malit repetere, quod dedit, aduerſario pro ſua parte nõ implente. *l. natur. §. & ſiquidẽ verb. in qua act.* An eo modo in contractu facio, vt des competat actio doli, ad vtrũque, ſc. † ad obſeruantiã
120 contractus, vt det ille, qui promiſit, & ad repetendũ quod factum eſt, ſi malit à contractu recedere. *Caſt. in l. cum proponis n. 5. C. de dolo,* videtur ita diſtinguere, vt quando agitur ad obſeruantiam contractus, vel ad intereſſe. *d. §. ſiquidem* competat etiam in iſto contractu actio præſcriptis, verbis, quia nulla eſt ratio, cur magis actio doli ſit præſtanda, quam præſcriptis verbis, aut agit ad repetendum, quod fecit, & tunc ſi ſua natura, eſt repetibile competit conditio ob cauſam factam re non ſequuta. Si vero non eſt repetibile, vt eſt datio libertatis &c. tunc præſtatur actio de dolo,

l.ſi ſeruum l.mora.de verb.oblig. ſi vera citra culpam liberatur *l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig.*

Aut tradidit ſed alii obligatum, & tunc p̃tima competit actio. *l.qui hom.ff.de ſolut.& l.cum quis.§.qui hominem & l.qui decem.§.qui hominem.ff.de ſolut.& ff.de leg.2.l.non quocunque modo.*

*Quæſt.*22. Quæro contractus eſt nullus ratione doli, quo remedio, quaue actione ſuccurratur doloſo? *Curt.conſ.51.in fi* ait competere officium iudicis ad petendum,
125 declarari † nullum dictum contractum per doctrinam Bart. quam inquit communiter eſſe receptam in *l.quæ ſub conditione.§.fin.de cond.inſt.* Sed gl.in *l.1.§.1.C.quæ ſent.ſine app.reſc.* ait dari exceptionem de dolo. Verum *Saly.in l.ſi dolo.C.de reſc.vend.* inquit præſtari actionem doli, *Bald.autem in l.3.§.fin.ff.de inuſto teſtam.* exiſtimat tribus modis agi poſſe ad nullitatem contractus, ſc.per viam actionis doli, & per officium iudicis, *Ang.in §.præterea.num.26.in fine*, addit quartum modum per viam exceptionis, quæ opiniones in ſuo caſu poſſunt accommodari. Etenim ſi contractus ſit nullus, ſed abſq; dolo, puta vel ex conuentione partiũ, quia placuerit annullare, vel ex legis diſpoſitione datur actio ex eo contractu. *l.ex empto.§.ſi is qui vini l.ſterilis.§.quamuis.ff.de act.empti.l.eleg.in 1.ff.de dolo gl.in l.dolo in ver.reſc.C.de reſc.vend.Bar.in l.ſi quod aurum.n.3.ff.de ver.ob.* & ita procedat vera opinio. Si vero contractus ſit nullus ratione doli, & tunc is, qui deceptus eſt, ſi conueniatur ab aduerſario ad implendum contractum, & tunc per viã exceptionis doli, poteſt petere, vt declaretur, nullus contractus & vt abſoluatur ab eo iudicio definitiue, quippe illa exceptio opponitur ad merita cauſæ, vt declarat *Ang.in d.§.præterea.n.26.paulo* poſt principium numeri, per doctrinam *Bart.in l.nam & poſtea ver.1.ff.de iur.iur.in l.elegan.§.ſi poſt.ff.de cond.indeb.& in l.cum quærebatur.§.pen.ff.in d.ſol.* & ita procedat alia opinio. Sin autem dolo paſſus nolit expectare, vt vocetur in iudicio Sed ipſe anteuertens cupiat experiri, & tunc aut agit antequam ex parte ſua impleuerit, aut quicquam tradiderit, & agit actione de dolo ad declarandum nullum dictum contractum Aut vero, quia dederat vult agere ad repetendum data, & tunc ſi ignuranter dedit antequam ſibi conſtet de dolo, & vtique per doli actionem, poterit experiri *Saly.in d.l.ſi dolo Angel in d.§.præt.n.26.* Alii dixerunt, vel per condictionem indebiti, quæ cum ſit generalis concurrit cum actione doloſa per ea, quæ ſupra dicta ſunt, etenim ex contractu nullo non transfertur dominium, & ſic manet apud doloſum ſine cauſa, & indebite, *l.nunquam nuda.ff.de acq.rer.domin.* Et ita procedit alia opinio. ſi vero dediſſet ſcienter quia habebat notitiam doli, & nihilominus ſoluit, & tunc videtur ceſſare vtraque actio, nempe indebiti, quia emendo videtur contractum approbare per *leg.cuius per errorem.ff.de reg.iur.* vbi cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dati damnatio eſt, vt ibi *Cagn.& Dec.* ſimiliter deſinit actio doli, quia ſcienti, & volenti non infertur dolus *l.cum donationis.C.de tranſ.* & ſi dolus fuiſſet aliquis, eſſet purgatus per traditionem ſcientificam, vt verbis vtar *Ang.d.num.26.Argumento l.2.C.quod metus cauſ.* cui conſequens eſt, quod actor exprimat in libello ſe ignoranter tradidiſſe, ex not. *Bart.in l.interdum circa medium ff.de condit.indeb.* Quoad officium iudicis. *Bald.in d.l.3.& Angel.d.§.præterea.n.26.in fine*, videtur ſentire, quod vltra prædicta remedia competat per gloſſ.*ſing.in d.l.dolo*, quæ ait, vel officio iudicis, vel actione doli, vel cõditione ipoſſe deceptum experiti, facit tamen dubium, quia officium iudicis non videtur concurrere cum actione doloſa, vt concurrit condictio indebiti, propter generalitatem ſuam patet in *l.1.§.idem Pomponius.ff.de dolo.l.diuus in fine ff.de reſt.in integ.* ideoq; verius eſſe arbitror vt officium iudicis competat, quando tranſacto biennio eſt preſcripta actio doli, tunc enim quia officio iudicis non preſcribitur, niſi triginta annis per ea, quæ ſupra latè deduximus, & ita procedat opinio *Curt.dicto conſilio 51.& Bald.dict.leg.3.*

*Quæſt.*23. Quæro quomodo actio doli cum ſtellionatus crimine conueniat, & quo pacto hæc duo remedia inuicem diſcrepent, & vt de ſimilitudine primum agamus.

126 Prima eſt, quia † vtrumque remedium ſubſidiarium eſt *l.3.verb.quod enim.ff de crim.ſtellionat.* Nam ſicut actio doli omni alia actione deficiente datur in cauſa ciuili ita in cauſa criminali ceſſante omni titulo criminis, cum tamen crimen eſt admiſſum, ad ſtellionatum recurrimus. *d.l.3.ver.quod enim.* Rurſus & ſecundo ex dolo vtrumque remedium proficiſcitur. *d.l.3.in princip.* Tertio ſicut actio doli ceſſat, quando per actionem ex eo contractu poteſt purgari. *leg.eleganter.in princip.vbi Doctor.ff.de dolo.*

ita ceſſat conſequenter ſtellionatus accuſatio *Bald.conſ.14.lib.1.* vbi conſuluit, quod ſi filius patris nulliter ceſſit, non de dolo conuenitur, nec ſtellionatus, quia aliter per nullitatem purgatur ille dolus.

Quarto ſicur actio doli infamat. *l.non debet, & l.1.§.merito prætor. ff. de dolo. l. diuus. ff. de reſtit. in integ.* ita quoq; ſtelloinatus per tex. in *l. quod ergo. §. vlt. ff. de his, qui not. infam*, ibi crimen ſtellionatus infamiam irrogat damnato, quamuis publicum iudicium non ſit. Verum eget hoc declaratione propter *l.2. ff. de crimine ſtellionat.* in qua *Vlpianus* ait. Stellionatus iudicium non eſſe famoſum, vbi ciuiliter agi poteſt de dolo, ibi criminaliter ſtellionatus, *gl. in d. l. 3. in verb. de dolo.*

Differunt autem primo quia actio doli eſt ordinaria ſcilicet prætoria edicto promiſſa, ſtellionatus vero crimen extraordinarium *h. t. & l. 3. §. pœna autem. ff. de crimin. ſtellio.*

Secundo eſt differentia, quæ ex prima naſcitur, ſcilicet quia pœna doli eſt ordinaria ad intereſſe. *l. arbitr. ff. de dolo.* Stellionatus vero extraordinaria perſecutio, & ob id *in d. l. 3. §. pœna*, dicitur crimen non legitimũ, nec legitima pœna, id eſt nec ordina-
107 ria, gl. ibi, cum vtrumq; conueniat doloſæ † actioni.

Tertia differentia, quia pœna doli pecuniaria eſt; corporis correctionem continet pœna ſtellionatus *d. l. 2. in pr. & d. l. 3. §. ſolent autẽ* vbi declaratur quouſq; in plebeios extendatur dicta pœna & quatenus moderanda ſit in viro nobili.

Quarta condemnatus de dolo, eſt infamis, vt dixi, ſecus damnatus ſtellionati iudicio. Sed quoniã hoc aduerſatur his, quæ paulo ſupra diximus, neceſſe eſt explicare, quonam pacto conciliare oporteat. *d. l. quod ergo. §. fin. ff. de his, qui not. infa.* cum. *d. l. 2. & Duaren. lib. 1. diſputat. cap. 42.* compoſuit, adhibita diſtinctione, quam, quia tacito authore, quaſi ſuam profert *Robert. Aurel. lib. 4 ſentent. cap.* 17. palam facit, verum illud ex aliena lana ſibi veſtimentum confeciſſe, vera enim eſt diſtinctio *Accurſii in d. §. fin.* Eaq; ita ſe habet, Aut condemnatus hoc crimine eſt condemnatus ex ea cauſa, ex qua ſi fuiſſet ciuiliter condemnatus ſubiiſſet infamiam, & tunc etiam in hoc iudicio fit infamis, aut ciuiliter condemnatus non infamaretur, & hoc caſu nec iſte crimine notatus, eſſet famoſus, veluti ſi in pignoratitia contraria actione, quæ ciuiliter non infamat *l. cred. §. contr. ff. de pign. act.* & ita intelligitur *d. l. 2* Probatur autem hæc diſtinctio argumento *l. infam. ff. de publ. iud.* Vbi quoties aliquis eſt eo crimine damnatus, q. ſententia non ſemper afficit condẽnatũ infamia, ſed ſi condemnatus ſit ex publ. iudicio, vel ex eo crimine, quod in iudicio priuato infamat vt crimen fuit, cum autem extra ordinarium crimen hoc ſit, certo titulo carens, non poteſt certa dari definitio, in quibus caſibus ſibi locum vendicet, multos certè recenſet *Iuriſconſul. in d. l. 3.* qui & aliis legib. probantur, vt in *l. 7. §. 1. ad turpil. in l. 16. §. 1. & l. 36. ff. de pignorat. action. l. 29. § pen ff. mandat. l. 9 §. 1. ff. de ſtat. liber.* ſtellionatus autem crimen appellatur à Iuriſc. fraus omnis, dolus, impoſtura, quæ propriam ſignificationem nõ habet, & in proprium delicti nomen non cadit. *d. l. 7. ad Turp.* & vnde ſtellionatus nomen ſit deductum diximus *ſup. ca. 11. numer. 2.*

Q 24. Quæro de ſimilitudine actionis doli, & metus, & ſane conueniunt, & di-
108 ſcrepant etiam in multis. Conſentiunt primo quia vtraq; † eſt prætoria. *l. 1. ff. quod met. cauſa l. 1. ff. de dolo.*

Secundo vtraq; eſt arbitraria. *§. præterea.* quaſdam. *inſtit. de act. l. arbitrio. ff. de dolo*, quæ probat de actione doli. *l. ſi cum except. §. hæc. autem. ff. quod met. cauſa*, quę probat eſſe arbitrariam actionem metus.

Tertio vtraque ſtricti iuris, propterea quod neutra illarum ponitur in *§. actio. inſtit. de action.*

Quarto vtraque poteſt dici perſequutoria, Nam actio metus eſt in rem ſcripta. *l. 3. & 4. C. quod. met. cauſ.* Ita actio doli quia datur in id, q. ad aliquẽ peruenit. *l. ſed & ſi ex dolo §. idem ſi quid l. ſi plures. hæc actio. ff de dolo.* Quinto vtraq; pœnæ perſequutoria, Nam vna agit ad quadruplum infra annum vtilem, ſi arbitrio Iudicis non fuerit res reſtituta *l. 4. ſi cum except. §. 1. & ſeq. & §. in hac. & §. hæc autem actio. ff. quod met. cauſ.* Altera quia reus ex contumacia, ſi actori ad arbitrium iudicis non ſatisfecerit iuxta. *§. præterea. inſt. de actio.* condemnatur quanti iurauit actor ſua intereſſe, quod veram excedit æſtimationem *d. l. arbitrio.*

Sexto vtraque datur in ſimplum ab initio, de metu in *d. l. 4. aliis allegatis, & de dolo in l. ſi plures. §. hæc actio de dolo.* & de vtraque in *d. §. præterea.* Septimo vtraq; datur hæredibus.

dibus *l. quod diximus, hæc actio ff. quod metus cauſa. l. heredib ff. de dolo.* Octauò datur in hæredes, vtraque de eo, quod ad eos peruenit. *d. l. quod diximus d. l. hæredib. & l ſi plures ff. de dolo* Nono demum loco inter alias ſimilitudines iſta quoque eſſe videtur, quod vtraque dicitur reſtituere in integrum *gloſſ. in Rubr. ff. de dolo. probatur in l. 1. ff. de reſtitu.* vbi pro metu, & dolo competit reſtitutio, deinde quia inter reſtitutionum titulos ponuntur *tituli de dolo. & quod met. cau.* Item quia conuenit definitio reſtitutionis: Nam reſtituere eſt lapſos, & deceptos in priſtinum ſtatum reponere.

Diſſentiunt autem in pluribus, & primo quia actio doli eſt famoſa *l. 1. §. merito. l. non debet. ff. de dolo.* Non ita actio metus *gloſſ. in l ſi cum exceptione. §. cum. ff. quod met. cauſa. Ang. in §. ſequitur nu. 41. inſtit. de except.* Ex qua differentia ſequitur ſecunda, ſcilicet quod actio doli non proponitur contra parétes, nec contra patronos, nec alias perſo-
129 nas de quibus in *d. l. non debet.* Actio metus † aduerſus eas perſonas intenditur *Angel. in d. §. ſequitur num. 41. per tex. in l. apud. Celſum. §. fin. ff. de except.* vbi pulchre declarat; ratio eſt in promptu, quia ceſſat ratio infamiæ. Nec obſtat ſiquis dixerit, quod ſit famoſa, ex eo quod continet dolum. *d. l. ſi cum exceptione. §. hæc etiam. ff. quod met. cauſa*, & quod deſcendat ex cauſa famoſa, nam hæc ratio viget in aliis interdictis, & non videntur infamare. *l. neque. ff. de vi, & vi armat.* item & in conditionibus, *l. ceſſat. ff. de action. & obligat.* & declarat *Bart. in l. ſi cum exceptione. § cum qui. ff. quod met. cauſa.*

Tertio actio doli eſt temporalis quo ad doloſum. *l fin: C. de dolo cum aliis ſupra deductu.* cum biennio extinguatur, quoad hæredes, & cæteros, ad quos aliquid ex dolo peruenit eſt perpetua. *d l. ſi plures.* Actio metus ſemper eſt perpetua quoad ſimplum, nam reſpectu quadrupli, vt dictum eſt durat anno, eſt autem perpetua quia perſonalis, nam perſonales actiones ad triginta annos extenduntur. *l. pecunia, Codic. de conſt pec. l. ſicut. C. de præſcription. 30. annorum.* Porro autem eſt conſideratione dignum, quod iſta actio, non porrigitur ad 30. annos, vt cæteræ perſonales ſed tantum durat per viginti annos, *gloſſ in l. 5. C. quod met. cauſa in verbo muneris* quam *Bart.* dicit notandam, & ratio eſt ſecundum gloſſam, & *Bartol.* ibi quia cum hæc actio ſit in rem ſcripta, & ſic excedat ſuos terminos, cum detur contra quemlibet poſſidentem, exceditur à ſuis terminis argumento *l fin. Cod. de edict. diui. Adrian. toll.* & per conſequens non durat, ſicut aliæ actiones perſonales.

Quarto actio metus duplex vtilis in rem quæ datur metum paſſo, quando metus interceſſit ſuper incorporalibus. *l. metum. §. volenti ſecundum primam lecturam. ff. quod met. cauſ.* & actio metus cauſa perſonalis, quando ſuper corporalibus eſt metus illatus, & iſta perſonalis ſuper corporalibus videtur directa, ſed & datur alia vtilis in perſonam pro rebus incorporalibus; Actio vero doli non ita diſtinguitur. Nam alia doli eſt, vt contra doloſum duret biennio, vel contra hæredes de eo quod peruenit perpetuo; vel eſt in factum contra doloſum tranſacto biennio. *l. itaque in fine. ff. de dolo*, vt in factum contra parentes, & patronos *d. l. non debet.*

Quinta videtur differentia; quia actio doli ſubſidiaria, *l. diuus. ff. de reſtit. in integr. l. 1. §. merito prætor, cum vulg. de dolo.* Actio metus non ita. Sed declara vt in *l. ſi per vim. Cod. quod met. cauſ.* videlicet non eſſe ſubſidiariam, quando agitur intra annum ad quadruplum. Sed quando poſt annum ad ſimplum, vt ibi *in fine legis.*

Sexta actio doli oritur ex delicto, vt ſupra oſtendimus, ſed actio quod metus cauſa, naſcitur ex variis figuris cauſarum, vt dixit *Bartol. in l. 1. verbo circa hoc quæritur.* & verbo ſed ego, poſt gloſſ. *magn. quod met. cau.* quaſi contrahatur quædam obligatio ex ſola peruentione rei, & propterea hæc actio ſit in rem ſcripta. Sed cum in metu ſemper ſit dolus coniunctus *l. ſi cum exceptione. §. eum qui. ff. quod met. cauſa*, videtur & ipſa ex delicto originem ſumere. Septima differentia eſt *ex l. 26. § fin. & l. decimaſeptima. ff. de dolo.*

Quæſt. 25. Cum paulo ſupra dictum ſit, quod actio doli, & metus contineant reſtitutionem, non inelegante quæritur, an ſit propria ſpecies reſtitutionis? & *Caſtrenſ.*
130 *in* † *Rubr. Cod. de reſtit. in integr.* ſequitur negatiuam partem, dicens quod verbum reſtitutionis non contineret iſtas actiones. Suffragatur ſecundo quia iſti tituli ponuntur in lib. *Cod: ante titulos de reſtitut:* Tertio probatur quia aliæ reſtitutiones competunt officio Iudicis; iſtæ vero duæ iure actionis *gloſſ in Rubr. ff. de minor. Bapt. à Sanct. Blaſ. in tractatu de action. numero tertio*, atque ita ſentit *Oddus de reſtit. in integr. quæſtio prima art. 16.* Sed omnibus eſt facilis reſponſio, & ad primum *Caſtrenſ.* nulla ratione defendit dictum ſuum, ad ſecūdum reſpondi: quod licet competant iure actionis, non ſequitur

quod non ſint proprie reſtitutiones, ſed quod ſpecie differunt ab illis, quæ competũt officio iudicis. Non obſtat ordo compilationis Codicis, nam ante titulum quod *met. cau. & de dolo.* poſiti ſunt tituli particulares reſtitutionis, non tituli generales de reſtitutionibus ſed iſti tituli de dolo & quod metus cauſa ponuntur poſt titulum generalem de reſtitut. non obſtat *lex. Diuus. ff. de reſtit. in integ.*

Nam oſtendit diuerſam eſſe iſtam reſtitutionem, quæ pro actione conceditur, ab eaq; officio iudicis datur, & non vult dari hanc de dolo, quia famoſa, non quia reſtitutio non ſit, vide. *l. fin. ff. de reſtit. in integ.*

Q. 26. Quæro minor alterius dolo fuit deceptus, an aduerſus delinquentem competat actio doli, vel exceptio. An vero reſtitutio in integrum? & quidem videtur actio,
131 vel exceptio † competere.

Primo quia ſunt ſpecies quædam reſtitutionis vt dixit O*dd. de reſtit. quæſt 12. articulo primo, & ſecundo.*

Secundo quia tam actio doli, quam reſtitutio ſunt remedia extraordinaria, & ſubſidiaria, de actione doli millies ſupra probatum eſt, de reſtit. *l. 3. in pr. ff. de minor. l. verg. §. ex facto. ff. eod.* ibi aduerſus ſententiam nullam minor non reſtituitur, quia eſt locus remedio ordinario, extraordinaria autem remedia poſſunt concurrere, vt dixit *Zaſ. ſingul. intellect. lib. ca. 20. num. 114.* III. ex *l. Diuus. ff. de reſti. in integrum*, ibi quamuis etiam actio doli competere ſoleat.

Contraria tamen opinio videtur eſſe communior, vt ſc. non actio doli, ſed reſtitutio detur per *l. 1. §. idem Pomponius. ff. de dolo*, vbi Pomponius refert Labeonem exiſtimare, etiam ſiquis in integrum reſtitui poſſit, non debere ei hanc actionem cõpetere, *& d. l. diuus*: ibi: boni prætoris eſt potius reſtituere litem, quam actionem famoſam cõſtituere, ad quam tunc demum deſcendendum eſt, cum remedio locus eſſe non poſſit, vide plenius *Odd. de reſtit. art. 17. art.* 1. *&* 5. vbi reſp. ad obiecta, & ad primum dicitur, quod & largo modo reſtitutio, imo poſita actio ad differentiam reſtitutionis non eſt reſtitutio.

Ad ſecundum vide *Zaſ.* nam extraordinaria poſſunt concurrere, ſed non propterea de neceſſitate concurrunt, præſertim cum ceſſet illud quod magis extraordinarium eſt, vt eſt actio de dolo *d. l. Diuus. in fine; ad* tertium patet ſolutio ex *d. l. diuus. per Odd.*

Q. 27. Quæro dolo deceptus in vendendo intendit per actionem doli ad rei ſuæ recuperationem. An debeat precium reſtituere, quod accepit? & videtur dicendum,
132 quod non. † I. per *tex. in l. ſi mancipium. C. de rei ven.* vbi ſi mancipium, quod tibi metu tradidi, ab eo recuperare velim, cui tu vendidiſti, non cogor ei precium refundere. II, ex *l. 1. C. de reſ. ind. vend.* in qua factum per metum, venditionem reſcindere volens, nõ tenetur inuitus offerre precium. III. ex *l. impreſſionem. C quod metus cau.* per quam ſi officialis, vel rector prouinciæ per impreſſionem impulerit aliquem ad vendendum cõpellitur rem reſtituere, & precium amittit. IV. ex *l. 1. in fin. C. de præſcript. 30. annorum.*, ibi precium, quod pro vitioſo contractu datum eſt, malæ fidei emptorib. reſtitui non oportere, malæ fidei autem emptorem hunc eſſe nunc ambigitur.

Quinto ex *l. 2. C. ſi rei domini. ibi*, vt ne precium quidem iniquis comparatoribus repoſcere liceat; Ita quod tres priores leges, cum loquantur de emptione facta per metum, quem diximus dolo comparari, probant a ſimili, *l. illud. ff. ad l. Aquiliam.* Duæ vero poſteriores, quia loquuntur de malæ fidei emptore, in ſui generalitate probant etiam de emptore doloſo. Ego adduco tex. quem non inuenio citatum in *l. ſi debitor. ff. quæ in fraud. credit.* vbi ſi vendatur fundus in fraudem creditoris, is reuocat alienationem nõ reſtituto precio, reſpondetur quod ſi ipſe deberet precium reſtituere, nihil prodeſſet reuocari fundum alienatum, cum præterea de credito ſuo ſibi debeat ſatisfacere. Cæterum Ioann. in add. ad *Spec. in tit. de dolo, & contum. in verb. de dolo lit. D. circa medium*
133 *verb. ſubdit ipſe Ioannes.* putat precium † eſſe reſtituendum arguendo à ſimili per tex *in l. 3. & 4. C. quod met. cauſ* in altera.

Nepos ſuccedens auo, qui per metum fundum vendiderat & precium receperat, poteſt quidem reſcindere contractum reſtituto tamen precio. Altera ferme eodem modo probat, ibi reddito à vobis precio id ipſum ergo videtur dicendum in eo, qui per dolum rem comparauit, cum in metu ſemper ſit dolus. *l. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio, & §. ſequenti. ff. quod met. cauſ.* Confirmatur ratione, quam in *d. l. 3. deducit Caſtrenſ.* ſcilicet quia non eſt æquum, vt rem habeat, & precium, vt enim non decet re affici damno, ita non conuenit, vt lucrum faciam, mens enim prætoris eſt in edicto de

dolo,

dolo vt nemini ſua malitia ſit lucroſa, nec cuiquam ſimplicitas damnoſa *l. 1. in princ. ff. de dolo*, lucraretur autem ſi precium apud ſe retineret. Ad primum argumentum reſpond. vt per *gloſſ. in d. l. 3. C. quod met. cauſa*, item quod in *l. ſi mancipium*, precium non erat ſolutum, nec domino vendicanti, nec eius authori: nam ab alio emerat mancipiũ, quod à me propter metum conſecutus fuerat. Ad *l. 1. C. de reſcind. vend. reſpond.* vt ibi in *gloſſ.* vbi tres aſſert, vel quatuor ſolutiones. Ad tertium ex *l. impreſſionem reſponſ.* eſt, ex gloſſ. *in d. l. 3.* quod eſt ſpeciale ad deterrendos Officiales, & Rectores Prouinciarum, ne faciant ſubditis impreſſionem. Ad *l. 1. C. de praeſcrip. & ad l. 2. ne rei dom. vel temp.* dixerim caſus etiam eſſe ſpeciales, quoniam res peſſimi eſt exempli, vt ad faciendam fraudem interponatur authoritas fiſci, vt in *d. l. 1.* in altera vero, quod res vendantur templorum vel reipublicæ. Vt propterea credere dignum ſit, leges palam dicere, quoties non ſit facienda precii reſtitutio, quippe ratio uadet in dubio, precium reſtitui, ne quis rē habeat, & precium, & ne remedium, quod inductum eſt, ne qui ſit in damno, per dolum alterius lucrum faceret, cogita tamen ſuper his diligentius.

134 *Quaeſt.* 28. Quaero vtrum ſi priſtina actio expirauerit detur mihi actio † de dolo, & videtur non competere per text. *in l. 1. §. idem Pomponius etiam, ff. de dolo*, ſed pro reſolutione videntur diſtinguendi tres caſus ſecundum *Albericum ibi.* Vnus eſt quando actio expirauit negligentia mea ſine dolo aduerſarii, & tunc nec reſtitutio, nec actio de dolo competit, aliquando, & ſecundus eſt caſus, negligentia mea & dolo aduerſarii, & tunc excludor à reſtitutione, *l. ab hoſtibus cum l. ſequen. ff. ex quib. cauſ. maior.* & ago actione de dolo, *arg. §. idem Pomponius.*

Aliquando dolo aduerſarii, & negligentia mea, & habeo beneficium reſtitutionis, *l. ait praetor. § fin. ff. ex quib. cauſ. maior.* & ceſſat actio de dolo vt *d. §. idem Pomponius.*

Quaero actio doli, an detur propter damnum datum à quadrupede? & videtur reſpondendum affirmatiue *per l. eleganter. §. ſi quadrupes, ff. de dolo*, tamen pro reſolutione videntur diſtinguendi tres caſus.

Primus eſt ſi quadrupes, laſciuia & feruore ſuo damnum dederit ex dolo alterius. Secundus, ſi fuerit incitata à domino. Tertius ſi ab alio extraneo fuerit commota. Primo quidem procedit text. *in d. §. ſi quadrupes*, & vide *ibi gloſſam in verb. dederit.* In ſecundo non eſt dubium, dominum teneri de dolo, & licet *glo. ibi in verb. debere*, opponat quod imo detur actio legis Aquiliæ, vel in factum, & poſtea diſtinguat, an omittēdo, vel committendo damnum datum ſit, tamen forſitan rectius eſt dicere dari vtrūq; quia ſupra oſtendimus concurrere actionem in factum cum doli actione, quia generalior eſt, cum *l. Aquilia qua inferior eſt.*

In tertio caſu tenebitur ille tertius, qui ferā concitauit, quæ alias nō erat damnū factura, vt per gloſſ. ibi in verſ. dederit. *Alber.* ibi in intentione *Gulielmi, & Odofredi*, & caſum alium ponit ibi Alberic. ex intentione Gulielmi. Nam tres ſocii ſimul equitabant, duo ex his habebant equos rixoſos, & alius equum pacificum vnde iſte equitabat in medio, ne Sociorum equi rixarentur, poſt aliquot paſſus, iſte permiſit ſocios equitare, malitioſe ſuum equum retinens, quia equi ſociorum rixati ſunt, & vnus alium percuſſit, tenebitur igitur de ſuo dolo.

Quaeſt. 29. Quaero quomodo in hac actione debeat formari libellus? *Speculat. in*
135 *tit. de dolo.* & † *contumacia*, vnam formam libelli ponit ibi *num. 1.* ſcilicet quando dolus cauſam dedit cōtractui bonæ fidei, & poſt paulo ponit formā libelli, quando dolus incidit in contractu bonæ fidei, deinde & alium modum concipiendi libellum deducit, quando dolus incidit in contractu ſtricti iuris, & tandem componit libellum, quādo dolus dedit eidē contractui cauſam. Verū nullus ex his libellandi mod⁹ videtur omnia continere, q̄ neceſſaria ſunt in hac actione iux. tradita à *Bar. in l. ſed ſi ex dolo. § in hac ff. de dolo*, ſc. q̄ in libello huius actionis debent poni ſolēnitates *l. libellorum. ff. de accuſ.* vt colligitur ex *d. § in hac* & nota gl. *in § ina ext. de proc.* & *l. Praetor edixit in 1. ff. de ini.* ſcil. mēſis, & locus cōmiſſi doli. Ratio eſt q̄a hæc actio eſt famoſa, & quando ciuiliter agitur actione famoſa, omnia debent particulariter poni in libello, ſicut quando criminaliter agitur, proinde iſta ſubſcriptio libelli erit neceſſaria. *d. l. libellorum*, ibi ſubſcribere, nec non nominis Conſulum expreſſio, hodie forſitan nomen Imperatoris, vel potius annus, qui per conſules deſignabatur, quod vero ſolemnitas *d. l.* libellorum ſit neceſſaria, probat etiam, *Bald. in d. §. in hac actione. Ang. quoq. in § praeterea num. 27. inſtit. de action.* ponit aliam formam libelli, in qua tamen, & locus, & tempus deficiunt, Item ſubſcriptio libellantis, ſi tamen quis diligenter conſideret, *text. in d. §. in hac actione cum l. ſequen.* nihil

de loco, aut tempore dicitur, ſed tantum de perſona, quod ſcilicet deſignari debet perſona, cuius dolo factum eſt, nec non res exprimi, in qua dolus commiſſus eſt, & nihil vlterius exigit. Cæterum, quod attinet ad tempus vtique aliunde videtur probari, quod exprimatur, vt ſcilicet inde appareat, an tempore ſit excluſa actio doli quæ ſolo biennio vitam babet, vt per hanc rationem dicunt Scribentes in *l.fin. C.de dolo* eſſe exprimendum tempus commiſſi doli. Perſona ergo poni debet in libello, quæ dolum fecit, res, in qua dolum fecit, tempus, in quo dolus factus eſt, tandem debet ita concludi, vt Iudex condemnet ad reſtituendum, quod doloſe traditum eſt, & ſi non reſtituatur tunc condemnatur quanti ea res eſt, probanda per Iuramentum in litem ipſius actoris, duæ illæ primæ qualitates probantur ex §.*in hac*, *& l.ſequent.* tertia qualitas temporis probatur ex traditis in *d.l.fi. C.de dolo.* Quarta qualitas deducitur ex *l. Arbit.* §.1.*vſq. ad verſ. non tamen.* Aduerte tamen circa vltimam qualitatem, quod ſatis eſt dicere, & concludere, quod Iudex condemnet ad reſtituendum, nam ſi non reſtituit poteſt per nouum libellum petere, vt condemnetur quanti ea res eſt, probanda per Iuramentum, vt in ſimili format libellum, *Bart. in actione, quod metus cauſ.* quæ ſimillima eſt actioni doli, & eam formam libelli inquit Bartolus habere locum in omnibus arbitriis atque ita in actione doli, quę eſt arbitraria, ita fit, vt vel in eodem libello petat rem reſtitui, & ſi non reſtituatur petat condemnari, quanti ea res eſt, aut poteſt hoc vltimum per nouum libellum poſtulari.

136 Item aduerte † quod interdum iſta actio doli non eſt arbitraria, vt in *l. Arbitrio.* §.1.*in fine*, & ideo alio modo eſt concipiendus libellus, quando non eſt actio arbitraria.

137 Item aduerte quod aliquando dolus † in contractum re ipſa, non ex propoſito, & tunc aliter videtur concipiendus libellus, quàm fecerint ſupra *Angel. & Specul.* qui loquitur de dolo ex propoſito dante cauſam, vel incidente.

De exceptione Doli. Cap. II.

1 Exceptio doli, quid ſit, & eius definitio explicatur.
2 Aliud eſt doloſa actio, aliud actio de dolo.
3 Exceptionem doli habens, an poſſit, actionem doli intentare.
4 Exceptio doli, quare inuenta.
5 Author, ſiue inuentor actionis doli, an fuerit etiam exceptionis.
6 Exceptio doli, quotuplex.
7 Exceptio intentionis, & facti, quæ ſit.
8 Exceptio doli, alia generalis, alia ſpecialis.
9 Generalis alia ab initio contractus naſcitur, alia ex poſt facto.
10 Specialis, alia directa, alia ſubſidiaria.
11 Exceptio doli, vtrum fauorabilis ſit, an vero odioſa, diſputatur.
12 Proponitur diſtinctio Bart.
13 Affertur alia diſtinctio communis.
14 Exceptione doli tutus, quo non poſſit ſolutum repetere arguitur.
15 Contraria tamen ſententia probabilior oſtenditur.
16 Doli exceptio aduerſus quos proponatur, an contra hæredes, & an contra doloſum, qui dolum commiſit per procuratorem.
17 An contra perſonam fictam, puta Municipium, vel vniuerſitatem.
18 Et an detur contra ſucceſſorem ſingularem.
19 Datur etiam in contractu bonæ fidei aduerſus agentem contra æquitatem.
20 Conceditur contra quemcunque, qui poſſit repelli, ſuadente æquitate.
21 Obicitur in Actione noxali.
22 Pupillum, vel furioſum repelli exceptione doli quaſi verum ſit.
23 Obſtat hæc exceptio, cuicumq. voluntas teſtatoris refragetur.
24 Petenti rem, & pœnam opponitur doli exceptio.
25 Item, an parenti, vel patrono obiici poſſit, & concluditur negatiue.
26 Quod duobus modis ampliatur.
27 An exceptio doli detur aduerſus hæredes patroni?
28 Exceptio doli, & compenſationis, quid differant, remiſſiue.
29 Exceptio doli, quæ poterat opponi contra cedentem, vtrum noceat ceſſionario.
30 Exceptio doli perſonalis eſt.
31 Actio ceſſa, & eadem in perſona ceſſionarii, quæ fuerat in perſona cedentis.
32 Diſtinguitur ſecundũ Bart. in ſupradicto articulo, an iſta exceptio obſit ceſſionario.
33 Rurſus diſtinguitur ex mente Ioan. And.
34 Ex diſtinctione plures cõcluſiones eliciũtur.
35 Vtrum doli exceptio, quæ obſtabat delegantі, noceat ei cui facta ſit delegatio.
36 Arguitur pro ſententia affirmatina.
37 Veruntamen regula negatiua cõſtituitur, & pluribus rationibus comprobatur.

38 *Eadem regula ampliatur.*

39 *Tum vero quatuor modis limitatur.*

40 *Exceptio doli, an ſicut competit damnum paſſo, ita competat hæredibus eius.*

41 *Regula* l. cui damus. ff. de reg. iur. limitatur.

42 *Exceptio doli non competit generaliter, cuicumque poßidenti.*

43 *Datur contra petentem vſuras ſupra legitimum modum.*

44 *Item promittentibus ſine cauſa, nec non aliis* X I I I I. *perſonis infra enumeratis.*

45 *Exceptio doli, an ſit ſubſidiaria, quemadmodum de dolo actio.*

46 *Concluditur negatiuè.*

47 *Ampliatur concluſio.*

48 *Doli exceptio quibus denegetur.*

49 *De dolo participans, doli exceptione vti non poteſt.*

50 *Exceptio doli, quæ ſubrogatur in locum exceptionis pacti, & ipſa pacti exceptio, in pluribus differunt.*

51 *An ſicut exceptio pacti, non quæritur alteri per liberam perſonam, ita exceptio doli, diſtinguitur.*

52 *Exceptionis doli mali, quænam ſit natura.*

53 *Cui datur exceptio, datur etiam ad liberationem obtinenda condictio.*

54 *Exceptio doli propriè dicitur exceptio.*

55 *Proprietas vocis vnde ſumatur.*

56 *Exceptio vnde dicatur.*

57 *Quod profertur cum adiuncto, non eſt propriè tale & quomodo hæc regula intelligatur.*

58 *Exceptioni doli, an poßit renunciari, diſputatur, & concluditur,* num. 62.

59 *Error in contrahendo præſumitur etiam in renunciando.*

60 *Renunciatio ſpecialis fortior eſt, quàm generalis.*

61 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, ideo ſtricte intelligenda.*

63 *Scienti non fit dolus.*

64 *Iudex ex officio ſuo commiſſam doli exceptionem ex proceſſu tamen apparentem ſupplere non poteſt.*

65 *Contrarium tamen concluditur, et contrariis reſpondetur.* num. 66.

67 *Exceptio doli, nititur æquitate.*

68 *Exceptio doli concedenda eſt ne quis locupletior fiat.*

69 *Malæ fidei Poſſeſſor, pro impenſis à ſe factis in rem, quæ melior inde effecta eſt, doli mali exceptionem habet.*

70 *Secus ſi ratione fructuum impenderit, ſi modo fructus ex illis ſumptibus non fuerint percepti, alioquin exceptio datur.*

71 *Expenſæ vtiles, ſi tolli poſſunt à malæ fidei poſſeſſore, pro eis exceptio non datur.*

72 *Exceptio doli, cum reſtitutione in integrum non concurrit, ſed contra* numero 74.

73 *Sicut non concurrit reſtitutio cum doli actione.*

75 *Infamia iuris eſt grauior infamia facti.*

76 *Exceptio doli, an competat poſt lapſum biennii ei, qui habebat exceptionem non numeratæ pecuniæ ante biennium, & arguitur pro negatiua.*

77 *Verumtamen contraria ſententia, ſicut communior eſt, ita probabilior oſtenditur.*

78 *Exceptio doli, & exceptio metus inter ſe diſtant.*

79 *Sed per viam Regulæ æquiparantur.*

80 *Exceptione doli tutus, an doli actionem intentare poßit, arguitur pro ſententia Petri, & Cyni negatiua.*

81 *Arguitur pro ſententia gloſſæ affirmatiua.*

82 *Affertur diſtinctio Bartol. & reiicitur.*

83 *Comprobatur diſtinctio Caſtrenſ. & contrariis reſpondetur.*

84 *Exceptio doli, quæ competebat Reo, præſtatur etiam fideiuſſori.*

85 *Etiam inuito Reo.*

86 *Fideiuſſori interdum præſtatur exceptio doli, quæ Reo denegatur.*

87 *Quæ ſunt temporalia ad agendum, quære ſint perpetua ad excipiendum.*

88 *Exceptio doli, & rei iudicatæ perpetuò competunt, & excedunt 30. annorum curſum.*

89 *Perpetuum in iure, quomodo accipiatur.*

90 *In exceptione doli proponenda, ſufficit expreſsio perſonæ, nec eſt neceſſe exprimere ea, quæ in actione proponuntur, ſed vide* num. 92.

91 *Ratio differentiæ inter actionem, & exceptionem doli.*

93 *Excipiens de dolo, & non probans exceptionem, non videtur confiteri obligationem.*

94 *Contrarium tamen probatur.*

95 *Sed diſtinctione controuerſia dirimitur.*

96 *Suppoſita tamen ſententia negatiua, limitatur.*

97 *Eadem ſententia tamquam magis communis probatur Authoritate.*

98 *Reus priuilegiatus eſt magis quàm Actor in pluribus iiſque contrariis exceptionibus proponendis.*

99 *Occidens hominem, non excuſatur dicens ad ſui defenſionem occidiſſe.*

100 *Supradicta concluſio vltra Feliu. limitatur.*

SEcundus effectus emanans ex dolo, ſiue ex propoſito, ſiue re ipſa, eſt exceptio doli, *Roman. in l. ſiquis cum aliter. ff. de verbor. obligat. Azzo in ſumma num.* 4. de qua verba facturi ſumus.

1. Primum quid ipſa ſit.
2. Deinde ex qua cauſa ſit inducta.
3. Poſtea quot ſint eius ſpecies.
4. An ſit fauorabilis, vel odioſa.
5. Quibus, & contra quos præſtetur,
6. Quæ ſit eius natura.
7. Qui ſint eius effectus.
8. Et intra quæ tempora competat, ſic enim dilucidius intelligetur hæc actio, vt inquit *Paulus in l. 1. ff. de except. doli*: eius enim exemplo nos vt eorum, quæ dicenda ſunt cognitio clarior effulgeat, iſta propoſuimus declaranda, vt noſtræ vires ferent. Et vt iuxta propoſitum ordinem cuncta tranſigantur.

Quæſt. 1. Quid ſit exceptio doli: & breuiter videtur dicendum, quod ſit doloſæ,
1 & iniquæ actionis vel facti excluſio. Nam quemadmodum exceptio † ſimpliciter ſumpta dicitur eſſe libellus Rei *l. 1. & ibi Bartol. Cod. de his, qui poten. nom. præd. poſſeſſ.* & alia appellatur actionis excluſio, *Marſil. ſing. 663. l. 2. ff. de except.* vbi ait *Vlpian.* quod eſt quaſi quædam excluſio, quæ opponi actioni cuiuſque rei ſolet, ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemue deductum eſt, *Specul. de reſcript. præſent. §. 2. de litis conteſtat. Fely. in c. 1. de except.* ita conuenit exceptionem doli, actionem doloſam repellere, ad excludendum id quod in intentionem doloſi actoris deductum eſt. Dixi actionis, factiue ſi quis contra me agat, ſiue actione tantũ de facto, competit mihi exceptio doli, *gl. magiſt. in l. qui ſe deberi. ff. de cond. ob cauſam in gl. exceptione doli verſ. dolo enim.* Secundo probatur ex. *§. 1. inſtitut. de except.* ait eo loco Iuſtinian. Quod ſi dolo inductus aliquid ſtipulanti promiſero, datur mihi doli mali exceptio ad impugnãdam actionem. Tertio, confirmatur ex formula, qua proponebatur olim exceptio vt enim actionum, ita & exceptionum formulæ antiquo tempore erant in vſu, & earum multa in pandectis veſtigia apparent, erat enim ita concepta, ſi nihil dolo malo actoris factum eſt. *l. 2. §. ſequitur, & § idem quæritur. ff. de except. doli.* Sed eſt animaduerſione dignum, quod dixi in definitione, doloſæ actionis † excluſionem, non actionis doli, ſi
2 quidem is, qui dolo me induxit, vt venderem, vel promitterem non doli actionem aduerſus me proponit, ſed ex empto vel ex ſtipulatu, vt non obſcure colligitur ex *d. §. 1. de except.* verum quia plena doli eſt actio, & iniquitatis, & doloſus eſt actor, ita agens dicitur mea exceptio doli remouere doloſam actionem, ex qua declaratione tollitur nõ leuis contrarietas, quæ ſumitur ex gloſſa in *l. 1. § non fuit verſ. vſq. adeò in verb. etiam. ff. de dolo*, dum dicit actionem doli non excludi hac exceptione doli, quoniam ex eadem cauſa eſt exceptio inducta, ex qua fuit etiam dolus comparatus. *l. 2. §. 1. de dolo exc.* quã gloſſ. notat etiam *Bart in l fin. ff. de dolo*, vbi dicit eſſe bonum tex. ad impugnandam ſententiam gloſſ quod imo exceptio doli actionem doli excludat. Etenim *Accurſ.* ibi recte loquitur in ſenſu ſuo, quoniam eius propoſitum eſt quærere, an is, qui habet exceptionem doli, habeat aduerſus eundem actionem doli, ita quod conuenire illum poſ-
3 ſit actione doli, vel ne malit expectare agentem repellat exceptione. † An vero habens exceptionem doli, non poſſit intentare dictam actionem ex regula in hac materia ſingulari. quod cui vno remedio eſt conſultum, denegatur alterum; & gloſſ. propenſior eſt in ſententiam negatiuam, non excludi actionem doli ex dicta ratione, quia ſcilicet ex eadem cauſa procedunt, *d. l. 2.* ſed in eam perſonam concurrere, & in his terminis loquitur *Bart. in d. l. fin. & in l. 2. vbi Caſtrenſ. & alii C. de dolo*, & probat. *Iaſ. in l. ſiquis cum aliter n. 10. ff. de verb. obl.* de qua re nos infra ſuo loco explicatius trademus: ita fit, quod incolumis relinquatur ſupra dicta concluſio, quod doli exceptio eſt doloſæ actionis excluſio, nimirum quando dolo alterius circumuentus vocatur in Iudicio ad implenda promiſſa; nam reſpondet, implerem vtique, ſi nihil in ea re à te dolo factum eſſet, *dict. leg. ſecunda. §. ſequitur*, Confirmatur ex doctrina Lucæ

de penna

de penna in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. præſumpt. 16. quod vbi lex dat exceptio-
nem doli ibi præſumitur dolus. Omittendum non eſt, quod ait *Alb. Bolog. de verb. oblig.*
c.2.nu.2. exceptionem doli eſſe euerriculum malitiarum.

Q.2. Quæro ex qua cauſa hæc exceptio fuerit propoſita, & videtur ad tollendā
4 † iniquitatem actionis, & ad euitandam iniquam condemnationem *d §. 1. inſtit. de ex-*
cept. ibi ſed quia iniquum eſt te condemnari, & ibi; ad impugnandum actionem, ſed re-
ſpond. cum Iureconſ. *in d. l. 2. in princ.* nempe fuiſſe hanc exceptionem propoſitam, ex
qua fuit inducta actio doli, quæ eſt, vt inquit ibi glo. ne cui ſua malitia ſit lucroſa, quem
admodum, fieret ſi agens non repelleretur ne alicui ſua ſimplicitas ſit damnoſa, vt ac-
cideret ſi dolo captus non poſſet per exceptionem ſe defendere, ſiquidem ex his dua-
bus fuiſſe actionem dolo comparatam palam eſt ex *l. 1. in pr. ff. de dolo* ibi, ne vel illis ma-
litia ſua ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas damnoſa.

5 Sed an iſta exceptio † ſicut eſt ex eadem cauſa propoſita, ita ſit quoq; ab eodem
authore inducta, à quo actio doli inuenta, & eodem tempore? & puto affirmandum,
nam quò ad authorem videtur probari vtramque a prætore inductam de actione ex-
ploratum eſt ex. *d. l. 1. ff. de dolo*, ibi hoc edicto prætor. De exceptione colligitur ex. *l. 1.*
2. 3. 4. 5. & 6. ff. de exception. doli, cum ſint acceptæ a Paulo, & ab Vlpiano, & à Caio
ex eorum libris ad edictum, quoad tempus etiam idem reſpondendum; quoniam ſi
ex eadem cauſa vtraque emanauit, ergo eodem tempore, quo illam inuenit quando
de actione cogitauit, ne malitia ſit lucroſa, vel ſimplicitas dānoſa veroſimile eſt, quod
de exceptione cogitauerit.

Q.3. Quæro quotuplex ſit exceptio doli, *gloſſ. & Doct. in l. qui ſe debere. ff. de con-*
6 *dit. ob cauſ.* dicunt eſſe quatuor ſcilicet. † Vna eſt, quæ datur, quando contractus eſt do-
loſe initus ab initio, vt in *l. eleganter in pr. ff. de dolo.*

Alia, quæ datur in locum non numeratæ pecuniæ, quæ naſcitur tempore peti-
tionis *l. 2. §. circa verb. proinde ff. de doli except.*

Tertia quæ datur in locum pacti, vel Iuriſiurandi *dict. leg. 2. §. item quæritur. ff. de*
doli except.

Quarta quæ opponitur contra actionem intentionis, & facti nam & reus cōtra
7 eam de facto excipit, quod dolo negat nullam habere † actionem. Sed *Roman. in l. ſi in*
Iud. num. 12. ff ſol. matr. & in l. ſi ſe debere n. 6. ff. de cond. ob cauſ. Pract. Papienſ. reſpon. Rei conu.
in gloſſ. doli exceptione, Cagnol. in l. ſi qui cum alio §. fin. ff de reg. iur. Addunt quintam ſpeciē,
ſcilicet exceptionem doli generalem, quæ datur in locum cuiuſcunque alterius exce-
ptionis. *l. 2. § generaliter not. in l. ſi ex cautione. C. de non num. pecun. Iaſ. autem in l. ſi quis cum*
aliter num. 6. ff. de verb. oblig. inquit duas eſſe ſpecies exceptionis doli. Alteram ſcilicet,
quæ naſcitur ex dolo commiſſo ab initio contractus, vel negocii, Altera nimirū, quā-
do contractus dolo initus eſt, aliquando quæ oritur tempore petitionis, & idem *Iaſ. in*
l. qui ſe debere addit & tertiam ſpeciem, nempe quæ opponitur contra actionem in-
tentionis, & facti. *Repetentes vol. 7. fol. 164. nu. 9.* & ipſi diuidunt in duas ſpecies, in dire-
ctam, & ſubſidiariam.

Nos ita credimus rem componendam, vt conſtituamus duas ſpecies doli ex-
8 ceptionis; Nempe alia ſit † ſpecialis, alia generalis, & ſane generalis eſt, quæ in lo-
cum cuiuſcunque alterius exceptionis præſtatur, de qua eſt tex. ſingularis *in dict. l. 2.*
§ generaliter, & in *dict. leg ſi ex cautione*; & generaliter ait Iuriſconſultus ſciendum eſt
ex omnibus in factum exceptionibus doli oriri exceptionem, quia dolo facit qui-
cunque id, quod quaque exceptione elidi poteſt, petit, nam etſi inter initia nihil do-
lo malo fecit, attamen tunc petendo facit doloſe, niſi talis ſit ignorantia, vt dolo careat
confirmatur ex. *l. qui æquitate. ff. de excep. doli.*

Qui æquitate defenſionis infringere actionem poteſt, exceptione doli tutus eſt,
exemplum huius exceptionis eſt, *in leg. fin. de conſtit. pecun. in leg. ſeptima. ff de condict.*
cauſ. dat. in leg. cum hic ſtatus. ff. ſi maritus, ff. de donation. inter vir. & vxor. in l. ſiue apud
acta. Codice de tranſaction. in leg. 48. ff. ad leg. Aquiliam, de hac ſentit *Iaſon quando in*
leg. Herennius numero decimoſexto, ff. de re iud. quod concurrit cum omni alia exce-
ptione, etiam cum illa, vt quis non teneatur, niſi in quantum facere poſſit.

Super hac exceptione generali ponit cautelam *Pract. Papienſ. loco citato.* Spe-
cialis vero exceptio illa ſit; quæ ad vnam cauſam ſpectat; vt illa, quæ obiicitur po-
tenti ex eo contractu, cui dolus cauſam dedit, vel incidit. *leg. eleganter & ibi Doct. ff.*

9 *de dolo*, iſta vero rurſus † ſubdiuiditur, vt alia naſcatur ab initio contractus, vel negocii doloſe geſti, alia ex poſt facto, tempore petitionis, & ita verificatur.

Diuiſio laſ quæ verius eſt ſubdiuiſio exceptio doli ab initio naſcens eſt quando ipſum negocium doloſe geſtum eſt, vt propterea ſtatim ex dolo ſit exceptio producta, vt ſiue dolus fuerir ex propoſito, ſiue re ipſa *Roman. in d. l. ſiquis cum alter. ff. de verb. oblig.* ex vtroq; enim dolo, vt ibi affirmat æque naſcitur exceptio doli, ſiue, vt arbitror, ſit dolus dans cauſam, ſiue ſit incidens; ſiue ſit contractus ſtricti iuris, ſiue bonæ fidei, ſiue ſit dolus verus, ſiue præſumptus.

De alia ſpecie ponit exempla tex, *in d. l, 2. §. circa* in ſtipulatione facta ſine cauſa, nam nullus fuit ab initio dolus, ſed ſi petatur ex ea, tunc incipit petitor eſſe in dolo. Secundo ſi promiſerit numerare pecuniam, & ob id interpoſita ſit ſtipulatio, pecunia non tradita, ſi inſtituatur petitio, obſtat exceptio.

Tertio ſi contracta legitima ſtipulatione interponatur pactum de non petendo ad fauorem debitoris, ſi contra eum petatur habet doli exceptionem, cum aliis, quæ ponuntur *in dict. leg. 2. §. circa. vſque in finem legis*, & ita ſub iſta ſpecie includuntur ille duæ quando vna datur pro ea in locum exceptionis non numeratæ pecuniæ, & in locum pacti, vt palam eſt, ex *dicto. §. circa, in verbo proinde, & in verbo ſequent. item quæritur.*

10 Præterea † exceptio doli ſpecialis alio modo ſubdiuiditur, vt alia ſit directa alia ſubſidiaria, & ita ſaluatur diuiſio repetent: quæ & ipſa ſubdiuiſa eſt; directa erit itaque illa, quæ immediate naſcitur ex contractu, vel negocio doloſo, quocunque modo geſta ſit, vel dolo ex propoſito, vel re ipſa, ſubſidiaria vero iuxta gloſſ. *in l. 13. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. in leg. reſcriptum. §. plerumque. ff. de pactis*, nempe quæ datur in ſubſidium exceptionis facti, nam ait tex. quia accidit interdum, vt qui exceptione pacti vti non poſſunt, exceptione doli vtantur, vt Iulianus ſcribit, & alii conſentiunt, veluti ſi procurator meus mihi paciſcatur, nam cum aliis paciſci non poſſit. *l. ſtipulatio iſta. §. alteri. inſtit. de inutil. ſtipulat.* doli mali exceptio mihi proderit, & differt ab alia exceptione de qua in *dicta leg. ſecunda, §. circa verſiculo item quæritur*, nam ibi exceptio doli concurrit cum exceptione pacti, vide, repetent. citatos, & puto ſub iſto membro ſubſidiariæ contineri & illam exceptionem doli quæ datur aduerſus agentem ſine actione vera, ex intentione facti, nam omni alia deficiente exceptione iſta datur.

Quæſt. 4. Quæro an iſta exceptio ſit odioſa, nam exceptionum aliæ ſunt odioſæ, a-
11 liæ fauorabiles, *l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb.* & videtur odioſa. †

Primo quoniam actio doli eſt in odium hominum doloſorum, *l. 1. in princ. ff. de dolo*, hoc edictum inquit prætor aduerſus varios, & doloſos, qui obfuerunt calliditate quadam, ſubuenit, ergo & exceptio doli, cum ex eadem cauſa ſit inducta, ex qua dolus *l. 2. in princ. ff. de except. doli.*

Secundo quia hæc exceptio infamat ex ea condemnatum, & ideo non datur nec aduerſus parentes, vel patronos. *l. 4. §. aduerſus. ff. de except. doli*, vbi non proponitur iſta exceptio contra parentem & patronum, quia opinionem apud bonos mores ſugillet id eſt iniuria & contumelia afficiat. *l. 15. §. decimoſeptimo, ff. de iniur.* ibi, ſi vero non ad ſugillationem domini id fecit, *leg. decima. §. octauo. ff. de in ius vocan.* ibi vel pudorem non ſugillet, proprie enim ſugillare eſt liuido colore inquinare, tranſlate vero pro contumelia, & iniuria, vt accipitur in dictis legibus, *Bartr. in dicto. §. aduerſus.*

Tertio quia eſt inducta principaliter in odium doloſi. *lege. 1. verb. ideo autem. ff. de except. doli.*

Ex aduerſo, quod ſit fauorabilis, probatur primo quia exceptio eſt filia æquitatis. *leg. qui æquitate. ff. de exception. doli.* vbi not. quod exceptiones ſua natura, procedunt ex æquitate *Feder. Senenſ. conſilio nonageſimo, caſus eſt talis, Bartol. in §. pactus ne peteret. leg. ſi vnus colum. tertia, ff. de pact.* A*zzo in ſumma de exception.* dicens omnem exceptionem inniti æquitate, copioſe *Tiraquell. de retract. conſang. §. triceſimoquinto gloſſ. 1. numero 5.*

Rurſus & ſecundo quia iſta exceptione tutus ſi ſoluit per errorem repetit. *l. qui ſe debere. ff. de cond. ob cauſam.*

12 Pro † reſolutione *Bartol. in l. 2.* Codic. *de reſcind. vend. in 4. quæſt.* diſtinguit dicens, quod exceptio doli, aut naſcitur ab initio, quando ſcilicet negocium eſt doloſe contractum, & iſta eſt odioſa, quia ſcilicet in odium doloſi inducta, eo

quod

quod ſoluens non repetat, gloſſ. in *d. l. ſi qui debere*, Aut naſcitur ex poſt facto propter petitionem, ſcilicet tempore quo agitur, & tunc eſt fauorabilis, nam fauore eius, qui læditur inducta videtur.

Sed hæc diſtinctio communiter reiicitur, vt conſtat ex Alex*and. in l. ſiquis cum aliter. numero 6. ff. de verb. obligatio. ex Cagnol. in d. l. 2. in 4. quæſtio. Barto. num. 68. verſ. ſecundo concludit*, ratio videtur; quia in *d. l. qui ſe debere*, non cauillando, dolus fuit ab initio, & tamen, præſupponitur fauorabilis, cum detur repetitio Accedit iudicio meo, quod æque dolo facit, qui ex poſt facto petit, cum non deberet petere, ac ille, qui dolum ab initio adhibuit, vt palam ex *dict. l. 2. §. circa, & §. ſequenti per totum*. maxime ibi, nam & inter initia, nihil dolo malo fecit, attamen nunc petendo facit doloſe, vnde ſi iſta exceptio eſt fauorabilis, & illa eſt huiuſmodi, aut vtraque odioſa, & ſic contra diſtinctionem.

13 Quare illa † diſtinctio frequentior eſt. Aut exceptio doli competit cõtra ius Com. vt quando ſuccedit in locũ exceptio. Maced. & eſt odioſa, quia & illa odioſa eſt, & ſumit eius naturã, Aut datur ex æquitate iuris naturalis, vt cũ ſuccedit in locũ exceptionis metus, æquitas enim naturalis dictat, vt ſuccurratur decepto. *Alex.* qui alios citat *in d. l. ſiquis cum aliter. n. 6. Cyn. & Caſtr. in d. l. 2. C. de reſc. vend. quæſt. 2. Dd. in l. 2. C. quod met. cauſ. Cagn. d. loco. num. 68. & Dd. in l. ſub prætexu C. de tranſact.* ego puto aliter poſſe diſtingui ſcilicet aut exceptio doli ſuccedit in locum alterius exceptionis, & tunc reguletur ſecundum naturam illius exceptionis, & ſit fauorabilis vel odioſa. ſecundum illam, in cuius locum ſuccedit, ratio eſt, quia doli exceptio ſuccedens in locum alterius exceptionis, limitatur, & regulatur ſecundum illam, *Bar. in l. 2. §. ſequitur de except. doli, & in §. generaliter ead. d. l.*

Aut eſt de per ſe, in locum nullius ſuccedens, & tunc puto exceptionem partim eſſe fauorabilem, partim odioſam quia partim eſt inducta odio doloſi, partim fauore decepti, ſecundum naturalem æquitatem, vt notabiliter dixit. A*lex. in d. l. ſiquis cum aliter. ff. de verbor. oblig. & Roman. num. 3. Caſtrenſ. & Bald. in l. 2. C. quod met cauſa per l. 1. ff. de dolo*, ibi ne vel illis malitia ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas damnoſa, ergo idem eſt in exceptione, quippe, vt dictum eſt, fuit inducta ex eadem cauſa. *l. 2. in pr. & ibi gloſſ. ff. de except. doli.* & ita debet intelligi *l. 1. verb. ideo. ff. eod.* & ſic erit ſimilis præſcriptione decem, vel XX. annorum quæ eſt mixta. §. 1. *& ibi Doctor. Inſtit. de vſucapion. l. celſus*, & ibi ſcribentes. *ff. de vſucapion. ſcribentes in leg. fin. Codice de edict. diui Adrian. toll.* Nec obſtat q; talis exceptio infamat. Nam, vel ſit propterea quatenus in odium inducta, vel qa non omne remediũ infamans eſt odioſum, vt actio tutelæ, mandati &c. Itẽ quia ex aliqua actione qs infamatur, tamen non eſt illa actio odioſa, vt actio tutelæ, pro ſocio, depoſiti. *l. 1. §. qui pro ſocio, ff. de his, qui not. infam.* maxime, quod hæc exceptio infamat infamia facti *dict. l. 4. §. aduerſus*, ibi apud graues viros opinio non ſugillet not. A*ngel.* §. *ſequitur. n. 19. inſt. de except.*

Quæſt. 5. Huic proxima quæſtio eſt, an tutus exceptione doli, ſi ſoluat, poſſit re-
14 petere. † *Petrus in l. ſiquis cum aliter. ff. de verb. obligat.* quem ſequitur Angel. ibi putat ceſſare repetitionem, quoniam exceptio doli eſt odioſa, *argum. l. qui exceptionem. ff. de condit. cauſ. data & c. Bartol. in leg. ſecunda. Codic. de reſcind. vendit. in quarta quæſt. & dict. leg. ſiquis cum aliter*, diſtinguit, Aut exceptio doli competebat ab initio, & denegatur repetitio, iuxta Petri, *Angel. et Gloſſ.* ſententiam propter odium exceptionis, Aut exceptio naſcitur ex poſt facto tempore petitionis, & tunc liceat repetere a ceſſante ratione, ſiquidem hæc exceptio eſt fauorabilis, ideo ſit locus. *d. l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb.* & citat. *Bartol. in hanc ſententiam l. ſi id quod vnum. ff. de ver. obligatio.* vbi propter dolum actio competit ſtipulatori.

Sed tertio poteſt generaliter probari hac exceptione tutus, non repetat ex *leg. ſecunda Codic. quod met. cauſa*, arguendo à ſimili de exceptione metus, & doli, vt infra de hac ſimilitudine ſumus verba facturi, nam in ea inquit Imperator quod tutus exceptione metus ſoluendo non repetit & ſicut purgatur ibi metus per ſpontaneam ſolutionem, ita purgandus eſt dolus, & in hanc ſententiam multas authoritates congerit *Iaſon in l. qui ſe debere. num. 2. ff. de condit. cauſ. data et in l. ſiquis cum aliter. num. 10, ff. de verb. oblig.*

15 Contrariam † ſententiam dicit Iaſon probatam eſſe à *Chriſt. Caſtell. & à modernis in d. l. qui ſe debere, ab antiq. in d. l. 2. C. quod met. cauſa*, & idem *Iaſ. d. l. ſiquis cũ aliter, n. 10.*

citat communem opinionem, & eam ſequitur, quod præſtetur ſoluenti repetitio, & vtitur argumento ab abſurdo, nam condictio indebiti ad repetendum datur, cõtra eum, qui etiam bona fide accipit, & non daretur contra doloſum. Altera ratio eſt, quia hæc exceptio eſt fundata ſuper æquitate, ideo fauorabilis, & in ea agitur ad euitandũ damnum, eandem ſententiam probat *Roman. in l. ſi quis cum aliter. num. 3.*

Primo *ex d. l. qui ſe debere. ff. de con. indeb.* quæ ſi non cauilletur probat generaliter, quia ponit reg. quod repetit, quia erat tutus exceptione doli & ibi exceptio competebat ab initio.

Secundo probat text. *l. ſi non ſortem. §. indebitum. ff. de condit. indebit.* vbi ponitur, quod tutus exceptione perpetua ſoluendo repetit, & talis eſt exceptio doli *l. pure in fin. ff. de except. doli.*

Tertio quia non poteſt negari quin iſte paſſus ſit dubius propter diuerſitatẽ opinionum, in dubio autem melius eſt fauere repetitioni quàm aduentitio lucro *l. non debet. ff. de re iudicata.*

Nec aduerſantur contraria, & primo ad *l. qui exceptionem* reſpondeo ſecundum *Alex. Rom. & Iaſ. in locis citatis*, loquitur in exceptione odioſa principaliter, vt Macedoniani vel ſimili. At noſtra hæc æque principaliter in fauorem decepti eſt inducta, & in odium doloſi *d. l. 1. in pr. ff. de dolo*, vt *Rom. d. num. 3. l. ſi quis cum aliter*, & ibi *Alex. numer. 6.* maxime, cum ſit fundata in æquitate naturali, & agatur de damno euitando, cum ex aduerſo tex. *in l. qui exceptionem* procedat, vbi volens repetere tractat de lucro captando ſicut in Maced. At ſemper longe melior conditio eius, qui tractat de damno euitãdo, ac illius, qui agit de lucro captando *l. fi. C. de iur. delib. l. fi. C. de eod.* & ita dicit eſſe puram veritatem *Rom. in fin. nu. 3. ad l. 2. C. quod met. cauſ. reſp.* quod illa exceptio eſt vere odioſa, gloſſ. ibi, & ideo ſuccedit *d. l. qui exception.* Verum hæc ſolutio diſplicet *Bald. ibi numero ſecundo.* nec non *Caſtrenſ. numero quarto.* dicunt enim exceptionem doli, & metus ex eadem cauſa inductam, ſcilicet ex æquitate naturali, quæ ſuadet, vt reſtituas, quod dolo, vel metu extorſiſti, ne detur occaſio delinquendi, & ne melioris conditionis ſit ille, qui deliquit, dolum, vel metum inferens quam ille, qui non deliquit, ſed dolum paſſus eſt; vel metum *Sal. l. non ſolum. ff. de nov.* ita ſit, quod exceptio quoque metus ſicut doli ſit non tantum in odium, ſed etiam in fauorem inducta, cuius in metu dabitur repetitio, quæ aduerſus naturalem rationem ſpecialiter eſt inducta nõ obſtante. *l. qui except.* quæ loquitur in mere odioſa exceptione. Soluit ergo Bald. quod non datur ad repetendum actio metus, ſed condictio indebiti *Caſtrenſ.* autem dicit quod in *d. l. 2.* ſoluens non repetit, quia nec in iure errauit, nec in facto, dum ſoluit, atque ita ſit voluntaria, donatio *l. cuius per errorem cum ibi no: per Dec. & Cagn. ff. de reg. iur.* cum alias metu ſoluens repetat. *l. metum. §. quod prætor. ff. quod met. cauſ.* nec appareat ibi, vt putant Dd metum eſſe illatũ in promiſſione & ſolutione. Nos credimus nõ ineleganter poſſe diſtingui, vt fecimus in proxima ſuperiori quæſtione, Aut loquimur in exceptione doli generali, & tunc regulatur ſecundum exceptionem illam in cuius locum datur per regulam ſubrogatorũ, & ſi talis ſit, vt illa exceptione tutus repeteret, & doli exceptione munitus repetat, & è contra; & iſtam generalem quando datur loco deficientis actionis appellat fauorabilem. *Roman. in l. ſi in iudicio numer. 12. ff. ſol. matrimon.*

Aut agimus de exceptione doli ſpeciali, & conceditur repetitio cum non ſit mere odioſa, ſed æque principaliter in fauorẽ etiam decepti ſit inducta, & præter *Alex. & Rom. in locis citatis*, credunt *Bal. & Caſt. in d. l. 2. C. quod met. cau.*

Quæſt. 6. Quæro contra quos datur exceptio doli. Et ſane conſtituenda eſt re-
16 gula, vt † præſtetur aduerſus doloſum, vel hæredes, & ſucceſſores de eo, quod ad illos peruenit. *l. 2. §. circa, & ſequent. l. 4. vſque in fin. ff. de except. doli*, *Azzo in ſumma C. eod. num. 4. Hoſtienſ. eod. tit. ext. num. 7. verb.* contra quem, datur autem contra doloſum, ſiue dolum fecerit ab initio, vt *l. eleganter. ff. de dolo*, ſiue ex poſt facto, petendo ex ea cauſa, ex qua non fuit æquum petere, *d. l. §. circa. cum ſequenti.* Et non diſtinguitur vtrum doloſus ſit maior, vel minor dummodo ſit proxim⁹ pubertati, & doli capax *Hoſt. d. loco l. hæredibus. §. ſi ff. de dolo. l. 4. §. ſi quis ff. de except. doli.* Nec etiam refert per ſe fecerit doloſus, an per alium, vt Dominus per procuratorem, ſi quid ad eum peruenit, pupillus per tutorem quando eſt factus locupletior. *l. ſed & ex dolo in titulo & §. item ſi quid dolo, & l. 4. §. item quæritur ſi debitor, verb. illud. ff. de except. doli, & verb. ego puto.*

17 Nihil etiam intereſt, vera perſona dolũ fecerit, an ficta, qualis † eſt vniuerſitas, vel

Muni-

Municipium. *d. l. ſed ex dolo. §. ſed an Municipes*, vbi non negat Iuriſconſultus Munici-
pes poſſe dolum committere, ſed quod cum difficultate accidit vt committant, vt ex-
plicat *Hoſtiens. ſupra citato loco*, illa enim interrogatio quid enim municipes dolo facere
poſſunt, ſubaudi ſcilicet de facili, & ſimiles denotant carentiam, & difficultatem, iux-
ta illud ſi ſacerdos peccauerit quis orabit pro eo? quis medebitur incantatori vulne-
rato à ſerpente; quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens? *de penit. diſtinct. 1. §. quod autem*,
quid in omnibus peccatis adulterio grauius. *c. quod in omnibus 32. quæſt. 7.* quando igi-
tur dolum per ſe commiſerit vniuerſitas tenetur, & poterit per exceptionem repelli;
vel etiam per ſuos Rectores, & præſidentes in quantum ad eam peruenerit, ſicut in
domino & procuratore dictum eſt. Datur etiam contra eum, qui petit pœnam ex cō-
promiſſo ſi lata ſit ſententia ex dolo authoris *l. arbitrorum & ibi Dd. ff. de arbit.* Præſtatur
contra hæredem de eo, quod ad eum peruenit, vel certum ſit peruenturum, puta quia
ei acceptilatum eſt, *Hoſt. d. loco num. 7. verb. ſi ergo dolo. d. l. hæredibus, & l. ſi plures, in fin. ff.
de dolo*, vbi ad cæteros ſucceſſores vniuerſales extenditur, nēpe eos, qui per bonorum
poſſeſſionem per fideicommiſſum vniuerſale, per adrogationem, bonorum liber-
tatum conſeruandarum gratia, ſucceſſerant in bonis alicuius, *not. in §. fin. inſtit. per quas
perſ. nobis acquir. in tit. inſtit. de acquiſ. per adrogat. in tit. inſtitut. de adiect.* libertatum con-
ſeruandarum gratia. Contra ſucceſſorem particularem, ſi cauſam lucratiuam, vel
quaſi lucratiuam, habeat, *Azzo dicto loco numero quarto.* vel ſi lucratiuam, vel qua-
ſi non habeat competit tamen exceptio doli, ſi res ſit reuerſura ad doloſum, pu-
ta ſi creditor ſit ille qui excipiat de dolo, vel agat occaſione rei, in qua debitor confer-
18 ret dolum. His vero ceſſantibus excipitur adhuc contra particularem † ſucceſſorem,
ſi velit vti acceſſione ſui autoris, ratio enim eſt quia vtitur cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis.
*l. quod ipſis. ff. de reg. iur. l. 2. §. & quidem, & §. plane, & §. dein, & l. apud celſum §. de authoris,
& §. ſi cum legitima, & §. ſed & ſi mulier. §. apud Iulianum, & §. ſi quis autem. l. pure. §. ſi eum.
ff. de except. doli Azzo d. num. 4.* & ſi plures ſint ſucceſſores, ad quos peruenit etiam mo-
dicum in ſolidum tenentur. *l. in hæredem. ff. de dolo*, & omnes poſſunt repelli de eo, quod
dolo fecerunt, ne ad illos perueniret, *Hoſtienſ. d. loco num. 7. verb. vbi autem plures*, his au-
tem conſequens eſt, quod cum aduerſus doloſum detur exceptio doli, quod & ille e-
tiam repellitur exceptione, qui aliter contraxit mecum, quā ipſe contrahere volebam;
Rumin. ald. ſen. conſ. 662. n. 3. vol. 4. nec non & ille remouetur exceptione, qui petit, quod
ſibi promiſſum eſt ſine cauſa. *d. l. 2. §. circa. ff. de except. doli, Iaſ. in l. filiusfamilias. §. Diui nū.
7. ff. de leg. 1. afflict. deciſ. 389. Marſ. ſing. 482. Felyn. in c. ſi cautio numer. 26. de fide inſtrument.
Soccin. Iun. conſ. 80. num. 7. vol. 3.* fallit ſi iurata ſit promiſſio, quia iuramentum etiam ſi-
ne cauſa valet, ratio eſt, quoniam æquiparatur ſententiæ, in qua non curatur de cau-
ſa, *Soccin. Sen. in l. aut Prætor. §. 1. ff. de iureiurand.* rurſus, & illi obſtat exceptio, qui ait
aduerſus tranſactionem. *l. eleganter. §. ſi quis poſt tranſactionem. ff. de condit. indebiti*, ibi: do-
lo enim facit, qui poſt tranſactionem expertus, amplius petit; & paulo ſupra volenti
19 litem conteſtari, licet opponere doli mali exceptionem. Præterea † nocet exceptio
doli, in omnibus contractibus bonæ fidei quando agitur, contra æquitatem, *Iaſ. in l.
huiuſmodi. §. qui ſeruum. num. 7. ff. de leg. prim.* ratio eſt, quia exceptio doli, ſicut actio in-
eſt bonæ fidei iudiciis. *d. §. qui ſeruum. l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo. l. ſed et ſi. ff. ſol. matrim.
Albert. Bolog. in rubr. de verbor. obligat. cap. 13. numer. 31.* præſtatur quoque iſta exceptio
contra pupillum qui rem ſuam obligatam tutori, ſine decreto petit, cum pecunia ver-
ſa eſſet in eius vtilitatem, puta quia ſit eius creditori ſoluta, cui ſub pignore debeba-
tur, vel ſub grauioribus vſuris, *leg. ſi pupillorum. §. fin. & ibi gloſſ. & Doctor. ff. de rebus
eorum*, quod eſt notatu dignum, cum textus dicat, obligationem factam quidem
à tutore ſine decreto, non valere & tamen obſtare exceptionem doli; vt per *Simon-
cell. de decretis lib. 2. titul. 5. numero 25.* Conceditur etiam contra eos, qui aliqua definiti
20 onis æquitate † poterant repelli. *l. qui æquitate. ff. de exception. doli. l. 1. ff. de vacat. mune-
rum*, doloſe enim facit, qui contra æquitatem agit; opponitur & iam hæc exceptio
contra executionem ſententiæ latæ ex falſis allegationibus contra præſentem et per
Angel. Alexand. in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat. per leg. à te, & per *leg.
legatarius. ff. de dolo.* Contra ementem actionem doloſam opponitur exceptio doli;
Bartol. in leg. 4. §. ſi nunc legitima numero ſecundo. ff. de exception. doli, & gloſſ. ibi, quam
21 dicit notab. *l. 2. §. item quæritur. ff. de except. doli.* Obiicitur † quoque hæc exceptio in
actione noxali, ſcilicet quando Dominus actione noxali conuentus, ſeruum præ-
ſentem, non defendit, ſed duci eum permittit, veluti qualiter dolo non fecerit; vt in

poteſtatẽ eius non perueniret, adhuc conueniretur actione noxali, nam doli exce-
ptione propoſita abſoluendus eſt, *l. ſi plurium.* §. *ſi quis dicat. ff. de noxal. et ibi gloſſ. in ver-
bo doli mali*, facit, *l. generaliter. ff. eodem titulo.* limitatur autem prædicta regula multis
22 caſibus, vt infra. Sed quod dictum † eſt dari hanc exceptionem in pupillum, ſi ver-
ſum ſit in eius vtilitatem procedit etiam in furioſo. *l. 16. ff. de exceptione.* doli, & gene-
raliter accipi poteſt in omnibus, quibus propter qualitatem perſonæ non recte ſol-
uitur. *l. 4.* §. *ſi quis pupillus. ff. de exception. doli*, & ideo contra minorem. *d. l. 4.* §. *item* quæ-
23 ritur ſi vniones *verb. quæ in tutore.* Nocet quoque exceptio, quibus † voluntas teſta-
toris refragatur. *l. qui in alterius.* §. *fin. & ibi Dec. & Cagn. ff. de regul. iur. l. fin. in fin. ff. de ex-
cept. doli. l. 4.* §. *item quæritur verb. præterea iuncta gloſſ. ff. de except. doli*, vbi gloſſ. exem-
plificat, contra Dominum ſoli, in quo eſt bona fide ædificatum, niſi ſumptus factos in
ædificando velit reſtituere, *l 14. ff. de except. doli.* §. *certe illud inſtitut. de rer. diuiſ.* ſicut in
ſimili petens per vtilem in rem actionem, tabulam, in qua aliquis pinxit bona fide,
ſi non ſoluat impenſam picturę, poterit per exceptionem doli mali ſubmoueri. §. *ſi quis
24 in aliena tabula verbo at ſi is, de rer. diuiſ.* Rem etiam & pœnam † petenti opponitur
exceptio doli. *l. 4.* §. *Labeo ait ſi de homine. ff. de except. doli, & eadem lege.* §. *idem quæritur ſi-
cum eo.* Rurſus quando res ad doloſum reuerteretur, nam obſtat tunc exceptio doli.
His explicitis quæro ad dictam regulam. An regula prædicta limitetur in parente, &
25 patrono † ſicut actio, & videtur quod non per textum in *l. 1.* §. *ſi parens. ff. ſi quis à pa-
rente fuerit manumiſſ.* Sed reſpondetur contrarium eſſe verius quoniam ea infamat
condemnatum, ceſſat enim exceptio hæc doli aduerſus eos, quibus loco exceptionis
doli obiicitur exceptio in factum, quæ vt puto verbis bonæ fidei temperanda eſt ad
inſtar actionis doloſę. *leg. non debet. ff. de dolo*, nimirum his excipiens dicit, quia non
conuenit bonæ fidei, quem cum alterius iactura locupletari ideo, &c. & hæc quidem
exceptio infamat infamia facti. *dict. l. 4.* §. *aduerſus. ibi apud graues viros, not. Aret. in* §. *ſe-
quitur numero decimo nono, Inſtitut. de action.* Non obſtat contrarium, nam procedit in
hærede filii, qui patrem repellit exceptione doli; quia tenetur exhibere illam reue-
rentiam. *l. hæredibus. l. non debet. ff. de dolo.* Præterea in caſu pecuniæ non numeratæ,
quam patronus quaſi numeratam petit; non exceptione in factum, ſed non numera-
tæ pecuniæ erit repellendus, *dict.* §. *aduerſus.*

26 Ampliatur limitatio vt obtineat † ſiue patronus ex ſuo proprio contractu con-
ueniatur, ſiue ex alieno, quia ei ſemper reuerentia exhibenda eſt.

Ampliatur etiam in hærede patroni, nam à liberto conueniri doli exceptione
poteſt, quia patrono debetur tam viuo, quam mortuo *d.* §. *aduerſus.*

Quæſt. 7. Sed hic quæritur an exceptio doli detur contra hæredem patroni, &
27 videtur † dari per *l. hæredibus. ff. de dolo*, vbi actio doli datur contra patroni hære-
dem, ergo & exceptio, per regulam, quod cui damus actionem, &c. tamen con-
trarium eſt deciſum in *dict.* §. *aduerſus*, vt ratio differentiæ inter actionem & exce-
ptionem ponitur pulchra à *gloſſ. in d. l. hæredibus. ff. de dolo*, & ideo ampliatur etiam in
hærede.

Reſtringitur ſi cum hærede liberti patronus agat, doli enim exceptione poteſt re-
pelli *d.* §. *aduerſus*, ratio eſt, quia hæres liberti, reuerentiam non tenetur exhibere pa-
trono.

Quæſt. 8. Quæro quæ ſi differentia inter exceptionem doli, & exceptionem
28 compenſationis. † *Apoſtill. ad Dyn. in reg. dolo facit in lit. B.* remiſſiue tamen *Iaſ. in* §. *in bo-
næ fidei in verb. quæ ſit differentia inſtit. de act. Bart. in l. qui inuicem. ff. de compenſation.* ſed in
hoc non inſiſto.

Quæſt. 9. Proxima præcedenti quæſtio eſt, an exceptio doli, quæ poterat op-
29 poni contra cedentem poſſit † opponi contra ceſſionarium, veluti hæres ab ex-
traneo inſtitutus fuit, & à proximo conſanguineo teſtatoris ad quem legitima hære-
ditas ſi deceſſiſſet inteſtatus, perueniſſet, dolo inductus repudiauit hæreditatem,
quam ſi peteret, doloſus ille conſanguineus, potuiſſet exceptione doli repelli, ſed is
eam ceſſit Sempronio per donationem, vel emptionem, an & Sempronius poſſit ea-
dem exceptione doli ſummoueri?

Pendet hæc quæſtio ab illa generali quæſtione. An exceptio quæ obſtatura fuiſ-
ſet cedenti poſſit obſtare ceſſionario, de qua per *Dynum in reg. iur. in 6. Bart. Ang. Raph.
Imol. in leg. doli ff. de nouat. Bartol. in leg. apud Celſum.* §. *ſi cum legitima. ff. de except. doli per
gloſſam & Raphael. in leg pure.* §. *ſicut, & ibi Angel. ff. de doli exceptio. Et Iacob. de Are.*

In d. l.

in d.l.doli placet affirmatiua per *l.quod ipſis,& l.in omnibus.§ non debeo ff.de regul. iur.* vbi quod ipſis, qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit, & in §. *non debeo*, inquit text. non debeo melioris conditionis eſſe, quam auctor meus, à quo ius in me tranſit, cui confert text. in *l.inuitus.§. plerumque. ff. de reg. iur.* vbi plerumque emptoris eadem cauſa eſſe debet circa petendum, aut defendendum, quæ fuit authoris, idem ergo videtur in ceſſionario: nam cedere in hae materia nihil eſt aliud, quàm iura, vel actiones, nobis competentes in alium transferre. *l.fin.in 1.Cod.de iur. dot. l. patri. §. 1.ff.de minor.l.vt tantum.§.penult.de ſeruit.* Præterea huic ſententiæ ſuffragatur argumentum à ſimili nam exceptio compenſationis, quæ obſtabat venditori opponi poteſt, *l.exceptio.ff.de exceptio,ff.de except.rei iud.& l.in hoc iudicio.§.ſi inter Socios ff. commun. diuidun. l.idemque. §.fin. pro Socio.* Tertio quia exceptio doli vel metus officit, *Angel. § ſequent.num.77.inſtit.de act.*

E conuerſo, quod imo non noceat ceſſionario doli exceptio, quæ obſtabat cedenti, eſt text. *in d.l.apud Celſum.§. de authoris dolo verb. ſi cum legitima. ff. de except.* doli mali eius, qui ei ceſſit pati non poteſt.

30 Secundo hæc exceptio † perſonalis eſt. *l. 2. §.ſequitur verb.ſi in rare.ff.de exceptione doli*, & ideo non tranſgreditur perſonam *Raph.in d.§.de authoris*, nec etiam per conſequens nocere ceſſionario debebit. Per quam rationem dicunt, *Doct.Ang.in d. § ſequitur nu.17.Dyn.in d.c.is qui cuius*, quod exceptio banni, vel excommunicationis non officit ceſſionario.

31 Tertio adſtipulatur, quia † actio ceſſa, eſt eadem in perſona ceſſionarii, quæ fuit in perſona cedentis *Angel.d §.ſequitur,num.17.ver.iſta tamen ratio* vt in perſona cedentis excludebantur per exceptionem ergo &c. Hanc ſententiam probat, *Bartol. in l.& hæredi.§.nos autem num.1.& gloſſ.mag. in cap. 1. de iure patronatus in 6.*

Quarto exceptio oriens ex delicto perſonæ non nocet ceſſionario, *d.l.4.§.de autoris* talis autem eſt exceptio doli, ex delicto enim oritur, cum dolus ſit delictum, vt ſæpe probatum eſt. Ad conciliandas diſſidentium doctorum ſententias *Dyn. in d.reg.* is,

32 qui † diſtinctionem facit, quæ placet *Bart.in d.§.ſi cũ legit.* aut exceptio cohæret rei, aut perſonæ, ſi rei cohæreat, & tunc nocet exceptio ceſſionario, *d. l.ex exceptio. ff. de re iud. Soccin.ſen.conſ.264.num.12.* & ideo exceptio compenſationis nocet, quando rei cohæret magis; quam perſonæ. *l.ſi quid.ff.de compenſationibus*, vbi datur etiam fideiuſſori ipſius debitoris, quod non fieret ſi eſſet perſonalis. *l.exceptiones, quæ perſona.& §.rei.ff.de exception.* Probat *Alber.in l.doli n.13.in fin.ff.de nouat.* aut exceptio cohæret perſonæ, & tũc aut ceſſionarius habet titulum lucratiuum, vel quaſi, & obſtat exceptio, & ita procedat prior opinio. Aut titulum, nec lucratiuum, nec quaſi lucratiuum, ſed oneroſum, & tunc non officiat exceptio ceſſionario. *d.§ de authoris,& §.ſi quis ex cauſa legati, et §.ſi cũ legitima.l.4 ff.de except.doli.* & ita procedat. Secunda opinio, & in hac eadem diſtinctione obſtatura eſt exceptio banni, vel ex communicationis.

33 Aliam † diſtinctionem facit *Ioan.And.in d.l.doli ff.de nouatio*: aut ceſſionarius intentat exercitium directarum & tunc quia agit nomine cedentis obſtat exceptio perinde, ac ſi ageret cedens, cuius nomine agitur. Aut intentat vtiles nomine ſuo proprio, & ſibi petit aduerſarium condemnari iuxta not per *Dyn. et Bart. in l. ſi de ea. ff. de ſolut. in l. qui ſtipen.* & ibi Bart. & Dd.. *C.de procur.* & tunc ſubdiſtinguendum eſt aut talis exceptio inficit actionem competentem cedenti & eius ſubſtantiam, qualis eſt exceptio doli, vel metus, vel compenſationis, & obſtat. Aut vero non inficit dictam actionem vt exceptio damni, vel excommunicationis, & tunc iterum diſtinguendum eſt, nam ceſſionario ex cauſa oneroſa non obſtat, ſecus ex cauſa lucratiua *l. §. de authoris, et d.§. ſi cum legitima*, verum quia ſecundum membrum huius diſtinctionis, in quo dicitur ſi exceptio inficit actionem, vt eſt exceptio doli &c. redditur falſum per *d.§.ſi cum legitima*, exceptio doli non obſtat ceſſionario emptori. Ideo alia fuit diſtinctio eiuſdem *Ioan. Andreæ in d.c.1.de iur.patronat.in 6.* Nam facit tres caſus, quam probat cum quadam declaratione, *Imol.in d.l.doli, et* Angel. *in d.§.ſequitur.num.17.verb.* & iſta conſideratio, dicitq; ſeruari in practica. Primus caſus eſt, aut eſt vitium ipſius rei, & nocet ceſſionario per ea, quæ diximus de compenſatione, etiam ſi eſſet ex cauſa lucratiua. *l. vitia cum ibi not. C.de acquir.poſſeſſ.*

Secundus caſus eſt, quãdo vitiũ ineſt ipſi actioni, & tunc iterũ diſtinguendũ eſt, ſecundũ declarationẽ *Imol.* quã facit *ad Io. Andr.* aut vitiũ eſt cõmiſſum in ipſa actione

Digitized by Google

quærenda,& tunc etiam obſtat ceſſionario, etiam ex cauſa oneroſa, *gloſſ. in d. §. ſi cum legitima Soce. ſen. conſ. 264. n. 13. vol. 2.* vbi pulchre, aut non eſt vitium in ipſa actione ſed in præambulo præcedente acquiſitionem ipſius actionis, & tunc adhibetur diſtinctio, aut ex cauſa oneroſa, aut ex cauſa lucratiua,& ita procedit *d. §. ſi cum legitima.*

Tertius caſus eſt ſi vitium non ineſt, nec rei, nec actioni, ſed perſonæ tantum authoris,& tunc non obſtat ceſſionario etiam ex cauſa lucratiua,& ita ſoluitur, per *gloſſ. in d. c. 1. de iur. patron in 6. &* copioſe refert *Ang. in d. §. ſequitur nu. 15. vſque ad numer. 18. verb. ex quo ſequitur,* vbi in hac quæſtione ceſſionis facit ad maiorem declarationem, aliquas concluſiones.

34 Prima † eſt in quibus caſibus diximus, exceptionem doli non obſtare cedenti, procedit concluſio quando facta ceſſio ad vtilitatem ceſſionarii, ſecus ſi eſſet facta ad vtilitatem cedentis, tunc non obſtaret. *l. apud celſum. §. de anthoris verb. idem tractat.* & facit. *l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Bart. & Dd. in l. facta. §. ſi hæredes ad Trebell.*

Altera eſt concluſio, quando ceſſionarius ſuccedit per ceſſionem actionis, tunc exceptio obſtat cedenti; ſed ſi ſuccederet per traditionem rei exceptio doli cedentis, non officeret, ratio differentiæ eſt, quoniam vbi fit ceſſio, dolus eſt in actione, ex qua actione ceſſionarius agit: iure igitur obſtat exceptio. Sed quando per traditionem nõ eſt dolus in ipſa traditione, ex qua immediate venit ceſſionarius, ſed eſt in cauſa anteriori ſecundum *Dyn. & Bart. in d. l. doli.*

Verum hæc concluſio non tranſit ſine difficultate, etenim improbat eam *Raphad. in d. §. de authoris,* dicens nullam eſſe conſtituẽdam differentiã, inter ceſſionariũ, ſuccedentem per ceſſionem actionis, vel per traditionem rei, quoniam ſicut obſtat exceptio doli in primo caſu, quando eſt apud ceſſionarium, illa eadem actio, quæ fuerat apud cedentem, ita eſt apud eundem idem dominium, quod fuerat apud tradentem, vt refert *Angel. d. loco, & num 17. verb. iſta tamen ratio.*

Altera eſt concluſio vltra Angel. quod exceptio doli, quando ceſſionario non nocet conuertitur contra doloſum cedentem, & actionem aduerſus eum intendit. *d. §. ſi cum legitima, iuncta gl. in verb. non poſt & d. l. 4 §. item quæritur ſi debitor verb.* cum non ego te circumuenerim, facit in text. *l. ſi quis affirmauerit primo reſponſo. ff. de dolo. l. ſi mater. C. de dolo, & l. dolum. C. de peric. & commod. rei vend.* de hac quæſtione & ſequen. vide *Alex. in l. ſi quis num. 5. ff. de iureiur. & in l. qui ſtipendia. C. de procurat.*

Quæſt. 8. Coniuncta eſt præcedenti; & illa quæſtio. An exceptio doli, quæ

35 competebat aduerſus † delegantem, competat aduerſus creditorem, cui eſt facta delegatio, Ad cuius quæſtionis dilucidiorẽ intellectũ pręmitto quid ſit delegare, & quo facto fiat delegatio, & vtrumque explicat, *Vlpia. in l delegare. ff. de nouat.* delegare eſt inquiens alia dare Reum creditori, vel cui creditor iuſſerit, fit autem delegatio, vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem. Hinc *Seneca lib. 4. de beneficiis.* Debitores nobis Deus delegat, precaturque, vt illi pro ſe gratiam referant. Ideoque delegatio eſt alterius debitoris, in ſuum locum ſubſtitutio. Tractant articulum Dd. com in *l. doli ff. de nouat. Bart. Alber. Imol. Caſtrenſ. nec non Angel in § ſequitur num. 18. inſtitut. de action.*

36 Et videtur probabilior † ſententia affirmatiua. Primũ *ex l. Iulianus ff de except. doli,* in qua *Vlpia.* ait, quod delegatus non ſolum vtitur exceptione doli ad repellendum ſecundum creditorem, ſed habet aduerſus delegantem ſiue ſtipulantem, ſine cauſa, vt liberet eum ab illa obligatione, faciens ſibi acceptam pecuniam, quod etiam probat iiſdem ferè verbis, *l. 2. §. 1. ff. de donat.*

Secundo ſuffragatur. *l. ſed Iulianus. §. non ſolum. ff. ad Maced.* vbi exceptio Maced. non ſolum mutuanti pecunias obſtat, ſed & ei cui eſt facta delegatio crediti, ergo multo magis & exceptio doli, quæ ſecundum naturalem æquitatem eſt inducta. *l qui in ciuitate de except. doli.*

Tertio ex *l. 4 § apud Iulianum ff. de except. doli.* Nam ibi hæres Soceri, à quo dos petebatur per maritum de dolo mulieris excipit.

Quarto, adiuuat prædictam opionionem, quia daretur occaſio fraudis, & ideo creditor ſciens ſe poſſe repelli exceptione doli, delegaret debitorem, at fraudibus eſt obuiandum Sed reſpond. *Alber. d. l. doli num.* 10. quod non eſt nouum, vt lex permittat, vt qui experiri non poteſt in alium vendat. *l. acquiſitam. §. cum me viuo ff de neg. geſt. l. ſed & lex. §. ſi communem. ff fin. regund.*

Ex aduerſo eſt text *in d. l. doli ff. de nouat.* quæ in hoc articulo eſt velut lapis angularis,& multa elegantius etiam definit, adeo vt *Bald.* ibi dicat, propter hanc ſolum, le-

gem,

gem quia iam ſciebat, fuiſſe quemdam ſcholarem approbatum, nam *Paulus ait*, doli mali exceptio, quæ poterat deleganti opponi, ceſſat in perſona creditoris, cui quis delegatus eſt, & huic legi, velut Reginæ obſequium præſtant, & quaſi famulæ dicta dominæ referunt, plures aliæ leges, nempe. *l. Herennius. ff. de except. rei iud. l. ſi quis delegauerit. ff. de nouatio. l. §. quid ſi patronus. ff. quarum rer. actio non detur. l. ſi donaturus. ff. de condit. ob cauſam. l. quid quod in fine. l. & mihi. ff. de donat. l. apud Celſum. §. idem quæritur ff. de except. doli. l. cum in fundo. §. fin. ff. de iur. dot. & omnes* ferme illa ratione vtuntur, quoniam ſecũdus creditor, dolo non fecit, ſed ſuum petit. *l. cui dolo, & l. nullus videtur. ff. de reg. iuris. Dyn.* ex hoc Laberintho tuto euaſurus ad inſtar Dedali, plura membra diſtinctionis, quas filo promit, vt refert, & declarat *Bart. in l. doli.* Ad inueniendam etiam viam veritatis *Alber.* ibidem aliam diſtinctionem ſupplet.

Angelus vero in d. §. ſequitur. num. 58. regulam conſtituit; cum ſuis limitationib.
37 *Caſtr.* etiam quæſtionem dirimit per regulam, & limitationes. Eſt † autem regula negatiua, ſcilicet.

Exceptionem doli non poſſe opponi aduerſus ſecundum creditorem, quæ valuiſſet contra delegantem; Ex *dict. l. non* & ex *l. ſi quis delegauerit. §. fin. ff. de nou.* cum aliis de ductis cuius regula ſane pluribus rationibus, quaſi columnis innititur.

Prima eſt vt ait *Caſtr. n. 4.* quæ procedit ex perſona debitoris delegati, ſc. quia cum eo conſentiente ſit facta delegatio, videtur illam exceptionem voluiſſe remittere. *d. l. ſi quis delegauerit.* Duæ ſunt expreſſæ in *d. l. doli* ſc. quia non fecit contra legem ſecundus creditor, cui eſt facta delegatio, ibi nihil in ea promiſſione &c. & *l. ſi donaturus ff. de condit. cauſ. data*, ibi maritus ſuum negocium gerit, & nihil dolo facit. Tertia ratio eſt, ibi ſc. rei autem, & ibi, quia in priuatis contractib. & pactionib. nõ facile ſcire petitor poteſt, quid inter delegantem, & delegatum actum ſit, aut ſi ſciat, diſſimulare debet, ne curioſus videatur, nam aduerſus curioſum extat adagium, inferorum tricadas quærit, & curioſum eſſe, perniciosum eſt vitæ, vt dixit *Euripid. in Hipp. & Cic. in Lælio* ſatis ſuperq; ſit ſuarum rerum cura, alienis nimis implicari, nimis moleſtum eſt. Quarta eſt ratio Angeli ſupra citato loco, quoniam ſecundus creditor nititur ſua ſtipulatione, ſuoq; contractu, in quo non adeſt vitium. Ampliatur hæc regula, vt procedat etiam in aliis exceptionib. nedum in exceptione doli, palam eſt ex. *d. l. doli*, idemq; & in cæteris ſimilibus exceptionibus, militant enim eædem rationes.

38 Extenditur † ſecundo vt procedat tam in exceptionibus mere perſonalibus, vt banni, vel excommunicationis, quàm in exceptionibus cohærentibus rei, vt exceptio metus, *Angel. d. §. ſequitur num. 18. in fin. Alber numero. 4. in fine. d. l. doli Bart. ibi numero 10. in fine.*

39 Limitatur † verò primò ex *d. l. doli in verbo diuerſum* ſcil. quando ſubeſt eadem ratio emendandi doloſam exceptionem, vt in muliere & minore eſt perſpicuũ, *Bar. ſing. 3. inter ſing. Doct.* nam, & in delegatione mulieris, interceſſio eſt, & in delegatione minoris circumſcriptio, vt plane dicit *Vlpian. ibi*, & ita ceſſant rationes, & regulæ ſupra deductæ.

Secunda eſt limitatio quando pecunia quæ ſoluitur ſecundo creditori eſſet reuerſura ad delegantem, cui obſtabat exceptio doli, *l. apud Celſum. §. apud Iulianum. l. pure §. pen. ff. de except. doli d. l. ſi donaturus in fine*; *Azzo in ſumma num. 4.* vbi multa deducit. Ratio limitationis eſt, quia eſt perinde, ac ſi delegatio facta non eſſet, ex quo ad delegantem commodum redundat, vel quia ex ſuo dolo commodum ſentit perinde rectum; quippe ſi ipſe periiſſet, reiectus eſſet doli exceptioue delegando rẽ conſequeretur, ceſſat etiam & illa ratio, quod ſecundus creditor ſuum petat, cum ad delegantem ſit rediturum. Tertia eſt limitatio quãdo delegatio eſt facta ex cauſa lucratiua, vt *leg. Iulianus. ff. de except. doli.* Ratio videtur, quia ex alterius dolo lucraretur, & dolus alterius ſicut non debet perniciem afferre, ita nec commodum, reſtringitur autem iſta limitatio, vt non procedat in exceptionib. mere perſonalib. quæ deleganti competebãt vt ne plus damnetur, quam facere poſſit, nam hęc exceptio non obiicitur. II. quia non egreditur perſonam. *l. pen. cum gloſſ. ff. de nou. l. ſi id quod. §. ſi cum. nu. ff. de donat.* niſi aliud forma promiſſionis in delegatione ſuaderet, iuxta *gl. in d. l. Herennius. §. 1.* Etenim ſi promiſerit aliquis pro marito reſtituere rem, illud quod maritus debet ex forma huius promiſſionis, opponeret delegatus exceptionem, ne conueniatur, niſi in quantum facere poſſit. *l. ſi prior. ff. ſol. mat.* Quarta eſt limitatio, ſi ille, cui eſt facta delegatio non eſt verus creditor, ſed putatiu' *d. l. Iulian. ff. de excep. doli. l. 2. §. aliud iur. eſt. ff. de don.* ratio limitationis eſt

Ss

& puto, quia ſtipulatio delegationis redditur ſine cauſa, cum ille non inueniatur verus creditor, ideo ſuccedit reg. *l. 2. §. circa. ff. de except. doli*, & quia delegatio præſupponit verum creditorē, cui fiat delegatio, *l. delegare ff. de nou.* quam limitationem verā eſſe ait *Bar. i. d. l. doli num. 9. verb. pr. quæri.* & *Ang. d. §. ſequitur, n. 18. verb.* ac etiā fallit, quādo debitor delegatus erat contra delegantem tutus tali exceptione, quæ concederet ſoluti repetitionem. Alias ſi non poſſet reperere à primo creditore, nec à ſecundo, imo poſtquam ſoluiſſet huic ſecundo creditori, primus creditor recuperaret ab eo, vt *Bart.* ait, & per conſequens non opponeret contra ſecundum creditorē exceptionem, ſed quia tutus exceptione doli repetit, vt diximus in doli exceptione, limitatio procedit indiſtincte.

Q. 9. Quæro quibus perſonis exceptio doli competat, Et videtur quod damnū paſſo, & hæredib. eius *l. hæredib. ff de dolo*, nam ſi hæredib. datur, vt ibi, actio doli, merito &
40 exceptio per reg. cui damus † actionem, multo magis exceptionem cōpetere quis dixerit *l. inuito. §. cui damus. ff. de reg. iur. l. 1. §. is autem. ff. de ſuperficieb. & l. cred. ſort. in fin. & gl. per illum tex. C. de pact. c. quod ad agendum, de reg. iur. in 6. Bald. conſ. 285. incip. ſup. eod. lib. 4.* Cæterum non videtur hæc opinio admittenda, quippe quia damnū paſſo, & hæredib. eius conuenit magis actio, quam exceptio, ſiquidem illa recuperat agenti, quod per dolū perditū, vel amiſſum eſt, *l. ſi plures ff de dolo*, vbi ſi plures dolo fecerint, & vnus conuētus in iudicio per actionem doli reſtituerit, liberat omnes, & hæredes, ideo conueniuntur actione doli, quia reſtituere poſſunt, q. ad eos peruenit. *d. l. ſi plures in fine*, ſed exceptio doli non ita, quippe excipiens hoc agit, ne patiatur damnum, vt accidit debitori, qui ſoluit pupillo ſine tutore ex qua ſolutione factus eſt ille locupletior, ſi iterū cōueniatur obiicit exceptionem. *l. 4. §. ſiquis pupillo. ff. de except. doli*, non quia damnum ſit paſſus, ſed ne iterum ſoluendo damnum patiatur. Confirmatur, quia in exceptione a-
41 gitur de retentione. *l. per retentionē. C. de vſur.* ac ita damnū eſt ſi ſolueret. † Nec officit regula cui damus actionē, quandoquidem perdit officiū ſuū, quoties ſit diuerſa ratio, *Dec. ibi Abb. poſt Ant. in c. debitores per illum tex. deturetur.* vt hic, veluti ſiquis ſtipulatione ſine cauſa, pmiſerit, ſi conueniatur habet exceptionē doli. *l. 2. §. circa. ff. de except. doli*; ne ſoluat ſine cauſa, ecce antequam ſoluat, non patitur damnum, ſed excipit ne patiatur, agere tamen non poteſt de dolo contra ſtipulatorem, quia ſtipulando dolo non facit, ſed tunc quando incipit petere, *d. §. circa. Quare Azo in ſumma. C. n. 4.* inquit exceptionē doli præſtari dolum paſſo, & omni poſſidenti & ideo dicitur in rem ex parte opponentis eam, ex parte eius, cui opponitur eſt perſonalis *l. 2. §. ſequitur. ff. de except. dolo.* verum nec Azo videtur rem bene explicare propterea quod exceptio non videtur dari, quia dolum paſſus eſt, ſed ne dolo circūueniatur, nam ſi dolum iam paſſus eſſet, actionem ex emendatione damni haberet ad intereſſe. *l. arbitrio. ff. de dolo.* palàm eſt, nā qui æquitate defenſionis infringere actionē poteſt, exceptionem doli habet. *l. 12. ff. de except. dolo*, antequam conueniatur in iudicio non eſt paſſus dolum; tunc incipit dolo de-
42 cipi, quando vocatus in iudicio, proinde excipit de dolo. Illud præterea, quod † exceptio doli, detur omni poſſidenti, nimis effuſe videtur dictum, quid enim ſi actor iure agat, & reus nulla æquitatis defenſione ſit munitus? non erit locus exceptioni doli *d. l. 12. à contrario ſenſu.* Quare debitor, poſſidenti, vel quaſi, ſiue reo conuento, ne contra æquitatem ex malitia alterius diſpendium patiatur.

43 Datur † contra petentem vſuras ſupra legitimum modum *Bar. poſt gloſſ. in l. Iulianus, ff. de act. empt.* Conceditur ergo primum his, qui aliquam habent exceptionem in factum, nam ex omni in factum exceptione oritur exceptio doli. *l. 2. §. item quæritur. ff. de except. doli.*

44 Secundo promittentibus † ſine cauſa. *l. 2. §. circa.* Tertio illis quibus tacite, vel expreſſe factum eſt pactum de non petendo. *dict. leg. ſecunda, §. item quæritur, & §. non male dictum.*

Quarto his, qui aliqua æquitatis defenſione infringere actionem poſſunt *dict. leg. 2.*

Quinto conceditur illis, qui ſoluerunt his, quibus ſine aliqua ſolennitate non recte ſoluitur, vt furioſis, & pupillis, ſi non facti ſint locupletiores, iterum vocantur ab illis in iudicio *l. 4. §. ſiquis pupillo, & §. denique ff. de except. doli.* Sexto & illis à quibus petitur res ſimul, & pœna. *dict. l. 4. §. Labeo ait* ſi de homine. Septimo debitori delegato putatiuo creditori, vel creditori vero, ſed ex cauſa lucratiua *leg. Iulian. ff. de except. doli. l. 2. §. 1. ff. de donat.* VIII. debitori delegato à furioſo, vel pupillo quoniam mētis compotē, vel

pubetem

puberem exiſtimabat,& in rem pupilli,vel furioſi verſum eſt,*l.ſi debitor.l.4.§.item quæ-
ritur ſi debitor* verbo nam & de pupilli dolo.*ff.de except.dolo.* Nono ſi tractatus habitus
diuerſus ſit à contractu,datur contrahenti exceptio doli,*Imol.in l. ſiquis cum aliter col.5.*
verb.item aduerte per hanc legem ff.de verb.obl. X. datur ei,qui pecuniam quaſi mutuam
opinione ſua accepit à Titio,qui animo donandi tradidit,nam ſi nummi ſint conſum-
pti,& donator petat,doli mali exceptione ſubmouetur,quia ſecundum voluntatē dā-
tis nummi ſunt conſumpti.*l.ſi ego pecuniam.ff ſi cert.petat.* XI.Datur generaliter ex qui-
buſcunq; contractib.ex quib.aliquis lædi poteſt. *Gabr.conſ.154.n.43.* XII. Datur & his,
qui de dolo ſtipulati ſunt ſi conueniantur.*l.4.§.item quæritur ſi uniones verbo.Labeo & ſi
ex ſtipulat.*

Decimotertio & Domino,ſi conueniatur ex contractu ſerui,& mortuo ſeruo du-
rat in perſona domini exceptio,*Caſtr.in § ſi filius.l.ſi tibi ff.de pact.* XIV.Datur patri,vel
domino ex contractu ſerui,vel filii de peculio in infinitum. XV.datur in vltimis volū-
tatibus hæc exceptio.*l.71.§ falſum.ff.de cond.& demonſt.* XVI. Debitori, qui ſoluit cre-
ditori creditoris,vel,qui culpa creditoris perdidit pecuniam,quam volebat ſoluere.*l.
ſi opera ff.de except.doli.*

*Q.10.*Sed hic opportune quæritur. An hæc exceptio doli competat ei,qui aliam
exceptionem habet. Vt ſicut, aliam actionem doli habentib.non præſtatur actio doli,
nam ita habenti aliam exceptionem denegatur iſta doli,atq; in effectu, quæſtio erit,
45 an exceptio dolo ſit ſubſidiaria,quemadmodum † actio. Et videtur affirmatiue reſpō-
dendum. I. quia ex eadem cauſa eſt vtraque introducta.*l 2.in prin.ff.de except.doli*; palā
eſt autem hanc exceptionem ex eadem cauſa eſſe propoſitam, ex qua propoſita eſt
de dolo actio.

Secundo quia vtraq; eſt famoſa,de actione eſt tex,in *l.non debet.ff.de dolo,de except.in
l.4.§.aduerſus.ff.de except.doli* ibi, quæ parentis opinionem apud graues viros ſugillet &
ideo non paſſim indulgenda eſt,vt de actione doli,inquit *IC. in l.ſi oleum,§.merito.ff.de
dolo iuncta l.diuus Adria.in fin.ff.de reſtit.in integ.* dum ait tunc demum ad actionē famo-
ſam eſſe deſcēdendū,cū alio remedio locus eſſe non pōt;& hanc opinionē,q; ſit exce-
ptio ſubſidiaria,pbat *Iaſ.in l.natural §.nihil cōmune n.66.ff.de acq poſſ.*quæ tertio cōfirma
46 tur quia ſup.eſt dictū exceptionē aliā eſſe directā,aliā ſubſidiariā.Contraria † tamē o-
pinio verior eſt, vt ait *Ang.in §.ſequitur n.20 verb.quæro an except.*&,pbat p *l.apud Celſum
§.item quæritur ſi uniones verb. Labeo & ſi ex ſtipulatu.ff.de except.doli* ibi, & ſi ex ſtipulatu
actio competat,propter doli clauſulam,nocere doli exceptionem.

Secundo vltra Angel.probatur in *l.2.§ item quæritur,verb.& ſi generaliter.ff.de ex-
cept.doli*,vbi exceptio doli datur illis,qui habent exceptionē in factū III.ex.*l.qui æquita-
te.ff eod.tit.*in qua habēs aliquā defenſionē ad infringendā actionē tut' eſt etiā doli ex-
ceptione.Ratio diſcriminis eſt,inter actionē&exceptionē,q̃a inq̃t *Ang.*exceptionē eſ-
ſe fauorabiliorē,eſt.n.defenſio.*d.l.qui æquitate,Ang.in rub.inſtit.de except.l.defenſiones.C.
de except.l.1.ff.de iur.& fact.ignor.l.ſiquidem.C.eod.*late *Ang.in rub.de excep.n.3.* Merito fa-
uorabilior eſt,argum.*l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.*Ratio eſt etiā,vt puto,q̃a exceptio doli
naſcitur ex iniqua petitione actoris,*d.l.2.quæritur,verb.& generaliter* ibi:quia dolo facit
quicunq; id petit,q; aliqua exceptione elidi pōt *d.l.qui æquitate*,ergo ne fruſtra oriatur,
debet cōpetere etiā ſi vigeant aliæ exceptiones.Præterea & illa ratio confert quia nul-
lus plurib. defenſionib. vti prohibetur,ſecus pluribus actionibus *l.in hæredem §.eligere
de tributar.act.l.fin.C.de codicill.c.nullus plurib.de reg.iur,ext.l.nemo ex his.ff.de reg.iur.l.nemo
47 prohibetur de except.*Ampliat *Angel.*† vt ſæpe habens exceptionē doli vti poſſit etiam a-
ctione condictionis,ad obtinendā plenā liberationem,vt *l.Iulian.in prin.& §.1.ff.de ex-
cept.doli.l.dolo fact.ff.eod.* vbi debitor,cui eſt relicta liberatio in teſtamento,damnando
hæredē,exceptione munitus eſt,contra hęredē petentē,& p̄terea habet actionē ex te-
ſtamento,vt liberetur.*Caſtr.in l.ſi pater tuus n.2.C.qui bonis cedere poſſunt*, dicens q; tutor
exceptione doli pōt adire iudicē,& petere hoc declarari citata parte.Nec vim habent
allegata ex aduerſo.Primum enim euertitur.negando ſequelā,nam & ſi ex eadē cauſa
actio,& exceptio doli inducatur,ſcil ne iſtis malitia ſit lucroſa;illis vero ne ſimplicitas
ſit damnoſa *gl.d.l.2.& l.1.in pr.ff.de dolo*,non tamen ſequitur q; eodem modo cōpetant,
cum magna ſit diuerſitatis ratio,vt oſtendimus.Alterū commouetur,quia non diuer-
ſo modo infamat actio ſc.infamia iuris,*l.1.§.qui furti.ff.de his,qui not.infam.* & exceptio
nempe infamia facti,quæ leuior eſt.*d.§.aduerſus*,ibi apud bonos viros &c.

Ad *Iaſ.reſpond.*quod ipſe non ait abſolute,ſubſidiariam ſed quod eſt differentia

inter exceptionem facti, & exceptionẽ doli ſubſidiariã, nam aliquando datur nulla alia exiſtente exceptione, vt eſt, quando datur in ſubſidium exceptionis pacti, *l. reſcriptum. §. fin. de pact. l. & hæredi. §. præſcribit, & l. & ſuum eod. tit.*

Vidimus quibus competat exceptio doli. Videamus quibus denegetur. Et pri-
48 mo denegatur filiis contra † parentes. Et libertis contra patronos. *d. l. 4. §. aduerſus*, & ſi agant datur parentibus actio iniuriarum, *Spec. in tit. de accuſat in ver. ſed pone*, item & contra eorum hæredes quia patrono tam viuo, quam mortuo exhibenda eſt reuerẽtia, vt & ibi expreſſum eſt, imo talis præſtandus eſt honos, ſiue ex proprio, ſiue ex alieno cõ-
49 tractu agat, & ita ait Iuriſcon. Secundo denegatur his, qui de eo † dolo, aliquid participare noſcuntur & commodum aliquod inde reportare, *Menoch. conſ. 98. n. 37. vol. 1.*

Tertio denegatur debitori delegato aduerſum ſecundum creditorem, cui eſt facta delegatio ex cauſa onerosa. *l. doli ff. de nou.* Quarto & debitori ceſſo contra ceſſionarium, *l. 4. §. ſi cum legitima. ff. de except. doli*, ſecundum ea, quæ diximus ſupra. V. denegatur, & his, qui iniqua petitione non conueniuntur, argumento. *l. 2. §. circa à contrario ſenſu, & § ſeq. ff. de except. doli.*

Denegatur etiam vbi in actu celebrando interuenerint amici, vel propinqui *Corn. conſ. 79. n. 4. vol. 4. & 139. eod. vol.* Item denegatur ceſſante cauſa doli *Corn. conſ. 191.* Hic eſſet quærendum an detur malæ fidei poſſeſſori, ſed vide *inf. q. 16.*

Q. 11. Quæro an exceptio doli, quæ in locum exceptionis pacti datur, & exceptio pacti differant ad inuicem. Et videtur negandum per regulam ſubrogatorum, ſapit n. ſubrogatũ, naturam eius in cuius locũ ſubrogatur *l. vni. C. de rei vx. act. §. fuerat inſtit. de act.* hæc vero exceptio datur loco actionis pacti. *d. l. reſcriptum. § fin. ff. de pact. l. & hæredi §. quod ſi ſeruus eod. tit. cum aliis ſupra citatis.*

Contraria tamen opinio tenenda eſt, vt per *Alex. Bal. Caſtr. in l. iuriſg. §. ſi ante aditam n. 3. ff. de pact. Iaſ in l. naturaliter. §. nihil commune n. 66. ff. de acq. poſſ.* ſunt. n. pleræq; dif-
50 ferentiæ. Prima † eſt, quia exceptio pacti eſt directa, iſta doli eſt vtilis *Iaſ. d. §. ante aditã in pr.* Secunda eſt differentia, quia pactum, ex quo naſcitur exceptio doli non obligat naturaliter ad non petendum, vt quãdo ex pacto naſcitur directa exceptio, tunc obligat naturaliter ad non petendum, vt in *l. ſi vnus §. pactus. ff. de pact.* vt ait *Bald. d. §. ſi ante*, & in *l. reſcriptum. §. fin ff. de pact. & Caſtr.* dicit eſſe pulchrũ, & ſubtile, ratio eſt, quia valet de iure communi, ideo fortius, argumento. *l. eius militis, §. militia miſſus. ff. de milit. teſt.* quando vero naſcitur ex pacto exceptio doli, ſuſtinetur ex quadam æquitate contra ius cõmune Tertia eſt differentia, quæ ſequitur ex antecedentibus; quod ſi ſtatutũ diſponeret, non poſſe opponi niſi exceptionem pacti non liceret hanc exceptionem opponere, ratio videtur, quia iſta cum ſit ſubſidiaria non cenſetur propria exceptio, vt illa directa reputatur, propria exceptio pacti. *Alex. d. §. ſi ante n. 3.*

Alia eſt differentia poſita ab *Ang. in l. hæredi. §. Iulian. inf. eod.* vbi *Alex.* promittit ſe de veritate dicturum. Alia ſuccedit differentia relata *à Iaſ. in d. §. nihil commune n. 66.* Quia exceptio pacti tollit naturalem obligationem ipſo iure, & elidit ciuilem *d. §. pactus ne peteres*, ſecus eſt ſi in iſta exceptione ſubſidiaria, per *Bald. in l. pacta, quæ contra col. 8. C. de pact. Salyc. in l. pacta nouiſſ. C. de pact. Caſtr. in d. §. pactus, & ibi* Alex. *col. 5. & plenius in d. §. ſi ante, tradit Iaſ.* vbi hac vna excepta cæteras differentias improbat, & præſertim illã Angeli dictis, quod exceptio pacti directa eſt fauorabilis, exceptio doli odioſa. Quoniam eſt fauorabilis, cum ſit ex æquitate naturali inducta, de qua re diximus ſup. Sed
51 hic congrua † ſuccedit dubitatio, an illa ſit differentia, quod ſicut exceptio pacti, non quæritur alteri per liberam perſonam. *l. & hæredi. §. idem in duob. & §. ſeq ff. de pact. l. ſi vnus. §. ſi à reo. ff. eod.* & vbique Doct. in tantum, quod nec quæratur eidem perſonæ ſaltẽ directa exceptio pacti, ſi mutauerit ſtatum, vt in *d. §. ſi ante aditam, vt Alex. Iaſ. Bald. Caſt. not.* ſed detur ſubſidiaria doli, An etiam non quæratur alteri iſta doli ſubſidiaria. *Caſt. in d. §. idem in duob. & §. ſeq. & in l. ſi vnus. §. ſi cum reo n. 2. ff. de pact.* diſtinguit; aut ſe contingunt in eadem obligatione, vt fideiuſſor, & principalis, & tunc ſi debitor pactus ſit ne a ſe, nec à fideiuſſore petatur, & tunc, cum non proficiat pacti exceptio ex *reg. d.* quia eſt extraneus *l. & hæredi. §. nos autem de pact* & ex aliis ſupra deductis, competit exceptio doli, ſi vero ſe non contingat eadem obligatione tunc nõ quæritur exceptio doli.

Quæſtio 12. Cõſentaneum eſt modo, vt de natura exceptionis doli quæramus & ſane multa ſunt, quæ ad eius naturam pertinent, illud vero præcipuum impedire, ne cuique ſit malitia lucroſa, & facere, ne ſimplicitas alicui damnum inferat; eiuſdem eſt etiam contractus dolo celebratos reſcindere, & doloſas in iudicio petitiones excludere

excludere.*d.l.2.§.circa & l.eleganter in pr.ff.de except.do* damnum inferat. *l.2. iunct.gl. de*
52 *except.doli*,& ideo valet exceptio doli ad † retinẽdos fruct⁹, & ſumpt⁹. *l.53.ff.de petit hared.l.ſumptus.ff.de rei vend.l.28.§.fin.eod.tit.§.certe illud inſtit.de rer.diuiſ.§.littera inſtit.eodem,& §.ſeq.* nempe quando poſſeſſor erat bonæ fidei, vt ex dictis legibus eſt conſpicuum, inique enim petit, à bonæ fidei poſſeſſore, qui non eſt paratus ſumptus reſtituere, vel rem petit vna cum fructibus ab eo, qui bona fide poſſidet. Natura eſt etiam huius exceptionis inducere præſumptionem doli in aduerſariũ; etenim, quoties lex tribuit doli exceptionem, toties dolum præſumit in agente, *Lucas de penna in l. quemadmodum C.de agric.& cenſit.lib.11.in præſumpt.16.* Datur autem ideo contra iniquam petitionem vt & contra ſtatuta iniqua poſſit opponi *Pariſ. de Puteo de Syndac.§.excedunt num.17.inter tract.tomo 14.fol.75.* trahit aliquando ſecum & actionem, vt ſcil. is, cui competit iſta
53 exceptio ad † excipiendum prẹſtetur etiam actio, quæ dicitur condictio ad obtinẽdã liberationem. *Caſtr.in l.ſi pater tuus.nu.2.C.qui bonis cedere poſſunt.l.2.§.1.ff.de donat.l.Iulianus.ff.de except.doli*, & dixi paulo ſupra exceptio etiam doli valet ad retinendas expenſas in Iudicio familiæ erciſcundæ & communi diuidundo *l.40.ff.fam.erciſc.& leg.14.ff.com.diuidun.* Sed an habens exceptionem doli dicatur etiam habere actionẽ doli, paulo infra exponendum eſt. VII. eius natura eſt interdum impedire ꝓceſſum, vt quãdo oritur ex iuramento, ex ſententia, ex tranſactione, *Bald.in l.eleganter. § ſi poſt rem nu.22.ff.de condict.indebit.* Occaſione autem naturæ exceptionis doli multæ emergunt quæſt.

Q.13. Et prima, an iſta exceptio ſit propria exceptio, quod magni intereſt ſcire,
54 propter ſtatuta, quæ de exceptione † loquuntur, cum proprie, & ſtricte intelligantur, *Doct.in l.quicquid adſtringenda.ff.de verb.oblig.not.Cagn in c.cum dilectus extra de conſuet.*& videtur potior ſententia negatiua per authoritatem *Alex.in l.non ſolum n.8.in fin ff.ſolut' matr.* citantis in hanc opinionem *Bald.in l.ſi non ſortem.§.1 ff.de condict.indeb.& in l.Pomponius.C.ſent.reſcind.non poſſ.*

Secundo quia non dicitur ſimpliciter exceptio, ſed cum adiuncto ſc. doli, quarẽ ſuccedit regula quod non eſt proprie tale id, quod non ſimpliciter dicitur tale *l. hoc legatum,& ibi Bart.ff.de legat.3.*

55 Verum à contraria opinione † non eſt recedendum, quippe cum propria ſignificatio vocis ſumatur ab etymologia, è definitione, ab authoritate *Bar.in l. omnes populi in 6.quæſt.princ.ver.* quarto vnde ſumatur, ab his propriam eſſe exceptionem cognoſci-
56 tur: dicta.n. eſt exceptio, quaſi quædam excluſio. *l.2.ff.de except.* nam † excipere eſt excludere, ſiue magis propriè detrahere, indeq; dicta eſt exceptio, quod partem aliquam de vniuerſo actoris iure detrahat, hinc eius formula erit niſi, ſi, vel ſi non argumento. *l.2.§.1.ff.de except.doli*, hæc vero etymologia conuenit huic exceptioni, nã & ipſum excludit agentem. Definitio exceptionis eſt, vt ſit actionis excluſio *d.l.2.* nemo autẽ ambigit, quin exceptio doli, repellat doloſum, vel iniquam actionem, toto *tit.ff.de excep.doli,& §.ſi quis in aliena tabula de rer.diuiſ.* ibi per exceptionẽ doli mali repelli, & in *d. §. certe illud eod. tit.* ibi per exceptionem doli mali repelli.

De authoritate autẽ nihil eſt quod laboremus, quot enim in cœlo ſtellæ, tot ſunt in iure leges, hanc exceptiones appellantes, maxime quæ poſitæ ſunt ſub *eo.tit.de excep.doli.* Diluuntur aũt rationes ex aduerſo. Et ad primum ſolutio eſt quod *Alex.* & ab eo allegati Doctores non loquũtur de exceptione doli abſolute, ſed de illa exceptione doli quæ appellatur exceptio doli intentionis, quæ certe non eſt propria exceptio. Nã cuius contrariũ non eſt ꝓprium, nec eius oppoſitũ eſt tale, ſed actio intentionis, & facti, quæ eſt cõtraria exceptioni, intentionis, non eſt ꝓpria actio, quoniã non eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſi debetur. *§.1.inſtit.de act.* ergo nec exceptio doli intentionis.
57 Secundum autem facile ſubuertitur, quoniam non eſt adiectio, ſed ꝓprium nomen † exceptionis, ad diſtinguendũ, & ſeparandũ, ab aliis ſpeciebus exceptionis, eademq; ratione dicitur exceptio rei iudicatæ, exceptio pacti, quæ tamen ſunt propriæ exceptiones *Alex.in l.ſi vnus.§.pactus nu.6.verb.item quia.ff.de pact. per tex. §.item quia inſtit.de except.* Vna eſt ergo ſola exceptio doli impropria, cæteræ ſunt propriæ, res autem à maiori, & præſtantiori parte eſt denominanda.

Q.14. Quarto an exceptioni doli poſſit renunciari, hæc inquiſitio duas videtur
58 habere poſitiones, Altera eſt, quando dolus fuit ex ꝓpoſito. Altera † quando re ipſa interuenit, *Bart.Iaſ.Rom.in l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.obl.* reuocant in dubiũ, hanc poſteriorem partẽ. In qua *Bar.* parum ſibi conſtans, diuerſam ſententiã ſequutus eſt conſu-

lexido, diuerſum interpretando, Nam *conſ. 90. incip. dilecto Dn. Franc. ad finem in vlt. dubio* probat non valere renunciationem exceptionis doli, & ita *d. l. ſiquis cum aliter*, priuilegio; & primum eſt ſuæ opinionis fundamentum quoniam hæc eſſet renunciatio doli de futuro, qui remitti non poteſt *l. ſi vnus. §. illud ff. de pact.* Secundo mouetur quoniam
59 † quo errore ducitur ad vendẽdũ in terminis d. legis, extra dimidiam iuſti precii, eodẽ errore inducitur ad renunciandũ exceptioni doli, quoniam ſc. credit ſibi non competere, merito talis renunciatio non præiudicat. *arg. l. doli mali verb. diuerſum ff. de nou.* Cõfirmatur III. ex doctrina eiuſdẽ *Bart. in l. fin §. item quæſiit per illum tex. ff. de cond. ind.* vbi tenet, q̃ ſi fuerit renunciatũ condictioni indebiti, etiam ſpecialiter, tamen non præiudicat, quin cõpetat exceptio doli, ea ratione, quia idẽ error qui eſt in principali obligatione, reperitur, in renunciatione, & cum eo ſentiunt *Paul. & Ang. ibi.*

Adſtipulatur IV. dictũ *Bal. in c. quintauallis in 15. col. de iur. iur.* Nam referens doctrinã *Bar. in d. l. ſiquis cum aliter in vlt. q.* illam reprehendit eo argumento quod dolus cadit in eo, qui ſcit contra ſe dolum committi, ſecus in ignorante, qui non videtur renunciare: *d. l. ſi. §. idem quæſiit*, renunciatio enim eſt quędam donatio, & nemo ignorans donat, *l. nec ignor. C. de don. Ancar. conſ. 292.*

Contrarias partes Bart. ſequutus eſt, *in d. l. ſiquis in vlt. quæſt.* quod imo renunciatio conſtet, & valeat, modo ſit facta ſpecialiter *d. l. ſiquis cum aliter*, vel exceptione doli, ita quod non ſufficeret renunciatio omnium priuilegiorum ſibi competentium, for-
60 tior eſt nãq; ſpecifica renũciatio, quæ † generica. *l. ſed & ſiquis. §. quæſitũ ff ſi quis caut. & per l. ſiquando. §. generaliter. C. de inoff. teſtam.* Id quod obtinet etiam in renunciatione. *l. 2. C. de reſcind. ven.* vt ſcilicet valeat ſi facta fuerit in ſpecie, vt per *Bald in 5. quæſt. Imol. in c. cum cauſa de empt. & vend.* Et hæc opinio nititur regula communi q̃ iuri ſibi competenti licitũ eſt renunciare *l. ſiquis in conſcribendo C. de pact.* & dum renunciat ſpecialiter exceptioni doli, vel *d. l. ſiquis*, videtur ſaltem in genere cogitare ſibi ſaltẽ exceptionem competere, ex not. per *Bart. in l. ſub prætextu la 2. C. de tranſact.* & hac ductus ratiocinatione *Iaſ. in d. l. ſiquis.* adhæret huic poſteriori ſententiæ, quam ſiquis ſequatur poterit facile ſoluere nodos ex aduerſo, & ad primũ licet *Iaſ.* non reſpondeat ſolutio eſt negãdo quod ſit renunciatio doli de futuro, ſed eſt doli de præſenti, ſiquidem dolus re ipſa & tunc, dum celebratur contractus leuiori precio, quam res valeat, ad ſecundum recte ſoluit Iaſ. ex mente Aretini, ſc quoad procedit quando prima obligatio irritatur ex fragilitate conſilii contrahentis, nempe mulieris, vel minoris, vt diſerte loquitur *IC. in d. l. doli*, facile enim præſumitur, quod decipiatur in ſecunda obligatione arg. *l. ſi iudex in circumueniendo. ff. de minor.* III. ad rem non pertinet doctr. *Bart. in l. ſi ff. de cond. indeb.* ſiquidẽ illa lex, vt bene conſiderat Iaſ. loquitur in renunciatione generali, & ſentit validitatẽ renunciationem, ſi eſſet ſpecifice facta, ſed nõ tollit penitus argumentũ *Bar.* dicentis, ob ſpecialẽ renunciationem, condictioni indebiti non denegari exceptionem
61 doli, ſed in prõptu eſt ſolutio, nimirũ renunciationem † eſſe ſtricti iuris, ideoq; ſtricte interpretari, cum ſit donatio, merito renunciatio vnius exceptionis non tollit aliã, diuerſa eſt n. renunciatio doli, & conditio indebiti. Vltimũ fundamentum Baldi commouetur ex reſp. Iaſ. quod imo non eſt ignorans, taliter in ſpecie renuncians quippe cogitauit eam ſibi exceptionem cõpetere, arg. eorũ quæ not. *Bart. in l. ſub prætextu C. de tranſ.* alioquin fruſtra renunciaret *Alex. conſ. 11. col. 3. vol. 2. & conſ. 133. col. 2. vol. 5. Alb. l.*
62 *doli. n. 22. & 25. ff. de nouat. apoſt. ad Bar. & ad Iaſ. d. l. ſiquis cum aliter.* Ego verò, vt † promã, quid ſentiam, puto ita diſtinguendũ. Aut iſta renunciatio exceptionis doli erat de dolo præterito ſc. quia poſt celebratum cõtractum ex interuallo renunciatum fuerit, & tunc ſi ſpecialis ſit renunciatio, dico renũciationem valere *Spec. in tit. de renunc. & concl. n. 95. ver. item except. doli*, ratio eſt euidens, quia dolus de p̃terito poteſt remitti *Dd. in l. contractus. ff. de reg. iur.* & tradidi latiſſime in ſecunda doli diuiſione, & eſt cõmuniſſima opinio, nec intereſt dolus ſit re ipſa, an ex propoſito, par enim & eadẽ eſt cauſa cuiuſque doli, quando eſt de p̃terito. Aut eſt exceptio doli de futuro, puta quia contrahentes, ante celebratum contractum huic exceptioni renunciarunt contemplatione contractus celebrandi, & cenſeo non valituram renunciationem ex regula vulgari, quod dolus futurus non remittitur *l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. cum alus congeſtis in d. 2. diuiſione.* niſi eſſet iuramento munita, per ea, quæ tradit *Alex. in l. ſed & ſiquis. §. quæſitũ. n. 5. ff. ſi quis caut.* & dixi ſupra in *d. 2. diuiſione.*

Aut eſt exceptio doli de præſenti, vt quando renunciatur in ipſo contractu, in quo dolus ſit re ipſa, vel ex propoſito dum celebratur, & tunc ſi eſt iuramento

valla-

vallata renunciatio, aut renuncians eſt certioratus à Notario de iuribus exceptionis;
63 & arbitror conſiſtere renunciationem, quoniam ſcienti non † fit dolus. *l. cum donatio-
nis. C. de tranſact. l. 1. & ibi Bald. ff. de act. empt* aut eſt facta renunciatio expreſſe, ſed vt fi-
eri conſueuit à Notario ex conſuetudine, vt ſolet, & tunc eſt locus dubitationi, Cum
homines plerumque ignari, & non periti iuris ciuilis, facile decipi poſſent & cenſeo
eo modo, quo valet renunciatio ſpecialis. *l. 2. C. de reſcind. vend.* per ea quæ paulo ſupra
dixit *Bald.* & tradit *Cagn. ibi. n. 176. verbo trigeſimoſecundo*, vbi eſt dolus re ipſa, nec non
l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. vbi *Tiraqu. in proœm. n. 15. verbo nunc reſtat*, vbi de tam graui
præiudicio agitur ita valeat, *l. ſiquis cum alter de verb. obl.* & conſequenter exceptionis
doli, etenim non video rationem diſcriminis, inter iſtam, & alias leges, maxime, cum
nemo ſit à ſenſu remotus, quod quando ſui iuri renunciat, nolit intelligere quid ſit &
quid referat id, cui renunciationem facit.

Q. 15. Quæro is, qui exceptionem doli poterat in iudicio opponere, & cõſtabat
64 ex pceſſu *Alex. in l. vn. n. 7. C. vt quæ deſunt aduo.* omiſit, an iudex debeat † ex officio ſuo
ſupplere, atq; ita agentes repellere, non leuis eſt diſſenſio inter ſcribentes. *leg. ſi vnus. §.
pactus. ff. de pactis Cagn. & Alex. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. Alex. & Iaſ. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff.
de verb. obl. Bart. in l. plene. ff. de pet. hæred.* Et videtur probanda negatiua, quã magnæ au-
thoritatis *Fulg.* ſequitur in *d. §. pactus nu. 20.*

Primo quia iudex non impartitur officium ſuum, niſi petenti. *l. 4. §. hoc iudicium.
ff. de damn. infect. vbi Rip. & cæteri.* II. quoniam iudex non ſupplet in notoriis niſi allega-
ta, & propoſita fuerint *Alex. communiter receptus in l. vni C. vt quæ deſunt aduoc. ſuppl. iudex
n. 4. & 6. gl. in clem. de appell. in verb. appellanti Ioann. And. in c. 2. vt lit. non conteſt. Bart. in l. 1.
ff. de except. & in l. 1. C. quomodo iudex.*

Tertio arguit *Fulgoſ.* quoniã leges, quibus nituntur aduerſarii non probant; ideoq;
ſine lege loquuntur in poſſeſſore malæ fidei iuris vniuerſalis nempe hæreditatis, atque
in iudiciis vniuerſalib. in quib. officio iudicis propter naturam iudicii ratio habetur au-
gmenti, & diminutionis, & quia impenſæ vtiles, vel neceſſariæ augentes hæreditatem,
veniunt officio iudicis, non iure exceptionis, quæ malæ fidei poſſeſſori non compete-
rent, *§. certe illud inſtit. de rer. diuiſ.* quæ ratio ceſſat in *d. ſingulari*, in quo non continentur
officio iudicis augmentum vel diminutio rei petitæ. & ideo fructus à rei vendicatio-
65 ne petuntur, & ſumptus oppoſita exceptione doli mali, retinẽtur, quæ malæ fidei poſ-
ſeſſori, vt dictum eſt, non videtur competere. A contraria † tamen ſententia non eſt re-
cedendum, quippe communiori ſuffragio recepta eſt & ab ea ſolus diſſentit *Fulg. vt de
comm.* eſt teſtis *Rim. Iun. in d. §. pactas. n. 263. verbo ſolus tamen Fulgoſ.*

Et fundamentum eſt, cui tanquam columnæ adhærent ſcribentes in *d. l. plene, &
l. fin. in prin.* ait ratione ſumptuum etiam in prædone rationem habere benignius eſſe;
& id ipſum officio continebitur; nec exceptio doli mali deſideratur, in altera habetur
filium emancipatũ petentẽ à patre hæreditatẽ, ſibi teſtamento materno relictã poſſe
doli mali exceptione repelli, ſi ſumptus factus à patre in Senatoria dignitate filii, & ſi;
hæc exceptio non opponatur, ſatis officio iudicis conſuli Corroboro vltra Doctores
Doctorum ſententiam ex his, quæ tradit *Alex. in d. l. vnica, vt quæ deſunt. aduoc. nu. 7. &
10.* nam ait iudicem ſupplere, vbicunq; conſtat de calumnia agentis, *Innoc. in c. 1. de offic.
vic.* & in *c. poſt electionem de conceſſ. præbend. & hoſt. Bald. in l. peremptorias. C. ſent. reſcind. non
poſſ.* At vbi competit exceptio doli, ibi iniqua, & calumnioſa eſt petitio. *l. 2. § circa. & §.
item quæritur verbo & generaliter. ff. de except. dol.* vbi qui poteſt exceptione repelli, dolo
dicitur agere, iudici autem conſtat ex facto propoſito & ex actis reo conuenire exce-
ptionem doli, vt ſupponitur in arbitro, & dicit *Bart. d. § pact. n. 21.* nempe conſtat vel ex
66 confeſſione partis, vel ex productione inſtrumentorum, vt dicit *Alex. in d. l. vn. n. 7* Co-
gnoſcit ergo, & calumnioſam eſſe petitionem. Aduerſis aũt † argumentis, non eſt ar-
duum ſatisfacere & ad primum quidem ſolutũ eſt, quod iudex ſuppleat ſi petatur iu-
xta *d. §. hoc iudicium, Bar. & Alex. in d. l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. obl. Bar. in d. l. fin. ff. de
petit. hæred.* dum ait intelligi ſemper, quod pars petat, nec dicat aliquis: quod tunc vi-
detur virtualiter opponere dictam exceptionẽ. Nam quid ſi fluxiſſet tẽpus proponen-
di, vel obiiceretur, quod ſibi præiudicauerit, nõ opponẽdo, tunc non impediretur im-
plorare officiũ iudicis, q; ſubrogatur in locum deficiẽtis exceptionis, ne aduerſarius lo-
cupletetur cũ aliena iactura, *Bald. Caſtr. & alii in d. l. plane; refert; & ſequitur Rim. Iun. d. §.
pact. n. 269. & 270.* verbo; hãc contrarietatẽ; vel dicas, iudicẽ ex officio poſſe ſupplere,

quod ſi poſſeſſor. §. *ſicut, cum gl. in verb. ſumptum. ff. de petit. hared.* cui conuenit, quia fructus non dicuntur, niſi deductis expenſis *l. fructus. ff. ſol. matr. l. fundus qui. ff. famil. hercisſ.* Confutantur autem allegata ex aduerſo, & primum euitatur, quoniā obtinet in iudicio rei vendicationis, concluſio procedit in petitione hæreditatis, & ita in iudicio vniuerſali, quod cum ſeparatam habeat naturam à iudicio ſingulari diuerſam quoque diſpoſitionem habet, ita ſoluit *gloſſ. in dict.* §. *certe illud in fin.* ſed nimis reſtringit, & in arctum rem deducit iſta ſolutio, maxime quia ratio *dict. lege plane* eſt communis etiam ad iudicium rei vendicationis, ſcilicet ne locupletetur, &c. & propterea eſt contra text. in *l. domum. C. de rei vend.* vbi neceſſarios ſumptus malæfidei poſſeſſor deducis. Quamobrem *Aret. in d.* §. *illud in pr. verb. item ad l. 2. & in 2. col. in pr. verb.* ſi vero non inchoauit, inquit, eum tex. procedere, quando de nouo ædificatum eſt, ſec⁹ quādo ædificium vetus eſt ampliatum, vel melioratum per *d. l. domum*, allegat pro ratione differentiæ *l. ſi ne hareditaria. ff. de negoc. geſt.* ſed vel deprauata eſt allegatio, vel meo iudicio, non probat, rationē puto eſſe; quia neceſſarias impenſas Dominus erat facturus, non ita de nouo ædificaturus. Secundus obex euitatur coarctando concluſionem ad impenſas neceſſarias, *d. l. domum*, ille vero text. procedit quo ad vtiles expenſas, in

71 quibus conſultum eſt malæfidei poſſeſſori, vt ſit ei poteſtas tollendorum eorum, quæ ſine dertimento ipſius tolli poſſunt *d. l. vtiles in fint, & in l. in fundo ff. de rei vend.* vbi picturas corradere, vel tectorium non licet, quia nocet rei, non prodeſt corradenti, & in his, quæ poteſt auferre, eſt poteſtas Domino rei retinere illas ſi paratus ſit tantū dare quantum habiturus eſſet poſſeſſor his rebus ablatis. Tertium fundamentum contollitur ex his, quæ dicta ſunt *à Bart. in dict. l. plane*, ſcilicet exceptionem doli, etiam ex parte petitoris æſtimare, ne lucrum faciat ex aliena iactura.

Quartum ſublatum eſt ex ante dictis, ſiquidem oſtendimus aliam cauſam eſſe bonæfidei poſſeſſoris, qui ſemper recuperat ſumptus, ſiue melior ſit res reddita, ſiue non, malæfidei vero in hoc caſu, quo factares ſit melior. *d. l. plane*, in expenſis fructuum probauimus diuerſum inter eos conſtitutum eſſe. *l. ſi à patre. d.* § *fructu cum l. ſeque. ff. de petit. hared.*

Quæſt. 17. Quæro an exceptio doli concurrat cum remedio reſtitutionis in integrum, & quidem videtur concurrere, quoniam vtrumq; eſt remedium extraordinarium *l. 2. in pr. ff. de except. doli* ibi eadem cauſa eſt *l. reſcriptum.* §. *fin ff. de pact.* vbi de exceptione doli, de reſtitutione eſt tex. in *l. in cauſa la. 1 ff. de minor. gloſſ. Bart. & alii in l. 1. C. ſi aduer. fiſcum Corn. conſ. 72. col. 3. lib. 1. Rolan. à valle, conſ. 59. num. 1. lib. 1. Doct. in l. 2. C. ex quib. cauſ. minor.* Duo autem extraordinaria remedia concurrunt, nec ſeſe, inuicem perimunt, *Alberic. in l. in prouinciali. ff. de nou. oper. nunt. Bartol. in l. fin. numer. 2. C. ſi minor ſe maiorem dixerit, Caſtrenſ. in l. circa in fin. C. eod. poſt gloſſ. ibi Butrius in c. cum. literis ext. de reſtitut. integ. & Anc. ibi n. 5.* ratio videtur, ne horum vnum ſit ocioſum, & fruſtratoriè inductum, poteſt etiam eſſe ratio, quod ſicut duo remedia ordinaria concurrunt *l. in heredem* §. *elegere ff. de trib. & l. fin. C. de codicill.* vt plures actiones ad legatum *l. 2. C. com. de leg.* §. *noſtra autem inſt. de leg.* cur non & extraordinaria concurrunt, ex regula quod contrarium eſt eadem diſpoſitio *Dd. in Rub. ff. de acq. poſſ.*

72 In contrarium quod † imo non detur inter hæc duo remedia concurſus, arguitur: Duo remedia extraordinaria concurrunt, quando eorum alterum eſt famoſum: Alterū vero nō infamat, ſed vnum tollitur per alterum *Bar. Paul. Zaſ. in l. in prouinciali per tex. in l. Diuus. ff. de reſtit. in integ.* vbi actio de dolo ceſſat, propter reſtitutionem in integrum exceptio autem doli famoſa eſt, vt dixit *Iuriſconſul. in l. 4.* §. *aduerſus ff. de except. doli.*

73 Secundo adiuuant eandem ſententiam; quod ſicut reſtitutio in integrum non concurrit † cum actione doli. *l. 1.* §. *ait prætor. ff. de dolo.* in qua actio de dolo excluditur ab omni alio remedio ciuili vel prætorio, & in ſpecie *in d.* §. *idem Pomponius*, ita nec c. ita exceptione doli cum ex eadem cauſa, ſicut diximus vtrumque remedium inductum

74 ſit. Cæterum † prior opinio eſt magis probanda. Primo ex allegata regula *in d. l. in prouinciali.* Secundo quoniam exceptio doli concurrit cum aliis remediis extraordinariis nempe actione in factum *l. 2.* §. *fin. verb. generaliter ff de except. doli. l. qui ex æquitat ff. eod.* quæ probat in ſui generalitate, cur ergo nō concurret cum reſtitutione? Nec vim habet primū obiectum, nam diluitur, quoniā eſt verum, quando vtrumq; remediū cōpetit per viā actionis, eſt alterū & famoſum, ſed diuerſum eſt ſi famoſū remediū cōpetat per viā except. *Cum. & Fulg. in l. exc. ff. de exc.* ratio videtur differētiæ quoniā eſt

in poteſtate agentis quando agat, & ad agēdum non debemus recurrere ad famoſum
remedium, niſi quando deficit aliud, argumento *d. l. Diuus de reſtit. in integ.* At quādo
quis conuenitur cum non ſit in ſua poteſtate ne conueniatur, & de iure naturæ ſit de-
fenſio, excuſatur exceptionem quamuis famoſam opponat, argumento *l. puto. §. fin ff.*
de except. doli, cum aliud remedium, quod competebat, competeret per viam actionis,
& aliam exceptionem non habeat, & imputetur actori, quod iniquam petitionem in-
ſtituerit, Altera ſit ſolutio vltra Fulgos: quod dicta ratiocinatio procedat, vbi illud re-
75 medium extraordinarium eſt famoſum infamia † iuris, quæ grauior eſt, vt patet in a-
ctione doli, & reſtitutione in integrum. *d. l. 1. §. idem Pomponius.* quæ non concurrunt,
non infamia facti ſicut exceptio doli ſecundum ea, quæ diximus ex mente *Aretin.*
in §. ſequitur. num. 19. & 20. inſtit. de except. per *d. §. aduerſus.* ibi apud probos. Euitatur ſe-
cundum argumentum de actione doli ad exceptionem, ſiquidē actio doli, cum nul-
lo alio extraordinario remedio concurrit *d. l. 1. §. merito*, At exceptio, cum aliis concur-
rit extraordinariis, vt conſpicuum eſt, amplius dico, quod in actione doli, & in reſtitu-
tione in integrum, obſtat regula, quod duo remedia extraordinaria, ad agendum non
concurrunt, ſi alterum ſit famoſum, vt dictum eſt, ſed in reſtitutione, & doli exceptio-
ne allegata aſſertio non nocet, quandoquidem non competit vtrumq; remedium ad
agendum. *Od. l. de reſt. q. 17. art. 11. n. 102. & q. 77. nu. 23. & 24.*

Q. 18. Quæro vtrum exceptio doli detur ei, qui exceptionem non numeratæ pe-
cuniæ habebat poſt elapſum biennium ad opponendum, *l. in contract. C. de non nume-*
76 *rat. pec. §. 1. inſt. de lit. obl.* & videtur negandum. †

Primo quoniam huic competit officium iudicis, *Bart. in l. illicitas. ff. de offic. præſid.*
in pr. ſequitur, & dicit mirabile, *Bizzem. in c. fin. de ſol. in appoſt.* & ratio eſſe poteſt, quia
prohibitus excipere, non intelligitur prohibitus implorare officium iudicis ſecundū
Bart. in l. 1. §. & parin. ff. quod vi, aut clam. & Marſil. ſing. 88. vbi plura cumulat, *Rom. conſ.*
325. incip. quoad primum col. vlt. vbi inquit, quod ſi aliqua conſtitutio excludat generali-
ter quodcunq; remedium, non intelligitur excludere implorationem officii ſuperio-
ris, qui conſideratur æquitate, debet officium ſuum accommodare maxime, vbi ali-
quis locupletaretur cum alterius iactura argumento. *l. 1. de ſeparat. & l. plane, & l. fin. ff.*
de petit. hæred.

Secundo patrocinatur tex. *in §. 1. de lit. obl.* ibi dum poſt longum tempus quæri
non poteſt, ſcriptura obligatur; ſi non poteſt quæri, ergo iuſta eſt petitio agentis, me-
rito exceptione doli non excluditur. quæ iniquę petitioni obiicitur *d. l. 2. §. ſequitur. &*
§. item quæritur. ff. de except. doli, adeſt enim in præſcriptione tacitus conſenſus. *l. alie-*
nationis verbo. ff. de verb. ſignificat. & notat. in termin. Bald. in leg. 1. §. ſiquis cum ff. de dolo
in principio.

Tertio ex *l. in contract. §. de illo C. de non num. pecun.* vbi elapſo biennio non poteſt
reus conuentus offerre actori iuſiurandum, ſed debet ſoluere, id quod argumēto eſt,
iure agere actorem, cum in dubiis cauſis liceat iuſiurandum offerre, *l. admonendi. cum*
not. à Dd. in l. manif. ff. de iur. iur. l. in bonæfidei. C. ſi cert. pet.

Quarto ſi hæc exceptio doli poſſet opponi ſuperuacuus eſſet contractus lite-
rarum, nec quicquam vtilitatis afferret, cum tamen ſit inductus bono publico ad li-
tes dirimendas *arg. l. 1. ff. de vſuc.*

77 In contrariam † tamen ſententiam communi ſuffragio itum eſt, *But. Flor. Salyc.*
Fab. Aret. & alii, quos refert, & laudat *Eman. à Coſta in l. ſi ex cautione, ver. ſed cū hæ opin. C.*
de non num. pec. Marſ. ſing. 277. licet. n. 1 Con. Hoſt. Pan. Anc. in cap. vlt. de ſolut. Andr. Siculus,
conſ. 15. lib. 1. & conſ. 8. vol. 2. Suarez. in Theſ. com. opin. in ver. doli exceptio contra, & Marſ. d.
ſing. 277. refert. Barbat. dicentem, quod hoc dictum ſequuntur omnes Dd. ratio Doct.
eſt, quia inique petit, cum ſciat vere ſibi pecuniam non eſſe ſolutā ex qua ratione, ple-
riq; ſunt exiſtimātes exceptionē non numeratæ pecuniæ perpetuo cōpetere de iure
Can. vt per *Iaſ. in l. cum quis C. de iur. & fact. ign. & in l. qui pecuniam col. 1. ff. ſi cert. pet.* qua-
re, & denunciationi Euangelii locū eſſe, non foret temerarium aſſerere propter ini-
quitatem petitionis, vt in ſimili, ſententia retractatur per inſtrumenta de nouo re-
perta. ex quibus appareat iniuſta *Curt. Iun. conſilio. 4. numero. 4.* & teſtatur de commu-
ni opinione de exceptione doli in cauſa non numeratæ pecuniæ tranſacto biennio
poteſt iudicio meo extendi ad aliam exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ ex-
cluditur poſt triginta dies, de qua *in d. l. in contractibus. § ſup. cæteris*, viget enim in maio-
ritatis ratione, quippe ſi iniqua eſt petitio poſt biennium iniqua eſt petitio poſt trigin-
ta dies.

radios. Nec officit primum argumentum de officio iudicis, quippe ſupra oſtendimus ex *Bart. in d. l. plane. ff. de pet. hær. & l. fin. eod. tit.* exceptio doli, & officium iudicis ſe compatiuntur inuicem, nec ſe perimunt.

Ad ſecundum dicitur, quod quæri non poteſt iuris præſumptione & propter negligentiam ſuam, ſed quoad æquitatem naturæ poteſt, Rurſus quia, vt ſuperiore quæſtione diximus, exceptio doli non tam æſtimatur ex parte opponentis, ſed etiam petitoris, *Bartol. in d. l. plane, per l. militia. §. veteranus, ff. de mil. teſt.* & ex parte petentis æquum eſt exceptionem dari, cum lucrum quærat ex aliena iactura, eodemq; modo euertitur tertium Argumentum, nam in præſcriptione præſumptus, non verus adeſt conſenſus. Ad vltimum reſponſio eſt, quod ſi verum eſſet, nec officium iudicis poſſit accommodari, ne redderetur ille contractus ſine effectu operandi, & tamen officium iudicis datur ſecundum ea quæ aquæ diximus, ſed hæc reſponſio adducēs inconueniens nō ſoluit, cogita igitur an ſolui poſſit, quod ſicut dicunt Docto. tolleratur potius, vt ſtatutum ſit ſuperfluum, quam aliquis indebitè ex eo damnum patiatur, *Doctor. l. omnes pop. ff. de iuſt. et iur.* ita melius eſt, vt iſte contractus ſit ſuperuacuus quam inique ſentiat ille, qui non ſoluit, iacturam, ſed cogita, quia non quieſcit animus, cum agitur de publica vtilitate, ob lites finiendas.

Quæſt. 19. Quarto an ſit hæc exceptio ſimilis exceptioni metus & non videtur eſſe ſimilitudo.

78 Primo quia † exceptio doli eſt perſonalis ex parte eius, qui dolum infert, ex parte vero opponentis exceptio eſt in rem l. *ſecunda. §. ſequitur. ff. de exception. doli.* Sed exceptio metus eſt ſemper in *rem l. 4. §. metus. ff. de exceptione doli*, ibi enimuero metus cauſa exceptio, in rem ſcripta eſt *l. ſi cum exceptionis §. in hac, cum ibi notatis. ff. quod met. cauſ.*

Hi differunt, quia in exceptione doli eſt exprimenda perſona, quæ dolum fecerit. *d. leg. 2. §. ſequitur.* ibi perſonas eorum debebit ſpecialiter numerare, metus autem exceptio, non ita, ſatis eſt enim metum allegare, & oſtendere adhibitum eſſe in contractu celebrando, metum, nulla facta expreſſione perſonæ metum inferentis, vel patientis, *Ang. in §. ſequitur. n. 41. inſt. de except.* Tertio quoniam exceptio doli infamat. *l. 4. § aduerſus. ff. de dol. & met. except.* Diuerſum in exceptione metus, *l. ſi cum except. §. in hac, & ibi gl. & Bald. ff. quod metus cauſ. not. gl. magn. in l. 1. ff de not. inf.*

Quarto quoniam exceptio metus cum non irroget infamiam, dabitur contra parentes, & patronos, à ceſſante ratione, ſec[us] in exceptione doli *d. l. 4. §. aduerſus*, nec obſtat *d. l. 4. §. fin. verb. illud ſciendum eſt*, ſiquidem procedit in caſu ſpeciali, ſcilicet in filio conſtituto in poteſtate, & ex cauſa peculiari, in qua patri acquirit, Adeo quod *Ang. d. loco num. 41.* inferat, quod cum filius hodie, habeat propria, nempe peculium aduentitium *l. 1. C. de bon. mater. l. cum oportet. C. de bon. quæ libert.* quod filius poterit excipere contra patrem aperto ore de metu, quod etiam priſco iure debebat obtinere in peculio Caſtrenſi, vel quaſi ex eo quod propria erant, & filius reputabatur paterfamilias in eorum adminiſtratione, infertur etiam, quod perſona humilis, & deplorata, opponet exceptionem metus contra nobilem, & conſtitutum in dignitate, nec non, luxurioſus contra hominem vitæ emendatioris, argumento *l. non debet. ff. de dolo. d. l. apud Celſum. §. fin. à ceſſante ratione.* Quinta eſt differentia *in d. §. fin. l. 4. in verb. & quamuis*, de dolo & confirmat rub. per illam copulatiuam, &, quæ diuerſitatem oſtendit.

79 Cæterum † ex aduerſo facit, quod vbi metus eſt, ibi dolus quoq; ineſt, *l. ſi cum except. §. cum antē, cum ibi not. ff. met. cauſ.* dolo enim facit, qui metū infer. Secundo quia exceptio continet exceptionē metus, *l. 4 §. fin. in p. ff. de except. doli*, vbi IC. ait, metus cauſa exceptionē *Caſſius* non propoſuerat doli exceptione contentus quæ generalis eſt. *l. 1. ex eod. §. fin* ibi ſed vtilius viſum eſt etiam de metu opponere exceptionem, etenim diſtat aliquid à doli exceptione, ſi diſtat aliq d in pluribus eſt ſimilis, maxime in eo, quod vtraque datur ad reſcindendum; vtraque conceditur ex æquitate naturali, ne cui ſuum delictum proſit *l. 1. §. verſ. ideo autem. ff. de except. doli.* vel aliis lucrum pariat, *d. l. ſi cum exception. §. in hac*, ibi, & ſi crimine careat, lucrum tamen ſentiſſe: Non aduerſantur deducta in contrarium quoniam & ſi vera ſint, non tamen prohibent, quin multæ ſint ſimilitudines, in tantum, quod in *d. § fin. ver.* ſed vtilius ſupponit IC. plures eſſe ſimilitudines quam differentias.

Eſſet quærendum de natura illius conceptionis dolo facis petere, quod ſtatim, reſtiturus es de qua in *l. dolo facis. ff. de except. doli*, ſed reſponde, vt infra in *libro vltimo de regulis iuris in materia.*

Quæſt. 20. Quæro an exceptio doli concurrat cum actione doli; ita quod tutus
exceptione, poſſit etiam actionem doli intentare, ad obtinendam pleniorem ſecuri-
80 tatem † reſciſſo negocio doloſe geſto, *Petrus, & Cynus* exiſtimant non concurrere per
tex. in l. fin. ff. de dolo, vbi ſi creditor hæreditarius doloſe me induxerit ad adeundam
hæreditatem damnoſam, doli actionem aduerſus eum non habeo, ſed ſola exceptio-
ne me defendo.

Secundo probatur eadem ſententia ex *l. 1. §. prætor ait. ff. de dolo*, ibi ſi interdictum ſit quo quis experiri poſſit, vel exceptio, qua ſe tueri poſſit, ceſſat hoc edictũ, ecce quod exceptio excludit actionem doli.

Tertio vltra Doct. vrget, exceptio doli & actio doli ſunt remedia extraordinaria, vt clarius eſt quàm indigeat probatione, & ſunt famoſa: hoc ſtante, videtur quod non poſſint concurrere.

Nam ſi non concurrunt quando vnum eſt famoſum, alterum non famoſum per ea, quæ diximus ſupra ex annot. *in l. in prouinciali. ff. de nou. operis, nunciat.* longe minus dabitur concurſus inter ea, ſi ambo irrogent infamiam. Augetur vis argumenti, Nam actio doli eſt remedium magis famoſum, vt dixi ſupra, quia afficit infamia iuris, exceptio vero eſt remedium minus famoſum, ſiquidem ſugillat infamia facti *Angel. in §. ſequitur. num. 19. verb. & ibi hoc not. per tex. in l. 4. §. aduerſus. ff. de except. doli.* vbi ita dicit notare R*apha*: ergo ſicut extraordinarium remedium non famoſum excludit famoſum, & non datur cumulatio, ita minus famoſum debet excludere magis famoſum.

81 Contraria † ſententia placet gl. *in d. l. 1. §. prætor ait in ver. exceptio* quam refert *Bar. in d. l. fin. de dolo.*

E primo ratiocinatur quia actio doli, & exceptio ex eadem cauſa, & fonte profluunt *l. 2. in 1. iuncta etiam gloſſ. ff. de except. doli*, nempe ex æquitate naturali, ne cui ſuus dolus proſit, vel alteri ſua ſimplicitas noceat *l. 1. in pr. ff. de dolo*, ergo eodẽ tempore producuntur ad fauorem decepti, & ad diſpendium decipientis.

Secundo arguit à ſimili exceptio metus concurrit cum actione metus *l. metus. §. ſed quod prætor. ff. quod metus cauſa*, ibi ſiue perfecta res, ſiue imperfecta ſit, & actio, & exceptio detur, hanc gloſ. ſententiam ſequitur *Bal. in d. l. 1. §. ait prætor.* adductus priori ratione gloſſ.

Tertio vltra gl. & *Bald.* vtar argum ex *d. l. fi* arguendo à ſpeciali, nam ibi dicit ſolum competere exceptionem, ſi ſolus creditor ſit, qui dolo fecit, ibi creditor erat, & ſi ſolus erat, vel à contrario, *Bar. in l. 2. C de dolo* adhæret gl. ex ſecunda ratione ipſius, nam ait, non video differentiam, quare concurſus magis concedatur in dolo velato, quàm in dolo aperto.

82 In quam partem inclinandum? *Bart. in* † *d. l. fin* diſtinguendo, rem definit, quandoque is, qui dolo fecit per ſuum dolum acquiſiuit, & tunc decepto competit actio ad recuperandum quod amiſit, vel ſi non dum tradidit datur exceptio ad ſe defendendum argumento *d. l. quod metum. §. ſed quod prætor.*

Quandoque propter ſuum dolum nihil ſibi acquiritur, ſed ius ſuum ſibi conſeruatur, vt in terminis *d. l. fin.* creditor enim ibi ex doloſa perſuaſione ad hæreditatem adeundam, actionem nouam, non quæſiuit, ſed veterem conſeruauit, cum hæres ſit obligatus oneribus hæreditariis, & tunc ego dolo captus non habeo actionem doli vt me liberes, ſufficit enim exceptio, per quam me tueri poſſum, Cæterum conſidero quo ad hoc ſecundum membrum diſtinctionis, quod non bene videtur cohærens textui *d. l. fin.* quippe ſupponit, quod ſi plures fuiſſent creditores hæreditarii, daretur contra doloſum actio, neque enim ſunt abſque miniſterio illa verba. ſi creditor erat, & ſolus erat & tamen ſecundum *Bart.* daretur ſola exceptio, quia doloſus creditor, ius ſuum ſibi tantum conſeruaſſet.

83 Quare † *Caſtrenſ. in d. l. 2. C. de dolo*, alia vſus diſtinctione dicebat, Aut per exceptionem doli plene prouiſum eſt ei, qui decept' eſt, vt in *d. l. fin.* & non præſtatur actio doli, ratio eſt, quia non eſt opus actione, Aut non plene conſultum eſt, & tunc dabitur etiam actio doli, vt in *d. l. fin.* à contrario ſenſu in plures, nam conueniretur ab illis, nec eos poſſet exceptione doli repellere. Quæ diſtinctio *Caſt.* eſt notanda, & per eam tollitur primum fundamentum Petri.

Secundum autem ex *d. l. 1. §. ait prætor* euertitur per *Bart. in d. l. 2. C. de dolo*, ſcilicet quod intelligitur in omni exceptione, præterquam in exceptione doli, melius ſoluit

Bald.d.§ ait prætor, vt ſcilicet accipiatur ille text. in exceptione, quæ naſcitur ex diuerſo fonte ab actione doli, non ex eodem fonte, vt eſt exceptio doli. *d.l.2. in princ.ff.de except.do.* Tertium confutatur, conuertendo ipſum contra Petrum. Nam ſicut duo extraordinaria remedia non famoſa concurrunt, ita & duo famoſa, vt eadem ſit contrariorũ diſpoſitio ex regula, *Doct.in rub.ff.de acq.poſſ.* At quando vnũ eſt famoſum, alterũ nõ debet cõcludi famoſum ad euitandã infamiã, ſed hæc ratio ceſſat, vtroq; exiſtente famoſo, Ad ponderationẽ reſpondetur, vel quod ꝓcederet ſi vtrumq; remedium cõpeteret ꝑ viã agendi ex his quæ diximus *ſupra in quæſt.* 17 ſed hic competit vnum ꝑ viã excipiendi, vel quod iure non ꝓbetur nõ dari cõcurſum inter ea extraordinaria remedia, quorum alterum ſit magis famoſum, alterum vero minus. Cogita an aliter poſſit etiam diſtingui. Aut is, qui dolo captus eſt ex negocio doloſe contracto, aliquid amiſit, vel ius eius eſt factum deterius, vt ſi donauit, vendidit, & tunc actionem habeat ad reſcindendum, & exceptionem ad ſe defendendum, & ita in terminis; *d.l.fin.* ſi plures eſſent creditores, competeret decepto actio, quia per illum quaſi contractum aditionis, ſtatim ius ſuum eſt factum deterius cum illis ſit obligatus. Aut non ſtatim amiſit, vel detrimentum paſſus eſt, ſed ex petitione tantum aduerſarii doloſi ſenſuros eſt damnum & tunc ſola detur exceptio. *d.l.fin.* nam creditor ibi non aliter nocere poterat, quam creditum ſuum petendo.

Quæſt. 21. Quæro an exceptio doli, quæ competebat reo Principali, præſtetur fideiuſſori, & videtur non præſtari. Primo, quia exceptio competens fideiuſſori non prodeſt Reo *l. fideiuſſoris ff.de pact.* ibi; fideiuſſoris conuentio, non proderit Reo, ergo à pari; nec exceptio Rei debet iuuare fideiuſſorem, argumento eorum quæ not. in *l. 2. C.de edict.d.n. Adr. toll.*

Secundo quia exceptiones generales, quæ Reo conueniunt, non proſunt fideiuſſori, ſiquidem ratio egreditur perſonam, quare exceptio competens ſocio, ne conueniatur, niſi in quantum facere poſſit nõ releuat fideiuſſorẽ. *l. verum in prin.§.1.ff pro ſocio.l.& ſi fideiuſſor ff.de re iud.* vbi fideiuſſor mariti inſolidum condemnatur, exceptio autem doli perſonalis videtur per *l.2.§.ſequitur.ff.de except. doli.* ibi & quidem ſpecialiter exprimendum eſt, de cuius dolo quis queritur, non in rem; & ibi eorum perſonas ſpecialiter debebit enumerare.

84 Contraria tamen † ſententia eſt melioribus iuribus, & rationibus munita, prior autem eſt, quoniam exceptiones, omnes reo competẽtes iuuant fideiuſſorem. *l.omnes exceptiones. ff. de except. l.in omnibus.ff. de reg.iur.l.fin ff.de pact.l.tam.mandato, & l.fin.C.de non numer.pecun. l. defenſiones.C. de except.*

Secundo quia inutilis eſſet reo exceptio, & Actor ex ſua malitia lucrum ſentiret contra mentem prętoris in *l.1.ff.de dolo, in l.1.ff.de except.doli*, nam conueniret fideiuſſorem, & is pro ſua indemnitate ageret actione mandati contra reum.

Tertio, probatur in terminis per tex.in *l.ſi fideiuſſor.§.1.ff.mand.* ibi ſi fideiuſſor ſciens prætermiſerit exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel doli, videtur ipſe in dolo verſari. Deinde per tex.in *l.ſi ſtipulatus eſſes.ff.de fideiuſſ.* vbi exceptio doli, quæ competebat reo propter ſtipulationem factam ſine cauſſa iuxta, *l.2.§.circa.ff.de exception.doli*, datur etiam fideiuſſori inuito, Rurſus. *l.exceptiones la 2. ff. de exception.* vbi Iuriſconſ. ait exceptionem iuriſiurandi, pacti, & doli fideiuſſori competere.

85 Ampliatur concluſio, vt etiam † reo inuito detur fideiuſſori. *d.l. expenſæ, & l. ſi ſtipulatus eſſes. Bald.in d.l.rem.*

Nec ad rem pertinent in contrarium adducta. Primo enim ſatisfacio negando paritatem inter fideiuſſorem, & reum, nam vt ibi inquit text, nihil prodeſt fideiuſſori, vt à reo principali non petatur, ſed bene intereſt rei ne petatur à fideiuſſore, quia ei eſt obligatus actione mandati. Secundum autem euellitur per textum *in d.l. exceptiones*, quippe palam dicit, exceptionem doli eſſe rei coherentem, non perſonæ; ibi; rei autem cohærentes exceptiones fideiuſſoriæ competunt, vt rei iudicatæ, doli mali, Iuriſiurandi &c. faciunt notat. per *Marſ.in rub.de fideiuſ.quæſt.32.nu.267.* nec obſtat. *l. 2.§. prim.quoniam* ibi eſt perſonalis ex parte eius, cui opponitur, ſed eſt in rem ex parte opponentis, & ideo rei cohæret, vt dicitur in *l.exceptiones*, & obligationi inſunt, ex re enim naſcitur, non autem eſt data perſonæ in priuilegium, vt illa mariti, vel ſocii, vel patris, vel patroni. *d.l.exceptiones in princ.* vbi non tranſeunt ad alios.

Ampliatur etiam dicta concluſio, vt interdum detur exceptio doli, fideiuſſori,
86 quæ non competit † principali, vt in *l. fideiuſſor euictionis.ff.de except.doli*, nec equidem

mirum, nam & alibi in multis caſib. datur fideiuſſori exceptio, quæ non cõpetit principali *Bald. in l. cum mulier in col. 9. verb. quæro de vna alia quæſt. ff. ſol. matr.* & ponit *Marſ. d. rub. de fideiuſſ. quæſt. 32. n. 269. & 270.*

Q. 22. Quæro an tempore præſcribatur huic exceptioni. An vero ſit perpetua, & videtur temporalis per textum in *l. quæſitum. §. in dolo ff. de pecul.* vbi ait Iuriſcon. quod in dolo obiiciendo temporis ratio habetur, nam fortaſſis poſt tempus de dolo actionis non patietur dolum obiici prætor.

Secundo exceptio non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis, proxima eſt exceptioni doli, ſiquidem doloſe agit, qui dotem, vel pecuniam non numeratã, quaſi numeratam petit, his vero exceptionib. præſcribitur certo tempore *l. in contractib. C. de non num pecun. §. 1. inſtit. de liter. obl. l. fin. & auth. ibi poſita, C. de dote cauta non numerata.* II. ſicut actio præſcribitur certo tempore *l. dolum. Cod. de dolo*, ita exceptio, cum ex eodem fonte vtraque naſcatur *l. 2. in prin. ff. de dolo.*

Verum tamen contraria ſententia eſt potior, vt inquit *Angel. in §. ſequitur nu. 40. verb. capiamus quartum, de except. per tex.* apertum *in l. pure. §. fin ff. de except. doli*, inquit enim, non ſicut actio de dolo certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda eſt. Nam hæc perpetuo competit.

87 Secundo munitur ratione, Nam quæ † temporalia ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum, vt inquiunt *Doct. arg. d. § fin. & ponit* Angel. *d. loco*, Quibus ſuffragatur ratio ibi reddita à Iureconſulto. Quoniam reus, cuius eſt excipere, in ſua poteſtate nõ habet quando vtatur iure ſuo, atq; ita non poteſt imputari negligentia, aduerſus quam ſunt inductæ præſcriptiones. *§. 1. cum ibi not. inſtit. de vſucap. l. fin. C. de ann. except. l. omnis. l. ſicut*, & ibi *Doct. C. de præſcr. pt. 30. annorum* Balb. *de præſcript.* Confirmatur vltra *Ang.* quia exceptiones ſunt defenſiones, ideoq; fauorabiliores, argum. *l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.*

Corroboro ex *l. exceptiones lect. 1. ff. de except.* Vbi doli mali exceptiones, & rei iudi-
88 catæ † perpetuæ dicuntur. Et ampliatur, vt procedat etiam in duplicatione; quæ opponitur replicationi eſt enim duplicatio de natura exceptionis *l. ſi pactum. C. de pact.* & ibi *Bald de except.* Allegata autem in contrarium, citius dicto ſoluuntur, & primũ quidem nõ facit negocium, quoniam loquitur in replicatione, nõ in exceptione, quæ cũ detur actori procedit à pari cum actione, vt patet, quia *Bart.* ibi ita colligit illũ tex. Duplicationes ſunt temporales, ſicut actiones, quomodo vero hoc procedat, infr. *in tit. de replicatione doli*, exponemus Ad ſecundum reſponſio eſt ante pedes, ſc. quia eſt ſpeciale in illis exceptionib. vt per *Ang. d. §. ſequitur n. 40.* ratio videtur, quoniam non eſt veriſimile, quod maritus, qui ſuſtinet onerá matrimonii confeſſus fuerit recepiſſe dotem, & tanto tempore tacuerit, quemadmodũ in Chirographo longe abeſt a veriſimili, quod ſcriptura dixerit ſe recepiſſe quod non accepit ideoq; citius perimitur, venit n. contra ſuam propriam confeſſionem, ideoq; non facile audiendus. *l. generaliter. Cod. de non num. pecu.* Tertium diluitur ex *d. § fin. l. pure de except. doli*, vbi redditur ratio quam ob rẽ actioni doli præſcribatur, ſecus autem exceptione, quoniam ſc. actori potuit imputari negligentia cum in ſua poteſtate fuerit quandocunque vellet experiri. Plane emergit dubitatio Nũquid iſta exceptio, cũ ſit perpetua, debeat intelligi perpetua in eo ſenſu, quo actiones dicuntur perpetuæ, ſc. vt terminetur ſpacio 30. annorum, ſicut illæ quas perpetuas dicimus eo tempore finiuntur; *l. 3. C. de præſcript. 30. annorum. l. 5. C. ad Maced. l. 6. § vlt. de re iud. §. 1. inſtit. de perpet. & temporal. act.* vbi perpetuo durare dicũtur iure ciuili actiones quæ triginta annis expirant Cæterum alia ſignificatione videtur accipi-
89 endum nomen perpetuum † in exceptione nempe, vt vlla temporis definitione non excludatur, cuiuſmodi eſt naturalis huius verbi proprietas vt *l. 6. ff. quod cuiuſq. vniuerſit. nomin:* ibi perpetua conſuetudo, quæ ſemper ſeruata eſt *l. 23. §. 1. ff. de ſeruit. ruſt. præd.* vbi locus perpetuus habens peremnem, perpetuam, & nunquam areſcentem aquam. *l. 1. § item, ff. vt in flum. publ. & l. 22. § ſi maritus. ff. ſol. matr. l. pen. ff. de vacat. mun.* in quibus perpetuus morbus dicitur, qui cuiq; rei agendæ impedimento eſt, & cuius nulla ſpes eſt ſanitatis. Accipere igitur exceptionem doli perpetuã, ita debemus, authoritate *Cast. in l. except. lect. 1. ff. de except.* perpetuæ inquit exceptiones, quæ ſemper locũ habent, nec euitari poſſunt, qualis eſt doli mali, rei iudicatæ, & pacti perpetui, ideſt ne omnino pecunia petatur, & ita accipitur perpetua exceptio in *l. 24. & l. 40. ff. de cond. indeb. in l. 10. ff. de verb. ſignif. in l. 34. §. vlt. ff. de ſolut.* & validatur ratione, quoniã in actione poſt triginta annos debet puniri negligentia non agẽtis, in cuius poteſtate fuit experiri, nõ ita in exceptione, cum non ſit in rei arbitrio, quando velit exceptionem proponere.

Quæſt. 23.

Quæro an exceptio doli debeat ea omnia continere, quæ requiruntur in actio-
ne de dolo, nempe tempus, locus, perſona, res, in qua dolus ſit admiſſus & videtur af-
firmandum, quoniam militat eadem ratio infamiæ, vtraque enim famoſa eſt. *l. non de-
bet. ff. de dolo iuncta l. 4. §. aduerſus. de except. doli.* Secundo quia crimen doli magnum eſt,
ſiue ex parte actoris ſit, ſiue ex parte rei, at in tanto crimine non licet negare. *l. item e-
xigit ff. de dolo.*

90 Contrarium † probat gloſſ. *in l. ſed ex dolo. ff. de dolo. §. in hoc, in verbo Caius*, dicens
quod ſatis eſt, exprimi perſonam, quę fecit dolum vel ſi alius, quam actor fecit dolum,
debet exprimere perſonam, quæ fecit, ſi eſt de illis, quarum dolus nocet actori. *d. l. 2. ſi.
arg. l. 2. §. 1. ff. de except.* cum in actione perſona facientis dolũ, perſona, cui factus eſt do-
lus, & res, in qua commiſſus fuerit, exprimuntur. *d. l. ſed & ex dolo. §. in hac, & l. ſeq. & gl.
91 ibi.* Ratio † diſcriminis videtur, quia actio non poteſt mihi competere niſi mihi ſit do-
lus factus, vel illi, cuius perſonam repræſento, actio enim non eſt ambulatoria de vno
in alium. *l. ſed & ſi quis. §. ſi operas. ff. de vſufru.* ſed in exceptione doli non ſit, quippe ſuf-
ficit mihi, qui ſum reus conuentus, te non habere ius, ad hoc, vt te excludam. *l. 1. §. 1 ſi
pars hæred. petat.* item quia exceptiones facilius tranſeunt de vno in alium, quam actio-
nes *l. ſi tibi. § pactum. ff. de pact. l. dolia. § fin. ff. de contr. empt. Alber. ex mente Guliel. in l. ſed ſi ex
dolo. §. in hac. ff. de dolo*, ex qua ratione ſublatum eſt ſecundum fundamentum, tollitur
autem primum dicendo, quod exceptio non eſt ita famoſa, ſicut actio, illa enim ſe-
cundum ea, quæ diximus infamat infamia facti, iſta infamat iuris infamia.

92 Sed tamen † aduerte, quod circa locum, & tempus doli, videtur etiam in exce-
ptione, quod proponantur. *Bart. in l. 1. ff. de iniur. Aret. in rub. inſtit. de except. nu. 25. verbo
tertia eſt*: nam probant generalitet per multa iura, quod vbi exceptio infamat ſaltem
de facto, debet exprimi locus, & tempus.

Q. 24. Quæro an excipiens de dolo dicatur fateri, adeo, quod non probans ex-
93 ceptionem, ſuccumbat quaſi † confeſſus obligationem, excitat hanc quæſtionem *Spe-
culat. in tit. de except. & replicat. § viſo quandoq. 3. & 4.*

In qua videtur negandum. 1. ex regula vulgari quod opponens exceptionem, vel
replicationem, quæ etiam exceptio dicitur. *l. 2. §. 1. ff de except.* nõ cenſetur fateri de in-
tentione agentis. *l. non vtique. ff. de except. c. except. de reg. iur. in 6. gl. communiter recepta in l.
ſiquidem in verbo conteſtatione. C. de except. c. cum venerabilis vbi Abb. Fely. Dec. Imol. extra de
recept.* & eſt communis opinio tam Legiſtarum, quam Canoniſtarum, vt per *Soc. in d. l.
non vtique*, imo nec dubiam actoris intentionem declarat, Abbas in *cap. cum venera-
bilis* relatus à *Fely. ibi numero 13. Iaſon & Alexand. in l. decem num. 46. & ſequen. ff. de ver-
bor. obligat.*

Secundo actus agentium non debet operari vltra intentionem eorum. *l. non o-
mnis. ff. ſi cert. pet.* & inducta ad vnum effectum, non debent alium effectum operari, *l.
legata inutiliter. ff. de adimen. legat. l. legata inutiliter. ff. de legat. primo.* ex quibus regulis *Iaſ.
in l. Iulian. nu. 13. ff. de condict. indeb.* verbo *ſecundo benefacit*, concludit reſponſionem ſeu
confeſſionẽ ab aliquo factam ad vnum effectum, non operari contrarium effectum,
dato quod verba illud innuere viderentur intentio eſt excipientis de dolo repellere
agentem, non eius intentionem iuuare, & vna exceptio non poteſt parere diuerſos ef
fectus confeſſionis, & negationis, *gloſſ. magiſtr. in cap. exceptionem de reg. iur. in 6.* Tertio
ſuffragatur à ſimili excipiens de ſentẽtia non recte lata, non videtur fateri latam eſſe,
ſimiliter negans exceptionem eſſe legitimam non fatetur exceptionem, & qui negat
ſe debere pure non cenſetur fateri debere ſe ſub conditione, ita excipiens doloſe ge-
ſtum eſſe contractum, non videtur fateri contractum eſſe.

94 Contrarium † in terminis noſtris probat *Specul.* ſupra citatus, Primo ex regula *l.
in exceptionib. ff. de probat.* quod reus in ſua exceptione eſt actor, ideoque exceptionem
pacti, iuriſiurandi, doli, rei iudicatę, quam oppoſuit probare debet, quod ſi nõ proba-
uerit, ſuccumbet.

Secundo ex *l. quoties. §. qui dolo. ff. eod. tit. de probat.* qui dolo dicit factum aliquid, do
cere debet quamuis in exceptione, dolum admiſſum.

Tertio conuenit. *l. dolo. C. de inutil. ſtipula.* vbi contractus ſtipulationis, dolo initus
per exceptionem debet reſcindi; igitur non probata exceptione, incolumis erit con-
95 tractus, & legitimus. Quid † concludendum? *Dyn. in d. c. except.* diſtinguit de exceptio-
ne generaliter loquens, tum ſpecifice de iſta doli, quod in exceptionib. iuris, vt pacti,
iuriſiurandi; Aut excipiendo ponit, aut ſimpliciter ponit, aut ſub conditione, ſi ſimpli-

citer, quia dicit feciſti pactũ de non petendo obſtare ſententiã, & rem iudicatã, & tũc de ſola exceptione tractandum eſt, abſq; eo, quod actor intentionẽ probet, ſi ſub conditione, puta quia dixerit, nego me debere, ſed ſi apparebit me teneri, dico, feciſſe pactum de non petendo, tunc non videtur confiteri, & ꝓpterea incũbit onus actori ſuam intentionem fundare, & ꝓbat per *tex. in l. ſiquidem. C. de except.* igitur applicãdo, aut excipiens de dolo excipit ſemper, & procedit opinio *Spec.* in quib. terminis ipſe loquitur,
96 Aut ſub conditione, & procedit alia opinio *Fely. in d. c. cum* † *venerabilis num. 13. cum ſequ.* conſtituit regulam negatiuam, cum ſex fallentiis affirmatiuis, non loquitur tamen in terminis doli exceptionis ſed ſunt aliquæ ex his, quæ huic exceptioni poſſunt accommodari.

Prima eſt ſi excipiens non probauerit, tum. n. reſoluitur in vim confeſſionis, ergo non probans doli exceptionem videretur fateri, ſed *Fely.* ibi dubiam reputat hãc limitationem, propter rationes adductas à gl. in *d, c. exceptionem*, Nam ibi inquit gl. qui allegat pactum de non petendo, non probat intentionẽ actoris, non probata exceptione, quia poteſt eſſe quod prima obligatio eſſet nulla, quod eſſet facta ſolutio, quod inſtrumentum falſum cum negetur, non põt dicere iterum quis, nego me debere, cum liceat reo plures, & contrarias exceptiones proponere *c. nullus plurib. de regulis. iur. in 6. cum ibi not.* Altera eſt limitatio. ſc. quando præſumptio eſſet, contra excipientem, vt ſi diceret, occidi, ſed ad meam defenſionem, debet. n. probare exceptionem defenſionis; alias confeſſus eſt de crimine, in propoſito. nunc q excipit de dolo habet contra ſe præſumptionem, quia dolus non præſumitur, niſi probetur, quia bonus quilibet creditur. *l. non omnes. §. à barbaris ff. de re milit. l. merito ff. pro ſocio.* Ego vero, vt dicam quod ſentio, ꝓ
97 cliuior † ſum in ſententiam negatiuam magis cõmunem, vt ſc. ex hac ſola exceptione non cenſeatur fateri de intentione aduerſarii, vt ſc. ex hoc ſolo debeat ſuccumbere; etiam ſi fuerit ſimpliciter, & non conditionaliter ꝓpoſita per ea, quæ dicta ſunt in prima opinione cõmuni, quam etiam ſequitur deciſio *Pedem. 178. nu. 9. & 11. cum ſeq.* cui
98 fauent rationes *d. gl. in c. except.* maxime illa tertia, quod † reus priuilegiatus eſt & plures, caſq; contrarias exceptiones põt proponere, & ideo; qui dixit pactum feciſti de nõ petendo, rurſus põt dicere, non promiſi, & qui oppoſuerat exceptionem doli, cur nõ ſolutionis, vel nullitatis opponere poſſit? & ſicut, qui negat legitimam eſſe ſententiam, non fatetur ſimpliciter latam eſſe ſententiam, ita non cõfitetur promiſſionem, qui dicit doloſam eſſe promiſſionem, nec mouent deducta in contrarium, & primo quæ allegat *Specul.* Nam obtinent quando actor per inſtrumẽtum, vel per teſtes, vel alia legitima probatione, ſuam intentionem probauit, tunc. n. reus, niſi ſuam exceptionẽ probauerit ſuccumbit; & ita in allegatis iurib. per *Specul.* non dubitatur de intẽtione actoris. Ideoq; onus probandi reiicitur in reum excipientẽ, alias actore non probante reus abſoluitur, & ſi nihil ipſe præſtiterit. *l. qui accuſare. C. de eden. l. fruſtra. C. de probat. c. fina. de iureiur. & vbiq; Doct.* Non vrget etiam quod ſecundo loco de præſumptione dicebatur etenim quãdo nocet illa confeſſio, occidi, ſed ad meam defenſionem, conſtat ante a-
99 liunde, quam per confeſſionem de homicidio, & de corpore delicti, nã † ſi de corpore delicti non liqueret non officeret illa confeſſio, *Doct. in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. Franciſ. Caſon. in pract. de term. c. 1. & c. 20. in tractatu crim. diuerſorũ fo.* 412. Ita de pacto, vel de cõtractu, debet aliunde conſtare, ſc. per teſtes, & per inſtrumenta, vel per alias legitimas probationes, & tunc niſi probetur exceptio doli ſuccumbit excipiens patet in *l. dolo. C. de inut. l. ſtipul.* vbi ſupponitur conſtare de contractu, quando dicitur quod per exceptionẽ infringitur doli, ita in *l. in exceptionib. ff. de probat.* ibi cum quis promiſit iudicio ſiſti, & reip cauſa abfuiſſe ſe dicat, & ibidem non ſtetit, probare id eum oportet, ecce cum quis promiſit, textus ſupponit de ꝓmiſſione cõpertum eſſe. Atque iſta opinio eſt cõmunior, & æquior, & late confirmat *Ang. d. §. ſequitur n. 21.* per alias rationes, quẽ vide. Præterea reſpondetur, quod iſta confeſſio dolo promiſi non poteſt diuidi in ciuilibus ſicut *Cyn. in l. . in 13. quæſt. C. de confeſſ.* & ibi *Bal. & Saly Bar. in d. l ſiquidem, & in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de liber. lega. Ang. d §. ſequitur n. 26. verſ. aduerte tamen.* Limitatur
100 hæc † concluſio multis modis, vt vltra *Felyn. per Angel in d. §. ſequitur num. 15. in fine verbo fallit* primo. vno vero modo præcipue, ex quo maxime confirmatur regula in contrarium, ſcilicet quando ponatur intentio actoris ſeparata à ſua exceptione, & poſtea obiiciatur exceptio, tunc enim videtur intentionem agentis confiteri *gl. in d. l. non vtique.* & in *d. regula* exceptionem obiiciens puta ſi dicat verum eſt, quod promiſi tibi decem, ſed dico quod dolo.

De repli-

De Replicatione Doli, Cap. III.

1 *Replicatio doli varijs modis definitur.*
2 *Formula replicationis doli, olim, quæ nam eſſet.*
3 *Replicatio doli quotuplex ſit.*
4 *Quot modis dicitur vnum oppoſitorum, tot dicitur aliud.*
5 *Replicatio, & exceptio ſunt oppoſita.*
6 *Doli replicatio ex eadem cauſa inducta eſt, ex qua doli actio.*
7 *Replicatio doli, quibus competat.*
8 *Contra quos detur.*
9 *Replicationis doli, nouem exempla referuntur.*
10 *Replicatio doli aduerſus parentes; vel patronos non conceditur, item, nec contra perſonas, de quibus in* l. non debet. ff. de dolo num. 12.
11 *Contra perſonas prædictas datur replicatio in factum.*
13 *Replicatio doli denegatur contra parentes ſpirituales; & Vaſallo contra Dominum.*
14 *Affinitas ſpiritualis, maior eſt, quàm carnalis.*
15 *Pater ſpiritualis non poteſt ſine venia in iudicium vocari.*
16 *Item nec furti accuſari.*
17 *Item nec conueniri, niſi quantùm facere poſſint.*
18 *Iudex recuſari poteſt ob conſanguinitatem ſpiritualem.*
19 *Replicatio doli temporalis eſt ſicuti actio.*
20 *Replicatio doli eſt perpetua ſi opponatur ab eo, qui actionem perpetuam propoſuit.*
21 *Replicatio doli vtrum competat aduerſus exceptionem doli.*
22 *Refertur opinio Specul.*
23 *Secundo opinio Bart.*
24 *Tertio alia Bart. diſtinctio.*
25 *Quarto diſtinctio Redoani, quæ eſt Alexandri.*
26 *Teſtis, contra quem obijcitur exceptio infamiæ, de infamia replicare an poſſit opponenti.*
27 *Infames litigatores, infamibus digni ſunt teſtibus.*
28 *Infamia nota non impedit proſequutionem iuris ſui.*
29 *Infamia exceptio facta teſti, dirigitur contra partem producentem, id eſt, vt producenti noceat.*
30 *Teſtimonium proprie dirigitur in iudicem, cui fieri debet fides.*

Q*Væſt.* 1. Tertius ex dolo veniens effectus eſt replicatio, in cuius expoſitione videamus. Primò, quid ipſa ſit. Secundo, quotuplex ſit. Tertio, ex qua cauſa ſit inducta. Quarto quibus & contra quos detur. Quinto quæ ſit eius natura.

Ad primum reſpondens dico, quòd cum ad cognitionem ſpeciei, debeat præcedere cognitio generis. *l. 1. ff. ſi cert. petat. vbi Bart. Dec.* Bologn. *Cagnol.* & alii, operæ precium eſt intelligere quid ſit replicatio, ita enim cognoſcemus, quid ſit replicatio doli,
1 quæ eſt ſpecies. Et ſanè replicatio † definitur vno modo, vt ſit exceptionis excluſio, nam ad excludendam repellendamq; exceptionem eſt inducta. §. 1. *inſtit. de replication.* per eam reſoluitur ius exceptionis & habet ſe eo modo ad exceptionem, vt exceptio ſe habet ad actionem, & propterea inquit *Vlpian. in l. 2. verb. illud. ff. eod.* tam exceptionem, quàm replicationem excluſoriam eſſe, ibi illud tenendum eſt, omnem exceptionem, vel replicationem excluſoriam eſſe Vnam ſe actionis, Alteram exceptionis.

Alio modo definitur, vt replicatio ſit exceptio exceptionis, quippe ſicut exceptio ita dicitur reſpectu actionis, ita replicatio, eo nomine appellatur ratione exceptionis, adeo vt replicatio quoque vocetur exceptio. *d. l. 2. de except. in prin.*

III. modo B*al. in l. ſi pactum. C. de except.* inquit, replicatio eſt actionis acceſſio. Dicta eſt autem replicatio, quod implicatam, & quaſi tectam exceptionis iniquitatem replicet, vt patefaciat. His itaque tribus modis poteſt deſcribi replicatio doli. Et primo, vt ſit doloſæ exceptionis excluſio. Secundo vt ſit doloſæ exceptionis exceptio. Tertio vt ſit doli, vel alterius actionis acceſſio, nam accedit vel ad actionem doli, vel ad aliam actionem, & paulo infra erit perſpicuum, accedit enim actioni ad eam iuuandam contra propoſitam exceptionem. §. 1. *inſtitut. de replicat. in princip.*

Quarta eſt definitio *Specul. in §. fin. in princ. de except. & replic.* Replicatio eſt exceptio competens actori contra exceptionem rei, replicatio doli ergo erit exceptio
2 contra doloſam rei exceptionem inuenta. Eius autem † formula erat (aut ſi) quemadmodum colligitur ex *l. 48. ff. de procur. colum. 7. §. 1. ff. de curat. furioſ.* ibi ſi hæredes

dementis eaſdem res vindicent, quas curator alienauit, & exceptio opponetur, ſi non curator vendiderit, dari debet replicatio, aut ſi ſatiſdatione interpoſita ſecundum decretum vendiderit; erat etiam formula (ſi non) §. *dementis ead. l. & ibi gloſſ.* dicit eſſe verba replicationis, & *dict.* §. *in replicatione* doli agens Iulianus Iuriſcon. ait hæredibus replicatio danda erit, ſi non is, qui agit ſatis dederit; & non modo datur replicatio doli, ſed etiam triplicatio, *dict.* §. *cum dementis*, ibi triplicatio doli obſtabit, vt enim ex parte rei exceptiones inuentæ ſunt, & duplicationes, ita ex parte actoris replicationes, & triplicationes. *l. 2. in fin ff. de except.* § 1. *inſtit. de replicat. Specul. in tit. de except. & replicat.* §. *fin. in princ.*

Quæſt. 2. Quæro quotuplex ſit replicatio doli, & quamuis nec leges inueni-
3 am, nec Doctores huius † replicationis diuiſionem afferentes opinor tamen recte diuidi in duas ſpecies, vnam replicationem doli aduerſus exceptionem doli generalem. Alteram aduerſus exceptionem doli ſpecialem, colligo bipartitam hanc diuiſionem ex *Bart. in l.* 4. §. *Marcellus ait. ff. de exception. doli*, dum ibi diſputans *Bart. num. 1.* an & quando exceptio doli tollatur replicatione doli, concludit exceptionem doli ſpecialem non elidi per replicationem doli, exceptionem vero doli generalem infirmari, ſupponit ergo Bartol. bifariam conſiderari replicationem doli, & modo exceptioni doli generali; modo ſpeciali opponi. Quare non ſecus ac duæ ſunt ſpecies exceptionis doli, ſcilicet generalis, & ſpecialis, ita duas conuenit eſſe ſpecies Replicationis doli, quando ad deſtruendam exceptionem, fuit replicatio inducta, *d. l. 2. ff. de except. &* §. 1. *inſtit. de replicat.*

Confirmatur ex regula Dialecticorum, nam vt definit *Ariſtot. 1. Topicorum*, quot
4 modis dicitur vnum † oppoſitorum, tot modis vſurpatur & alterum, vt ecce eſſe ſui iuris dupliciter contingit, aut propter poteſtatem patris, aut Domini, & ſui iuris eſſe, duplici modo accidit, ſcilicet quia quis nec in patris, nec domini ſit poteſtate §. 1. *inſtitut. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iur. l. 1. ff. eodem.* Exceptio, & replicatio ſunt
5 oppoſita, cum † vna perimat, & deſtruat alteram. *d. l. 1. ff. de exception. & dict.* §. 1. *inſtitut. de replicat.* Exceptio doli eſt ſpecialis, & generalis, ſecundum ea, quæ ſuperius expoſuimus, igitur & replicatio. Exemplum replicationis doli generalis ſumi poteſt ex *l. cum duo. ff. de dolo iuncta gloſſ.* cum habens aliam exceptionem, dicatur habere etiam exceptionem doli. *l. 2.* §. *& generaliter. ff. de exception.* doli, ibi opponens exceptionem rei iudicatæ, ex qua naſcitur etiam exceptio doli. *dict.* §. *& generaliter, & leg. quæ æquitatis. ff. eodem titul.* repellitur ait textus doli replicatione, alterum exemplum eſt apud *Speculum.* § *fin. in princ. de exception. & replicat.* Replicationis vero doli ſpecialis thema eſt in *l. 4.* §. *Marcellus. ff. de exception. doli in leg. ſi duo. ff. de dolo, in leg. 3.* §. *fin. ff. de eo per quem factum erit in cap. dilecti extra de exception. cap. quemadmodum extra de iureiur.*

Quæſt. 3. Quæro ex qua cauſa replicatio doli ſit inducta, & nec Doctores, nec leges, quicquam aperte explicant, puto tamen idem reſpondendum, quod de actione doli, dixit *Vlpian. in l. 1. ff. de dolo, & gloſſ. in l. 1. ff. de exception. doli*, ſcilicet, ne ali-
6 cui † ſuus dolus proſit, vel ſua ſimplicitas obſit, etenim replicatio, vt dictum fuit, ex mente, *Bald. in l. ſi pactum. Cod. de exception.* eſt actionis acceſſio, & præſtatur ad iuuandam exceptionem, id quod exemplo ſit conſpicuum, Mutuo dederam tibi centum, mox dolo inductus feci pactum de non petendo, vel acceptilationem, ago certi condictione ſpeciali ad rem mutuatam, excipis de pacto, vel de acceptilatione, competit mihi replicatio doli, vt eleganter *tradit Spec. in d.* §. *fin. d. exception. & replicat. in princ.* non certum eſt per hanc replicationem fieri, ne malitia aduerſarii inducentis me dolo ad paciſcendum, vel accepto ferendum ei lucrum afferat, meaque facilitas mihi noceat.

Quæſt. 4. Quæro quibus detur replicatio doli, & contra quos concedatur. Ad primum aperta eſt reſponſio, quod ſcilicet detur actoribus deceptis ad iuuandam actionem intentatam, atq; ad elidendam exceptionem propoſitam eius iniquitate de-
7 tecta, quippe † ſicut exceptio doli obiicitur à Reo, ita replicatio opponitur ab actore. *l. 2. in prin. ff. de excep.* & palam eſt ex definitionibus datis Replicationi. Sed contra quos
8 præſtatur? Solutio in † conſpectu eſt, ſc. aduerſus reos conuentos, qui re vera iniuſta exceptione vtuntur, quãuis plerumq; prima fronte iuſta eſſe cẽſeatur. *inſt.* §. 1. *de replicat. vbi Imp.* ait interdum euenit, vt exceptio, quæ prima facie iuſta videtur, inique noceat, quod cum accidit alia allegatione opus eſt adiuuandi actoris gratia, quæ replica-

tio vo-

tio vocatur, euenit quoque, vt & Rei duplicatio primo aſpectu iuſta videatur, ſed propter aliquã cauſam actori inique noceat, & rurſus alia allegatione opus eſt, qua actor adiunetur, quæ dicitur triplicatio, cuius ſpecies in cauſa doli eſt in *d. l. conſilio. §. cum de-*
9 *mentis. ff. de curat. fur.* ſed etiam † replicationis doli exempla referamus, vt illuſtrior eius cognitio fiat; & primum eſt apud *Pomponium l. 3. ff. de pign. act.* relatum à *Spec. in d. §. fin. tit. de exception. & replicat.* vbi cum creditor ſtatim recepturus pecuniam ſuam, pignus reddiderit & is non ſoluerit, egit creditor contraria pigneratitia, excipiente debitore de pignore reddito, replicabitur de dolo, & fraude.

Secundum eſt in *l. 8. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſoluat.* in ſimili ſpecie debitoris & creditoris ibi, doli mali ſuſpicio erit, quæ verba declarat *Alciat. libr. 1. Parerg. cap. 10.* tranſlata ad præſens tempus, vt poſſit creditor replicationem doli mali obiicere.

Tertia eſt apud *Impp. in l. ſub pra textu. Cod. de tranſaction.* in qua licet tranſactio bona fide facta, per inſtrumenta de nouo reperta non reſcindatur ſi tamen dolo aduerſarii ſubtracta fuiſſe inſtrumenta, quibus veritas argui poterat, probetur, licet iterum priſtina actione experiri, quia non erat per tranſactionem penitus extincta, quia ſimplici pacto facta erat, & ſi opponatur exceptio pacti & tranſactionis, replicationis doli mali auxilio remouetur. *Caccialup. in tract. de tranſact. quæſt. 18. & quæſt. 28. num. 5.*

Quartum eſt penes Affricanum in *l. & generaliter ff. de noxal.* in qua habetur, quod cum ſeruus alienus à te bona fide poſſeſſus mihi damnum dediſſet, & ob id in iudicio noxali, dederis eum mihi pro noxa, & poſtea peruenerit ad manus prioris domini, egoque contra illum egero, & ipſe nun ſit paratus ſoluere litis æſtimationem, de dominio excipiat, vtilis mihi doli mali replicatio profutura eſt, & caſus ſane eſt notabilis, quod aduerſus exceptionem dominii, replicetur de dolo, quod habetur etiam in *tractatu actionum magno in duo volumina, fol. 289. num. 5.*

Quintum eſt *Pauli in l. pure. §. Marcellus. ff. de except. doli.* vbi donaui locum Titio, in quo Titius non dum à me tradita poſſeſſione me ſciente ædificauit, perfectoque ædificio nactus ſum ego loci poſſeſſionem, petit à me Titius rem donatam, & ego excipiam quod donatio ſupra legitimum modum facta ſit, de dolo aduerſus me replicandum eſt, dolo enim fecit, ait *Paulus*, quia paſſus ſit eum ædificare, & non reddo impenſas, & ſimilis eſt textus in *l. ſi cum mihi. ff. de dolo.*

Sextum exemplum eſt ab *Vlpiano* poſitum in *l. 4. §. item quæritur ſi vniones verb. contra Senatuſconſult. Macedoniani*; etenim filius, cui non competit exceptio Macedoniani, vt eſt caſus *l. 1. & 2. C. ad Maced.* creditori exceptionem Senatuſconſ. opponat. replicatione doli ſummouetur. *d. verb. contra iuncta gloſſ. in verb. authorum*, dolo enim facit, ſi tempore ſuſcepti mutui aſſerat ſe filium famil. mox deinde quaſi filius clypeo Senatuſconſulti velit ſeſe tueri.

Septimum eſt *Impp. in l. fœminis. Cod. ad Velleian* nam ſi fœmina animo decipiendi intercesſerit alienã ſuſcipiens obligationem, ſi agẽte poſtea creditore vtatur beneficio Velleiani, certo doli replicatione ſuccumbet, facit. *l. 5. eod. tit. et l. ſi decipiendi. ff. eod.*

Octauum exemplum refert. *Alba. conſ. 9. num. 55.* nempe ſi vnus ex litigantibus ſit in dolo non poteſt allegari periurium alterius, repellitur enim doli replicatione per ea, quæ tradunt Innocent. & *Bald. in c. inſinuante extra de teſtibus quorum dict.* inquit eſſet aurea *Felyn. ibi colum. 1.*

Nonum exemplum eſt ſi ſententia ſit lata abſolutoria per obreptionem, & actor iterum agat priſtina actione, ſi excipiatur de re iudicata replicatur de dolo, *Bertach. in verb. abſolutoria in ſuo repertorio.*

Quæſt. 5. Quæro quæ ſit natura replicationis doli, & primo ex his, quæ de actione, & de exceptione doli dicta ſunt in ſuperioribus, pulchræ conſiderationis ſe nobis offert occaſio, vtrum ſc. replicatio, detur contra parentes, atq; patronos, & tenenda videtur ſententia affirmatiua. Primo quia lex prohibet actionem, & exceptionem doli aduerſus eos proponi. *l. non debet. ff. de dolo. l. 4. §. aduerſus ff. de except. doli*, de replicatione non loquimur, ideo erubeſcimus cum ſine lege loquimur. *l. illam. Cod. de collat.* Secundo quoniam, cum parens, vel patronus iniquam proponant exceptionem, quæ inique noceat, argumento. *§. 1. inſtitut. de replicat.* videntur facti indigni illa reuerentia, illoq; honore, quem exhibere liberi tenentur, & liberti, vt diximus in muliere, & filiofamilias, nam illa beneficium Velleiani, iſte Macedoniani auxilium perdit propter iniquam exceptionem.

10 Contraria † tamen ſententia verior eſt, & communiter quam primo ponit,
gloſ. in l. ſi ſuperſtite. C. de dolo, & ſequitur *Saly.* probat *Caſtrenſ. in ſummario*, dum ita colli-
git, contra patrem nõ datur actio doli, ſeu exceptio, vel replicatio ſed loco eorum da-
tur actio, vel exceptio, vel replicatio in factum, eandem ſentit, *Alex. ibi num. 4. in verſ.
per exceptionem*, & nullum inueni contradictorem, probatur autem ex paritate rationis,
vt enim actio, & exceptio doli infamant. *d. l. non debet. l. licet. ff. de obſequiis à liberis & c. &
l. ſi ſuperſtite. C. de dolo.* & propterea denegantur cõtra parentes, & patronos dd. iuribus.
Ita quoqoe replicatio infamiam irrogat cum à dolo proficiſcatur cuius natura eſt de
dolo condemnatum infamare, *l. 1. ff. de his, qui notant infamia.*
Secundo probatur ex *d. l. licet*, in qua ait *Vlpianus* de parentibus, & patronis lo-
quens. Nec exceptiones doli mali, vel patiuntur, & *d. l. 4. §. aduerſus parentes*; etenim
dum negant dari exceptiones doli intelligunt etiam & replicationes, quia replicatio-
nes ſunt exceptiones. *d. l. 2. in prin. ff de except.* ibi. Replicationes nihil aliud ſunt, quam
exceptiones, differunt autem ab exceptione quia illæ proponuntur ab actore, iſta à
reo, vt ibi exprimitur, confirmatur ex rub *ff de doli mali & met. except. iuncto nigro*, in
quo agitur etiam de replicatione, vt in *l. pure in l. 4. §. Marcellus in l. ſi procurator eod. titul.*
11 Quibus conſequens eſt replicationem in factum † contra has perſonas quibus de-
betur reuerentia præſtandam eſſe, gloſſ. & *Doctor. in d. l. ſuperſtite*, eamque verbis tem-
perandi, vt bonæ fidei mentio fiat, vt in actione docet, *Bar. d. l. ſi ſuperſtite*, & nos latius
12 poſuimus ſupra, *in titul. de action. doli*, Infertur etiam non † eſſe dandam hanc doli
replicationem contra perſonas enumeratas, in *l. non debet ff. de dolo*, ſcilicet plebeio con-
tra conſularem; Nebuloni contra virum vitæ emendatioris.
Nec aduerſantur deducta in contrarium, nam ad primum perſpicua eſt ſolu-
tio, quippe loquimur cum lege, & cum ratione. Secundum, euitatur quoniam
ſi ea ratio valeret, vtique & exceptio doli parentibus, atque patronis noceret, ſed ta-
men putauit lex eorum famæ parcendum, & ſatis habuit filios, vel liberos honeſtiori
actione, vel exceptione ſuum conſequi,
Quæſt. 6. Sed an detur hæc replicatio, contra parentes ſpirituales veluti con-
tra leuantem è ſacroſancto fonte baptiſmatis, contra ſacerdotem parrochialem, vel
13 vaſallo † contra Dominum, excitat dubitationem, *Alexand. in dict. l. ſi ſuperſtite num.
4.* & nihil determinans ſe remittit ad *Bald. in cap. 1. §. penultim. de prohibit. alienat. fider-
com.* & ſane denegandam eſſe contra eos non modo replicationem doli, ſed actio-
nem, & exceptionem *primo ex text. in cap. 1. 30. quæſt. 5.* in quo ſcribitur, ita debet di-
ligere homo eum, qui ipſum de ſacro fonte ſuſcepit, ſicut patrem, quia gloſſ. in cap.
ſequenti inquit plus deferendum eſſe patri ſpirituali in exhibitione reuerentiæ, quam
carnali, & illam gloſſ. dicit ſingularem, *Bart. in l. 2. colum. 7. de verb. oblig. st.* & huic ſi-
14 milis eſt alia gloſſa, *notab. in cap. qui dormierit 21. quæſt. 2.* inquiens affinitatem † ſpiri-
tualem, maiorem, & ſuperiorem eſſe, quàm carnalem, & gloſſ. in *cap. aut facta in ver-
bo parentem de pœnit. diſtinct. princ.* dicit non minus puniendum eſſe, qui occidit pa-
trem ſpiritualem, quàm qui carnalem quam gloſſ. dicit notandum, *Alexand. in ad-
dit. ad Bart. in l. Diuus. ff. de parricid.*
Secundo, ſuffragatur, quod quemadmodum filius non poteſt in ius vocare pa-
15 trem naturalem ſine † venia, ita nec patrem ſpiritualem, *Guliel. Cun. Bald & Angel.
Paul. Caſtren. Rom.* Alex. *& Iaſ. & communiter alii in l. generaliter. ff. de in ius vocando. & Fulg.
in l. adoptiuum per illum text. ff. eod. tit.* quicquid in contrarium dixerit *Ioan. Faber in §. pœ-
nales verb. & in eum inſt. de act.*
16 Tertio, pater ſpiritualis † non poteſt actione furti conueniri propter reueren-
tiam, *Bal. in c. 1. §. vlt. col. 4. verb. dubitatur tandem, de prohib. alien. feudi per Feder.* igitur nec
actio, vel exceptio, aut replicatio, cum eodem modo infamet. *l. 1. ff. de his, qui not. infam.*
Quarto, conuenit, quod hę perſonæ ſpirituales, de quibus loquimur, ſicut paren-
17 tes, & patroni non poſſunt † conueniri, niſi in quantum facere poſſunt. *l. licet famoſæ. ff.
de obſeq. à liber. & libert. præſtan. Faber in §. præterea verb. ſed ſi quis, col. 1. & ibi quoq. Ioh. Plat.
Ang. Aret. vterq. col. 1. inſtit. de action.*
18 Quinto, confert, quoniam licet iudicem † recuſare compatrem, aut filium ſpi-
ritualem partis aduerſæ, *Spec. in tit. de appell. §. nunc. dicamus verb. circa hoc in 2. par. Imol. in
cap. cum ſpeciali col. 5. verb. & nota, de appell. in 6.* & ibi *Abbas col. 2. Imol. in c. p..dentiam col. 6.
verb. in glo. duob. de offic. deleg. cum aliis cumul. à Tiraq. de pœnis, cau. 21. nu. 5. ver. quadrae.* De
vaſallo vide *Bald. in d. c. 1. §. pen. de prob. alien. feud. per Feder.*

Quæſt. 7.

Q.7. Quæro an natura replicationis doli ſit perpetua, an temporalis ad inſtar actionis. Et videtur perpetua. Primo quia replicatio eſt exceptio. *d.l.2.in pr.ff.de except.* ibi replicationes nihil aliud ſunt, quàm exceptiones, exceptio autem doli perpetua eſt, *leg.pure.§.fin.ff.de except.doli*, ibi nam hæc ſcilicet exceptio doli perpetua competit.

Secundo ex *l.ſi pactum.C.de except.* ſi pactum interceſſit in exceptione ſine tẽporis præfinitione de dolo replicare potes.

Contrarium, quod imo ſit temporalis, probatur primo *l.quæſitum.§.in dolo ff.de pecul.* vbi ſummat Bart. replicationes ſunt temporales ſicut actiones, & ibi gloſſ. magiſtralis.

Secundo confirmat gl. *in l.2.in ver.replicationes.ff.de except.* Tertio replicatio eſt acceſſio actionis, *Bal.in l.ſi pactum*, adeo quod in libello actionis contineatur etiã replicatio, *Bald.in l.fin.q.17.C.de hær.inſt.* actio eſt temporalis, ergo replicatio, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. Pro concordia, *Bart.in d.l.ſi pactum*, ait. Aut actio eſt perpetua, & tunc exceptio quoquo modo eſt perpetua. Aut eſt temporalis, & exceptio temporalis, iuxta *tit.inſt.de perpet.& temp.act.* quia replicatio regulatur ſecun-
19 dum naturam actionis *d.l.quæſit.* Sed † cum actio doli ſit temporalis. *l.fin.C.de dolo*, ſequitur quod replicatio doli ſit etiam temporalis, ita quod virtualiter ſequitur *Bart.* poſteriorem ſententiam, quam etiam ſentit *Bald.* dum reprobat priorem intellectum gl. & ab ea nõ videtur recedendum, tum ex adductis rationibus, quippe quia replicatio ſapit naturam actionis, & pendet ab actore, qui ſicut pro arbitrio poterat actionem proponere. *l.pure in fine.ff.de except.doli*, ita & replicationem, cum cenſeatur virtualiter deducta in libello. *Bald.in d.l.fin.quæſtio.17.* & proponendo actionem, eſt in cauſa vt detur locus replicationi mediante exceptione, quæ ſtatim obiicitur actioni, & ſi non poteſt proponere actionem, iam tempore excluſus, quomodo proponet replicationem, quæ tantum datur actori?

Non faciunt negocium allegata ex aduerſo, & ad primũ ſolutio ante pedes eſt, nam eſt exceptio in genere; in ſpecie autem differt ab exceptione in genere cum vna Actori competat, altera reo, & ſit ratio diuerſitatis inter vtramque, ex quo pendet replicatio ab actore, & eſt acceſſio ad actionem, quam fuit in ſua poteſtate proponere, ſecus in exceptione rei. *d.§.fi.l.pure.* Ad ſecundum reſp. plures eſſe legis intellectus, & per intellectum fauentem pro d ſpecie contraria. *Bald.* ibi reprobat, & ſecundum alium intellectum quem ibi *Bald* ſubtilem appellat, loquitur in duplicatione, quæ cũ detur reo ad fundandam exceptionem, ſequitur naturam exceptionis, ideoq; eſt perpetua. Porro ad illam diſtinctionem *Bart.in d.l.pactum*, melius conſidero, quod replicatio doli datur etiam pro aliis actionibus præter actionem doli, imò frequentius in aliis, & ideo ſi ordinaria actione agam, tu verò obiicias exceptionẽ pacti de non peten-
20 do, aut dolo extorti, dabitur † replicatio doli; quæ ſicut actio erat perpetua & 30. vel quadraginta annis durabat, §.1. *de perpet.& tempor.act.l.ſicut.C.de præſc.30.ann.* ita & replicatio doli. Sunt alię actiones prętoriæ, quæ plerumq; ſunt annales, §. *1.inſtit.de perp.& tem.act.* & tunc replicatio erit tẽporalis *d.l.quæſit § in dolo.ff.de pec* quæ loquitur in actione prætoria, & ſecundũ primum membrum diſtinctionis. poteſt intelligi *d.l.ſi pactum*, ex quibus colligitur actionem doli abſolute temporalem eſſe quia certo tẽpore finitur biennio ſc. Replicatio doli interdum perpetua, aliquando temporalis, ſcilic. quando competit ad coadiuuandam temporalem actionem & ita eſt diſcrepans ab exceptione, quæ abſolute perpetua eſt *d.§ fi l.pure.ff.de except.doli*, & ita mediam ſeruat naturam replicatio, inter actionem doli, & exceptionem doli.

Q.8. Quęro an replicatio doli detur natura ſua contra exceptionẽ doli altiſſima
21 eſt † quæſtio a legiſtis & canoniſtis variis in locis ventilata & iuriſtæ primum in *l.4.§.Marc.ff.de except doli in l.ſi duo.ff.de dolo in l.cum mulier.ff.ſol.matr.in l.viro atq; vxore.ff.ſol.matr.& l.3 § 1 ff.* de eo per quem fact. erit, *Spec.in tit.de except.& replic.§.fi.ver.* nunquid contra *Ang.in §.ſequitur.num.22.Inſt.de except. Redoar. in tract.de reb.eccleſ.non alien.q.22.ver.poterit tamen fol.472. Canoniſtæ in cap.intelleximus ex.de adul.* & ibi maxime *Inno.& in c.dilecti, & in c.cum eccleſiaſt.ext.de except.in c.nulla de accuſat.in c.gaudemus extr.de diuortiis* quoniam vero ſcribentes vtriuſque iuris, includunt in hoc articulo diſputationem illius regulæ quod dolus cum dolo compenſatur. *l.ſi duo.ff.de dolo.l.3.§.1.ff.de eo per quem factum erit*, Nos attingemus tantum quæ ad hũc locum ſunt neceſſaria, reliqua dicturi in *lib.vlt.* in quo agemus de regulis iuris in materia doli.

Ad ſolutionem igitur quæſtionis accedens. Dico plures inueniri opiniones. Pri-
22 ma fuit † Speculatoris *d. loco*, qui deductis hinc inde iuribus concludit veriorem eſſe
ſententiam negatiuam per *l. 4. §. Marcell.* ſcilicet exceptionem doli replicatione non
tolli, ſed aduerſus aliam quamcunq; exceptionem ordinariam præſtari, vt in *l. 3. ff. de
pignor. act. l. ſicut re. §. ſuperuacuum. ff. quibus modis pign. vel hypot. ſoluitur.* cui conueni-
unt omnia exempla replicationis doli a nobis ſuperius tradita, & declarat ſuam con-
cluſionem, vt tunc ſit ei locus, quando ſuper eodem facto verſantur exceptio doli, &
replicatio, & actor in ſua replicatione certat de lucro, afferens exemplum, dolo te in-
duxi ad aliquid mihi promittendum, & tu poſtea doloſe induxiſti ad liberationem, ſi
egero, vt promiſſa ſeruentur, & tu excipias de dolo, quo me induxiſti ad promitten-
dum, ego non poſſum replicare de dolo, quo me decepiſti ad dandam liberationem,
quippe quia nolo lucrari; & ita intelligitur *d. §. Marcellus.*

Secunda fuit opinio *Bar. in d. §. Marcellus nu. 5.* nam diſtinguens ait. aut exceptio
23 † doli, quæ obiicitur eſt exceptio doli generalis, & aduerſus eam datur replicatio do-
li. Aut eſt exceptio doli ſpecialis, & non eliditur replicatione doli. Primum membrũ
diſtinctionis probat ex *d. l. 4. §. Marcellus verſ. ſequenti*, vbi loquens I. C de exceptione
Macedoniani in cauſa, in qua vere non competeret, vt gl. ibi declarat: nam tollitur re-
plicatione doli, ibi competebat exceptio doli generalis, concurrens cum alia except.
Maced. arg. *l. qui æquitatis. ff. de except.* & confert. *l. cum à te. ff. de dolo. l. 3 ff. de pign. act.* cum
aliis ſupra citatis. Secundum membrum probatur ex *d. §. Marcellus, & ex l. cum par. deli-
ctum. ff. de reg. iur.*

24 Tertia eſt opinio, quæ † ex dictis *Bart.* colligitur in *d. §. Marcellus*, ſi ambo reus, &
actor certent de lucro, vel ambo de damno, vel reus de damno, actor de lucro, *Rom.
conſ. 34. num.* 10. *vol. 3.* Replicatio doli non datur cõtra exceptionem doli, ſiquidem in
pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, tum quia iuſtior eſt cauſa eius, qui certat e-
uitare damnum, quàm qui lucrum captat, ſi actor de damno agat euitãdo, reus de lu-
cro quærendo; tunc locus eſt replicationi, & videtur hoc accidere in *d. l. cum à te. & in
d. l. 3. ff. de pign. act. in l. ſi decipiendi. ff. ad Velleı. l. vtro atq; vxo. ff. ſol. mat.* ſed quod ad hoc vl-
timum membrũ, videtur declarandũ, ſi modo vtriuſq; & Rei, & actoris turpitudo nõ
verſaretur, nam & ſi actor ageret de damno euitando, non propterea repeteret per re-
plicationem doli. *l. 3. ff. de cond. ob turp. cauſ.* non ageret etiam ſi eſſet vſurarius: Nam ob-
iicitur tex. in *c. quia fruſtra de vſur. Roman. conſ.* 285. Quo ad primum membrum diſtin-
ctionem non video quomodo ambo poſſint eſſe in damno, vel ambo in lucro, videtur
enim, quod ſi alter de lucro certet, alter agat de damno, & è contra, niſi exemplifica-
ret in *l. 1. §. fin. ff. eod. per quem fact. erit*, vbi ſtipulator dolo promiſſoris impeditus non
fuit in iudicio & ita eſt in damno, & Promiſſor poſtea dolo ſtipulatoris impeditus fu-
it, quo minus ad iudicium veniret, & ſic eſt in damno, & tunc dicitur ibi non dari re-
plicationem doli, ſed fieri compenſationem.

25 Alia † & quarta eſt opinio *Redoani in tract. de reb. eccleſ. non alienan: quæſt. 22. verb.
poterit tamen. num. 2. fol.* 472. Nam ait, Aut actor non incipit à dolo ſed reus excipiens,
& tunc licita eſt contra exceptionem replicatio doli; veluti emptor ſimpliciter dicit
rem venditam ſibi ab eccleſia, fuiſſe euictam, & ideo petit, vt pro euictione preci-
um ſibi reddatur, etſi non incipit à dolo, ſed reus, qui excipiens dixit non teneri, quia
ſcienter emptor nulliter rem eccleſiæ emerit, tunc licet de dolo replicare vendito-
ris quod ei ipſe illicite vendiderit, ſed ſi actor inciperet à dolo dicens illicite vendidi-
ſti mihi rem, quæ mihi fuit euicta, propterea peto te condemnari ad intereſſe, ſi Reus
excipiat de pari dolo illicitæ emptionis, denegatur replicatio, incipere autem à dolo
videtur non modo ſi actor expreſſe doli, vel fraudis mentionem faceret in libello, ſed
ſi talis eſſet conceptio libelli, vt dolus inde argueretur, *ſecundum not. in cap. 2.* de libelli
oblatione, veluti ſi actio haberet in ſe dolum velatum ſapientem naturam actionis, in
cuius locũ ſucceſſit *arg. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.* & ita videtur eſſe de men-
te *Innocentius in c. intelleximus extr. de adult.*

Eandem diſtinctionem inueni apud *Alex. in l. 3. §. 1. ff. de eo per quem factum erit. nu.*
4. nouo exemplo declaratam: Nam ait, Aut actor à principio ſe fundat in dolo, vt puta
venditor fundi agit contra emptorem, vt fundum reſtituat, quia nullus eſt cõtractus,
ex quo ẽptor non ſoluit gabellam, ſtante ſtatuto ciuitatis, quod contractus, de quo nõ
fuerit ſoluta gabella ſit ipſo iure nullus, Emptor reus excipit de pari dolo, non ſolutæ
gabellæ per venditorem, & tunc non licet ei replicare de dolo per *tex. in d. c. intellexi-
mus*, vbi

mus, vbi Inn. ita intelligit. §. Marc. namq; actor in replicatione non deduxerat, niſi eundem dolum, quem allegauit ab initio, & ideo non conceditur replicatio *Bart. in pr. ff. ſol. matr. per l. 2. & 3. ff. de cond. ob turp. cauſ.* Inſuper Reus tractat de damno. Aut actor in prima petitione non ſe fundat in dolo, ſed in eo, quod ſibi conceditur *de iure com.* abſque dolo rei, vt quia rem vẽdidit, ad precium agit. Tunc ſi reus excipiat, quod contractus non valet, quia actor fuit in dolo non ſoluendo gabellam, tunc poteſt replicare actori quod reus non debet audiri, quia ipſe reus fuit in eodem dolo, & propterea debet fieri compenſatio. *d. l. viro & l. cum mulier. ff. de ſol. matr.*

16 *Quæſt. 9.* Prædictis ſimilis eſt quæſtio, an † teſtis, contra quem obiicitur exceptio infamiæ poſſit de infamia replicare aduerſus eum, contra quem eſt productus, & à quo ſibi opponitur exceptio, & videtur concedenda replicatio per *l. ſi duo ff. de dolo,* & per *l. 3. §. pen. ff. de eo per quem pactum erit iunct. gloſſ.* vbi delictum cum delicto, pœnam cum pœna, negligentiam cum negligentia ait compenſari.

17 Secundo quia tales litigatores † digni ſunt talib. teſtib. *l. pen. C. de heret.* Tertio ex *l. in arenam. C. de inoff. teſtam.* vbi filio querelanti teſtamentum patris de inof. obiicitur infamia, quia pugnauerit in arena, datur replicatio eiuſdẽ infamiæ, ſi pater fuit Arenarius, facit gl. *in l. 3. §. lex Iulia. ff. de teſtib.*

Contraria ſententia placet *Bart. in l. cum mulier. num. 3. ff. ſol. matr. Specul. in tit. de teſtib. §. 1. verb. ſed nunquid excommunicatus Bald. in l. cunctos populos col. 2. C. de ſumm. trinit. & fi. l. Cathol. Idem Bald. Angel. & Imol. in d. l. cum mulier, Innocent. in cap. intelleximus de adult. Felyn. qui de communi teſtatur in cap. antepen. num. 37. verb. in ea gloſſ. extr. de teſtib.* per gloſſ. ibi ſingul. quam dicit ab omnibus approbari, & *gloſſ. in c. ſignificauimus tibi, in gl. 2. in fin. 35. quæſt. 5.*

18 Probatur autem hæc opinio. Quia pars, licet ſit criminoſa, non tamen † repellitur à proſequutione ſui iuris *cap. omnib. 4. q. 6.* maxime quando Reus eſt, quoniam legitima quælibet defenſio reſeruatur. *c. cum inter extr. de ex. epi.* Altera ratio eſt, quia ex-

19 ceptio Infamiæ quæ à parte aduerſa opponitur teſti non dirigitur directe † contra teſtem, ſed contra aduerſarium, cum quo lis eſt, *Innocent. in cap. licet eum ad finem de foro compet.* & cum obiiciatur contra partem, illi non poteſt replicari de iure teſtis *Fely. d. loco.*

30 Tertia eſt ratio quia teſtimoniũ proprie dirigitur iudici, cui fieri † debet fides. *l. quinquaginta ff. de probat.* At Iudex licet pars eſſet infamis non propterea haberet maiorem fidem teſte infami, vt dixit *Bar. in d. l. cum mulier,* per ea quæ notat in ſimili *Innocent. in d. c. intelleximus*, neq; enim propter infamiam partis, creſceret fides teſti infami. Non valent allegata in contrarium, & primum & tertium diluuntur, quoniam procedunt, quando res agitur inter eaſdem partes, ſiue inter eos, inter quos vertitur negocium, ſed in propoſito negocium non eſt inter teſtem, & partem, ita *Bartol.* & Felyn. *in allegatis locis.* Secũdum vero vertitur, quoniam eſt ſpeciale in cauſa hæreſis. *Fely. d. loco,* rationem ſpecialitatis deducit *Bart. d. l. cum mulier,* & ſpeciale eſſe probatur per *Bart. in d. cap. antep. de teſt* ponderando verbum concedimus, & verbum permittimus.

De pœna doli Cap. IV.

1 *Dolus omnium maxima pœna eſt vltio diuina iuſtitiæ.*

2 *Quod Ethnici etiam cognouerunt.*

3 *Contra doloſum, & moroſum omnia iura clamant.*

4 *Dolus veneno comparatur.*

5 *Lex quare tam graui odio proſequatur doloſos.*

6 *Falſas reddẽs ſcripturas, incidit in crimen falſi.*

7 *Teſtis falſum deponens in iudicio nullo, pœna falſi punitur.*

8 *In crimine falſi punitur affectus, licet non ſequatur effectus.*

9 *Dolus qui nemini nocuit, nec promittenti obeſſe potuit, non punitur.*

10 *Si tamen potuit nocere, ſola potentia facit illum punibilem & huius rei exempla proponuntur.*

11 *Ratio huius diſtinctionis affertur.*

12 *Doli magna pœna eſt annullatio actus.*

13 *Ratione doli perditur beneficium electionis, de quo in* l. 2. Codic. de reſcind. vendit.

14 *Quod axioma, duobus modis declaratur.*

15 *Dolus à pluribus commiſſus, intelligitur commiſſus in ſolidum, & quare.*

16 *Clericus propter dolum perdit beneficium.*

17 *Clericus propter dolum carcerari poteſt, puta ſi fugam arriperet.*

18 *Laicus ratione doli ceſſionis beneficio non vtitur.*

19 *Grauatus magno ære alieno, & ſciens, ſi contrahat plura debita, præſumitur eſſe in dolo.*

20 *Vſurarius dilapidans bona, ne habeat vnde reſtituat, ad quid teneatur tam in foro contentioſo, quàm conſcientiæ.*

21 *Vendens equum cum ſuis magagnis, an de aliquo eius vitio teneatur.*

22 *Reſtitutio in integrum poſt quinquenniũ à minore proditur.*

23 *Contractus doloſus, nec per expreſſam ratificationem confirmatur.*

24 *Doloſus perdit beneficium, ne teneatur, niſi in quantum facere poßit, veluti maritus, & quilibet alius gaudens huiuſmodi priuilegio, &* num. 26.

25 *Secus euenit in eo, qui fuerit in lata culpa.*

27 *Beneficium reſtitutionis competens minori, non datur fideiuſſori.*

28 *Fallit ſi interceſſerit in contrahendo dolus creditoris, quod intelligitur de dolo incidenti, non autem de dante cauſam contractui*, num. 32.

29 *Itẽ ſi minor nollet reſtitutionẽ impetrare.*

30 *Reſtitutio obtenta per minorem, prodeſt fideiuſſori.*

31 *Acta in iudicio reſtitutionis per minorem, fideiuſſori non proſunt.*

33 *Dolus tollit priuilegium*, l. quoties. C de rei vendicat.

34 *Dolus tollit compenſationem lucri, & damni inter Socios.*

35 *In impoſitione pœnarum, ſola demerita attenduntur, non autem merita præcedentia, quod etiam procedit in foro Poli.*

36 *Dolus impedit, ne vnus ex correis ſoluent, habeat regreſſum contra alios.*

37 *Ex pluribus Reis, ſi vnus dolum committat, an is teneatur ſolus in ſolidum, an vero omnes, remißiue.*

38 *Fideiuſſor propter dolum perdit priuilegium excußionis. & cedendarum.*

39 *Actio negociorum geſtorum, tollitur propter dolum ſi quis ſui lucri cauſa abſentis negocia geſſerit.*

40 *Nec impenſas repetit.*

41 *Filius licet diſsipauerit legitimam non perdit ius alimentorum in bonis patris, ſed contra ex cõmuni ſententia*, n. 44.

42 *Ius alimentorum eſt de iure natura.*

43 *Nec pacto tolli poteſt.*

45 *Delicto facilius quid amittitur, quàm renunciatione.*

46 *Creditor poſterior præfertur cauſa doti, dolo confeſſata.*

47 *Fideiuſſor propter dolum priuatur beneficio* cap. peruenit de fideiuſ.

48 *Conſtitutum licet regulariter transferat poſſeßionem, fallit dolo interueniente.*

49 *Filiusfam. ratione doli priuatur beneficio Senatuſcon. Macedoniani.*

50 *Item, & Mulier priuilegio Velleiani.*

51 *Societas ob doloſam renunciationem, non finitur.*

52 *Societas ratione doli per mortem non extinguitur.*

53 *Socius, qui dolum commiſit perdit beneficium, ne condemnetur, niſi in quantum facere poßit.*

54 *Quæ nam perſonæ conuenire hoc pacto poßint.*

55 *Donatus in rebus, ratione doli datur redhibitoria actio.*

56 *Dolus facit quem de caſu teneri, licet dolus non fuerit ordinatus ad caſum.*

57 *Doloſus amittit beneficium dilationis rei reſtituendæ.*

58 *Princeps tenetur ſeruare pactum initum per ſubditos cum anteceſſore ſuo.*

59 *Annullatio actus, vel priuatio commodi dicitur pœna.*

60 *Quod declaratur.*

61 *Taciturnitas doloſa punitur.*

62 *Dolus filiæ liberat patrem ab onere iterum dotandi illam.*

63 *Secus ſi filia abſque dolo priorem dotem amiſerit.*

64 *Fundus dotalis quandoq; ob dolum mariti alienatur.*

65 *Sors fugitiua.*

66 *A iudicio ſortis, non datur appellatio, niſi ad ipſam ſortem.*

67 *A iudicio ſortis, nemo dicitur læſus, nec minori datur reſtitutio.*

68 *Iudicium ſortis, propter dolum alicuius reſcinditur.*

69 *Dolus facit quem teneri de euictione, antequam euincatur, ſcilicet re interim perempta.*

70 *Dolus facit venditorem teneri de euictione, etiamſi pacto cautũ ſit ne teneretur.*

71 *Pactum nudum, quod iure canonico parit actionem, propter dolum redditur inefficax.*

72 *Debitor liberandus ab omni ære alieno, doloſè contrahens ob id multa debita, non liberatur.*

SEquitur, vt de vltimo effectu, nempe de pœna doli accuratè diſſeramus Eſt autem
1 pœna duplex. Prima quidem, qua nulla poteſt humano ingenio excogitari maior, eſt,

ior eſt, quod Deus optimus Maximus doloſos odio habet. Altera huic proxima eſt, quod, & leges tum ſuis beneficiis omnib. eos priuāt, tum etiam eorum vlciſcūtur malitiam; prioris pœnę, manifeſta probatio fit teſtimonio prophetico, *Pſ.5* Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus. *Pſalm.11.* Diſperdat Dominus omnia labia doloſa. *Pſ.54.* Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, *Prouer.14.* Filio doloſo nihil erit boni. Ratio diuini odii videtur, quoniam Deus bonitas eſt, cui opponitur malitia, quæ eſt in dolo, *l.1. in princ. ff. de dolo.* Rurſus, quia Deus veritas eſt, dolus autem eſt ſimulatio *d.l.1.§. dolum autem ff. eod.*

Tertio perfecto odio, odit eos Deus, eo quod caritas eſt, quæ diffunditur ad omnium commodum, & vtilitatem, hi vero ad alios decipiendos fraudandóſue ſunt
2 intenti. *d.l.1.§.1. in fine*, id quod veriſſimum eſſe, Ethnici etiam † ſolo lumine naturali cognouerunt, & apud eos poetæ cecinerunt, præſertim *Ouid.15. Metamorphos.*

Inarimem, Prochytemq; legit, ſteriliq; locatas
Colle Pithecuſas habitantium nomine dictas.
Quippe Deum genitor, fraudes, & periuria quondam
Cecropis exoſus, gentiſq; admiſſa doloſæ.
In deforme viros animal mutauit, vt iidem.
Diſſimiles homini poſſent, ſimileſq; videri.

Alteram pœnam probat, trita illa in ſcholis, & in foro regula. Contra doloſum;
3 & moroſum † omnia iura clamant; *Doct. in l. quod te. ff. ſi cert. petat. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obl.* Eandem confirmat & illud axioma quod propter dolum recedunt leges à diſpoſitione iuris communis. *l. auxilium. ff. de minor. l. ſi decipiendi. C. ad Velleian. Repeten. vol. 8. fo. 459. num. 146. Soc. Iun. conſ. 48. num. 25. & n. 49. & 52. & conſ. 44. num. 17. cum ſequent. volum. 1.*

Tertio confirmat doctrina *Fortunii Gargiæ de vltimo fin. in. canon.* dicens, quod dolo malo facta nec iure ciuili, nec naturali, nec prætorio, nec canonico valent ibi *n. 458.*
4 ratio huius odii legalis, vt puto eſt. Quoniam dolus in actib. legalib. vt venenum in † corporib. animalium, ſiquidem ad inſtar veneni, inficit, & corrūpit. Altera ratio, quod cum finis legum ſit, ſalus ciuium, ciuitatis incolumitas, hominumq; felicitas, vt inquit *Cic. 2. de legib.* & ſcriptum reliquit *Ariſtot. 1. Politicorum*, eumq; finem ſola iuſtitia conſequatur, dolo & violentia iuſtitia præcipue impeditur, *Authore Tullio in pri. de offic.* Dolus quaſi vulpis oculi, quaſi vis Leonis, vtrumq; alieniſſimum ab homine, ſed fraus odio digna maiore, Iniuſtitia enim nulla capitalior eſt, quam eorum qui cum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni eſſe videantur, vnde *Ariſtot. 3. Ethicorum* inquit, quod dolo peccans turpior eſt, quàm qui manifeſte contradicit; ideoque Fabricius ille Romanus qui in vnum diues & pauper, dixit mos non eſt Romanorum pugnare dolo,
5 ſed armis, & bello. Quare merito, lex † odio proſequitur doloſos, eoſque punit, ſuiſq; fauoribus reputat indignos;

1	In contractibus.	3	In iudiciis.
2	In vltimis voluntatibus.	4	In aliis actibus.

Ita nunquam dolus debet relinqui impunitus, ſed omnibus imputatur præterquam vulpi propterea quod eſt illi naturalis, vt ex *citato Cicer. loco* fit perſpicuum, & aſſerit *Bald. in l. quæ fortuitus ad finem. C. de pignor. act.* & *Pindarus* ait natiuum ingenium, neque doloſa vulpes; neque rugibundus leo commutare valent, & propterea vulgare prouerbium eſt cum *Vulpe habens commercium dolos caue.* Verum quoniam toties id verum eſſe, quoties dolus alicui noceat; tradit *Tyndar. de teſtib. c. 5. n. 4. arg. l. 1. §. idem Pompon. ait et l. 1. ff. de dolo.* videamus ante omnia, quemadmodum hoc accipi oporteat.

Quæſt. 1. Quæro an dolus neminem lædens, puniatur Et videtur puniendus. Primo
6 à ſimili. Nam qui † falſam reddit ſcripturam incidit in crimen falſi, *Butr. & Abb. in c. cum olim & Fely. in c. ex tenore ext. de reſcript. Afflict. ſu. conſtit. de pœnis eius, qui gerit officium iud. n. 4. Gramm. deciſ. 27.*

7 Secundo teſtis deponens falſum in iudicio nullo † punitur pœna falſi in *cap. nobis. de ſimon.*

8 Ratio eſt, quia in crimine falſi conatus ſubditur pœnæ, licet non ſequatur † Iuc. de poen.
effectus, *gloſſ. in cap. 1. de crimin. falſi.* Quicquid autem dicitur de falſo, obtinet etiam in dolo, quippe falſitas ſine dolo non committitur. *leg. nec exemplum. leg. ſi quis decurio; Codic. de falſis, cap. cum Ioann. de fide inſtrum. Gramm. deciſ. 20. num. 7. Soc. Iun. conſilio 37. num. 28. lib. 2.*

Contrarias partes munit in primis regula iuris, quod falſitas non præiudicialis
non punitur pœna falſi, *gloſſ. in l. domum in ver. priuatim C. de fal.* vbi *Bar. not. Angel. in l. qui
veluti. C. de falſis, Soccin. in conſ.* 103. *vol.* 1. *Ancar. conſ.* 14. *Iaſon conſ.* 155. *vol.* 2. *Alex. conſ.* 70.
vol. 1. *Pariſ. conſ.* 151. *vol.* 4 *Ruy. conſ.* 83. *vol.* 4. *Gomes: in §. pœnales n.* 6. *inſtit. de act.* vbi dicit
communem, prout refert *Gabriel. lib.* 7: *com. opin concl.* 5. II. confert quia teſtis falſum de-
ponens extra iudiciũ non plectitur pœna falſi *Tynd. in tract. de teſt. libr.* 2. *c.* 3. *& c.* 4. vbi
ampliat, etiam ſi teſtis eſſet iuratus.

9 Concluſio ſit cum diſtinctione, † nam aut dolus commiſſus non ſolum nemini
fuit noxius, ſed, nec obeſſe potuit promittenti, vt ſi dolo inductus eſt, aliquid turpe fa-
cere. vt in *l. generaliter, & l. veluti. ff. de ver. obl. gl. in l.* 1. *§. idem Pompon. el.* 1. *in ver. turpis. ff.
de dolo*, & tunc non punitur, *Tynd. de teſt. d. & lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 4. Aut vero non obfuit, ſed ta-
men, talis fuit, qui potuit aliquo modo promittenti præiudicium afferre, & tamen nõ
eſt ſine pœna, probatur exemplo falſitatis, quæ licet non præiudicauerit de facto, ſed
præiudicare potuit, pœnam ſubit, & quidem ordinariam, *Socc. conſ.* 60. *in fin. lib.* 4. quod
10 dicit eſſe memoria dignum *Men. de arbitr. Cent.* 4. *caſu* 306. *num.* 33. attenditur † enim
potentia nocendi, vt idem *Menoch.* tradit *d. loco. num.* 30. *ex Doct. Bart. in l. poſt legatum.
num.* 2. *ff. de falſis, & Socc. conſ.* 104. *col.* 1. *verb. priores caſus*, veluti ſi ſcriptura falſa nocere
potuit ſaltem ad litterarum comparationem, vel ſiquis in ſuo libro rationum falſo ſcri-
pſit aliquem eſſe ſuum debitorem, quoniam & ſi de præſenti liber rationum fidem nõ
faciat, attamen poſt mortem ſcribentis fidem aliquam facere poteſt, quo fit vt, aliquã-
tulum noceat, *Socc. conſ.* 62. *verb.* V. & *vlt. lib.* 1. Dixit etiam *Gabr. in tit. crim. concl.* 5. *li.* 7. *n.*
18. *ver. primo limita*, ſecundũ quam diſtinctionẽ intelliguntur, quæ ſupra deducta ſunt,
& ratio videtur diſtinctionis, quia quando nocere aliquo modo dolus potuit, non
ſtetit, per doloſum, & ideo cautiores reddantur homines viſum eſt eos, non ſane pœna
11 dimittere. Quando vero † nec nocuit, nec nocere potuit ceſſat ratio finalis edicti præ-
toris, quæ fuit, ne cuiquam ſua malitia proſit, vel ſimplicitas noceat, *l.* 1. *in pr. ff. de dolo*,
conſentaneum ergo eſt, pœnã doli ceſſare, *l. quãuis. §. adigere. ff. de iur. patr. l. quod dictum.
ff. de pact. c. cum ceſſante de appell. Bal. in l.* 1. *§. huius rei. ff. de offic. eius, cui eſt mand. iuriſd.*. quid
autem ſi Notarius fecit inſtrumentũ falſum ſed nulliter, quia ſubſtantialem ſolemni-
tatem omiſerit, & ſic nocere non poteſt, vt puniatur propter dolum, vide *Iaſon in l. vbi
pactum n.* 26. *C. de tranſ.*

Quæſt. 2. Hoc ita conſtituto intueamur iuxta prædictum ordinem, quæ ſit pœna
doli in contractibus. Et ſane videtur eſſe multiplex. Prior illa eſt, q contra &c. quan-
12 doq; annullat † ipſo iure, Interdum vero ope exceptionis reſcindit ſecundum diui-
ſionem à nobis datam in titulo de dolo in contractibus, ſcilicet ſtricti iuris, & bonæ fi-
dei, & in dolo dante cauſam, vel incidente, ita vt vno, vel altero remedio, excludatur
doloſus à ſuæ malitiæ lucro. Sequens pœna eſt; quod in arbitrio eſt decepti infirmare,
vel ratam habere cõuentionem, *Imol. in c. cum dilecti, & ibi alii, ex. de empt. & ven.* nec a
dolo inita ſit licet decipienti ab ea diſcedere, quippe allegaret turpitudinem ſuam *Ri-
pa in l. nemo poteſt. n.* 74. *ff. de le.* 1. *Fel. in c.* 3. *de præſump. & in c. lat. de re ind.* At is qui captus
eſt inuito eo, qui dolum fecit poteſt ratum habere cõtractum, etiam ſi eſſet à iure re-
probatus, *Iaſ. in l. iuriſg. §. præt. ff. de pact.*

13 Secunda eſt pœna amiſſionis priuilegii, quod contrahentibus † à iure indultum,
veluti facultas eligendi, de qua in *l* 2. *C. de reſc. ven.* nempe ad iuſtum precium ſupplen-
dum, vel rem ipſam reſtituendam; etenim non datur doloſo, ſed præcipue competit
dolum paſſo, vt veram eſſe ſententiam dixit *Did. Var. reſol. c.* 4. *nu.* 10. *verb. quoties lib.* 2. &
14 communiorem teſtatur *Pin. in d. l.* 2. *part.* 1. *n.* 25. *verb. credo etiam fol.* 94 quod axioma †
dupliciter declarandum eſt, & primo vt id obtineat in dolo vero, non in præſumpto,
qui minor eſt rurſus in dolo ex propoſito, nõ re ipſa, *Did. in c. quamuis, part.* 3. *c.* 4. *n.* 7. *verſ.
vndecima.* Ratio eſt, vt puto, quia alias non eſſet locus vnquam *d. l.* 2 cum ratione læſio-
nis vltra dimidiam, ſit dolus re ipſa.

Secundo procedit in dolo dante cauſam, non in dolo incidente, etenim ſi dolus
dederit cauſam deceptus habet opinionem in terminis. *d. legis*, ſi vero dolus incide-
rit, habeat læſus actionem, ad hoc, vt iuſtum precium integre ſoluatur. denegato ipſi
doloſo iure reſtituendi rem, & repetendi precium ſolutum, Idem *Dydac. dicto verbo
quoties cap.* 4. Ratio principalis concluſionis eſt, quia dolus eius, in cuius fauorem pro-
uiſum eſt, facit ceſſare prouiſionem, *Bartol. in l. & primo ff. ad Velleian. facit leg. nemo. ff.
pro ſocio.*

Donati

Donans omnia ſua bona, vel partem bonorum poteſt renunciare, *l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat.* ſiue expreſſe renunciatio fiat, ſiue tacite, ſecundum eorum ſen-
tentiam, quam veriorem eſſe putat *Tiraq. in præfat. d. l. numer. 96. verb. cæterum vt redea-
mus*, fallit ſi dolo ſit inductus ad renunciandum, nam tunc per huiuſcemodi renun-
ciationem non cenſetur de liberis cogitaſſe ea quidem cogitatione, qua huic renun-
ciationi conſenſum præſtitiſſe videatur, quia dolus excludit conſenſum, ſecundum
notata in *l. eleganter in princ. ff. de dolo*, vbi *Bart.* declarat, & ita in caſu dictæ legis expreſ-
ſum tenuit *Soc. conſ. 263. incip. capio primum col. vlt. lib. 2.* & illud ſingulariter addit, quod
ſi dolus non ſit ſufficienter probatus, ſunt tamen coniecturæ, ex quibus dubium ſit,
an interuenerit nec ne, certe propter hanc dubitationem præſumemus donantē no-
luiſſe liberis præiudicare ex doctrina *Bart.* & aliorum in *l. Titia Seio. §. Imperator. ff. de
legat. 2. Tiraq. in præfat. d. l. n. 92. verb. poteſt igitur dolus.* Igitur eſt in cauſa, vt renunciatio
liberis naſcituris non obſit.

Tertia, Dolus quando à pluribus committitur, in ſolidum intelligitur commiſ-
15 ſus. *Alciat. in l. 4. §. Cato num. 90. cum ſeq. de ver. obl.* ratio eſt, quoniam † dolus non poteſt
ꝑ parte committi, eſt enim, vt ibi dicitur actus indiuiduus, & propterea omnes tenen-
tur in ſolidum. *l. 3. ff. ſi mens. falſ. mod. dixerit l. ſi duo verbo quod ſi lancem ff. depoſ. l. 1. §. ſi apud
duos. ff. eod. tit. l. 26. ff. de noxal.* quod etiam probatur in culpa, vt in ſolidum tamen com-
mittatur. *Soc. & Bart. in d. §. Cato.* & ibi *Alciat.* allegans communem, dicens *n. 92.* in odiū
doloſi hoc eſſe inductum, & procedit dicta concluſio principaliter in omnib. delictis,
eam vero limitat, & pulchre declarat *Caballinus in tract. de diuid. & indiuid. in part. 3. fol.
381. num. 198. vſque ad num. 206.* quid in hæredib. depoſitarii, an teneantur in ſolidum?
idem *Caball. fol. 318. eod. tractat. Bart. in l. eleganter num. 2. ff. de dolo*, vbi declarat quomodo
teneantur.

Quarta, Dolus eſt in cauſa, vt clericus debitor perdat priuilegium capit. *Odoar-
16 dus ex. de ſolut.* nam per eam conſtitutionē † clericus, non habens vnde ſatisfaciat ſuis
creditorib. non eſt excōmunicandus aut aliter moleſtandus, ſed debet præſtare cau-
tionem ſoluēdi, cum venerit ad pinguiorem fortunam, ſed hoc beneficio fit indignus
ob dolum, & ideo tex. ibi conſiderat illam qualitatē, quod clericus recognouerat de-
bitum, atq; ita non erat in dolo, ſed ſi negaſſet poſtea conuictus non tegeretur clypeo
d. c. vt eleganter tradit. Alc. in c. cum non ab homine n. 77. de Iud. præſumptio eſt enim aduer-
ſus talem. *l. ſed hoc ita. ff. de re iud. l. ſi dubitet. §. 1. ff. de fideiuſſ. l. rem alienam in vlt. reſp. de pig.*
in dolo autem clericus eſſe videretur ſi poſt debita contracta, doloſe feciſſet, ne poſſit
ſoluere integrum debitum per *Andream Sicul. in d. c. Odoard. Alc. in d. c. cum non ab ho-
mine n. 79. Dyn. in reg. peccatum in fi. de reg. iur. in 6. princ. concl. Rota in antiquis 83. alias 22. de
reſtit. ſpoliat. Capus Aquenſ. deciſ. 278. part. 1. Puteus deciſ. 56. lib. 1.* vbi pulchre.

Quinta, Dolus eſt etiam in cauſa quod tametſi clericus pro debito ciuili non poſ-
ſit carcerari, *c. lator de pignor. d. c. Odoard Ioan. And. in c. ſi cleric. de ſenten. ex com. in 6. Moder.
17 in l. miles in princ. ff. de re iud.* tamen recte detrudi in carcerem † poſſit, ſi aufugiebat, nam
ita fugiens eſt in dolo, vult. n. creditores fraudare *arg. c. grauis ext. depoſ.* & capi poteſt in
fuga etiam à Laico, argumento *tex. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his. quæ in fraud. cred.*
& tradit ita ſe habere communem *Alc. in d. c. cum non ab homine nu. 71. in fin.* verbo & ſic
reſideo cum communi, nec mirum, delinquit enim fugā arripiēs, quare recte capitur
ad finem, vt obuietur delicto, quod creditoris intereſt ne committatur *Ioan. And. Ioan.
de ligna. Abb. & cæteri in d. c. cum non ab homine.*

18 Sexta, Debitor laicus ob dolum † non poteſt vti beneficio conceſſionis, vt eſt cō-
muniter opinio *Doct. in §. fi. Inſtit. de act.* teſtata per *Alciat. in d. c. non ab homine n. 77. & 78.
Bald. in l. 1. n. 6. C. de tranſact. & n. 9.* quia eſt auxilium miſerorum, non doloſorum, *l. fin. §.
fin. ff. qui in fraud. credit. arg. l. pen. ff. de iur. dot. Ang. Iaſ. & Doct. in l. 1. C. qui bon. cedere poſſunt.*
19 Præſumitur autem debitor eſſe in dolo, ſi ſciens ſe nō eſſe ſoluendo † contrahit multa
debita, & allicit creditores ad ſibi credendum, argumento *l. pen. ff. de iur. dot. Caſtr. in l.
etiam. §. 7. ff. ſol. matr. Roman. in l. etiam filiis. §. licet num. 10. ff. ſol. matr.* vbi infert ad quæſtio-
20 nem de vſurario, qui vt non haberet vnde vſuras reſtitueret, dilapidauit † patrimoniū
an teneatur, & diſtinguit in foro contētioſo, in quo dicit nō gaudere beneficio ceſſio-
nis, quia propter dolum creditur poſſidere, in foro conſcientiæ, *Bart.* dicit relinquen-
dam Theologis. & Rom. ponit deciſionem Theologorum.

Septima Dolus operatur, vt conuentio nihil proſit contrahenti, exemplum eſt,
apud *Alex. in l. ſi quis cum aliter n. 23. ff. de verb. obl.* nam ait, quod ſi quis vendat equum

21 cum ſuis magagnis, cum pacto, quod nolebat eorum nomine † teneri, ſi tamen com-
pertum erat ei de aliquo morbo, & nõ detegit illum emptori, nihil ei prodeſt pactum
ob præſumptum dolum. Quam ſententiam *Alex.* probat in caſu fortiori. Dixerat ven-
ditor vendo equum habẽtem omnes magagnas, & omnes defectus, vtor enim verbis
Alex. & ille equus ſpatularum dolore tenebatur, nec aperuit emptori, illum morbum
in ſpem obligatus eſt ratione doli, *Alex.* ibi multa cumulans, & appoſtill. ibi allogat eũ-
dem *Alex. in l. ſed & ſiquis. §. quæſitum. ff. ſiquis caut. Caball. in tract. de edilitiis actionib. c. 2. n.
24. cum ſeq.* & ſupra nos diximus.

Octaua, Dolus facit, vt contractus alienationis geſtus à minore ſine decreto nõ
22 confirmetur per ratihabitionem tacitam, ſc. quando maior factus tacuerit † per quin-
quennium in tit. oneroſo, vel in tit. lucratiuo longo tempore ſi ſecundum diſpoſitio-
nem *l. vltima. C. ſi maior factus &c.* ita enim eſſe limitandam illam conſtitutionem dixe-
runt *Bald. conſ. 45. vol. 2. Rom. conſ. 54. col. pen. in fin. verb. 3. Menoch. conſ. 29. n. 49. lib. 1. & in
tract. de recuper. poſſ. remed. 15. n. 177. Gabr. in tit. de miner. concl. 4. nu. 8.* Cumulat *Simoncell.
23 de decret. lib. 3. tit. 9. n. 32. com. opin.* citat, & amplius dicit, ſcilicet, quod † contractus do-
loſus, nec per expreſſam ratificationem conſolidatur argumento. *l. 2.* ibi ſi bonæ fidei
poſſeſſor, a contrario ſenſu, & ibi ſpeciali confirmatione, *C. ſi maior factus tradit Roman.
conſ. 49. n. 5.* ſubnectit etiam procedere non modo in vero, ſed etiam in præſumpto, qui
naſcitur ex inobſeruantia ſtatuti, etenim non conualidatur ex *d. l. vltim.* Secundum *Ro-
man. d. conſ. 54. col. 2. Barbat. conſ. 70. col. 3. verb. præterea hoc idem vol. 3. Curt. Iun. conſ. 50. per
totum. Ruy. conſ. 170. verb. ſed videtur n. 29. li. 1. Sed in hoc vlt. aduerſatur. Hiero. Gabr. concl. 13.
n. 14. & ſeq. lib. 1.* & nos diximus ſupra, & credo idem cum Gabriele ſentire *Menoch. d.
remed. 15.* & ſi memini, illa ratio eſt huius opinionis, quia cum eadem *l. vltima* non præ-
ſupponatur ſeruata ſolemnitas legis in contractu minoris, ſi dolus præſumptus impe-
diret ratificationem nunquam eſſet illi conſtitutioni locus.

Nona, Dolus excludit maritum à beneficio, ne teneatur, niſi in quantum facere
24 poſſit, eum enim † ratione maritalis affectionis, & reuerentiæ non teneatur, niſi qua-
tenus facere poſſit, adeo vt pactum in contrarium non valeat. *l. alia cauſa. § fin. ff. ſol. ma-
trim. l. maritum cum ſequenti eod. tit. l. etiam filii. §. licet eodem.* Si dolo fecerit maritus amiſ-
ſo legis beneficio in ſolidum tenetur *d. §. licet. vide Campeg. de dote part. 3. q. 238. ver. no-
no fallit, & quæſt. 246.* vbi duæ ponuntur quæſtiones nempe ſi dolum fecit in reb. pro-
priis maritus, ne ſolidum ſoluere poſſit vxori.

Aut ſi in rebus dotalibus doloſe verſatus eſt, quacunque ratione id fecerit indi-
gnum ſe fecit priuilegio. Cæterum ſi non ad fraudandum vxorem, ſed vt aliis credito-
ribus damnum inferret dolo fecerit in adminiſtratione rerum ſuarum exceptione il-
la ne conueniatur, vti poterit in cauſa vxoris, *dicto. §. licet, & Doct. ibi maxime Roman.
numero 7.*

Q. 3. Quærit ibi etiam vtiliter *Rom.* An id priuilegium ratione culpæ maritus a-
mittat, & arguit pro affirmatiua ex gloſſ. in *leg. verum. §. tempus. ff. pro ſocio,* & ex *d. §. licet à
contrario ſenſu.* Nam ait in rerum ipſius adminiſtratione, non erat culpa ab eo exigẽda,
ergo in adminiſtratione rerum dotalium culpæ habenda ratio eſt, ſecundo etiã indu-
citur ille tex. dum ait in rebus dotalibus dolum & culpam exigi à marito.

25 Verum his non obſtantib. † concludit contrarium per textum in *d. §. licet* ibi in
iudicio de dote, an facere poſſit dolum dumtaxat comprehenditur vt procedit in *c. O-
doard. ex. de ſolut.* & ibi ſi dolo mariti res dotalis interiiſſet &c.

Nam ſæpe dolum repetit, nunquam dicit de culpa, quo ad amiſſionem dicti be-
neficii, & ibi quamquam, duntaxat dolum; quam opinionem poſuit *gloſſ. in d. l. vni. §.
cum autem. l. verum. §. tempus autem cum gloſſ. ff. ſol. mat.* tollit contraria, & primo ſoluit ar-
gumentum à contrario ſenſu, ſumi non poſſe propter prauum intellectum, qui reſul-
taret ex *dict. §. licet in verbo. filius,* ſi dolo mariti, nam culpam Offilius non prætermi-
ſiſſet. Secundum non vrget, quia procedit quo ad contrahendam obligationẽ, & quo
ad vinculum obligationis dotis, non quo ad excluſionem dicti beneficii. Notandum
eſt autem quod quando maritus gaudet hoc priuilegio, ſi venerit ad pinguiorem for-
tunam, poteſt in reſiduo conueniri. *l. nec maritus. ff. ſol. matr.* quod in aliis ſimili priuile-
26 gio munitis procedit, & in *c. Odard. ext. de ſolut.* & hæc † concluſio videtur procedere in
omni doloſo, qui ex priuilegio non poterat cõdemnari, niſi in quantum facere poteſt
Alex. in l. ſiquis dolo n. 3. ff. de re iud. l. vnica. §. cum aut. vbi gl. C. de rei vx. act. & de lata culpa
vide *Campeg. de dote q. 262. cum duab. ſeq. quæſt.*

Decima

Decima pœna doli eſt quod efficit, vt beneficium reſtitutionis, minorum, quod
27 alias, eorum fideiuſſoribus † non competit, quia perſonale eſt. *l. non ſolum. ff. de fideiuſſ.*
arg. l. Marcellus eod. tit. l. 2. in prin. ff. de fideiuſſ. minorum, ſi tamen in principali contractu
dolus interceſſerit creditoris, prodeſt reſtitutio, non tantum minori, ſed fideiuſſori, ſi
28 tamen in principali contractu † dolus interceſſerit creditoris prodeſt reſtitutio, non
tantum minori, ſed fideiuſſori. *d. l. 2. in verb. verum ſi dolo malo.* & ibi vtrique perſonæ,
tam venditoris quam fideiuſſoris conſulendum eſſe. Ratio eſt in odium doloſi, vt gl.
in verb. vtriuſq; , affirmat, nam ſi minori ſuccurrendum foret, citra dolum ſolo ætatis
29 auxilio ad illud priuilegium fideiuſſor non aſpiraret. Extenditur † concluſio etiam in
caſu, in quo minor non peteret reſtitutionem aut petita nollet vti, quia adhuc fideiuſ-
ſor poſſet impetrare argumento text. in *l. ſi poſt. § fin. ff. de bonor. poſſ. contra tabul. l. fin. ff. de*
pactis. l. ex perſona. ff. de fideiuſſor. Bald. in d. l. 2. in fine. porrigens ad omnem aliam defenſi-
onem, quæ reſiderat in perſona fideiuſſoris, vt iſta per *d. l. 2. in verb.* vtriq; conſulendũ.
Declara autem, quod a minore reſtitutio impetrata iuuat fideiuſſorem, vt interim
30 exceptione ſe poſſit munire, non autem quod & pro ipſo † cenſeatur obtenta, debet
enim & ipſe petere, ſiquidem vtrique competit id genus beneficii *gloſſ. in d. l. 2. & Bald.*
ibi num. 51. inferens ad duos notabiles effectus.

31 Primo quod acta facta † in iudicio reſtitutionis minoris, non proderunt princi-
pali, quippe vbi ſententia non prodeſt, nec acta proſunt, nota: *Innocent. in c. cauſam quæ*
extra de teſtibus. Secundo quia fideiuſſori cum ſit maior, cedit tempus reſtitutionis
ex die contractus, ſed minori cedit quadriennium poſt 25. annum, ita fit vt tempus fi-
deiuſſoris, & principalis ſit difforme, quoad curſum ſuum. Declara etiam principa-
32 lem concluſionem, vt in *gloſſ. d. l. 2.* ſcilicet quando dolus in † contractu, cui acceſſit
fideiuſſor incidens erat, nam ex tribus ſolutionibus gloſſ. hanc probat. *Bald. vbi ſ. nu.*
9. etenim ſi fuiſſet dolus dans cauſam, contractus venditionis tamquam bonæ fidei
conuentio non valuiſſet ipſo iure.

Vndecima, dolus tollit priuilegium. *l. quoties. C. de rei vend & l. ſiue autem. §. ſi duo-*
33 *bus ff. de publican.* nam & ſi re duobus vendita ab eodem † venditore, is præferatur, cui
prius tradita eſt, non admittitur, *Bald. in rubr. C. de reuocand. his quæ in fraud. credit. in prin.*
& ibi appoſtill. qui Saly. & Alber. allegat, Saly. in d. l. quoties, in 10. *oppo. Alber. ibi*, & præſumi-
tur adhibitus dolus, ſi ſecundus captus eſt in poſſeſſione. *Marſil. in l. qui duobus. ff. de*
falſis. Et ſi illi, cui à venditore tradita eſt participauit fraudem, in contractu oneroſo,
poteſt ab eo poſſeſſio reuocari, ſi vero ex titulo lucratiuo habuit, indiſtincte reuocabi-
tur ex dolo tantum tradentis, licet ipſe ſit particeps fraudis, *Bald. d. l. eo.*

Duodecima, dolus tollit in ſocietate compenſationem lucri, & damni, etenim
34 licet ſocii † debeant habere inuicem rationem lucri, & damni. *l. Mutius cum lege præce-*
den. ff. pro ſocio. l. ſi negotia. ff. de negot. geſt. tamen ſi dolo vnius ſocii datum ſit in ſocietate
damnum eiuſdemque induſtria multa ſint quæſita ſocietati, non admittitur com-
penſatio, ſed de ſuo reſarcire damnum tenetur, lucrum autem communicare. *l. de illo,*
35 *& l. ob eam. ff. pro ſocio. vbi Bald. not. argumentum.* quod in impoſitione † pœnarum, ſo-
lum demeritum attenditur, & præcedentia merita nihil proficiunt, cui conſequens
eſſe dicit, quod morienti cum peccato mortali bona ante acta opera nihil proficiunt,
quamquam in pœnis temporalibus ſoleat ratio haberi meritorum, vt in *l. ad beſtias. ff.*
de pœnis, facit. *§. ſed quod Princ. pi de iure natur. gent. & ciuil.* ibi, nam quod ob meritum
induſtri alicui, vel ſicui ſine exemplo ſubuenit, confert text. in *l. ad omnes. §. fin. ff. de*
re milit. quem ad hoc dicit ſingularem. *Roman. ſingul.* 138. *And. Sicul. conſ.* 11. *colum.* 4. *lib.*
4. & conſ. 26. colum. 2. libr. 2. Fulg. conſ. 124. colum. fin. Alexand. conſ. 19. circa principium in
fine libr. 7. Memorabile extat exemplum Populi Romani, qui Horatium Homicidii
in ſororis perſona Reum, ob partam ciuitati victoriam, vita donauit, imo apud Rhe-
tores deprecationis eſt locus notiſſimus, eſt enim deprecatio, in qua non defenſio fa-
cti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur, *Cicer. 2. de inuent.* vt ſi pro aliquo claro, aut
forti viro, cuius in rempub. multa ſint beneficia dixeris, quibus conſequens eſt, non
eam eſſe rationem, quam *Bald.* deduxit, ſed illam potius, vt arbitror, quod dum ſocius
lucratus eſt, fecit ſecundum naturam contractus; Natura enim ſocietatis eſt ſtudere
lucro, non diſpendio, *Bald. in l. in rem communem. Cod. ſi certum petat.* at dum intulit dolo ſuo
damnum contra legem ſocietatis venit, cui cum ſit bonæ fidei, nihil eſt magis contra-
rium quam dolus. *l. 3. in fin. ff. pro ſocio.*

Decimatertia dolus impedit ne vnus ex correis, & obligatis inſolidum ſoluens

36 habeat regreſſum † contra ſocios participes doli; etenim ſi vnus ex ſociis obſtricti in ſolidum conuentus totum ſol[illegible] *l. in rem communem* [illegible] *Bald. C. ſi* [illegible] *pet. Bart. in l. reos in 4. quæſt. n. 5. ff. de duob. re*[illegible] [illegible] omnes [illegible] fecerint, v[illegible] plure[illegible] & his vnus vocatu[illegible] in iudicio ſolidum præſtite[illegible] nullam habet contra ſocio[illegible] a[illegible] nec v[illegible], [illegible] cre[illegible] act[illegible] [illegible]. eſt [illegible] *1. § plane. ff. de tutel. & ration. d*[illegible] *rahen.* cuius verba [illegible] ente[illegible] ncio, quia [illegible] [illegible] ex [illegible] conne[illegible] t, neq[illegible] andandæ ſu[illegible] a[illegible] neque [illegible] compet[illegible], quia pr[illegible] lefic [illegible] pœnam ſubi[illegible] [illegible] [illegible] d a cæteris doli partic[illegible] p[illegible] co[illegible] ſequeretu[illegible], ne[illegible] n m v[illegible] la ſocietas eſt m[illegible] [illegible], v[illegible] a[illegible] o[illegible] tio [illegible] x [illegible] o & ta[illegible] de[illegible] ar[illegible] *dtosff.* [illegible] *01.* nam dum ait quod ſi ex duobus dep[illegible] ſitariis, qui dolo verſati ſunt [illegible] p[illegible], v[illegible] a qu od [illegible] pr[illegible] ſtiter[illegible] alter [illegible] on c[illegible]uen[illegible] u[illegible] xem[illegible] d[illegible] m [illegible] quo[illegible] cum aliis non habeat regreſſum c[illegible] ntra a[illegible] iu[illegible] *d. §. plane*, [illegible] & in de[illegible] et cæteri ſc[illegible] berentur, nõ tamen a ſocio ſoluente conuenia[illegible] ur, licet [illegible] de[illegible] ſen[illegible] o *Bart. in d. l. reos in 4. quæſt.* nam obſtat *d. §. plane*, n[illegible] int[illegible] plure[illegible] o[illegible] eſſe re[illegible] re[illegible] ſu[illegible] ex quo videtur eſſe falſa opinio *Bald. in l. 1. n. 6. C. de ſum. trinit.* q[illegible] er da[illegible] os ſit lo[illegible] beneficio diuiſionis. Sed an ſupradicta principalis conclu[illegible] [illegible] plures obligatos in obligatione rem reſtitui, An vero ſit locu[illegible] [illegible] uiſionis, *Repet* [illegible] *l. 6. n. 107. fo. 273. & n. 99.*

Q. 4 [illegible] ſupradicta pœna doli infertur ad quę[illegible] [illegible] ſunt pl[illegible] [illegible] nq[illegible] tunne tene[illegible] tur [illegible] ſolidum, vnus ex his ita o[illegible] gatis, dolu[illegible] c[illegible]
37 [illegible] mis, [illegible] cæt[illegible] r[illegible] s, qui [illegible] hic [illegible] it, an ve[illegible] o[illegible] m[illegible] at [illegible] ine art[illegible] *t. in l.* [illegible] *dem §.* [illegible] *tionu. 72. ff. de verbo. obli.* & [illegible] cæteri repe[illegible] ntes, ad quos [illegible] [illegible] er [illegible] exi[illegible] tnaui.

De[illegible], p[illegible] a, [illegible] ſ[illegible] o[illegible] ob dolum ami[illegible] ti [illegible] iuile[illegible] m ced[illegible] nda[illegible] ū,
38 [illegible] onis *Marſ. mult*[illegible] *deducens in rub. ff. de fideiuſſor. n. 324. per l. ſi dubitetur in §. ita demum* [illegible] *de* [illegible] *deiuſſ. Bald. & Iaſ. in l.* [illegible] *C. de tranſact.*

Decim[illegible] quinta, Dolus tollit actionem ne[illegible] o[illegible] iorum [illegible] ſt[illegible] rt[illegible] ei, q[illegible] a[illegible]
39 [illegible] contemplatione, ſed [illegible] † cauſa ſuſcep[illegible] gerenda [illegible] egocia *l. 6 §.* [illegible] *d & ſ*[illegible] *ff. de negoc. geſt. in quo Iulian.* reddens r[illegible] one ex me[illegible] L. be[illegible], qu[illegible] n. præd[illegible] ſa ac[illegible] edit ſuo lucro, non meo commodo ſtudet, prom[illegible] u[illegible] m potius, quam m[illegible] ge[illegible] m [illegible] e videtur probat[illegible] *l. ex facto. ff. eodem tit. u.* [illegible] *in verbo ita tam*[illegible] [illegible] c[illegible] o[illegible] us fraudis, & [illegible] gloſſ. *in verbo conſcius* m[illegible] a [illegible] a dedu[illegible] [illegible] p[illegible] teſt action[illegible] [illegible] ocio[illegible] g[illegible] ſtorum conueniri, vt quantum d[illegible] n[illegible] [illegible]

40 P[illegible] o autem [illegible] tiqu[illegible] impen[illegible] er[illegible] t hac actione nn[illegible] vtetur dolo e[illegible] [illegible] *d. §.* [illegible] *quis* vbi [illegible] r quando [illegible] Dom[illegible] ſ f. [illegible] le locu[illegible] [illegible] ic etur neminem locupletari cum alterius incommodo, v[illegible] [illegible].

Decimaſexta, Dolus e[illegible] pit filio l[illegible] gitimam, & [illegible] a, *Bald. in Auth. contra* [illegible] *tus num. 8. verb. & facit ad duas quæſt. C. a*[illegible] *Trebell. Alex. in l.* [illegible] *um dotem num* [illegible] *ma*[illegible] Etenim li[illegible] præ[illegible] filio ali[illegible] e[illegible] t[illegible], q[illegible] de [illegible] *nus a-* *liber* [illegible] *um ibi notat ff. de liber. agnoſc. §.* [illegible] *cum ibi notat. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* ne [illegible] l[illegible] timam, r[illegible] que[illegible] e *Auth. vt liceat matr. & auia in princ. Doct. in Auth.* n[illegible] ne *ceſſam* [illegible] nen[illegible] mam filio pater adhuc vi[illegible] aſſi[illegible] nauerit & is dolo [illegible] ea[illegible] pauert[illegible] lucrato conſtituere, aut etiam dare alimenta non tene[illegible], [illegible] tradit [illegible] *contra* [illegible] *atus num 8. & in l.* [illegible] *§. ius naturale ff. de iuſt. & iur. & in auth. e*[illegible] *ſtam.* [illegible] *in auth. quod locum eod. tit. Alex. in d.* [illegible] *cum dotem. § 1. n. 9.* [illegible] e[illegible] s ita eſſe de [illegible] [illegible] *Moder. ibi.*

41 *Quæſt.* 5. Verum contrarium [illegible] ſentiunt [illegible] rique vt *Decius in l. ura ſ*[illegible] *n*[illegible] *mero 5* [illegible] *regin tur. Appoſtill. ad B*[illegible] *in d. &.* [illegible] *uth.* [illegible] *ontra ro*[illegible] *tu in l*[illegible] *C. ſent*[illegible] *ad Alexand. in d*[illegible] *§.* [illegible] *num. 5. verbo dol*[illegible], vel c[illegible] a, & vid[illegible] tiæ
42 fundamentum, quoniam iu[illegible] alime[illegible] t[illegible] rum [illegible] eſt de iure naturæ, [illegible] o pact[illegible] [illegible] p[illegible] *Bald. in l. pactum in fin. Cod. de collat. Specul. in* [illegible] q[illegible] c[illegible] nec [illegible] te p[illegible] teſt r[illegible] nnciar[illegible], *argumento l. cum quid ff. ſi cert. petat. ſacit. lex I* [illegible] *ff. ad Trebellian.* v[illegible] s [illegible] ri [illegible] u[illegible] ſe vi[illegible] ci[illegible], & [illegible] iſſipanti hære[illegible] at [illegible] rogatu[illegible] e at e[illegible] fi[illegible] reſt[illegible] uere, poſt reſtitutionem factam tenet [illegible] [illegible]

Secundo

Secundo accedit *l. libertus, qui operarum. ff. de oper. libert.* Secundum primam lecturam poſitam ibi in gl. *in ver. diuerſa cum ibi not.* per *Iacob. de Aretio*, vbi tametſi patronus perdiderit ius ſuccedendi, non propterea perdit ius alimentorum ergo idem in filio, imò à multo magis, quippe magis videntur alimenta debita filio, quam patrono. Ter-
43 tio arguit *Decius in d. l. iura ſanguinis. num. 6. verb. ſed conſiderandum.* aut pactum † de legitima, vel de alimentis aſſignandis, inter patrem, & filium, non valet ipſo iure, quaſi ſit contra ius naturale, & contra officium paternum, & tunc filius doloſe diſſipans partẽ pro alimentis, vel legitima aſſignata iterum petet, quia pactum fecit, aut ſi pactum valuit, & tunc quomodocunq; conſumſerit non poteſt iterum petere, ſiquidem nõ vi-
44 detur perdere legitimam aut alimenta, quoniam ſemel habuit. † Cæterũ nõ videtur à priori ſententia recedendum in odiũ doloſi, quę communior eſſe videtur per ea, quæ cumulat *Alex. in d. l. ſi cum dotem. §. 1. num. 9.*

Confirmatur ex parabola euangelica de filio prodigo, qui cum portionem ſibi datam à patre conſumſiſſet viuendo luxurioſe ſciens de iure patrem non teneri, iterũ alere, vel nouam portionem contribuere, in ſe reuerſus dixit, ibo ad patrem meum, & dicam Pater, peccaui in cœlum, & coràm te, atque ita, quod iuſtitia ſe conſequi non poſſe ſciebat, miſericordia paterna ſperauit ſeſe conſequuturum nec eum fefellit opinio. Suffragatur, quia aliàs daretur filiis occaſio delinquendi contra *l. in fundo. ff. de rei vendicat.*

Non aduerſantur contraria, nam primum, & tertium vna ſolutione diluuntur, ſiquidem non eſt valida conſequentia, multa enim per pactum fieri prohibentur, quæ
45 tamen per dolum amittuntur, vt ecce maritus per pactum † non amittit priuilegium ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt. *l. alia §. eleganter, & ibi Bart. ff. ſol. matr.* & tamen per delictum priuatur eo beneficio, *l. ſi rerũ. ff. de re iud. l. etiam. §. 1. ff. ſol. matr.* ſed in terminis alimentorum tradit *Speculator in tit. qui filii ſint legitimi, §. 1. ſed pone*, dicens quod licet iure alimentorum renunciari non poſſit. *l. cum hi, & ibi Doct. ff. de tranſact.* tamen per dolum, & delictum ſuum perdit alimenta. ſecundum autem argumentum euitatur, quia ibi dolus nullus interceſſit, vt inquit. *Bald. in dicta authent. contra rogatus, numer. 8.*

Ampliatur principalis concluſio & in lata culpa, ſecundum Baldum ibi, ea ratione; quia dolo comparatur. *l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer.* quod ego intelligo in lata culpa verſutiæ, non in lata culpa ignauiæ illa ratio eſt, quæ verę dolo comparatur, vt tradit. *Zaſius in libro ſingular. intellect.* vbi pulchrè oſtendit duplicem eſſe latam culpam ignauiæ, & verſutiæ, & ex prima infamiam irrogari tradit; non ſecus ac ex dolo.

XVII. Pœna, Dolus eſt in cauſa, vt poſterior creditor præferatur mulieri in dote
46 confeſſata, ſi in † fraudem facta aliquibus cõiecturis appareat, vt videtur eſſe communis opinio *Doctor. in auth. ſed iam neceſſe C. de ſecundis nupt. Alexand. & Bart. in l. 1. C. de iure fiſci lib. 10. Roger. de dote. §. 5. num. 30. Iaſon in §. item ſi quis in fraudem. num. 26. de action.* etenim confeſſio dotis receptæ, poſt tranſitum temporis ad apponendam exceptionem non numeratæ dotis, tantum valet, quantum, vera numeratio, & habet omnia; priuilegia verę dotis non numeratæ & maximo Priuilegium *Auth. res quæ C. comm. de leg. & nocet omnib. credentibus Roland. conſ. 19. & 20. vol. 4. Cephal. conſ. 132. num. 10. 12. in 2. vol.* intellige ſi modo non ſit facta conſtante matrimonio, nam tunc præſumatur facta in fraudem creditorum præteritorum, non futurorum, nam in his requiruntur aliquę coniecturæ, vt conſtet de fraude, & dolo contra futuros creditores, veluti quod breui tempore poſt confeſſionem dotis maritus contrahat nouum debitũ, idem *Rolan. conſ. 74. num. 12. Roger. in tractat. de dote. §. 5. incipit. quinto oportet. nu. 35. verb. ſed videamus*, vbi citat inter alios *Bart. in l. ait prætor. §. 1. ff. de his, quæ in fraud. cred.* tractantem de his coniecturis, & ad materiam confeſſionis dotis receptæ, quando inducat præſumptionem veræ, & numeratæ dotis quo ad prælationem in actione perſonali, & hypotheca. *Rogerius d. loco, num. 30. & num. 38. verb. poſtremo viſo, & Didac. lib. 1. reſolut. cap. 7. n. 6.* declarans quando noceat creditoribus prętеritis. quando etiam futuris *ibi n. 7. verſ. 2.* ex eadem *Alb. coll. 46.* Palã itaq; eſt futurum atq; ita poſteriorem creditorem præferri mulieri in dote confeſſata, anteriori propter dolum commiſſum in confeſſione.
47 XVIII. Dolus priuat fideiuſſorẽ beneficio *c. peruenit extra de fideiuſſ.* Etenim ſi † fideiuſſ. ſoluit p clerico, & is nõ ſatisfaciat, cogitur ſui beneficii aſſignare fruct⁹ &c. redit⁹ tãdiu ſine moleſtia detinẽdos, donec ipſa dãna reſarc. fuerint, & debita ſine dimi-

nutione ſoluta *d.c.peruenit & gloſſ.ibi in verb.indemnem* diſputans an fideiuſſor repete-
re vſuras poſſit, quas ſoluerit pro debitore; Hoc itaque priuilegium perdit fideiuſſor,
ſi dolus interceſſit in fideiuſſore, vt per *Puteum in deciſio. Romana 394.lib. 1.*

XIX. Dolus eſt impedimento, ne conſtitutum operetur effectum ſuum, ſcil-
48 cet † transferendi poſſeſſionem, *Bald.in l. 1.in 2.notab. Cod. de ſuffragio Bart.in l.licet §.*
ſuperuacuum ad fin.ff.quib.mod pignor.vel hypoth.ſolu. & in *l.poſt contractum colum. 1.in fine*
& ibi *Roman.colum.3. ff.de donat.* Certum eſt enim quod conſtitutum licet ſit fictus mo-
dus, & ficta traditio, verum tamen transfert poſſeſſionem. *gloſſ.in l. ab emptione in verſ.*
conſtituuntur, & ibi *Doct.ff.de pact. Bart.in l.ſi is, qui pro emptore colum. penultim. in 7.quaſt.*
verb quid dicemus.ff.de vſucap.& in l.certe.ff. de precario Bald.in l.1.ff.de vſucap. pro donato,
& in *cap. cum veniſſet, col. 1.de reſtitut.ſpoliat. Cornel.conſ.343.colum.3 lib.1.& conſ.8. circa*
primam colum.2.late Tiraq. de iure conſtitut. Ampliat.1. num. 11 & 12. Si tamen interceſſe-
rit fraus, vel dolus in hoc conſtituto poſſeſſionem non transfert per ea quæ dicta ſunt,
id quod maxime obtinet ſi alias præſumptio doli, non fraudis concurrit, veluti ſimu-
latio contractus, vel quod ſit contractus celebratus inter perſonas coniunctas, *Tira-*
quell.de iur.conſtit.part.3.limit.8.per totam. & limit.9 à num.1.vſque ad num.8.per l.data. C.
de donat.& l nihil.in verb.facilior ſuſpicio.ff.de bonis libert.

XX. Dolus excludit filium familias à beneficio Senatuſconſulti Macedonia-
49 ni, *l. 4.§..Marcellus verb. contra* † *Senat.* conſultum Macedonianum, & ibi, *glo.ff.de ex-*
cept.doli, exemplum eſt ſi ſe ſui iuris eſſe, & patrem falſo perſuaſiſſet creditori. *d l.1.* ra-
tio eſſe videtur ex parte eius qui mutuo dedit pecunias, quia iniquitas, vt improbitas
ei opponi non poteſt, cum ſi ſciuiſſet filiusfam. non eſſet mutuaturus, *l.1 ff.ad Macedon.*
ex parte debitoris, quia dolo ſuo ſe fecit indignum Senatus beneficio cuius intentio
eſt ſuccurrere fragilitati conſilii, non dolo filii.

XXI. Dolus repellit mulierem à beneficio Senatuſconſ. Velleiani *l. 2.§. verba,*
50 *ff.eod.* ibi: ſed ita demum eis ſubuenit, ſi non callide ſint verſati, & ibi decipientibus †
mulieribus dogma Senaſconſulti non auxiliatur *l. ſi decipiendi ff.eodem,* ibi, actionem
enim, quæ in dolum mulieris competit, ampliſſimus ordo non excludit. *l. ſi mulier eod.*
tit.l.ſi ſine.§.fin.& l fœminis. Cod.eod. Deceptis enim, & non decipientibus iura ſubue-
niunt. *d l.2 §.verba,* & *Bald. in d. l. fœminis* docet tribus exemplis, quomodo conſtare
poſſit de dolo mulieris, ſcilicet quando diſſimulat, quod eſt, vt in *l.ſi ſine. C.ad Vellea-*
num l.vir vxori.§.vlt.ff eod. Secundo quando ſimulat quod non eſt vt quia ſe induit ve-
ſte virili not.in *l.ſi decipiendi.ff.eod.* Tertio, quia ſimulat in fraudem creditoris negoci-
um ad ſe principaliter pertinere. *l.1 ſupra eod.* vbi not.

XXII. Dolus operatur, vt ſocietas non ſoluatur renunciatione. *l.actione.§ dixi-*
51 *mus ff. pro ſocio,* vbi exemplum doloſæ renunciationis ponitur in eo ſocio, qui cum †
omnium bonorum ſocietatem contraxiſſet, deinde ei obueniſſet hæreditas, ne illam
communicaret, renunciauit ſocietati, & ſubnectit textus maximam pœnam, ideoq;
ſi damnum attulerit hæreditas. hoc ad eum, qui renunciauit pertinebit, commodum
autem communicare cogetur actione pro ſocio. Conferunt, quæ tradit, *Bart. in leg.*
Fulcinius.§.quid ſit latitare, & § ſi aduerſus ff.ex quib.cauſ in poſſeſſ.eat. Dolus inſuper fa-
52 cit ſocietatem tranſire ad hæredes, licet † morte regulariter extinguatur, *leg. 66.§.*
morte. ff. pro ſocio, ibi vt dolus, & culpa, ſed non videtur probare, vt patet ex *gloſſ. ibi in*
53 *verb.geſto.* Dolus etiam in ſocietate operatur, vt ſocius perdat priuilegium ne † con-
demnetur niſi in quantum facere poteſt. *l. verum eſt in princ. & §. tempus autem.ff pro ſo-*
cio, ſed non tantam vim culpa habet, vt dictum priuilegium excludat, vt ibi expreſ-
ſum eſt. Item dolus non acquirendo non facit perdere dictum priuilegium. *l nemo ex*
ſociis.§.1.ff. pro ſocio, ſed dolus in perdendo, & deſinendo poſſidere eſſe debet, vt ibi, do-
lus etiam facit, vt quæ doloſe, vel ex delicto ſunt acquiſita non veniant in ſocietate. *l.*
quod autem cum tribus ſequentib.ff.pro ſocio.

XXIII. Plures ſunt qui non tenentur, niſi in quantum facere poſſunt vt ma-
54 ritus, Patronus, † ſocer, ſocius, & alii, & omnes propter dolum perdunt priuilegium,
Alex.& Doct.in l.ſiquis & l.6.ff.de re iud.l.vnic.§.cum autem,& ibi gloſſ. & Doct. C. de cadu-
cis.d.l.verum.d.§.tempus. Vbi ſocius facere poſſe videtur ſi dolo fecit quo minus poſſit,
quod inquit text. in cæteris, qui id quod facere poſſunt conueniuntur, accipiendum
eſt, eſt autem ratio, quoniam non eſt æquum, dolum ſuum quemquam releuare vt ibi
expreſſum eſt, rurſus & alia ratio eſt, quia dolus pro poſſeſſione eſt arg. *l.qui dolo deſiit.*
ff.de reg.iur.in l.parem eod.tit.in c.pro poſſeſſ.de reg.iur.in 6.

XXIIII. Dolo

XXIV. Dolo fit, vt actio redhibitoria habeat locum in rebus donatis, nam quam-
55 uis ſoleat † dari tantum in his negociis, in quibus precium non interuenit, *l. ad res donatas ff. de adil. edicto Bald. in l. 2. num. 9. de adili. action. Capoll. in d. l. ad res*, nihil enim detrimenti patitur donator, ſi res vitioſa poſtea appareat, vt dixit *Bald. d. l 2. num. 9.* cęterum ſi doloſe verſatus eſt in donatione; donator vtiq; redhibitoria conuenitur. *d. l. ad res in fine*, ibi ſane de dolo donator obligatus, & debet & ſolet; ne quod benigne conſulerit fraudis conſilio reuocet, & ibi *gl. magiſtr. in ver. benigne l. ab illo de adil. act c. 2. n. 6.*

56 XXV. Dolus facit quẽ teneri de caſu, licet non ſit ordinatus ad caſum videl. † quãdo caſus propter dolum non euenit, *l. 1. § ſi rem & ibi not. Caſtr. ff. de poſ. & in l fin. § ſi eu n. 5. ff. ad l. Rhod. de iactu*, refert, & ſequitur *Rosan. in l. 1. n. 47. verb. verſus dolus ff. quod quiſque iuris, Tiraq. de pœn. cõſ. 44. n. 40.* vbi declarant hoc valere in dolo in committendo, non in dolo in omittendo, nam iſte dolus omiſſionis, niſi fuerit ordinatus ad caſum, non obligat doloſum. *l. & in totum. ff. de impens. l. ſi vehenda. § 1. ff. ad l. Rhodiam de iactu.*

XXVI. Doloſus perdit beneficium dilationis ad rem, ſuper qua doloſe verſatus eſt *l. ſi conſtante. § ſi vxor, Bart. & ibi Rom. num. 13.*

57 Nam ſiquis mihi rem commodauerit, & non prohibuerit expreſſe ne alteri † commodem, ſi commodauero, & apud illum deperdatur, habeo dilationem arbitrio iudicis, ad rem inueniendã, & reſtituendã. *d. § ſi vxor*; cęterum ſi contra prohibitionẽ Domini cõmodauero, atq; ita in dolo fuerim verſatus, denegatur mihi beneficium dilationis, vt *Bar. & Rom. & alii* ad illum text. notant, & dicunt ſingulare.

XXVII. Princeps tenetur ſeruare pactum acceſſoris ſui factum cum ſubditis, ni-
58 ſi conſtaret † de ſubditorum dolo, *Rol. conſ. 45. num. 8. vol. 3.* ratio eſt quia fecit illa cõuentio tranſitum in contractum, ſi non obſeruaret, ſed tolleret, ipſe dolum committeret, nec qui cũ illo contraheret, inueniret propter ruptam fidem, *Dec. conſ. 186. n. 4. conſ. 892. n. 7. & Iaſ. conſ. 1. col. 2. ver.* III. Principaliter. vol. 1. Ratio etiã videtur, quia ſicut ſucceſſit in honore, ita in onere ſuccedere debet argumento. *l. nam hoc natura. ff. de con. ind. § 1. inſt. de legit. patr. tut.* tum etiam quia obligatio videtur contracta, cum Principe, vt Principe, & iſta cum dignitate, non cum Principe, vt Traiano, vel Seuero.

XXVIII. Propter dolum annullatio, actus, vel priuatio commodi, dicitur pœna;
59 *Beroius in c. ſuper literis per † illum tex. de reſcrip.* & per tex. *in l. aut facta. ff. de pœnis.* Etenim Dd. videtur generaliter regulam conſtituere, quod annullatio actus, & priuatio commodi ſit pœna *Dec. in d. c. ſuper literis in vlt. not. Can. in c. 2. extr. de conſt. Bero:* declarat hoc
60 eſſe † verum, quando annullatio eſt facta propter dolum, ſed ſi annullatio fieret ratione ignorantiæ, tunc pœna eſſe non dicetur, ſed potius prouidentia actus *d. ca. ſuper literis*, vbi non appellat pœnam loquitur de ſurreptione per ſimplicitatem, & ignorantiam, licet impetratis vti non poteſt, ratio eſt quia vbi dolus eſt, ibi delictũ, & vbi delictum ibi pœna, & ideo ſtante dolo illa annullatio poteſt vere dici pœna, idemq; iuris, vt pœna non eſſet videtur, ſi actus nullus eſſet propter defectum formæ argumento. *l. codicillos § fin. ff. de legat. 2.*

XXIX. Dolus punitur etiam in tacente, quando taciturnitas eſt doloſa. *l. 4. in pr.*
61 *vſq. ad verſ. Iul. ff de excep. doli* & † ibi *gl. in ver.* repellendã. *l. ſi ſine. C. ad Velleian* exemplũ eſt, ſi cum plures eſſent creditores hæreditarii, & mandaſſent Titio, vt adiret hæreditatem, vnus non mãdaſſet decipiendi eius cauſa, mandaturus alioquin ſi nõ foret iſte aditurus, deinde agat exceptione repellitur, gl. ibi quærit cur debeat repelli, quando nec dicendo, nec faciendo dolum commiſit, & reſponde hoc ideo, quia fraudulosſe euenit. Ratio prima dicti eſt, quia dolo vel fraude tacens cenſetur conſentire *Iaſon in l. qua dotis. n. 71. ff. ſol. matr.* XXX. Dolus filiæ liberat patrem ab onere iterum dotandi e-
62 am. Nã ſi pater ſemel dotauerit † filiam, & dos ſine dolo, & culpa eius interierit, teneretur iterum dotare ex diſpoſitione legis, vt patet per *l. vltim. C. de dot. promiſſ.* ſed ſi teneretur ex pacto, vel ex alia diſpoſitione hominis dote quomodocũq; ſemel perdita nõ teneretur iterum dotem conſtituere. *l. ſocius pro ſilia. ff. pro ſocio Ang. Bal. Imol. Alex. in d. l. ſi cum dotem*, ita conciliantes illa iura, quæ videtur diſcrepare. Licet igitur pater, & qui ex diſpoſitione legis tenetur dotẽ cõſtituere ſemel amiſſa dote obſtringatur nouo onere dotationis, tamen fallit ſi dolo, vel lata culpa dos amiſſa fuerit *Tira. in l. boues. § hoc ff. de ſermone verb. ſign. lim. 9. n. 4. ver. ſed & hoc. & n. 14.* nec n. tenetur dotare iterũ, quaſi
63 ſibi debeat imputare. Illud † v. q; obligat⁹ ex lege ad dotãdũ, debeat ſecũda vice dotare, ſi citra culpam dotatæ perſonę ſit amiſſa dos, non videtur procedere in fratre dotãte ſororẽ inopẽ ex ſpeciali priuilegio ſorori conceſſo, ſatis eſt enim, q; ſemel dotauerit,

Ratio diſcriminis videtur, quia facili⁹ amittitur beneficium iure ſpeciali competens,
quàm iure communi arg.*l.cum miles,§.miſsus.ff.de milit.teſt.Tiraq.qui plura cumu-
lat.in d.nu.14.limitat.9.*& dicit contra fratrem videndum eſſe *Alex.in l.ſi cum dotem §.1.
col.1.in fin.cum ſeq.ff.ſol.matr.*

XXXI Dolus operatur, vt fundus dotalis, qui regulariter non poteſt alienari,
l.1.cum ſequent.ff.de fundo dot. tamen ob dolum mariti interdum alienatur ſcilic.ne-
64 ceſſaria † alienatione, veluti ſi accepiſſet in dotem fundum emphiteuticarium,& non
ſoluiſſet Canonem, *Specul.in tit.de emphit.num.138.& ſeq.lib.4.* id enim in pœnam doli
ſancitum eſt.

XXXII. Ob dolum reſcindi poteſt diuiſio, quæ iudicio ſortis facta fuerit argu-
mento *l.maioribus,Comm.vtriuſq.iudic.*vt *l.ſi vxori ff.de aur.& arg.legato;* & prouerbium
65 eſt, de re per dolum celebrata, apud *Sophoclem,* quod latine † ſonat, fugitiua ſors Etenim
licet à iudicio ſortis non detur appellatio, *Bald.in l.vlt.C.comm.de leg.* allegans, §.*pen.in
auth.vt omnes obediant Iud.*ſequitur ibi *Iaſon*: qui id dicit ſingulare & perpetua memo-
66 ria dignum,& in *l.huiuſmodi.§.vlt.col.vlt.de leg.* Primo ratio eſt, quia grauamen † in-
fertur à fortuna, quæ in hoc mundo ſuperiorem non habet ſicut a Principe ſupremo,
non datur appellatio cum ſit appellatio de minori ad maiorem iudicem prouocatio.
Quin imo nec contra iudiciũ ſortis datur minori reſtitutio in integrũ, vt ſingulariter
voluit *Bal.in l.aut prætor.§.vlt.ff.de minor.*& in *l.verũ.§.ſciendũ per eũ tex.ff.eod.tit.* ratio eſt,
quia contra aduerſam fortunam non datur reſtitutio,& ratio rationis eſſe poteſt, quia
vbi ex incerto euentu quis poteſt conſequi lucrum,& damnum, nullo modo læſus di-
67 citur, ſi damnum † conſequatur, etiam ſi minor ſit, arg.*l.de fideic.C.de tranſ.*non datur
inquam contra iudicium fortunæ reſtitutio niſi ea, vt mihi videtur, quã ipſamet for-
tuna præſtare voluerit, ipſa enim quem depreſſerat, erigit *Ouid.3.de triſt.*

Humanaq; memor ſortis, quæ tollit eoſdem
Et premit,
Nempe dat quodcunq; libet fortuna, rapitq;.

68 Prædicta tamen † ceſſant ſi dolus interuenerit, vt diximus, vt ſæpe accidiſſe Da-
rii Hiſtoria, & Cletophontis demonſtrat, quorum alter ſcilicet Darius Perſarum, al-
ter Macedonium regnum ſorte fraudulenta conſequuti ſunt eſt enim diuiſio bonæ fi-
dei, vt ſcribũt *Doctor.in §.quadam inſtit.de action.* ideo debet emendari *d.l.maiorib.Ti-
raquell.de retract.conſang.§ & nos,& ſequent.de iure primogen.quæſt 17.num.95.& n.100.
& quæſt.609 num 9.* vbi ponit fraudulentæ diuiſionis aliud elegans exemplum ex Se-
necæ declamatione; lex erat; Maior frater diuidat patrimonium minor eligat; Alia
lex, liceat filium ex ancilla tollere; quidam cum haberet filium legitimum, & a-
lium ex ancilla ſuſtulit, & deceſſit, Maior frater ſic diuiſit, vt totum patrimonium
ex vna parte poneret, ex altera Nothi matrem; Minor eligit matrem, & accuſat fra-
trem circum ſcriptionis, quia aut patrimonio, aut matre carere, illi neceſſe fuit. Quæ
vero diximus de dolo procedunt non ſolum in dolo ex propoſito, verum etiam in
dolo re ipſa, quando ſcilicet adeſſet maxima deceptio *Bald.per illum text.in dict.leg.
maiorib.iuncta l.ſecunda Cod.quando,& quibus quarta pars lib.10.Tiraq.de iur.primog quæſt.
17.num.97.*

XXXIII. Si dolus interceſſerit,& res vendita, antequam euinceretur perierit;
69 tenetur venditor de † euictione quamuis re ante euictionem perempta non tenetur,
dolo non interueniente. *l.ſi ſeruus ff.de euict.l.ſeruum quem a me.§.fin.ff.de action.empti.l.
ſiquis tibi ſeruum.C.de euict.* quia nemo illum euincit, ſed fatum humanæ ſortis *gloſſ.in
d.l.ſiquis & l.ſi ſeruus,* ſed ſi dolus interuenerit, tenetur, quoniam in odium doloſi ha-
70 betur, ac ſi euictus eſſet, Item ſiquis vendens, pacto ſibi prouiderit, ne de euictione †
teneatur, nihilominus tenebitur, ſi dolum admiſerit. *l.tenetur.§.fin.& ibi Bartol.ff.de a-
ction empt.Caball.de euict §.5.num.65.& 66.verb.trigeſimus ſecundus,* vel ſi venditor ſci-
uit cauſam, ex qua euinci poterat, & tacuit, *Bald.in l.ſi traditio.C.de act empt.* Rurſus
quando donatio incipit à traditione donator non tenetur de euictione, ſed bene ob-
ſtringitur actione de dolo ſi ſcienter re alienam donauit. *l.Ariſto in fine.ff.de do.Cabal.de
euict.§.4.verb.tertius eſt.num.2.*

XXXIV. Ob dolum pactum nudum de iure Canonico non producit actionem
71 licet regulariter † ſine dolo producat eo iure, *Iaſ.in l.iuriſg.§.ſed cum nulla.n.11.ff.de pact.
v.quamuis à fortiori de pactis.n.6.*

XXXV. Præfectus vrbis Romæ, qui coronat Imperatorem habet hoc priuile-
gium

Digitized by Google

72 gium quod † Imperator ſoluit omnia eius debita, & ſatisfacit omnibus eius creditoribus de conſuetudine, ſed cum iam Imperator appropinquaret, præfectus audacior factus contrahit multa debita, propter ſpē liberationis obtinendæ a principe, hoc caſu quia doloſe verſatus eſt, non debet liberari. *Bar. in l. 1. per illum tex. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſ. fuerit*, & ita dolus tollit conſuetudinem.

De Dolo in vltimis voluntatibus Cap. V.

1 *Liberatione legata ab adminiſtratione negociorum, non intell guntur remiſſa, quæ dolo facta ſunt.*
2 *Hæres ob non confectum inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditatis, ſi dolo fuerit inductus ad adeundum.*
3 *Sententia diſparium Iudicum fauore teſtamenti non attenditur, ſi dolo lata ſit.*
4 *Querela inofficioſi teſtamenti, propter dolum amittitur per eum, qui illā erat iure communi habiturus.*
5 *Venditor hæreditatis ob dolū, tenetur præſtare emptori, etiamque ad eum non peruenerunt.*
6 *Hæres propter dolum tenetur reſtituere fideicommiſſum conditionale ante euentum conditionis.*
7 *Quo caſu fit reſtitutio ipſo iure, in odium grauati.*
8 *Hæres nomine legati, licet regulariter cōconueniendus ſit, vbi res extat, fallit ſi doloſe illam alio tranſtulerit.*
9 *Hæres impediens ne teſtator mutaret teſtamentum, perdit hæreditatem.*
10 *Limitatur. & ampliatur.*
11 *Hæres cauſans mortem teſtatoris, hæreditatem amittit.*
12 *Hæres legitimus, ſcriptus in teſtamento, ſi teſtamenti cauſam amittat, quomodo puniatur.*
13 *Hæres accommodans tacite fidem ſuam in fraudem legis, qua pœna puniatur.*
14 *Legatarius propter dolū occupandi rem legatam, propria authoritate punitur*
15 *Hæres dolo ceſſans à vindicanda nece defuncti, non ſolum legatum perdit, ſed, & fideicommiſſum.*
16 *Teſtamentum doloſe aperiens alienum, pœnam meretur.*

QVæſt. 6. Quæro de pœna doli in vltimis voluntatibus. Prima eſt pœna, quod deli-
1 beratione legata ab adminiſtratione † negociorū, non intelligitur quo ad ea, quę geſta ſunt dolo, & hoc in odium doloſi, lex enim odio quo proſequitur interpretatur diſpoſitionem teſtatoris contra doloſum. *Aurelius. §. Caius*, & ibi *Bart.* cōmuniter probatus. *ff. de liber. legat. Dec. in l. contractus, num. 42.* vbi plura cumular. *ff. de reg. iur.* & nulla ſumetur interpretatio, quæ faueat doloſo, vt diximus in pacto, nam pactum ſemper ita debet interpretari, vt commodum non perueniat ad doloſum. *Rom. in l. ſi ab hoſtibus ff. ſol. matr.* vbi exemplum ponit.

Secunda Dolus facit, vt hæres etiam non confecto inuentario non teneatur vltra
2 vires hæreditarias, quamuis regula ſit in cōtrarium. *l. fin. C. de iur. delib.* nempe ſi † creditores hæreditarii dolo induxerint hæredem ad adeundam hæreditatē, quam ſua ſpōte non erat aditurus, tex. eſt ſingularis quem in hoc expedit *Bal. d. in l. fin. ff. de dolo*, & propterea ſi ab iis conueniatur vltra vires hæreditatias habet exceptionem doli.

Tertia, Ratione doli non attenditur ſententia plurium iudicum diſcordantiū quę
3 fauet teſtamento, nam † & ſi quando in querela inofficioſi teſtamenti pars iudicantiu contra teſtamentum, pars ſecundum id ſententiā dederit, quod interdū fieri ſolet, humanius eſt ſequi eius partis ſententiā, quæ ſecundum teſtamentum pnunciauit; fallit ſi de dolo iudicantiū in fauorem ſcripti hæredis conſtiterit, *l. ſi pars. ff. de inoffic. teſta. Alex. in l. duo iudices. ff. de re iud.* diceris, quod quemadmodum quando duo iudices ferunt diuerſas ſententias, attenditur illa, quæ eſt lata pro reo, vt in *l. inter pares eod. tit.* præterquā in cauſa libertatis ita quādo lata eſt vna ſentētia cōtra teſtamētū; alia p teſtamēto; valet quæ fauet teſtamēto, niſi euidenter appateat iniquitas, facit. *l. teſtam. ff. de reg. iur.*

Quarta, Propter dolum amittitur querela inofficioſi teſtamenti, ab eo, qui illā erat
4 iure cōmuni † habiturus. *l. nihil intereſt, cū gl. ff. de inoff. teſt.* ibi: idque fraudulento cōſilio fecerit; Nā ſi pater filii ſeruū in teſtamento hæredē fecerit, & is priuſquā iuberet ſeruo, vt adiret manumiſerit, vt ille ſuo arbitrio adiret hæreditatē, idq; fraudulēto cōſilio fecerit ſubmouebit ab actione *d. l. nihil*, & aliàs maligne inſtituta q̄rela inofficioſi pdit q̄tunque ſibi teſtamēto relicta ſunt, ſi modo nō erat ei data, cū onere reſtituendi alteri

maligne autem videtur inſtituiſſe ſi vſque ad ſententiam perſeuerauerit, in iudicio, *l. Papin.* §. *meminiſſe*, & ibi *Dd. ff. de inoff. teſt.*

Quinta, ob dolum venditor hæreditatis tenetur præſtare emptori etiam quæ ad
5 eum non peruenerunt, Nam cum iure venditionis † ſit obligatus tradere emptori,
quicquid ad eum peruenerit de illa hæreditate, vel in futurum peruenit. *l. 2.* §. *1. & ſequent. ff. de hæred. vel actio. vend.* dicitur perueniſſe ſi dolo fecerit, ne perueniret, veluti ſi
alienauit aliquid, vel etiam accepto quem liberauit, ſiue egit dolo malo, ne acquireretur hæreditati. *dict. leg. 2.* §. *ſed & ſi quid dolo*, vbi id etiam extenditur ad latam culpam.

6 Sexta, Dolus eſt cauſa, vt reſtitutio fideicom. conditionalis, fiat ante conditionis †
euentum. *l. imper. ff. ad trebell* vbi pater hæres inſtitutus, & rogatus reſtituere filio ſuo,
cum erit ſui iuris, diſſipabat bona ſubiecta fideië. & faciebat multa in fraudem fideie.
inquit rex, patrem cogendum reſtituere, fideicomm. nondum impleta conditione emancipationis. *d. l. imperator.* & ibi *Bart. & Dd. & max. Alex. n. 3.* dicentes eum textum
continere ſingularem caſum, nec alibi clarius reperiri ſecundum Imolam, & declarat ex mente Baldi in *rub. Codice de reu. his quæ in fraud. cred.* procederet vbi conditio eſſet appoſita à teſtatore in fauorem fideicom. quia tunc hęredi diſſipanti, eſſent
totaliter auferenda bona, arg. *l. in fideicom* §. *cum Polidius de uſur.* ſed ſi in fauorem hæredis grauati, bona hæreditaria, eſſent ponenda in loco tuto, ita quod cõmoditas medii temporis non ſubtrahatur grauato.

Septima, In odium doloſi reſtitutio ex Trebelliano Senat. fit ipſo iure abſq; reſtitutione hæredis grauati. *l. pen.* § *fin. C. ad Treb.* cũ n autem inquit Imper. aliquis hæreditatem reſtituere iuſſus eſt, & dolo malo, vel poſt litem conteſtatam, vel antea ſe cõtumaciter celauerit, ipſo iure trãſeunt vtiles actiones. Regulariter hæc reſtitutio Trebelliani fit per reſtitutionem hominis ſc. per hæredem grauatum, vt §. *1. inſt. de fideicom.*
7 *hær. in tit. ff. ad Trebell. & d. l. pen.* arguendo à ſpeciale fallit ob dolum † grauati, & fit Ipſo iure, ſiue vt Bald. ibi inquit, per legem, ita quod in pœnam doloſi fit reſtitutio legalis non hominis, vt per *Bald. ibi Caſtr. & Bar.* qui ponens practicam illius legis,
dicit, quod fideicom. debet eſſe cautus, quod hæres oneratus fideicom. citetur perſonaliter, vel q; appareat in actis, quod citatio ad eius notitiã peruenerit, ita quod iudex
poſſit pnunciare hęredẽ latitare, vel dolo malo ſe occultare, neq;. n. ſufficeret, q; Iudex
pronunciaret eum ſimpliciter eſſe contumacẽ, quoniam oportet, cum eſſe verũ cõtumacem, & ad perfectionem huius practicæ *Caſt. ibi n. 3.* addit iudicis officium eſſe pnunciare etiã hæreditatem haberi pro reſtituta, aliàs nõ haberetur, dicens hoc eſſe de
mente *Bar. in l. ſtipul. in fin. pr. ff. de nou. oper. nunc* & in ſimili non ſufficit, cum ſit excuſſio;
quoad ex actis appareat eã factã eſſe, ſed requiritur, vt Iudex pronũciet eã eſſe legitime
factã, Ita quod duo debet pronunciare iudex, primum quod hæres eſt doloſe contumax II. quod hæreditas habeatur pro reſtituta, & illud ſecundum reputat Caſt. magis
neceſſarium, quippe quoad primum ſatis eſt, conſtare ex actis de citatione, relatione
nuncii & accuſatione contumaciæ.

Octaua, Dolus eſt in cauſa, vt in petitione legati recedatur ab illa regula in fauorẽ hæredis comparata, vt ſc. res legata ibi exigatur, vbi eſt *l. quod legatur. ff. de re iud. l. cum*
8 *res.* §. *ſed ſi alibi. ff. de leg. 1.* nam ſi hæres dolo malo † eam ſubduxerit, & alibi tranſtulerit;
in pœnam doli eſt ibi præſtanda, vbi petatur, *d. l. quod legatum*, & *d.* §. *ſed ſi alibi*, q; ita accipiendũ eſt, ſi legatum in ſpecie præſtitum fuerit per actionem perſonalẽ. Nam quãtitas ibi præſtari debet, vbi petitur, niſi diuerſa mens teſtantis colligatur. *d. l. quod legatũ*
vbi etiam dicitur, quod ſi per actionẽ realem ſemper vbi res eſt legata, ibi peti debet,
& quod de dolo hęredis dictũ eſt, ad culpam etiã extenditur *d. l. cum res.* §. *itaq; ſi Stichus*
& de petitione legati, vbi peti debeat eſt gl. *ſing. in d. l. quod legatur in gl. fin.*

Nona, Ob dolũ commiſſum ab hærede, ne teſtator mutaret teſtamentum, in quo
9 ſcriptus erat, vel ab hærede † legitimo, ne teſtamentũ fieret, vel vt teſtes non veniant,
& per hoc deficiat facultas teſtamenti faciendi, denegantur hæredi actiones hæreditariæ, & in pœnã doli aufertur ab eo hæreditas, tamquam ab indigno, *Dd. in l. 1.* §. *ſi dominus & l. 2. ff. ſi quis aliq. teſt. prob.* & ibi Dd. vbi extenditur ad dom. cuius ſeruus hæres
erat. inſtitutus, nã & huic hæreditariæ denegantur actiones ſi dolo fecerit ne mutare-
10 tur teſtamentũ. † Limitatur vero in legatario, qui grauatus erat legatũ reſtituere, nam
& ſi dolo fecerit admittitur ad legatum, quod non ipſe eſt habiturus, ſed ad aliũ tranſlaturus ampliatur in hærede fideic. grauato. nam & is in pœnam doli priuatur quarta

Tre-

Trebel. cuius commodum fiſcus ſentiat, dodrantis autem fideic. ampliatur ad patrem
cuius filius in poteſtate, erat ſcriptus hæres. *l. 5. §. ſi pater ff. de his quibus vt ind.*

X Propter dolum commiſſum ab hærede, qno factum eſt, vt teſtator, à quo eſt
11 inſtitutus, moreretur, ſc. † vel medicum non adhibendo, vel malum adhibendo, vel
alimenta non ſubminiſtrauerit, vel aliter neceſſe parauerit eſt factus indignus hæ-
reditate, quod non modo in dolo comprobatum eſt, ſed etiam in culpa. *l. indignum cum*
ſua gl. ff. de his, quib. vt indignis.

XI. Ob dolũ hæredis accommodantis tacitã fidem teſtatori, in fraudem legis, ſc.
12 † de reſtituẽda tota, vel parte hæreditatis incapaci ſc. ei, qui per leges prohibitus eſt ex
teſtamẽto capere, vt ſunt nothi, & ſpurii *l. in fraud. iuris*, & *l. ſeq.* fit hæreditate indign⁹,
& eius loco fiſcus ſuccedit. *l. eum, qui tacitũ. l. in fraudem & l. ſequenti. ff. de his quib. vt ind.*
l. 23. cum ſeq. ff. eod. & dixi latius in *tit. de dolo in vltimis voluntatibus.*

XII. Ob dolũ hæres, qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato, vel alio modo poſſi-
13 deat hæreditatẽ, vt fraudẽ † faciat legatariis, incidit in edictũ *ff. ſi quis omiſſ. cau. teſt. l. 1.*
cũ ſeq. eo. Ampliatur in eo, qui à ſubſtituto accepit pecuniam, & omiſit vt ſubſtitut⁹, qui
legitimus erat atq; ita ab inteſtato ſuccederet excluſis legatis, nam vterq; tenetur ex
illo edicto, ſed ſi omiſerit nulla accepta pecuniã, ſed tamen in gratiã ſubſtituti, in necẽ
legatariorũ eſt locus vtili actioni ex illo edicto & pro legatis poſſeſſ. hæreditatis cõue-
niatur. *l. 3. & ſeq. ff. de pet. hær. l. 6 §. non ſimpl.* ibi ſi modo nulla colluſio, & *§. ſi patron ff. eo.*
tit. ſoluuntur a. legata cũ beneficio legis falcidiæ. *l. duo. §. 1. ff. eod.* XIII. Ob dolũ legata-
14 rius incidit in edictum. *ff quorũ legatorũ*, ſc quando propria † authoritate occupauit le-
gatũ. *l. 1. ff. quorum legat.* nã vt ibi dicitur, æquiſſimum eſt neminem ſibi ius dicere oc-
cupatis legatis. XIV. Si hæres dolo non vindicauit necẽ defuncti teſtatoris, non modo
15 perdit eius hæreditatem, vt † in *tit. ff. ad Sillan* ſed etiam fideic. quod ſibi à dicto defun-
cto ex alterius teſtamento erat reſtituendũ, *l. propter venent. § 1. ibi dolus punitus eſt. ff. ad*
Syllanian. vbi *Bart. ait in ſummario*, ei, cui aufertur hæreditas, vt ab indigno propter do-
lum non reſtituantur actiones confuſæ, dolus. a. cenſetur, cum ſcit hæres mortẽ, & non
vindicat, ſi poteſt *d. §. 1.* ibi interfectũ ſciẽs & *gl. ibi in* verbo dolus limitatur verbo ſi in-
dignus ſit factus, non dolo, ſed culpa, vt ibi, & gl. magiſtralis declarat, tunc enim fidei-
com non perdit. XV. Ex dolo eius, qui contra edictum prętoris aperuit teſtamentum,
16 datur actio popularis, cuius pœna in † centum aureos ex bonis damnati extenditur
cuius pars præmii nomine datur ei cuius opera conuictus erit, pars in publicum redi-
gitur, *l. pen. §. ex hoc edicto. ff. ad Syllanianum, & ibi Bart.*

De pœna doli in iudiciis Cap. VI.

1 *Appellatio ratione doli conceditur vbi alias denegaretur.*
2 *Idem in facultate dicendi de nullitatẽ.*
3 *Edere tenetur, qui propter dolum deſiit habere edendi facultatem.*
4 *In actione ad exhibendum, nõ reiicitur exceptio doli, licet aliæ repellantur.*
5 *Plus debito petens; pœna doli mulctatur.*
6 *Fallit, appoſita clauſula, ſaluo iure, ſuperflui.*
7 *Doloſè ſe offerens liti, tenetur perinde ac ſi poſſideret.*
8 *Poſſeſſor malæfidei amittit impenſas, in re aliena factas.*
9 *Titulus doloſè quæſitus, non excludit petitionem hæreditatis.*
10 *Dolus minoris excludit eum à beneficio reſtitutionis.*
11 *Ratio huius dicti explicatur.*
12 *Limitatur tribus modis.*
13 *Minor circũuentus in danda libertatẽ, licet datio ſubſiſtat habet doli actionem.*
14 *Dolus tollit actionem, quod metus cauſa.*
15 *Propter dolum datur iuramẽtum in litem, & quæ ad hoc requirantur.*
16 *Maiores 25. annis cauſa doli, perdunt reſtitutionem, ſi quando eis competat.*
17 *Arbiter poſt cauſam tractatam, poteſt cõpelli, vt laudum ferat, ſi recuſet, quia videtur de dolo ſuſpectus.*
18 *Ius habens reuocandi donium, vindicando iniuriam, priuilegium ſuum retinet in odium doloſi.*
19 *Procurator agens ad rem nomine alieno, & ſuccumbẽs, ſi poſtea agat nomine proprio, repellitur propter dolum.*
20 *Dolo faciens, vt res aliena pereat, non modo ad illam tenetur; ſed etiam ad fructus.*
21 *Ebrius, an, & quatenus excuſetur à delicto; & comparetur furioſo.*
22 *Ignorans, vel affectans ignorantiam, quatenus puniatur.*

23 *Appellatio in cauſa poſſeſſionis admittitur concurrente iudicis dolo.*
24 *Exceptio doli eſt fundata in iure naturali,*
25 *Similes exceptiones ſtatuto tolli non poſſunt, ideo nec doli.*
26 *Doloſo non exiſtente ſoluendo, datur deceptro regreſſus contra eum, qui ex dolo lucrum percepit.*
27 *Et an hoc caſu requiratur excuſsio doloſi.*
28 *Expenſa litis, dolo promiſſa non debentur.*
29 *Statutum prohibens laudum redigi ad arbitrium boni viri, non habet locum in arbitrio doloſo.*

QVæſt. 1. Quæro ex ordine de pœna doli in iudicio, quæ multiplex eſt.

Prima, eſt quod Dolus facit, vt ei qui propter dolum ſuccubuit in iudicio,
1 detur appellatio non obſtante † ſtatuto, quod non poſſit appellari *Franc. in c. dilectus eo-lum. 4. verſ. limita, ext. de appellat.* ratio videtur, quia ab omni diſpoſitione præſertim legis, cenſetur dolus excluſus, extenditur vt dicta ſententia doloſe lata non tranſeat in rem iudicatam, licet ſemper tutius ſit appellare ſiue dolus fuerit cōmiſſus ex parte iu-
2 dicis, ſiue ex parte vnius ex litigantib. extenditur etiam, vt à tali ſententia dici poſſit † de nullitate, & ſi ſtatutum, tolleret etiam dictionem nullitatis; *Plotus* multa cumulás in *l. ſi quando. §. 6. n. 8. & 9. C. vnde vi.*

Secunda, Dolo deſinens poſſe edere rationes, & ſcripturas, in iudicio, tenetur in
3 pœnam doli perinde † ac ſi haberet vnde ederet *Iaſ. & Doct. in l. vbi exigitur. ff. de edendo*, ratio eſt, quia ſicut dolo deſinens poſſidere habetur pro poſſeſſore, & ideo conuenitur rei vendicatione. *l. qui reſtituere, & ibi doctores. ff. de rei vend.* Scribētes maxime *Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acq. poſſ.* ita detinens ſuo dolo poſſe edere, perinde, ac ſi facultatem haberet edendi, edicto de edendo tenetur.

Tertia, Ob dolum in iudicio ad exhibendum non reiicitur exceptio doli, quamuis
4 in hac actione reiiciantur exceptiones, quæ requirunt † altiorem quæſtionem & reiiciuntur in directa iudicium re exhiberi iuſſa. *l. 3. §. ibid. ſubiungit. ff. ad exhibendum. his. §. idem Iulian. eod. tit. l. 7. §. idem ſcribit eod. tit. l. 9. in pr. eod. in § ſi quis rem, & ibi in verb. ſi tibi l. 14. eo. tit.* in quib. probatur etiam quod dolo deſinens poſſidere conuenitur actione ad exhibendum, quibus conuenit tex in *l. rogaſti §. fin. ff. ſi cert. petat.*

Quarta, Qui per dolum cautionem pluris exigit, & plus petit litem conteſtando
5 in pœnam † doli perdit cauſam, *Soc. in reg. 44. incip. cautionem Bellon. conſ. 23. n. 15. Bar. in l. edita col. 3. verb. hoc fallit. C. de edend. & ibi Purpur. n. 29. Iaſ. in l. ex maleficiis n. 57. de act. Rom. conſ. 391. n. 6. ver. vt propoſita. & conſ. 346. in hac cauſa n. 9.*

Ampliatur, vt procedat etiam de iure Canonico *c. 1. & ibi Cum. ext. de plus petit. Abb. conſ. 71. n. 8. vol. 1.* ſi dolus enim eſt neceſſarius *l. 1. iuncta gl. in ver. nullo diſpendio. C. de plus petit. § ſi quis agens,* & ibi *Doct. de act. Ludouic. in deciſ. Peruſin.* ob dolum ſtipulatio iudicatum ſolui, quæ continet etiam de defendēdo, committitur, & ſi reus fuerit abſolutus, nam cum per dolum vicerit habetur pro non defenſo. *l. ex clauſula,* & ibi *gloſſ. & Bart. ff. iud. ſolui,* facit *l. 48. & ibi gl. in ver. ex doli. ff. de petit. hær.* Fallit quando eſſet appoſita clau-
6 ſula ſalutaris † ſaluo iure ſuperflui *d. deciſ. n. 10. 11. 13.*

Quinta, Qui doloſe offert ſe petitioni hæreditatis, vel rei vendicationi, & gene-
7 raliter alicui † petitioni, reſtituet, in pœnam doli, ac ſi poſſideret. *l. etiam ſi putauit. §. non ſolū. ff. de petit. hæred.* ibi Celſus ſcribit ex dolo eum teneri, doloſe facere tamē qui ſe petitioni offerat, quam ſententiam Marcellus generaliter apud Iulianum probat, omnē qui ſe offerat petitioni quaſi poſſidentem teneri. *l. fin. ff. ſi vſusfr. petat. in fin l. 48. ff. de petit. hæreditatis,* limitatur autem ſi actor ſciat eum non poſſidere tunc enim non ab alio, ſed ab ſe ipſo decipitur, ideoque Reus abſoluitur. *l. is qui ſe obtulit, & l. ſeq. vbi Barto. ff. de rei vend. & gl. ibi in verb. abſoluendus* adhibita diſtinctione rem omnem abſoluit nam ſi actor ſciat offerentem ſe liti non poſſidere, nec ante litem conteſtatam, nec poſt ei aliquid imputare non debet *l. nam ſi actor. ff. de rei vend. & l. qui ſolut. ff de petit. hæred.* Si actor ignoret, & is qui ſe obtulit vſque ad litem conteſtatam perſtiterit, in contradictionem, condemnabitur. *dict. l. is qui ſe obtulit,* Si vero eum pœniteat ante litis conteſtationem, & actor quando iſte ſe obtulit nolebat à certa perſona petere, & condemnatur. *l. ſin autem. ff. de rei vendic.* ſin autem non ſatis actori liquebat contra quem ageret, quia forſan ignorabat poſſeſſionem, & ante litem conteſtatam pœnitentia peracta abſoluēdus eſt. Sexta, Doloſus poſſeſſor circa expenſas factas in re poſſeſſa, in pœnā, ſui doli, eſt deterioris cōditionis, quā bonæ fidei poſſeſſor. *l. certe illud. & §. ſeq. inſtit. de rei.*

8 *deret. diuiſ.* vbi redditur ratio, quia ſibi imputet, qui ſciens in † rem alienam impendit:
nam bonæ fidei poſſeſſor vtiles, & neceſſarias deducit. *l. plane ff. de petit. hæred.* iſte ne-
ceſſarias tantum, *l. domum. C. de rei vend.* ille deducit expenſas legitime factas, & ſi res
non ſit meliorata iſte non niſi res ſit reddita melior. *d. l. plane in fine.* æquiparantur autē
in ſumptibus factis occaſione quærendorum fructuum. *l. ſi à patre. § fin. cum duabus ſe-
quent. ff. de petit. hæred.* & dixi *ſupra in tit. de except. doli*, vide aliam differentiam in *l. 2. § ſi
ſed ſi conſuluit. ff. de petit. hæred.*

Septima, Licet titulus excludat petitionem hæreditatis, tamen fallit vbi titulus
9 eſſet doloſe † quæſitus, *Bald. in l. quoties num. 7. Cod. de rei vend.* etiam ſi præſumptiue
conſtaret de dolo, & ibi appoſtill.

Octaua, Dolus minoris repellit eum à beneficio reſtitutionis in integrum in pœ-
10 nam ſuæ malitiæ. *l. ſi ex cauſa † iudicati. §. nunc videndum. ff. de minor. l. auxilium eod. titul.*
11 ratio eſt † quia fruſtra legis auxilium inuocat qui in legem cōmittit, *d. l. auxilium in fin.*
vbi etiam redditur alia ratio, quia ſcilicet neque in delictis, neque in calumniatoribus
prætorem ſuccurrere certi iuris eſt, dolus enim delictum eſt. *d. §. nunc videndum in ver.*
12 *nec his ſubuenietur*, iuncto verſ. vt puta ſi dolo, limitatur † tribus modis. primo quidem
ſi in damno dato maluit negare cum confitendo, euitaret pœnam dupli. Secundo, ſi
potuit pro furto, cum damno decidere, & maluit litigãdo quadrupli quam dupli pœ-
nam ſubire, nam his caſib. reſtituitur in integrum. *d. §. nunc videndū*, ratio videtur, quia
licet in principali negocio ſit dolus, tamen in his, quæ poſtea ſequuta ſunt, ſc. inficia-
tione, & recuſatione, tranſactionis imbecillitate conſilii potius, quàm dolo, videtur
lapſus. III. Quia licet minor in dolo nõ reſtituatur, tamen ratione miſerationis ætatis
Iudex ad mediocrem pœnam deſcendit, *l. auxilium ver. in delictis* fauent q̃ copioſe ſcri-
bit *Tiraq. de pœnis cauſa 6.* IV. limitatur in minore 18. annis, vt ei parcatur in delictis in o-
mittendo per *tex. in auth. ſi captiui cū ſua gl. C. de epiſc. & cler. Iacob. Aret. Imol. Butri. Saly.* &
ferme omnes in *l. ſiquis in tantam. C. vnde vi. Corn. conſ. 247. Tiraq. de pœnis cauſ. 44. nu. 45.*

Nona, Minor aduerſus libertatem datam ſeruo regulariter non habet reſtituti-
13 onem fauore libertatis, tamen ſi dolo fuit † circumſcriptus datur ei actio de dolo non
quidem aduerſus libertatem, ſed in id quod minoris interfuit non manumiſiſſe. *l. 10.
§. fin. cū duab. ſeq. ff. de min.* & hoc pacto conſultū eſt minori, & ſalua cauſa libertatis, cuiꝰ
fauore multa contra cōmunes regulas inducta ſunt. *§. fin. inſt. quib. alienare licet, vel non.*

Decima, Propter dolum denegatur actio quod metus cauſa ei, qui dolum fecit,
14 vt metum † pateretur. *l. is qui d. ita opera. ff. ex quib. cauſ. maior.* vbi Vlp. reddens rationem
ait, quoniam nullus metus eſt ſi dolus intercedit.

Vndecima, Ob dolum iuratur in litem contra doloſum. *l. in actionib.* & ibi omnes.
15 *ff. de in litem iurando. l. ſi quando. vbi Plat. C. vnde vi*, quæ autem requirantur, vt † ratione
doli d. iuramentum præſtetur, non ſolum ponunt interpretes dictis legibus, ſed & *Pra-
cticus Papien. in forma libelli in reſp. reconuentionis in gloſ. iuris iurandi nu. 18. fol. 68.* dicens qua-
tuor eſſe neceſſaria, vt ſit locus huic iuramento. Primo, vt interueniat dolus aduerſa-
rii. Secundo qualitas, & natura rei ad hoc apta. Tertio debita qualitas actionis. Quar-
to, habilitas perſonę iurãtis, & ſingula requiſita elegãter per plures numeros declarat,
& ſubdit *n. 20.* pro tēpore debeat eſſe dolus admiſſus, vt cōcedatur d. iuramētū in litē.

16 XII. Maiores 25 annis † in quib caſib. habent à lege reſtitutionem in integrum,
eam propter dolum amittunt, *l. 1.* ibi aut ſine dolo malo reip. cauſa abeſſet. *ff. ex quib.
cauſ. maior. l. 4. eod. tit.* vbi dolum malum abſentis Reip. cauſa eo dicitur pertinere ſi re-
uerti poſſet, & non reuerteretur cōfert tex. in *l. 24. & in l. 26. §. hæc clauſula et §. ait prætor*,
in quib. ſi dolo iudicis pareat ius actoris maior reſtituitur, ſecus ſi dolo ipſius actoris,
Bart. in d. §. ait præt. & alii Dd. quemadmodum è conuerſo propter dolū aduerſarii da-
tur reſtitutio, vbi non competeret ſine dolo. *l. 8. ff. de reſtit. in integrum & l. 13. § celſus igi-
tur. ff. de minor.*

XIII. Arbiter licet alias non cogatur arbitriū recipere, aut ferre laudū quia hæc
res ſoluta eſt, & extra neceſſitatē iuriſdictionis poſita. *l. 3. § tractemus. ff. de arb.* tamē p-
pter dolū compellet eum prætor, veluti ſi poſt cauſam ſemel, atq; iterū tractatam, poſt
17 nudata † vtriuſq; intima, & ſecreta negocii aperta conſtaret arbitrium, vel id gratiam
dantem, vel ſordibus corruptum, vel quia alia ex cauſa, nolle ſententiam dicere. *d. §.
nunc tractemus*, ſicut ex aduerſo ratione doli prohibetur arbiter, qui paratus erat, ne
ſententiam dicat. *l. ſed & ſi ſeruuli, & ibi Doct. ff. de arbitr.*

XIIII. Qui habent ius reuocandi domum, ſi agant ipſi in iudicio perdunt illud

18 priuilegium,& debent tunc vbi agunt, ibi pati conueniri, niſi agerent criminaliter †
vindicando eorum iniuriam, eo enim caſu retinent ſuum priuilegium in odium do-
loſi,& non poſſunt ibi conueniri,ſed demum reuocant. *l. 2. §. item ſi extra prouinciam,
cum l.ſequent. ff. de re iud. vbi omnes.*

XV. Aduocatus, vel Procurator agens nomine Titii contra prędium Seianum,ſi
ſuccumbat, & poſtea ad eandem rē agat nomine ſuo proprio dicens eſſe ſuam, nocet
19 ei ſuus dolus,& ſua † ſcientia. *l. inter officium cum gl. pen. & fin. ff. de rei ven.* & ibi Dd *Ar-
car.* videndus *conſil.* 333.

XVI. Qui dolo fecit vt res periret, condemnatur non ſolum ad res, ſed etiam ad
20 † fructus. *l. ſed ſi lege §. proinde, & §. ſeq. ff. de pet. har. l. fructus ff. de rei ven.* vbi declaratur,
quomodo fiat iſta fructuũ computatio, nã & fructus percepti, & qui percipi honeſtè
potuerunt & eo vſq; habetur ratio fructuũ,quo vſq; haberetur ſi nõ periſſet, id eſt, ad
rei iudicandæ tempus. Quid autem iuris, ſi inter proprietariũ, & vſum fructuariũ lis
fuerit,& res perierit, quomodo ratio fructuum ſit habenda ibidem explicatur in fine.

XVII Ebrius delinquens excuſatur à delicto, vt ſcilicet mitius puniatur quia parũ
21 abeſt à furioſo. *c. venter 35. diſtinct.* cenſeturq; veluti abſens qui ebrius † eſt, vnde ver-
ſus. Abſentem lædit, qui cum ebrio litigat, & quia ſecundum *Bald. in c. a crapula de vita &
honeſt. cleric.* & delinquentes per ebrietatem non dicuntur ſtudioſe delinquere, ſed ſi-
quiſpiam dolo, & malitia ſe inebriauerit, vt in ipſa ebrietate aliquod facinus perpe-
trando, vel impunitatem vel pœnæ diminutionem poſtularet, non eſt illi parcẽdum,
vt vel in culpa ſolum ſit, ſed in dolo, *Tiraquell. de pœnis cauſ. 6. n. 10. ex mente Bal. in l. 1. col.
pen. verb. extra quaritur. C. vnde vi. l. omne delictum ff. de re mil. c. ſane, & c. inebriauerunt 15.
q. 1. fi. l. reſpiciend. §. delinquunt. ff. de pen.*

XVIII. Qui autem caſu aut imprudentia, non induſtria delictum admiſerant,
aut non puniuntur aut leuius puniri debent. *l. 1. §. diuus ff. ad l. C. n. de Sicar. l. abſentem.
§. vlt. l. reſpiciendum. § delinquunt,* & ibi *gloſ. not. ff. de pœ.* Sed ſi quis ignorantiam affecta-
22 uerit, quam ſibi vltro † aſciuit delinquens, ne deliquiſſe videatur, grauius, aut ſaltem
æquè puniendus eſt, ac quilibet ſciens: arg. *tex. in l. ita fidei. ff. de iure fiſci.* ibi imo maio-
rem fraudem excogitaſſe videtur, & tradit *Tiraq. de pœnis cauſa 13. n. vlt. ver. ego vero,* ſi-
cut non eſt penitus abſimile, quod tres tutelæ affectatę non præſtent excuſationem à
quarta tutela, quamuis non affectatæ præſtent illã. *§. item tria onera inſt. de excuſ. tutor. l.
diximus. §. fi. & l. ſeq ff. de rit. nupt.* & affectata abſentia Reip. cauſa non prodeſt. *l. & qui
tota. ff. ex quib cauſ. maior.*

XVIIII. Licet à ſententia lata ſuper poſſeſſorio non appelletur. *l. vni C. ſi de mom.
23 poſſ.* fuerit appellatum, fallit ſi dolo, vel lata culpa iudicis fuerit lata † ſententia *Bal. con.
210. in fi. vol. 5. Cont in d. l. vni. lim. 10. & 11.* vbi etiã tradit quomodo probetur dolus iu-
dicis vel arbitri in ſententia ferenda.

XX Statutũ tollens exceptionẽ non cenſetur tollere exceptionẽ doli, vel ſimula-
tionis in odium doloſi *Fel. in c. ex parte. el. 2. n. 6. in fall. 11. & 12. ex. de off. deleg.* imo quo ad
24 exceptionẽ, videtur quod ſtatutũ nõ poſſit eam tollere, quia † eſt fundata in iure natu-
rali. *l. qui æquitate. ff. de excep doli,* at exceptio in iure naturali fundata ſtatuto non poteſt
25 tolli *Dd. in d. c. ex parte & † ibi Fel. d. n 6. vbi citat Ab. & alios Can.* primũ dic. um te ıeritaq;
Bal. in l. cum antea C. d. arb. per tex. in l. non diſtinguemus. §. illud. ff. de arb. quem *ibi Ro. n. 3.*
dicit eſſe notandum.

XXI. Si Doloſus non ſit ſoluẽdo datur decepto regreſſus cõtra illũ, qui ex illo dolo
26 lucrũ ſentit. *l. fin. ff. de eo, per quem fact. erit,* ſed an debeat prius excuti † doloſus, & reper-
to. quod nõ ſit ſoluendo, tunc agat contra eũ, qui percepit lucrũ ex dolo ex empto de-
bitoris principali & fideiuſ. *auth. præſente. C. de fide Caſt. in d. l. fi. n. 3.* dicit non eſſe neceſ-
27 ſariã † excuſſionẽ, ſed actor, qui dolũ paſſus eſt, ſi ſcit doloſum non eſſe ſoluendo, de-
bet narrare in libello, & in iudicio fidẽ facere, quod illo non eſt ſoluendo, & ſufficiet,
& hoc magis placet, inquit *Paul. ad auth. præſente,* reſp. quod in cauſa fideiuſſoris data eſt
forma, hic non repitur data, accedit vt puto alia ratio, q̃a fideiuſ. dignus eſt miſeratio-
ne, cũ officiũ humanitatis, & liberalitatis ſuſcepit, & agit de dãno euitãdo. At hic agi-
tur de lucro. *d. l. fi.* ibi ne propter dolũ alienũ, Reus lucrum faciat. Verũ & de illo recte
q̃ritur, an ſi ille doloſus venerit ad piguiorẽ fortunã, & fuerit factus ſoluendo, ille cõ-
tra quẽ actũ eſt in ſubſidiũ repetat ab illo doloſo, videbatur dicẽdũ quod ſic exẽplo fi-
dei. q. ſoluẽs repetit *Caſt. tamẽ d. l. fi. n. 3.* negat dari exceptionẽ, motus pulchra ratione,
quia ſi factum illius doloſi nõ interueniſſet, habuiſſet neceſſe ſoluere, vel reſtituere rẽ,

Expen-

XXII. Expenſæ conuentione promiſſæ ſunt ſoluendæ, nec ab illis excuſat iuſta cauſa litigandi, ratio eſt, ad hoc, vt promiſſio aliquid operetur & quia non officio iudicis debentur, ſed actione, *gl. ſing. in §. oportet in auth. de iud.* facit *gl. in l. fideicõ. §. ſi rem.*
28 *ff. de leg. 3. Alex. conſ. 119. quaritur col. 5. vol. 2.* fallit † ſi dolo eſſent promiſſę vel dolo ageret creditor, quia dolus nemini debet patrocinari. *c. ſedes cum ſeq. ext. de reſcrip.* idemq; iuris eſſet, ſi is cui ſunt promiſſæ dolo, vel mala fide aliquid expendiſſet, illas enim repetere non poſſet. *c. cum dilecti, & ibi Dd. ex. de dolo. arg. l. ſi vero malæ fidei. ff. de rei vend.*

XXIII. Statutum tollens reductionem ad arbitrium boni viri, vt eſt Senis in cu-
29 ria Mercatorum, valet, fallit quando arbitrator † dolo proceſſerit, tunc enim peti poteſt reductio, vt per *Bald. in c. cum antea num. 7. verb. ſed quid c. de arbit. Rom. conſ. 70. Ancaran. conſ. 103. Lud. Rom. in rubr. ff. de arbitr.*

De pœna doli in aliis actibus, Cap. VII.

1 *Excommunicari non poteſt, niſi, qui ſit in dolo vero.*
2 *Simoniæ mediator, non eſt excommunicatus, niſi ſciens.*
3 *Excommunicatio quo ad forum fori incurritur ob dolum præſumptum.*
4 *Leges fundatæ in præſumptionibus, non habent locum in foro animæ.*
5 *Dolus plus nocet doloſo, quam expreſſus conſenſus.*
6 *Dolus vnius porrigitur ad alium, ne delictũ remaneat impunitũ, quod declaratur.*
7 *Iuramentum per dolum ipſo iure reſcinditur,* & num. 9.
8 *Secus propter metum.*
10 *Minor doloſe iurans ſe eſſe maiorem, beneficium reſtitutionis amittit, & quando dicatur dolo iuraſſe.*
11 *Dolus, qui ab initio nocere non poteſt, ex poſt facto, quandoq; contingit vt noceat.*
12 *Dolus facit, quem teneri, licet ex læſione alterius commodum non perceperit.*
13 *Dolus in re propria commiſſus, qua pœnâ puniatur.*
14 *Dolus commiſſus contra correum, punitur quo ad omnes, & qua ſit ratio.*
15 *Virginẽ deflorans, qua ſit pœna afficiẽdus.*
16 *Reſcriptum impetrans per dolum, quam pœnam ſubeat?*
17 *Dolus collegii, in ſcolare doctorando, quomodo puniatur.*
18 *Dolus præſertim verus, facit ceſſare præſumptionẽ reſultantẽ ex curſu temporis.*
19 *Dolus impedit præſcriptionem.*
20 *Dolus contra leges, et ſtatuta iniqua, opponi poteſt.*
21 *Reſignatio beneficii doloſe facta, eſt nulla.*
22 *Reſignatio beneficii, liberum expoſcit conſenſum.*
23 *Vitioſum ingreſſum Canones abhorrent.*
24 *Doloſus perdit omnia priuilegia ſibi à lege conceſſa.*
25 *Dolus infamat, proprio nomine condemnatos actione tutelæ, mandati, depoſiti, pro ſocio.*
26 *Secus in contractu mutui, vel commodati, & quæ ſit ratio.*
27 *Reſcriptum ſecundum ab Aduerſario impetratum, licet non faciat mentionem de primo, quo Aduerſarius vſus non eſt.*
28 *Dolus eſt in cauſa, vt Monaſterium non ſit loco filii ad excludendum ſubſtitutum.*
29 *Duæ pœnæ doli ponuntur, remiſſiue.*
30 *Formula ſententiæ latæ ſuper dolo, reddente contractum ipſo iure nullum, quia receperit ab eo cauſam.*
31 *Formula ſententiæ ſuper dolo, incidente in contractu bonæ fidei.*
32 *Formula ſententiæ ſuper dolo, in contractũ ſtricti iuris.*
33 *Formula ſententiæ, verbis concepta temperantibus mentionem doli.*
34 *Formula ſententiæ ferendæ ſuper dolo per iudicem delegatum.*
35 *Actionem doli non competere duplici potiſſimum de cauſa contingit.*

QVæſt. 1. Quæro de pœna doli in aliis actibus, & profecto multiplex eſt, & Prima, quidem, quod doloſus poteſt excommunicari, quod in tantum eſt verum, vt
1 excommunicari non † poſſit niſi, qui ſit in dolo, *Ioan. And. in c. quanto in fin. de ſent. ex-*
2 *com.* habetur in ſumma *Ang. in ver. excommunicari,* vnde mediator ſimoniæ non eſſet † excommunicatus ſi neſciret, nec eſſet in dolo, vt in *extrauag. exorabilis Io. 22.* & clericus delinquens poſſet capi à Laico & Laicus non eſſet excommunicatus, dummodo non faciat id ſuadente diabolo; nec aliquo modo, nam tunc procederet diſpoſitio. *c. ſiquis ſuadente 17. quæſt. 3.* & eſſe communem opinionem teſtatur. *Alciat in c. cum non ab homi-*

nc.num.19.dicens ita tenere Abbatem,Decium,& alios ibi,& hoc intelligitur,quo ad
3 forum animæ, ſed quoad forum † canonicum ad incurrendam excommunicatio-
nem ſufficit dolus præſumptus per gl.in cap. clericus in verb. iniuria de ſent.excom.lib.6.v-
bi ille qui equum aufert clerico, eſt excommunicatus, quia lex præſumit dolum,ſic
in d.cap.ſiquis ſuadente,iniiciens manus in clericum præſumitur in dolo,ideoq; incidit
in excommunicationē,quod ſc.obtinet in foro Can.nō in foro animæ,quia iura fun-
data in præſumptionibus non habent locum † in eo Ioan. And.in c. is, qui fidem,de ſpon-
ſalib. Abb. Alc.in d.c. cum non ab homine.nu.20. pœna itaq;doli,tam veri quàm præſum-
ti eſt,vt doloſus,poſſit excommunicari, & in ſolodoloſo cadat excommunicatio.

Secunda pœna eſt,quod dolus plus nocet doloſo, quàm expreſſus conſenſus per
4 tex,in l.ſi ſine. C.ad Velle.† vbi Bal.declarat,nā ſi maritus obligat res proprias vxoris tanq̃
vxoris ea pręſente,& cōſentiente,nō valet obligatio,nec mulieri p̃iudicat,tamē ſi ob-
liget res vxoris tamq̃ proprias,vxore p̃ſente,& doloſe tacēte tenet obligario. d.l ſi ſine.

Tertia Doli pœna eſt, vt dolus ſæpe circa vnam perſonam porrigatur ad aliam,
5 arg.tex.in l.eum qui.§.ſi iniuria.ff.de iniur,† vbi iniuria facta vni pro alio punitur,id vero
ſic accipiendum eſt,Nam quando dolus in vno commiſſus,ſi non porrigeretur ad ali-
um, remaneret impunitus, & tunc ne ſequamur abſurdum contra publicam vtilita-
6 tem,quæ eſt,vt delicta non ſint impunita,& tunc porrigitur ad alium,† & ita loquitur
d.l.eum qui,vbi volens vni facere iniuriam,fecit alteri,ſi de illa iniuria facta in alio non
puniretur,delictum eſſet ſine pœna,& ideo ex dolo,& iniuria conuenitur.Sed vbi do-
lus punitur etiam non porrigendo ad alium, tunc non fit porrectio,& ita procedit.l.
Falcinius.§.quod ergo.ff.ex quib.cauſ.in poſſeſſ.eat.vt ex mente Alberici declarat Riminald.
Iun.in l.vt vim.num.112.ver.ex prædictis.ff.de iuſt.& iur. Quib.conſequens eſt,quod vo-
lens decipere doloſe vnum,decipiens alium in odium doli punitur, arg,d.l.eum qui,&
quia nemini debet ſua malitia eſſe lucroſa,d.l.1.in p.ff.de dolo. Sed dolus commiſſus ab
vno,non porrigitur regulariter ad alium,vt ex eo puniatur. Dolus enim non egreditur
perſonā cōmitentis. Neguz. in tract. pig.1.membro pr. n. 27. inter tractatus antiquos tom.8.

Quarta rurſus eſt doli pœna, quia dolus ipſo iure reſcindit iuramentum Alc. in c.
7 cum cōtingat.n.13.de iur.iur.per illum † tex.vbi dicit eſſe communem opinionem,ratio
eſt, quia iuramentum eſt bonæfidei, quæ in eo debet exuberare cum principaliter fi-
at Deo.c.debitores de iur.iur.& hoc probat etiam Seraphin in priuileg.iuram.priuil.61.nu-
mer.19.& ait procedere in vero dolo,& declarat ibi,quando dicatur verus dolus. Ex
quo ſequitur, quoad cognoſcendum an dolus annullet iuramentum, non debemus
diſtinguere an iuramentum ſit præſtitum in contractu bonæfidei, an ſtricti iuris, vt i-
8 bidem, Alciat. obſeruat, infertur etiam, quod metus non annullet † iuramentum i-
pſo iure,ſicut nec cæteros actus bonæfidei, & propterea eſt communis concluſio re-
ſtata per Alc.d.loco n.14.quod propter metum non tollitur iuramentum, niſi petita ab-
ſolutione.c.1.& c.cæterum de iur.iur.nec obſtat quod in d.c.cum contingat,& in d.c.quam-
uis de pact.in 6.æquiparetur dolus & metus,nam,vt ibidem ſoluit Alc.n.15. æquiparatio
procedit quoad effectum,ſiue reſpectu effectus & propterea verbum(non obſeruari)
poſitum in textu capit. cum contingat, reſpectu doli, intelligitur ipſo iure, reſpectu me-
tus,petita abſolutione,arg.l.2.iuncta gloſſ.ff.de off.proconſ.& leg. Quinta pœna doli eſt,
quod licet iuramentū validet, & firmet contractus,auth.ſacr.puberū.C.ſi aduerſ. vendit.
9 d.c.quāuis de pact.in 6.c.cū contingat de iure iur.tamen † contractū doloſum nō confirmat
nec aliud negociū, & tamen ſi in eo actu ſit dolus non præſumptus nēpe qnādo actus
reputatur doloſe geſtus, à iure cōmuni, vel à ſtatuto, ex eo quod non fuerit adhibita
certa ſolēnitas quæ requirebatur, vt eſt Senis ſtatutū de contract.Minor.filior.fam.&
ſtante dicta doli præſumptione, iuramentū ſuper eo actu interpoſitum, non poteſt il-
lum validare, ſecundū Bart.quē cæteri frequentius ſequuntur in l. omnes populi col.8.n.
24.de iuſt.& iur.Alex.conſ.151.col.3.& vol.7.ver.decimo octauo.vbi multa cumulat,& de-
clarat d.com.opinionē Bar.max.n.84.Sexta pœna doloſum iuramentū p̃ſtitū à minore
aſſerēte ſe maiorē priuat ipſū beneficio reſtitutionis Crau. conſ.222.nu 9. vbi dicit hūc
dolū nō p̃ſumi, ſed ꝓbandam eſſe ſcientiā ex con. Ang. 160.col.pe.Abb.con.71.puta,parte.1.
10 id † q̃ videtur declarandū ſi modo cōtrahenti cū minore,veroſimiliter nō conſtaret de
dolo, vt q̃a minor iurans eſſet annorū quindecim,plus minus,& nihilominus iuraret
ſe maiorem,cum in tali caſu iuramentum,ſit euidenter falſum, & contrahenti cum i-
pſo,facile poſſit conſtare de falſa aſſertione per aſpectum corporis iuxta nota.per Bar.
in l.de ætate.ff.de minor.Corneus conſ. 247.col.8.vol.1.& conſ.6.col.4.in fin.vol.3.& hoc caſu
quia

Digitized by Google

quia iſte participat de dolo, non eſſet deneganda reſtitutio minori, vt ſint cauti cõtrahentes, vt non recipiant iuramentum niſi in cauſa veriſimili, & non in dubiis præſtari debet iuramentum, *Seraphin. de iuram. priuil. 96. in fin.*

Septima, Doli pœna eſt, quod ſi ab initio non poteſt nocere ex poſt facto nocet, nempe ſicut faciens dolum circa rem alienam ſibi præiudicaret ab initio ſi tũc ius ha-
11 buiſſet in re, ita ſibi † præiudicat ſi ex poſt facto ius in ea re ſibi ſuperueniat. *l. ſi à Titio. ff. de rei vend.* Vbi Titius vendidit mihi fundum Sempronii, & precium recepit, poſtea ſuccedens Sempronio eumdem fundum vendidit, & tradidit alteri, ait lex quod ego ſum potior, quia Titio ius ex poſt facto ſuperuenit in illo fundo dotali in *l. apud Celſum. §. ſi à Titio. ff. de except. l. cum tur. ff. de vſuc. Crau. in ſtat. Ferrar. n. 11. & n. 53.*

Octaua, Doli etiam pœna eſt, vt qui dolo fecerit teneatur ad reſtitutionem et-
12 iamſi ipſe nullum † commodum ex læſione alterius ſuſceperit, at ſi alterum læſerit ſine dolo tenetur ad reſtitutionem tantum eius quod ipſe acquiſiuit, & in propriam vtilitatem expenderit, *Didac. var. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 5. ex Innocent. in c. quia plerique de immun. eccleſ. in regula peccatum. §. 3. num. 8.* inferens, quod qui ſine dolo tenet rem ex illo contractu, qui poteſt reſcindi beneficio reſtitutionis in integrum bonæ fidei poſſeſſor eſt etiam infra quadriennium, quo peti reſtitutio poteſt, nec tenetur ad reſtitutionem, donec aduerſario concedatur reſtitutio, vt ibidem ſcriptum reliquit.

Octaua, eſt pœna, quod Dolus, etiam in re propria commiſſus punitur *Roman. in l. etiam filii. §. licet num. 16 ff. ſol. matrim.* vbi rem hac diſtinctione declarat, aut dolus in re
13 propria commiſſus nemini eſt nociuus, & tunc † ſolum Deum habet vltorem, argumento *leg. 2. C. de iur. iuran.* nam pœna legis non plectitur, quia rei ſuæ quilibet eſt moderator. *l. in re mandata. C. mand.* neque ad abuſum, & dilapidationem *l. ſed ſi lege. §. conſuluit*, ibi ſiue dilapidauerunt, dum re ſua ſe abuti putaret. Aut dolus in re propria commiſſus eſt alteri nociuus, & tunc punitur regulariter ſolum reſpectu illius, aduerſus quem committitur non alium, *d. §. licet, & l. Fulcinius. §. quod ſi aduerſus. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. cum aliis alleg. in d. §. licet in verbo culpa.* & in alia gloſſ. fallit in caſu. *l. ait præ-*
14 *tor. §. illud. ff. quæ in fraud. credit.* vbi dolus † commiſſus contra correum, punitur, & coercetur quo ad omnes, ratio ſpecialitatis eſt, ſecundum *Iaco. de Beluiſ.* quia adeſt ibi dolus præſumptus contra omnes, prǽſumit enim lex, quod ſicut fraudauit illum creditorem, quem ſciuit, ita fraudaſſe alios, ſi ſciuiſſet. Alia eſt ratio, quia debitor fraudulentus commiſit dolum, quo ad omnes creditores licet emptor qui emit ab eo vnum voluerit fraudare, quem ſciebat, vt inquit *Bart. in §. licet*, & ibi refert, & probat *Rom. n. 15.* addens & alias rationes ſpecialitatis.

Nona, Qui dolo virginem deſlorauerit, quid teneatur reſtituere in animæ iudi-
15 cio explicat *Did. in regula † peccatum par. 2. §. 3. n. 7. verb. ſexto hinc*, & in *epithome ad 4. Decret. 2. par. c. 6. §. 8 n. 11.* ſcilicet debet damnum illatum reſarcire, atq; ideo reſtituere debet corruptæ id tantum, quod ad illati damni æſtimationem pertinet, non aũt id quod in pœnam ſtupri per leges exteriores reddere cogeretur, & dicit, ita intelligendũ *tex. in c. pœna. de adult.* declarat etiam *Nauarrus videndus in ſuo manuali, c. 16. n. 16. & 17.*

Decima, Cõmittens dolũ in impetratione reſcripti expreſſa falſitate, vel tacita ve-
16 ritate, caret omni † commodo reſcripti, & in odium doli ceſſat illa diſtinctio, an ille, q conceſſit ſine illo dolo eſſet conceſſurus, vel ne, quippe habet locũ in ignorante, nõ in doloſo, *Imol. in c. ſuper litteris col. 2. ext. de reſcript. vbi alii canon.* & nullũ videtur reddi hoc reſcriptum, vt per *Sebaſtian. Medicem de fortuit. caſib. part. 1. quæſt. 10 n. 31.*

Vndecima, Si collegio Doctorum in ſcholare Doctorando doloſe verſetur, Can-
17 cellarius ſolus poteſt ipſum † approbare *Bald. in auth. habita in 5. quæſt. C. ne filius pro patre.*

XIII. Dolus facit ceſſare præſumptionem reſultantem excurſu quinquennii, de
18 qua *in l. fin. C. ſi maior*, maxime † quando eſt dolus verus, nam & ſi idem in præſumpto obtinere quidam putauerit tamen eſt magis controuerſum, *Borgnin. Caualcan. de tutor. & curat n. 248. Vig. Bonaccius in conſtit. March gloſſ. 8. n. 281.*

XIV. Dolus impedit præſcriptionem *l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. li. 11.*
19 *Guliel. Redoanus † de reb. eccleſ. non alien. in rub. fo. 6. verb. item ſub vocabulo nu. 10. & Caſtr. in l. dolo. C. de peric. & com. rei vend.*

XV. Dolus afficit contractum, teſtamentum, iudicium, ſtatutum, nam contra leges
20 & ſtatuta iniqua † poteſt opponi, *Pariſ. de Puteo de Syndicatu. §. excedunt n. 17. inter tract. tomo 14. fol. 75. Medices de fortuit. caſib. part. 1. quæſt. 10. nu. 12.* XVI. Videtur pœna quod reſignatio beneficii doloſe facta, ſit nulla, licet prima facie contrarium dici poſſet

Quæſt.2. Primo, quia dolus non vitiat in ſpiritualibus.*c.conſtituit*.20.*quæſt*.3. Se-
cundo, quia dolus in matrimonio non vitiat.*c.ex parte.c.dudum de conuerſ.coniug.* verum
21 contraria opinio verior † eſt. Primo, quia ſicut dolus vitiat alios actus ſi præbeat illis
cauſam.*l.eleganter.ff.de dolo*, ita & reſignationem, cum non inueniatur excepta, maxi-
me cum in beneficialibus bona fides requiratur,*c.cum dilectus de election*. Secundo quia
22 licet conſenſus in reſignatione † deſideratur,*c.ſuper hoc de renunciat* dolus autem exclu-
23 dit hunc liberum conſenſum. Tertio, quia ius Canonicum abhorret vitioſum † in-
greſſum.*c.1.& ſeq de eo qui mittitur in poſſ.cauſ.rei ſeruan.in 6.* ſed nullus poteſt eſſe dete-
rior ingreſſus.*c.1.& ſeq.de eo, qui mittit.in poſſ.cauſ.in 6.* quam doloſi, facit *l.1.§.ideo præ-
tor.ff.de except.doli*, & ita determinat. *Rebuff.de Praxi Beneficial.ſubſtit.de cauſis*, reſignatio-
nem imitantibus & reſpondeas primo argumento ait, quod ibi deceptus fuit promo-
tus ad bonum & ideo dolus bonus eſt, quod factũ nõ annullat, diuerſum in beneficiis
nã qui dolo beneficiũ aufert ab alio, remouet ipſum à ſeruitio Rei. Ad ſecund. reſpon-
deo diuerſam eſſe rationẽ. Quippe poſt cognitam virginẽ non eſt res amplius integra.
24 XVII. Pœna eſt, quod doloſus perdit omnia priuilegia ſibi a lege conceſſa † arg.
l.2.ff.ad Velleianum, ibi deceptis non decipientibus, & *Stracca de decoctionibus, part. 3.n°.9.
& 13.* vbi præcipue de beneficio ceſſionis diſputat, *Bald.in l.1 col.2. C. de tranſact.* vbi de
quatuor beneficiis diſputat, ſcilicet de beneficio diuiſionis, ceſſionis, vtilis actionis, &
ordinis in conueniendo, & omnia negat competere doloſo excepto beneficio diui-
ſionis, ſed nec iſtud competere probat, *text.in l.1.§.plane.ff.de tut.& ration.diſtraben.* &
diximus ſupra.

XVIII. Vltima pœna eſt cæteris grauior, quod dolus afficit infamia eos, qui pro-
25 pter dolum ſunt † ſuo nomine condemnati vt tutores.*l.4.in fin.l.13.§.fin.l.15.& l.10.l.
1.§.qui furti.ff.de his, qui not.infam.l.non debet.ff.de dolo.l.Diuus ff. de reſtitut.in integ.* con-
demnati autem alieno nomine, vt procurator, hæres, tutor, defenſor, *l.6.§.ſiquis alieno.
ff.de his qui not.infam.* ratio eſt, quia non participat de dolo, & vt ſupra dictum, & pœna
doli non egreditur perſonam cõmittentis, nec vero quæ dicta ſunt obtinent ſine con-
trouerſia, vbi aliquis doli actione conuentus, & cõdemnatus eſt, & eadem quoq; cau-
ſa eſt, ſi non ſolum in condemnatione ex delictis in *d.l.1.& ſeq.ff. de his qui notan. infam.*
ſed etiam in his, qui condemnati ſunt in multis contractibus propter dolum in iis cõ-
miſſum, vt in contractu pro ſocio, tutelæ, mandati, depoſiti, ſuo nomine in iudicio ta-
men directo, non contrario.*d.l.1.§.qui pro ſocio.*

XIX. Hinc pœna colligitur quod condemnatus in contractu mutui, vel com-
26 modati, non † afficitur infamia, cum non exprimantur in *d.§.l.1.* quod probat *Alciat.
lib.parerg.2.c.36.* & affert rationem diſcriminis, quo ad mutuum ex mente, *Ariſt.proble.
2.problem.29.* depoſitum inquit fit penes amicum, mutuum vero propter ſpem vſura-
rum etiam cum alienis hominib.contrahitur: In commodato autem *Alc.* rationem eſ-
ſe dicit, quia in depoſitario maior fides requiritur, quem quis ſponte eligit, & ſummæ
probitatis fiducia cæteris prætulit; at commodatum cum vtilitatem cõmodatarii re-
ſpiciat, non ſponte domini contractum videtur, qui interpellanti amico non auſus eſt
forte denegare, cum tamen fidem eius adeo probaret.

XX. Valet ſecundum reſcriptum ab aduerſario impetratũ, licet non faciat men-
27 tionem de primo quo aduerſarius dolo vſus non eſt † *cap. ſi autem*, & ibi *Fely.& Canon.
extra de reſcriptis.*

XXI. Dolus eſt in cauſa, vt monaſterium non ſit loco filii ad excludendum ſub-
28 ſtitutum.† Nam ſiquis in fraudem ſubſtituti ingrediatur, Monaſteriũ non nocet ſub-
ſtitutis, *Dec.inter quæſt.de adoptante conſ.399.nu.9.& c.in præſentia n.6.extr.de probat.*
29 XXII. Pœna doli in cap.quod interrogaſti cum gloſſ.pulchra, *diſt.27.in* † *de-
cretis, & c.vt clerici, & ibi gloſſ.extr.de regul.*

XXIII. Pœna per *Caballi.in l.vnica.C.de ſent. quæ pro eo; quod intereſt; cum multis ſeq.*

Pro complemento quoniam pœnæ doli ſupra enumeratæ per ſententiam decla-
rẽtur, conſentaneum viſum eſt ponere in fine ſententiam in cauſa doli à perito iudice
ferendam. in Chriſti nomine.

30 Nos *Franciſcus* † *I.V.Doct.* & Iudex ord. in cauſa vertente inter Claudium actorem
ex vna, & Antonium reum conuentum ex altera cauſa, & occaſione prætenſi doli cõ-
miſſi in venditione cuiuſdam prædii in fine libelli poſiti, & cõfinati, inter eos facti hoc
an.1593. menſe April. Viſi petitione, teſtib. atteſtationib. iurib. ex parte actoris pductis,
viſis

viſis etiam inſtrumento dictæ venditionis exceptionib. iurib actis, & actitatis pro parte ipſius rei conuenti, Auditis præterea partium allegationibus, viſo proceſſu ac videndis D D. N N. repetitis, dicimus, pronunciamus, & declaramus dictum contractum venditionis fore & eſſe nullum & ob dolum dantem cauſam nulliter geſtum, & ſucceſſiue condemnamus dictum Reum conuentum ad dimittendum, & relaxandũ dictum prædium, de quo in calce petitionis confirmatur vna cum fructib perceptis, & quæ percipi potuerunt à die celebrati contractus, vſq; ad effectualem relaxationẽ, & victum victori &c. & ita dicimus, & pronunciamus omni mel. modo.

31 Vel ſic † pronunciamus, & declaramus dictum contractum emptionis fore & eſſe ob dolum in eo incidentem reſcindendum, & retractandum, reſcindimus, & retractamus & quæ ſequuntur, vt ſupra.

Declaratur nullus contractus emptionis quia eſt bonæ fidei, & quia dolus dedit ei cauſam, nam his duobus concurrentibus nulla eſt ab initio conuentio ſecundum ea, quæ diximus ſupra in diuiſione doli incidẽtis, & dãtis cauſam. Dicitur poſtea reſcindendus in ſecunda ſententia quia licet ſit contractus bonæ fidei, tamen dolus incidit in eo, vt in prædicta diuiſione doli latius expoſuimus, ſit condemnatio fructuum propter malam fidem, quæ fuit ab initio contractus.

Nos Aſcanius M. V. I. Doctor, & iudex delegatus à Sereniſſimo Principe in cauſa

32 vertente † inter Saluſtium D, actorem ex vna, & Æmilium S Reum conuentum ex altera cauſa. & occaſione prætenſi doli, & fraudis in contractu ſtipulationis inter ipſus hoc anno 1593, & mẽſe Aprilis celebratæ, viſis delegatione in nos facta, de qua in proceſſu libello, poſitionibus, reſponſionib. actis, deductis, viſis etiam inſtrumento ſtipulationis, teſtibus, exceptionibus, & iuribus pro parte Rei conuenti, auditis partium allegationibus, viſo proceſſu, ac demum viſis videndis, dicimus, & pronunciamus dictũ contractum ſtipulationis fore, & eſſe reſcindendũ prout reſcindimus, & retractamus, & ſucceſſiue condemnamus dictum Reum conuentũ ad dimittendum, & relaxandũ prædium, quod vigore dictæ ſtipulationis, habet vna cum fructib. à die celebrati contractus, vſq; ad effectualẽ relaxationẽ, & victum victori &c. In hac ſentẽtia reſcinditur contractus, nõ vero annullatur, q̃a etſi dolus cauſam dederit, tamẽ eſt cõtractus ſtricti iuris, in his aut dolus nõ operatur ipſo iure nã mero iure, valet doloſus cõtractus vbi ſit ſtricti iuris, vt palã eſt ex his q̃ diximus in diuiſione doli incidentis & dãtis cauſam.

33 Nos Aurelius † B V. I. Doctor, & iudex ordinarius in lite vertente inter Lælium H. Agentem ex vna, & C eius Patrem Reum cõuentum ex altera cauſa, & occaſione rerum indebite ab eo retentarum de quib. in calce petitionis, viſis libello, teſtib. atteſtationib. viſis etiam vtriuſq; partis iurib. exceptionib. actis, & actitatis, ac demũ viſis videndis, dicimus, & pronunciamus dictum. C. Reum conuentũ fore, & eſſe condemnandum, prout prætenſum, condemnamus ad dimittendũ, & relaxandum, præfato filio ſuo actori res ab eo non cum bona fide detentas, quæ in fine libelli continentur, & ita dicimus, & pronunciamus omni mel.modo. Quia parcendum eſt famæ parẽtum, & patronorum non ſolũ ex parte agentis. *l. non debet ff. de dolo*, actione doli, verbis, bonę fidei temperata, ſed etiam ex parte iudicis §. *oſtendimus. vbi gl. & Doct. inſtit. de ſuſpect. tutor.* põt iudex parcere, vel facta mentione bonæ fidei in ſententia, vel tacendo cauſam condẽnationis *Doct. in d. §. oſtendimus & maxime Syluestr. Aldebr. ſup. gl. in verb. parcẽdum*, & talis forma ſententiæ erit ſeruanda etiam in cauſa vertente inter patronum, & libertum, inter plebeium, & poſitum in dignitate, inter luxurioſum, ſiue ploratæ opinionis, & hominem vitæ emendatioris. *d. l. non debet. ff. de dolo.*

34 Nos Marcellus. I. V Doctor, & iudex † delegatus &c. in cauſa vertente inter Scipionem C. agentem actione doli ex vna, & H. Reum conuentum ex altera viſa delegatione in nos facta, viſis libello, teſtibus, atteſtationibus, iuribus, exceptionibus ex vtraque parte deductis, viſo proceſſu, ac demum viſis videndis, dicimus, & declaramus dictum remedium intentatum, aduerſus reum conuentum non competere, & & ita dicimus, & pronunciamus omni mel: modo.

35 Quod actio doli intentata † non competat duplici de cauſa poteſt contingere primo quia Reus & actor, ſint de perſonis enumeratis in *d. l. non debet. ff. de dolo.* Altera quia Reo ſuccurſum eſt, aliquo alio remedio ordinario, vel extraordinario, vt in *leg. 9. §. merito. cum l. ſeq. ff. de dolo.*

De Probatione doli, Cap. VIII.

1 *Dolus præſumi videtur præſumptione iuris diuini, iuris naturalis, & iuris ciuilis.*
2 *Hominis malitia multa.*
3 *Homo natura procliuis ad vitia, &* numer. 12.
4 *Homo tactu præditus exactiſſimo, & ad voluptates propenſus.*
5 *Verba iniurioſa præſumuntur prolata animo iniuriandi.*
6 *Incēdium præſumitur ſequutum dolo, vel culpa cuſtodientis, &* num. 14.
7 *Dolus regulariter non præſumitur, idque iuribus comprobatur.*
8 *Probatur etiam rationibus.*
9 *Animus hominis valde abſconditus, &* n. 20. & 23.
10 *Quilibet præſumitur bonus.*
11 *Bonum ſui natura expetibile.*
13 *Delicta, niſi ſint ſpontanea, non puniuntur.*
15 *Vera probatio, quid ſit.*
16 *Facta vere probantur, & delicta.*
17 *In delictis requiruntur vera, & luce meridiana clariores probationes.*
18 *Dolus veris, ac directis probationibus, oſtendi non poteſt.*
19 *Dolus ab effectibus, & ſignis cognoſcitur.*
21 *Dolus difficilis eſt probationis.*
22 *Probatio alia coniecturalis, alia præſumptiua.*
24 *Confeſsio non eſt propria probationis ſpecies.*
25 *Dolus verus, & dolus relatus, omnino ſunt probandi.*
26 *Dolus præſumptus, præſumptione iuris, & de iure probandus non eſt.*
27 *Dolus præſumptus præſumptione iuris tantum, an ſit probandus.*
28 *Præſumptiones iuris, ſunt liquidiſſimæ probationes.*
29 *Dolus præſumptus, præſumptione hominis, numquid probari debeat.*
30 *Quæ directe probari non poſſunt, probantur coniecturis.*
31 *Coniecturæ, quæ requirantur, ad dolum præſumendum, &* num. 35.
32 *Indicium quid ſit.*
33 *Quid coniectura.*
34 *Quid præſumptio.*
36 *Indicia perſpicua, et manifeſta, ad dolum præſumendum, quæ dicantur, et exemplaceorum.*
37 *Arbitria iudicis remittuntur.*
38 *Coniecturæ quot, & quales exigantur ad doli præſumptionem.*
39 *Simulatum contractum, duæ præſumptiones redarguunt.*
40 *Dolus præſumptus, præſumptione iuris, admittit probationem in contrarium.*
41 *Dolus per iuramentum in litem, probari non poteſt, nec per iuramentum ſuppletorium.*
42 *Animus alterius directo probari non poteſt.*
43 *Dolus confeſsione ipſius doloſi ſpontanea, vel extra iudiciali coram teſtibus, directe probatur.*
44 *Dolus, an probari poſsit, faciendo poſitiones ipſi doloſo, diſputatur, et pro opinione affirmatiua ſpec. arguitur.*
45 *Argumenta in contrarium proponuntur, et ſoluuntur.*
46 *Poſitioni criminoſæ. reſpondendum eſſe, quomodo intelligatur.*
47 *Teſtibus ſingularibus. et rationem dicti ſui minime reddentibus probari poteſt, &* num. 49. & num. 53.
48 *Dolus, ſicut & cætera delicta, teſtibus probatur.*
50 *Teſtibus quibus cauſis credatur ſine ratione adducta, & quibus non, &* num. 51. *remiſsiue.*
52 *Teſtes ſingulares qui dicantur.*
54 *Teſtes ſingulares, quando coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*
55 *Dolus re ipſa, quando commiſſus dicatur.*
56 *Et an directo probari poſsit.*
57 *Læſio in precio ad tempus celebrati contractus referenda eſt, vt contractus reſcindatur.*
58 *Ampliatur etiam fauore eccleſiæ.*
59 *Declaratur, vt non debeat attendi momentum temporis indiuiſibile.*
60 *Item, vt attendi communis æſtimatio debeat, non ſingularis.*
61 *Limitatur ſuperior concluſio vno modo.*
62 *Limitatur, et altero.*
63 *Dolo deſinens poſsidere habetur pro poſſeſſore.*
64 *Quomodo probetur quem dolo deſiiſſe poſſidere.*
65 *Actor probare tenetur Reum dolo deſiiſſe poſsidere, non autem Reus quod dolum non fecerit, fallit tamen,* num. 67. & num. 68.
66 *Bene meritus quis cenſetur, eo quod non probetur demeritus.*

69 Do-

69 *Dolus in materia turbatæ poſſeßionis, quomodo probetur, ſi ciuiliter agatur, vt turbans ceſſet à turbatione.*

70 *Quid ſi agat etiam ad damna, & intereſſe.*

71 *Quid ſi agas criminaliter, & hoc caſu adhibetur diſtinctio.*

72 *Si ſtatutum puniat iniuriam perſonæ illatam eſt neceſſaria probatio doli.*

73 *Si verò puniat iniuriam in rē, ſufficit lata culpa.*

74 *Latam culpam hoc caſu, quis teneatur probare? & concluditur teneri accuſatorem.*

75 *In actione de poſſeſſione turbata, dolus indiciis probatur, & indicia ponuntur.*

76 *Dolus tamen iſte excuſabilis eſt, & excuſationes proponuntur.*

77 *Tutoris dolus in conficiēdo inuentario, quomodo probetur, remiſſiue.*

78 *Hæredis dolus, deficientium conficientis inuentarium, quo pacto probetur, remiſſiuè.*

79 *Dolus eximentis aliquem, ne compareat in iudicium, quemadmodum probetur.*

80 *Dolus inducentis ad renunciandum, quomodo probetur, remiſſiuè.*

81 *Dolus adminiſtrantis, an videatur ex eo probatus, quod reliqua non reſtituat.*

82 *Coniectura, ſiue inditium duplex eſt, dubitabile, & indubitabile.*

83 *Indicium dubitatum probatur vnico teſte, integro cum fama, vel aliis adminiculis, vt ibi.*

84 *Dolus in iudicio ſpecialiter allegari, ac probari debet ex communi ſententia.*

85 *Agens de vi publica, & probans de priuata ſuccumbit.*

86 *Agens de dolo, & probans de lata culpa, non ſuccumbit.*

87 *Diſtinguitur tamen.*

QVoniam relati quatuor effectus actionis, exceptionis, replicationis, & pœnę non aliter proficiſcantur ex dolo, quàm ſi legitime conſtiterit de illo, conſentaneum eſt, vt de probatione ipſius diligenter inſpiciamus. Quærentes primo

An dolus ſis probandus, & dato quod ſic.

An vere probari poſſit, tandem.

Quibus modis probetur, his vero proximas, atque coniunctas applicabimus quæſtiones.

Quæſt.1. Vt igitur priori dubitationi ſatisfaciamus non videtur dolus vlla egere probatione, quoniam præſumitur iuris diuini præſumptione, iuris naturalis, & iuris
1 ciuilis: Diuino quidem, quia † omnis homo mendax, vt inquit *Pſalmiſta*, & Deus ipſe
2 *c.6.Gen.* videns autē Deus, quod multa malitia hominū eſſet in terra, & cuncta † cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore &c. & paulo infra; cumq; vidiſſet Deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terrā) ecce ibi omni tempore & omnis caro. Secundo præſumptione naturæ quoniam ho-
3 mo per naturam procliuior † eſt ad vitia, nec mirum, nam à ſenſibus vitam auſpicatur, & in primis vitam ſenſuum viuit, ſenſus autē omnes voluptatem ſequuntur, voluptas autē (vt ſcriptum vere reliquit Plato) eſt eſca vitiorū, Confirmatur quoq; quoniā
4 homo, vt inquiūt Philoſophi, tactu præditus eſt † exactiſſimo, & ꝓpterea ad voluptatē corporis propenſum eſſe oportet, quæ corporis intemperantiā parit, omnium vitiorū ſeminarium; iure igitur optimo per naturam propēſior eſt ad vitia, id quod ſentiēs Pythagoras, cum interrogaretur, quid veriſſime dicitur, quod homines mali ſunt, reſp. ideoq; *Plato 2. de repub.* poetam commendauit ita canentem.

Mortales vitium penitus labuntur in omne
Præcipites, quoniam facilis via ducit ad ipſum:
Hoc quia vel nobis iam tum naſcentibus hæret.

† III. adiuuatur præſumptione iuris ciuilis per tex. in *l. ſi non conuitiis C. de iniuriis*, vbi
5 verba iniurioſa præſumuntur animo iniuriandi prolata, niſi † probetur cōtrarium, dixit *Corn. conſ. 93. viſo & conſ. 360. viſo vol. 3. Par. conſ. 52. n. 33. & con. 78. n. 16. vol. 4. Bur. con. 94. n. 3. vol. 1.* II. per tex. in *l. vend. ff. de peric. & com. rei vend.* vbi incendium, præſumitur
6 culpa, vel dolo malo cuſtodientis † not. *gl. in l. ſi modo. ff de leg. 1. & in l. 4 §. 1. ff. de off. proc. & leg.* & ideo illi non incumbit onus probandi, quod incendium acciderit ſine dolo, *Caſt. in l. ſi quis ex argen. §. prætor. n. 7. ff de edendo Ro. con. 401.* eo præſuppoſito. *Anc. con. 349. Maſc. de prob. vol. 1. concl. incendium.* Tertio, ſi tutor vendat bona pupilli ſine cauſa, præſumitur in dolo nec opus eſt probatione *Cra. conſ. 193. Alex. conſ. 74. poſt. nu. 1. lib. 7. Pariſ. conſ. 52. n. 13. vol 4. & conſ. 78. num. 6 eod. vol. 4. Rim. Iunior in l. 1. nu. 64. verb. ego vero, ſuper illis. ff. quod quiſque iuris.*

Contrariam tamen ſententiam, dolum ſcilicet eſſe probandum, nec præſum-
7 ptione † iuuari longe veriorem eſſe probant leges tum ciuiles, tum Canonicæ & commendant tam Legiſtæ, quàm Canoniſtæ, adeo quod quando præſumitur inter duos dolus, præſumitur, *Bald. in l. ſi prædium num. 27. C. de edilit. act.* Ciuilia quædam iura ſunt in *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. in l. non omnis. §. à barbaris. l. quod adhibetis, C. de his, qui ſibi adſcribunt*, ibi inquam credo magis errore, quàm malitia incidiſſe, quem locum dicit obſeruatione dignum *Bald. in l. 1. ff. de legat. in l. dolum. C. de dolo.* Canonica vero in *cap. fin. de renunciat. lib. 6. in c. ſedes, & in c. literis, extra de reſcriptis, & in c. ſi autem extra eodem tit. de reſcript. Legiſtæ. Marſil. in l. de falſis, & in lege qui ignorans. ff. de falſis Bartol. in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. Caſtr. in d. l. ſiquis ex argentariis. §. 1. n. 7. & in l. tranſact. n. 2. C. de tranſact. Fulgoſ. Bart. Bald.* Alex. & omnes in *d. l. dolum*, & omnes etiam conſulentes copioſe citati per *Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 531. in verb. dolum*, Canoniſtæ, *Abbas in c. cum quidam n. 5. de iureiur.* Docet *Felyn. in c. ſi autem col. 1. & 2. extra de reſcript. Abbas in c. accedens n. 2. de
8 crim. falſ.* ita vt nemo diſſentiat, Prima ratio † eſt quia dolus eſt facti cum in animo conſiſtat. *l. bonæ fidei. ff. de acqu. rer. dom* facta non præſumuntur, niſi probentur, Hanc rationem citat *Soc. Iun. conſ. 67. vol. 2.*

Secunda ratio eſt, quia dolus conſiſtat in animo & non debet præſumi dolus, cum
9 animus lateat, & † multi ſint in eo receſſus, & ſolus Deus ſit ſcrutator cordium, merito debet probari.

Tertia ratio eſt, quia dolus eſt delictū, vt ſæpe probatum eſt, ſed delicta non præſumuntur, niſi probentur ex cumulatis per *Maſcardum de probat. vol. 1. concl. 413.*

Quarta ratio eſt huius frequentioris ſententiæ, quia in dubio quilibet præſumi-
10 tur bonus † quouſque non probetur contrarium. *l. merito. ff. pro ſocio l. omnimodo C. de inoff. teſtam. c. fin. ext. de præſumpt.* quam eſſe naturæ præſumptionem dicit *Alciat. in reg. 3. præſumpt. in 2. præſumpt. num. 1. per gl. in l. fin ff. quod met. cauſ.* & ſequitur *Mant. conſ. 24. n. 7. & conſ 286. num. 34.* ita quod adſit præſumptio legis ciuilis. *d. l. merito. l. canon. d. c. fin. ibi eum primæ facie præſumatur* idoneus, niſi in contrarium aliud oſtendatur, & tertio præſumptio naturæ vt dictum eſt, & vere: Nam, vt inquiunt Academici, perinde ſe habet homo ad bonum, & ad virtutes, ac ſe habeat ad ſcientias, at omnis homo natura ſcire deſiderat, igitur eſt omnis homo ad virtutem, & bonum per naturam maxime procliuis.

11 Confirmatur quia boni conditio † eſt, & natura, vt expetatur ab omnib. nam bonum dicitur, quod omnia appetunt, *Ariſt. 1. moral. in princ.* Quæ vſq; adeo vera ſunt, vt præſumptionem cõtrariam inducant, ſcilicet dolū non præſumi. *l. ſtipulatus. §. ſi lancem. ff. de ſolut. l. quamquam in princ. ff. de aqua pluu. arcenda. l. qui autem. § apud Labeonem. ff. quæ in frau. cred.* & adeo eſt vera hæc opinio, vt quando dolus requiratur in aliquo actu per *l. debet à fiſco probari, Burſat. conſ. 94. n. 35. vol. 1.*

Nec aduerſantur contraria, & primum quidem diluitur, quoniam & ſi homo ſit mendax, & nemo ſit mundus à ſorde, tamen non ſequitur, quod continuo, & ſemper
12 † ſit mendax, vel quod in dubio credatur mẽdacium dicere, vel delinquere, ſed quod natura aptus eſt ad peccandum & ad mentiendum. Verum cum ratione ſit præditus, & mente, quæ iubet honeſta, & prohibet contraria, *Cic. de legibus.* ſecundum eam creditur operari, per quam homo eſſe dignoſcitur; locum autem in *Sacra Geneſi*, oportet accipere, quod ad illud genus hominum, quod delendum tunc cõſtituit ibi Deus, ponderando illud verbum, eſſent intenti, & illud, corruperat viam, tunc ſcil. quando Deus cogitauit delere hominem à facie terræ.

Secundum argumentum de præſumptione naturæ tollitur ex prædictis, & præterea ſubuertitur, quia & ſi ſenſibus homo polleat, qui inclinant ad vitia, tamen ſubiiciuntur rationi ideoque non compellunt ad malum, ſed ipſi potius diriguntur ad bonum, alioquin ſi non poſſet hæc ratio moderari, vitia non afferrent homini vituperiū,
13 & iniquum eſſet puniri delicta, cum non fierent † ſponte, quod tamen eſt contra tex. *in l. 1. §. huius ſtudii ff. de iuſtit. & iur. in l. congruit. ff. de offic. præſid. in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquiliam.* Accedit quod ſi dolus præſumeretur non leges, non contractus, non iudicia non teſtamenta conſiſterent.

Tertium autem ſumptum à præſumptione iuris ciuilis euertitur, cum diſtinctione, nam aut ſumus in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, ſcilicet à lege, vel à natura, & tunc dolus in his præſumitur, *Bart. Bald. Alex. in l. dolum, Capra reg. 78. n. 49. & inter com.* opinion. in verbo dolus allegat *Ioan. Monach. in regula ſcienti de reg. iur. in 6.* & non

regu

eget probatione,& ita procedunt argumenta contraria, quod vero dictum eſt de in-
cendio,ſpecialiter procedit,vide Maſcardũ in verbo incendium;aut ſumus in his,quę
14 ſunt de genere † permiſſorum, & non præſumitur dolus,ſed eſt probandus,aut ſumus
in his,quæ habent ſe vtroque modo,& poſſunt aliquando eſſe permiſſa,aliquando nõ,
& tunc ſi facta ſint palam non præſumitur dolus,ſi clam fit doli præſumptio,ſecũdum
diſtinctionem *Bart.in d.l.dolum* quam dicit *Alex.* ab omnib.approbari, & ita accipien-
da eſt regula,& com.conclnſio authore *Bald. in d.l.dolum*, aliud membrum plus, nam
diſtinctio *Bart.* loquitur in geſtis, & factis, Angelus addit membrum in omiſſis, & ait,
aut fuit omiſſus ex certa ſcientia,& præſumitur dolus.Aut ignorantia, & tunc aut iu-
ſta & non præſumitur, aut iniuſta,& præſumitur,& omnia membra probat *Ang. in §.*
præterea num.30.Inſt.ver.poſtquam Inſt.de act.alia vtitur diſtinctione. Cum itaq; in his,quæ
ſunt ſimpliciter permiſſa geri,& in his,quæ ſunt in differentia, & habere ſe poſſunt ad
vtramque partem,oporteat dolum probare.

Q.2. Quæro an dolus vere,& directe probari poſſit;& videtur quod ſic: Primo à
15 definitione probationis. Nam vera probatio eſt † rei dubiæ per argumenta oſtenſio,
gloſſa.& Azo in rub.C.de probat. velut ibidem dixit *Bald.* probatio eſt fides veri legitimis
modis,& temporibus facta cognitori cauſæ. Dolus autem argumentis oſtenditur. *l.do*
16 *lum,& ibi Doctor.omnes.C.de dolo*,& legitimis modis veritas eius detegitur.II.quæ † cõ-
ſiſtunt in facto, vere probari poſſunt, adeò quod illa præcipue probantur. *l. in bello. §.*
facti ff. de captiuis, dolum autem facti oſtendimus ſupra,quia conſiſtat in animo qui di-
citur eſſe facti. *d.l.in bonæ fidei de acq.rer.domin.* III. delicta vere probari poſſunt, alias lex
17 non requireret in eis probationes † luce meridiana clariores. *l.fin. C.de probat.* dolũ ve-
ro delictum eſſe,ſæpius probatum eſt in antecedentibus.IV. poteſt probari confeſſio-
ne doloſi. *l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.ff.de minorib.* at nulla eſt maior probatio confeſ-
ſione. *l.1.C.de confeſſis*,& dolum in eis probari ait *Fely.in c.ſi autem n.2.ext.de reſcriptis.*
18 Cæterum opinio † contraria, vt verior eſt, ita & frequentiorib.calculis Doctorum
recepta,ita vt neminem inuenerim diſſentientem,etenim affirmant omnes, dolũ ve-
re,& directe probari non poſſe,ratio prima eſt,quoniam dolus extra non apparet,ne-
que nos valeamus aliorum animum penetrare,ſolius enim Dei,potentia eſt, iuxta il-
lud ſcrutans corda,& renes Deus,vnde *Bald,in l.1.col.7.verb.* modo ſequitur,eodẽ de
confeſſis,dixit,quod mentis,& animi nullum eſt directum teſtimonium, ex not. *in l.*
iuriſg.§.pactorum ff.de pactis,refert *Tiraq.de legib.connub.gl.7.n.72.& in l.ſi vnquam n.23.*
in verb.ſuſceperit liberos.C.de reuocan.donation. & propterea neceſſe eſt dolum ab effectũ
19 cognoſcere quemadmodum cognoſcitur arbor ex fructib.ſigna enim † exteriorũ a-
nimum interiorem indicant *§.pauonum inſtit.de rer.diuiſ.* Doctor.maxime *Sylueſ.Aldob.*
20 rem explicat *in §.ſuſpectus autem tutor num.2.inſtit.de ſuſpect.tutor.* in animis † enim ho-
minum vt ſupra diximus multæ ſunt latebræ,& multi receſſus, *Cicero pro Marcello*; Cõ-
firmatur,quia ſi poſſet directo probari lex non admitteret probationes per coniectu-
ras,& indicia,& facit *in d.l.dolum c 2.de renunciat.lib.6.per l.non hoc.C.vnde cogn. per l.non*
omnis.C.ſi certi.petat. vbi deſiderat lex probationem de neceſſitate concludere,at dolus
neceſſario probari non poteſt *Purpur.in l.1.n.128.ff.ſi cert.petat.Iaſ.conſ.141.col.3.libr.4.*
21 Præterea ſi directo probaretur,non diceretur † eſſe dolus difficilis probationis,cum
tamen id omnes affirment, *Butr.q.101.n.3.& 4.Iaſ.nuper allegatus Menoch.de arbitrar.*
*cent.2.caſu 126.n.21.Burſat.conſ.40.n.63.vol.1.Maſcard.de probat.concl 530.*per totum,vbi
lariſſime,communem hanc concluſionem probat, infinitis prope congeſtis authori-
tatibus. Nec aduerſantur contraria,primum enim tollitur quoniam, probatio bifaria
conſideratur,vno quidẽ modo quando directe, & neceſſario probat,alio, prout præ-
22 ſumptiue † & coniecturalis;ſiue præſumptiua probatio dicitur. Vtraq; continetur ſub
definitione probationis;quia vtraq; dubiæ facit fidem. Sed fides alia eſt neceſſaria alia
præſumptiua,vt eſt probatio doli,cum fiat coniecturis,quæ ſæpe ſunt fallaces, vt dixit
Tiraq.d.loco.ſc.gl.7.connubi l.n.72.& in d.l.ſi vnquam n.23. in verbo ſuſceperit liberos,v-
bi refert *Bald.in l.precib.col.7.ver.dixi ego.C.de impub.& aliis ſubſtit.* dicentem fallaces eſ-
23 ſe coniecturas,q̃ a ſæpe errant homines in coniecturanda mente alterius † hominis, ꝓ-
pter nimiã eius ſubtilitatẽ. Ad ſecundũ concedo q̃ facti ſunt ꝓbari per *l.in bello*,ſed ne-
go omnia directe,& neceſſario ꝓbari,etenim habere malã fidẽ in vſucapione, maritũ
vergere ad inopiã,ita vt ſit locus repetitioni dotis cõſtante matrimonio,q̃ in fraudem
fiſci,vel creditorũ,aliquis alienauerit,facti ſunt,& tamẽ nõ directo probantur, ſed per
coniecturas, *Doct.in l.ſi conſtante.ff.ſol.matr.& in l.poſt contractum ff.de donat.in l.Celſus.ff.*

de vſucap. Eodemq; modo euitatur tertium argumentum, ſiquidem omnia delicta nõ poſſunt vere,& neceſſario probari,& ideo *tex.in d.l.fin.* inquit probari delicta teſtibus inſtrumentis,& iſtæ ſunt directę probationes & indiciis,quib.dolus probatur, & iſtæ ſunt probationes coniecturales. Ad quartum reſpond.vel ſpeciale eſſe in confeſſione partis,quæ ſolum ſcit an dolo fecerit,altera ſolutio ſit, quod confeſſio non eſt ꝓpria
24 ſpecies † probationis, *Doct.in rub.de probat.nam Decius n.10.* vbi teſtatur de communi,inferens ad ſtatutũ,quod ſi loquatur de prolatione in materia odioſa non continet probationem per confeſſionẽ quippe debent ſtatuta proprie intelligi,& multos cumulat.

Q. 3. Quæro vtrum omnis dolus ſit probandus:eſt enim dolus verus,dolus præſumptus,dolus velatus,ſecundum primam diuiſionem doli mali,quam dedimus in *i.*
25 *libro*,& ſane,quo ad verum † dolum nulla debet eſſe diſputatio, ſiquidem eget probatione.*d.l.quoties.§ qui dolum ff.de probat.* cum aliis nuper adductis. Simili modo quo ad dolum velatum.vt qui latet in metu,etenim ſicut metus probandus eſt, quia facti eſt, *Soc.Iun.conſ.67.vol.2.* Sola dubitatio eſt quo ad dolum præſumptum,& *Fely.in c.ſi autem n.2.* inquit,probari,interdum vere,vt in *l.quod Nerua.ff.depoſit.* vbi dolus præſumptus probatur in depoſito,eo ipſo quod ſit facta probatio, depoſitarium non ea fide ſe geſſiſſe in reb.depoſitis,at in rebus propriis,interdum præſumptiue,& per coniecturas *c.fin.de renunciat.in 6.ex notat. à Bart.in l.poſt contractum.ff. de donat.* Suffragatur etiam vltra *Fely.d.l.quoties.§.qui dolo* indefinite.n loquitur,de dolo igitur æquipollet omni dolo *l.cum plurib.ff.de leg 1.& ibi Bart.*& cõfert tertio loco ratio probationis doli ſe quia quilibet creditur bonus. *l.merito.ff.pro ſocio*,quia delicta ſunt probanda. *l fin. C.de probat.* in-
26 ter quæ ponitur quoq; dolus.Pro reſolutione † difficultatis, videtur diſtinguendum. Nam quidam eſt dolus præſumptus præſumptione iuris, & de iure,& in hoc tantum abeſt,quod ſit neceſſaria probatio,vt non admittatur probatio in contrarium;dari vero hunc dolum præſumptum diximus in dicta prima diuiſione doli mali, & tradit *Pa-*
27 *riſ.conſ.49.n.30.& n.53.vol.1.& Curt.Iun.conſ.51.n.2.* Alius † eſt dolus præſumptus præſumptione iuris tantũ, & in hoc opus non videtur probatione, *Roland conſ.60.n 42.43. vol. 4.Pariſ.conſ.100.n.68.vol.* 1.dicunt enim non egere probatione ſi à lege, vel à ſtatu-
28 to præſumatur *Caſtr.in l.dolum.C.de dolo.* Quia iuris præſumptiones ſunt † liquidiſſimæ probationes.*l.licet Imp.& ibi Alex.*& *Iaſ.ff.de l.1.Marſil.in rub.de probat.nu.183.verb.reſtat videre*,adeo quod præſumptio legis ſufficit, vbi lex requirit probationem per inſtrumentum *l.quacunq, iuncta l ſi.C.de Apoch.public.lib.10. Alc.de præſumpt.part.2.nu.3.* Nec aduerſatur.*l quod Nerua*,etenim ſi non conniuenti oculo inſpiciatur ille tex.nõ probatur ibi dolus præſumptus,alioquin ſuperuacanea eſſet præſumptio, ſed debet probari id,ſuper quo lex fundat præſumptionem ſuam, ſc. quod depoſitarius non adhibuerit in re depoſita illam diligentiam, quam poluit in cuſtodia rerum ſuarum,nam ex hoc ſolo nõ eſſet dolus depoſitarii probatus, niſi lex ſuper eo facto probato non fundaret præſumptionẽ doli,& ita accidit in aliis præſumptionib.etenim non ipſæ ſunt probãdæ,ſed vt dictum eſt forent ſupernacuæ,ſed facta ſunt probanda,in quib.ſunt fundatæ præſumptiones,veluti nemo debet probare,quod præſumatur ſtipulatio in fideiuſſione,ſed quod fideiuſſio ſit celebrata per inſtrumentum.*l ſciendum.ff.de verb.oblig.§.*
29 *pen.& fin.inſtit.de fideiuſſ.* Tertius eſt dolus præſumptus præſumptione † hominis,cuius exempla ponit *Menoch.de præſumpt.vol.1.q.58.*& in hoc dolo videtur neceſſaria probatio, vt colligitur per eundem *Menoch.d. loco*, dum ait regulam illam,quod coniecturæ, quibus probatur dolus ſunt poſitæ in iudicis arbitrio,eſſe verum in præſumptione hominis,non legis,nam ſuper præſumptione à lege probata non cadit arbitrium iudicis, quæ enim lege,vel conſuetudine definita ſunt,non dicuntur iudici arbitraria, de cõſuetudine dixit *Bald.in l.quicunque colum.5.C.de ſeru.fugit. Ioan.de Annan. in cap.Iudex, de iudiciis, Felyn.in cap.inter cæteros colum.4.num.12.de reſcript.& in cap. ex litteris num. 14. eod.tit.* de lege dixit *Ripa.l.in conſtante num.30.ff.ſolut:matrim. Curt.Iun.in l.1.numero 30. ff.de iuriſdict.omni iud. Dec.conſilio centeſimo, Menoch.* qui alios refert *de arbitrar.iud. li.1. quæſt.14.n.5.& 6.*

Q. 4. Cum autem dolus ſecundum ea,quæ dicta ſunt, non poſſit directe, & neceſſario probari,quæramus quæ probationes admittantur in eo,& ſane conſuetudo legis eſt, in his,quæ non poſſunt ſui natura directam probationem recipere præſumptiuas, & coniecturales probationes,pro directis,& concludentib.accipere, vt palã eſt ex traditis à Doctorib.vt à Bartolo *in l.poſt contractum.ff.de donat.in l.ſi conſtante. ff.ſolut. matr.* conſtat etiam ex his,quæ cumulat *Menoch.de præſumpt. libro. 1.quæſt.58.*& probatur ex

Ariſtot.

30 *Ariſtot 1.moral. Nicomach.* ait enim eſſe multa, quæ ex natura † ſua non poſſunt, de-
monſtratione probari, vt quæ pertinent ad Oratorem,& in his,quæ ſpectant ad Mo-
ralem Philoſophum,neq; enim ſemper vti poteſt demonſtrationibus,in quibus eum
præcipue verſetur Iuriſconſ. non mirum ſi ſæpe coniecturis,& præſumptionib.cõ-
tentus,perinde habeat ac ſi pleniores eſſent probationes, plurima namq; tranſirent ſi-
ne prouiſione legislatoris,quod eſſet pernicioſum ciuitati, ſi ad exactam probationẽ
eſſent redigenda. Perſpicuum eſt, quia nunquam matrimonio conſtante liceret fœ-
minis dotem repetere,ſi neceſſaria probatione eſſet docendum maritum vergere ad
inopiam,itidem numquam reuocaretur donatio tamquam facta in fraudem fiſci, ſi
fraudulentus animus eſſet neceſſario probandus,quippe non valent hæc concluden-
31 ter, directo probari. Sed iterum quæro † quæ nam, & quales debeant eſſe conie-
cturæ & præſumptiones validæ ad probationem doli,ſed ante breuiter declaro, quid
ſit coniectura, quid præſumptio,quid iudicium, nam his dolum probari traditum eſt
ſupra ex *l.dolum. Cod. de dolo*, eo tamen præmiſſo, quod hæc tria tum alibi, tum in hac
præſertim materia doli æquiualent & præſumptio,non impropric coniectura poteſt
appellari *l.vtrum cum gloſſ.ff.de donat.inter virum,& vxor.l.vnic.cum gloſſ.in verb. conie-
ctura.ff.ſi tabul.teſtam.extabunt,& Socc.in l. cum anus nu.70.ff.de cond.& demonſtrat.* quod
32 coniectura ſignificat præſumptionem, à qua non videtur abeſſe iudicium, quippe †
definitur à *Bald.in l.non hoc C.vnde cognat.verb.eſt enim*,indicium eſt coniectura ex pro-
babilibus,& non neceſſariis orta,à quibus poteſt abeſſe veritas,& non veriſimilitudo;
Curt.Senior,in l. admonendi, n.187.ff.de iniuriis,Ruy.conſ.36.n.9. vol. 1. ita enim definitur
indicium ad probandum,nam aliud eſt indicium ad capturam,ſiue ad inquirendum,
aliud ad torquendum,ſiue ad torturam per *Brun.de indiciis & tortura quaſt.*1. Cõiectu-
33 ra † eſt opinio veri ex ſigno probabili deducta,vt ex habitu meretricio,mulier præſu-
mitur eſſe meretrix.*l.item apud labeonem.§.ſiquis virgines.ff.de iniur.Bal.in ea quidem.n.*13.
34 *C.de accuſ.* Præſumptio quoq; non diſſimiliter † definitur, nam dicitur conceptus men-
tis,ab aliqua probabili coniectura ductus per eundẽ *Bal.d.l.ea quidẽ n.6. per l.continuus.
§.cum ita.ff.de verb.obl.* item præſumptio eſt,probabilis coniectura ex certo ſigno pro-
ueniens,quæ alio non adducto pro veritate habetur, *Alc.de præſump.part.3.in 1.Cor.vero
in conſ.197.n.7.in pr.vol.*3.dicit præſumptio eſt veritas veriſimilis,nõ tamen certa.Hæc
de coniectura dicta ſufficiant,qui plura requirat,adeat *Quint.& Cic.*dum de ſtatu cõ-
iecturali tractant,& petat à *Mantica de coniect. vltim. voluntatum,lib.* 1.*titul.* 1. redeamus
ad propoſitã quæſtionẽ,& inueſtigemus,quæ ſint iſtæ coniecturæ,& ſane debent eſ-
ſe legitimæ, & iure probatæ, *Ancar.conſ.*383.vt dici ſolet de indiciis ad torturam, quæ
debent eſſe legitima, *Bart.in l.vlt.num.5.& ibi latius Marſil.num.4.de quaſt.*facit *not. in l.
milites.§.oportet.C.de q.Menoc.de arb.lib.1.q.18.& lib.2.par.3.caſu.* 270. ſed quæſtionis eſt,
an, vt ſint legitima,debeãt eſſe grauiora inditia,& clariora, an vero ſufficiant leuiores
coniecturæ,leuiora indicia. Et profecto videntur leuiora ſufficere, vt dixit *Dec.conſ.32.
n.3.vol.3.* maxime vbi dolus arguatur in his,quæ ſecreto fieri ſolent,& à ſuſpectis per-
ſonis, vt paulo ſupra probatum eſt,& dixit ex mente aliorum *Menoc.de arb.lib.2.cent.2.
caſu* 126. At in his,quæ ſunt difficilis probationis admittuntur leuiores probationes, vt
dixit *Bart.in l.de ætate n.7.ff.de min.Pariſ.conſ.10.n.58.lib.*2.quod cũ ætas ſit difficilis pro-
bationis, ideo admittitur matris teſtimonium.*l.etiam.ff.de probat.*& cum Deciano ſen-
tit, *Corneus in conſ.122.n.4.vol.*3 quem refert,& ſequitur *Alba in conſ.77.num.9.*

Ex aduerſo quod coniecturæ debeant eſſe euidentes,& clara indicia probat tex.
d.l.dolum.C.de dolo; vbi *Caſtr.Bar.Bald.Alex.Corn.& omnes*, vbi gloſſa dicit tunc eſſe per-
ſpicua indicia,cum non niſi in malam partẽ ſumi poſſint, *Rom.conſ.54.col.2.* dicit quod
indicia debent eſſe vrgentia,idem *Imola in conſ.147.Capra conſ.161.n.22.& conſ.140.n.5.*
dicit quod indicia debent eſſe perſpicua, *Rot.Gen.deciſ.168.n.13.Bal.conſ.250.n.1.lib.1.*ex
indiciis perſpicacibus, *Zaſ.conſ.18. volum.*1.quod debent coniecturæ eſſe euidentes;
*Angel.conſ.89.Corneus.conſ.78.num.21.vol.2.& conſ.156.in 1.vol.Roland.conſ.*11. quod in-
dicia debent eſſe manifeſta, *Mar.Socc.conſ.37.num.21.nu.2.* vbi inquit manifeſtiſſimis
indiciis dolum eſſe probandum,item *Crauet.conſ.8.num.1.& Maſcar.de probat.concluſ.*
35 530.*num.8.* Ad reſoluendam difficultatem, & † conciliandas diſſidentium ſententias,
opus eſt ita diſtinguere,aut ſumus in probatione doli ſuper his negociis,& cauſis,quæ
clam,& ſecreto fieri ſolent,vel à perſonis ſuſpectis & tunc procedat prior opinio,& ita
loquitur Decius,vt palam eſt ex lectura eius conſilii, & ita ſentit, *Corneus*, alias repu-
gnaret ab eo quod dixit in *d.l.dolum*, & non obſcure declarat, *Maſcard.de probat. vol.*1.

concl. 530. nu. 3. & 4. Aut vero ſumus in his, quæ palam geſta ſunt, vel à perſonis non ſu-
ſpectis, & eſt locus poſteriori ſententiæ.
Q. 5. Quæro quæ ſint indicia perſpicua, ſiue manifeſta, quibus probandᵘˢ eſt do-
lus, Caſtren. ex mente gl. in ſæpe allegata *l. dolum*, quem refert etiam *Maſcard. allegatâ*
concl. 530. in fin. dicit tunc eſſe perſpicua, cum non poſſunt interpretari niſi in malum,
36 ſecus, † quando in malum, & in bonum, qnia tunc præſumptio fieret potius in bo-
nam partem, exemplum gloſſæ eſt in ſcolaribus Hiſpanis, qui inuitauerunt quendam
ad prandium, & ipſum miſcendo vinum album cum nigro inebriauerunt, vt induce-
rent ad fideiubendum pro eis, nam ille actus inebriandi nõ poteſt interpretari, niſi in
malum, quod apparet ex eo, quod poſtea fecerunt, indicia quoque manifeſta, vt mi-
hi videtur, ea ſunt appellanda. Quibus probatis lex ipſa inducit præſumptionem do-
li, etenim cum lex dicat, dolum perſpicuis indiciis eſſe probandum, & ſuper quibus e-
iam fundet præſumptionem doli, vtique neceſſe eſt illa eſſe indicia manifeſta, exem-
plum eſt in *leg. quod Nerua. ff. depoſiti*, in qua ex illo indicio, quod depoſitarius
non adhibuerit in re depoſita illam diligentiam, quam ſolitus eſt præſtare in
rebus ſuis, lex inducit præſumptionem doli, merito indicium poteſt dici perſpicu-
um, & manifeſtum, Aliud eſt exemplum in *leg. dolo. ff. ad leg. Falcid.* in qua ex illo indu-
cio, quod hæres pendente lite hæreditatis, ſine cautione ſoluit legata, dolum præſu-
mit, igitur eſt perſpicuum, aliàs lex doli præſumptionem non faceret. Sunt itaq; indu-
cia quædam in quibus lex fundauit preſumptionem doli, vt in exemplis propoſitis, &
aliis deductis à *Caſtr. in d. l. dolum à Luca de penna in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit.*
lib. 10. vbi 200. caſus enumerat à *Maſc. vol. 1. concl. 531.* qui non pauciora recenſet, & de
his non eſt diſputandum, quando legem certam habemus, nam ei obedire non de ea
diſputare debemus. Alia ſunt indicia, de quibus poteſt dubitari, an ſint ita clara, &
perſpicua, vt dolum probent, quia certo iure non ſunt definita, & ideo omnium con-
ſenſu remiſſa ſunt arbitrio iudicis, vt colligitur ex *c. de cauſis, de offic. deleg. ex l. 1. ff. de iur.*
deliber. Refert Corn. conſ. 140. n. 10. lib. 2. Alc. in l. poſteaquam. n. 11. C. de pact. Alex. conſ. 56. lib.
2. cum multis citatis à Menoch. de præſumption. vol. 1. queſt. 58. numer. 22. Et Lucas de
penna. quemadmodum, vbi dicit quod iura quandoque dicunt, dolum ineſſe in ipſo
facto, quandoque ipſum præſumi, quandoque dolum paſſum ad illud probandum
admitti. *Menoch. dict. loco*, declarat id habere locũ in coniecturis & præſumptionibus
hominis, non legis, vt ſupra innuimus; Etenim, vt res exẽplo fiat illuſtrior, non poteſt
iudex arbitrari dolum non feciſſe hæredem ſoluentem legata ſine cautione poſt mo-
tam litem hæreditatis, quippe quia lex dolum ibi præſumit, & vbi legis eſt declaratio
37 nullũ eſt arbitriũ iudicis ex adductis *per Men. de arb. lib. 1. q. 14. n. 2.* Iudex † ergo vbi bo-
nus vir, & prudens ex qualitate loci, temporis, facti, & perſonarum arbitrabitur, clara
ne, & aperta ſint indicia ad doli probationem ſufficientia; Ex circumſtantiis enim cõ-
ſtare poteſt iudici an debeat iudicare dolum eſſe cõmiſſum, ſimiliter iudex poterit in-
tueri multas coniecturas, multaq; indicia conſiderare, quæ à doctoribus reputantur
vrgentia in probatione doli, de quibus apud *Maſc. d. concl. 531.* licet ibi multa ſint, ſuper
quibus lex ipſa fundat præſumptionem doli, in quibus hoc debet Iudex tantum per-
ſpicere an illa ſint bene probata, non vtrum ex illis probetur dolus, quandoque illis
probatis dolus quoq; eſſe probatus cenſetur, multas etiam coniecturas probandi do-
lum ponit *deciſ. Genu. 168. n. 13. & deciſ. 3. n. 27. Par. conſ. 149. lib. 4. & conſ. 79. eod. lib Sebaſt.*
Med. de fortuit. caſib. part. 1. q. 10. num. 18. Tiraq. de leg. connub. gl. 7. n. 72. vſq; ad n. 169. Verg.
Bocc. in conſt. Marcb. gl. 8. n. 191. ver. poſſet per declaratione *Fel. in c. ſi autem ext. de reſcript.*
Alex. conſ. 193. vol. 1. Iaſ. in l. ſiquis cum alter. n. 5. ff. de ver. obl. & ibi Dd. Idem Iaſ. in l. ea qua
C. de tranſ. in l. licet Imperator. num. 10. ff. de leg. 1. in l qui Roma. §. cohæredis. n. 38. ff. de ver. obl.
dixi ego in *lib. 2. in 1. diuiſione doli mali*, in titulo de dolo pſumpto illud tamen nõ eſt præ-
termittendũ, ꝙ probatio per has coniecturas, dicitur euidens, expreſſa, & manifeſta, vt
per *Tir. de leg. conn. gl 7. n. 72. & ſeq. Mar. Soc. c. nulli. n. 6. ex de accuſ. Decia conſ. 32. n. 14. vol. 3.*
Q. 6. Itẽ quæro, cũ dolᵘˢ indiciis, & coniecturis probetur, quæ eſſe debeant iſtæ cõ-
iecturæ, vt dicãtur dolum probare, *Dec. conſ. 32. n. 3. vol. 3.* inquit duas ſufficere, vt enim
38 duo † teſtes ſatis ſunt ad faciẽdam directã probationem *l. vbi numerus. ff. de teſt.* ita duæ
coniecturæ ad conſtituendam probationem indirectam, & inflexam, cuiuſmodi eſt
probatio cõiecturalis, Confirmatur ex *leg. dolum. Codic. de dolo*, dum ait, dolum indi-
ciis conuenit probare, cum non dicat quot, nec numerum definiat, indiciorũ, ſucce-
dit reg. *d. l. vbi numerus.* Verum obſtat quod in probãda ſimulatione in qua dolus ineſt

non

Digitized by Google

non ſufficiunt duo coniecturæ ſed plures requiruntur, vt dixit *Bart.conſ.192.num.7.&*
con.66.n.9. quem refert, & ſequitur *Roland.conſ.47.numer. 30.vol.4.* At probabilior eſt
prior opinio allegata ratione, quæ poteſt confirmari ex his, quæ tradit *Bar.in l.poſt con-*
tractum col.2.ff de donat. ponit enim duas ſufficere cõiecturas ad probandam donatio-
nem factam in fraudem fiſci, nempe quod præceſſerit cauſa inimicitiarum, & aliena-
tio omnium bonorum. Vel quod ſtante cauſa inimicitiarum facta ſit donatio, cõiun-
ctæ perſonę. Nec aduerſatur dictum *Portu*, ſiquidem videtur eſſe differentia inter pro-
bationem doli, & ſimulationis, nam ad eam probandam non ſufficiunt coniecturæ
hominis, *Bald.conſ.21.vol.4.* quem laudat *Rol d.conſ.47.num.30.in fin.* Rurſus quia non
eſt expeditum, quod ſimulatio probetur coniecturis: nam *Caſtr.conſ.261.in princip.vol.*
2. voluit quod perfectè probari debeat ſimulatio non per coniecturas, & præſum-
ptiones refert, & probat *Rol.conſ alleg.47.num.30.* accedit, quod in contractu ſimula-
to adeſt culpa vtriuſq; contrahentis, in contractu doloſi vnius culpa tantum, ideo ma-
gis eſt fauẽdum ei, qui ſe dicit deceptum, quam qui ſimulationẽ allegat; ſuffragatur e-
tiam, quod ſimulatio duabus coniecturis videtur rectè probari quicquid dixerit Bar.
39 Nam præſumitur cõtractus † ſimulatus, ex pacto de retro vendendo cum modicitate
precii, ſc. quando excederet dimidiã, vt conciliando Doctorum ſententias dixit *Sena-*
tus Pedem.deciſ.41. per multas autoritates, & aliquas rationes ibi congeſtas, & ad prio-
rem ſententiam redeundo de duabus coniecturis puto declarandam ſi iudici, in cu-
ius arbitrio ſunt poſitę, vt diximus, iudicauerit eas idoneas quemadmodum etiã puto,
quod idem poterit arbitrari dolum eſſe commiſſum ex vna cõiectura, vnoq; iudicio,
quod ſit valde potens, ita vt ex eo non poſſit, niſi dolus argui vt eſt in exemplo *glo. in d.*
l.dolũ. de ſcolaſticis Hiſpanis, qui ſociũ inebriauerũt; ſunt enim quædam indicia adeo
valida, vt vnum ſolũ ſufficiat ad arguendũ, & malitiam detegendã, vt *in l.fi.C.de repud.*
quod illud, vnum indiciũ quod mulier ludis theatralibus interfuerit, probat mulierẽ
eſſe adulterã illud indiciũ probat dolum hæredis, quod lite hæreditatis pendente, ſol-
uerit legata ſine cautione, & dolum depoſitarii probat illa ſola coniectura, quod non
vſus fuerit in re depoſita illa diligentia quam in ſuis ſolitus eſt adhibere. Vna etiã præ-
ſumptio dolũ probat Procuratoris in *l. dolo.ff.mandati*, & vna ſola coniectura, non cõ-
fecti Inuentarii, probat dolũ in tutore, *l.tutor qui repertoriũ.ff.de admin.tut.* Vt igitur lex
ex vno ſolo indicio, ſæpe dolũ præſumit, cur & Iudex non inueniat interdum, conie-
cturã adeo ꝑpotentem, & validã, vt ea ſola iudicare poſſit dolum eſſe cõmiſſum: velu-
ti ſi probaretur, ꝙ recipit quis pecuniam pro laudo ferendo, vt dixit *Im.in c.quintanal.*
cart pen.col.fi verbo dicit autem de iu.iur. vel ſi probaretur quod adminiſtrator aliena-
ret, vel conſumeret bona *Crau.conſ.142.n.16.ponit etiam exemplum Bart.in l.1.§.1.is quoq;*
in fin.ff.de coll.bono. & probatur etiam ex his, quæ dicemus in f.q.16.

Q.7. Quęro dolus præſumptus præſumptione iuris non eget probatione ex ſu-
pra notatis, ſed an poſſit probari contrariũ, puta ſi tutor, qui præſumitur in dolo ob nõ
confectum inuentariũ, *d l.qui repertoriũ*, velit probare, quod nõ doloſe confectionem
omiſerit inuentarii, nunquid ſit admittendus, & videtur quod non. Primo quia præ-
40 ſumptio eſt liquidiſſima ꝓbatio, *l.licet † Imperator*, vbi *Iaſ. & Alex.ff.de leg.1.* adeo quod
æquipareretur probationi inſtrumentariæ *Bald. in l.1.C.de fideic.l.1.§.1.de rei vx.act.* & ha-
bet locum in ſtatuto quod requireret lucidiſſimas probationes *l.1. vbi Fulg. Codic. de*
teſt.mil.

Secundo probatur ex traditis à *Par. conſ.49.n.30.& n.50.vol.1.*

Contraria tamen opinio tenẽda eſt tanq̃ verior, & communior, quod ſc. detur ꝓ-
batio in contrarium, *Lucas de penna in d.l.quemad.C.de agricolis & cen. Mant.con.236.* ra-
tio eſt, quoniã doli præſumptio, quæ iuris eſt tantũ non differt ab alia iuris ꝑſumptio-
ne, quæ probationem admittit in contrariũ in aduerſarium; *Bar.in l.in illa.ff.de ver.obl.*
facit *l.ab ea parte.ff.de prob.c.bona fides.ff.depoſiti Marſ.ſingulari 451.incip.decreu.* Nam actus
à iure præſumptus eo ipſo dicitur probatus, quod non probatur contrarium, *gl.in l.2.*
C.de err.cal.l.ſi creditor.C.de pig.act.l.inteſta.C.de mil.teſt.Sicul.in rub.ex.de prob. ita tamen,
vt pars aduerſa volens probare contra præſumptionem grauetur duriore probatione
per tex. vbi ponderant *Alban.Fulg.Iaſon in 6.not.in l.ſi extra rem.ff.de cond.ob cauſ.notat.*
Abb.in c.quia veriſimile de præſumpt.ext.l.fin.vbi gl.& Bal.ff.de eo quod met.cauſ. adeo quod
ſi iſte, qui vult probare contra præſumptionem iuris, & nõ probauit, niſi per vnum te-
ſtem non datur ei iuramentum in ſupplementum probationis gl.& *Bal.in d.l.fi.& Marſ.*
ſing.451.Iaſ.in l.admonendi col.antep.nu.106. hec ex hoc corollatio. *ff.de iureiur.Marſ.*

Rub.de prob.n.183. ver. reſtat videre de alia ſpecie. Nõ obſtet prior argumentatio, ſoluta eſt enim ex iam dictis, eſt enim liquidiſſima probatio donec probetur contrarium: lex enim in præſumptione iuris non figet pedes, vt in præſumptione iuris, & de iure de qua loquitur *Bar.alleg.in ſecundo arg.* in qua non admittitur probatio in contrariũ ſiquidem præſumptio iuris eſt diſpoſitio legis aliquid præſumẽtis, & ſuper præſumpto, tamquam ſibi comperto ſtatuentis, *Alc.de præſumpt.in 2.par.n.5.*

Quæſt. 8. Quæro cum dolum allegans debeat probare. *l. quoties. §. qui dolum.ff.de probat.cum vulg.* an poſſit probare per iuramentum ſuppletorium de quo in *l.admonen-*
41 *di.ff.de iur. iur.* & videtur affirmandum ex multis & primo à ſimili, quoniam contra † doloſum datur iuramentum in litem, de quo *in l. in act. omnibus, vbi doct. & in l. ſiquando. C. vnde vi.* & ibi ſcribentes, vt diximus ſupra in pœnis doli, nec mirum, nam cõtra doloſum, omnia iura clamant. Secundo quia ad probandum dolum admittuntur probationes, quæ aliàs iure communi non admittuntur. *l. tutor, qui repertor. um vbi not. ff. de admin.tutor. Grat.lib.2.reſp.153.n.26.*

Tertio quoniam poteſt iurari de animo alterius, & per iuramentum de animo alterius probari vt per *Alex.conſ.125.col.2.in pr.vol. 7.* vbi vxor iuramento probat, quod maritus certa bona tamquam hæres poſſidebat, dum erat in humanis. Refert *Seraph. priuil. 1. in pr. ampli.* Cæterum à contraria opinione non eſt recedendum, quam ponit Bald. licet non videatur loqui in terminis doli in *l.1.col.vlt.in t.oppoſ.ad fi. C.qui & aduerſus quos,* & pro ſingulari commendat, & ſequitur, *Iaſ.in rep.leg. admonendi col.19.ver.tertio fallit.ff.de iur.iur. Cott. Seraph.de priuil.iuram.priuileg.32.n.97.verb.decimoquarto limita,* Ratio huius ſententiæ eſt, quia ſicut diximus in præcedenti quęſtione, vbi quis habet præſumptionem contra ſe, non poteſt contra eam venire, per iuramentũ ſuppletorium, quippe oneratur duriori probatione, ſed qui dicit dolo ſe eſſe deceptum contra ſe habet præſumptionẽ, dolus enim præſumitur abeſſe, ex his quæ congeſſimus ſupra
42 *in q.1.fin.* Altera ratio eſt citata, per *Seraph.in d. loco.n.99.* quia nemo poteſt de alterius † animo directe probare quod contingeret ſi alterius iuramento ſtandum eſſet, qui. n. iuraret aduerſarium dolum adhibuiſſe, de illius animo directe probaret, in quo dolus cõſiſtit, quod eſt impoſſibile, quia ſoli Deo patet, qui ſcrutatur corda & renes, de quo eccleſia ait. *Deus, cui omne cor patet & omnis voluntas loquitur & nullum latet ſecretum.* dixit *gl.in c. quia plerunq; de inter.act. Ang.conſ.196.col.pen.& conſ.93. Rom.conſ.458. & 521. Dec. in l.in omnibus cauſis de reg.iur.* nec refragãtur allegata in contrarium, & ad primum non obſtat ex eo, quod iuramentum illud affectionis datur poſtea, q̃ de dolo legitime cõſtat, & ita in odium doloſi, ſed in iuramento ſuppletorio adhuc non conſtat, quod ſi dolus imò præſumptio eſt in contrarium, vt dixi. Secũdo reſponde, quod ſi iurans cõtra doloſum iurat de animo ſuo, non de animo alterius vt in iuramento ſupletorio. Ad ſecundum reſpondeo, quod licet contra doloſum admittantur aliæ probationes quã de iure communi ſolent, tamen non admittuntur probationes priuilegiatę, cuiuſmodi eſt iuramentum, cum faciat indicium. Secundo admittuntur aliæ probationes, quę non admittuntur, ergo admittitur iſta per iuramentũ non valet conſequentia, propter ſpecialem rationem diuerſitatis, ad tertiũ ſolutio eſt, quod Alex. loquitur in caſu ſpeciali in perſona vxoris, quę propter conſuetudinem, quã habet cum viro ſolet cognoſcere res mariti, & negociorũ ipſius habere notitiã, *Corn.con. 165.col.7.circa medium vol. 2. & in conſ.250, in fi. vol.4.* vbi conſuluit quod cum vxor ſit vna & eadem caro cũ viro, & cum eo habitet, præſumitur habere notitiam teſtamenti per eũ conditi. *Q.9.* Quęro duplex eſt dolus ex propoſito, & re ipſa, vt latius dictũ eſt *in 2. libro*, quomodo igitur probatur vterq; dolus? & primo quoad dolũ ex propoſito, reuoco in dubiũ, an præter
43 modos probandi ſupra relatos, probare etiã poſſit confeſſione ipſius † doloſi. Id v. poteſt contingere bifariã, vel quia ſponte confeſſus ſit, extra iudiciũ coram teſtibus, vel in iudicio, iuxta tex. in *l.ſi ex cauſa. §. nunc videndũ. ff. de min. in fi.* & tunc nulla videtur eſſe dubitatio, quin hæc probatio admittatur, cum nulla ſit maior probatio, quàm proprii oris confeſſio. *l.1. Cod de confeſſis*, adeo quod valeat etiam contra præſumptionem iuris, & de iure, licet contra eam non detur probatio, *Alciat. de præſumpt. in 2. part. per gl. magiſtr. in auth. de æqualit. dot. §. aliud, & in l. in contractibus in verb. nullo modo. C. de non numer. pec.* cum concordantibus per *Fely. in c. quoniam contra in 16. col. verb. fallit ergo quinto, de probation.* & hoc caſu ſingulari directè probabitur dolus, quippe ſui animi, quiſq; verus eſt, & directus interpres, etenim ſi ipſe fatetur dolo induxiſſe aliquem ad contrahendũ quis ambigat recte probatur eſſe dolum, & quidem probatione neceſſaria.

Maior

44 Maior dubitatio † eſt, an poſſit dolus probari per interrogationem factam doloſo, et ſcilicet qui dolum feciſſe arguitur, poſſit ad inſtantiam partis interrogari in iudicio, an dolo fecerit, factis poſitionib. eſt autem poſitio breuis narratio factum continens ad eliciendam veritatem per reſponſionem partis aduerſæ *Loard. in princ. de conſt. in 6.* Aliter definit *Bart. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iura. cal.* & alii plures qui ex profeſſo de poſitionibus tractauerunt, vt in *volum. tract. diuerſ.* Circa propoſitum vero articulum *Specul. in tit. de dolo, & contum. in 2. col.* tenet quod ſic, & docet modum formandi poſitiones, tam ex parte actoris, quā ex parte rei, & quidē in actore, ſi agatur de dolo dante cauſam, Pono quod multum ſuaſiſti mihi, quod venderem tibi Codicem meum, vel hæreditatem mihi à N. relictam, dicendo, quod codex erat inutilis, vel hæreditas minima. Item pono quod propter tales ſuaſiones tibi vendidit, aliàs non venditurus. Si vero dolus inciderit dicas ſic. Pono, quod cum ego propoſuiſſem vendere codicem ſeu hæreditatem, tu mihi tantum ſuaſiſti quod valeret modicum, & ſic ego vēdidi pro decem nummis quod valebat 30. Item quod credebam vera eſſe quæ mihi dicebas & de hæreditate quod eſſet modica & etiam de precio, Item quod ego homo ſum honeſtæ vitæ, & famæ & nobilis 4. poſitiones rei partæ videas apud *Speculat. dicto loco.*

Confirmatur ſecundo *ex l. qui petitorio. ff. de rei vend.* qui petitorio iudicio vtitur, ne fruſtra experiatur requirere debet, an is, cum quo inſtituit actionem poſſeſſor ſit, vel dolo malo deſierit poſſidere. Ad idem eſt tex. in *l. quoties. § prætor att. ff. de nox. act.* ibi, vtrum actor volet vel deierare iubebo in poteſtate ſua non eſſe, neq; ſe dolo malo feciſſe, quominus eſſet. Tertio adſtipulatur doctrina *Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indig. & in l. non intelligitur. § tacita. ff. de iure fiſ.* vbi firmat, quod tenetur quis reſpondere interrogationi, an accommodauerit tacitam fidem defuncto de reſtituendo hæreditate incapaci.
45 In contrarium fortiter † vrget, quod nemo tenetur reſpondere poſitioni, vel interrogationi, quæ continet delictum reſpondentis ex cumulatis per *Cardin. Abb. ad l. qui petitorio*, & vulgata eſt regula, quod poſitioni crimino ſæ nemo cogitur reſpondere, *l. qui iuraſſe, & ibi Bart. & Doc. in § ſi pater. ff. de iureiur. & in l. ſi à te. ff. de except. rei iud. Spec. in tit. depoſit. § 7. n. 19. Alex. conſ. 73. col. 1. vol. 3. Barb. conſ. 56. vol. 1. can. in c. inquiſitionis ex. de accuſ. & c. dudū el. 2. ext. de elect. vbi gl. & Innoc.* Sed adhærendū eſt priori ſententiæ, cui nimis aperte fauent dicta iura *in l. qui petitorio, & in l. quoties. § prætor.* Nec facit ne-
46 gocium argumentatio contraria, tollitur enim † per diſtinctionem *Bart. in l. Marcellus. ff. rer. amotar. & in d. l. 2. § quod obſeruari*, quam refert, & probat *Maranta de ordine iud. part. 6. in membro. 6. de interrogat. in iudicio n. 7. verb. quarto limita.* Nam ait Bart. aut interrogatur aliquis in iudicio ſuper eo, ſuper quo non reſponderet, locupletaretur cum alterius iactura, rem alienam indebite detinēdo, & tunc cogitur reſpondere interrogationi, vel poſitioni crimino ſæ, vt *d. l. qui petitorio in d. l. quoties*, & ſimiliter quādo quis interrogatur de tali crimine, per quod remouetur ab aliquo beneficio, cogitur quoq; reſpondere, ne indebite beneficium detineat, & in his terminis loquuntur *Canon. in c. dudum & in c. inquiſitionis*; nam occultando illud crimen, & non reſpondendo minime locupletatur cum alterius iactura, & tunc non tenetur reſpondere, vt ſi interrogetur quis, an ſit infamis, vel excommunicatus & ita procedit ſecunda opinio, quæ etiam limitatur quando de illo crimine, vel de illo delicto eſſet per prius lata ſententia, vel eſſet deciſum, per iuſiurandum, non cogeretur reſpondere, vt *l. alius. ff. de iureiur.* vbi *Bar.* & idem *Bart. in d. l. Marcellus in fine*, dicens ita eſſe intelligendam gloſſam *in l. 1. ff. de offic. aſſeſſor. in gl. ſuper verb. poſtulationib.* vbi interrogatur aduocatus, & cogitur reſpondere an ſit infamis, ſc per ſententiam argumento *tex. in l. decreto. ff. de ſuſpect. tutor. l. ſed & militis, §. & ignominia. ff. de excuſat. tut. & Bart. d. l. Marcellus in fin.* ex principali concluſione colligit alius caſus ſingularis, in quo dolus directo probetur, & neceſſario quando interrogatus in iudicio fatetur, nam animi ſui ille verus eſt teſtis. Dolum inſuper probari iuramento tradit *Seraph. de iur. priuileg. 10.*

Quæſt. 10. Quæro ſi volo probare dolum aduerſarii per teſtes, an poſſim? & videtur quod teſtibus non probetur, primo per *conſ. Curt. Iunior. 50.* Vbi ait teſtibus non probari. Sed coniecturis; confirmatur ex dictis *Abb. in cap. vni. ext. commod. & in d. c. bona fidei ext. depoſit.* ſuffragatur, ratio, nam cum dolus conſiſtat in animo, ſane de animo alterius ſolus Deus poteſt iudicare tria enim ſibi reſeruauit Deus, vindictam, ſcientiam, ſi tie ſcrutationē cordis hominū, & gloriam, & honorem, vt ſacro eloquio compertū eſt,

& ideo probatur indirecta per ſigna exteriora argumento. *l. in reprehendenda. Co. de reſtitut. & ſubſtit. ſub cond. fact.* ideoque dictum eſt, paulo ſupra non dari iuramentum in ſupplementum. Sed tamen contraria ſententia quod imo poſſit dolus teſtibus probari, verior eſt, & communiori omnium probata conſenſu, vt per *Maſcard. de proba. vol. 3. concl. 1369.* vbi tractatur, qualiter debeant teſtes deponere, vt probent dolum eſſe admiſſum, ſuperuacanea enim eſſet iſta inquiſitio, ſi dolus per teſtes non poſſet probari, quærunt etiam Doctores, an ad probationem doli recipiantur, & fidem faciunt teſtes
47 † ſingulares, & non reddentes rationē dicti ſui, ad quid iſta inquiſitio ſi teſtes nō poſ-
48 ſent dolum probare? Accedit quod delicta omnia, teſtibus, inſtrumentis, & indiciis † probantur, *l. ſciant cuncti. C. de probat.* dolum autem eſſe delictum ſæpius à nobis probatum eſt. Non facit negocium conſilium Curtii, quippe loquitur in dolo præſumpto à lege, quod diximus ſup. nulla egere probatione. Nec nocet dictum Abbatis, nam inquit non niſi coniecturis probari, vt excludat proprias, & neceſſarias probationes, nam & dum teſtibus probatur coniecturis probatur, ſiquidem teſtes, dicunt illū dolo feciſſe ex tali coniectura, veluti ſi dixerit teſtis arbitratorem dolo tuliſſe laudum: quia vidit eum accipere pecuniam, directe enim quod ſit doloſus non probat, cum cognitio animi, ſoli ſit reſeruata Deo, atq; ex his patet ſolutio ad tertium fundamentum de iuramento ſuppletorio, ſiquidem agitur in eo de directa doli probatione

Quæſt. 10. Cum itaque teſtibus liceat dolum probare, an iſti teſtes, vt probent, debe-
49 ant etiam non interrogati, dicti ſui † rationem reddere? & videtur, quod probent, tametſi non reddant rationem dicti ex vulgari regula, & trita in foro, quod teſtes probant, quamuis non reddant rationem dicti ſui, Legiſtæ omnes in *l. ſolum. C. de teſtib. Decius conſ. 37. num. 7. Soc. Iun. conſ. 37. num.* 4. vbi teſtatur de communi *volum. 2. Crot. de teſt. part. 7. num. 305. verb. concl. ſit iſta, gl. Innoc.* & *alii Canon.* communiter in *c. cum cauſam ext. de teſtib. & in c. ſicut de re iudic.* Ratio eſt, quia teſtis non debet eſſe verboſus, nec reſpondere debet, ad ea, de quibus non quæritur, *Fely. in d. c. cum cauſam.* Verum alia ſententia tenenda eſt, eo argumento, quod in his, quæ iudicio, & intellectu percipiuntur, magis
50 quam ſenſu corporis, vt ſunt inuiſibiles animi qualitates, quæ extrinſecis † actibus cognoſcuntur, ex quibus intrinſecæ qualitates patere poſſunt, in his æquum teſtes non probant, niſi ſua ſponte reddant rationem dicti ſui, *Innoc. Bald. Abb. Fely. in d. c. cum cauſam* vbi communiter dicuntur ſeruari, vt teſtes deponentes de dominio, de fama, Titium eſſe infamem, Mæuium eſſe furioſum, *Crot. de teſtib. loco citato, Maſcard. de probat. ſup. allegat. concl.* & tales ſunt teſtes, deponentes de dolo, ſiquidem dolus eſt inuiſibilis quædam qualitas animi, quæ ſenſu corporeo non ita facile percipitur, *Bertra. conſ. 103. nihil reperio, num. 2. vol. 1.*

Ratio vero, cur his caſibus, ſit alleganda ratio dicti per teſtem etiam non interrogatum eſt, vt inquit *Bald. in d. l. ſolum. C. de teſtib.* quoniam in his, quæ conſiſtunt in intellectu teſtis excedit notiſſimos terminos officii ſui, & efficitur altioris inquiſitionis, hoc eſt aſcendentis ad rationem intellectus, & dicitur potius iudicium, quam teſtimonium, & propterea opus eſt, quod teſtis reddat rationem dicti ſui, vt appareat eum ſcire poſſe, & cognoſcere quæ deponit, vt exemplo propoſito nuper oſtēdimus in eo teſte, qui depoſuit arbitrum doloſe tuliſſe laudum, quia vidit accipere ab vno ex litigantibus pecuniam, vel quod Titius fuit inductus dolo ad fideiubendum pro ſcholaſticis, qui ante inebriauerunt eum, iuxta *gl. in d. l. dolum.* [illegible]*e dolo.*

Non repugnat argumentum cōtrarium, quoniam eſt regula, quæ limitatur in his,
51 quæ in ſenſum non recte cadunt, ſed iudicio percipiuntur † intellectus, vt eſt dolus, furor, & alii ſimiles caſus, quorum propè viginti cumulat *Maſcard. d. concl. 1369.* vbi etiam affert, aliquas limitationes in his, quæ percipiuntur iudicio intellectus, vt opus non ſit reddere, rationem dicti, ſine interrogatione.

Q. 11. Quæro an dolus probetur per teſtes ſingulares, & ante omnia declaro qui di-
52 cantur eſſe teſtes ſingulares † ex mente *Bald. in l. de quib. l. 1. & ibi Bald. C. ſi plares vnā ſententia. c. liceret cauſam extra de probat.* nam deponentes ſuper diuerſitate factorum ſunt ſingulares, & vt *Bald. d. l. de quib.* eleganter dicit quando teſtes variant, in vno ex decem prædicamentis, dicuntur ſingulares, veluti ſi vnus teſtis dixit Titio fuiſſe mutuata decem in tali loco, Alter dicit eidem fuiſſe, mutuata, ſed diuerſo loco, ſunt teſtes ſingulares propter locum. Videtur autem, quod ſingulares teſtes non probent dolum, ſicut nec in alia materia. *l. iuſiurandum. C. de teſtibus cap. licet cauſam de probat.* etiam ſi agatur de vſuraria prauitate probanda ſecundum *Federicum de Senis in ſuo conſilio 63.* incipit quidam

Digitized by Google

quidam vſurarius in verbo præterea *Anton. in c. cum oporteat de accuſ. Crotus de teſtibus parte 7. num. 319.*

53 Contrariam ſententiam quod imò teſtes ſingulares † ſufficiant, vt inquir *Virgil.*
Boccat. in conſtit. March. gl. 8. num. 283. in fin. fol. 193. vbi allegat Beroum conſ. 9. n. 3. & 4. lib. 2.
& conſ. & vnus viſu, alter de auditu, & citat *Boerium decis. 101. num. 9.* exemplum ſi vnus
teſtis ad probandum dolum Iudicis diceret, vidiſſe dare pecuniam argenteam. Alius
monetam æream, quæ poteſt eſſe ratio concluſionis? nempe in odium doloſi, & pro-
pter difficultatem probationis, eam concluſionem intelligerem, quando iſta ſingula-
ritas teſtium eſſet adminiculatiua, non obſtatiua, vt quando dictum vnius teſtis coad-
iuuat dictum alterius, vt generaliter dixit *Crot. loco*, de quo ſupra *n. 325. verb.* octaua ſit
concluſio, vbi ex mente *Caſtr.* in plurib. conſiliis ponit exemplum ſi vnus teſtis depo-
54 nat † de confeſſione facta in præſentia in vno loco, & alter teſtis deponat de confeſſio-
ne iterata in alio loco, quod iſti teſtes coniungantur ad faciendam probationem, & in
terminis noſtris. Si vnus teſtis deponeret, quod Titius in tali loco ſuaſit, vt vẽderet do-
mum, & ipſe dicebat, quod non erat venditurus, & ille iterum prætendebat, & alius
teſtis deponeret, de perſuaſionibus ad vendendum dictam domum, ſed in loco diuer-
ſo, vtique deberent coniungi.

Q. 12. Quæro quo pacto debeat probari dolus re ipſa, & de quo tempore debeat
probari læſio. Reſpon. probando læſionem enormem, vel enormiſſimam *Bald. conſilio*
213. pũctus eſt talis *vol. 1. Alba conſ. 81. n. 49.* vbi probata læſione enormiſſima dicit præ-
ſumi dolum ex propoſito per *conſ. Bald. 280. præmiſſo vol. 1. Soc. conſ. 263. col. 3. ver.* ad præ-
miſſa, & *col. 6. verb. reſpondeo vol. 2. Corn. conſ. 168. viſis vol. 3.* vide *Soc. Iun. conſ. 129. n. 41. &*
45. vol. 1. & conſ. 47. & conſ. 50. vol. 3 Confert textus in *l. ſiquis cum aliter in fine. ff. de verb.*
55 *obl.* ibi ſed res ipſa in ſe dolũ habet, & hoc eſt, vt puto, quod voluit † dicere *Specul. in tit.*
de teſte. §. qualiter autem verbo quomodo n. 19. Quod dolus probetur per euidentiam facti
argumento *l. ſi filiusfamil ff. de iud.* ratio eſt, quoniam dolus iſte dicitur eſſe in ipſa re. *d. l.*
ſiquis, ibi ſed ipſa res in ſe dolũ habet, merito ſatis eſt, rem ipſam ſiue iniquitatem eius
detegere nihil quod pertinet ad cõtrahentem probato, ſi quidem, ſi dolus ſtipulatoris
interceſſerit, dolus eſſet ex propoſito non re ipſa, huc etiam pertinet, quod dixit *Lucas*
de Penna in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. quod dolus quandoq; eſt in ipſo facto,
56 quandoq; præſumitur, propterea hic dolus, poteſt directe probari, cum † nõ conſiſtat
in animo, & læſio rei enormis, vel enormiſſima neceſſario probari poſſit per teſtes, &
inſtrumenta.

Quam ob rem ex ante dictis colligitur regulam illam Doctorum dolum non poſſe
directe probari eſſe limitandã, licet ipſi nõ animaduertãt, in dolo re ipſa. & procedere in
dolo ex propoſito, quia conſiſtit in animo Deo ſoli cognito. Rurſus & in dolo ex propo-
ſito locum non habere, ſi per confeſſionem partis doloſæ probetur, ſecũdum ea, quæ
paulo ſupra diximus, Ad ſecundum, de quo ſupra.

Vt vero ſecundum explicemus, ſc. cuius temporis ſit dicenda læſio, dicimus cõ-
57 ſtantiſſimam eſſe opinionem omnium, habendum eſſe reſpectũ ad † tempus celebra-
ti contractus non aũt ad tempus anterius vel poſterius per tex. *in l. voluntate in fin. C. de*
reſcindenda vendit. in l. 3 § diui fratres. ff. de iure fiſci & in c. ad aures, vbi gl. in verb. tunc de rebus
eccleſ. non alienand. c. cum dilect. de empt. & vendit. & ibi Im. n. 2. Bart. & Doct. in l. precia re-
rum. ff. ad l. Falcid. & in l. 2. C. de reſcind. vendit. Crau. conſ. 11. num. 17. & conſ. 114. n. 16. cum
multis adductis per *Gabr. in tit. de empt. & vend. Maſcard. de probat. concl. 956. n. 4 cum ſeq.*
& de magis com. Burſat. in conſ. 248. n. 28. vol. 3. & 149. n. 16. eod. vol. ratio eſt, quia regula iu
ris eſt, quod in contractib. attenditur tempus celebrationis ipſorum, non quod poſtea
ſuperuenit, vt per *Curt. Iun. conſ. 11. col. 3. in fin.* cui conuenit, quod per manus traditũ eſt,
ex euentu non creſcere æſtimationem damni præteriti. *l. omnis hereditas. ff. de reg. iur.*
Bald. conſ. 182. col. 2. vol. 1. ideoq; *Old. ad conſ. 109. in fin.* ait quod in hac actione, intentan-
da debet eſſe narratio, quod res valebat tantum tempore venditionis, & procedit prin-
58 cipalis hæc concluſio, etiam in reb eccleſiaſticis, eccleſia enim † prætendens læſionẽ
tenetur illam probare ſecundum tempus contractus, *Iaſ. conſ. 13.* non. n. ſequitur res ho
die tanti eſt reditus, ergo olim *Alex. conſ. 77. ad fin. vol. 1. Cagn. d. l. 2. n. 214.* intellige tamẽ
59 hanc concluſionem, vt † probatio læſionis non ſit referenda præciſe ad diem contra-
ctus, ſed poteſt haberi relatio ad anterius & poſterius tẽpus per aliquot dies vel mẽſes
ex traditis à *Bart. in l. precia rerum. § nonnulla num. 2. ff. ad l. Falc. & ibi Alex.* declarat quo-
modo id procedat, & idem *Gabriel. in tit. de empt. & vend. 1. concl. num. 49. & Cagn. d. l. 2.*

num. 216. cum Veroneuſ. de ſimul. contract. in l. præſump. poſt *nu. 28. verb. quod dixi, Maſcard. ſupra citato loco, nu. 10.* vbi etiam declarat d. læſionis probationem ad tempus contractus
60 faciendã eſſe habita ratione cõmunis æſtimationis, non † ſingulari intereſſe, nec non
conſiderato onere, quod erat in ipſa re appoſitum, puta retrouenditionis, dicens contra Caſtren. *d. l. 2. num. 75.* receptionem, & veriorem eſſe ſententiam, ex multis congeſtis per *Tiraquell. de retract. conuent. in præfat. num. 70. Gabriel. col. 1. de empt. & vend. Cagn.*
61 *d. l. 2. num. 13.* limitatur † autem concluſio vt non obtineat, quando ſolutio differtur in
tempus futurum, dubiumq; exiſtit an ſolutionis tempore, res ſit minus, vel plus valitura, & venditor non erat alias venditurus, iſtis enim concurrentibus non attenditur in probatione læſionis tempus contractus. *c. in ciuitate, & c. fin. de vſur.* Secundo, reſtrin-
62 gitur, quando † contractus habet tractum ſucceſſiuum, & reſpicit futurum tempus;
tunc enim habetur ratio læſionis ſecundum qualitatem temporis præſentis, id quod procedit quando obligatio ex mera liberalitate proceſſit, ſecus quando ex cauſa oneroſa. *Maſcard. d. concl. 960. num. 9. Iaſ. in repet. l. quo minus ff. de fluminib. quæſt. 22. Veroncn. de ſimul. contract. in l. præſumpt. num. 5. cum ſequent.* & declarat vt per *Dec. conſ. 335. Seraph. de iuram. priuil. 83. nu. 95.* vbi infert etiam ad illum, qui mutilauit membrum, vel occidit, nam tenetur non ſolum ad operas amiſſas de præterito, vel præſenti, ſed etiam ad operas amittendas in futurum per doctri. *Specul. in tit. de iniur. §. 2. verb.* ſed nunquid, refert *Abb. in c. 1. de iniur.*

Quæſt. 13. Quæro dolo definens poſſidere habetur pro poſſeſſore, & poteſt rei
63 vendicatione conueniri. *l. qui petitorio. ff. de rei vendicat. c. pro poſſeſſore † de regul. iur. in 6.*
quomodo probabitur, quod dolo deſierit poſſidere: & à quo ſit probandum, an ſcilicet reus, qui olim poſſidebat, quod ſine dolo deſierit poſſidere, an vero aduerſarius, quod dolo deſierit poſſidere, & quoad primam quæſtionem. Reſpon. primo, per interrogationem factam in iudicio vt diximus ex *d. l. qui petitorio.* Secundo, ſi poſt de-
64 nunciationem factam ne alienet, reperiatur alienaſſe, † *Doct. in l. non ſolum. § morte. ff.*
de non. oper. nunc. Cephal. conſ. 64. vol. 1. argum. l. Fulcinius, & quod ibi notat. *gloſſ. in verb. vel animus. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* Tertio, ſi poſt libellum datum alienauit, *Bart. in d. l. qui petitorio in fine.* Quarto, eſt textus elegans in *l. 1. §. non quærimus verb. dolo autem malo. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta.* vbi dicitur doloſe deſinere poſſidere in materia illius tit. ſi per fraudem alienet, vt legatarii cæteriq; careãt his, quæ ſibi relicta ſunt, ſed & ſi fecit malitioſe, ne ab initio poſſidere inciperet. Probatur etiam aliis modis, ex quibus per *Maſcard. de probat. vol. 3. concl.* 1193. *fol. 105. vt in fin. latius declarabimus in lib. de reg. iur.* In regula qui dolo deſiit poſſidere, pro qua vide *Guid. Papæ ſing. 460.* quod vero ſpectat ad ſecundum articulum diſtinguendo procedemus. Primo enim agemus, quid in reo,
65 ac poſtmodum quid in actore & quid rei ſit † probare officium ſine dolo deſiiſſe poſ-
ſidere, probatur primo à ſimili per textum in *l. ſi quis fundum. §. imperator ff. locati,* vbi cuſtos caprarum tenetur probare citra ſuam fraudem fuiſſe capras à latronibus ſubtractas. Huic conuenit text. in *l. pen. C. de peric. tutor.* in qua Imperator reſcribit non excuſari tutorem teſtamento datum ob res tutelæ amiſſas, niſi ipſe probauerit ſe ignoraſſe tutorem datum.

Secundo, eſt textus in terminis in *l. ſi rem meam. ff. de exceptio. rei iud.* ibi quod probaueris ſine dolo malo deſiiſſe poſſidere, & ibi gloſſa dicit ex eo text. notari duo mirabilia. Primum quod quis præſumitur poſſidere, quod aliquando poſſedit. Secundo, quod quis præſumitur in dolo niſi probetur contrarium. In contrarium eſt textus in vulg. *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probation.* nam ibi quicunq; dicit aliquid eſſe factum dolo, probare debet etiamſi dicer excipiendo, & glo. ibi concordes multas leges adducit, & gloſſ. *in c. ſedes in verb. dolus extra de reſcript.* & alias probatum eſt. Poſterior autem opinio magis tuta, & magis communis videtur, cui non obſtat argumentum ex *d. l. ſi rem meam* non ſecundum gloſſ. ibi, & *Fabr. in §. omnium col. 9. nu. 23. inſtit. de action.* reus dicitur probare ſe dolo deſiiſſe poſſidere, non quia teſtibus, vel aliis indiciis compellatur hoc agere, ſed ex hoc ipſo, quod per partem aduerſam non probetur contrarium, *arg. l. ſuper ſeruis in prin. C. qui milit. poſſint, vel non poſſ. lib. 12. l. omniũ. C. de teſtib.* quemad-
66 modum probatur aliquis benemeritus † eo ipſo, quod non probatur demeritus. *l. cum*
pater. §. rogo. ff. de leg. 2. Canoniſtæ autem *in c. pen. extra de except.* adhibita diſtinctione rem componunt, eſt autem diſtinctio, *gloſ. in d. c. pen. in verb. dolo* quam communi ſuffragio probatam eſſe teſtatur ibi *Abbas col. 2. num. 8. & Ant. Butrius col. 2. numer. 8. verſ.*
67 quæro, ita vero ſe habet, vt ſuperior opinio † procedat, quando conſtabat quod reus

teni-

tẽpore litis cõteſtatæ poſſidebat, & ad obtinendã abſolutionẽ allegauit in fine iudicii ſe
non poſſidere, tunc præſumitur cõtra ipſum, ꝙ dolo deſierit poſſidere, idcirco ꝓbare te-
netur aduerſus illã præſumptionẽ, ꝙ ſine dolo deſierit poſſidere, vt abſoluatur alioquin
condẽnaret̃ tamq̃ poſſeſſor, & ita accipitur *d.l* ſi rẽ meã, aut. v. nõ cõſtabat, ꝙ tẽpore li-
tis cõteſtatæ, poſſideret, & tũc dicẽti eũ dolo deſiiſſe poſſidere, ꝓbandi onus incũbit, &
ita eſt intelligẽda poſterior ſentẽtia, ex traditione canoniſtarũ, q̃ mirifice laudat *Maſcar.
de prob. vol. 3. concl. 1193.* cui nõ aduerſantur iura adducta in argumentũ à ſimili, eſt. n. in
his diuerſa ratio ꝓpter qualitatẽ officii: officiũ. n. cuſtodis, & tutelę inducũt cõtra tuto-
rẽ, & curatorẽ, & cuſtodẽ præſcript. ideoq; cõtraria ꝓbatione oportet eã elidere, Hæc
68 opinio † declarãda eſt ſecundũ *Maſcard. d. loco*, vt ei nõ ſit locus, quãdo ille, ꝙ poſſidebat
habuit malũ, & vitioſũ initiũ, nã ipſe tenebit̃ etiã ſi ſine dolo, & ſine culpa deſierit poſſi-
dere ex reſpõſo *Pauli in l. ſi vi me deiecerit. ff. de vi, & vi armata*, & dicit eſſe valde notandũ
Faber in d. §. n. 24. verb. iterũ eſt dare cauſã. illud vero, ꝙ diximꝰ dolũ eſſe ꝓbandum, & ſi
excipiẽdo ꝓponatur, fallit in eo, ꝙ opponit exceptionẽ doli, nõ numeratæ pecuniæ, nã
creditor debet ꝓbare numerationẽ. & hoc ꝓcedit ex p̃rogatiua exceptionis nõ nume-
ratæ pecuniæ, facit ꝙ tradit *Acc. in l. q exc. ff. de cond. ind.* & *Emanuel Coſta in l. ſi ex cauſ. C. de
nõ numer. pecun. Maſcard. de prob. vol. 2. concl. 695.* fallit etiã in eo, ꝙ vocatur in iudicio intra
certum terminum, *Lucas de penna in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſit, 7. præſumpt.*
69 Q. 14. Quæro qualiter probetur dolus in materia turbatæ poſſeſſionis. *Menoc. de ret.* †
poſſ. remed. 3. q. 76. n. 603. cũ ſeq. late declarat, diſtinguẽs duos caſus. Primꝰ casꝰ eſt cũ actor
ciuiliter agit. vt turbator à turbatione, & moleſtia deſiſtat, & tũc ait nõ eſſe neceſſariũ
ꝓbare dolũ, qa ſola turbatio ſufficit ſine aliqua culpa, vel dolo ad cõpellandũ turbatorẽ
illũ, vt a turbatione deſiſtat, ex not. à *Pract. Pap. in forma libelli* ꝑ turbata poſſeſſ. in verb &
70 ponit̃ in fine. fallit † ſi nõ modo agitur vt reꝰ ceſſet à turbatione, ſed p̃terea, vt cõdẽnaret̃
ꝑ dãnis, & intereſſe turbationis illatę, tũc. n. opꝰ eſſet ꝓbare culpã, vel dolũ. Secũdꝰ casꝰ
71 eſt quãdo ꝑ turbata poſſ. † agit̃ criminaliter, idq; cõtingit bifariã, vel iure cõmuni ꝑ act.
iniuriarũ. *Bar. in l. ext. ff. q met. cauſ. n. 4. Ang. in l. cũ filiꝰ. §. 1 ff. de v. obl.* vel ex ſtatutorũ cõſti-
tutione, vt Senis eſt, & ferme ꝑ totã Italiã, *Pract. Pap. in form. li. 1. turb. poſſ. in pr. n. 4. Ale. cõs.
82. n. 9. li. 1. Affl. dec. 84.* & tũc ſi agat̃ ex diſpoſitione iuris com. reqrit̃ doli ꝓbatio, alioqn
debet ſeq abſolutio. *Bal. in cõs. 119. ſtat. can q turb. col. pen. in pr. li. 2. et cõſ. 189.* qa cõſuetudo
æquialet *col. 2. ver. 4 eſt præmitt. li. 4.* aut agit̃ iure ſtatuti, & tũc ſi pœna eſſet corporalis do-
lus eſſet neceſſario ꝓbandus, nec ſufficeret ꝓbatio latæ culpæ, *Bar. in l. 1. §. t. n. 2. ff. ſi quis
teſt. lib. eſſe iuſ. fuer.* ratio eſt, qa ſine dolo nõ eſt locꝰ pœnæ corporali *Clar. in praxi crim. §. fi.
q. 82.* Aut pœna eſt pecuniaria, & tũc diſtinguunt duo caſus ex ſentẽtia *Bart. in d. l. 1 §. 1.*
72 *n. 3 ff. ſi qs teſt. lib. eſſe iuſſ. fuer.* Aut ſtatutũ punit iniuriã illatã † ꝑſonæ puta ſi qs turbauerit
73 aliquẽ in ſua poſſ. & tũc † dolꝰ eſt neceſſariꝰ *l. 3. ff. de iniur.* vbi nõ infert iniuriã ſine affectu
iniuriãdi. Aut ſtatutum punit turbationẽ illatã in rẽ, velut ſi diceret, ſi qs ingreſſus fuerit
74 poſſ. alteriꝰ, tũc † lata culpa ſufficit ex tex. *in § qa tamẽ inſt. de vi bon. rapt. Bar. in l. ſi qs in tan-
tã C. vnde vi.* & in hoc caſu lata culpa dolo ęqparat̃, *Bar. in l. iuſte poſſ det in fi. ff. de aeq. poſſ.*
75 & hęc diſtinctio ꝓbatur à *Prac. Pap. in d. loco in v in eo nitit̃*. Quis aũt dolũ ꝓbabit, vel latã †
culpã; & nulli dubiũ hoc onus actori incũbere, vel accuſatori, *l. quotus. § q dolo. ff. de prob.*
cũ nõ p̃ſumatur *l. patron. ff. de prob.* Etenim dolũ allegãs ꝓbare debet *Caſt. in l ſi qs ex argẽt.
§ prætor n. 7. & in l. tranſact. n. 2. C. de tranſact.* Et vt tandẽ ad q̃ſtionẽ ꝓpoſitã veniamꝰ ꝓ-
babitur dolus, vt ſolet regulariter ſc. indiciis ꝑſpicuis. Primus erit cũ turbãs nullo modo
76 poſſidet, & ſcit aliũ poſſidere, *Alex. con. 23. n. 2. li. 6.* † Sciẽtia aũt ꝓbat turbatorẽ nõ poſſe-
diſſe, qa ſeqtur inde eũ ſcire debuiſſe, ꝙ ſuũ nõ eſt alterꝰ eſſe *l. vlt. C. vnde vi.* II doli indi
cia erit ex ſentẽtia *Cornei conſ. 94. n. 12. li. 3. & conſ. 280 n. 5. lib. 4.* Quãdo qs in caſu illicito
occuparet poſſ. alterꝰ, vt ſi turbator iſte hæres factꝰ occupare vellet rei poſſ. q̃ eſt apud
hũc turbatũ poſſ. ea ratione, ꝙ ſtatutũ diſponat poſſ. defuncti cõtinuari debere in hære-
dẽ, vt eſt *Senis in 2. diſtinct.* hæc *Menoc. à n 603. vſq. ad n. 626.* vbi cõſequenter etiã deducit
77 multas cauſas ex quib. dolꝰ iſte, poſſit excuſari † late etiã *Maſcard. de prob. vol 3. concl. 1192.
fo. 125.* ꝑ totũ, vbi clare tractat à quo ꝓbandus ſit dolus, quib. ꝓbetur indiciis, & quomo-
do excuſet̃, & illud vtiliter addit, ꝙ p̃dictæ cauſę ita demũ excuſant turbatorẽ, quãdo i-
pſe ꝓbauit, ſe eã ob cauſã adductũ fuiſſe ad ita turbandũ, vt placuit *Cor. conſ. 33. n. 21. vol.
4.* ad ſimilitudinẽ eius, ꝙ dicit̃ de iuris ignorãtia. vt faciat ceſſare dolũ, & ſic hunc accu-
ſatu a dolo poſſit tueri, & aperte ꝓbatur in *l. ſed & ſi §. ſcire. ff. de petit. hæred.* tamẽ illud ve-
rũ eſt quãdo iuris ignorãtia ꝓbat̃ *d. §. ſcire:* nã p̃ſumit̃ potiꝰ dolꝰ, & mala fides, q̃ iuris i-
gnorãtia, vt eſt gl. inſignis, q̃ ibi ſequũtur *Dd. in c. ſi diligẽti de p̃ſcr. c q cõtra iura de re. iur. in 6.
quęadm. C. de agr. & cenſ. Alex. conſ. 103. ſub n. 13. vol. 1.* licet ꝓbatio iſta nõ admodũ ex actu
requirat̃, & ſatis ꝙ ex actis colligat̃, obſeruãdũ eſt tamẽ has cauſas nõ excuſare ſi modꝰ

turbationis ſit violentus, vt aſſeruit *Alex. conſ. 103. n. 13. verb. quod autem vol. 1. & in conſ. 135. vol. 3.* verbo & ideo *vol. 3. Socc. Iun. conſ. 18. n. 33. vol. 2.* quod tradit *Men. d. loco ſup. vbi n. 564.* declarat eſſe verum cum modus violentæ armaturæ exceſſus eſt, ſicut ſi occupatio armis ſit facta ob id; quod timuerat aliquam potentiam, idq; probatur factum ad ſui iuris conſeruationem.

Q. 15. Quæro quomodo probetur Dolus tutoris in conficiendo inuentario. *Iodocus*
77 † *de patroc. pupill. in tit. de tutoris & curatoris munere c. 3. n. 1. vſq; ad n. 23.* Videas eum.

Q. 16. Quomodo probetur dolus hæredis omittẽtis aliquid ponere in inuentario,
78 *Guido Papa in tractatu* † *de forma inuentarii in pr. n. 5. & 6. inter tract. tom. 16. cart. 234. in antiquis*, hanc quæſtionem pertractat.

Quæſt. 17. Quæro quonam pacto concludenter probari poſſit dolus eximentis a-
79 liquem, ne compareat † in iudicio, vbi à me vocatus eſt, tractat *Caſtrenſ. in l. quod ſi quis ſeruum §. quod prætor. & leg. 5. §. docere. ff. eodem tit.* etenim non poteſt is, qui vocauit agere contra eximentem per actionem in factum ex illo edicto, niſi probet, quod ille exemit, fecerit animo nocendi, quare ſi ego feci vocari Titium, & tu in itinere, cum veniret propter inimicitias, quas habebas cum illo vulneraſti illum, vel aliter detinuiſti, non vt mihi officeres, non incidis in hoc edictum; vt ait *Caſtr. d. §. quod prætor.* Probatur autem primo ſi probauero, quod ſciebas Titium vocatum eſſe ad meam inſtantiam, & quod vocatum exemiſti, nam probatur iuris præſumptione, quod dolo feceris, & animo mihi nocendi, ideo incumbit tibi onus probandi, quod vel ob inimicitias feceris, quas cum vocato exercebas, vel ex alia cauſa. *Caſtrenſ. d. §. quod prætor*, nec mirum: præſumptio enim transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, *gl. in l. 2. C. de error. calcul. in l. ſi cred. C. de pig. act. cum vulg.*

Secundo ſi non poſſim probare ſcientiam eximentis, quod ſciret ſcilicet, eum vocatũ eſſe à me in iudicium, tunc aliis indiciis claris, & perſpicuis debet probari malus eximentis animus, quæ qualia ſint iudicis arbitrio relinquitur, per ea, quæ ſupra d. ſunt, cum certo iure non ſit definitum, quando clara, & aperta ſint indicia. Et an dolus tam in hoc, quã aliis caſibus probetur per proteſtationem vide. *Rom. in l. ſi maior C. de tranſact.*

Q. 18. Quæro quomodo probetur quod quis fuerit dolo inductus ad renunciandũ vide *Caſt. conſ. 411. col. 1.* † & an dolus adminiſtrantis bona aliena probet, & hoc ipſo,
80
81 quod appareat, quod reliqua non † reſtituat, vel quod librum rationũ non confecerit, vide *Ruin. conſ. 29. n. 8. vol. 2.*

Q. 19. Dolus victoris quomodo probetur ſi ſententia falſis allegationibus lata eſſe dicatur *Odd. de reſt. q. 77. n. 45.* Dolus in periurio in terminis *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* à quo ſit probandus *Bolog. ibi. n. 32. & 33.* itẽ dolus quomodo probetur in equo vendito, *in tractatu de teſt. in ver. dolus. n. 102.* inſpiciendus eſt.

Q. 20. Quæro dictum eſt dolum probari coniecturis & indiciis; quomodo probãdum eſt, q̃ iſtę coniecturæ extent ad huius rei cognitionẽ. pręmitto, q̃ coniectura, ſi-
82 ue indiciũ eſt duplex. Vna & p'ene indubitata Altera † ſemiplena, & dubitabilis & indiciũ indubitatũ ſiue indubitata coniectura eſt demõſtratio rei per ſigna, p q̃ anim' quieſcit, coniectura dubitabilis eſt, præſumptio mouens animũ ad vehementer credendũ, *Bald. in l. ea quidem. n. 10. C. de accuſat. Ioan. Andr. ad Specul. in tit. §. fin. ver. 13. in lit. B.* plura ponit *Abb. in c. tertio loco. n. 6. & ſeq. de prob.* His ita præmiſſis reſp. ad quæſtionem, dico ad probandas coniecturas, quæ faciunt iudicium indubitatum duos teſtes conteſtes pro qualibet coniectura eſſe neceſſarios *gloſſ. in l. 2. in verb. legitimis. ff. de accuſation. tut. Boſſ. de coniect. num. 23.* & de his indiciis indubitatis intelligitur tex. *in l. fin. C. de probat.* ſc. ad conuincendum reum *Socc. conſ. 54. n. 9. lib. 3. Par. conſ. 153. n. 32. lib. 4. Bald. conſ. 229. in princ. lib. 5.*

83 Ad probandum indicium † dubitatum ſufficit vnus teſtis *Boſſius de par. ſuppoſito numer. 36. in fine Boerius deciſ. 101. numero 5.* teſtis ſcilicet integer cum fama probat in ciuilibus, ſecus autem in criminalibus, *Boſſius de coniectur. numer. 22.* Præterea ſciendum eſt adminiculum, quod confert ad probationem adiuuandam duplex eſſe, vehemens, quod ſupplet defectum probationis, ſed per ſe ſolum non operans, ſed cum alia probatione cooperans. *cap. fin. de ſucceſſion. ab inteſt. Bald. in d. l. ea quidem. nu. 12. ext. de accuſ.* vbi vnus teſtis de viſu; & alii de auditu à teſtatore probant, quia teſtes de auditu adminiculantur probationi de viſu,

Aliud

Aliud eſt adminiculum non vehemens,quod eſt aliqualis confirmatio rei pro-
babilis,vel eſt aliqua confirmatio veri tendens ad aliquem ſupplendum defectũ pro-
bationis,quæ per ſeſola non ſufficeret. *Bald.in d.l.ea quidem num.*10.& ideo bonum eſt,
quando quis inducit aliquos teſtes ſuper aliquo facto,vt approbet illos per alios teſtes
ſuper eo quod ſunt viri probi,veridici legales,ſoliti dicere veritatem, & quod ſemper
fuerunt habiti,& reputati pro talibus ab omnibus palam , & publice, & hæc probatio
eſt adminiculum perſonæ teſtium & iſta approbatio operatur,quod ſtandum ſit dicto
teſtis approbati *Purpur.in l.admonendi numer.*247.*& ſequent.ff.de iureiur.& ibi Iaſon.nu-
mer.*180.

*Quæſt.*21. Quæro quomodo dolus ſit in iudicio allegandus, & probandus,& o-
84 mnium conſtans eſt. † opinio,quod ſpecialiter allegari,& probari debeat, *Simon de
pratis conſilio* 53 *num.*19.*Tiraq.de legib.Connub.l.*9.*nume.*24.*arg. l.ſiquis in prin.teſt.in verbo
ſpecial.ff.de leg.*3.*& l.*1.*§.definitionem,& ibi Bart.C.de adminiſt.tutor.l.*1.*C.de præd.decur.lib.*
10.*in illis verbis*,& omnes cauſas ſigillatim,& in *clement.de iud.& Bart.in conſ.*65.*incipit
Petrus Niccola*,vbi dicit non ſufficere allegare in genere fraudem,aut ſimulationem in
contractu interueniſſe, niſi ſpecies fraudis , aut ſimulationis allegetur, quem ſequitur
Caſtr.in l.iuriſgentium.§.pactorum.ff.de pactis, Bald.in l.ab Anaſtaſio colum.ult.C.mand. His
cõfert,quod dicimus nõ ſufficere opponere contra teſtes, niſi opponatur ſpecialiter,
vt eſt tex.*in c.in præſentiam.§.teſtes,de teſtib.lib.*6.*Bart.in l.*1.*in fin.C.de teſtib.*& ibi *Bald.in*
2.*quæſt.*& omnes ferme ſequuntur *Roman.conſ.*209.*col.*1.*Dec.in c.denique in* 2.*notab.de ex-
cept.*cum multis ſimul congeſtis à *Iaſ.in leg.Titius,in principio.ff.de leg.primo* ſic & in a-
ctione iniuriarum.*l.prætor in principio.ff.de iniur.* ſic & in publicis iudiciis.*l.libellorum de
accuſation.*

Confert his, quæ de probando dolo,vel fraude tradit ſingulariter. *Angel.leg.fin.
Codice de ſtipulat.ſeru.per Bald.de repud.hæred.Ancaran.conſ.*252.ratio huius concluſionis
eſt,quia non oportet in tanto crimine vagari.*l.item exigit prætor.ff.de dolo.*

Quæſt 22. Quæro propoſuit Titius dolum in libello , & probauit tantum culpã,
an debeat obtinere,vel potius ſuccumbere; & videtur, quod non poſſit obtinere, vt
dixit *Bald.in l.*2.*n.*6.*C.dep.ob* Ea primum ratione,quia nõ eſt actum, ex eo capite quod
probatum eſt,argumento legis illud,vbi eſt *gl.Magiſtr.ff.de lib.cauſ.*

Secundo a ſimili, nam ſi intento vim factam in turba,& probo de vi, ſed non in
turba,reus abſoluitur per illam qualitatem non probatam.*l.prætor.§.doli.ff.de vi bonor.*
85 *rapt.*cui conuenit,quod † ſi intento.*l.Iuliam.ff.de vi publica*,& probo de vi priuata,actor
ſuccumbit ea ratione, quod non probauit intentata *leg.denunciaſſe. §.quod tam.ff.de
adulter.* Confert etiam,quod ſi vna actione ago , & aliam probo , nihil ago, quia ſuper
non intentato non valent probationes,propterea quod factæ ſunt lite non conteſtata
ſuper ipſa,ita ꝓbationes ſunt factæ culpa,ſuper qua non eſt ſecuta litis conteſtatio,quę
eſt lapis Angularis totius iudicii *Bal.in c.*1.*ext.de lit.conteſt.col.*1.& ea non facta vitiatur
totum iudicium *Bart.*& *Doct.in l.prolatam.C.de ſent.*

86 In contrarium † autem plurimum vrget,quod dolus , & lata culpa æquiparan-
tur per tex.in *l.*1.*ff.ſi menſor falſum mod.dix.Doctor.in l quod Nerua.ff.depoſiti in l.in actio-
nibus.ff.de in lit.iuran.* libellus autem conceptus in vno ex æquiparatis recte procedit
in alio *Caſtrenſ.*quem refert *Soc.Iun.in l.*1.*num.*62.*verbo demum antequam ff.de leg.primo*,
dicens,quod ſi in libello peto rem legatam, & in teſtamento eſſent verba importantia
fideicommiſſum,debeo obtinere propter æquiparationem legatorum, & fideicom-
miſſorum. Comprobatur ſecundo quia verba libelli ſunt late accipienda ad ſaluandã
mentem libellantis, *Alex.in dict.l.*1.*ff.de leg.*1.*per.l.ſed ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff.de iu-
reiur.*& ibi per *Bart.*& *alios.*at dolus lata appellatione continet culpam latiorem *dict.l.
quod Nerua.* Ex quibus rationibus videtur etiam colligi ſolutio argumenti prioris
ſententiæ, quippe obtinent in his, quæ diuerſa ſunt , & æquiparantur inuicem: Cæ-
terum ad pleniorem huius difficultatis reſolutionem puto ita diſtinguẽdum eſſe. Aut
87 † ſumus in cauſa criminali,aut ſumus in cauſa ciuili.

Primo caſu vera ſit prior opinio , ratio eſt,quia culpa lata in criminalibus non
comparatur dolo.*l.in l.Cornelia.ff.ad l.Corn.de ſicar.Socin.Iun.in dict.l.*1.*numer.*62.dicens
ita accipiendam eſſe ſententiam *Bald.in d.l.*2.*C.de probat.*& vere loquitur *Bald.de per-
cuſſionibus ſanguinolentis,& ſine ſanguine*, vt ſcilicet deducens in libello percuſſionẽ ſan-
guinolentam,& probans de ſimplici percuſſione ſuccumbat , & fuit originaliter ſen-
tentia *Iacobi de Arena.*

Secundo vero caſu aut loquimur de lata culpa,& procedat ſecunda opinio ex adducta ratione æquiparationis inter dolum,& latam culpam; Aut vero probauit de leui culpa,& tunc etiam ſit locus priori ſententiæ propter diuerſitatem inter dolum, & leuem culpam,& ideò reus erit in caſu victoriæ tamquam actore non probante. *l. qui accuſare. C. de edendo*, limitandum putarem in his locis, vbi eſſet ſtatutum, quod procedatur ſummarie ſola facti veritate inſpecta, vt ferme in omni Italiæ ciuitate, nam virtute illius ſtatuti poteſt vnum intentari, & aliud probari, & valet ſententia non conformis libello, *Bart. in extrauag. ad reprimen. Senatus Pedamont. deciſ. 1. Maranta de ordine iud. diſtinct. 9. num. 33. & per totam.*

De Purgatione Doli, Cap. IX.

1 *Purgare ſignificat interdum reducere ad primum ſtatum, & ſordes remouere.*
2 *Purgare quandoque denotat punire, &* numer. 4.
3 *Aliquando pœnam tollere,*
5 *Purgatio in hac materia, quomodo accipiatur.*
6 *Dolus bifariam purgatur, item metus & mora.*
7 *Purgatur crimen leſæ maieſtatis, & cætera delicta.*
8 *Purgatio ſpiritualis quæ ſit.*
9 *Purgatio canonica, quæ?*
10 *Dolus per ſcientiam, vel patientiam dolum paſſi, minime purgatur.*
11 *Aliud eſt impediri, ne quid fiat, aliud non fieri illud.*
12 *Inuito nemini infertur dolus, aut iniuria, ideo dolus per remiſſionem læſi purgatur.*
13 *Dolus non purgatur traditione rei, cuius occaſione fuerat commiſſus.*
14 *Dolus purgatur temporis curſu.*
15 *Sed tamen diſtinctio adhibetur, & contraria tolluntur.*
16 *Dolus præſumptus ex inobſeruantia ſolemnitatum, puta in contractu minoris, ſpacio quinquennii purgatur, ſi minor læſus non ſit.*
17 *Dolus præſumptus in materia* legis final. Cod. vnde vi, *temporis curſu purgatur, ſecundum communem ſententiam.*
18 *Spacio 30. annorum extinguitur mala fides.*
19 *Dolus præſumptus ex regula illa, qui ſemel malus, &c. variis modis purgatur, &* num. 22.
20 *Ex vnico actu virtutis, non cenſetur emendata vita.*
21 *Vna hirundo, vel una dies, non faciunt ver.*
23 *Dolus per fortuitum caſum, nequaquam purgatur.*
24 *Dolus commiſſus in alienatione rei, non purgatur per eiuſdem rei recuperationem.*
25 *Emphiteuta, aut Vaſallus alienantes abſq; conſenſu Domini, pœnam caducitatis non effugiunt*, & numero 26. & numer. 27.
28 *Tranſactione generali dolus cenſetur purgatus.*
29 Declaratur ex ſententia Iaſon.
30 *Adhibetur ſuper hac concluſione diſtinctio.*
31 Dolus *in vi expulſiua commiſſus, non purgatur per renunctiationem expulſi.*
32 *Ampliatur etiam in vi compulſiua.*
33 Dolus *inhærens violentiæ, purgatur per rei ablatæ reſtitutionem.*
34 *Quod intelligitur de vitio reali, nam perſona ſpoliantis remanet adhuc vitio affecta.*
35 Dolus, *qui ineſt liberationi, an purgetur ex liberatione poſtea ſequuta.*
36 Dolus *in cauſa turbatæ poſſeſſionis 12. excuſationibus, quæ ibi recenſentur, purgari poteſt.*
37 Decretum *iudicis facit ceſſare doli præſumptionem, & dolum purgat præſentia iudicis.*
38 *Minor qui ſe maiorem iurauerit, gaudet nihilominus beneficio reſtitutionis.*
39 *Iuramentum regulariter eſt aptum ad doli purgationem.*
40 *Iudex interdum quis eſt in cauſa propria iuramento mediante.*
41 Dolus *vtrum purgetur actione ex eo contractu, an actione doli, an verò actione in factum, & quid inter has inter ſit.*
42 Dolus, *qui punitur ciuiliter, actione ex contractu, non poteſt etiam criminaliter puniri.*

43 Mo-

43 *Menoch. tamen ſuper hoc articulo diſtinguit.*
44 *Dolus quando purgetur per actionem de dolo, & nu. 47.*
45 *Quando per actionem in factum.*
46 *Quando per actionem ſtellionatus.*
47 *Quando per actionem de dolo.*

PVrgationis verbum diuerſa ſecundum materiæ diuerſitatem ſignificat. Nã quo ad fontes, riuos, & vias. purgare propriè dicitur ad libramentum proprium redigere,
1 & in priſtinum † ſtatum reducere. *l. 1. §. purgare ff. de via publ.* ſiue reficiat, ſiue aliter purget. *d. l. 1. & l. 1. §. purgandi. ff. de riuis.* in cloacis purgare denotat, ſordes, & immunditias eximere *l. 1. ff. de Cloac. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de non. op. nunc.* ita etiam dolus perſeuerat donec purgetur, argumento: *l. inficiando. §. in fum. ff. de furt. l. ſequitur §. in poteſtate. ff. de vſucap. Suarez. alleg. 23. nume. 12* ita per ſimilitudinem dicitur purgari prouincias, quando à malis hominib, vigilantia præſidis liberatur. *l. congruit. ff. de offic. præſid.* Purga-
2 tio igitur eſt huius ſignificationis, vt pœnæ luitionem † importet, probat *Franciſ. Piccol. in ſua Philoſophia morali gradu 8. c. 7.* vbi authoritate *Ariſt.* vocat pœnas, delictorum purgationes dicens quod ex euentu reddunt bonis bona, nam delinquentem purgat, eamq; purgationem ſequitur congruens animi conſtitutio, quæ bonum eſt, quia per
3 eam abſtinemus à delictis. In cauſa moræ purgare eſt † culpam ex mora contractã re adhuc integra ſic eluere, vt eius pœna euitetur, *l. ſi Stichum in prin. ff. de nouat. l. quoties. ff. eod. tit.* cum ſcilicet facit morator, quod facere, vel præſtare antea tenebatur. *l. & ſi poſt tres. &* ibi fuſe *Doctor. ff. ſi quis caution* & copioſè in *leg. ſi inſulam. ff. de verb. obligat.* In delictis purgatio eſt Innocentiæ oſtenſio *l. is qui reus. ff. de public. iud.* Sic & in *tit. extra de purgat. Canon.* & dicebatur purgari zelotypia ſecundum naturalem morem, de quo in *cap. conſuluiſti, & c. ſeq. 2. quæſt. 4.*

4 Purgare etiam † eſt in delictis pœnam luere pro commiſſis, donec ſit illis congrue ſatisfactum, vt accidit animabus detentis in purgatorio, vt de pœnis *d. ſtinct. vlt. circa finem, & 25. diſtinct. ca. quali.* In geſtione negociorum purgare eſt neceſſarios ſumptus de pecuniis, & patrimonio deducere, vt in *l. liberto §. qui aliena. ff. de negoc. geſt.* eo-
5 dem ſenſu dicuntur purgata ratiocinia. *l. pen. C. de bon. proſcript.* † In terminis vero noſtris altero de duobus modis, videtur purgatio ſumi; Vno quidem, vt ſignificemus per doli purgationem tolli pœnam, quæ ob doli commiſſionem erat præſtanda, adeo vt doloſus perinde vadat impune, ac dolum non admiſiſſet, & negocium æquiualeat, ac ſi bona fide geſtum eſſet, vt quando dicimus dolum purgari remiſſione eius, qui dolum paſſus eſt, *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. numer. 137.* vel rei, in qua dolus erat commiſſus ſcientifica traditione, *Angel. in §. præterea verbo alii, numero 26. inſtit. de act. vel præſcriptione 30. annorum,* Idem *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 13. quæſt. 10. numero 62 & 70.*

Altero vero vt demonſtremus eum, qui dolo fecit luere pœnam ſuæ fraudis, veluti cum dicimus dolum purgari in contractibus ſtricti iuris, actione ex contractu, nam luit pœnam ſui doli tunc doloſus, reſcinditur enim contractus. *l. ſi quis cum aliter vbi Iaſ. & alii, ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. ſi depoſiti. ff. de re iud. Cagnol. in l. hoc iure. §. ff. de reg. iur.* tantumdem ſignificamus, cum aimus actione doli dolum purgari, *Imol. Bart. & gloſſ. in l. Acheius ff. de aqua pluu. arcen.* actio enim doli datur aduerſus eum qui fuit in dolo ne ex eo lucretur *l. 1. in princ. l. non debet, in fin. cum ſequen. ff. de dolo*, merito dum cogitur reſtituere, damnumque emendare per hanc actionem oſtẽdimus, purgationem, pœnæ luitionem præmonſtrare præſertim cum contra doloſum inetur in litem. *l. arbitrio. ff. de dolo,* & reddat doloſum infamem *l. non debet. ff. de dolo.* Ne cui autem ſit mirũ, quod
6 † dolus purgetur, ſiue in primo ſiue in altero ſenſu purgationem acceperis, cætera delicta quoque purgantur & primo modo purgatur mora, vt ſupra dictum eſt, rurſus vitium attentatorum, vitium litigioſi, vitium Simoniæ, vitium nullitatis, vitium inſtitutionis, & purgatione facta, ceſſat pœna relata per *Lancellott. de attentantis part. 3. c. 29. in tit. de purgat. attentatorum.*

Hoc modo purgatur etiam metus, velut per contrarium actum, *Pariſ. conſ. 66. n. 12. & 13. vol. 4.* Deciſ. Pedemont. 142. num. 2. *Ludo. Aſſu. in deciſ. Lucenſi* 10. purgatur, & vltimum ſpolium *Alex. con. 6. vol. 3. Gabr. conſ.* 149. *n. 12. vol. 2.*

7 Purgatur etiam † crimen læſæ Maieſtatis ad euitandam atrocem delicti pœnam. *l. fin. ff. ad l. Iuliam. Maieſt.* Purgatur item innocentia Rei mortui. *l. 22. ff. de iure fiſci;*

nec non mortui exiſtimatio *l.1.§,quoties ff.de iniur.* Purgantur, & altero ſenſu delicta,
id eſt puniuntur,& coercentur,palam eſt ex *l.ita vulneratus ff.ad l.Aquiliam* vbi reipub.
intereſt delicta puniri in *dict.l.congruit.ff.de offic præſid.in tit.ff. de pœnis.* Quibus conſe-
quēs eſt ad omnem purgationis ſpeciem hanc pertinere, Phyſica enim purgatio, quę
8 fit ægrotis per medicinas noſtri non eſt negocii,ſed ad medicos pertinet, Purgatio †
etiam ſpiritualis,quæ per fidei feruorem,per ſacramentorum ſuſceptionem,per ſpem
pietatis,per aduerſitatum,& tribulantium tolleranriam, de qua 8 *quæſt. 1. & de conſe-*
9 *crat.diſtinct.4.cap.non poteſt,& 15.quæſt.vlt.c.vltimo,* Theologis iure tribuitur: Purgatio †
canonica,quæ per teſtes fit,& per iuramentum,de quo in *tit. de purgat. Canon.* eſt Ca-
noniſtarum propria: Purgatio quoque,per abolitionem conceditur, de qua in *tit. C.*
de abolition. ad iudices criminales ſpectat. Purgatio igitur doli duplex eſt,altera qua
pœnam euitamus,altera qua pœnam luimus commiſſi doli. De prima igitur agentes
videamus,quot modis fiat,& primo;

*Quæſt.*1.Quæro an purgetur dolus per ſcientiam eius,& patientiam qui circum-
uentus eſt & videtur affirmandum ex his,quæ tradunt Doctor.& maxime *Iaſ.in l.ſub*
prætextu num.20.& l.cum donationis in principio Cod.de tranſact. Dyn.in c.ſcienti, de reg. iur.
in 6. Dec.in l.nemo fraudare,& ibi *Cagnol.ff.de reg.iur.* ſcilicet quod volenti, non fit dolus,
vt enim qui non reuocat ad animum iniuriam,non dicitur iniuria affectus *l.1.§.vſque*
adeo.ff.de iniur.d.c.ſcienti,&ita euitatur pœna,ideo dicitur purgari vitium exhæredatio-
nis per conſenſum exhæredati *Bart.l.ſi quando.§.fin. C. de inoff. teſtam. Alex. in Auth. non*
licet.C.de lib.præt.Dec.in d.l.nemo Iaſ.in l.cum donationis.C.de tranſact. Vaſqu. de ſucceſſ.cret.
tom.1.lib.1.§.10.num.130.& ſequ.

10 Verum alia ſententia † tenenda eſt eo argumento, quod purgatio ſupponit do-
lum eſſe commiſſum: quoniam non entis nullæ ſunt qualitates, *§.1.Inſt.de libert.§ ſer-*
uus inſtit.de inutil.ſtipulat. non purgatur mora niſi quando commiſſa eſt.*l.etſi poſt tres.ff.*
ſi quis cantion.l.8.ff.de nouat. vel vitium nullitatis,niſi quando nullitas eſt ſequuta, ita &
dolus.Nec refragatur ratiocinatio contraria,tum quia in adductis iuribus non dicitur
11 dolus purgari,ſed dolus † non fieri, nemo ait textus in *d.l.nemo*, fraudare videtur eos,
qui ſciunt,& conſentiunt,& in *c.ſcienti,*& conſentienti non fit iniuria, nec dolus. Dd.
etiam,& *Iaſ.in allegatis locis*, ne verbum quidem dicunt purgationis; non habet etiam
vim quod de vitio exhæredationis deducebatur ſi quidem facili diſtinctione deſtrui-
tur.

Aut filius ab initio dum fieret teſtamentum præſtitit conſenſum exhæredationi,
& non eſt proprie purgatio,quia propter conſenſum non fuit commiſſum vitium in
exhæredatione & ita loquitur *Dec.in d.l.nemo.* Aut ex poſt facto ſequuta iniuſta exhæ-
redatione,filius acquieſcit,& ſuo conſenſu roborat teſtamentum paternum, & tunc
eſt vera purgatio,quippe cum erat commiſſum vitium exhæredationis. ita etiam non
videtur purgari dolus coniecturis quicquid dicat *Menoch.conſilio 98.num.83.li.1.* nam
vbi capi aliqua coniectura poteſt,ceſſat dolus,vt ibidē,vt ſcilicet non cenſeatur com-
miſſus non autem quod purgetur.

Quæſtio ſecunda. Quæro an dolus purgetur per remiſſionem factam ab eo, qui
dolo læſus eſt, & non videtur purgari ex doctrina *Bartol.in leg.prima, §. vſque adeo in*
principio.ff.de iniur. dicentis, quod etiam facta remiſſione delicti ab eo qui paſſus eſt
damnum, vel iniuriam non tollitur quominus Iudex pro intereſſe publico agere poſ-
ſit per *leg. qui læſa. §. qui vacantem. ff. de public. & leg. iuriſgentium. §. ſi paciſcar.ff.de*
pact. idem *Bartol. in leg.inter omnes. §.recte verbo iuxta hoc quæro. ff. de furt. Angel. A-*
retin. in §.primo, in gloſſ.in verbo fraudulose inſtit.de obligat. quæ ex delict. naſcun. ratio vi-
detur, quia non modo læditur ille,contra quem dolus commiſſus eſt,ſed etiam Reſp.
cuius ille offenſus,membrum eſt,dicitur læſa,*arg.d.l.iuriſgentium.§. ſi paciſcar. l.ita vul-*
neratus.ff.ad l.Aquiliam.

A contraria tamen opinione non eſt recedendum per textum in *leg. ſi quis*
rationes. ff. de liber. leg. Pariſ. conſilio quadrageſimonono, numero quadrageſimoſecun-
do, & quadrageſimotertio, libro primo, Menoch. de recuperand. poſſeſſione remedio deci-
moquinto, numero centeſimotriceſimoſeptimo, & ſequentibus nam dolus præteritus, id-
eſt iam commiſſus poteſt tacite,& expreſſe remitti, & condonari d. loco, vt *d.l.ſi quis*
12 cautum eſt,& probant authores. †

Non officit, quod dictum eſt ex aduerſo: *Decius enim in dict.leg.nemo fraudare*

in fine. ff. de reg. iur. Reſp. doctrinam *Bart.* eſſe dubiam ea ratione, quod ille conſentiendo videtur tollere, quod non ſit delictum nec enim eſt furtum, ſi de voluntate domini rem amouero, cum ceſſet contrectatio rei alienæ inuito domino. §. 1. *inſtit. de oblig. quæ ex delicto à contrario ſenſu*, & ſi non eſt delictum, Reipublicæ nullum ius eſt acquiſitum. Verum hæc ſolutio non videtur bene nodum explicare, quoniam militat non in remiſſione doli, vel iniuriæ, vel delicti, quæ ſupponit iam delictum eſſe commiſſum & ita ius quæſitum Reipub. ſed quoniam ab initio ante dolum, vel iniuriam conſtat de conſenſu patientis. Alia igitur ſolutio ſit, dolum per remiſſionē patientis purgari, quo ad eum vt ſcilicet actione doli agere, vel alia pœna proſequi doloſum non valeat, non quoad rempublicam, quando læſa eſt. Nam quando duo paſſi ſunt, alter non poteſt condonare iniuriam alterius, multo minus Reipub. *argumento leg. ius publicum. ff. de pact. dict. §. ſi paciſcar*, & *l. nec ex præterito. ff. de reg. iur.* limita hanc concluſionem in dolo quem quis paſſus eſt per violētiam aduerſarii, nam purgatur renūciatio vt per *Suarezz. alleg. 13. n. 9. & 19. & dicemus infra quæſt. 12.*

Quæſtio tertia. Quæro an purgetur dolus traditione rei, cuius occaſione erat dolus admiſſus, puta venditor dolo deceptus, non ſolum vendidit, ſed etiam rem venditā tradidit doloſo emptori, an videatur ratificaſſe contractum, atque ita dolum remiſiſſe, & pro affirmatiua eſt tex. in *leg. 2. C. quod met. cauſa.* Vbi ſolutio, metum in promittendo adhibitum purgat, & ita actionem tollit, quod metus cauſa, vt *Saly. & Alex.* ibi, ita hic rei promiſſæ traditio dolum purgabit.

13 Ex aduerſo pugnat, quoniam † veroſimile eſt, quod eodem dolo quo vendidit, eodem deceptus tradiderit rem venditam, vel donatam, confert in ſimili, quod de muliere, minore, ruſtico receptum eſt in iure, nempe quod in quibus caſibus contrahendo ſibi non præiudicant propter eorum fragilitatem, ita nec renunciando remediis ſibi aduerſus contractum competentibus, quoniam creduntur eadem facilitate renunciare qua contrahunt, argumento, *l. ſi iudex circumuento. ff. de minor. Bald. in leg. vltima. §. item ſimulator in lect. antiq. ff. ad ſenat. conſult. Velleian. Traquell. in præfatione l. ſi vnquam. Cod. de reuocand. donat. numero centeſimo, verbo & licet, & verbo item qua ratione*, plane adhibita diſtinctione omnia ponuntur in pace. Quippe aut traditio eſt ſcienter facta ab eo, qui iam certior factus erat de dolo, & locus eſt primæ ſententiæ ſcilicet cenſeri dolum purgatum, *argumento dict. leg. ſecunda*, & quia ſcienti non fit dolus. *leg. cum donationis. Cod. de tranſact.* aut eſt celebrata ab ignorante adhuc dolum, & procedit altera opinio, & ita diſtinguit *Aretin. in dict. §. præterea numero vigeſimoſexto, verbo alii dixerunt, inſtit. de action.* & ideo infert ad cautelam, quod agens ad annullandum, vel reſcindendum contractum doloſum, facta traditione, exprimat in libello, quod rem tradiderit ignoranter, vt dixit recte *Bartol. in leg. interdum circa medium. ff. de condict. indebit.* cum dolus per traditionem ſcientificam cenſeatur purgatus. Et cum ignorantia præſumatur, donec probetur ſcientia in his, quæ ſunt facti *l. 1. cum ſeq. ff. de iur. & fact. ignor.* & onus probandi incumbit ei qui ad purgandum dolum, aſſeuerat traditionem fuiſſe ſcienter factam.

Quæſtio quarta. Quæro an dolus purgetur temporis curſu, ita quod de eo quaſi non eſſet admiſſus, quæri non poſſit, & potior videtur ſententia negatiua.

Primo ex *l. ſicut. Cod. de falſis. per quem tex. not. Bald. in l. querela. C. de falſis*, quod delictum ſolo temporis curſu non deſinit eſſe delictum quod etiam notat *gl. in cap. cito in verb. multiplicis 1. quæſt. 1.* quæ multa ad hoc cumulat.

Secundo quia longinquitas temporis, ne quidem minuit peccatum *cap. non debet de conſang. & affinit.* Sed auget, tantoque ſunt grauiora crimina quanto diutius infelicem animam detinent alligatam *Tiraquell. de pen. cau. 21.* cui conuenit. *leg. inficiando. §. infans ff. de furt.* dicens quod ridiculum eſt, meliorem furis conditionem eſſe propter continuationem furti, æſtimare.

14 E conuerſo, quod vim purgandi dolum habeat † temporis curſus, videtur probari ex *l. ſi diutino. ff. de pœnis*, ſed non facit ad rem, quippe ait leuius puniri delictū ob longi temporis moram non autem purgari in totum, aut remitti.

Secundo fortius vrget. *l. querela. C. de falſis*, in qua crimen falſi cæteraque crimina, viginti annorum exceptione excluduntur, vt definitur etiam per *cap. cum venerabilis. ante fin. extra de exception.* aliaque delicta minori tempore tolluntur, & ex curſu
15 quinquennii adulterium; vt *gloſſ. magiſt. in dict. leg. querela.* Ad † conciliandam antinomiam, ego puto diſtinguendum, aut loquimur de dolo nominato, ſcilicet quan-

do requiritur in aliquo delicto nominato, vt in furto, in falſo, & tunc, obtinet poſterior hæc ſententia ex iuribus adductis, nam cum poſt diſpoſitum tempus à lege modo longius, modo breuius per exceptionem crimina tollantur, palam eſt dolum cenſeri purgatum. Aut agimus de dolo innominato, quando ſcilicet deficit, ſpecialis alicuius criminis nomen, & tamen delictum eſt, prout ſumitur *in titulo. ff. de dolo*, & tunc puto dolum purgari biennio per *leg. fin. Codic. de dolo*, vbi olim anno vtili, hodie continuo biēnio tollitur actio doli, merito videtur curſu duorum annorum facta purgatio. cum ea tamen declaratione, quod ſi quid ex dolo ad doloſum perueniret, poteſt actione in factum vſque ad triginta annos conueniri, gloſſa *in dict. l. fin.* ne cum alterius iniuria locupletetur, argumento *l. non debet cum l. ſeq. ff. de dolo. l. 1. in principio ff. eod. tit.* Solutio autem argumentis deductis ad muniendam priorem ſententiā, non eſt in abſcondito, ſiquidem vera ſunt in his delictis, quæ non ſunt momentanea, ſed tractum habent ſucceſſiuum ſiue perſeuerentiam, in eo, vt crimen hæreſis, vt matrimonium prohibitum, patet *dict. §. infans.* ibi propter continuationem furti æſtimare, aperte dicit textus *in dict. cap. non debet de conſang. & aff.* & copioſe *Tiraquel. de pœnis, cauſa 29. num. 5.*

Quæſtio quinta. Quæro an dolus præſumptus poſſit ad inſtar veri doli temporis quoque lapſu purgari, & vt plenius agamus non de omni dolo præſumpto inquiro, ſed primo de illo, qui præſumitur ex inobſeruātia ſolemnitatis requiſitæ in contractu minoris, vel præſumitur ex læſione minoris, qua læſus eſt in contrahendo, ſcilicet an purgetur ſpacio quinquennii iuxta definitionem. *leg. fin. C. ſi maior factus ratam alienat. habuerit. & l. 1. eod. tit.* & videtur ſtandum à ſententia negatiua, vt inquiunt *Pariſ. conſilio quadrageſimonono, numero ſeptimo, libro primo Curt. conſilio quinquageſimo, per totum Gabriel. conſilio decimotertio, volum. 1. Roman. conſilio quinquageſimoquinto, Ruyn. conſilio centeſimoſeptuageſimo, numero vigeſimonono, libro primo, in primis ex dict. leg. prima*, qua diſponitur, vt doloſum contractum in minori ætate geſtum, maior factus non poſſit ratum habere, ergo fortius non confirmabitur per tacitam ratihabitionem, quæ naſcitur ex curſu quinquennii, ideo nec purgabitur, & ita à fortiori arguit *Pariſ. d. conſ. 49.* Secūdo in omni diſpoſitione cenſetur ſemper dolus exceptus *l. creditor. §. Lucius. ff. mand. cum allegatis à Curtio, & à Pariſio dd. conſiliis.*

Suffragatur, quod tradit *Ruy. conſ. 170.* dicens donationem doloſam à minore celebratam non ratificari ex ſuperueniente ætate,

16 Contrariam ſententiam ſequutus † eſt *Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. nu. 178. & 179.* eamque pluribus congeſtis probat *Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 9. num. 34* Cuius opinionis illud eſt præcipuum fundamentum quod ſi dolus præſumptus in caſu minoris, ſiue propter inobſeruantiam ſolemnitatis, vel oblæſionem curſu quinquennii nō purgaretur nunquam eſſet locus. *d. l. fin.* quippe quia certum eſt eum, qui contrahit ſine ſolemnitatibus requiſitis à iure eſſe in dolo præſumpto *cap. qui contra iura* vbi *Dyn. de reg. iur. in gloſſ. & Bart. in l. 1. C. de fid. inſtrument. & iure Haſt. fiſcal. lib. 10. Socc. Iun. conſ. 69. n. 45. li. 1.* qui dixit hanc eſſe præſumptionem iuris, & de iure, *Pariſ. cap. ſi diligenti nume. 26. de præſcript.* & *dict. leg. fin.* in ſolemnitatibus non obſeruatis loquitur ſicut eſt conſpicuum, ibi ſine decreto, & ibi occaſione prætermiſſi decreti Vide ad hanc quæſt. *Virgil. Boccatium in conſtit. Marchia. gl. 8. num. 288. cum ſeq. fol. 144.*

Nec officiunt deducta in contrarium, ſiquidem vera ſunt in dolo vero, non in præſumpto, maxime dicta regula dolus ab omni diſpoſitione, & *c. de quo etiam in d. l.* & ita in eo accipiendum eſt *conſ. Ruyni* 170.

Quæſtio ſexta. Quæro de dolo præſumpto an purgetur temporis curſu in terminis. *leg. fin. C. vnde vi*, & non purgari conſuluit *Ruyn. conſilio 41. numero 29. & conſilio 204. n. 24. lib. 1. & conſ. 150. nu. 17. libro 4. Imol. in l. Celſus coln. pen.* vt ibi refert *Bald. num. 106. ff. de vſucap.* eius forſitan eſt ea ratio, quam tetigit *Ruy. dict. conſilio quadrageſimoprimo, numero vigeſimonono*, quia non eſt opus purgatione, nam ſtante etiam præſumptione doli, vel malæ fidei, illa conſtitutio in fauorem poſſidentis procederet quia obiectio malæ fidei, vel doli præſumpti, non noceret cum longitimi temporis præſcriptio etiam ex mala fide procedat in odium negligentis: eſt enim odioſa præſumptio, *Dec. in l. fin. de edict. diui Adrian. toll. in pr. Doct. in d. l. Celſus.*

17 Contraria † tamen opinio frequentiori calculo eſt probata, vt eſt teſtis *Bald. in d. l. Celſus num. 106. & ſeq.* dum multos citauit, & alios plures citat *Didac. in d. c. poſſeſſor part. 2. §. 8. num. 3. de reg. iur. in 6. Crau. de antiq. tempor. quarta particula 4. part. pr. nu. 20. Ruy.*

parum

*parum ſibi conſtans conſil. 256. num. 10. lib. 1. conſil. 38. num. 20. lib. 2. Soz. iun. conſil. 125. numer.
30. lib. 2. Roland. à valle conſ. 3. num. 193. cum multis congeſtis à Menoch. de recuper. poſſeſſ. re-
med. 13. num. 70. verb. declaratur.*

Secundo dicente durum nimis à *Bart.* ſententia recedere, & addit, quod malafides,
& ſic dolus præſumptus extinguitur minori tempore, ſi de titulo appareat, vel non cō-
18 ſtet de alia antiquiori poſſeſſione, Ratio eſt Commun. ſententiæ, quia † 30. annorum
ſpatio extinguitur malafides & ita dolus præſumptus, *Bart. in d. l. ſi. C. vnde vi, n. 17.* Cō-
muniter receptus, & de communi non ſolum eſt teſtis *Menoch. d. remed. 13 numero
70. ſed Viui. Commun. opin. lib 2. opin. 167. lit. M.* dicens, quod malafides præſumpta 30.
annis purgatur.

Quæſt. 7. Quæro quomodo purgetur dolus præſumptus ex illa regula. Quod ſe-
19 mel malus præſumitur ſemper † malus in eodem genere mali. *ca. ſemel malus de reg. iur.
in 6. l. ſi cui. §. eiſdem ff. de accuſat. l. non omnes. §. barbarus ff. de re milit. Bart. in l. Caſſius ff. de
ſenat. & in l. ſapiens in 5. oppoſit. 3. part. ff. de non oper. nunciat. & in d. §. idem,* & videtur pur-
gari pœnitentia, quæ ex honeſtis, & retro contrariis appareat ex ſequentibus enim
rebus in omni caſu, maxime vero in his, quæ ad mores attinēt, præcedentia mirum in
modum declarantur. *l. hi, qui vbi Bald. & Doct. C. de adulter. §. vlt. & ibi gloſſ. in verb. ap-
pareat in Auth. de reſtit.* & ea quæ par. in 11. menſ. & in his actionibus bonis ſaltem per
triennium perſeuerauerit, vt eſt text. memoriæ præcordiis infigendus *§. primo verb.*
hinc autem nobis in *auth. de Monach.* ibi: Attamen ſufficit ad meliorem purgationem
delictorum, & virtutis argumentum triennalis temporis teſtimonium, quod not. ibi
Angel. & Salyc. qui illum text. facit ſingularem *in l. ſi fideiuſſor. § ſi ſatiſdatum,* & ibi *A-
lex. & Iaſan col. pen. ff. qui ſatiſdare cogantur idem Salyc. in l. ſi minorem col. 2. verb. & ideo, vt
tollam obiecta C. de integ. reſtit. Lucas de penna in l. princi. es in 83. præſump. Cod. de princip. a-
gent. in rebus lib. 12. Iaſon,* qui illum tex. ſolemnem vocat in *l. ſi priuſquam in 14. col. ff. de
non. oper. nunc Dec. conſ.* 163. in cauſa matrimoniali *col. 7. verb. quarto,* non deponit *Tiraq.
de pœnis, cauſa 20. num. 5. & cauſa 51. num. 158. & ſequent.* vbi prædictis addit tex. à paucis
in eam rem adnotatum in *cap. ſiquis incognitus 17. quæſt. 2.* vbi laicus ignauus non eſt re-
cipiendus in monaſterium niſi fuerit triennio probatus item per illum text. voluit *gl.
20 in cap. ad apoſtolicam,* & ibi poſt eam Panormitan. de regular. Neque enim † ſatis eſt vt
ſemel quis, aut vnico actu bonus vir probatus fuerit, ſed vt ſæpiſſime, & in pluribus, &
diuerſis actibus perſpectus, exploratuſq; fuerit neceſſe eſt. Nam ſicut vetere prouer-
21 bio apud *Ariſt. lib. 1. cap. 7. Ethicorum,* vna hirundo, nec vna † dies non facit ver, quod
vſurpauit *Bald. in l. iura conſtitui in pr. ff de legib.* ſic nec vnus actus ſufficit ad comproba-
tionem emendatæ vitæ, facit. *§. cumq; hoc,* ibi ex multis rerum argumentis, cum gl. ex
qua not. Ioan. Fab. quod ex vnico actu non debet quis iudicare bonum, aut malum
ex dicto prouerbio *Ariſtot. Cuius* ſententiam *Ioan. Bapt. Mant.* vno carmine com-
plexus eſt.

Ver non vna dies, non vna reducit hirundo.

Vide tamen *Lucam de penna in l. quemadmodum verb. 1. itaque quæritur. C. de agric. & cenſ.*
vbi in hoc articulo diſtinguit.

Q. 8. Quæro generaliter dolus præſumptus quemadmodum purgetur. Reſp. ex aliis
22 præſumptionibus innocentiæ, *Burſ. con. 94. n. 11. vol. 1.* ratio † videtur, quia vna pſum-
tio tollitur per aliam validiorē. *l. diuus. ff. de reſt. in integ. Alc. reg. 3. præſ. in præſum. 4. Bald.
con. 34. num. 57. vol. 5.* dicens quod qui cupit doli præſumptionem excludere alleget, &
probet aliquam iuſtam cauſam, & dolum coniecturis purgari reſp. *Men. conſ. 98. nu. 83.
lib. 2. Ancar. quæſt. fam. 73.*

Q. 9. Quæro an dolus purgetur per fortuitum caſum, exemplum eſt in *l. ſi hæres. ff. de
23 nox. act.* Reſp negatiue † ex *d. l. ſi hæres,* quam ibi *Bald.* ſummat hoc modo. Dolus non
purgatur per caſum fortuitū, tradit *Caſt. in l. fin. § ſi eo. n. 3. ff. ad l. Rhodiam de iactu, Berous
conſ. 144. n. 9. vol. 1. facit deciſ. Pedemont.* 104. n. 5. Ratio videtur quoniam vnumquodque
debet eodem vinculo, quo ligatum eſt, vel eodem modo diſtrahi, quo contractum eſt
l. nihil tam naturale de reg. iur. l. fi. ff. eod. tit. & Tira. ad multa pulchre inferens *de legib. con-
nub. gloſſ. 5. n. 20. vſque ad 25.* & prout quiſq; contractus eſt celebratus ita ſolui debet *l.
prout. ff. de ſolut.* Dolus erat animo & voluntate contractus. *l. dolum C. de dolo, l. 1. ff. de dolo,*
merito non debet caſu fortuito purgari, accedit quod cum dolus præceſſerit caſum il-
lū fortuitū poſtea ſequutum, videtur doloſus dediſſe cauſam, & ille caſus oriretur, vt
colligitur ex legibus ſupra citatis, & pbatur d. cōcl. *ex l. pe. & l. 1. §. recti. ff. de vi, & vi arm.*

Quæſt. 10. Quæro an dolus commiſſus in alienatione rei pergetur per eiuſdem rei recuperationem. Et videtur probabilior ſententia affirmatiua. Primo per text. *in l. ſequitur §. item Labeo. ff. de vſucap.* vbi depoſitarius rem depoſitam vendidit poſtea ductus pœnitentia, ſceleris patrati, redemit eam eodemque ſtatu habuit, ſiue me Domino ignorante fecerit, ſiue ſciente, eſt proinde ac ſi non vendiderit, vt ibi etiam aduertit. *Bar. 2. ex l. ex hoc edicto. §. alien. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact.* ibi ſi quis alienauerit, deinde receperit, non tenebitur ex hoc edicto.

24 Contraria † opinio verior eſt per text. in *l. 1. §. ſi rem*, vbi *Bart. Bal. & alii. ff. depoſit.* ſi rem, inquit Vlpianus depoſitam vendidiſti, poſtea redemiſti in eam cauſam depoſiti, etiam ſi ſine dolo malo poſtea perierit, teneri te depoſiti, qui ſemel dolum feciſti, cum venderes, cui conuenit. *l. ea mente. ff. de furt.* in qua fur eſſe non deſinit licet rem domino reſtituerit, nemo enim inquit, *Vlpianus* tali peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit, nec non facit *l. pen. ff. de vi bonorum raptorum*, in qua Caius ait nõ prodeſſe ei, qui vi rapuit ad euitandam pœnam, ſi ante iudicium reſtituat rem, quam rapuit. Et

25 inde infertur ad † emphiteutam, qui vendidit rem, ſiue licentia Domini, & poſtea recuperauit an incidat in commiſſum nihil enim videtur ad euitandam pœnam caducitatis alienatæ rei recuperatio, vt *d. l. qui ea mente, vt tenet Bald. in d. l. 1. §. ſi rem. ff. depoſiti*, & confirmatur ratione, quoniam ex ipſa alienatione rei, ſtatim videtur domino ius quæſitum, quod ſine facto ſuo, ab eo non debet poſſe auelli, *l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur.* argumento eſt, *l. quidam. ff. de fideicomm. lib. liberi.* qua diſponitur, quod ſi hæres iuſſus non vendere ſeruum, alias ſit liber, & is vendidit, & recuperauit, non poteſt impedire libertatem, qui ſemel extitit conditio quod etiam expreſſum eſt in *l. rogo. ff. eod. tit.* Et in terminis eſt textus in *tit.* Quid iuris ſi poſt alienationem, in vſibus

26 feudorum † dum ait hodie autem ſe ipſum alienauerit, ſiquidem illicite, licet poſtea recuperauerit, tamen penes eum non remanebit, vt pote domino ad quemcunq; peruenerit, apertum.

Adducta in contrarium pro ſententia affirmatiua, ſine negocio tolluntur. Nam quod dicitur in allegatis legibus, ſufficit quo ad purgandũ vitium rei non quoad purgandum vitium perſonæ, *Bart. in d. l. ſequitur. § item Labeo*, nam res a depoſitario alienata, recuperata in eadem cauſa depoſiti, deſinet eſſe furtiua, ſed depoſitarius non deſinit eſſe fur, & ideo in *dict. l. qui ea mente*, dicit iuriſconſult, non deſinit eſſe fur ex pœnitentia non dicit, rem non deſinere eſſe furtiuam, eſſet enim contra text. *in § aliquando inſtit. de vſucapion.* cum concordantib. & gloſſ. ibi. Ita enim ex hoc edicto res deſinit eſſe litigioſa ſi poſt alienationẽ recuperetur, & ita purgatur rei vitium non perſonæ & propterea ſequitur, quod de interitu teneatur, *Bart. in dict. §. ſi rem*, & ca-

27 ſus ſuperueniens non purgat dolum. Prædictæ ſimilem † diſputat quæſtionem *Bald. in l. vlt. num. 2. C. de iure Emphyteo.* vbi late *Iaſon. nu. 135.* vbi de Emphyteuta alienatam rem recuperante.

Quæſt. 11. Quæro an generali tranſactione purgetur dolus, ante commiſſus,

28 & videtur † purgari per *gloſſ. in l. actione. C. de tranſact. in verb. tranſactum* ſit, quam *Bald. ibi num.* 8. multum extollit, & in *l. cum neceſſitatem. C. de fideicommiſſ.* reputat ſingularem *Cyn. Saly & Caſtrenſ Alex. in d. l. actione Cyn. & Bald in l. ſub prætextu. C. eod. tit. de tranſact.* dicunt enim ſub generalib. verbis tranſactionis contineri, id eoque generaliter tranſigens ſuper actione tutoris, & de dolo tranſegiſſe videtur, nec vim habet *l. Aurelius. §. caſus cum aliis citatis in gloſſ.* ſiquidem procedunt in legatis, & aliis relictis vltimæ voluntatis, quæ præſumuntur relinqui propter benemerita, *l. nec adiectis. ff. pro ſocio*, in doloſo autem nullum meritum eſt, imo demeritum, iure igitur ad odibiles perſonas inquit Bal. non adaprantur verba legatorum. *l. Lucius Titius. §. Lucius Titius demum ff. de l. 2.*

In contractibus autem onerosis, nec meritum, nec demeritum conſideratur. In contrarium eſt *text. in d. l. actione*, ibi niſi ſpecialiter, item *d. l. tres fratres. ff. de pact.* vbi in generali diuiſione, in qua dictum erat, nihil remanſiſſet commune, & tamen datur actio doli, nec cenſetur dolus purgatus, nec valet reſponſio *Bald. in d. l. actione, num. 8.* ſcilicet, quod ibi dolus fuiſſet in ipſo facto diuiſionis, non in geſtione negociorum præterita, nam ex lectura ipſius contextus: apparet eſſe falſum in illis verbis præcipue, ſed poſtea duo cognouerunt pecuniam auream, &c. neque enim dolo ſunt inducti duo fratres abſentes ad tranſigendum, vt ſupponit Bald. dicens dolum fuiſſe in ipſa pactione.

Tertio

Tertio ſuffragatur, quia ab omni diſpoſitione cenſetur dolus excluſus *l. creditor. §. Lucius. ff. mandat.* Quarto confert quia ſub generali conceſſione, non veniunt, quæ quis non erat veriſimiliter conceſſurus ſi ſpecialiter fuiſſet interrogatus, nemo autem dolum remiſſurus videtur, ſi de illo fuiſſet particulariter interrogatus. Quinto, quoniam communis opinio eſt aduerſus gloſſam in *d. l. actione*, vt teſtatur *Alciat.* ibi *num. 38.* & copioſe *Rol. conſ. 49. num. 58. vol. 1.* vbi declarat ex mente *Socc. conſil. 72. & conſ. 159. &*
29 *conſ. 190. vol. 2. & conſ. 92. vol. 4. Pariſ. conſ. 88. col. 1. vol. 1.* Sed *Iaſon. d. l. actione* † *numer. 11.* priorem opinionem vno caſu veram eſſe putat, ſcilicet quando in tranſactione eſſet remiſſa quæcunque actio competens, cenſetur enim ſpecialiter dolus remiſſus, licet non indiuiduo, & ita inquit eſſe de mente *gl.* ibi ex iurib. per eam adductis, non quod velit conſtituere differentiam inter contractus & vltimas voluntates, ſed diuerſitas conſiſtat in modo tranſigendi ſiue liberandi. Vt ſcilicet tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatib. ſi remiſſa ſit quæcunque actio, credatur remiſſus dolus; aliàs nec in iſtis, nec in illis generali remiſſione videri dolum purgatum, ſed & huic declarationi obſtant, tertia & quarta argumentatio, refragatur etiam quod verbum ſpecialiter in *d. l. actione* ſtat pro expreſſe, & pro ſpecie, vel indiuiduo, vt accipitur *in l. 1. ff. de officio eius, in §. cumque hoc Deo in verb. ſpecialiter*, & gloſſ. interpretatur, expreſſe, licet *Alciat.* ibi pro ſpecie interpretetur; ſed nec eſt ſpecialis remiſſio illa, quæ eſt facta de quacunque actione ſed generalis. Quare videtur ita concluden-
30 dum aut dolo eſt facta tranſactio, quia † fuit inductus dolo ad tranſigendum, & non purgatur dolus, niſi ſpecialiter de ipſo ſit tranſactum per *d. l. actione Alciat. num. 38.* dicens ita eſſe de mente Doct. Aut dolus eſt, in ipſa adminiſtratione commiſſus, & poſtea de negociis geſtis, eſt facta generalis tranſactio, & non videtur dolus purgatus ex communi Dd. ſenſu contra *Accurſ. in d. l. actione*, & ita procedunt rationes ſupracitatæ pro opinione negatiua, & concluſio ſit dolum ſpeciali tranſactione cenſeri purgatũ, quando ſcilicet nominatim de ipſo cautum ſit, declara, vt per *Roland. d. conſ. 49. num. 58. vol. 1.* ſcilicet quando adeſt aliquid ei, qui dolum commiſit, ſed ſi nihil apud eum remanſiſſet, cenſetur dolus remiſſus & purgatus *Dd. in d. l. actione, & Socc.* multis conſiliis a Rolando citatis *Bald. in l. ſub prætextu. num 14. C. de tranſ.* aliam diſtinctionem facit Vide *Iodoc. de patrocin. pupill. in tit. de tutor. & curat. libert. num. 16 & num 17.* vbi etiam diſtinguit.

Quæſt. 3. Quarto dolus in expulſiua quemadmodum purgetur per reſtitutionem rei in qua dolus erat commiſſus; nempe, qui doloſe ſpoliauerat, rem ſpoliato reſtituit, plane ſunt huius quæſtionis tres inſpectiones.

Prima an ſit neceſſaria reſtitutio rei ita quod renunciatio facta à Domino, qui vim paſſus eſt non ſufficiat.

Secunda an reſtitutio purget dolum, quo ad ipſam rem, vt ſcilicet non ſit amplius vitioſa.

Tertium an purget dolum quo ad perſonam, vt ſcilicet violentus ſpoliator nequeat appellari.

Et quoad primum videtur dicendum renunciationem ſiue remiſſionem valere ad purgandum argumento. *l. 2. C. quod met. cauſ. & l. ſi ob turpem. ff. de cond. ob turpem*
31 *cauſ.* † Contrarium probat *Suarezz. alleg. 23. num. 9. & 10. ex mente Bart. in l. cum te quæſt. 2. Co. quod met. cauſ.* vbi dicit, ꝙ ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, nec poteſt obiici aliqua exceptio. *l. momentanea. C. vnde vi, & l. 1. C. ſi per vim*, vel alio modo, hoc eſt verũ ſi agitur poſſeſſorio, vt ibi, ſed ſi agitur petitorio, vt actione quod met. cauſa, poteſt obiici exceptio quod ille metus eſt purgatus per aliquem alium ſubſequutum, vel per expreſſum conſenſum, ſentit ergo famosè *Bart.* quod interdictum vnde vi non purgaretur per expreſſum conſenſum poſtea ſubſequutum & ita actus, qui poſt ſpoliationem interuenit etiam conſenſum inducens vel renunciationem non purgat violentiam, de quibus verbis *Bart. ait Suarezz.* fecit maximum feſtum viua voce diſputando & eius ſententiæ aſſertorem dicit *Innocent. in cap. ſuper hoc de renunciat. col. 2. verb.* non
32 ne eo ipſo vbi reſpond. *ad l. d. 2. & l. ſi ob turpem*, procedere dicit in † vi compulſiua, in qua adeſt aliqualis cõſenſus, ſed expulſiua nullũ habet in ſe cõſenſum, nec ſunt vicinę ſpoliatio, & renunciatio, ſicut promiſſio, & datio, & ſolutio habet ſe ad promiſſionẽ, vt executio, & ideo tendens ad implementũ promiſſionis meticuloſę, facilius purgat vitiũ ꝓmiſſionis turpis, vel factæ metu. Sed renũciatio nõ eſt cõiuncta ſpoliationi,

tamquam ſi eſſet eius executio, cum altero reſpectu fieri poſſit, & hinc infertur ad Doctrinam *Bald. in l. domus mea. ff. de ſeruit. Vrban. prædi.* quod ſi vna vniuerſitas remiſit alteri iniurias, & inuaſiones non videtur remittere damna, & intereſſe, vt per *Dyn. in l. non ſolum. ff. de iniur.* & plenius *Suarezz. d. alleg. 23. num. 12. verb. ſexto addo.* Quoad ſe-
33 cundā inſpectionem, purgari vitium violētiæ, nempe reale per rei ablatæ † reſtitutionem, probat, & ait eſſe de mente omnium *Suarezz. d. alleg. 23. num. 12. ex doct. Innocent. in d. cap. ſuper hoc,* dicens, quod per nullum actum, nec conſenſum purgatur vis, niſi per retroſimilem, qui eſt reſtitutio; Sed vltra eos, eſt apertiſſimus tex. *in §. aliquando* etiam *inſtit. de vſucap.* ibi res vi poſſeſſa, ſi in poteſtatem Domini reuerſa fuerit, vſucapi poteſt; quia hoc modo purgandum eſt rei vitium, id quod extenditur, etiamſi in poteſtatē quaſi Domini reuerſa fuerit, puta tutoris: Nam qui ſpoliauit pupillum reſtituit eius tutori, vel etiam creditoris, cui res aliena fuerat obligata, vt gl. & *Dd. in d.* §. aliquando: extenditur etiam ſi res illa ſit in poteſtate Domini quaſi reuerſa, vt in *l. ſequitur. §. idem Labeo, &* §. *tunc. ff. de vſuc.*

34 Circa tertiam inſpectionem † opinio negatiua videtur probanda per textum *in d. l. qui ea mente ff. de furt.* vbi fur niſi reſtituat non deſinit eſſe fur arguendo à fure ad violentum poſſeſſorem, quod argumentum valet. §. *furtiua quoq; &* §. *aliquando inſt. de vſu.* confert etiam tex. *in l. pen. ff. de vi bon. rapt.* in qua non fugit pœnam raptoris, qui ante iudicium rem reſtituit.

Quæſt. 14. Quæro quando dolus ineſt liberationi an purgetur per liberationem poſtea ſequutam.

35 Hæc † quæſtio bifariam poteſt intelligi. Primo ſi is, qui fecit liberationem fuit dolo inductus ad faciendam illam.

Secundo ſi is, cui fit liberatio puta ratione adminiſtrationis præteritæ aliquid retinet de adminiſtratione prædicta, & non reſtituit & vtroque caſu reſpondendum eſt dolum, non purgari, de primo dixit *Bald. in l. actione quæſt. vlt. C. de tranſact. Alciat. ibi. num. 38.* vbi limitat quando nominatim eſſet ille dolus remiſſus, & ratio eſt, quia tunc dolus fit ſcienti, & ideo vere dolus non eſt, & propterea dicitur largo modo remiſſio. *c. ſcienti, vbi Dyn de reg. iur. in 6.*

Quoad ſecundum reſpondet *Socc. conſ. 72. num. 2. vol. 3. & conſ. 159 num. 19. vol. 2. Par. conſ. 88. col. pen. vol. 1. Roland. conſ. 45. nu. 59. & 60. vol. 1.* & allegat rationem ex mente Doctor. quia, cum adminiſtrator ille habeat apud ſe reliqua, & non reſtituat, illa liberatio ſapit dolum de præſenti, & de futuro, ſiquidem talis adminiſtrator dicitur eſſe in dolo, & propterea liberatio habet cauſam doli permanentem, vt dixit *Socc. in d. conſ. 72. & ante eum Bald. in l. ſub prætextu la. 2. in fi. Codic. de tranſactione.* vbi inquit quod in *l. tres fratres. ff. de pactis*, per generalem diuiſionem dolum non eſſe purgatum, quia vnus ex fratribus ſubtraxerat res quaſdam, & cum non reſtituiſſet, dolus ille habebat cauſam permanentem, & ſic inerat tranſactioni, nimirum ergo, ſi non purgatur ex ea.

Quæſt. 15. Quæro quemadmodum purgari poſſit dolus in cauſa turbatæ poſſeſſionis commiſſus? Reſpond. ex probatione iuſtę alicuius cauſæ, ita turbandi, & agen-
36 di, nam iuſta † cauſa dolum extinguit, & per conſequens pœnam ſubactionis tollit, *Bald. conſ. 58 quidam eſt accuſatus in fine lib. 5. Corn. conſil. 205. numer. 7. lib. 2. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. tertio numer. 621. verb. dolo hoc ipſo,* Cauſæ autem iuſtæ excuſantes à dolo perturbationis multæ ſunt.

Prima eſt, cum accuſatus probabiliter credit poſſeſſionem ſuam eſſe, & ſe iuſte poſſidere. *l. 1. §. ſiquis ideo. ff. ne vis fiat ei. Soc. Sen. con. 131. col. 4. ver. amplius li. 1. Dec. con. 565. in fin. Crau. con. 18. n. 9. & conſ 280. col. pen. ver. ex quibus.*

Secunda accuſatus de turbata poſſeſſione probat ſe ex cauſa amicitiæ vel familiaritatis, vel ſolatii poſſeſſionem ingreſſum. *Corn. conſ. 100. nu. 26. in fi. lib. 1. & con. 280. num. 9. lib 4.*

Tertia eſt, cum quis ingreſſus eſt ratione iuris, quod in poſſeſſione illa habet, vt eſt Socius, qui ingreditur poſſeſſionem rei communis. *Plotus in l. ſi quando. num. 313. C. vnde vi. Alexand. conſil. 103. num. 12. verb. quod autem lib. 1.* vbi limitat, niſi ſocius exceſſerit terminos, qui ſocietati conueniunt, vt puta ſi totam rem occuparet. Quarta cauſa eſt, cum quis ex mandato alterius ingreſſus eſt poſſeſſionem *Pap. in for. libel.* pro turbata poſſeſſione in verbo animo.

Quinta cauſa eſt, cum is qui accuſatus eſt oſtendit ſe virtute contractus ingreſ-

ſuiſſ

ſum fuiſſe, poſſeſſionem illam, *Corn. conſ. 205. nu. 7. lib. 2.* ratio eſt, quia non videtur habere animum turbandi, ſed vtendi iure ſuo, & illud conſeruandi *Menoc. d. remed. 30. n. 631. verb. quinta cauſa*, vbi per plures ſequentes numeros declarat hanc cauſam, nunquid obtineat locum vbi contractus erat nullus, aut inualidus, Sexta cauſa eſt, cum quis ex licentia à iudice legitime conceſſa ingreditur, & occupat, *Bald. conſil. 58. verbo præterea, vbi quis lib. 5.* quod videtur valere & ſi decretum eſſet iniuſtum, ſed declara, vt per *Menoch. num. 64. & ſequent.* niſi decretum eſſet nullum, aut defectu ſolemnitatis, aut defectu iuriſdictionis. Septima cauſa iuſta eſt, cum hæres, vel legatarius vel alter ex licentia conceſſa à teſtatore. *l. igitur. §. poteſt ff. de lib. cauſa*, declara, vt per *Menoch. d. loco num. 645. & ſequent.*

Octaua eſt iuſta excuſationis cauſa, quæ prouenit à publica fama; vt puta fama eſt, rem, ſiue poſſeſſionem ſpectare ad ipſum accuſatum, *Bald. conſ. 289. lib. 4.* Nona, cum prælatus occupat bona ſui anteceſſoris, quem ignorabat proprio nomine poſſidere, cum in dubio Eccleſiæ, acquiſita præſumantur, *Menoc. d. loco nu. 649. in remed. 9. de recup. poſſeſſ. num. 131.* Decima eſt quæ prouenit à ſententia lata in petitorio ad fauorem accuſati, qui ſi eſt ingreſſus virtute illius ſententiæ latæ in petitorio, excuſationem meretur, cum ſententia illi obiici poſſit, *Menoch. dict. remed. 3. quæſt. 74.* Cauſa vndecima eſt, cum accuſatus eſt proteſtatus, ſe eam poſſeſſionem ingredi cauſa ſeruandi ius ſuum, nam tunc excuſatur, ex quo ceſſat animus turbandi, *Pract. Papienſ. in form. libell. pro turbat. poſſeſſione in verbo animo num. 1.* ſi modo eam proteſtationem aliquo iure comprobauerit, ne videatur fictitia, & ſimulata.

Cauſa duodecima eſt cum actus ipſe in poſſeſſione factus, non infert occupationem, vel turbationem poſſeſſionis, velut ſiquis ſimpliciter ſeminaret, vel vites putaret, nam hi actus, cum de ſe boni ſint. & vtiles poſſeſſori prædiorum, niſi aliud addatur, non inferunt turbationem, *Gulielmus Peruſinus inter conſilia criminalia diuerſorum conſil. 37. libr. 1.* ibidem *Caſſal. conſi 58. Menoch. d. remed. 3. numer 652.* vbi declarat prædictas cauſas toties excuſare, quoties probatum fuerit, quem eam ob cauſam adductum fuiſſe ad ita turbandum, vt per *Corne conſi. 33. numero vigeſimo ſecundo. & conſilio 280. numero 6. libr. 4. cum aliis prope innumeris ibi citatis*, vide igitur *Menoch. d. remed. 3. à num. 626. vſque ad num. 663. & ad quæſt. 72.*

Quæſt. 15. Quæro an decretum iudicis vim habeat purgandi dolum in actu in quo interpoſitum eſt, & videtur negandum argumento à ſimili, nam ſententia lata in fauorem poſſeſſoris malæ fidei non purgat ipſius malam fidem, *Balb. in tract. præſcription. in 2. par. tertiæ partis princip. verbo, quinto quæro*, vbi *Alexand. conſilio 75. viſis, & ponderatis colum. vltim. & volum. 4.* alioqui graues authores citat huius ſententiæ aſſertores.

Contrarium ſentiunt ferè omnes ex trita illa regula in foro, quod decretum fa-
37 cit ceſſare omnem præſumptionem † doli, vel fraudis. *Bartol. in leg. prima, per illum textum. Codic. de prædiis. Decuri. libro decimo. Bald. in cap. 1. colum. vltim. de confirmat. vtili, vel inutili Abb. in cap. cum cauſa colum. 2. de emption & vend. Caſtrenſ. conſilio centeſimo ſeptuageſimo quarto, contra ſuperius libro primo. Pariſ. conſilio 39. numero vndecimo, & decimo quinto, libro quarto. Curt. Iun. conſilio 69. in fin. & conſilio 118. colum. 3. in princip. Natta conſilio 631. numero vigeſimo ſexto, libro tertio. Roland. à Valle conſilio 90. Libr. 1. numero vndecimo. Cephal. conſilio 207. libro ſecundo cum aliis citatis à Simoncell. de decretis libro tertio, titulo ſeptimo, numero quadrageſimo quinto*, & hinc infertur, quod licet in donatione inſinuanda ſufficiat præſentia iudicis, qui det licentiam Notario ſcribendi dictam donationem in actis. *Cyn. in leg. vltim. Codic. qui admitti Ioan. Fab. & Aret. in §. primo inſtitut. de donat.* vbi dicunt communem opinionem, & ibidem *Rimineld. Iun. numero centeſimo nonageſimo ſexto. Iaſon. conſilio vndecimo volum. 1. Gabriel. de donat. concluſio 1. numero 5. Clarus* aſſerens de communi in §. *donatio quæſt. vigeſima quinta verbo.* Item quæro, cum aliis pluribus congeſtis à dicto *Simoncello libro ſecundo, titulo ſexto, numero ſexageſimo ſeptimo.* Fallit quoties conſanguinei, vel alii contra dicunt donationi, dicentes fieri eam per ebrietatem, fraudem, facilitatem, metum, vel errorem, nam tunc debet interponi decretum, *Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ.* & leg. *Simoncell. dicto loco numero 68. Vergil. Boccac. in conſtitut. Marchia gloſſ. 5. numero 15.* ea ratione, quia decretum iudicis purgat omnem dolum. Non obſtat contrarium, ſoluitur enim, vt arbitror, quia ſi poſt latam ſententiam in fauorem malæ fidei poſſeſſoris

legitime conſtet de ipſius mala fide ab initio ſententiæ, non facit eum bonæ fidei, cum mala fides tanquam conſiſtens in animo ſit facti, & ſententia quæ facti ſunt non poſſit immutare, ſed ſi eſſemus in dubio, per authoritatem rei iudicatæ, præſumeretur bonæ fidei, ita decretum facit ceſſare omnem præſumptionem doli, ſed ſi cõſtaret ab initio fuiſſe dolum interpoſitum, puto quod decretum non purgaret quemadmodum in ſimili eſt in cauſa decretum, vt cõtractus minoris credatur, in vtilitatem eius geſtus, poteſt tamen probari contrarium, & reſcindi velut *in lit. ff. de reb. eorum.*

Quæſt. 17. Quæro an dolus purgetur iuramento, & non purgari probatur ex his, quæ tradunt *Doct. Bart. Caſtren. & alii in l. 3. C. ſi minor maiorem ſe dixerit.* vbi ſi minor dolo inductus dixerit ſe maiorem & iuramento firmauerit, non propterea purgatus cē-
38 ſetur ille dolus, ideoq; competit † reſtitutio minori. *Afflict. deciſ. 393. Curt. Iun. conſ. 118. n. 9. in fin. Cephal. conſ. 142. lib. 1.*

Secundo quia ſi concederetur iſta purgatio nihil facilius eſſet quam euitare pœnam doli, cum doloſus factus eſſet iudex, & teſtis in cauſa propria contra *l. nullus. ff. de teſtib. & l. omnib. C. eodem.*

Tertio cum dolus ſit ab eo probandus, qui allegat. *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. l. dolum C. de dolo cum vulgar.* aut probauit, & non eſt locus iuramento. Aut non probauit, & Reus eſt abſoluendus, valet enim argumentum à ſufficienti partium enumeratione *§. 1. cum ibi not. inſtit. de obl. quæ ex quaſi contractu.*

39 Contraria ſententia † eſt magis probanda, prout eam probat *Capolla conſ. crimin. 424. num. 11. & 12. Marſ. in Rub. ff. de probat. n. 222. Siluan. conſ. 7. n. 28. Anc. fam. quæſt. 78. n. 8. & 9. Burſat. conſ. 49. n. 25.*

Ratio eſt quia dolus in animo conſiſtit, qui ſoli Deo eſt notus, iuxta illud ſcrutans corda, & renes Deus, ideo ſtatur eius iuramento, *Angel. in l. plagu. C. ad l. flauium de plagiar. argumento l. Marcell. ff. rerum amot. l. praſents. C. de his, qui ad eccleſ. confugiunt,* facit. *ca. 1. cum ſeq. de purgat. canon.*

Exemplum erit fecit, aliquis actum illicitum de iure communi, & non apparet, quod fuerit vere per errorem, non conſtat etiam quod vere faceret doloſe, ſed dubitatur errauerit nec ne, tunc in dubio præſumitur in dolo, niſi probetur contrarium, quod errauerit. Argumentum *in d. l. plagu ex mente Iacobi Butrig. per l. 1. C. de Sicar.* Sed qualiter probabitur, quod fecerit actum illicitum potius per errorem, quam dolo, certo ſuo iuramento per ea, quæ dicta ſunt, intellige modo concurrant aliquæ coniecturæ, ex quibus non leuiter probetur errore doctum feciſſe, non dolo, *Cap. d. conſ. 24. num. 12.* vbi affert aliquas coniecturas, quæ poſſunt interdum eſſe tam validæ, vt per ſe valeant ſine iuramento ad faciendam purgationem doli, vt per *Ancaran d. quæſt. 75 & Menoch. conſ. 98. num. 83. lib. 1.* Contrariis vero non eſt arduum ſatisfacere, & ad primum aperta eſt ſolutio, quia eſt verum, quod iuramentum minoris non debet purgare dolum aduerſarii, maxime cum dolus cenſeatur ſemper exceptus à iuramento. *c. quint. auallis,* & ibi not. omnes *extra de iure iur. c. quamuis de pact. in 6. c. cum contingat ext. de iur. iur.* & infertur ex hoc, quod filia renuncians hæreditati paternæ, & iurans ſe eſſe maiorem, quæ vere non eſt poterit in integrum reſtitui *Caſtrenſ. conſ. 455. num. 5. & 6.* nam videtur à patre dolo inducta, cum melius ſcire potuerit, ætatem, quàm ipſamet filia.

Ad ſecundum ſolutio ſit, quod non eſt nouum in iure, vt in dubiis cauſis pars in-
40 terdum † fiat Iudex in cauſa propria mediante ſuo iuramento, vt in *l. admonendi, ibi* ſæpe enim. *ff. de iur.* vbi *Bart. Iaſ. Ripa. & omnes, & cap. fin. §. fin.* vbi Canon. & maxime *Socin. extra de iur. iur. in tit. de pur. Can.*

Ad tertium reſpondeo, partes non eſſe bene enumeratas, merito igitur argumentum concidit, datur enim medium inter illa duo, nimirum quando eſt aduerſus reum aliqua præſumptio, vel coniectura. *d. c. fin. de iur. iur. gloſſ. in d. l. admonendi, & ibi Bart. ab omnibus approbatus col. 2. num. 12. verb. ſumus expediti,* nam ex ea ſola non poteſt condemnari, nec interim videtur dignus abſolutione, & proinde datur iuramentum purgationis du. iuribus.

Sequitur, vt ad aliam purgationem doli tranſeamus, quæ punitionem, ſiue luitionem pœnæ ſignificat, vt oſtendimus in principio huius cap. Ea vero eſt duplex, nam interdum purgatur dolus actione ex eo contractu. Aliquando purgatur actione doli *Roman. l. actione, numero 3. Cod. de tranſaction. Imol. gloſſ. Bartol. & al. in leg. Ateius. ff. de*

aqua pluu. arcend. vel actione in factũ ſc. quando eſt inter illas perſonas, quæ ratione reuerentiæ, vel dignitatis, actione doli non poſſunt conueniri. *d. l. non debet.*

Quæſt. 18. Et ſane quæri poteſt an dolus actione ex eo contractu purgetur, an

41 actione doli, vel actione in factum, & reſp. non parui referre. † Nam ſi dolus purgatur actione ex eo contractu, actio illa abſolutè tranſit ad hæredem doloſi, *Cagn. in l. hoc iure. §. in contractibus. numero 2. verb. & ita intelligi*, vbi reddit rationem, quia natura contractus eſt, vt actiones ex eo deſcendentes ad hæredes tranſeant, & ſi nihil ad eos peruenerit. *l. curatoris. C. de negoc. geſtis. l. 1. cum gloſſ. C. de hæred. tut. Sebaſt. Med. de fortu. & caſib. part. 1. quæſt. 10. num. 43. per Angel. in l. ait. §. hac actione. num. 1. ff. ne vis fiat ei*, & condemnatum ex illa actione ex contractu, non ſequitur infamia, niſi ſit ex illis contractibus, in quibus condemnatus efficitur infamis, vt pro ſocio, tutelæ, mandati, depoſiti. *l. 1. ff. de his, qui not. infam.* Sed vbi dolus purgetur actione doli, tunc illa actio non tranſit ad hæredes, niſi lis fuerit prius cum defuncto conteſtata, *Bald. in l. ex depoſito ff. de act. & obligat. Cagnol. d. §. in contractibus. num. 2.* Veluti niſi ad hæredes aliquid ex dolo defuncti peruenerit, aut dolo malo fecerit, ne perueniret. *l. itaque cum l. ſeq. ff. de dolo. Cagnol. loco proxime citato. num. 1. & 2.* inſuper condemnatus ſubit infamiam. *dict. leg. non debet*, & aduerſus eum iuratur in litem. *l. arbitrio. ff. de dolo.* Agentes autem de primo purgandi modo, dicimus dolum purgari exceptione vel actione ex eo contractu duplici de cauſa, prima quidem quando dolus incidit in bonæ fidei contractibus, nam cum iſte dolus, contractus huiuſmodi non annullet, vt copioſe diximus ſupra *lib. 2.* quando de dolo diſſeruimus, altera vero, quia dolus ſiue incidens, ſiue dans cauſam, commiſſus ſit in contractu ſtricti iuris *Cagn. in d. §. in contractibus. numer. 2.* etenim nunquam contractum annullat ipſo iure. *l. ſi quis cum aliter, & ibi Dd. ff. de ver. obl.* & ideo cum contractus valeat competit actio, vel exceptio, & proinde ceſſat actio doli, cuius rei occaſione,

42 *Quæſt.* 19. Quæro an cum dolus purgatur, ſiue punitur ciuiliter actione † ex contractu poſſit etiam puniri criminaliter, & non puniri conſtans videtur omnium opinio per *l. eleganter in 1. ff. de dolo Bald. conſ. 15. ad euidentiam lib. 1. Caſtrenſ. conſil. 411. vol. 2. lib. 1. Cranet. conſil. 6. numer. 105. & conſil. 280. col. 3. verſ. poſtremo. Roland. 75. numero 32. volum. 1.*

Ratio videtur, quia vbi alia poteſt actio competere, ibi denegatur actio doli tamquam ſubſidiaria. *l. 1. §. merito & §. ſequent. ff. de dolo*, & infertur ad vſurarium, vt ſcilicet puniri criminaliter non poſſit propter vſurariam prauitatem, ſiquidem repeti poſſunt vſuræ actione ex eo contractu ſcilicet per condictionem indebiti. *c. nihil de vſur. Abbas con. 34. in fin. lib. 1. & conſ. 81. lib. 1. in fin. Rol. d. conſil n. 32.* vel agi poteſt ex contractu, vt declaretur nullus & vſurarius, & ita aliud competit remedium. *Men. de arbit. cent. 4. caſu 398. num. 19. & 20.*

43 Contrariam ſententiam ſequutus † eſt *Menoch. proxime citato loco.* vt ſcilicet etiam criminaliter poſſit puniri, nam ex mente *Caccialupi in l. cunctos populos.* diſtinguit duos caſus.

Primus eſt quando dolus ſtat in finibus contractus, & materia non eſt apta natura ſua ad crimen inducendum, vt videtur materia emptionis, locationis vel depoſiti, & procedat prima opinio.

Secundus caſus eſt, quando dolus non ſtat in finibus contractus, & materia apta crimen producere, & tunc poteſt non ſolum ciuiliter, ſed etiam criminaliter agi, exemplum eſt in materia vſurarum, quippe quia eſt contra canonum præceptum, & illam exercens incidit in pœnam Canonicam, præſertim cum in vſuris, furtum quodammodo reperiatur, & propterea infert Menoch. *aduerſus Doctor. d. caſu 398. num. 19. & 20.* quod vſurarius poterit etiam criminaliter puniri, nam licet in vſuris debitis ex conuentione adſit debitoris conſenſus, & ſcienti non fiat dolus. *cap. ſcienti de reg. iur. in ſexto.* ſiquidem hæc voluntas, & conſenſus debitoris impedit ipſum ne agat contra fœnerantem, non tamen tollit ius fiſci quin pro intereſſe fiſci valeat illum fœneratorem punire, vt placuit *Bartolo in l. 1. §. vſque adeo. ff. de iniur. & in l. inter omnes. §. recte numero primo de furt. Angel. Aret. §. 1. numero. 5. inſtitution. de obligation. quæ ex delicto naſcuntur. Dec. & Cagnol. in l. nemo fraudare. ff. de regul. iur. Marſil. ſingul. 22.* incipiente, confeſſio. his præterea adde, quod non eſt inutile, quod dolus circa poſſeſſionem

commiſſus, purgetur & ipſe per actionem ex contractu perſoluta ſcilicet æſtimatione rei *Iaſ. in l. in depoſiti num. 9. ff. de re iud* & ibidem *nu.* 8. inquit, quod huic ita perſoluenti æſtimationem debeant ab aduerſario cedi actiones ne bis idem haberet, alias poſſet non exigere, & ita bis habere.

44 Relinquitur modo ex ordine, vt ad illam purgationem doli veniamus, quæ fit † per actionem doli, quæ verba, purgari per actionem doli, ipſum dolum ſignificant, vt interpretatur, *Caſtrenſ. in l. curatoris. C. de neg. geſt.* & refert, *Cagnol. in d. l. hoc iure. §. in contractibus. num. 2. ff. de reg. iur.* agitur de dolo, quia nulla alia competit actio. Planè aliena eſt hæc interpretatio à proprietate illius vocis purgare, etenim eſt verum, quod actio doli præſtatur, vbi nulla alia conceditur. *l. 1. §. merito cum ſimil. ff. de dolo*, ſed tamen nihil commune, ad id quod quærimus ſignificandum, & verior eſt interpretatio ſupra à nobis data, vt ſoluere, ſeu pendere, vel luere pœnam commiſſi doli demonſtret, id quod fit manifeſtum ab effectu, nam per actionem doli redditur doloſus infamis, patitur iuramentum in litem, declaratur nullus contractus, vbi dederit cauſam bonæ fidei, & cogitur ſtare contractui doloſus, ſi noluit is ratum habere, qui deceptus eſt, amittit ratione doli omnia priuilegia, & aduerſus doloſum actione doli conuentum, omnia

45 iura clamant, hæ profecto pœnæ ſunt, ne quidem leues. † Purgatur etiam dolus actione in factum, vt in contractu geſto per dolum à patre cum filio. *Corn. in l. ſi ſuperſtite. C. de dolo*, quod obtinet in omnibus parentibus. *d. l. non debet. ff. de dolo*, extenditur ad patronos, & libertos, ad plebeios, & conſulares; ad viros honeſtæ, & integræ opinionis, & luxurioſos. *d. l. non debet*, & ex hoc non ſequitur pœna infamiæ, vt ibi expreſſum eſt, & nos copioſe diximus ſupra in *c. de action. doli.*

46 Purgatur † inſuper dolus ceſſante ciuili actione per actionem ſtellionatus, quæ criminalem pœnam irrogat iudici arbitrariam *l. 1. & 2. & 3. ff. de crimin. ſtellion. Menoch. de arbitr. iud. cauſ. cent. 4. caſu 382. num. 5.*

Si itaque dolus cauſam dedit contractibus bonæ fidei, quoniam tunc reddit eos
47 ipſo iure nullos, & ita non poteſt dari actio ex eo contractu, dolus purgatur per † actionem de dolo, *Cagnol. in d. §. contractibus. num. 1. l. 1. & l. eleganter. ff. de dolo*, vbi *Bartol. ait numer. 4.* in cæteris quoque caſibus, in quibus dolus commiſſus eſt, & non tranſit in ſpeciale nomen delicti vt furti, falſi, adulterii, purgatio fit eadem actione doli.

QVARTI LIBRI FINIS.

LIBER

LIBER QVINTVS,

IN QVO DE COGNATIS DOLI,

Nempè,

DE CVLPA, DE FRAVDE, DE Mendacio, de Perfidia, de Calumnia, de Malafide, de Mora, de Simulatione diſſeritur.

De Culpa, Cap. I.

1 Doli comites, *& affines, ſunt Culpa, Fraus, Mendacium, Perfidia, Calumnia, Mala fides, Mora, Simulatio.*

2 *Culpa ſæpe pro dolo ſumitur.*

3 *Culpa latiſsime ſumpta, dolum quoq; continet.*

4 *Promittens præſtare damnum, quod culpa ſerui ſui contigerit, tenetur etiam pro dolo, veluti pro furto.*

5 *Accuſans in libello Titium, quod hominem culpa occiderit, rectè agit, & procedit libellus, quia culpa dolum includit.*

6 Dolus *ſub culpa tamquam ſpecies ſub ſuo genere comprehenditur.*

7 *Culpa dolum continens, ab aliis dicitur latiſsima, ab aliis maxima culpa appellatur.*

8 *Culpa, velut genus, habet duas ſpecies, dolum, & culpam in ſpecie.*

9 *Culpa à Dolo diſtincta, quomodo definiatur.*

10 *Caſus fortuitus, qui ſit, & quot modis cõtingat.*

11 *Culpæ, multæ definitiones, ex Dd.*

12 *Culpa eſt nauigare ſine magiſtro Nauis, vel tempore ventorum, vel nimis onerare equum conductum, vel nimio itinere vti, vel agrum non colere.*

13 *Definitio Culpæ, ex authore.*

14 *Quot ſint ſpecies Culpæ.*

15 *Culpa in faciendo, & in omittendo.*

16 *Quot ſint doli mali diuiſiones, tot fermè ſunt Culpæ diſtributiones, ſiue partitiones.*

17 *Culpæ diuiſio data à* Bartol. in l. quod nerua. ff. depoſit. *an ſit probanda.*

18 *Graduum diſtinctio, non inducit diſtinctionem ſpecierum, & probatur exemplis.*

19 *Comparatiuum poni pro poſitiuo.*

20 *Alia Culpæ Diuiſio, quæ examinatur, & probatur.*

21 *Culpa leuiſsima quomodo ſeparetur à Culpa leui.*

22 *Culpa latior, cum lata culpa confunditur.*

SVPERIORIBVS libris de Dolo quantum fuit in nobis diligen-
1 ter egimus, qui cum numquam ſolus prodire ſoleat, ſed cum † Affinibus, & Cognatis, quaſi Rex Satrapis ſuis magnificè comitatus incedere, nempe Culpa, Fraude, Mendacio, Perfidia, Calumnia, Malafide, Mora, Simulatione, de his ne quicquam prætermiſiſſe videamur, reſtat agendum.

Et primum de Culpa, deinde de cæteris, prout res patitur dicemus.

2 Culpam igitur † definiturus, præmoneo, non eam hic nos accipere, quæ dolum
3 continet, ſed ab eo diſtinctam, & ſeparatam, † ampliſſime enim ſumpta, dolum com-
4 plectitur. *Alciat. in l. lata culpa. ff. de verb. ſignif.* ea † ratione, quod qui dolo facit, in culpa eſt. Et ideo promittens præſtare damnum quod ſerui mei culpa contigerit, ſi quid doloſe fecerit, veluti furtum reſarcire quoque tenebor, quod videntur etiam ante affirmaſſe. *Dd. in d. l. quod Nerua. ff. depoſit*: vbi *Bart. num. 9. & 10.* ait ita accipi *per l. quod, quis ſua culpa, iuncta gloſſ. de reg. iur.* Dolum præterea ſub culpa, tamquam ſub ſuo gene-

5 re † comprehendi ſcriptũ reliquit, *Capra reg. 78. nume.* 4. *& num.* 30. & iuuatur eo argu-
mento. Quod inuenitur culpa ſine dolo, vt eſt leuis, & leuiſſima ſed non dolus abſq;
6 culpa, & ita in genere † ſumitur apud *Horat. 2. epiſtol.*

Hic murus aheneus eſto.
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.
Et apud *Iuuenalem.*
——*Rubet Auditor, cui frigida mens eſt.*
Criminibus tacita ſudant præcordia culpa.

Culpa vero, quæ eſt in dolo, cum ipſo conuertitur, eademque definitione, eius
ſubſtantia declaratur. *Bart. in d. l. Quod Nerua num.* 11. & noſtri Dd. latiſſimam culpam
appellant ſed *Bald.* rectius forſitan vocat culpam maximam *in l. qua fortuitis num.* 35. *C.*
d. pign. act. dicens omne reprehenſibile eſt culpa, Dolus eſt maxime reprehenſibi-
7 lis, igitur eſt maxima culpa, Ita fit, vt culpa, ſit † velut adoptio, duas ſpecies continens,
Dolum ſcilicet & culpam in ſpeciem.

8 Quare *Bald. in d. l. qua fortuitis numero* 35. infert quod † ſi in libello, accuſo Titium
quod hominem culpa occideret, valet libellus, quia culpa dolum includit, & omnis
dolus culpa eſt, vt ibi egregie probat. Quare hac culpa, quæ cum dolo conuertitur,
prætermiſſa, ſatis enim vt arbitror, accurate de illa diſputatum eſt in antecedenti-
9 bus. Alteram ex ordine propoſito † nunc aggredior, & quæro quid ſit culpa, quæ cę-
teras culpas à dolo ſeparatas, vt ſuas ſpecies continet. *Bart. in l. quod Nerua num.* 16. *ff. de-*
10 *poſ.* Quare computatis † aliorum definitionibus, ſic definit. Culpa eſt deuiatio ab
eo, quod bonum eſt, quod per diligentiam hominis potuit præuideri, probat *Abbas*
in c. vni. extra commod. & ab ea non videntur recedere Iuriſtæ, refert eam *Sebaſt. Me-*
dices de fortuit. Caſib, parte 1. q. 10. in primo verb. Addita ſunt illa, quod per diligenti-
am hominis potuit præuideri ad differentiam caſus fortuiti, cui humana prouidentia
occurri non potuit, cum definiatur à *Bald. in leg. qua fortuitis numero quinto C. de pignor.*
act. accidens quod per cuſtodiam, curam, vel diligentiam mentis humanæ, non poteſt
euitari ab eo, qui patitur, ſiue facto naturæ contingat, velut tẽpeſtate maris, vi aut flu-
minis, ex maxime inſolitis niuibus, terrę motu, aëre corrupto, generante locuſtarum
exercitus *l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt l. ex conducto. §. ſeruus, & §. ſed ſi prædo, &*
l. contractus ff. de reg. iur. l. maritus ff. locat. l. fluminum §. Labeo. ff. de damn. infect. Siue ac-
cidat caſus fortuitus facto hominis, nempe vi latronum, violentia exercitus, falſo Te-
ſtimonio. *Bald. d. loco*, inquiens, nihil eſſe tam firmum; quod vim pati non poſſit. *d. l.*
fluminum. §. Labeo. Verum, vt mei iudicii eſt, & ſine his verbis à definitione culpæ ex-
11 cludebatur, quippe in caſu fortuito non poteſt † conſiderari deuiatio ab eo, quod
bonum eſt, ſiquidem hæc culpa, & voluntate noſtra contingit, caſus autem fortuitus,
extrinſecus accidit, nec in noſtra eſt poteſtate, Aliter definit culpã *Pariſ. conſilio centeſi-*
mo vigeſimo tertio, numero ſexto, libro primo, vt refert *Ludouic. Aſſiſſ. in Deciſ.* 10. *Lucenſi. n.* 10.
Dicens, culpa eſt deuiatio ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiuſ-
dem conditionis, & profeſſionis. Cæterum non comprehendit latam culpã dolo pro-
ximam, in qua non deuiatio ab ea diligentia, eſt, ſed machinatio adeſt, ad decipien-
dum, vt per *Bart. in l. quod Nerua. num.* 13. *in fin. Bald. in d. l. qua fortuitis, num. finit, ita.* Cul-
12 pa eſt deuiatio à prudentia naturaliter inſita, vt non cogitare de caſib. † naturalibus,
vt nauigare ſine magiſtro Nauis, vel tempore tempeſtatis, vel nimis onerare E-
quum conductum, vel nimio itinere, vel non colere agrum ſuis temporibus, Porro
autem & hæc definitio non conuenit latæ culpæ. *Donatus*, Culpa, inquit, eſt eius, qui
13 neſciens aliquem læſit. Vltra DD. videtur ita definiẽda. † Culpa eſt commiſſio per ne-
gligentiam, vel præſumptam malitiam alteri damnum inferens, Commiſſio eſt loco
generis, nam competit, & dolo, dicitur damnum inferens, quia vbi læſio non eſt, ibi
nec culpa reperitur, quæ in iudicium deducatur argumento. *leg. ſi quis in pignor. ff. de*
pignor. act, additum eſt per negligentiam, quia plerumque culpa per ſocordiam, vel
ſegnitiam committitur *l. fideiuſſor in principio. ff. mand.* ibi diſſoluta negligentia prope
dolus eſt, & *leg. Magna. ff. de verbor. ſignificat.* proinde ſæpe lex, culpam, negligentiæ,
& ſegnitiæ nomine oſtendit §. *præterea Inſtit. quibus modis re contrahat. obligatio. leg.*
prima, §. is quoque. ff. de actio. & obligat. leg. quinta, Codice de periculo & comm.
rei vendit. Dictum eſt inſuper, vel præſumptam malitiam, quoniam ſæpe fit læſio,
non mera negligentia, ſed excogitata malitia, ſub velo negligentiæ, quando ita lex
præſumit, vt in *dict. leg. quod Nerua*, vbi in culpa dicitur, qui eam non adhibet in

re de-

re depoſita, diligentiam, quam ſolitus eſt præſtare in rebus ſuis, id enim non ſit ſalua
fide, & propter ea, inquit *Celſus* fraude non caret, & in illis verbis continetur culpa
lata, *Bartol. dict. l. quod Nerua numer.* 13. *&* 14. *Bald. in l. quæ fortuitis numer.* 33. & ſi quis
obiiciat in hac definitione non comprehendi culpam in omittendo, propter il-
14 lud verbum, culpa eſt commiſſio; cum duplex ſit culpa, alia in † committendo,
alia in omittendo, vt paulo infra erit apertum. Reſpond. Quod ſicut appellatione
facti, continetur, aliter non factum, *Alciat. in l. facere non oportere. ff. de verb. ſignificat.*
ita appellatione commiſſionis, venit omiſſio, nam omittens, committit, & non ali-
15 quid facit. Quæro † iuxta propoſitum ordinem, quotuplex ſit culpa, Reſp. varie poſſe
pro varia partiendi ratione diuidi, & ſane in primis reſpectu modi committendi, in
duas ſpecies diſtribuitur. Alia enim conſiſtit in omittendo, alia in committendo. *Bart.
in l. quod Nerua num.* 7. ibi ſiue in faciendo malum, ſiue in omittendo bonum culpa eſt,
probatur etiam ex eo quod per manus traditur, culpam maiorem eſſe in faciendo,
quam in omittendo. *l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. obligation. ex not. in l. ſi mora. ff. ſo-
lut. matrim. Bald.* hanc diuiſionem ponit in *l. quæ fortuitis num.* 41. *&* 42. *Cod. de pignor.
act.* & colligitur ex apertiſſimo text. quem miror à Doctor. non allegari in *dict. l. ſi ſer-
uum in princ. ibi:* An culpa, quod ad ſtipulationem attinet, in faciendo quidem acci-
pienda eſt, non in non faciendo, nec equidem mirum, quia culpa in multis ſymbo-
lum habet cum dolo, qui, & ipſe eodem modo diuiditur in omittendo, & in com-
16 mittendo, vt alias † oſtendimus, imò aliæ multæ, doli partitiones ſuperius expo-
ſitæ poſſent, vt mihi videtur culpæ quoque accommodari, vt culpa Authoris, &
ſucceſſoris. Culpa de præterito, & culpa de futuro. Huic proxima eſt alia
17 diuiſio † à Bartolo propoſita in allegat. *leg. quod Nerua*, & comprehendit quin-
que ſpecies, nempe culpam latiſſimam, latiorem, latam, leuem, leuiſſimam, Prior
ſpecies verificatur in dolo manifeſto. Secunda in dolo præſumpto. Tertia ſpecies
dolus non eſt, ſed ei comparatur. Quarta negligentiam continet, in rebus alienis non
in propriis. Quinta eſt, quæ ceſſat ab exactiſſima diligentis patrisfamilias diligentia, vt
Doctor. ferme omnes tradunt Bartolum ſequuti in *l. quod Nerua, in l. contractus. ff. de reg.
iur. in §. 3. inſtit. quibus mod. re contrah. obligat. in l. quæ fortuitis. Cod. de pign. action. Canon. in
vnico. ex comod.* Plane hæc diuiſio, diſplicet nonnullis Modernis, & non iniuria qui-
dem, vt arbitror etenim quod ſpectat ad primã ſpeciem, iure non probatur, ſiquidem
nuſquam dolus inuenitur appellatus culpa latiſſima, & purum credo eſſe inuentum
Bartoli. Accedit quod dolus eſt ſpecies culpæ in genere ſumptæ, & ponitur, vt diſtin-
ctus à culpa in ſpecie, quæ in alias ſpecies ſubdiuiditur, Iure igitur dolus, culpæ no-
18 mine non cenſetur. Deinde culpa latiſſima latior, & lata, graduum intentione † po-
tius diſtant, quam ſpecie, quippe per magis, & minus ex quo non conſtituitur diuer-
ſitas ſpecierum. *l. fin. ff. de fund. inſtructo. l. ſi is, cui. ff. quemad. ſeruitus amittat.* Sed huic
obiecto, non eſt difficilis reſponſio negando. ſc. quod per gradus ſeparentur, pro-
pterea, quod latiſſima culpa, includit dolum verum, latior continet dolum præſum-
ptum, verus autem, & præſumptus dolus, ſpecie ſeparantur, ſecundum ea, quæ ſupra
diximus, *lib. 2. in prima Diuiſione doli mali*, verum hæc ſolutio non tollit argumentum
inter ſecundam & tertiam ſpeciem doli, nam in vtraque dolus eſt, ſecundum Doct.
& ideo ſolo gradu diſtant, quia vna latior, dicitur altera lata, graduum autem aug-
menta ſpecificam differentiam non conſtituunt, argumento eſt merum, ſiue etiam
mixtum Imperium cuius multi ſunt gradus, vt copioſe *Bart. in l. Imperium. ff. de iuriſdict.
om. iud.* & tamen vna eſt ſpecies meri Imperii, vna mixti, non plures ſecundum gradũ
pluralitatem, plures quoque ſunt gradus Agnationis, plures itidem gradus Cognatio-
nis, *l. Iuriſc. ff. de grad. affin.* & tamen vna eſt Agnatorum, vna Cognatorum ſpecies; ſuf-
fragatur prædictis, quod lata culpa, ſæpe dolus vocatur in iure, vt in *leg.* 1. *ff. ſi menſor
falſum modum dixer.* & tamen attenta Bartol. diuiſione, dolus nullus eſt in lata culpa;
quippe dolum verum tribuit Bartol. latiſſimæ culpæ, præſumptum latiori; nullus
ergo dolus remanet latæ culpæ tribuendus, quod eſt contra textum in *dict. l.* 1. *leg. ſi ex
cauſa. §. ſi mulier. ff. de minor. l.* 3. *§ ex hoc edicto. ff. Naut. Campo.* & ſi aliquis eſt dolus in
lata culpa deſtruitur diuiſio; *Bartoli*. Adſtipulatur, quod tam lata culpa; quam latior
dolo adſcribitur. *dict. l. quod Nerua, & l.* 15. *cui. §. dolum. ff. vt in poſſeſſ. legat.* Alicui vero
opponenti, quod culpa latior inuenitur diſtincta à culpa lata. *d. l. quod Nerua, & l. lata
culpa de verb. ſignif.* dixit *Bald. in l. quæ fortuitis num.* 17. *verb. & primo quæritur de pignor. act.*
19 Reſpon. ex mente Recentiorum, comparatiuum ibi poni † pro poſitiuo, vt animad-

Digitized by Google

uerit Accurt, ornato loquendi ſchemate, ſic in *l. ſi longius ff. de ind.* comparatiuum,
pro poſitiuo ſumitur, & alibi leges furem, improbiorem, alibi furem improbum, ra-
ptorem vocant. *l. 2. §. caterum ff. de vi bonorum rapto §. 2. inſtit. eod. tit.* quæ figura loquen-
di iuriſconſultis frequens admodum eſt. *l. benignius. ff. de leg. l. cum pater. §. libertus, & §.*
rogo ff. d. leg. 2. l. 1. C. de dolo, ſed ad hunc loquendi modum Bart. purioris linguæ igna-
rus, cum non aduerteret facile credit latiorem, & latam culpam, ſpecie diſtingui, Nec
facit negocium, quod ait *Bald. d. l. quæ fortuitis num. 17.* culpam latiorem eſſe dolum,
latam autem dolo comparari, quoniam probatum eſt multis legibus latam culpam,
dolum vocari. Præterea, quæ dicta ſunt de latiori, & lata, conueniunt etiam culpæ le-
ui, & leuiſſimæ vt ſcil. gradu tantum & magnitudine differant magis, quàm ſpecie.
20 Quapropter alia eſt quærenda diuiſio, & recentiores duas † conſtituunt ſpecies cul-
pæ latam ſcilic. & leuem ſub qua, tanquam ſub eadem ſpecie, leuiſſimam quoque
culpam intelligunt, vt diſtinctis his nominibus facilius diſcernatur, quando medio-
cris quando temperata, quando exactior diligentia requiratur in negociis, eam nos,
ſequemur, tamen, quia lata culpa, dolum ſapit, vel dolo dicitur proxima. *l. mulier. §.*
ſed ſi. ff. ad Trebell. l. impuberibus. §. ſi fraus ff. de ſuſpect. Tutor. l. quæſitum. §. cumque. ff. de
precario, leuis autem culpa nec vno, nec alio modo creditur dolo coniuncta, id quod,
hinc argumento eſt ſpecifica inuicem differentia ſeiungi, tum quia Iuriſconſultus vt
ſpecie diſtinctas huiuſmodi culpas ponit in *d. l. mulier. §. ſed ſi*, ibi, ſed ſi cum diſtra-
21 here deberet, non facit † lata culpa, non leui, & conſueta in rebus ſuis negligentia,
facit. *l. ſtipulator in verb. culpa, autem ff. ad l. Aquil. l. cum res. §. culpa. ff. de leg. 1.* tum etiam,
quia facile ſub hac diuiſione, omnia, quæ ad culpam ſpectant, commodiſſime poſ-
ſunt explicari, ſi quidem de latiſſima, quę ſecundum Bartol. eſt idem quod dolus, nihil
22 eſt, quid diſputemus, ſatis enim doli naturam in ſuperioribus † explicauimus, culpa la-
tior, ſicut oſtendimus, cum lata confunditur, relinquitur ergo de lata, leui, & leuiſſima
culpa differere, ac primum de lata.

De lata Culpa, Cap. II.

1 *Quomodo lata culpa definiatur à* Doct. *quomodo ab Authore.*
2 *Vtrum lata culpa ſit vnica, an plures ſpecies contineat.*
3 *Lata culpa ignauiæ, quæ ſit; furioſi, & mēte capti, non ſunt in culpa.*
4 *Quæ lata culpa verſutiæ.*
5 *Diuiſio culpæ latæ in latam culpam verſutiæ, & latam culpam ignauiæ quo pacto probetur.*
6 *In quibus conueniant lata culpa, & dolus.*
7 *Sicut in dolo ſunt gradus ita, & in culpa.*
8 *Dolus, & Culpa, tribus temporibus poteſt committi.*
9 *Qui de dolo tenetur, & de lata culpa obligatur.*
10 *Dolus, & culpa temporis curſu purgantur.*
11 *Nec dolus, nec culpa præſumitur, ſed debet ſpecifice probari, & infra,* Quæſtio 16.
12 *In his; quæ ſunt de genere prohibitorum, dolus, æque præſumitur, ac culpa.*
13 *Dolus, & lata culpa irrogant infamiam, declarat* num. 21.
14 *Sicut dolus, cum dolo, ita culpa lata, cum ſimili culpa compenſatur.*
15 *Aduerſus ſententiam dolo, vel lata culpa traditam datur reſtitutio.*
16 *Quemadmodum dolus vnius alteri non nocet, ita nec culpa lata, fallit, vt ibi.*
17 *Nec de dolo, nec de culpa lata, debet quiſpiam lucrari.*
18 *Sicut dolus in faciendo maior eſt, Minor autem in omittendo, ita in culpa lata.*
19 *Sicut in accuſatione doli non eſt vagandum, ita, nec in accuſatione culpæ latæ.*
20 *Dolus, & culpa in quibus caſibus diſſent ad inuicem.*
21 *Dolus irrogat infamiam, lata culpa non æque.*
22 *Honor, bonorum externorum maximum.*
23 *Nomen bonum magis permanet, quam mille theſauri precioſi.*
24 *Lata culpa quam irroget infamiam, infra* num. 29.
25 *Ex dolo poteſt irrogari pæna ſanguinis, non ex lata culpa.*
26 *Remiſſio futuri doli non valet, ſed lata culpa tenet.*
27 *Statutum requirens dolum etiam in cauſa pecuniaria, non habet locum in lata culpa, ſed infra* num.
28 *Aduerſus latam culpam conceditur reſtitutio,*

tutia, Culpa non inducit malam fidem, nec impedit fructuum acquiſitionem; Nec etiam facta à pluribus committitur in ſolidum, & qui facit culpam, non tenetur, ex eo, quod ſequitur, & purgatur caſu; quia omnia ceſſant in dolo.

29 Vtrum ob latam culpam irrogetur infamia.

30 Multum intereſt, an infamia irrogetur per ſententiam, an ipſo iure.

31 Periurium, an lata culpa committatur.

32 Errans in iure, an ſit in lata, & incidat in pœnam infamiæ.

33 Mitius agitur cum lege, quam cum homine.

34 De cauſa honoris, ad cauſam vitæ, non valet perpetuo argumentum.

35 Vtrum ob latam culpam, iuretur in litem.

36 Vtrum ſtatutum requirens dolum in cauſa pecuniaria, procedat in lata culpa & num. 42.

37 Lex vbi requirit dolum, & culpam excludit, leuem creditur excludere.

38 Condemnatio ad intereſſe, fit ob culpam latam, æque, ac per dolum.

39 Fides æque videtur rumpi per culpam latã, ac per dolum.

40 An ſit ſpeciale, vt in cauſa tutelæ iuretur ob culpam.

41 Diuiſio latæ culpæ, verſutia, & ignauia commendatur, & num.

42 Conſtitutio expreſſe dolum exigens in cauſa pecuniaria, numquid latam culpam contineat.

43 Non puniatur is, qui rem ſuam rapuit ignorans eſſe ſuam, vel deiecit aliquem de poſſeſſione credens ad ſe pertinere.

44 Lapſus Bart.

45 Dictum egregium D. Auguſtini de Phariſæis corrumpentibus cuſtodes Dominici ſepulcri.

46 Item iudicatur de culpa dolo proxima, ac de ipſo dolo, & in interdictis, & in edictis, & legibus.

47 Culpa dolo proxima ſæpe dolus dicitur in legib. & conſtitutionibus, & quaſi in.

48 Doli vocabulum, ſæpe leges exponunt exemplis latæ culpæ verſutia.

49 Vtrum in pœnis corporalibus lata culpa, dolum repræſentet.

50 Militaria delicta, lata culpa contracta capitali pœna plectuntur.

51 Carcerum cuſtodes, negligentes cuſtodiam, aut capitalem pœnam ſuſtinent, aut illam patiuntur, quam Reus fugiens erat ſubiturus.

52 Clerici incurrunt pœnã irregularitatis ex homicidio, dolo, vel lata culpa cõmiſſo.

53 l. 1. ff. de Sicariis, loquitur in lata culpa ignauia.

54 Vtrum lata culpa malam fidem inducat.

55 An emens contra iura, ſit in mala fide.

56 Inter bonam, & mala fidẽ datur medium.

57 Numquid ignorantia iuris contrahatur lata culpa, & diſtinguitur in iure naturali, vel gentium, vel in iure cõmuni, & Municipali: nec non in iuris perito, in iudice, in homine populari, in forenſe.

58 Ius municipale, in loco, in quo obſeruatur, dicitur ius commune.

59 Diſpoſitio, vel conſtitutio, loquens de iure cõmuni intelligitur de iure communi Romanorum, non de iure communi loci.

60 Statuta, quomodo facti eſſe dicantur, & quomodo iuris.

61 Culpa, an ſit ſemper probanda, vel potius præſumatur.

62 Culpa præſumitur in prouocante, itẽ quando dubitatur an ſit dolus, vel culpa, nam in dubio præſumitur culpa.

63 Culpa præſumitur in cuſtode alicuius rei.

64 Culpa præſumitur in eo, qui immiſcet ſe rei ad ſe non pertinenti.

65 Culpa præſumitur in eo, qui vtitur re ad vſum non deſtinatum.

66 Culpa præſumitur retinere pecunias ſolutioni paratas.

67 Culpa præſumitur intricare rationes, & in eo, qui nõ facit, quod conſuetum eſt fieri.

68 Culpa præſumitur non interrũpendo præſcriptionem.

69 Culpa præſumitur in teſte qui aſſerit negatiuam non coarctatam.

70 Culpa præſumitur in eo, qui non explorauit conſuetudinem loci.

71 Et in eo, qui viam veterem non ſequitur.

72 In eo, qui non adhibet in rebus alienis eam diligentiam, quam ſolitus erat præſtare in rebus propriis.

73 Et in eo, qui dicit, docet, vel facit prohibita, vel qui potuit amouere impedimentum, & non amouit.

74 Ex quibus cauſis ceſſet præſumptio culpæ.

75 Ceſſat præſumptio culpæ in eo, qui fecit, quod diligens quiſque feciſſet.

76 Et in eo, qui fecit, quod conſuetum eſt fieri, vel quod facit maior pars hominum.

77 In eo, qui ſciuit, ſed prohibere non potuit; in eo, qui fecit, quod fieri oportuit.

78 In eo, qui fide digno credidit.

79 Vitium naturale, culpæ non imputatur, declaratur. et: obtinere in homine, in quo propter naturale vitium magis præſumitur dolus, vel culpa.

80 Dolus, aut culpa, non aſcribitur vitio, ſed naturæ in vulpe.

81 Cingaris, leuiora furta non imputantur.
82 Ceſſat præſumptio culpæ in alijs caſibus.
83 Vtrum in dubio caſus præſumatur, an culpa.
84 Amiſſio rei ſemper eſt probanda, eaq; probata; quæritur an ſit probanda culpa, vel præſumatur caſus fortuitus.
85 Caſus fortuiti quidam ſunt, qui non facile poſſunt euenire ſine culpa.
86 Quidam vero, qui, vt plurimum, ſine culpa contingunt.
87 Semper eſt capienda præſumptio, per quã excluditur culpa, quomodo intelligatur.
88 Syndacus, cui ſuuerunt ſcientia delicti commiſſi, poſt finitum officium non tenetur denunciare.
89 In fure, & in incendiario, quomodo ſit probandum, culpam abeſſe, ad tollendam præſumptionem contrariam.
90 Propter culpam, tenemur de caſu fortuito: quando eſt ordinata ad caſum, & in dubio, quis non debet ob culpam condemnari.
91 Vltima culpa nocet.
92 Culpa in Magiſtratibus, et officiis, in contractibus, in vltimis voluntatibus cõmittetur, & in delictis.
93 Sub Magiſtratibus, intellige etiam Aſſeſſores; in officiis Tutores, Curatores & executores vlt. voluntatis.
94 In vltimis voluntatibus legataria.
95 Probatio culpæ, quomodo ſit facienda, an ſufficiat probatio in genere, vel neceſſaria ſit ſpecifica probatio, et n. 98. & 100.
96 Culpa non ſolum coniecturis, ſed etiam veris probationibus poteſt oſtendi.
97 Vtrum culpa probetur teſtibus ſingularibus.
98 An teſtes de lata culpa probantes, debeant nõ interrogati reddere dicti ſui rationẽ.
99 Culpa illius, quem allego, vt ſim excuſatus à neceſſitate habitandi cum eo, quo pacto probetur.
100 Qui innititur culpæ, ſiue agendo, ſiue excipiendo, debet eam ſpecifice probare.
101 Culpa illius, qui non miſit procuratorem cum poſſet, quomodo oſtendatur.
102 Culpa tutoris nõ erogantis pecuniam pupillarem, in emptionẽ prædiorum quomodo doceatur.
103 Culpa Mariti, non adhibentis Medicum in curanda vxore, quib. modis probanda.
104 Vtrum culpa in re propria puniatur.
105 Intereſt Reip. ne ſua re quis male vtatur, & ſuos ciues eſſe diuites.
106 l. in re mandata. C. mand. an procedat etiam vſq; ad abuſum incluſiue.
107 Culpa in re propria, quæ non ſperatur ad alium reditura, reg. non punitur.
108 Fallit multis caſibus.
109 Culpa in re propria, quæ ſperatur ad alium reditura, punitur.
110 Culpa, qua dirimitur de iure ciuili matrimonium, vtrum ſit lata, vel leuis.
111 Multæ ſunt culpæ ad dirimendum matrimonium idoneæ.
112 Cauſa diuertendi poſita in l. cõſenſu. C. de repud. latam culpam continent.
113 Culpa lata, videtur illa, quando maritus pauperẽ, & indotatam vxorẽ dimittit.
114 Filius, ſi culpa ſua lata, redactus fuerit ad neceſſitatem prohibetur alienare ſubiecta fideicommiſſo.
115 Filius culpa ſua lata, diſſipans legitimam ſibi à patre aſſignatam, non poteſt nouam legitimam petere.
116 Lata culpa verſutia, dans cauſam contractus bonæ fidei, an ipſo iure annullet ſicut dolus.
117 Culpa, quomodo purgetur, & primo an purgetur caſu fortuito.
118 Dolus non purgatur caſu.
119 Diſtinctio Bald. ad docendum, quo pacto culpa purgetur per caſum fortuitum.
120 Culpa, vtrum purgetur, tranſactione, reſtitutione rei, conſenſu illius, qui paſſus eſt damnum.

1 QVæſt. 1. Lata culpa videtur legibus definiri magna, ſiue lata negligentia. *l. tutor. qui §. competit de adminiſt. tutor. l. 1. C. de hær. tut.* ſiue † manifeſta negligentia. *l. 2. C. arbit. tutelæ & text. in l. magna. ff. de verb. ſign.* ait magna negligentia culpa eſt. Nos credimus non abſurde. ita poſſe deſcribi, lata culpa eſt ſimulata, aut vera alterum lædens ſupina ignorantia, vel negligẽtia etenim lata culpa, aut per veram ignorantiam ſupinam, aut veram ſupinam negligentiam, committitur vt latæ culpæ finis, & *l. magna negligentia. ff. de verb. ſign.* aut per ignorantiam, vel negligentiam ſimulatam, & affectatam, vt egregie *Zaſ. declarat lib. 1. ſing. intellectuum. c. 2. num. 10.*

2 *Quæſt. 2.* Abſoluta definitione quæro, an lata culpa † vna ſit, vel plures
3 ſpecies habeat, & ſane videtur eſſe † vna, quando Dd. noſtri, nullam eius diuiſionem conſtituunt, nec cenſetur poſſe diuidi, cum vnica ſit forma, quæ ipſam efficit, inmitum quod dolo ſit proxima. *d. l. mulier §. ſed et ſi. ff. ad Trebell. l. 1. ff. ſi menſor falſum modũ dixit,* cæterum *Zaſ.* in nuper citato loco, diducit eam in duas ſpecies ſc. in latam culpam ignauiæ,

ignauiæ,& latam culpam verſutiæ. Hanc diuiſionem commendat *Silueſter Aldobrand. in §. ſuſpectus autem. numer. 13. Inſtit. de ſuſpect. Tut.* eam ſequitur *Iodoc. in tractatu Parium. vel ſimilium in verb. culpa lata*, nec non *Didac. de ſponſa. parte. 2. c. 6. §. 8. n. 21.* lata culpa
3 ignauiæ, eſt de qua in *d. l. lata culpa* † in *l. nec Supina in l. plurimum in fin. in l. regula. §. ſed facti. ff. de iur. & fact. ignor. In. §. præterea. Inſt. quibus mod. re contrahitur obligat.* & licet eam deſcribere, vt ſit ſupina negligentia, vitio naturæ parum perſpicacis, vel ex praua educatione cõtracta, & huic culpę tribuitur, quicq d Ignaui, & Socordes homines improuide geſſerunt, remouentur ab hac culpa furioſi, & Mentecapti, quippe in his minime cadit vlla culpa cum ratione careant, ſine qua culpa, non contrahitur, arg. *l. 2. in fin. ff. ſol. matr. l. ſed etſi. §. & ideo. ff. ad l. Aquil.* Includuntur autem, qui ratione quidem ſunt præditi, ſed rudi, & craſſa, ita, vel ſtudio proprio, vel conſilio alieno, poſſent ma-
4 gis prouide rem familiarem, vel negocia aliena tractare. lata † culpa verſutiæ, eſt eorum, qui ex verſuto, & malo propoſito alienas res affectata quadam negligentia gerunt, cum in rebus ſuis ſint prouidi, & diligentes Dolum velamine negligentiæ contegentes, de hac culpa eſt text. in *l. ſi fideiuſſor. ff. mandat.* ibi diſſimulata negligentia prope dolum eſt, confert. *leg. 1. §. generaliter. ff. de action. empt. l. idem. § generaliter. ff. man-*
5 *dati.* Vtraque ſpecies † culpæ, vt perſpicuum eſt continetur, ſub definitione culpæ latæ, à nobis traditæ, & probatur in *l. Mulier. §. ſed enim ſi quis. ff. ad Trebell.* Nam *Vlpianus* inquit eum, qui rogatus eſt hæreditatem reſtituere, ſi ſerui deceſſerint, vel aliæ res perierint, culpæ rationem quæ dolo proxima eſt, reddere debet, ſequitur deinde; verſic. ſed ſi cum diſtrahere deberet, & non fecit, lata culpa, & non leui, huiuſmodi rei rationem reddet, quibus verbis manifeſtũ ſit, duas eſſe latas culpas, vnam, quæ dolo proxima ſit, aliam, quæ à dolo abſit de vtraque tamen tenetur; quoniam diligentius res aliena gerenda eſt, vt culpa, quæ in propriis rebus reprehenditur, in alienis puniatur; probatur etiam non obſcure *ex l. quod Nerua. ff. depoſit.* dum ſupponit quoſdam reperiri, qui in ſuis æque, ac in alienis ſunt negligentes, eiſque ait fraude carere, quoſdam vero, qui in alienis negligentes apparent, cum in ſuis ſint prouidei affirmans eos fraude non carere, quia ſalua fide non poteſt maior adhibere diligentia in rebus propriis, quam in alienis iuuat etiam. *l. in Conſtante. §. ſi Meritus. ff. ſolut. matrimont.* Confert *l. 1. § non autem. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſ. fuer. l. 1. §. hac actio. ff. ſi Men. falſum. mod. dix. l. ſi fortuitu. ff. de incend. ruin. naufr.* ibi niſi tam lata culpa ſit, vt luxuriæ, aut dolo, ſit proxima, ergo datur alia lata, quæ dolo non ſit proxima. Accedit *l. in l. ff. de Sicc.* in qua de lata culpa agitur, & exempla ibi poſita latam culpam ignauiæ demonſtrant.

Quæſt. 3 Quæro in quibus lata culpa cum dolo conueniat, Reſp. in multis, & ſa-
6 ne, prima illa eſt conuenientia, quod ſicut † in dolo ſunt gradus ampliantes illam, vel reſtringentes, *Bald. conſ. 143. ſuperiori quæſt. vol. 2. & in l. qua fortuitu. l. de pign. act Bart de teſt. in verſ. leuis culpa. num. 121. Bened. Capra, reg. 78 num. 2. & 3.* Vt ecce maior culpa lata
7 verſutiæ, minor lata culpa ignauiæ, maiori culpa, quæ plus lædit, minor, quæ † minus, officit, minor culpa commiſſa à minore maior, quæ à maiore proficiſcitur, *Rol. conſil. 77. num. 9. vol. 2.*

Secundo culpa quemadmodum dolus tribus temporibus committitur; nempe interdum præcedit factum aliquando ineſt in facto, nonnunquam ſequitur factum.
8 † *l. idem iuris. ff. ad l. Aqu. l. Bal. in l. qua fortuitis. num.* 10. *C. de pignor. actione. Medices de for-*
9 *tuit. caſibus parte 1. quæſt. 10. nu. 9. & 13.* Tertio, qui dolo tenetur † obligatur. regul & de culpa. *l. 1. ff. ſi menſor falſum mod. dixer. l. mulier. §. ſed ſi hæres. ff. ad* Trebel. *l. 1. C. de poſit*, nam licet depoſitarium de dolo teneri dumtaxat reſpondeat *Vlp. in l. contractus. ff. de reg. iuris. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. de Commod.* ibi ſolum dolum in depoſito, tamen & ad culpam obligatur. *d. l. 1. & gloſſ. in §. præterea in dolo. Inſt. quib. mod. re contrah. obl. in c. ſi. in verb. de culpa ver. extr. depoſit. Bal. conſ. 210: præmittendum lib. 5.* ratio eſt, quia dictio, tantum, non excludit latam culpam. *d. l. 1. ff. ſi menſor &c. gloſſ. in d. l. contractus. ff. de reg. iur. in l. 3. §. interdum. ff de negot. geſt.* vbi Ang ait hoc eſſe limitandum in ſtatuto in quo duntaxat, dicatur de dolo, refert. *Dec. in d. l. contractus in pr.* Quarto quemadmodum dolus
10 † curſu tẽporis purgatur ſecundum ea, quæ diximus *in tit. de purgatione doli iuncta gl. in multipl. 1. q. 1. & 2. q. 1. c. in primis, & 35. q. 8. c. de grad. & l. ven. ff. de hær. vel act. ven. & l. ii qui*
11 *ff. de act. ob.* III. ſicut dolus non † pſumitur, ita nec culpa. *l. ſi. in ver. interdũ. ff. de cuſt. reorũ gloſſ. in l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. Bald. in c. 1. de feud.* ſiue culpa non amitt. verb. nota culpam non præſumi. niſi quis conueniatur ſiue ſit lata culpa in omittendo, ſiue in

faciendo, cui ad hæret, *Alexand.conſ.*100.*num.3.vol.1.Crau.conſ.151.nu.* 11 aſſerens cla-
re, & ſpecifice probandam eſſe culpam, *Siluan, conſ.*46.*Capra reg.78. num.52.& 56.per*
l.ſi merces.§.culpæ ff.locat.in l.pen.in prin.ff.ſolut.matrim.l.cum res.§.ſpecies eum ibi not.per glo.
ff de leg.prim.& ſicut dolus coniecturis probatur, ita, & culpa, *Corn.conſ.194. volum.*2.
12 Sexto ſicut dolus præſumitur in his, quæ ſunt de genere † prohibitorum ex traditis
ſupra *in tit.de probat.doli*, ita & culpa, *Capra d.reg.78.num.57.per l.cum duobus.§. damna.*
ff.pro ſocio,per l.ſi vendita.Cod.de peric.& comm.rei vend.l.3.ff.de offic.præfect.vigil.Alexand.
conſil.50.viſis, & opportune, numer.1.verſ.modos libr.1.Pariſ.conſ.159.colum.2.libr.4.gloſ.
Bart. Bald.in l.creditor.Cod.de pignor.actione cumulat *Maſcard.de probat concluſ.467.num.*
13 5. Septimo vt dolus infamiam † irrogat. *l.1.ff.de his, qui not.infam.l.non debet.ff.de dolo.*
ita, & culpa lata ſaltem verſutiæ ex mente recentiorum, quos refert, & ſequitur. *Syl-*
*ueſter Aldobrandus in §.ſuſpectus numer.*13.*inſtitut. de ſuſpect. Tutor.* Octauo conueni-
unt quia ſicut in dolo capitur illa præſumptio, per quam in dubio dolus excluditur. *l.*
merito.ff.pro Socio, ita quoque, & in culpa ſumitur illa præſumptio per quam excludi-
tur culpa, *l. exceptione vbi gloſſ.et Bart.num.6.ff.de fideiuſſor.Doctor.in l.ſi quis ex argenta-*
14 *riis.§.fin.de eden.Crau.conſ.151.num.16.* Nono regula dolus cum dolo † compenſatur,
obtinet etiam in culpa not. *in cap.intelleximus extra de adult.Doct.commun.in l.ſi ambo.ff.*
*de compenſ.Alexand.l.qui decem.ff.de ſolut.et conſ.47.num.*11.*lib.*1. Intellige, vt lata culpa,
cum lata compenſetur, non lata, cum leui, aut leuis cum leuiſſima. *Corn. conſ.40. num.*
2, vol.2.Roland.conſ.64 num.8.vol.3.Sebaſt.Medices de fortuit.caſibus parte 1.quæſt.10. num.
9.verſ.octauo nota. imo nec culpa in faciendo compenſatur, cum ea, quæ conſiſtit in o-
mittendo. *Corn.d.conſ.40.num.14.quia.ſc.vna eſt altera grauior. Corn.conſ.557.volum.2.*
15 Decimo quo pacto † aduerſus ſententiam dolo datam, datur reſtitutio. *l.ſeruo inuito.*
§.prætor iuncta gloſſ.ff.ad Trebell. eodem & aduerſus illam, quæ data eſt ex culpa lata.
Bal.l.in l.1.in 4.opp.C.de condict.indebit. Vndecimo quemadmodum dolus vnius alteri
16 non debet obeſſe, ita nec culpa vnius alteri debet † nocere. *Iaſ.in l.hæredit.ff.de neg.ge-*
ſtis.l.rem hæreditariam.ff.de euict.cumulat.Menoch.de arbit.cent.2.caſu 181.num.47.et cent.
17 8.fallit † tamen, quia culpa patris non ſoluentis canonem, nocet filiis *Alexand.conſ.11.*
num.3.lib.5. fallit, quandoque in feudo *Alexand.conſ.30.num. 9.vol.6.* Duodecimo
18 ſicut dolus in faciendo, minor autem † in omittendo, ita, & culpa in faciendo minor
eſt qualibet alia in omittendo. *Rolan.conſ.95.num.81.vol.2.et conſ.4.volum.3.* Decimo
tertio, vt ex dolo ſuo, nemo debet lucrari, ita nec ex ſua culpa. *c.cum intelleximus extr.*
de exception. & ibi Dec.num.5.Menoch. de arbitr.caſu 182.num.61. vbi ponit exempla, plu-
res ſane caſus ſimiles in quibus, lata culpa, cum dolo comparetur vt ex ſupradictis, cui-
19 que † obuiam eſt, maxime ex *l.mulier.§.ſed ſi hæres.ff.ad Trebell.*

Quæſt. 4. Quæro in quibus dolus, & lata culpa diſtent ad inuicem, & ſane mul-
20 ta ſunt, quæ inter dolum, & culpam diuerſo † iure cenſentur, & primo ob dolum ir-
21 rogatur infamia, ob culpam non ita. *§.ſuſpectus, inſtit.de ſuſpect.tutor.* & ibi, † *gloſſ.l.1.*
cum gloſſ.ff.ſi Menſor falſum mod.dixerit gloſſ.in l.in actionibus.ff.de in lit.iur.Bartol.in l.quod
Nerua.ff.depoſit. ratio videtur, quia paulo maius delictum, præſumitur in dolo, & quia
infamia eſt grauiſſima pœna, lædit enim honorem, cuius cauſa vitæ comparatur. *l.iu-*
ſta.ff.de Manu.vind.l.iſti quidem.ff.quod metus cauſa, ideo *Ariſtot.* honorem vocat bono-
22 rum † externorum maximum & *Eccleſiaſt.cap* 41 ait curam habe de bono nomine, hoc
23 magis permanebit tibi, quam mille theſauri precioſi, † proinde cum lex præcipiat
dolo infamiam irrogari, non cenſetur idem de lata culpa diſponere *Alciat.* qui has dif-
ferentias ſcribit in *l.magna.ff.de verb ſig.* idque accipiendum eſt in lata culpa ignauiæ
ſecundum ea quæ dicta ſunt, non in lata culpa verſutiæ. Secundo declaratur, habere
24 locum, quando † infamia irrogatur per ſententiam non ipſo iure, tunc enim etiam ex
lata culpa incuritur infamia. *l.liberorum.§.notentur, iuncta gl.ff.de his, qui not. infamia. Imol.*
in cap. vni extra commod. Secundo differunt, quoniam ex dolo pœna ſanguinis,
25 vel alia corporalis poteſt iniungi, non ita † ex lata culpa. *l.in lege.ff.de Sicar.gloſſ.in d.§.*
ſuſpectus in d.l.in actionibus, in l.1 ff.ſi menſor falſum mod.dixer.Imol.in cap.ſedes extr. depoſit.
Tertio propter dolum iuratur in litem, ſed non propter culpam. *l. in actionibus, et ibi*
Doct.ff.de in lit.iur.Plat.in l.ſi quando l.vnde vi gloſſ.in d.§.ſuſpectus. Quarto dolus futu-
26 rus per pactum † remitti nequit. *l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.* verum, vt non præſtetur la-
ta culpa futura, conuentio valet. *l.1.§.ſi conueniat* & ibi *Doct.ff.depoſiti c.quemadmodum*
extr.de iureiur.copioſe.Dec.in l.contractus num.45.ff.de reg.iur.Alexand.in l.ſi mora num.2.ff.
27 *ſolut.matrim.* multa cumulans. Quinto, ſtatutum requirens etiam in cauſa † pecuniaria
dolum

dolum non exercet ſuas vires in lata culpa. *l. ne autem. ff. vi bonorum rapt. gl. not. in l. nam,*
& neglegentia. ff. de reg. iur. ſecus ſi ſtatutum diſponeret, *Capra d. reg. 78. nu. 40. ver. Quinto*
28 *fallit.* Sexto aduerſus dolum non competit † reſtitutio. *l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff.*
de minor. ſed aduerſus culpam latam conceditur. *l. vbi exigitur, cum ibi not ff. de eiden.* Se-
ptimo, Dolus inducit malam fidem, ſed non culpa. *l. ſed ſi lege. §. ſcire, cum ibi not. ff. de*
petit. hered. Octauo, Dolus impedit acquiſitionem fructuum non culpa, notatur in
d. § ſcire Bartol. in d. l. quod Nerua imol. in d. ca. vni extr. commun. mod. quibus conſonant,
quæ ſcribit. *Capra d. reg. 78. num. 33. vſque ad num. 45.* & nos de veritate harum differen-
tiarum explicatius agemus paulo infra. Nona vltra *Capram* ſit differentia, quoniam
dolus, plurium dicitur commiſſus in ſolidum. *l. 3. ff. ſi menſor falſum mod. dixer.* non au-
tem culpa lata. *Caball. de diuiduis, & indiuid. fol. 381. & ſequen. num. 169. vſque ad nu. 104.*
Ratio videtur diſcriminis quia grauius delinquitur in dolo, vt palam eſt ex regul.
Dolus præponderat culpæ. *Rolan. conſ. 40. num. 67. volum. 3.* Decimo dolum commit-
tens, tenetur etiam de eo, quod inde poſtea ſequitur, aliter ſi culpam commiſerit, arg.
l. nec timorem. ff. quod metus cauſa c. de Benedicto 32. quæſt. 1. & ibi gloſſ. Ratio eſt, quippe
quia licet alicuius culpa aliquid eueniat, non tamen imputandum eſt ei, quod ex tali
culpa procedit, cum id quod culpa factum eſt, non cenſeatur factum ex conſilio vt
cætera inde ſequantur, ſic inquit gloſſ. in *cap. quia diuerſitatem verb. ſuſpenſus de conceſſ.*
præbend. ex c. ſi concupiſcentia, 15. quæſt. 1. & c. inebriauerunt, & c. veniens ad nos, de ſponſal.
Maſcard. de probat. volum. 2. concluſ. 1018. num. inferens ad praxim. in pulchro caſu. Vn-
decimo dolus non purgatur caſu, vt in titulo de purgatione doli dictum eſt; ſed cul-
pa ſæpe purgatur caſu. *Bald. in l. quæ fortuitis. Cod. de pignor. act. in fine.*

Quæſt. 5. Quæro, cum dixerim ſuper. quæſt. ob latam culpam infamiam non ir-
29 rogari. An iure † probetur, & Doct. com. voto affirmant probari. *Cap. d. reg. 78. n. 3. Bolog.*
in l. in actionib. n. 53. v. ſecundo ampliatur de in lit iur. *Duaren. ibid. n. 33.* inquiens omniũ
fere eſſe ſent. dum ſequuntur *Accurſ. in d. l. in actionib. & in §. ſuſpectus, inſt. de ſuſp. tutor.* i-
bi ſi ob dolum famoſus eſt, ſi ob culpam, non æque, in *l. ſuſpectus. C. de ſuſpect. tutor.* & ibi
Cyn. in 3. quæſt. Bart. d. l. in actionib. nu. 21. ſecundo probatur, quia in cauſa capitali, culpa
lata dolum non repræſentat. *l. in lege. C. de Sicar.* merito tãtundem dicendum eſt in cau-
ſa famæ, & exiſtimationis, quæ vitæ comparatur. *d. l. iuſta. ff. de mano vind.* eorum vero
30 opinionem Dd. declarant procedere, quoties agitur de irroganda † infamia per ſen-
tentiam, ſiquidem dicta ſententia contra culpoſum non afficit infamia, ſecus quando
irrogatur ipſo iure per *gl. magiſt. in l. liberorũ §. notatur. ff de his, qui not. infam.* ratio diſcri-
minis eſt, vt puto quoniam vbi lex ſua authoritate irrogat infamiam, reputat grauiꝰ eſ-
ſe delictum, ſunt enim & gradus aliqui in lata culpa, ideoq; in *d. §. notantur,* lex decla-
rat infamẽ ex lata culpa ibi expreſſa, quia intẽtior culpa exiſtimatur, alia ratio, eſt Do-
ctorũ citata à *Bar. in d. l. in act. n. 21.* quoniã ſc. in illis caſib. in quib. aliq̃s ipſo facto red-
ditur infamis, authoritate iuris, lex adeo abhorret ipſa facta, quod illa magis notet,
quam conſilium, arg. *l. palam. §. penul. ff. de ritu nupt.* ibi quia factum lex non ſententiam
notauit. Verum hæc ratio Doct. non eſt omnib. numeris abſoluta, ſi quidem lex *in d. §.*
notatur. obſeruat latam culpam, & in ea fundat infamiam, cur ergo diuerſum, quando
ſententia eſt fundata in culpa lata? Contrariã ſententiam laudant. *Bolog. Curt. Duar. in*
alleg. l. in action. Zaſ. d. lib. 1. ſingul. intellectuum c. 2. n. 36. Silu. Aldobr. in d. §. ſuſpectus n. 13. &
14. quo ad latã culpam verſutiæ, & probatur primo non leui arg. Nam actione depoſi-
ti ſuo nomine damnatus, notatur infamia *l. 1. ff. de his, qui not. infam.* Depoſitarius autẽ,
non ſolum propter dolum damnatur, ſed etiã propter culpam, *l. quod Nerua. ff. depoſit.* i-
mo pro ſocio, tutelæ, mandati, ſuo nomine cõdemnatus, ſubit infamiã, nec diſtinguit,
magis ex dolo quàm ex lata culpa, quicquid dixerit, *gl. in ver. qui pro Socio,* neq; enim le-
ges diſponunt, ꝙ in vna, eademq; act. depoſiti plus operetur ſententia propter dolum,
quàm propter culpam. Cæterum hoc argumentũ non eſt, vt arbitror, palmarium, de-
fendendo gl. diſtinct. etenim verſ. qui pro Socio. *d. l. 1.* habet relationẽ aduerſus præce-
dentẽ, in quo facti, vi bonorũ raptorum, dolo malo, ex fraude ſuo nomine damnatus
redditur infamis, cenſentur itaq;, repetita illa verba dolo, & fraude. Accedat, ꝙ ſi ille
verſ. vt iacet ſine repetitione doli, eſſet intelligẽdus, ſequeretur, ꝙ Tutor, Socius, Man-
datarius ob culpam condemnati non euitarent infamiæ notam, quod eſſet abſurdũ
aſſerere. Secundo, adſtipulatur, ꝙ vi bonorũ raptorũ, vel iniuriarũ nomine damna-
tus, notatur infamia; *l. infamem ff. de publi. iud. l. non poteſt. ff. de furt.* hæc autem crimina,
non ſolum dolo ſed etiam lata culpa contrahuntur. *l. 2. §. dolum. ff. de vi bonorũ rapt.* dum

de calliditate loquitur, quæ ſublata culpa contegitur l. igitur. §. poteſt verbo ſed nec ſubi-
ditate. ff. de liber. cauſ. l. ſed ſi hæreditas. §. interdum. ff. ad exhib. l. ob hæc. ff. de his, qui not. infam.
Porro aũt ead. cõuenit ſolutio per d. l. 2. verſ. hac actione, is demũ tenetur, qui dolũ ma-
lum adhibuit, nec officit §. doli mali, in verbo callide, ſiquidem eo loci agitur de ſimplici
dolo, ad differentiam doli, cum vi, non autem intelligit Iuriſcon. latam culpam. Ter-
31 tio arguit Bolog. in dict. l. in actionibus num. 53. Periurus efficitur † infamis l. ſiquis maior.
& ibi Doct. not. C. de tranſact. Periurium autem, committitur etiam lata culpa, vt Bo-
log. dict. l. ſiquis maior, verum ſolutio in conſpectu eſt, quod dolo tantum, & non culpa
lata periurium incurrimus, & ita eſt vulgaris regula gloſſ. in c. breui de iureiur. Canon. in c.
primo. de delict. puerorum. per Alex. & Paulum in l. qui iuraſſe. ff. de iureiur. Alex. conſ. 92. per-
ſpectis col. 2. vol. 1. dicens periurium ſine dolo non committi.
Quarto ducitur argumentum ex l. liberorum. §. notantur. ff. de his, qui not. infam. vbi
32 errans in iure eſt in lata † culpa, & tamen incidit in pœnam infamiæ per eum textum,
nec bene diluitur ex diſtinct. gl. ibi. An pœna infamiæ irrogetur ipſo iure, an per ſen-
33 tẽtiam vt Curt. & Duaren. animaduertunt ex notiſſima regula quod mitius, agitur cũ
lege, quàm cum homine. l. Celſus. ff. de Arbitr. Bart. & alii in l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig.
præterea quia infamia, quæ per ſententiam contrahitur eſt magis deſtructibilis, quàm
quæ ex ipſo facto procedit, cum facta aliquando excuſari poſſint, ſententia autem pro
veritate habeatur, ita fit, vt hoc vno fundamento fortius muniatur poſterior hæc ſen-
tentia cui mirifice ſuffragatur generalis æquiparatio inter dolum, & latam culpam in
materia contractuum ex not. in l. contractus. ff. de reg. iur. in l. 1. ff. ſi menſor falſum mod. d. x.
adeo, vt nec per dictionem taxatiuam conſtituatur diuerſa diſpoſitio inter dolum, &
culpam, ſicut dictum eſt, nec aduerſus hanc æquiparationem eſt vlla ratio, nec aliquis
tex. niſi in d. § ſuſpectus, in quo nulla vis eſt, vt modo fiet apertum, Quare in puncto iu-
ris magis ad veritatem propenſa videtur poſterior hæc ſententia in lata culpa verſu-
tiæ, non ignauiæ; Nec facit negocium. §. ſuſpectus, ſiquidem verbum ob culpam intel-
ligitur in dubio de leui gloſſ. vulg. in l. in vend. § fructus. ff. de bonis author. Iud. poſſ. d. in l. fi-
liofam. §. maritum ff. ſolut. matrim. Alex. conſ. 45. vol. 1. Duaren. d. l. in actionib. num. 33. quo-
niam lata culpa ſub doli appellatione continetur. dict. l. 1. ff. ſi menſor falſum modũ. cuius
authoritate, nec probaret ille tex. ſi diceret irrogari infamiam ob dolum tantum. Nõ
repugnat quoque argumentum de æquiparatione vitæ. & honoris, neque enim in o-
34 mnibus bene † de vna ad alium argumentamur, quando cauſa famæ, inter cauſas ca-
pitales recenſeri non ſolet l. capitalium. ff. de pœnis l. licet. ff. de verb. ſignif. & valet in cauſis
fauorabilibus, vt in libertate, d. l. iuſta, & ad producendam actionem quod metus cau-
ſa d. l. iſti quidem; Rurſus ex regula ſicut Bolog. ait, procedit in hominibus bonæ conditi-
onis, & famæ, non in delinquentibus, qui parui pendent famam, vnde fieret, quod
tutelæ, mandati propter dolum condemnati dici poſſent ad mortem condẽnati quod
ridiculum videtur aſſerere, & licet ſit pluribus ſuffragiis recepta prior opinio, prudens
tamen iudex in lata culpa verſutiæ iuſtius forſan iudicaret, ſi pœnam declararet infa-
miæ, in culpa vero ignauiæ parceret exiſtimationi.
Q. 6. Quæro præterea numquid vera ſit illa limitatio, quod ob latam culpam
35 non iuretur † in litem, ita vt ceſſet diſpoſitio l. in actionib. ff. de in lit. iur. & l. ſi quando. C.
vnde vi. cõmunis Schola Doctorum eam limitationem probat, vt teſtis eſt Alex. &
poſt eum Iaſ. d. l. in actionib. Dec. ibi num. 17. Bolog. num. 50. Duare. num. 4. & Zaſ. ſing. intel. c.
2, num. 35. Alex. conſ. 65. plura concurrere videntur. col. pen. lib. 1. Alciat. in l. magna. ff. de
verb. ſignif. Abb. cap. 2. extr. de conſtit. Plot. in l. ſi quando §. 49. num. 13. vbi, & ipſe aſſertor eſt
communioris ſententiæ. Munitur autem ratione & authoritate. Quæ primo ſumitur
ex l. in actionib. ibi ob ſolum dolum iuratur, non ob culpam, Ratio eſt quoniam vbi lex
in cauſa pecuniaria præciſe requirit dolum, tunc lata culpa non comparatur dolo Bar.
in l. quod Nerua colum. 7. ff. depoſit. in l. 1. in fin. ff. ſiquis Teſt. liber eſſe iuſſ. fuer. ex l. 2. §. hac actio-
ne. ff. de vi bonorum raps. l. 1. §. ſiquis ideo. ff. ne vis fiat ei, & prædicta ſententia nititur ſum-
ma. æquitate, acerbũ. n. & graue nimis eſſet, ob ſolã culpã puniri arbitrio Rei, vt acci-
dit in Iuramento in quo pars iurans Iudex conſtituitur cauſæ, ex aduerſo pugnant o-
mnes fere moderniores Bolog. Duar. Dec. Zaſ. & Burt. ſequentes Fulgoſ. Qui ex antiquio-
ribus auſus eſt ſolus à frequentiori ſententia recedere. Poſterior hæc opinio fulcitur,
rationibus, & legibus.
Prima ratio oppoſita eſt ex diametro ſuperiori, conſtitutio in cauſa † pecunia-
36 ria, dolum expreſſe requirens valet etiam in culpa lata l. 1. §. 1. ff. ſi menſor falſum mod. di-
xeris

xerit, etenim agitur de pœna pecuniaria, & Iuriſconſul. doli fecerat mentionem cum
dictione taxatiua, & tamen culpam dolo proximã comprehendit cui conuenit. *l. quæ-
ſitum. § eum quoque. ff. de precario*, ibi: eum qui precario rogauit, ſolum dolum præſtare,
in quo culpam dolo proximam contineri, merito quis dixerit. Altera ratio eſt quo
niam aduerſus eum iuratur in litem, qui dolo deſiit poſſidere, ſcribentes in *dicta leg.
in actionibus, per text. in l. qui reſtituere. ff. de rei vend.* Dolo autem deſiiſſe poſſidere, &
is dicitur, qui lata etiam culpa deſiit. *l. 2. iuncta d. §. eum qui. ff. de precario.* 3. quando lex
37 poſtulat dolum, & culpam excludit leuem, cenſetur, non dolo proximam † exclude-
re, ſecundum ea quæ diximus in ſuper. quæſtione reſpondentes ad §. *ſuſpectus inſtitut.
de ſuſpect. tutor.* lex vero in actionibus culpam ſeparat à dolo, igitur de leui ſentit, non
de lata, confirmatur ex *dict. l. quæſitum. §. eum qui de precario.* vbi eum dixiſſet de dolo te-
neri non de culpa, paulo infra ait culpam dolo proximam contineri edicto, facit. *d.
l. 1. §. non autem. ff. ſi is qui teſtamento liber eſſe iuſſus fuer.* Quarta accedit ratio, quod vbi
38 aliquis condemnatur propter dolum, tamen ad intereſſe † aduerſarii, eadem pœna
plectitur, & propter latam culpam. *l. vbi exigitur. ff. de edend.* tunc punitur inquit, cum
dolo malo, non exhibet, ſed culpam non præſtat niſi dolo proximam. Quinta ad-
ſtipulatur ratiocinatio, etenim iuratur in litem propter fidem ruptam, cuius rei for-
tiſſimum argumentum eſt, quod in actionibus contrariis, non iuratur in litem quo-
39 niam in his non agitur de fide rupta. *l. ei apud. ff. depoſiti.*, quis vero ambigat fidem †
non modo ex dolo, ſed ex lata quoque culpa frangi: parui enim refert rem de-
poſitam iuſto dolo interuerterim, an ſimulata aliqua negligentia conniuentibus ocu-
lis patiar auferri, confert. *l. procurator & l. dolo. ff. mand.* Authoritas autem in qua ve-
lut in quadrato lapide fundata manet, eſt in *l. 2. & 3. Co. l. de in lit. iur.* in quibus impe-
rator reſcribit non eſſe iurandum aduerſus hæredem tutoris, ſi neque dolus, neque
lata culpa, neque fraus hæredis conuincitur, merito argumento a contrario ob la-
tam culpam poterit contra eum iurari, nec eos eſſe audiendos, ait *Duarenus in dict. l.
40 in actionibus numero trigeſimo quinto.* qui fauori tutelæ aſcribunt † cum nulla ratio pro-
babilis tantæ diuerſitatis appareat, præſertim, cum de hærede, non de tutore loqui-
tur *Antonius* inter quos, non leue eſſe diſcrimen palam facit. *Gordianus Imperator in l.
4. eodem titulo*, noc non quia paritas cauſæ in actione tutelæ & cæteris iudiciis eluce-
at nempe ruptæ fidei, cuius intuitu datur Iuramentum æque enim rumpitur, dolo,
& culpa dolo proxima, quemadmodum dictum eſt.

His verò, quæ fauent receptiori ſententiæ non eſt arduum ſatisfacere, & pri-
mum quidem argumentum ſumptum ex *l. in actionibus*, ſublatum eſt paulo ſupra in
tertio fundamento poſterioris ſententiæ. Alterum vero fundamentum euertitur ex
prima Aduerſariorum ratiocinatione, nec proficit, *Bart. l. 2. §. hac actione. ff. de vi bono-
rum raptor.* quando quidem loquitur in culpa lata ignauiæ, dum quis rem ſuam per i-
gnorantiam rapuerat, ob quam latam culpam ignauiæ; nec in litem iurari, nec irro-
gari infamiam, plerique Recentiorum conſentiunt & cum hac diſtinctione latæ
41 culpæ per ignauiam, & per verſutiam videntur † componendæ diſcordes ſcribentum
ſententiæ, eandem diſtinctionem commendat in ſimili quæſtione. *Didac. de Sponſal.
parte ſecunda, cap. 6. §. 8. numero vigeſimo primo, verſ.* & ſecundum eam, dicit eſſe intelli-
gendum. *Dec. in l. 2. extra d. conſt.*

Quæſt. 7. Occaſione eorum, quæ in *proxima ſuperiori quæſtione* dicta ſunt pulchra,
occurrit dubitatio vtrum ſcilicet lex, vel ſtatutũ præciſe dolum exigens in pecuniaria
42 pœna comprehendat etiam latam † culpam, de qua Bartolus in *l. quod Nerua numero
20. verſ.* iſte paſſus, *Bolog. in l. in actionibus numero 50. verſ.* vnde ipſe *Zaſ. loco citato*, *An-
gel. in l. ſi quis* id quod *ff. de iuriſdict. omn. iud. Did in loco proxime allegato*, vbi aſſerit com-
muniori calculo receptam eſſe ſententiam negatiuam, id quod teſtatur etiam. *Iaſon.
in l. in actionibus numero vigeſimo tertio, Imo. & Canon.* eam admittunt excepto *Dec. in c.
2. extr. de conſtitut.* quæ iuuatur ſecundum *Bart. ex l. 1. §. ſi quis ff. ne vis fiat, &c. & leg. 2. §.
hac actione. ff. de vi bonorum. rapt.* in quibus non punitur is, qui vel rem ſuam ignorans
43 † eſſe ſuam, vel aliquem de poſſeſſione deiecit, quia ad ſe credebat pertinere, atque ita
erat in lata culpa, ratio eſt, quoniam vtrunque edictum dolum requirit. Secundo
confert text. in *l. igitur. §. generalem. ff. de liber. cauſ. & l. is, qui id quod de iuriſd.* nam in pri-
ma putans, quamuis in iuſtis rationibus ſe liberum; & in libertate moratus, non te-
netur edicto de libera cauſa in alteram, qui per imperitiam, & ſic per culpam latam
album Prætoris corruperit; fugit pœnam edicti, ea ratione, quoniam vtraque con-

ſtitutio dolum requirit, ibi dolo malo corruperit, & ibi, doli mali ideo ſit mentio.
Contrarium ſentiunt Bolog. *d. l. in actionibus num.* 50. *Zaſ. & Dec. in locis paulo ante relatis*, quibus patrocinatur *l. 1. §. non autem. ff. ſi is qui teſt. liber eſſe iuſſ. fuer.* in illis verbis, non
alias tenebitur iſte libertus, quam ſi dolo quid diſſipaſſe proponatur, ecce dolum ex-
preſſe poſtulat, culpa autem, negligentiaque ſerui poſt libertatem excuſata eſt & ita
in lata procedit, quia dolum repræſentat, & gloſſ. ibi multa concordantia iura dedu-
cit, nec quicquam valet duplicata ſolutio *in d. l. 1. & in l. quod Nerua*, dum ait, vel illa nō
eſſe verba edicti, vel quod Vlpianus ibi proceſſit vlterius, declarans latam quoq; cul-
pam contineri, alias inquit Bartolus non veniret Quoniam, & ſi *in d.* §. non autem nō
ſint verba edicti, vt liquet ex gloſſ. in verbo dato, tamen illa interpretatio eſt ex mente
edicti, ſicut ibi *Dec. & Bolog. in l. in actionib.* probant quibus addo eam interpretationē
fuiſſe à Compilatoribus in vim legis receptam. Secundo eſt tex. in ſæpe *alleg. leg. 1. ff. ſi
menſor falſum &c.* ibi hæc actio dolum malum duntaxat exigit, & ibi lata culpa dolo
comparabitur, & pœna eſt pecuniaria, & ſane quemadmodum hæc duo iura vrgent
44 vehementer aduerſus Dd. ita mirandum † eſt, quod *Bart. in l. quod Nerua* deducat ad
probandum, quod lex de dolo ſimpliciter loquens comprehēdat latam culpam, cum
vel cæcis ſit perſpicuum expreſſe in eis dolum requiri, vt conſtat ex dictione taxatiua,
& dictione non alias, Imo maiori admiratione dignum eſt, quod ipſe negat in edicto.
Si is qui teſtamento doli mentionem non haberi, & tamen Vlpianus referens verba e-
dicti, ait ſi dolo maius, &c. & ibi iudicium dabo, in quib gloſſ. obſeruat illa fuiſſe ver-
ba edicti, & paulo ante Bartolus dixerat verba edicti non extare, quomodo igitur ſcri-
bat in edicto doli non fieri mentionem, ſi eius verba non extabant, in ſimili vitio fue-
runt ſcribæ, & Phariſæi, quando cuſtodes Dominici ſepulchri pecunia corrumpen-
tes, monuerunt, vt dicerent, ipſis dormientibus veniſſe diſcipulos eius, & corpus ab-
45 ſtuliſſe ſaluatoris. Etenim ſi dormiebant dixit *D. Auguſtinus*, quo pacto † venientes
diſcipulos videre potuerunt? quid magis probandum? *Didac. in prox. relato loco, de Spon.
parte ſecunda, cap. 6 §. 8. num. 21.* aurea illa diſtinctione *Zaſ* Dd. controuerſiam putat eſ-
ſe conciliandam, nempe, vt conſtitutio expreſſe dolum poſtulans, non includat latam
culpam ignauiæ, & vere ita loquuntur leges primo communi opinione deductæ, &
quo *ad l. igitur. §. generaliter de liber. cauſ.* patet ex illis verbis, iuſtis rationibus, vel non
iuſtis ſine calliditate, tamen putauit ſe liberum, quo ad *l. 1. ne vis fiat ei. & l. 2. §. hac actio-
ne* plus quam manifeſtum eſt, quia per ignorantiam rem ſuam rapuerat, vel à poſſeſ-
ſione rei ſuæ deiecerat, quo ad *l. ſi quis*, id quod, euidenter apparet, quando ruſticita-
tem, & imperitiam excuſat, latam autem culpam verſutiæ comprehendat ex iuribus
pro vltima opinione deductis quæ ſane in ea loquuntur, cum ſemper culpam dolo
proximam vocent, & ampliatur iſta diſtinctio, vt precedat non ſolum in edictis, & le-
46 gibus, ſed, & in † interdictis, in quibus culpa dolo proxima continetur, non ſecus ac
dolus, *l. ſi fortuitu. ff. de incend. ruin. & naufrag* ibi niſi tam lata culpa ſit, vt luxuriæ, aut
dolo ſit proxima nec equidem eſt mirum, Dolo enim adeo cohæret culpa verſutiæ,
47 vt ſæpe numero Iuriſconſultus eam culpam dolum † nominet *in l. quod Nerua ff. de-
poſit. in leg. magna cum ſimili. ff. de verborum ſignificatio.* quod non ita accipiendum eſt,
vt lata culpa vere ſit dolus, neque enim diuerſo nomine cenſeretur *leg. ſi idem Cod-
ice de Codicill.* hoc enim vere affirmari non poteſt, cum dolus veram impoſturam
inferat, at lata culpa ſub velamento negligentiæ fraude contingat, ſed ſub exceſſu
rethorico culpa lata dolus nominatur, ſicut ſi Ciceronem laudaturus, non ſolum
eloquentem, ſed ipſam eloquentiam diceres, vel aliquem nefarium vitupera-
tionis ergo, ſcelus ipſum vocaueris, vt Simon ille *Terentianus* de Seruo Dauo, intel-
ligens, dicit, vbi hoc ſcelus eſt? & ex hoc hyperbolico loquendi more colligitur
48 leges noſtras † oſtendere voluiſſe huiuſmodi latam culpam, cum dolo ſemper eſ-
ſe connexam, & hinc accidiſſe arbitror ſub doli vocabulo, non ſemel exponi ex-
empla latæ culpæ verſutiæ. *leg. ſi procuratorem. §. dolo. leg. doli. ff. mand. leg. quæſitum
§. cum quoque. ff. de precario. leg. prima, §. non autem. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe
iuſſ. fuer. leg. prima, §. hac actio. ff. ſi menſor falſum mod. dixer. leg. tertia, §. ſed ſi ff.
naut. caup. leg. prima, §. ſi quis ſeruum. ff. depoſit. l. contractus. ff. de reg. iur. iuncta. l. quod Nerua.
ff. depoſit.*

Quæſt. 8. Quæro vera ne ſit illa limitatio, quod in pœnis corporalibus lata culpa
dolum non repræſentet, & veram eſſe apertiſſime probat *tex. in lege. ff. de Sicar.*

In hac

49 in hac lege inquit, lata † culpa pro dolo non accipitur, cuius ſolius legis authoritate moti Doctor. tam iuriſciuilis, quàm Canon. omnium ore dixerunt, ceſſate doli, & latæ culpæ æquiparationem in id genus pœnis, nam quicquid eſt *in l. Cornelia* prouiſum, nulla ratio poteſt adduci, cur in aliis quoque iudiciis, non ſit ita accipiendum, eaque ſententia non modo obtinet in cauſis capitalibus, ſed in cæteris, in quibus pœna corporalis irrogatur. Communis opinionis teſtes ſunt, *Iaſon in l. in actionibus. numer. 23. & 26. Cagn. in l. contractus de reg. iur. num.* 10. *Suarez. in ſuo Theſ. in verb. dolus Iul. Clar. §. vlt. q. 84. Diaz. reg.* 540. regulam ita conſtituens, cum nonnullis limitationibus, *Socc. in cap. ea quæ extra de pœn.*

Contrariam ſententiam ſequutos inuenio *Angelum in l. ad Commentarienſem Codic. de Cuſtod. Reorum & in l. fin. Codic. de plagiar. Saly. in l. 1. Codic. de Sicar. Auguſtin. ad Angel. de Maleficiis in verb. ſcienter*, & doloſe, incipit additio, tu autem in hac actione & tandem *Zaſ. dict. cap. 2. ſing. intellect. num. 42. verb.* occurrit, qui velut Achilles acerrime dimicat, multis propoſitis legibus, quibus luce clarius apparet ob culpam latam verſutiæ corporales quoq; pœnas imo, & capitales infligi.

Et primo *l. capitalium. § ſolet. ff. de pœnis*, in qua iuuenes, non ex dolo manifeſto, ſed ex quadam petulantia turbulentis acclamationibus vſi fuerunt, quæ fuit culpa dolo proxima; & tamen corporali pœna, nempe fuſtibus plectuntur, acriorem pœnam ſubituri, ſi idem facinus pluries admiſiſſent.

Secundo *l. eiuſdem. §. item is. ff. de Sicar.* in qua punitur pœna legis Corneliæ Dominus, non aliam ob culpam quam, quod familia ſua ipſo ſciente, & non prohibente, alteri vim in poſſeſſione feciſſet, quæ certe fuit lata culpa magis, quam verus dolus. Rurſus eadem lege cauetur pœna capitis plecti eum, qui libidinis cauſa puerum caſtrauit in qua libidine expreſſus dolus non erat, ſed culpa dolo proxima, idem ſi commercii cauſa caſtratum fecerit, etenim caſtrati ſerui efficiuntur precioſiores, proinde culpa magis ex dolo proxima quàm verus dolus, & tamen capitalis etiam pœna indicetur, *l. lege. § conſtitutum, & §. plane de Sic. l. 1. & 2. Cod. de eunuch.* Tertio confirmatur quoniam multa ſunt militaria delicta, quæ culpa lata contrahuntur, non ma-
50 nifeſto dolo, & tamen nedum corporali ſed etiam capitali pœna puniuntur † *leg. quædam delicta. ff. de pœnis*, nempe ſi ludricam artem exerceat, vel in ſeruitutem ſeſo venundare paſſus eſt miles, capite puniendum, Menander ſcribit, accedit quod contumacia Militis non eſt dolus apertus, fuga quoque timore mortis in acie dolum verum non continet, ſed quia non facit miles, id quod facere tenetur, culpam dolo proximam committit argumento. *leg. ſi procuratorem. §. dolo. ff. mand.* & tamen vltimo ſupplicio afficitur. *l. omne delictum. §. contumacia. ff. de milit. l. non omnes. § captus. l. qui cum vno. §. 1. & ſeq. eod. tit.*

51 Quarto Carcerum Cuſtodes, cuſtodiam negligentes, † non ſunt in aperto dolo, ſed quoniam iniunctum officium non implent latam culpam dolo proximam contrahunt, & tamen, vel capite puniuntur, vel in eam, qua Rei tenebantur, pœnam incidunt *l. Milites. ff. de Cuſtod. reorum. glo. ibi in verſ. ſupplicio iuncta l. fin. eiuſdem tit. l. ad Commentarienſem* C. eodem tit.

Nec de iure ciuil. verum de iure Canonico illa pœna irregularitatis, quam cle-
52 rici propter homicidium dolo commiſſum † incurrunt, habet quoque locum in homicidio culpa lata perpetrato, nam; & Herodes ſub velamento Iuramenti ſeſe purgabat à dolo; cum iuſſit afferri caput Ioannis in diſco. Verumtamen non excuſatur *c. cũ iuramento & c. ſeq. de hom. c. Ioan. c. ſicut dignũ. §. his quoque de hom.* ob. ſanè iurib. apertè confirmatur poſterior hæc aduerſus Dd. ſententia in fauorem Zaſii, cui ſuffragatur, quod ſcriptum reliquit *Menoch. de Arbitr. caſu 390. numero* 20. vbi non modo latam, ſed interdum etiam leuem culpam criminaliter puniri, docet aperte, & *numero 24.* in terminis latæ culpæ oſtendit criminalem pœnam imponi, adſtipulatur, quod tradit *Soccinus in cap. 6. de iniur.* dicens quod, & ſi culpa lata non infamet. *§. ſuſpectus. Inſtitut. de ſuſpect. tutor.* tamen poteſt inducere pœnam mutilationis membrorum, vel etiam mortis; clarior autem erit, & dilucidior confutata lex *in lege de Sicariis*: ad eam
53 enim eſt non obſcura ſolutio, quod loquatur in lata culpa † ignauiæ, & exempla ibi ſubiecta, declarant manifeſtius quam ſit probandum, ita enim ſe habent, ſi quis ex alto ſe præcipitauerit, & ſuper alium venerit, eumque occiderit; putator ex arbore, cum ramum deiiceret, non proclamauerit, & prætereuntem occiderit, per manus ali-

tem traditum eſt, regulam exemplis declarari, *l. ſcire oportet. §. de his ver. adoptantur. ff. de excuſ. tut. l. nam quod liquide in fin. ff. de penu legat. l. damni. §. Sabini. ff. de damno infect. l. 1. §. Labeo. ff. de aqua quotid. & aſtiua.*

Quaeſt. 9. Quæro inſuper an iure conſiſtat illa limitatio, quod dolus malam fi-
54 dem inducat, lata culpa † nequaquã, & ſane verum eſſe putat. *Bart. d. l. in actionib. num.*
24. & ita maior numerus Doct. videtur ſentire ex *l. ſed ſi lege. §. ſcire, de petit. haredit.* in
qua errans in iure, quamuis ſit in lata culpa propterea, quod vnuſquiſque tenetur ſci-
re iura. *l. leges C. de leg. l. conſtitutiones C. de iuris, & fact. ign.* tamen non dicitur malæ fidei,
& fructus perceptos non tenetur reſtituere.

Ex aduerſo eſt *l. quemadmodum. C. de Agric. & Cenſit. lib. 10. ibi malaefidei,* namque
55 poſſeſſionem eſſe nullus ambigit, qui aliquid contra interdicta legum † mereatur. *ca.*
qui contra iura. de reg. iur. in 6. vbi Dyn. reg. declarat exemplo ementis à pupillo ſine tu-
tore.

His conuenit *l. 2. C. ſiquis ign. rem min.* qua ſancitum eſt fructus etiam ab eo eſſe re-
ſtituẽdos, qui rẽ minoris emerit, contra ampliſſimi ordinis decretũ, niſi ſe bona emiſſo
probauerit, p̃ſumitur ergo in malafide, donec bonæ fidei ſit ſacta ꝓbatio, ad concili-
andam hanc antinomiam Bartolus egregie diſtinguit *in d. §. ſcire*; dicens ſunt quæ-
dam iura prohibentia aliquos actus, vt *d. l. quemadmodum, & l. 2.* & tunc is, qui iuris er-
rore aduerſus hæc iura committit, dicitur eſſe in malafide, & propterea ad fructuum
reſtitutionem tenetur, quædam ſunt iura, quæ non prohibent actum; ſed ei non aſſi-
ſtunt, vt accidit in teſtamento non ſolemni. Nec non, vt Agnatus remotior non ſuc-
cedat, ei namque non aſſiſtit, dum proximiorem vocat, & errans in tali iure, non eſt
56 nec in bona, nec in mala fide, datur enim † medium inter bonam, & malã fidem, not.
in *l. 1. C. de acq. poſſ. l. 3. §. fin. ff. eodem tit.* & ideo *in d. §. ſcire lucratur fructus,* quippe quia ad
eorum acquiſitionem, ſat eſt abeſſe malamfidem, & in hoc differt ab vſucap. quod in
ea eſt neceſſaria bona fides poſitiue.

Quaeſt. 10. Quæro, an per ignorantiam iuris contrahatur culpa lata, & pro facto
controuerſus eſt articulus, vt palam eſt ex *Bart. in l. quod Nerua. numer. 9. ex Alexand.*
57 *Caſtrenſ. Decio.* & *aliis in l. 2. ff. quod quiſq; iuris, Alex. conſ. 65. vol.* † *1. & conſ. 77. col. 2. vol. 3.*
& conſ 66. vol. 4. & conſ. 76. vol. 3. col. pen. ex Fel. in c. 2. de conſt. Saly. in l. quod te. ff. ſi cert. pet.
Imol. conſ. 24. & *conſ. 81. alias 55. col. 3. vol. 3.*

Et ad eruendam veritatem, ſunt diſtinguendi aliqui caſus. Nam multum inter-
eſt diſputemus de ignorantia iuris naturalis, vel gentium, Aut de ignorantia iuris po-
ſitiui. Rurſus poſitiui iuris, aut communis aut municipalis. Nec non plurimum refert
loquamur in perſona iuris periti, aut iudicis, & Magiſtratus, aut hominis popularis,
aut verò forenſis.

Primus itaque caſus ſit in eo, qui ignorantia iuris naturalis ductus aliquid admi-
ſerit; & puto hunc incidere in latam culpam, arg. *l. Venia C. de in ius voc. facit gl. in reg. non*
eſt ſine culpa, de reg. iur. in 6. Nemo enim ferendus eſſet, qui diceret ignorantiam filiis
denegaſſe alimenta, aut Parentibus non exhibuiſſe reuerentiam, nec ab hac culpa la-
ta quemq; excipio ex ſupradictis, nec iuriſperitum, nec popularem, nec forenſem,
quando iuris naturalis omnes ſunt periti, & nullus eſt forenſis, cum ius naturale ſit,
ꝙ omnia animalia docuit. *§. 1. Inſtit. de iure naturali gent. &c.* & *l. 1. §. huius ſtudii. ff. de iuſt.*
& iure, an alicuius ſit etiam admittenda excuſatio ignorantiæ, ſi debitum honorẽ Deo
non exhibuerit contra *l. veluti. ff. de Iuſt. & iure,* nam qui dubitant vtrũ oporteat Deum
venerari, & honorari, indigent pœna, vt dixit *Ariſtot. 1. Topicorum,* cum etiam nulla
gens ſit, nec tam ferrea, nec tam immãſueta, quæ non, etiam ſi ignoret, qualem Deum
habere deceat, tamen habendum ſciat; in eodemque vitio, pono illos qui per iuris i-
gnorantiam, delictum aliquod fecerint quod eſt natura prohibitum, argumento. *leg.*
extat, ff. quod met. cauſ. l. Miles. §. fin. ff. de re iud. veluti furtum facere, iniuriam alteri infer-
re, ius ſibi dicere, hæc vero lata culpa erit ignauiæ, ſi fuerit inconſulta temeritas,
aut verſutiæ ſi adfuerit calliditas animi, cuius rei cognitio, tota arbitrio iudicis re-
linquenda.

Secundus caſus eſt in illo, qui ius commune poſitiuum ignorans, aliquid fecerit,
an latam culpam contrahat, & diſtinctione videtur cõponenda controuerſia, vt ſc. in

iuriſ-

iuris perito, & in iudice ſit lata culpa per tex. in *l. 2. §. Seruius. de orig. iur. l. ſicut in fin. Co. de præſcript. 20. annorum*, ibi etiam, ſi iuris ignorantia, ſe excuſare tentauerit, etenim Iuriſc. & Magiſtratus, ſe ſe peritos profitentur. *l. 2. vbi Dd. ff. quod quiſq; iuris.* In populari autē homine ſit culpa leuis; neque enim videtur latæ culpæ aſcribendum ei, ſi rem arduam, & perdifficilem, dicat ſe ignorare, cuius cognitionem multis laboribus, multiſque vigiliis legum ſtudioſi vix poſſunt acquirere argumento. *§. quarum vtramq; viam. in proœ. Inſt.* neq; enim omnes poſſunt iuri operam dare.

Sane quod ad primum membrum attinet iudicis, & iuriſperiti, nulla eſt dubitatio, quin ſint ad minus in lata culpa in tantum vt non deſint, qui putent eos eſſe in dolo, vt fuit *Bald. in cap. 1. §. iudices, de pace iur. firm.* quamuis eius opinio ſit reiecta ab *Alex. in l. conſ. 77. lib. 1. & in l. 2. ff. quod quiſque iur. numer. 3. & ibi Dec. num. 4.* multis authoritatibus confirmat.

Alterum autem membrum in homine populari, eſt paulo magis controuerſum, nam *Bart. in l. quod Nerua nu. 19.* non facit differentiam, inter iuris peritum, & popularem, quoniam illa peritia, quæ eſt in iuris prudente cenſetur eſſe in homine populari propter conſulendi, quam habet poteſtatem *l. in bonorum. ff. de bonorum poſſeſſ. l. 2. § fin. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſ. ſeruetur.* Accedit, quod lata culpa, eſt non facere illud, ad quod facere aliquis tenetur. *l. ſi Procuratorem. §. dolo. ff. mandat.* ſcire autem leges omnes tenentur *l. leges C. de legib. l. conſtitutiones Cod. de iuris, & fact. ignor.* ibi conſtitutiones Principum, nec ignorare quemquam, nec diſſimulare permittimus, his recte conuenit *l. reg. ff. de iuris, & fact. ignor.* in qua negat Paulus ſuccurrendum ei, qui errat in iure, quia non ſtultis ſolet ſubuenire, ſed errantibus, id vero inquiunt procedere in his qui regulas iuris ignorant, non qui ignorant fallentias, *Saly. & Roman. in leg. quod te in gloſſ. fin. ff. ſi cert. pet. ſed Alexand. ibi, & in leg. quod Nerua col. 13.* contrarium ſentit.

Contrarias partes, quod iuris Communis ignorantia non contrahatur, culpa lata, non ſolum defendit ratio deducta, ſed plane conuincit hæc argumentatio, latæ culpa eſt non intelligere, quod omnes intelligunt. *l. lata culpa. ff de verb. ſig.* igitur ignorare, quod pauci intelligunt, vt accidit in iure ciuili, non eſt latæ culpæ tribuendum. Præterea magna negligentia culpa eſt *l. Magna. ff. de verb. ſig.* neſcire autem iura, & eis non dare operam, non eſt magna negligentia, vt cuique eſt obuiam, imo nec magna negligentia debet appellari non conſulere peritos, tum quia per pauci ſunt perfecti, & hi conſuli non poſſunt ſine mercede, quam ſoluere non omnibus facultas eſt, & pluribus difficile eſt propter loci diſtantiam adire peritos, & ita multa accedere poſſunt, quibus facilitas conſulendi popularibus adimatur, ex qua poſtrema ratione tollitur argumentum, *Bart. in d. l. quod Nerua*, præterquam quod non eſt par aut æqualis illa peritia, quæ eſt in iureconſ. & populari, vt æqualis debeat eſſe culpa, perinde enim eſſet, ac ſiquis diceret ſimilem eſſe errorem diſcipuli, ac Magiſtri. *Ad l. leges, & ad l. Conſtitutiones*, reſponſio eſt, vt non propterea ignorantes ad latam culpam obligentur, nam etſi teneantur ſcire non tamen eſt facile ſcire, ſed, vt ignorantia illis ad acquirendum noceat *l. regul. §. ſed iuris. ff. de iur. & fact. ignor. d. l. bonorum. d. l. 2. §. fin. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſ. &c.* eſt autem in lata culpa quando tenetur facere, & facile poteſt agere, non cum magna difficultate, vt vſu contingit in ſcientia iuris, quæ vero de ignorantia iuriſciuil. diximus, credimus ad ignorantiam iuriſcon. paritate rationis trahenda.

Tertius eſt caſus in eo, qui ignorat ius Municipale, & tunc, aut loquimur in hominibus eiuſdem Mancipii, aut in forenſibus, in illis Bart. putat idem iuris eſſe ſtatuendum quod dixit in ignorantia iuris communis & ratio eſt, vt arbitror, quoniam
58 Municipale † in loco, & quoad Municipes ius Commune recte dicitur, *Abb. in Rub. extr. de conſuet. Bald. in l. conſtitutionis in fin. C. de bon. quæ liber.* & ideo ſi quis accuſetur, quod frumentum extraxerit contra formam iuris communis verificatur etiam in ſtatuto. *Bald. in l. 1. verb. quintimo C. de confeſſ. prouide*; conſuetudo quoque reſpectu loci,
59 in quo obſeruatur, & ipſa appellatur ius † commune; *Bald. in tit. de pace conſt. in verb. per errorem*, quamuis ſi incideret controuerſia; an aliqua diſpoſitio vel conſtitutio, loquens de iure communi eſſet intelligenda potius de iure communi Romanorum, an de ſtatuto loci, atque ius Romanum accipiens, tamquam magis proprium & immediatum ius commune vt conſuluit *Dec. conſ. 645. in caſu propoſito. numer. 4. Soc. Se*

mor.conſ.27. in præſenti conſult.volum.2. ſed quantum ad rem noſtram eadem eſt ratio ſcientiæ,& ignorantiæ inter vtrumque ius.

Quartus & vltimus caſus, eſt in eo, qui ignorat ius Municipale illius ciuitatis, in quo eſt foreſis,& reſpondet *Bart.in d.l.quod Nerua num.19.in fin.* culpam non committere. quippe quia idem iuris eſt hoc caſu, ac in facti ignorantia per tex. *in c.1.de conſt. in 6.* in illis verbis, quia tamen locorum ſpecialium, & perſonarum ſingularum con-
60 ſuetudines † & ſtatuta cum ſint facti,& in facto conſiſtant poteſt Pontifex probabiliter ignorare, quare probat a maiori, cum loquatur in Pontifice, qui cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris; intelligo autem, quod ſtatuta ſint facti, & in facto conſiſtant, quo ad exiſtentiam in tali loco, & obſeruantiam, nempe facti eſt quod in tali loco fuerit promulgata talis conſtitutio, vel illud ſtatutum facti quoque eſt, quod ibi obſeruatur, vel non ſit in vſu. Diſpoſitio autem ſtatuti & quicquid præcipit, aut vetat iuris eſt; quippe conuenit ſtatutis definitio legis, de qua *in l.1.ff de leg.* nec non definitio iuris ciuilis. *§.ius autem gentium à iure ciuili, & §.ſed ius quidem ciuile, Inſt. de iure naturali gent. & ciuil.*

*Q.*11. Quæro dictum eſt culpam non præſumi, ſed indigere probatione, num-
61 quid hoc ſit perpetuo verum? reſp. vt in dolo, quandoque & † culpæ fieri præſumpti-
62 onem & primo culpa præſumitur † in prouocantibus *l.ſi ex plagiis.§. tabernarii.in verbo culpam enim & ibi Bart.ff.ad l. Aquil.Alex.conſ.119.num.4.volum.7.Roland.conſ.63.nume.5.volum 2. Maſcard.de probat.volum.1.concl.467.num.29.Crau.conſ.2.nu.12.* vbi etiam declarat, quando quis dicatur prouocare.

Secundo quoties dubitatur, an aliquod factum culpa, vel dolo ſit commiſſum, tunc potius culpa præſumitur, *Bart.in l.h.c.in ff.de ſuſpect.Tutor.Abb.conſ.68.num.1.vol.1. Gabr.in ſuis concl.com.con l.2.num.5.Maſcard.vbi ſup.num.12.* ratio eſt, quoniam in dubio capienda eſt illa præſumptio per quam, vel abſolute delictum excluditur; vel re-
63 monetur maius, argumento *l.merito.ff.pro ſoc.* tertio præſumitur in culpa † cuſtos Rei, ita quod illi incumbit onus probandi contrarium, *Bart.in l.ſiquis ex argentariis.§.an vero.ff.de edend.gloſſ & Bart.in l.ſiquis fundum.§ Imp.ff.locat.Sylvan.conſ.46.nume.8.* ibi mi-
64 nus obſtat. Quarto præſumitur culpa in eo, qui immiſcet ſe † rei, ad ſe, non pertinenti, exemplum eſt in Aſſeſſore,& in Medico, qui cum profiteatur ſe peritum fuit conductus præſtare operas ſuas, & per imperitiam male iudicauit, aut malam ægroto dedit medicinam *Dec.in reg.culpa eſt.ff.de reg.iur. Specul.in tit. de Aduoc.§.1. verb.item quod non habet.Dyn in reg.non eſt ſine culpa, de reg.iur. in 6.* vbi limitat in agri menſore, qui de imperitia non tenetur *l.1.ff ſi menſor falſum mod.dixer.*
65 Quinto culpa præſumitur, quando † vtimur re ad alium vſum, quàm ad deſtinatum *l.vtriq.§.culpa.*& ibi *Bart.ff.de rei vend.* Sexto præſumitur in illo qui retinet pecu-
66 niam creditoribus ſolutioni paratam † *l.debitor.& ibi Bart.ff.de neg.geſt.* Septimo præ-
67 ſumptio culpæ eſt intricare rationes *l.in ſumma.§.1.ff.de* † *pecul.Bald.in Rubr.C.de fide Inſtru.& in l.quæ fortuitis col.v.C.de pig.act.*

Octauo præſumptio culpæ fit, non agere, quod conſuetum eſt agi *l.ſi pignore.§.ſi cred.& ibi Bart.ff.de pig.act.Bald.in l.patruus.C.commu. vtriuſq.Iud.per l.ſi negotia.ff.de neg.*
68 *geſt.Crau.conſ.91.num.6.* Nono præſumitur † non interrumpendo præſcriptionem *Ang.& Imol.in l.ſi hæres.§.ſi tempora.ff.ad Trebell.*
69 Decimo culpæ præſumptio fit in teſte, qui † aſſeruit negatiuam non coarctatam, veluti, quod Titius nulla bona poſſidebat & in cauſa ſcientiæ dixiſſet, quia non potuiſſet habere, quin ipſe ſciret. Plane, ſe reperiretur poſtea, quod bona poſſideret, poterit teſtis accuſari de falſo,& eo ipſo dicitur probatũ, quod fuerit doloſe verſatus, *Caſtr.* & *Alex.in l.2.ff.quod quiſq.iur.n.5.*& 6. Vndecimo præſumitur culpa contra eum, qui nõ
70 † explorauit conſuetudinem loci circa gabellas. *Bal.in l.3.C.de naut.fœnor.* Duodecimo
71 præſumitur in eo, qui viam veterem † non ſequitur, nor. *in l.cum proponas vbi Alex.C.de*
72 *Naut.fœnor.* Decimotertio, ſi quis non adhibuit in rebus alienis eam diligentiam, † quã ſolitus erat præſtare in rebus propriis. *Bart.in l.quod Nerua per illum tex.ff.depoſit.in l.Soc.ff.pro ſoc.*& *in l.hæredes.§.non tantum.ff.famil.erciſc.* Decimoquarto præſumitur aduerſus
73 eũ, q dicit vel docet, † vel facit prohibita. *l.culpa.C.de Maleſ.*& *Mathe.*& diximus ſup.4. queſt. Decimoquinto culpa lata, p̃ſumitur in illo q nõ facit ea, q̃ qlibet faceret. *Bart.in l.quod Nerua.ff.depoſit.l.ſi vt certa.§.nunc videndum.ff.commod.* XVI. culpæ fit præſumptio contra eũ, qui potuit amouere impedimentũ,& non amouit *Crau.conſ.270.nu.3.*

*Quæſt.*12. Quæro ex diuerſo, quando culpa non præſumatur, ita quod præſumptio ſit

ptio ſit culpam abeſſe, & ſane † non pauci ſunt caſus, & primo culpa creditur abeſſe ſi
74 quis fecerit, quod diligens quiſque feciſſet. † *l. qui merces. §. qui columnas. ff. locati. l. eligi-*
75 *tur. ff. de pignor. act.*

Tertio ſi quis vtatur re ad vſum deſtinatum. *l. vtique, & ibi Bartolus. ff. de rei ven.* † Quarto ſi quis fecit, quod maior pars hominum feciſſet, *Bald. in l. pignus ff. de pig.*
76 *act.* inferens in praxi ad quæſtionem de ruſticis, nempe, quod ſi maior pars hominum Villæ iuit ad Molendinũ cum beſtiis, quæ in curſu hoſtium, vel latronum ſunt perditæ culpa præſumitur abeſſe inquiens eſſe tenendum menti, quoniam contingit de facto.

Quinto ceſſat præſumptio culpæ, licet aliquis non cogitauerit futurum euentum contractus, *l. Diuortio. ff. de neg. geſt. Bart. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obl.* Alex. *in l. ſeruum. §. Stichum eod. tit.* & ſupradicti caſus, cumulatè probantur per *Maſc. de prob. concl. 467. n. 21. & 22.*

77 Quinto præſumitur ab illo culpa abeſſe, qui ſciuit † quidem, ſed prohibere, non potuit. *l. culpa caret. ff. de reg. iur. l. nullum crimen. ff. eod. l. 1 §. occiſorum. ff. ad Syllan.* vbi excuſatur ſeruus, qui opem ferre non potuit, & plura ſimilia congerit *Rom. conſ. 7. viſit neceſſarius. Dec. con. 64. & Caſt. conſ. 423.* conſuluit q Cõmunitas teneatur ex delicto Ciuium, quos ꝓhibere potuit, ſentiens a contrar. non teneri, ſi prohibere non potuerit, vt eam refert *Dec. d. reg. culpa caret.* Sexto ſi quis fecerit, quod conſuetum eſt fieri. *l. ſi pigno. §. creditor, & ibi Bart. ff. de pign. act.* etiam ſi in ſe, res non haberet excuſationem, *Plautus in Trinummo.*

Ambitio iam more ſancta eſt, libera eſt legibus,
Scuta iacere fugereque hoſtes, more habent licentiam
Petere honorem pro flagitio, more fit
Mores leges perduxerunt in poteſtatem ſuam.

Septimo, qui facit omnia, quæ fieri poſſunt, vel fecit, id quod neceſſe eſt fieri,
78 quod ſane clarius eſt quàm indigeat probatione. Octauo ſi quis bono viro, † & fide digno credidit *gl. not. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demonſtr. Menoch. de arbitr. caſu 177.*
79 *num. 13.* Nono vitium naturale culpæ non imputatur, † *Alber. in 2. conſt. C.* & ideo do-
80 lus in Vulpe non dicitur dolus, aut culpa, ſed † natura, id quod credimus eſſe accipiendum in brutis, ſiue ratione carentibus, iuxta exemplum traditum, non in homine, in quo tanto facilius præſumitur dolus, vel culpa, quanto probatur conſuetudo, & natura peccandi, inde ſemel malus, ſemper præſumitur malus; imo ex conſuetudine delinquendi, grauius etiam punitur, alias eſſent melioris conditionis, ex malo contracto habitu peccare, quo alia inducitur natura, ſi non imputaretur culpæ, præſertim cum in hoc latæ ſint leges, vt vel præmiorum exhortatione, vel metu pœnarum, boni ciues efficiantur. *l. 1. §. huius ſtudii. ff. de iuſt. & iur.* & quod *Plautus* protulit in deteſtationem de prauatorum, corruptorumque morum, niſi aſſereres, quibuſdam hominibus dolum, aut culpam propter naturam non imputari velut illis, quos vul-
81 go † Zingaros dicimus, eis enim leuia quædam furta ſolent condonari. X. ceſſat præ-
82 ſumptio culpæ in illo, qui bona fide ſuã † artem exercet. *Bal. in l. quæ fortuitis. n. 67. ver. modo ſequitur C. de pign. act. cum num. ſeq.* & ibi *appoſ. Med. de fortuit. caſibus, parte 1. q. 10. n. 8.* XI. culpa, vel dolus nõ præſumitur in expendente nummos ad cũ valorẽ pro quo eos accepit. *Grau. conſ. 8. n. 106.* nec in cuſtode pecuniæ, ſi illa vna cum rebus ſuis ſubtracta fuerit, ibidẽ, culpa imputari non debet, non facienti, quod facere non potuit, vel fecit pro euitando dãno futuro, nec conſulenti quod, quis faciat, quod alii facere conſueuerunt, nec ei, qui conſuluit aliis faciendũ, quod prius ipſe fecit, nec facienti in re aliena, quod in re propria fecit, nec ei, qui non facit aliquid, quod ſi factum fuiſſet, nihil eſſet profuturũ, *Grau. con. 83. n. 5. & con. 123. n. 10. & con. 18. n. 23. & con. 8. n. 21. & con. 119.*

Q. 13. Quæro an in dubio caſus ꝑſumatur, an culpa, & caſus magis videtur præſu-
83 mendus ex reg. q ſemper eſt capienda † ꝑſumptio, per q̃ culpa excluditur *l. ex ep. §. ſi. & ibi gl. & Bar. n. 7. ff. de fideiuſ. Bar. & doct. in l. ſi cred. C. de pig. act. Bart. con. 191. Com. Lutig.* ex aduerſo, quod culpa magis præſumatur, probatur ex *l. ſi quis ex argentariis. §. prætor,* & i-
84 bi *Caſtr. n. 6.* dicens notandum, quod non ſufficit † probare prodidiſſe, ſed debet docere p caſum ꝓdidiſſe ad conciliandã hanc antinomiã, ita dicendũ eſt, quando agitur de interitu, vel de amiſſione rei, tũc eſt ante omnia ꝓbanda rei admiſſio, quę ꝓbatio, quo pacto ſit faciẽda recte docet *Bar. in d. l. ſi quis ex arg. §. an vero hur. n. 2. & 3. ff. de eden.* Probata. v. amiſſ. rei, ſi dubitetur qs debeat docere, an aduerſ. culpã meã, vel ego caſu

85 oportet diſtinguere, Nam ſunt quidam caſus fortuiti; qui † non facilè poſſunt euenire abſque culpa, vt furtum, *l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſocio.* & incendium *l. vendita. ff. de pericul. & commod. rei vend.* fuga ſeruorum vel eorum, qui debuerunt cuſtodiri, & in iſtis præſumitur culpa, ideo eſt probandus caſus dd. legibus *l. fin. in fin. C. de cuſtod. reorum. l. ſi à bona fide. ff. de rei vend. l. ſi quis fundum. §. imperator. ff. locat.* Alii ſunt caſus fortui-
86 ti, qui ſolent † euenire ſine culpa, vt vis hoſtium, impetus aquarum, & tunc probata amiſſione præſumitur caſus; & propterea, eſt facienda culpæ probatio. *Bart. d. § an vero hæredi. num. 4. & ibi Caſtr. num. 6. & 7. & in dict. §. prætor. Alex. quoq. eodem loco num. 6. Iaſon in dict. § prætor num. 29.* dicens, quod cæteri, cum Bartolo tranſeunt, præſertim *Ang. & Bulg. not. Abb. in c. 2. extr. depoſit. Doct. in l. creditor. C. de pignor. act. Maſcard. de probat. volu. 1. concl. 561. num. 5. & 8.* & ad materiam videndus eſt *Bald. conſ. 401. volum. 4. Sylua conſil. 47. num. 8. & 9.* & ſecundum hanc diſtinctionem occurritur, obiectis in vtramq; par-
87 tem deductis, nam regula quod capitur coniectura, † per quam excluditur culpa procedit in terminis ſecundi membri. Scilicet in caſibus, qui ſolent contingere ſine culpa
88 ex quibus infertur, quod ſi ſuperueniat Syndaco † ſcientia delicti commiſſi poſt finitum officium, non tenetur denunciare, dicitur enim ſine culpa eſſe, cum Syndacus non ſit amplius, & præſumitur caſus, quod eo tempore cœperit habere fa-
89 cinoris commiſſi notitiam. *Cepollam lectum hic num. 10. ff. de ædil. edict.* Si autem quæras † cum in furto, & incendio culpa præſumatur, quo modo ſit probandum culpam abeſſe, conſule *Bald. in l. ſi cred. num. 4. & 5. C. de pig. act.* illud tamen non eſt inuoluendum
90 ſilentio quod propter culpam de caſu fortuito † tenemur, dummodo ſit ad caſum ordinata. *Crau. conſ. 8. num. 29. & conſ. 247. num. 7.* vbi etiam declarat, quando videatur ad caſum ordinata ſcilicet quando principaliter reſpicit caſum ipſum, & nemo debet de culpa condemnari, quando dubium eſt, an culpa ſit commiſſa, *d. conſ. 8. n. 30.* & ſicut in
91 mora † vltima culpa nocet, *ibid. n. 24.*

Quæſt. 14. Quæro in quibus rebus culpa committatur; reſpondemus cum *Bald. in l. quæ fortuitis numero vigeſimoquarto, verb. viſo de generib. Co. de pign. act.* nempe in qua-
92 tuor. †

Primo in Magiſtratibus, & officiis. Secundo in contractibus. Tertio in vltimis voluntatibus

93 Quarto in delictis, inter Magiſtratus ponit *Bal. etiam* † Aſſeſſores; in officiis intelligit Tutores, Curatores & exequutores vlt. voluntatum *à nume. 24. vſq. ad nume. 32.*
94 in vltimis voluntatibus comprehendit † etiam legata, item actionem ex teſtamento *num. 62.* de culpa in delictis, agit quoque *Bald. in leg. ſi quis non dicam rapere de pact. & lect. in l. Diuus. ff. de officio præſid. in fin.* & quoniam in his omnibus committitur tam culpa lata quam leuis, vel leuiſſima vt ibi plane *Bald.* oſtendit, dicendum eſt infra de his, quando de leui, vel leuiſſima culpa diſſeremus.

Quæſt. 15. Quæro de probatione culpæ, quibus modis ſit facienda, & præmitto
95 quod culpa eſt probanda, clare, & † ſpecifice, & vt ait *Alex. conſ. 183. num. 6. colum. 7.* terminate & limitate. *Crau. conſ. 151. nume. 11. & conſ. 8. nu. 20. Bart. conſ. 93. incip. comm. lucignani,* dicens non eſſe probatam culpam conductoris ex eo quod teſtes dixerint fundum fuiſſe damnificatum, culpa, & negligentia conductoris, niſi dixerint ſuper quo ſit commiſſa culpa. *Dec. conſil. 346. & conſ. 562. in fin. & conſ. 631. colum. 1.* Et primo pro-
96 banda † videtur culpa per coniecturas, ſicut dolus, argumento *l. dolum. C. de dolo, & conſuluit Corne. conſ. 194. num 14. volum. 2.* dicens, quod ſi vulneratus, cuius vulnera nõ erãt lætalia iuerit ambulando per plures dies circum circa, & mortuus fuerit, arguitur culpa eius, vel ſi non adhibuerit medicum, vel malum medicum vocauerit, creditur eſſe in culpa, ſed, & probationibus veris, puto culpam poſſe doceri, veluti per confeſſionem partis, & ſicut per reſponſionem, ad pactiones, vt ſupra dictum eſt in titulo de probatione doli, & aliis modis, etenim culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti *l. culpa caret. ff. de reg. iur.* hæc profecto culpa poteſt vere probari, nempe vnus officialis non debet ſe officio alterius immiſcere. *Bartol. per illum tex. in l. in prouinciis C. de numer. Actuar. lib. 12. Bald. in l. Repetita. C. de Epiſc. & Cler. Dec. in d. l. culpa num. 2.* id profecto directa probatione poteſt doceri, illa quoque culpa, quæ dicitur eſſe intricare rationes. *l. cum ſumma. §. 1. de procul.* & illa culpa dicere, vel facere prohibita, & illa retineri pecuni ſolutioni paratam creditoribus *l. debitorum & ibi Bart. ff. de neg. t. geſtis,* & illa culpa, quæ eſt habere mineſcias *l. ſi merces § culpa. ff. locati Bald. in l. Falſus C. de furt. per tex. in l. peu. ff. ſol. matrim.* poſſunt vtique per veras probationes oſtendi. Sed hic ſit locus pul-

chræ

97 chrę dubitationi, vtrum ſcilicet culpa lata probetur teſtibus † ſingularibus ſicut dolus
nec non vtrum teſtes de lata culpa probantes debeant etiam non interrogati reddere
rationem dicti ſui, quemadmodum in dolo, & ſane licet non inuenerim aliquem ex
98 Doct, explicantem, puto † tamen idem quod in doli probatione reſpondendum, per
l. quod Nerua. ff. depoſit. per l. 1. ff. ſi menſor falſum mod. per l. 1. §. cum qui. ff. de precar. & per alia
innumera iura, in quibus diſpoſitio loquens de dolo, comprehendit latam culpā ver-
ſutiæ, hoc vero accipiendum cenſeo, quod agitur de probanda culpa in genere, vt per
Crau. conſ. 151. n. 15. verb. ſed eſto, ſed quando agitur de probanda culpa in ſpecie, ſpeci-
fica, & neceſſaria probatio exigitur, & non videntur ſufficere teſtes ſingulares Crau. d.
conſ. 151. n. 11. Capra reg. 78. n. 52. cum ſeq. Maſcard. de probat. concl. 467. n. 1. vol. 1.
Quæſt. 16. Quamobrem hac oblata occaſione, quæro de aliquarum culparum ſpe-
99 ciali probatione & primo de culpa illius, quem allego, vt ſim excuſatus † a neceſſitate
habitandi cum eo, iuxta d. conſ. Crau. 151. num. 11. nam debet probare rixas, & altercati-
ones eſſe tales, vt habitare cum eo non poſſit, ac contentiones prædictas originem ha-
bere ab eo, cuius culpa aſſero me habitare non poſſe. Alex. conſ. 100. num. 3. vol. 1. Crau d.
conſ. 151. num. 14. cum ſeq. ratio eſt quia qualitas requiſita ad actum eſt ſpecifice proban-
da l. 2. §. docere. ff. de vi bonorum raptorum. l. 1. §. ait prætor, & ibi Bartol. ff. ne quid in flum. pub.
100 Bart. conſ. 153. docens, quod qui innititur culpæ, ſiue agendo, ſiue † excipiendo, de-
bet deducere illam culpam certam, & limitatam per l. Prætor. ff. de iniur. Dec. conſ. 430. n.
1. & conſ. 562. num. 11. late Maſcard. d. concl. 467. nu. 24. & 25. Secundo quæro, quo pacto
101 ſit probanda culpa illius, qui non † miſit procuratorem cum poſſet Bart. in l. Idem quia.
ff. pro ſoc, inquit probari ſi doceatur, quod facile procuratorem habere potuiſſet, con-
firmat Dec. conſ. 430. num. 2. & plenius 562. num. 13. refert Maſcard. d. concl. 467. nu. 26. Ter-
102 tio Tutor † eſt in culpa, ſi pecuniam pupillarem non erogauit in emptionem prædio-
rum ſed quo pacto hæc culpa probabitur, reſp. ſi oſtendatur Tutorem habuiſſe pecu-
nias, & prædia per id tempus fuiſſe venalia, quæ licuiſſet emere. Bart. in l. Tutor. qui re-
pertorium. §. ſi poſt diſpoſitionē. ff. de admin. Tutor. & §. pen. Auth. qui oblig. ſe per has res Min. A-
lex. conſ. 24. in fin. lib. 6. copioſe Dec. conſ. 562. num. 22. Maſcard. dict. concl. nu. 26. & 27. Quin-
103 to † culpa eſt mariti ſi non adhibuit medicum in curanda vxore, hoc vt doceatur pro-
bare oportet facile eum potuiſſe habere medicum, vt ſcriptum reliquit Bart. in d. l. I-
demq. erit. ff. pro ſoc. in l. ſi ab hoſtib. § ſi vir vxorem, ff. ſol. matr. Bart. de teſtib. in verb. lata culpa,
Dec. in d. conſ. 430. n. 3. Maſcard. d. concl. 467. in fin.
Quæſt. 17. Quæro an culpa in re propria puniatur, & videtur negandum. Primo
104 ex l. in re † mandata. C. mand. ex l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hære. in qua dominus quis
dicitur rei ſuæ etiam abutendo.
Secundo ex l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſol. matrim. vbi Iuriſcon. ait, culpa mariti,
quæ in alienis rebus coercetur, in propriis reprehenditur, igitur non punitur. Tertio
ex l. cum de indebito. ff. de probat a contr. namque ſenſu probat poſſe quemlibet iactare ſu-
um, vt ex § fin. Inſt. de rer. diui. in quo licet vnicuique rem ſuam habere pro derelicto.
Quarto ex l. etiam filii. §. licet. ff. ſol. matr. in illis verbis, quia in rei ipſius adminiſtratione
non erat culpa exigenda. In contrarium eſt tex. in §. ſed maior aſperitas. Inſt. de his, qui ſunt
105 ſui vel alien. iur. Secundo confert ratio ibi expreſſa, ſcilicet quia † intereſt Reipu. ne ſua
re, quis male vtatur, ratio rationis, quoniam intereſt Reip. Ciues ſuos habere diuites,
Auth. vt Iud. ſine quoq. ſuffrag. in princ. & §. cogitatio. ex rationibus adduct. à Dd. maxime ab
Alex. in l. 1. in fin. ff. ſol. matr. III. ſuffragatur, quod lex interdicit prodigis ſuorum bonorū
adminiſtrationē l. is cui bonis vbi DD. ff. de ver. obl. & in vniuerſo tit. ff. de curat. furio. Pu-
pillis, irē furioſis Mentecaptis, conſtituit curatores & Tutores, & tēpore mortis indul-
get parentibus vt pupillarem vel exemplarem eis ſubſtitutionem faciant l. 2. ff. de vul.
l. ex facto. ff. eodem tit. l. humanitatis. C. de Impub. & aliis ſubſt. ea ratione ne temere perdant
ſubſtantias ſuas, & ſi lex prohibet his, qui ſine culpa diſſiparent patrimonium, quanto
magis his faciunt ex culpa. quare Ang. in dict. §. ſed maior aſperitas, dicebat intelligen-
106 dum l. in re † mandata. Codic. mand. cum hac diſtinct. dummodo illa re non abutatur
ſed improbat Iaſon. ibi in add. ad Port. inquiens eſſe contra caſum dict. §. conſuluit,
quare Sylueſter Aldobrandus in dict. §. ſed maior, ait rei ſuæ permittitur abuſus, ſi id in
modico fiat, quaſi moderatus abuſus legibus concedatur, ea, vt cenſeo ratione; quia
Ciues de diuitibus non fiunt pauperes. ſicut accidit per magnum abuſum, & ita
procedant argumenta poſterioris ſententię. Alii diſtinguunt vt in re propria animata,

non licet culpam committere,& committens puniatur,appoſtill.ad *d.§.licet*, in re pro-
pria inanimata ſit conceſſus abuſus. Sed Romanus cæteris quos viderim melius quæ-
ſtionem ſoluens, diſtinguit *in l.etiam filii. §. 1. nume.15. & 16.verbo vnde ſciendum eſt*, &
107 duo capita conſtituens ait, aut res eſt ita propria, vt non ſperetur ad alium † reditura,
& tunc culpa in re propria regulariter non punitur,& ita accipienda eſt *l.in re manda-
ta,cum.§.conſuluit*,& aliis argumentis deductis ad confirmandam priorem ſententiam
108 & ideo recte dicitur in §.*ſi maritus*, culpa in re propria reprehenditur † limitatur vero
hæc concluſio multis modis; & primo ſi culpa haberet ſecum dolum præſumptum
ex qualitate facti reſultantem, vt *in dict. §.ſed maior, cum aliis alleg. à Roma. in alleg. §. licet
numero 14*.

Secundo fallit, ſi culpa eſt de re, alias à lege prohibita, & contra iuris diſpoſitio-
nem *l.1.§.fin.C.de falſa mon.l.1.C.de Theſaur.lib.10.l.3.& l.quicunque.C.de hared. l.ſi cui. §.
auito.ff.ſi ſeruit.vendic.& c. 1. de vſur.* vbi locans domum pro exercendis vſuris excom-
municatur *c.1.de vſur.in 6.* Tertio fallit in prodigis,& pupillis, & furioſis, quibus adi-
mitur rerum ſuarum adminiſtratio, non quidem in pœnam, ſed ad eorum priuatam
vtilitatem,& ad publicum quoque commodum, virtute allegatæ reg. intereſt Reip.
109 ne ſua re quis male vtatur. Aut res eſt propria † cum ſpe reſtituendi, vt eſt res dotalis
apud maritum *l.de re ancilla,& ibi Bart. Bald.& Saly. C.de rei vend.* & tunc culpa, non
eſt impunita propter vtilitatem eius, cui facienda eſt reſtitutio,& ita procedit *dict. §. ſi
maritus,& dict. §.licet*, ita quoque intelligitur *l.adiles.§.Padius.ff.de edilit.edict.* in qua,&
ſi res eſſet apud culpabilem, tamen ſpes erat reſolutionis eiuſdem propter redhibitio-
nem, ratio eſt quoniam cenſentur res alienæ *l.in rebus.C.de iure dot.* res dotales ap-
pellat alienas Iuriſconſ. in §.*maritus*, idem namque iudicatur, ac de rebus alienis, vt di-
xit *Capra in ſæpe alleg.reg.78.n.33.verb.culpa vero leuis*,& ante eum *Bart.in l.quod Nerua nu.
26.verb.idem intelligo in reb.propriis.*

Quæſt.18. Quæro, quænam culpa ſit illa, qua dirimitur iure ciuili matrimoni-
110 um, an lata, vel leuis † de ea eſt tex.*l.Lucius.ff.ſol.matrim.in l.conſenſu.& l.fin. C. de repud.*
& quamuis inuenerim neminem ex DD. hoc in terminis attingentem exiſtimo la-
tam eſſe culpam, etenim culpa in dirimendo matrimonio poteſt multifariam com-
111 mitti,& primum ob adulterium † *d.l.conſenſu,& vniu.tit.ff.& C.de adult.* in quo latam
admitti culpam, non modo ſuadet ratio, cum grauiſſima. Maritus afficiatur iniuria, &
probat grauitas pœnæ, quæ eſt in amiſſione dotis.*dict.l.Lucius & l.conſenſu*, ſed etiam
112 conuincit *tex.apertus in l.qua fortuita ff.de incend. Ruina,& naufr.* ibi; niſi tamẽ † lata cul-
pa ſit, vt luxuriæ aut dolo ſit proxima; cauſæ præterea, quibus iure diſtrahuntur ma-
trimonia relatæ *in dict.l.conſenſu*, ſunt eiuſmodi, vt earum plurimæ dolum verum po-
tius arguant, quàm culpam dolo proximam, veneficium ſcilicet machinatio cõtra Im-
peratorem, latronum fauor, cum impudicis mulieribus commercium, ex parte viri.
extraneorum hominum conuiuia appetere, ex latere mulieris, foris ſine licentia ma-
riti pernoctare, ſine dolo, vel lata culpa non agitur, eiuſdem quoque generis, puto eſſe
113 etiam illam culpam, qua Maritus † demittens vxorem pauperem & indotatam, tene-
tur quartam partem ei bonorum ſuorum relinquere, iuxta *l. vltimam verbo inter cul-
pas*, autem viri,& vxoris, eodem in albo puto ſcribendum. & illam culpam, qua filius
114 ad neceſſitatem † redactus prohibetur alienare ſubiecta fideicommiſſo *Soc.in l. Mar-
cellus. §.res qua num.3 ff.ad Trebell.* Simili modo,& illa eſt lata culpa, per quam filius cõ-
115 ſumpta portione † ſibi aſſignata à patre pro alimentis, non eſt iterum alendus, nec nõ
eiuſdem farinę eſt,& illa quando filius aſſignatam ſibi legitimam à patre conſumſit,&
dilapidauit, non tenetur nouam legitimam aſſignare; idem iuris in dote, ſi lata culpa
filiæ fuerit male perdita. *Menoch.multa cumulans Cent.2.caſu 182.num.54.* Hoc non in-
ſubtiliter quæritur nunquid lata culpa verſutiæ, dans cauſam contractibus bonæ fidei
116 eos annullet ipſo iure, contractus vero † ſtricti iuris dirimat ope exceptionis quem-
admodum ſupra de dolo diſputauimus, & profecto licet nullus ſit, quem legerim hãc
dubitationem excitantem, ego tamen ducto argumento à ſimili, puto tantundem
dicendum ac in dolo, quippe diſpoſitio loquens de dolo comprehendit latam cul-
pam dolo proximam, cuiuſmodi eſt lata culpa verſutiæ. *leg. prima. ff. ſi menſor falſ. mod.
& c.1.ff.ſi qui teſtamento liber eſſe iuſ.* cum aliis ſupra allegatis, quid enim intereſt affe-
ctata negligentia,& velata calliditate inductus ſit aliquis ad contrahendum, an aper-
tõ dolo?

Quæſt.19. Quæro an ſemel commiſſa culpa purgari poſſit, & quomodo,& primo

teuoco

117 reuoco in dubium, an purgetur † caſu fortuito,& videtur potior ſententia negatiua,
argumento ſumpto à dolo, quem diximus caſu non purgari.*l.16.& ibi Bald.ff.de noxal.
action.* Decis. *Pedam.104,numer.5.Berous conſil.144.num.9.volum.1. Caſtrenſ.in l.fin.§.ſi ea
num.3.ad l.Rhod.de iactu,verum* Bald. *in l.qua fortuitis num.70.verb.ſequitur videre Cod.de
pignor.act.diſtinctione.* rem putat explicandam, aut culpa tranſit in ſpeciem moræ, id
quod eſt in obligatione profecta, & tunc non purgatur per caſum ſuperuenientem. *l.
quod te,& ibi* Alex.Dec. *Iaſ.* Bolog.aut culpa non fecit tranſitum in ſpeciem moræ,quod
accidit in obligationibus non dum perfectis,& tunc, aut culpa eſt ordinata ad caſum,
& non purgatur per caſum,*l.ſi vt certo.§.ſed interdum.ff.commod. Menochius de arbitr.caſu
182.num.59.& 60.& ſupra num.41.* conferunt quæ ſcribit. *Imol.in c. vni extra commod.*
aut culpa non eſt ordinata ad caſum, & tunc per ſuperuenientem caſum excuſatur.
l.ſi vehenda.§.idem iuris.ff. Ad *l.Rhodiam de iactu*,vltra *Bal.iuuat tex.in c.*quia diuerſitatem
*extr.de conceſſ.præbend.*in quo epiſcopus excommunicatus non priuatur iure ſuo con-
ferendi ſi ob excommunicationem fuit impeditus, quæ non erat ordinata ad caſum
collationis, adſtipulatur text.in *l.non omne.ff.de ſtatu liber.* dum non conſiderat impe-
118 dimentum non ordinatum ad caſum libertatis, ſed ordinatum ad † pœnam hæredis
non manu mittentis,ita etiam procedit. *l.ſi qui.ff.de action.& obligat.*huius præterea rei
ratio eſt, licet à Baldo non allegetur, quoniam,etſi ille caſus euenerit,qui alias eſt pœ-
119 na dignus non tamen † punitur tunc,eo quod præter ſuam voluntatem immediate e-
uenit,iuxta *l.verum.ff.de furt.c.ſi concupiſcentia 15.quæſt.1.* ſicut prudenter conſiderauit.
Abb.in d.c.quia diuerſitatem refert *Menoch.de arbitr.cent.2.caſu 182.num.59.& 60.*Quibus
conſequens eſt in hoc differre culpam à dolo,qui nunquam excuſatur per caſum for-
tuitum,vt exponimus ſupra in *titulo de purgatione doli*,ratio diſcriminis videtur,quia la-
ta culpa minor eſt dolo, cum dicatur proxima dolo, vel prope dolum. Præterea in
120 quæſt.adduco. Dolus purgatur † tranſactione, Rei traditione, in qua dolus eſt com-
miſſus,vel reſtitutione facta ab eo,qui doloſe fecerat: rurſus conſenſu eius,qui damnũ
paſſus eſt; ſecundum ea quæ diximus ſupra in *d. tit.de purg.doli.* an iiſdem mediis pur-
getur lata culpa,& non dubito idem eſſe reſpondendum, non ſolum à pari,quia idem
iudicatur de culpa dolo *proxima ac de dolo.l.1.ff.ſi menſor falſum mod. dixer.* ſed ſi maiori,
quoniam ſi dolus,qui paulo maius eſſe delictum creditur,vt nuper dicebam,illis mo-
dis purgetur,multo magis purgabitur etiam culpa lata.

De leui Culpa, Cap. III.

1 *Leuis culpæ appellatio vnde fluxerit.*
2 *Culpa lata, dicitur etiam grauis culpa.*
3 *Dolus, culpa grauiſſima vocatur.*
4 *Culpa leuiſſima vnde ſit appellata.*
5 *Leuis culpæ alia etymologia.*
6 *Ex leui culpa ſæpe graue damnum accidet.*
7 *Definitio leuis culpæ ex Authore.*
8 *Deſcriptiones leuis culpæ ex Bart.*
9 *Leuis culpa, cõmittitur aut in rebus prorſus alienis,aut in rebus communibus,ex accidenti aut ex conuentione.*
10 *Definitio leuis culpæ in rebus prorſus alienis.*
11 *Definitio leuis culpæ in rebus communibus ex accidenti.*
12 *Definitio leuis culpæ in rebus alienis per conuentionem.*
13 *Leuis culpa,aut in faciendo, aut in cõmittendo.*
14 *Alia definitio leuis culpæ.*
15 *Exempla multa leuis culpæ.*
16 *In leui culpa ſunt gradus, maioris, & minoris culpæ.*
17 *Vtrum appellatione culpæ in legibus,& ſtatutis,veniat lata culpa,an leuis.*
18 *Si teſtes deponant in iudicio de culpa alicuius,& non declarent de qua culpa, eorũ depoſitio,non intelligitur de leui.*
19 *Culpa leuiſſima, appellatur, fere ſemper diligentia.*
20 *Culpa lata,quando ponitur,tanquam à dolo diſtincta, nũquam dicitur culpa ſimpliciter.*
21 *Appellatione culpæ interdum venit leuiſſima culpa interdum culpa lata,regulariter autem culpa leuiſſima.*
22 *Culpa leuis,committitur in Magiſtratibus, in officiis,in contractibus,in delictis, in vltimis voluntatibus.*
23 *Magiſtratus, & Aſſeſſores quo modo teneantur de leuiſſima culpa.*
24 *Magiſtratus leuem culpam committens mitius punitur arbitrio iudicis, & ſi non eſt ſoluendo non detruditur in carcerem,& ſi fuerit filiusfamilias non tenetur vltra peculium.*

Digitized by Google

25 *Agens contra Magiſtratum ratione leuis culpa, debet in libello concludere eſſe cõdemnandum arbitrio boni viri.*
26 *An Iudex, cui datum eſt in iudicando arbitrium, poßit de leui culpa accuſari.*
27 *Arbitrium in iudicando, aliquando datur liberum, aliquando regulatum.*
28 *Conceſſo libero arbitrio, non creditur permiſſus dolus.*
29 *Iudex habens regulatum arbitrium differt in multis, à iudice ordinario.*
30 *Æquitas eſt theriaca contra venenum iniuſtitiæ.*
31 *Tutor de leui culpa tenetur, non de leuißima & quæ ſit ratio.*
32 *Tutor interdum de leuißima culpa tenetur.*
33 *Hæres tutoris de leui culpa, non tenetur, ſed de lata.*
34 *Tutor de leui culpa, aliquando nõ obligatur.*
35 *Curator Minoris, vel furioſi de leui culpa tenetur.*
36 *Vtrum curator ad lites, poßit de leui culpa condemnari.*
37 *Exequutores vltimarum voluntatum, cur hoc nomine dicantur.*
38 *Exequutores iſti ſunt in duplici differentia particulares ſc. & vniuerſales.*
39 *An iſti exequutores de leui, & leuißima culpa teneantur.*
40 *Agrimenſor, & Proxeneta, an teneantur de leui culpa.*
41 *Aduocatus, an de leui culpa obligetur, remiſſiue.*
42 *Nuntius, an de leui culpa puniatur, remiſſiue.*
43 *Depoſitarius, tenetur aliquando de leui culpa, veluti ſi ſe obtuliſſet depoſito. aut gratis eius eſſet celebratum depoſitum.*
44 *Depoſitarius quandoque pro leuißima culpa obligatur, veluti ſi pro cuſtodia recepiſſet mercedem.*
45 *Interdum, & pro caſu fortuito.*
46 *Deponens ſi ſui tantum gratia ſit factum depoſitum tenetur de leuißima, ſi gratia Depoſitarii tantum obligatur de lata, ſi gratia vtriuſque, de leui.*
47 *Leuis culpa, an, & quando veniat in contractu mandati, tam in actione directa, quam in actione contraria.*
48 *In precario, an fiat condemnatio ex leui, vel leuißima culpa.*
49 *In contractibus celebratis, gratia vtriuſq; contrahentis, an veniat culpa leuis, vel leuißima.*
50 *In contractibus initis cauſa recipientis tantum, vtrum ſuccedat condemnatio ob leuißimam culpam.*
51 *In contractibus innominatis, quæ nam culpa veniat in condemnatione leuis, an leuißima.*
52 *In vltimis voluntatibus, numquid attendatur leuis, vel leuißima culpa.*
53 *Leuis culpa, quatenus puniatur in delictis.*
54 *Leuis culpa in incendio commiſſa, quo nam pacto obliget.*
55 *Leuis culpa quando dicatur commiſſa in incendio, arbitrio iudicis remittitur.*
56 *Cautela ad purgandam leuem culpam, quo ad incendium.*
57 *Vtrum damnum leui culpa datum, debeat emendari in conſcientia foro.*
58 *Lex ciuilis, fundans ſe ſuper præſumptione non ligat in foro conſcientiæ, quando veritas eſt in contrarium.*
59 *Culpa leuis, an committatur in credendo, item an culpa lata.*
60 *Vtrum debitor falſo perſuaſus à Titio, quod eſſet procurator ſui creditoris, ſi ſoluerit debitam pecuniam, liberetur.*
61 *Culpa, an committatur non credendo.*
62 *Aliter conſideratur leuis culpa in rebus cõmunibus, aliter in alienis.*
63 *Culpa leuis in faciendo, maior eſt illa, quæ eſt in omittendo.*
64 *Culpa leuis, tribus modis committitur, in facto, poſt factum. ante factum.*

QVæſt. 1: Hæc de lata culpa expoſuiſſe ſufficiat, ad leuem modo, progrediens, quæro primo vnde ſit appellata, quid ipſa ſit, & quot ſpecies habeat, & ſane primæ
1 quæſtioni ſatisfaciens, dico, quod † culpa lata, grauis etiam culpa appellatur. *Bald. in l. quæ fortuitis num. 55. verb. in contrarius. C. de pignor. act.* ad eius modum hæc culpa, quæ
2 minor eſt leuis, non iniuria † videtur nuncupata, & ſicut dolus culpa grauiſſima voca-
3 tur, ita illa † culpa, quæ minima eſt, quaſi illi oppoſita leuiſſima dicitur. Rurſus dici-
4 tur leuis culpa, non quia † leue damnum ſemper inferat interdum enim graue detri-
5 mentum emergit ex ea, vt in † incendio, quod leui culpa habitantium creditur committi. *L. 1. & l. 3. ff. de offic. præfect. Vigil.* ſed quod nulla coniectura colligi poteſt, animus
6 mali conſcius, & ideo, licet † defectus ille non ſit prorſus excuſatus, leuior tamen æſti-
7 mari ſolet, quam † culpa lata, definitur etiam leuis culpa, vt ſit negligentia in rebus alienis, quam ſolent homines plerumque euitare in rebus propriis, is enim peccare videtur leui culpa, qui non fuit tam diligens in re aliena, quantum eſſe ſolet diligens pater-

paterſ.in re propria, arg. *l. ſi cum vẽderet. §. fin. cum l. ſeq. ff. de pig. act.* etenim cum in illa act.
veniat leuis culpa, inquit *Paul. in l. ſeq. q. 14.* ea exigitur, quæ diligens paterſ. in ſuis reb. p̃-
8 ſtare ſolet, à creditore exiguntur. Quod ſi cui hæc non arrideat † definitio, ſumat quas
tradit. *Bar. in tract. de teſtib. in ver. leuis culpa, n. 115. & 116. & in l. quod Nerua, n. 26.* vbi cõpu-
tatis aliorũ deſcriptionibus, tres affert leuis culpę definitiones, prout trib. modis accidit
leuèm culpã committi. Quæro igitur cũ Bart. quot ſpẽs ſint leuis culpæ, & ſumendo di-
uiſionẽ à re, in qua culpa cõmittitur, reſp. ille eſſe triplicẽ, aliã, q̃ cõmittitur in reb. alie-
9 nis, aliã † in reb. incidenter, q̃ per accidens ſunt mihi cõmunia cum alio; veluti occaſio-
ne legati vel hæreditatis aliã in reb. cõmunib. per conuentionẽ, exẽplũ prioris culpę eſt
in negociorũ geſtore, Tutore, Curatore, Procuratore & definit̃ à *Bar.* vt ſit deuiatio in-
10 deliberata † ab ea prudẽtia, q̃ ineſt diligẽtib. hominib. eiuſdẽ conditionis & ꝓfeſſionis,
arg. *leg. ſi cũ venderet, cum l. ſeq. de pign. act. l. ſi putator. ff. ad l.* Aquil. & in *tract. de teſt. n. 115.* in-
quit per illa verba diligentib. hominib. excludi latã culpã, per q̃ deuiamus à prudentia,
quæ cõmuniter ineſt omnib. & res alienas accipere debem' hoc loco, etiã noſtras, quas
tamẽ reſtituere ſumus obligati, vt res dotales. *Bar. in l. q Nerua, n. 26. verb. quod dixi.* Exẽ-
11 plũ † alteri' leuis culpę eſt vt ſup. in reb. cõm. p legatũ vel hæred. *l. 26. § ſtã: ũ. ff. fa. herciſ.* &
ſic deſcribitur; eſt deuiatio indeliberata ab eã diligẽtia quã tũc tẽporis in reb. ꝓpriis ad-
hiber p tex. *in l. hæredes. § nõ tantũ. ff. fam. herciſ.* ibi talẽ igitur diligẽtiã p̃ſtare debet hæres,
12 qualẽ in ſuis reb. Exẽplum † tertiæ culpæ leuis eſt in reb. cõmunib. ex cõtractu, veluti ſo-
cietatis, & talis eſt definitio; deuiatio indeliberata ab ea diligẽtia, quã quis ante cõtractũ
reb ſuis p̃ſtare ſolebat. *l. Socius, ſocio. ff. pro ſocio*, vbi ſoci' ſocio etiã nomine culpæ tenetur, i.
deſidiæ, ac negligentię. culpa nõ ad exactiſſimã diligẽtiã dirigẽda eſt, ſufficit talẽ diligẽ-
tiã rebus cõmunib. adhibere, qualẽ ſuis reb. p̃ſtare ſolet, id q exprimit iiſdẽ verbis *Iuſt. in
§. fin. Inſt. de ſociet.* & ſi qs exiſtimaret nõ eſſe diſcrimẽ inter leuẽ culpã in reb. cõm. inci-
denter, & in reb. q̃ ſunt cõmunia p cõuentionẽ ppendat in prima definitionẽ culpæ, illa
verba tunc tẽporis, q̃ nõ ſunt in poſteriori, & quid operentur explicat ſubtiliter. *Bart. in
d. l. quod Nerua. n. 26. verb. item videnda ſunt*, & paulo ſupra reddit rationem differentiæ,
cur alio modo definiatur culpa in re ꝓrſus aliena diuerſo iure cõmuni & videtur ſequi
Bal. in l. quæ fortuitis, n 37. verſ. nunc venio ad leuẽ culpã, vbi definiens, ſeu potius decla-
rans ait leuis culpa eſt nõ p̃uidere, q à diligenti p̃uideri potuit per *l. ſi putator. ff. ad l. Aquil.*

Q. 2. Quæro, an aliter culpa leuis diuidatur? reſp. ex diuerſo modo cõmittẽdi nouã ꝓ-
13 duci leuis culpę diuiſionẽ, etenim alia dicit̃ leuis culpa † in faciẽdo, alia in omittẽdo *Bar.
de teſt. in v. leuis culpa n. 115. & in l. q Nerua n. 29 ff. depoſ. v. itẽ quæro. Iaſ. in l. ſi mora n. 23. ff. ſol.*
14 *mat. Men. de arb. caſu 390. Bal. in d. l. q̃ fortuitis n. 37. v. vel. dec.* dũ ait, q leuis † culpa eſt facere,
15 q nõ faceret, vel omittere, q nõ omitteret diligens, vel diligẽtior, ibiq; nõ † pauca exẽ-
pla ponit leuis culpę, puta adhibere oparios inertes. *l. ſi merces § pe. l. videa. ff. loc. l. itẽ quæ-
ritur. § nauicul. eo. tit; l. idẽq. § ſe tut ff. ma.* In fullonẽ quoque, q rẽ meã tradidit tibi, vel tuã
mihi, *l. itẽ q̃ritur. § ſi fullo. ff. loca.* Pręterea immittere ignẽ in ſtipulã ſuã tẽpore vẽtoſo. *l. qui
occidit. § in hac ff. ad l. Aq. c. ſi egreſſ. ext. de iniur.* habere etiã inimicũ ſpecialẽ culpæ leui ad-
ſcribit̃ *l. ſi merces. § culpa. ff loc. l. pen. ff ſol. mat.* nec nõ impitia, ſi modũ nõ excedat, leuiori
culpæ adnumerat̃. *l. Impitia ff. de reg. iur. l. idẽ eſt. ff ad l. Aq.* culpa leuis eſt, nõ claudere fir-
miter oſtiũ, idẽ *Bal. in l. ſolũ col. 5. C. de teſt.* eadẽ culpa eſt nõ adhibere in rebus cõmunib'
parẽ diligẽtiã, ac in reb' ꝓpriis. *l. ſoc. ſocio. ff. p ſocio. § fi. Inſt. eod* Ignorare etiã qualitates rei
ſuæ leui culpæ imputatur. *l. ſed adde. § pr. ff. loc.* alia quoq; exẽpla leuis culpæ in omittẽdo,
& in cõmittẽdo receſet *Bar. de teſt. in ver. leuis. n. 116. & 117. & n. 121.* dicẽs leuẽ culpã ha-
16 bere grad' † maioris, & minoris culpæ, ſicut in dolo, & lata culpa reperiri paulo ſupra o-
ſtẽdimus, quoniã inter homines diligẽtes, vnus eſt in maiori gradu diligẽtiæ, q̃ alter, &
in *l. q Nerua. n. 29. ver. itẽ q̃ro*, tradit leuẽ hãc culpã, quãdo cõſiſtit in faciendo, ęquiparari
culpæ latæ in omittẽdo, & ꝓbauit. *Iaſ. in l. ſi mora, n. 23. ff. ſol. mat.* Alia quoq; exẽpla cõge-
rit *Cap. de reg. 78. nu. 22. & ſeq.* Et idem *Bar. in l. hær. § non tantum. ff. fam. erciſc.* aſſerit idem
quod paulo ſupra *Bal.* quod leuis culpa eſt facere, quod non faceret diligens paterſam.

Q. 3. Quæro an appell. culpæ in legib & ſtatutis, veniat in dubio lata, vel potius leuis
17 culpa † & videtur venire lata ex reg. q verba in dubio ſunt capiẽda in potẽtiori ſignifi-
catu *l. 1. ff. ſi ager vect. vel ẽph. pet.* II. confert d. *Cor. con. 118 videtur 1. facie l. 1.* nã conſuluit, q
18 ſi teſtes deponãnt † in iudic. de culpa cõmiſſa ab aliquo, & nõ declarẽt de qua culpa in-
telligãt, nõ accipit̃ in dubio culpa leuis, ſed vitiatur, q a eſt incerta diſp. cũ poſſet ad plu-
res culpas referri. E cõuerſo, q in leui culpa ſit accipiẽdũ ſtatutũ. ꝓbat *l. ſocius à ſocio. ff. p
ſocio. & § pra Inſt. qui. mo. re con. obl.* ibi ſocius, ſoci' ſocio culpæ nomine tenetur. i. deſidię,
ac negligẽtiæ, q̃ eſt leuis culpa, vt oſtẽdimus, II. eſt tex. *in l. contr. ff. de reg. iur. in l. ſi filiusfa.*

mariso ff. ſol. matr. in ver. culpa in l. ſi mora. ff. ſol. matr. vbi Iaſ. n. 8. in l. vendit. §. de tempor. ff. de bon. auth. iud. poſſ. vt ecce depoſitari⁹ tenet̃ tantũ de dolo, nõ de culpa *d. l. contr.* & tamẽ de culpa, q̃ dolo ꝓxima eſt obligat̃ igit̃ illa verba de culpa nõ tenet̃, ad leuẽ culpã referantur, & hæc poſterior opinio plurib. ſuffragiis videt̃ eſſe recepta, vt ꝑ *Dec. in d. l. contract. n. 25. per Cag. ibi n. 12. & 29. per Bal. in auth. q̃ locũ in 2. q. C. de collat. Bart. in d. l. in vend. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi mora* Dec. *in l. in act. ff. de in lit. iur. Alex. con. 74. n. 1. li. 6.* q̃ ſententiã noua ratione confirmo. Appellatio culpæ in dubio nõ põt referri ad latã culpã, quoniã cõtinetur ſub appellatione doli *l. 1. ff. ſi mẽſor falsũ modũ l. 2. §. cũ qui ff. de prec.* Nõ põt etiã referri ad culpã
19 leuiſſimã, q̃ppe q̃a cuſtodia, vel diligẽtia fere ſemꝑ legib. noſtris † nũcupatur §. *itẽ is, cui ver.* at is q̃ vtendã accepit exactã diligentiã cuſtodiẽdi ꝑſtare iubet̃ *Inſt. qb. mod. re cõtrahat. obl. l. 1. §. is vero ff. de act. & obl.* ibi exactiſſimã diligentiã *l. ſi vt certo §. nunc videndam ff. com.* ibi ideo verior eſt Q. Mutii ſentẽtia & culpã ꝑſtandã, & diligẽtiã *l. cũ res leg. §. culpa ff. de leg. 1.* in illis verbis, an culpa, q̃ leuis eſt, aut nũquid etiã diligẽtia exigẽda eſt ab hærede & *Iaſ. ibi n. 31.* relinquitur igitur, vt ad leuẽ culpã, in dubio relationẽ habeat accedat in cõ-
20 firmationẽ, q̃ culpa lata, quãdo ponit̃ ſeparata à dolo, nõ ſimpliciter † culpa, ſed lata culpa appellat̃ *l. q̃cq̃d l. arbit. tut. l. cur. & tut. C. de neg. geſt. l. 4. ff. de magiſtr. cõuen l. 7. eo. t. iunct. gl.* Nec repugnãt deducta in contrariũ, & l. euertit̃, quoniã lata culpa ſub appellatione doli continet̃, vt plurib. oſtendim⁹, & tradit *Cag. in l. contr. n. 8. ff. de reg. iur. Alc. in l. lata culpa ff. de ver. ſig.* & ideo accipiẽdo etiã in potẽtiori ſignificatu, ea faciẽda eſt interpretatio, Iſ ſpecialiter obtinet in teſtib. quorũ depoſitio nõ debet eſſe incerta, ſed de neceſſitate, cõcludere, id q̃ nõ accidit in hac ſpecie, quãdo ad leuiſſimã culpã põt etiã referri, *Dec. d. l. contr. n. 25. Cag. ib. n. 9. in fin.* Diſtinguitur aũt com. concl. quoties aliud ſuaderet materia ſubiecta, vt ſcriptũ reliq̃t *Alex. in l. ſi mora n. 9. ff. ſol. matr.* ex doctrina *Bar. in l. in vendit. § de temp. ff. de bon. auth. iud. poſſ. Saly. in l. ſi nulla C. de pign. act. Bar. in d. l. q̃ fortuitu ver. ſed dubitat Dec. in d. l. contr. n. 25.* q̃ppe venit nonnunq̃ leuiſſima culpa *l. ſi ſeruus com. §. inſt. vſq; ad ver. circa. ff. de furt. iunct. d. Bar. in l. q̃ Nerua n. 30. q. 8. ff. depoſ.* interdũ culpa lata. *l. in act. ff. de in lit. iur. iunct. gl. in ver. nõ etiã*, & plerumq; dol⁹ *l. 2. in fin. iunct. d. l. in act.* ibi ſolũ dolũ *l. Lucius. ff. ſol. matr.* ibi culpa mulieris mulctãda eſt, nã ex grauitate pœnæ arguit̃ maior culpa, q̃ leuis *l. fin. l. de repud.* in qua culpa multiplex enumerat̃, qua põt ab ea marit⁹ diuertere, & o-
21 mnis dolũ, aut latã culpã † ꝑ ſe ferre videt̃, vt viuẽte marito, aliũ ſibi virũ parare, abortũ facere lauacrũ cũ alienis viris appetere, ſimilis eſt tex in *l. ſi ex u. ſa. § ſi mulier. ff. de minor.*

Q. 4. Quæro culpa leuis cõmittitur in officiis, & magiſtratib. in contractib. in vltimis
22 voluntatib. † in delictis *Bal. in d. l. q̃ fortuitis n. 24. verb. viſo de generib. C. de pign. act. & pr. de*
23 *magiſtratib.* agẽs, dubito an de leui culpa teneant̃ & ſub nomine † magiſtratuũ aſſeſſores, atq; arbitros cõprehendo, & expeditæ q̃ſtionis eſt, eos obligari in tantũ, vt de leuiſſima quoq; teneri pleriſq; Dd. videat̃ *Bal. d. l. q̃ fortuitis ex l. non ſimiliter, ex l. in magiſtratu iuncta gl. ff. de magiſtr. conuen.* nec mirũ, quãdo reſpectu leuis culpæ magiſtrat⁹ æq̃parãt̃ tutorib. *l. præfect. cohort. ff. de ritu nupt.* q. ꝑ leui culpa obſtringunt̃ *l. tutor. ff. de neg. geſt. l. q̃cq̃d C. arbitr. Tutelæ* illud. v. nõ eſt inuoluendũ ſilẽtio, q̃ egregie tradit *Bar. in alleg. l. q̃ fortuitis*, nẽ-
24 pe magiſtrat⁹ leui culpa † peccãtes, miti⁹ puniti, vſq; adeo, vt Syndacatores in quota, vt verbis eius vtar nõ in tota debẽt condẽnare, & ſi nõ ſunt ſoluẽdo, nõ detrudent̃ in carcerẽ, ſed tenent̃, in quantũ facere poſſunt. & ſi iudex fuerit filiusfam. & peculiũ habeat nõ tenet̃ vltra vires peculii *l. ſi filius ff. de iud. gl. in §. 1. Inſt. de obl. q̃ ex malef. naſcunt.* Proinde
25 agẽs † cõtra magiſtratũ, ratione leuis culpæ nõ debet in libello, certã quantitatẽ petere, ſed debet concludere ad condẽnationem, quatenus æquum videatur bono viro, argumento *l. ſi iudex. ff. de variis extraord. cognit. Bald. d. loco n. 45.*

Q. 5. Sed hic pulchræ dubitationis ſeſe offert occaſio, vtrũ iudex, cui datũ eſt in iudi-
26 cãdo † arbitriũ ſit liberãdus ab his, quæ leui culpa cõmiſerit *Alex. in l. ſi mora col. 1. n. 2.* inquit ſi poteſtati datũ ſit arbitriũ, ita, vt nõ debeat teneri in Syndacatu, cẽſet̃ ei remiſſa tũ leuis, tũ etiã leuiſſima culpa, huic ſentẽtiæ calculũ addit *Bart. in l. ſi ſic legatũ in fin. ff. de leg. 1.* & alii plures relati à *Iaſ. ibi n. 36.* inquit hunc iudicem arbitrio ſuo poſſe iudicare dummodo dolo malo careat; eiuſdẽ ſentẽtiæ eſt *Parſ. de Syndic. in tit. de arbitriis n. 1. §. quamuis, q̃ arg. l. cum q̃dam. §. de leg. 2.* vbi rogatus reſtituere, libertas teſtatoris, quibus volet, poteſt cæteris indignũ præferre adſtipulatur, quia illud arbitriũ nullius eſſet momenti, & nihil prorſus differret ab alio iudice, cui non eſt conceſſum arbitriũ, nulla aũt diſpoſitio debet manere ſine effectu operandi, arg. tex. *in 1. conſt. C. & §. cumq; hoc Deo ꝓpitio in proœm. inſtit. Bal. in rub. C. de contrah. empt.* dicẽs in contractib. nullũ eſſe verbũ debet. q̃ nihil ope-
27 tur; ex aduerſo pugnat, q̃ arbitriũ intelligit̃, ex ratione regulatũ *Bal. in auth. iubem⁹ vbi nate C. de iud* de iure, aũt leuis culpa in iudicẽdo ꝑſtanda eſt. *d. l. non ſimiliter. & l. in magiſtratu; cum gl. ff. de magiſtr. conuen.*

Secundo

Secundo iudex habens arbitrium, propoſita debet diligenter examinare & cum
deliberatione pronunciare, argumento *l. 2. Cod. de ſent. ex breuil. recit. l. 1. Cod. quando. &
quib. quarta pars lib 10. Pariſ. de Synda, in tit. de Arbitriis, num. 11.* diligentia, autem per ſe
fert leuem culpam.

Tertio iudex conceſſo arbitrio, debet in re aliena agere, quod in ſua præſtaret
*Bart. in l. 1. nu. 5 ff. de ſolut. Tiraq. de retractu conſang. §. 35. gloſſ. 1. in fin. Dec. in l. in perſonam
§. 1. in fin. ff. de reg. iur. Bald. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine.* dicens hunc arbitrum nõn a-
liter indicaturum, q̃ vellet pro ſe iudicari, at leuis culpa eſt non adhibere in re alterius
eam diligentiam, quam præſtaret in rebus propriis Ad hanc controuerſiam dirimen-
dam op⁹ eſt diſtinctione aut hoc arbitrium iudici datum eſt liberum, aut eſt regulatũ,
ſiue fuit conceſſum arbitrium boni viri in iudicando quãdo vero liberum cenſeatur
eſſe datum arbitrium, vel regulatum, & quibus verbis vnum, vel alterum credatur
eſſe tributum, late *Bar. in extrauag. ad reprim. in verb. videbitur Iaſ. in l. ſi ſic legatum. ff. de l.
1.* & poſt eum magis diffuſe *Men. de arb. lib. 1. q. 7. & 8. & 9.* Priori itaque caſu proce-
dit prior opinio, vt ſc. videatur, leuis culpa remiſſa, quippe de his tenetur dũtaxat, quę
dolo geſſit *Ang. in l. ſi à milite. §. poſt éãctum de teſt. mil.* inquiẽs conceſſo libero arbitrio,
28 non dici conceſſum, quod contra bonos mores eſt, & hinc inferunt omnes † hunc iu-
dicem obligari, ſi quid per dolum malum egerit, nempe enormiter aliquem læſerit, ex
qua dolus te ipſa proficiſcitur *Bald. in Rub. de pœna Iud. qui male iud. nu. 2 Saly. in l. vlt. col.
1. eodem tit. Men.* plura congerens *lib 1. q. 13. cum ſeq.* ratio eſt, quia ab omni diſpoſitio-
ne cenſetur, dolus excluſus, *Socc. Sen. conſ. 159. col. vlt. lib. 2. & in l. cum filiusfam ff. de verb.
oblig.* intelligens de dolo ex propoſito, non in dolo præſumpto, ſed aduerſantur, quæ
tradit *Men. d. q. 13.* in qua de præſumpto dolo diſſeritur, & prædicta concluſio obtinet
ſiue liberum arbitrium ſit conceſſum à Principe, ſiue a partibus in re propria, ſemper
enim intelligitur, vt dolus abſit, & iuſte arbitretur. *l. ſi libertus ita iurauerit. ff. de operis lib.
Alex. conſ. 37. lib. 2. n. 32. Dec. con. 430. col. 2. verb. 2. concl.* & alii copioſè deducti à *Men. d. q.
13.* at qui de leui, tantum de dolo obligatur, leuis culpę nomine non tenetur, vt mani-
feſtum eſt exemplo Depoſitarii *l. contractus. ff. de reg. iur.*

In ſecundo autem caſu quando datum fuerit regulatum arbitrium, verior eſt poſte-
29 tior ſententia tum ex adductis rationibus, tum quia † Iudex habens regulatum arbi-
trium, debet ſequi Canonẽ iuris rationis; & æquitatis *Iaſ. in d. l. ſi ſic legatum. n. 22.* & vt
inquit *Curt. in tract. monet q. 1.* debet iudicare ſecundum mentem legis iuris, rationis,
& æquitatis *Bal. autem in conſ. 211. li. 4.* illud malum, ait ab hoc iudice æquitatẽ ſpectan-
30 dam, cum ſit Theriaca † contra venenum iniuſtitiæ. Nec eſt abſurdum, vt nulla ſit dif-
ferentia inter hunc iudicem, & illum, cui non ſit datum arbitrium, videtur enim ita
fuiſſe de mente concedentis, nam alias liberum dediſſet arbitrium; propterea multi-
plici differentia, ſeparantur, etiam ſi in eo puncto conueniant, vt ecce apud Iudicem
ſine arbitrio eſt neceſſarius libellus non coram illo, qui regulatum etiam habet arbi-
trium: Secundo apud illum neceſſaria eſt litis cõteſtatio, ſecus apud iſtum, *Ro. con. 515.
in fin. Iaſ. in §. præiudicialis. num. 5. Inſt. de act. & conſ. 2. col. 2. lib. vol. 2.* quibus conueniunt
cumulata a *Menoch. lib. 1. de Arbitr. quæſt. 18. cum multis aliis ſeq. quæſt* in quibus alias dif-
ferentias congerit.

Quæſt. 6. Quæro de leui culpa in officiis, & primum de tutore, cuius munus pu-
blicum eſt, *§. 1. Inſt. de excuſ. tutor, & Cur. l. Pupillus. §. munus ff. de verb. ſignif. l. nullus Cod. de
Decur. lib. 10.* is ergo, non ſolum de dolo, & lata culpa tenetur, verum etiam de leui. *leg.
tutori C. de neg. geſt. l. quicquid C. de arb. tut. Bart. in l. quod Nerua q. 10. ff. dep. Bal. in d. l. quæ for-
tuitis ver. ſed dubitatur. n. 47. Dec. conſ. 274. n. 3. & 4.*

31 Ratio, cur † non obligetur, etiam de leuiſſima eſt, quoniam eſt officium neceſ-
ſitatis, & datur inuitis, *Bart. & Bald.* in alleg. locis, quare ſi quis ſponte ſe obtuliſſet ad
32 leuiſſimam quoque culpam cenſeretur † obſtrictus, à ceſſante ratione, vt ſentit *Dec.
d. conſ. 274. num. 3. Bald. d. l. quæ fortuitis, num. 45. & 46. argumento l. 1. §. ſæpe ff. depoſit. c. 1. de
poſ.* leuiſſimæ culpæ nomine tenebitur ſi tutor ſpecifice ſe obligaſſet reddere bonam
adminiſtrationis rationem, vt ea verba aliquid operentur; *l. ſi quando. §. 1. ff. de leg. 1. c. ſi
Papa de priuil. in 6. Dec. d. conſ. 274. Ruy. conſ. 89. num. 8. vol. 9. & conſ. 108. vol. 1. Borgn. de Tu-
33 tor, & Curator. numero 120. verb.* Imò, quando de tutor. declara tamen † in hærede
tutoris. vt ſcilicet de leui culpa à tutore commiſſa regulariter non teneatur, ſed de la-
ta duntaxat *leg. 1. vbi Bald. Saly.* & alii per illum text. *Codice de hæred. Tutor.* niſi vel lis
iam fuiſſet cum defuncto conteſtata, vel ex damno pupilli eſſet lucrum captatum,

34 vel cum tutor pupillo potuiſſet acquirere, aliis ceſſit *di. l. 1.* tutor præterea aliquando †
pro leui culpa non obligatur, nempe, ſi in non exigendo credito pupilli, per leuem
eius culpam, nomina debitorum facta eſſent deteriora. *l. Nomina, & ibi Saly. C. de arbitr.*
35 *tut. l. tutor, qui repertorium. §. competit de adm. tut.* Quæro † de curatore, qui in duplici eſt
differentia, Curator n. alius eſt bonorũ Minoris, vel furioſi, alius eſt Curator ad lites
quo ad primum expeditiſſimum eſt teneri eũ ad ſimilitudinẽ tutoris de leui culpa. *d. l.
tutor C. de neg. geſt. l. quicquid C. de arb. tut.* non de leuiſſima quibus ſuffragatur eadem ra-
tio ex neceſſitate offici. *Bald. in l. quæ fortuitis num. 47. verb. ſed dubitatur.* Quod ſpectat
36 ad curatorem † datum ad lites controuerſi iuris articulus eſt, quippe videtur ad leuiſ-
ſimam etiam culpam aſtrictus, cum officium ſit voluntarium, & ita à ceſſante ratio,
capit. cum ceſſante de appellat. ſi quidem non eligitur inuitus. *leg. 3. §. ſi pupillus. ff. de
tutor.* accedit text. *in leg. A procuratore. Codic. mandat.* iuncta gloſſ. ibi omnem culpam,
nec non oſtenditur ex illis verbis *leg. omnem culpam*, & non improuiſum caſum præ-
ſtandum, nam ſi excluditur fortuitus caſus tantum, omnis culpa includitur *Cyn. & Ia-
cob de Aren.* ibi & *Dyn. in c. contractus de reg. iur. in 6.* Contrarium tamen, quod imò de
leui culpa duntaxat, debeat condemnari, placet *Baldo in l. quæ fortuitis, numer. 48.* quia
munus publicum eſt, ſicut eſt tutela, merito idem, quod in tutore, eſt ſtatuendum ar-
gumento. *l. properandum. §. fin. C. de iud.* in quo tutores, & curatores ad lites procedunt à
pari, & cum muneris ſit publici, conſequens eſt, vt detur inuitis, & ideo regeritur pri-
or argumentatio, cui nõ repugnat, *l. qui habet. §. ſi pupillus*, quoniam probat curatorem
non dari inuito adoleſcenti, id eſt, niſi petatur, non autem, quod ipſe Curator non de-
tur inuitus. Nec facit negocium argumentum Procuratoris ad lites, quippe quia of-
ficium eſt voluntarium, & propter tacitam aſſertionem induſtriæ, quam profeſſus eſt
37 ſuſcipiens mandatum atq. *l. ſi quid vend. ff. de C. de edilit. edict.*

Tertio quæro † de executoribus vltimarum voluntatum, qui ſunt quaſi procu-
ratores conſtituti poſt mortem teſtatoris *l. ſi non remunerandi. §. fin. ff. mand. cap. 2. de teſt.
lib. 6.* & dicuntur exequutores vltimæ voluntatis, eadem ratione, qua publici iudicũ
38 Miniſtri, propterea quod ſententiam teſtatoris iſti, ſicut illi Magiſtratuum ſenten-
tiam exequuntur: teſtam. enim ſententia dicitur, *leg. 1. ff. de teſt.* & ſunt † in duplici dif-
ferentia, Alii vniuerſales, alii particulares: vniuerſales ſunt, quando teſtator nullos
ſcripſit hæredes in ſpecie, ſed pauperes Chriſti, vel pia loca, iubens bona ſua per hu-
iuſmodi teſtamentarios exequutores diſtribui, & hoc caſu cenſentur exequutores
quodammodo hæredes. *l. id quod pauperibus, & l. ſi quis ad declinandum. C. de epiſc. & Cler.*
Particulares vero exequutores, qui ſimul cum aliis hæredibus teſtamento ſcribun-
tur ad variarum cauſarum executionem, quia de fide hæredum dubitat forſitan de-
39 functus. *l. alio de hærede. ff. de alim. & cibar. leg.*

Quæſtionis autem eſt, an † exequutores teneantur de leui tantum, an etiam de
leuiſſima & ad iſtam non obligari dixit *Bald. in l. quæ fortuitis, num. 52. verb. quæro, de exe-
quutoribus* multa cumulans, quo vero ad leuem, *l. ſi ſeruus. §. cum aliquid. ff. de leg. 1.* ita di-
ſtinguit: aut nullum conſequitur commodum ex teſtamento & non tenetur de le-
ui, ſiue hoc faciens ſit Merus exequutor & nudus Miniſter, ſiue ſit Mixtus exequutor,
vt eſt legatarius qui iuſſus eſt reſtituere, & facta exequutione, nihil apud eum rema-
net Commodi, aut capit aliquam vtilitatem, & ad leuem culpam erit obſtrictus, idem
40 quoque videtur ſentire *Bald. in l. cum res. §. culpa. ff. de leg. 1. & ibi Imol.*

Quæro † quarto de Agrimenſore, & de Proxeneta, & *Bald. in l. quæ fortuitis, num.
45.* reſpond. vtrumq; de lata culpa teneri, non de leui. *l. 1. §. 1. ff. ſi Menſor falſ. mod. di-
xer.* ibi hæc actio dolum malum duntaxat continet, & infra lata culpa dolo compara-
bitur, redditurq; ratio à IC. ſane egregia, & *l. 2. ff. de proxenet.* iuncta gloſ. quæ arguit de
41 proxeneta ad Agrimenſorem.

42 Quid † in Aduocato *Fulgos, & Cyn. in Rub. C. de procur.* quin in Nuntio † *Bald. in
l. à Procuratore. C. de mand.*

Quæſt. 7. Quæro de leui culpa in contractibus, & primo de contractibus nomina-
tis in quibus videtur hæc recepta diſtinctio, aut celebrantur gratia dantis tantum,
vt accidit regulariter in depoſito, & tunc leuis culpa non obligat accipientem, ſed do-
lus tantum, & lata culpa. *l. contractus. ff. de reg. iur. l. ſicut certo. §. nunc videndum*, vbi red-
ditur ratio. *ff. commod. l. 1. C. depoſit. §. præterea. Inſtitut. quibus mod. re contrah. obligatio*
43 *Bartol. in leg. quod Nerua quæſt. 8. num. 30. ff. depoſit. Bald. in l. quæ fortuitis Dec. in leg. contra-
ctus in princ.* limitatur ſi depoſitum gratia † Depoſitarii eſſet celebratum, Rurſus, ſi ſe

De-

Google

Depoſitarius obtuliſſet depoſito, nec non ſi pecuniam pro cuſtodia rei depoſitæ ac-
44 cepiſſet, his enim caſibus ad leuiſſimã † quoq; culpam obligatur. *Dec. d. l. contractus à*
n. 2. vſq. ad nu. 7. declarans, an vera ſit limitatio in eo, qui ſe obtulit depoſito, & nullam
45 capit ex eo vtilitatẽ. Limitatur etiã, vt depoſitarius aliquãdo de caſu fortuito teneatur, †
nempe ſi depoſitũ fuiſſet in pecunia numerata, cum promiſſione de reſtituendo tan-
tundem *l. Lucius, & l. Dies ſponſaliorum. ff. depoſit*, in quibus redditur ratio, quoniam tũc
contractus egreditur notiſſimos fines depoſiti *Dec. d. l. num. 8.* Nec obtinet in act. depo-
46 ſiti directa. In actione vero contraria venit leuiſſima culpa, ſi depoſitum factum ſit †
gratia deponentis *l. ſi ſeruus communis. §. idque euidentius. ff. de furt. Bart. d. quæſt. 8. l. quod*
Nerua, & Bald. d. l. quæ fortuitis. num. 56. verb. ſed hic aduertendum. citans *l. pen. ff. Commod.*
eam rationem, quoniam contrariorum, contraria eſt ratio, & diſpoſitio. *l. fin. ff. de leg. 3.*
Si vero celebratum ſit depoſitum gratia Depoſitarii in actione contraria venit lata
culpa, quãdo in directa venit leuiſſima culpa, & ſi gratia vtriuſq; initum ſit depoſitum
47 vterque de leui tenetur *Bart. d. q. 4.* Quæro de contractu † mandati, qui ſolet etiam ce-
lebrari gratia mandãtis, & videtur leuis culpa contineri in actione directa *d. l. Contra-*
ctus, ibi dolum, & culpam mandatam. Plane diſtinguendum eſt ſecundum *Bart. in leg.*
quod Nerua. q. 9. & Dec. *d. l. contractus, n. 27.* aut mandatum eſt de re modica, aut nullam
requirens induſtriã, & tunc mandatarius de dolo, & de lata culpa tenetur non de le-
ui, exemplum eſt in fideiuſſore, vt ſoluat; in Nũtio, vt ferat literas. *l. ſi fideiuſ. in pr. & §. 1.*
ff. man. aut requirit mediocrem ſaltem diligentiam, vt emere vendere, vel negocia ge-
rere, & tunc continetur etiam leuis culpa, & ita intelligitur *d. l. Contractus, & l. ſi procu-*
ratorem. § fin. ff mand. & l. in re mandata. C. de mand. aut vero poſtulat magnam diligenti-
am, cuiuſmodi eſt mandatum ad l tes & tunc obligatur etiam de leuiſſima. *l. à procur.*
C. mand. Alex. conſ. 41. lib. 3. inferens, quod Capitaneus Galeatum de leuiſſima culpa
tenetur quoniam id genus negocii exactiſſimam diligentiam requirit; Ratio ſpecia-
litatis in mandato quod ſolitum eſt gratia mandantis contrahi: eſt, quia ſuſcipiendo
mandatum, videtur aſſerere ſe induſtrioſum, cum propter induſtriam eligatur pro-
curator. *Bart. d. quæſt. 9.* aſſerens hæc in actione directa ſibi locum vendicare in actione
autem contraria venire leuiſſimam culpam. *d. l. ſi ſeruus communis. §. ſi vero, & §. ſequen-*
ti. ff. de furt.

48 Quæro quid † in precario, & profecto videtur, cum fiat gratia accipientis, con-
tinere leuiſſimam culpam, vt dicemus in commodato, verumtamen non tenetur, niſi
de dolo, & lata culpa *d. l. contractus. Bart. d. l. quod Nerua. num. 36. quæſt. 13. per tex. in l. quæſi-*
tum § illud ff. de prec. Limitatur vero, ſi is qui precarium rogauit fuiſſet in mora, nã ad
leuiſſimam culpam obligatur. *d. l. quæſitum. §. ex hoc, & ſeruitute*, Ratio vero diſcriminis
inter precarium, & commodatum eſt, quia precarium poteſt ad libitum concedentis
reuocari, & cum in hoc grauetur recipiens, eſt in altero releuandus. *d. l. quæſitum. §. e-*
um q. q. Commodatum vero, non reuocatur niſi finito vſu. *leg. in commodato. §. ſicut. ff.*
Commod. c. 1. ff extr. Commod. Dec. *d. l. contractus, numer. 28.* Bart. *d. l. quod Nerua. numer. 36.*
49 Aut contractus celebratur † gratia vtriuſq; contrahentis, vt in emptione, locatione,
pignore, dote, negotiorum geſtione, ſocietate, & fit condemnatio, tam ex lata, quàm
ex leui culpa *d. l. contractus*, & ibi Dec. *num. 31. cum ſeq. vſq. ad num. 41. l. hæres. §.* non tan-
tum, & *l. puto. §. ſed ſi. famil. hercis Bald. d. l. quæ fortuitis, num. 55.* Bart. *d. l. quod Nerua. num.*
50 *30. vſq; ad n. 36. & q. 4.* Aut ſi gratia recipientis † tantum, vt in cõmodato, & venit in cõ-
demnationem leuiſſima culpa. *l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. Commod.* in illis verbis;
verior eſt Q. Mutii ſententia culpam eſſe præſtandam, & diligentiam, quin imo in-
terdum, & de periculo Cõmodatarius tenetur, nempè, ſi rem commodatam æſtima-
tam accepiſſet, vel ſi culpam ante caſum commiſiſſet, tunc enim ad caſum obligatur
d. § nunc videndum in fine. Si vero Commodatum, vt accidit nonnunquam, fiat gratia
dantis tantum, veluti ſi ſponſæ, aut vxori ſuæ commodauerit, quò honeſtius culta ad ſe
deduceretur, vel ſi ludos Pretor edens ſcenicis commodauit non poteſt fieri cõdem-
nario, niſi ob dolum, vel latam culpam ad inſtar depoſiti, *d. l. ſi vt certo. §. interdum.* At
ſi celebretur gratia dantis, & accipientis vſq; ad leuem culpam naſcitur obligatio. *d. §.*
nunc videndum, verbo ſed vbi; vtriuſque rationem differentiæ explicat *Bald. in l. quæ*
fortuitis, num. 54, nimirum, quia ſecundum naturam eſt, vt quem ſequũtur commoda,
eundem quoq; ſequantur incommoda.
51 Hæc † in contractibus nominatis valent; quæro quid dicendum in contractibus
innominatis. *Bart. in d. l. quod* Nerua, *n. 36. q. 14.* inquit: contractus innominatos iudica-

ri,ſecundum naturam illorum contractuum nominatorum quibus comparantur. *l.*
naturalis.§.ſed ſi facio ff. de præſcript. verb.l.1.§.ſi quis ſeruum.ff depoſit.l.cum qui.§.ſi inſpecto-
ri.ff.commod. & propterea dolus, & culpa præſtabuntur, aut veniet dolus tantum, ſe-
cundum, quod nominatis contractibus aſſimulantur, *d.l.1.§.ſi quis ſeruum verb.* in con-
ducto, & locato, & in negocio ex quo diximus præſcriptis verbis dandam actionem
dolum, & culpam præſtabunt.

Quæſt. 8. Quæro de culpa in vltimis voluntatibus, & diſtinguo cum *Bartol.in l.*
52 *quod Neruа num.30.quæſt.15.* † Nam ex intentione Petri inquit, aut hæres percipit mo-
dicam vtilitatem, fideicommiſſarii autem, quibus eſt reſtituendum magnam vtilita-
tem capiunt, & tunc ob dolum, & latam culpam ſequitur condemnatio. *l.mulier.§.ſed*
enim.ff. ad Trebell. aut ex diuerſo, hæres magnam vtilitatem ſentit, modicam vero is,
cui eſt facienda reſtitutio, & hoc caſu leuiſſima culpa venit in condemnationem. *l.rō*
res.§.culpa.ff de leg.prim. aut æquale eſt vtriusq; commodum, & tunc de leui culpa na-
ſcitur oblig. *l.ſi ſeruus.§.cum quid.ff.de leg.1.coniuncta l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff. Co-*
53 *mod.* & huic diſtinctioni adhæret *Bald.in l.quæ fortuitis,n.26.* vbi quærit etiam † de cul-
pa in delictis, remittens ſe ad ea, quæ ſcripſit in *l.ſi quis, non dicam rapere C. de Epiſcop.&*
Cler.& in l. Diuus in fin.ff. de off præſid. & cum in pleriſque delictis deprehendatur leuis
culpa, præcipue vero in incendio, in quo frequentius videntur receptæ iſtæ conclu-
ſiones, & prima quidem eſt Conductorem domus teneri, ſi leui eius culpa domus cõ-
buſta ſit *Gram.deciſ.3.nu.11.* ratio eſt, quia conductor leuem culpam præſtare tenetur.
l.ſi quis fundum.§.locati. ampliatur, vt obtineat in omnibus qui ex contractu de leui cul-
pa obligantur. *l Capitalium.§.incendiarii.ff.de pœnis.* Secunda concluſio is, cuius leui cul-
54 pa eſt exortum † incendium, tenetur etiam vicinis emendare damnum, *Marſil.in l.1.n.*
15.ff.de Sicar. Saly. inter conſ.crim. diuerſorum conſ.32.lib.1. ratio eſt quia culpa præcedens
caſum in re aliena, obligare conſueuit. *l.qui occidit.§ in hac.ff.ad l.Aqu.cap.ſi egreſſus extra*
de in iur. cui accedit, quid factum vnius trahere alium in periculum nõ debet. *l.ſi ſeruus*
ſeruum.§.ſi fornacarius.ff.ad l. Aquil. Tertia concluſio leuis hæc culpa non obligat Do-
minum ex facto ſuæ familiæ, niſi is dediſſet incendium, qui ad ignem cuſtodiendum,
vel ad coquinã ſeruãdũ eſſet deputatus *d.§.fornacarius Gonz conſ.63.n.24. Gram.d.dec.3.*
num.12. vel niſi ſerui eſſent nequam, & facinoroſi, *l.1.§ familiæ.ff.de pub.* Quarta concl.
leuis culpa obligat incendiarium ad pœnam quoq; criminalem, & ob id formari cõ-
tra eum poteſt inquiſitio. *Bald.in lege data opera num.5.C. qui accuſ.poſſ.* niſi leuis culpa
55 eſſet in omittendo, eo quippe caſu punitur extra ordinem arbitrio † iudicis. *Zoannet-*
tus in tract.de differ. iuris ciuilis,& canon.numer. 201. Quinta concluſio leuis hæc culpa
quando dicitur commiſſa iudicis remittitur arbitrio vt ſc. ex qualitate perſonæ habi-
tantis, & quantitate ignis, atq; ex familia quam in domo habuit, iudicet an ſua culpa
incendium ſit exortum, *Bald.conſ.442.in fin.lib.2.* Sexta concl. ad tollendam hanc le-
56 uem culpam recepta † eſt cautela, vt is, qui habitat, probet ſe peruigilem, & in domo
diligentem, & tempore noctis conſueuiſſe admonere ſeruos, vt ignem diligenter
cuſtodiant. *Bald d.conſ.442.in fin.* Has omnes concluſiones multis authoritatibus mu-
nitas, eſt inuenire apud *Menoch de arbitr.cent.4 caſu 390.num.12. in ſequent. verb.* quar-
tus eſt caſus vſque ad verſ. quintus eſt caſus, videndus eſt autem ad materiam. *Soc.in c.*
6.extr.de iniur.& damno dat.

Quæſt.9. Quæro an damnum datum, culpa leui, debeat in conſcientiæ foro emẽ-
57 dari. Nam de dolo, & lata culpa † eſt plus, quam manifeſtum, & videtur emendandũ
ex regula probatiſſima. Quod lex ciuilis iuſta, & nõ nutriens peccatum obligat in fo-
ro conſcientiæ, *Ancar.in reg.poſſ.de reg.iur.in 6.facit.c.2.de verb.ſignif.lib.6.Bald.in c.quæ in*
eccleſiarum extr.de conſtit. cuiuſmodi eſt in hac ſpecie, cum peccatum non nutriat, ſed
requirit diligentiam, ne proximo damnum inferatur.

Porro autem contraria ſententia eſt pluribus ſuffragiis probata, & conſtat ex *Go-*
meſ.in tit.de delict.c.fin.n.3.in fin.verb circa prædicta, latiſsime. Fely.in c.ſicut dignum num.17.
extr.de homic. & fuit opinio. *Innoc ibi Abb.in c.1.de Conſtit.col.7. in fin. & in c.ſi egreſſus de*
iniur. & in c.delicti de arbitr.in 3.colum.Summ.Silueſtr.in parte de reſtit 3.verb. 12. probatur
argumento *text.in c.inebriauerunt 15.quæſt.* 1. Confirmatur ratione, nam lex ciuilis
58 † condemnans ad emendationem damni, eſt fundata in quadam præſumptione
malignitatis quam præ ſe fert illa negligentia. *Fely. dict.loco verb.ſed certe,* & ideo ſuc-
cedit Theorica. *Baldi in l. cum quis colum.10. Codic. de iuris,& fact. ignorant.* quod
lex ciuilis fundans ſe ſuper præſumptione non ligat in foro conſcientiæ, quando

habetur

habetur veritas, eneruans illam præſumptionem idem ſcripſit in *l. Eaqua. C. de cond. indebit.* & in *authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccleſiis.* idem que iuris eſt in *l. Canonica*, quæ ſe fundat in præſumptione ſi in veritas eſt in contrarium *Ioan. Andre. in cap. ſi quis fidem extra de ſponſ.* & ſi quis obiiceret, quod lex in lata culpa ſeſe quoque fundat in præſumptione & tamen ligat in foro conſcientiæ, *Innoc. in d. c. ſicut dignum Fely. ibi num.* 17. Solutio ſit, quod præſumptio eſt adeo vehemens & indubitata, vt æquipolleat veritati, & hac manente ratione, non facit negocium argumentatio contraria, nam aptiſſima eſt reſponſio, ſi quidem obtinet quoties lex, nõ ſit in præſumptione fundata, ſoluit, & alio modo. *Abb. d. c. ſi egreſſus*, ſed non refero ſolutionem, quoniam eam iure improbat, *Felyn. in d. c. ſicut dignum.*

Quæſt. 10. Quæro, an credendo culpa committatur. gloſſ. eſt magiſtralis in *l.*
59 *1. in verb quam vis. ff. de eo per quem factum eſt*, † vbi Alexand. & Angel. nec *non Ioan. An-*
dre. in add. ad Specul. in Rubric. de obligation. & ſolut. in 3. colum. in verb. quæſtionem. Domini
60 mei, vbi determinauit quæſtionem an ſi quis debitor † falſo per ſuaſus, à Titio, quod
eſſet procurator ſui creditoris, pecuniam debitam ſoluerit liberetur, & *Alex. in d. l. n.*
ex intentione Angeli ait, non eſſe in culpa, ſi quis crediderit viro digno, imo quod cre-
dens viro bono, dicitur eſſe in bona fide valida ad vſucapiendum, multosque alios ca-
ſus congerit eo loco Angel. in quibus aliquis credendo excuſatur, ſicut in multis, cul-
pam committit, nẽpe ſi credat diuinationibus, & incantationibus, nam Chriſti fidem
61 perdit *c. epiſcopi in ſequen. 26. quæſt.* 5. qui credunt etiam hæreticorum † erroribus ſunt in
culpa *cap. excommunicamus el. 2. extr. de hæret. & c. poteſt fieri. §. quod ergo de pœnis. diſt.* 1.
ego vero dolo magis aſcribere, aut certè culpæ latiſſimæ. Sed an econtra, committa-
tur culpa non credendo, facit. *l. ſi fundum. cum ibi not. per Cyn. C. de rei vend. per Bartol. in*
l. Non ſolum. §. morte in 2. & 3. ſpecies proteſtationis. *ff. de non. oper. nunciat*, quos citat A-
62 *lex. d. l. 1. n.* 5. tandẽ pro corohide addo, quod leuis culpa in reb. † cõmunibus, aliter cõſi-
deratur, quã in reb. prorſus alienis, ſiquidem in alienis talis exigitur diligentia, qualẽ
diligens paterfamilias ſolitus eſt præſtare, *l. ſi cum venderes. §. fin. cum l. ſeq. ff. de pign. act.*
l. ſi Procurator. ff. ad l. Aquil. in communibus autem talem ſufficit præſtare diligentiam,
qualem in ſuis rebus adhibere conſueuit. *l. Hæredes. §. non tantum ff. fam. herciſ.* Bart. in *l.*
quod Nerua verb. ad primum, & verbo ad ſecundum, & in *l. 1. ff. de ſol.* Demum ſicut ex-
63 poſuimus in dolo, ſic quoq; in culpa † recipiendũ eſt grauiorem eſſe in faciendo. *l. ſi cu-*
tus. § de prætentis. ff. de vſufructu. l. ſi mora, iuncta gloſſ. & ibi Bald. *ff. ſoluto matrimonio.*
conuenit text. in *l. excipiuntur*, & in *l. Cornelia ad Syllan.* Culpa præterea tribus modis
64 † committitur, in facto, §. *impertia, inſtitut. ad l.* Aquiliam. *l. qua actione.* §. *Celſus. ff. eod.*
titul. poſt factum, vt Medicus, qui bene ſecuit, ſed curam dereliquit. § *præterea inſtit.*
de l. Aquil. *l. Idem ius eſt. ff. eod* quo modo autem culpa probetur, & quo pacto etiam pur-
getur, explicatum eſt ſupra de lata culpa, *quæſt. 16. & quæſt.* 20.

De leuiſſima culpa. Cap. IIII.

1 *Vtrum detur in iure leuiſsima culpa.*
2 *Leuiſsima culpa exacta diligentia dicitur.*
3 *Cur dicatur leuiſsima culpa.*
4 *Leuiſsima hæc culpa, non dicitur maleficium & an habeat pœnam ordinariam:*
5 *Quid ſit leuiſsima culpa.*
6 *Culpa leuiſsima in faciendo; aut in omittendo, & vna præponderat alteræ.*
7 *Culpa leuiſsima pro conditione perſonarum vario modo imputatur:*
8 *Vtrum leuiſsima culpa in faciendo, æquiparetur leui culpa in omittendo.*
9 *Diſtinctio in hoc articulo:*
10 *Vtrum diligentiſsimus paterfamilias in ſuis rebus, ſit in leuiſsima culpa, ſi diligentiſſ. non ſit in rebus alienis.*
11 *Numquid leuiſsima culpa in omittendo, veniat in* l. Aquilia.
12 *Diſtinctio in articulo.*
13 *An iudices, & Magiſtratus de leuiſsima teneantur.*
14 *Magiſtratibus æquiparantur tutores:*
15 *Iudex, quando dicatur litem ſuam facere.*
16 *Iudex, an faciat litem ſuam, ſi condemnato licuit appellare.*
17 *Diſtinctio, quomodo iudices leuiſsimæ culpæ nomine obligentur.*
18 *Iudices non rogati, ſuſcipiunt iudicandi munus; ſed rogantes, imo, & munera dantes:*
19 *In contractibus; quatenus veniat latiſsima culpa.*

20 *In commodato, an leuiſſima culpa contineatur.*
21 *Commodatarius tenetur quandoq; de caſu fortuito, aliquando de leui culpa tantum, non unnquam de ſolo dolo.*
22 *Vtrum commodatarius de furto vel incendio rei commodatæ teneatur.*
23 *Diſtinctio in articulo.*
24 *Vtrum furtum computetur inter caſus fortuitos.*
25 *Quid veniat in actione contraria commodati, remiſſiue.*
26 *In precario vtrum veniat leuiſſima culpa, vel leuis.*
27 *Differentia inter commodatarium, & precarium.*
28 *Leuiſſima culpa propter moram, obligat in precario.*
29 *Depoſitarius tribus caſibus tenetur de leuiſſima culpa.*
30 *In contractu mandati, an contineatur culpa latiſſima.*
31 *An in contractu Tutelæ.*
32 *An in actione negociorum geſtorum.*
33 *Leuiſſima culpa, an & quatenus veniat in actionibus directis, & contrariis.*
34 *Quæ ſint actiones contrariæ, quæ actiones directæ.*
35 Actio directa, multifariam dicitur.
36 Actio contraria, quæ ſit, & quomodo diſtinguatur à directa.
37 *In contractibus innominatis, an veniat leuiſſima culpa.*
38 *Vtrum in vltimis voluntatibus puniatur culpa.*
39 *In iudicus, an leuiſſima culpa puniatur criminaliter remiſſiue.*
40 De leuiſſima culpa in officiis tutelæ, procuratoris Aduocationis, nũcii, exequutoris, teſtamenti, cuſtodis carcerum, Agrimenſoris, Proxenetæ & num. 41.
42 *Vtrum culpa vnius Rei credendi noceat alius, & vnius Socii alius, & remiſſiue.*
43 *Culpa leuiſſima quomodo probetur, iuris præſumptione & teſtibus.*

QVæſt. 1. De leuiſſima culpa tractaturus, quæro primum an detur in iure culpa le-
1 uiſſima & tutior videtur opinio affirmatiua, quæ omnium eſt † recepta ſuffragio.
Bart. in l. quod Nerua num. 27. & 28. ff. de poſſeſſ. Dec. *Cagnol. & alii in l. contractus. ff. de reg.*
iuris gloſſ. & Doctor. *in §. item is, & §. præterea. inſtitut. quibus mod. re contrah. obligatio* fauet
huic ſententiæ, quoniam datur in iure culpa minor, quam ſit leuis culpa, vt palam eſt
ex *l. 1. §. is vero, qui vtendum. ff. de action. & obligat. verbo et ſufficit. §. item is. §. nec ſufficit et inſtitut. quibus modis re cont. obligatio.* facit. *l. in rebus. ff. commod.* vbi non ſufficit
adhibere in re commodata, eam diligentiam, quam aliquis in rebus propriis adhibet,
ſed quam pręſtat diligentiſſimus paterfamilias, erit ergo leuiſſima. Ex aduerſo pugnat,
quod nullibi reperitur in iure nominata culpa leuiſſima vt manifeſtum eſt ex allegat.
2 iuribus, in quibus de leuiſſima culpa agitur, & diligentia † vocatur, aut cuſtodia, aut
diligentia exactiſſima, numquam dicitur culpa leuiſſima. Ad tollendam hanc controuerſiam, ſunt conſtituendi duo caſus, an hæc culpa quam ſcribentes leuiſſimam
dicunt detur in iure, & ſuper ea leges diſponant, & expeditum eſt eam dari, ex his,
quæ diximus in prima opinione. Secundus caſus eſt, an iſta culpa dicatur à lege leuiſſima an vero ſit nomen magiſtrale Doct. & in his terminis, videtur tenenda poſterior ſententia quando quidem in allegatis legibus, cuſtodiæ, & diligentiæ nomen habet, cæterum idem eſt reſpondendum, in hoc quoque per textum quem puto eſſe vnicum in iure in *l. in lege ff. ad l. Aquil.* in qua *Vlpian. l. ait in l. Aquil.* leuiſſima culpa venit.
Quæſt. 2. Quæro cur appelletur leuiſſima culpa, forſitan quia leuiſſimum
3 damnum inferatur ex ea? nequaquam, quia † per eam incendia ſæpe committuntur, vt ſupra expoſitum eſt, quibus grauiſſima inferuntur incommoda, ſed, vt *Bald. ait in l. quæ fortuitis num. 39.* quoniam minima eſt culparum, vel vt inquit *num. 55* cum lata
culpa appelletur grauiſſima hæc ad eius differentiã non iniuria dicitur leuiſſima, confirmo ego rationem, quippe culpa dolo proxima. grauis culpa, non ineleganter dicitur, quamuis ſæpius appelletur culpa lata, ita eo leuior eſt. quo à dolo remotior, iſta vero remotiſſima eſt inter omnes, leuiſſima igitur non iniuria dicitur. Arbitror etiam dici poſſe leuiſſimam, quia cæteris facilior ſit ad committendum, & pauciſſimi ſunt. qui
non incidant in eam, nec mirũ, cũ pŧermiſſa exactiſſima diligentia cõmittatur, *l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. l. 1. §. item is. ff. de actio, & obligat.* ſicut in ſimili appellatur cõditio leuiſſima in legatis, quæ inter plures facilior eſt ad implendũ, *l. in libertatibus. ff. de man. teſt. l. leuiſſ. ff. de cond. & demonſtr.* cenſeo quoq; hanc culpam poſſe minimam appellari, ſiquidem cum lata culpa dicatur Magna, *l. Magna. ff. de verb. ſig.* leuis eſt
minor leuiſſima ergo recte minima nominatur, atq; hinc etiã euenire puto, vt hęc cul-
pa non

pa non dicatur † maleficium, ſecundum *Cyn. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & Cler. Bald. in l. cunctis. C. ſin. reg. & in l. quæ fortuitis*, idem *Bald.* ait in hac culpa non eſſe pœnam ordinariam, id quod tamen apud me non eſt ſine dubitatione, quando exploratí iuris eſt eam venire in *l. Aquilia*, cuius ordinariam eſſe pœnam in *§. his autem verbis, & §. cap. Tertio*, in fine *Inſt. ad l. Aquil.*

Q. 3. Quæro, quid ſit leuiſſima culpa, & *Bart. in l. quod Nerua num. 27. & ſeq.* reie-
5 ctis † aliorum definitionibus, maxime gloſſ. *in §. pen. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* putat ita definiendam, vt ſit deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam habent homines diligentes, & diligentiſſimi eiuſdem conditionis, & profeſſionis, atque hæc poſteriora definitionis verba, inquit *Bart.* eſſe declaranda ex *l. 1. §. is quoque. ff. de act. & oblig. ex l. in reb. ff. commod. ex §. is quoque cui res. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* plane hæc de-
6 finitio, videtur conuenire tantum leuiſſimę culpæ in † omittendo, cum dicat eſt deuiatio, & tamen culpa leuiſſima non in faciendo conſiſtit, ſed facilis eſt, & expedita reſponſio, nam deuiatio ab ea diligentia, &c. vtramque culpam continet, ſiquidem diſcedendo ab ea hominis diligentiſſimi diligentia, faciens, quod ille non faceret, & prætermittens, quod ille non omitteret. B*ald. vero in d. l. quæ fortuitis nu. 39.* verbo venio ad. ita definit. Eſt deuiatio à legis diſpoſitione, in eo quod lex diſponit, eſſe diligentiſſimá, veluti non diligentiſſime cuſtodire rem. tuæ cuſtodiæ commiſſam, *l. Diuus ff. de off. præſid. in fin.* aut non diligentiſſime curare infirmum, vel aliquid de contingentib. omittere, quod ſi non fuiſſet omiſſum, res veroſimiliter ſalua foret, exemplum eſt licet non citetur à *Bald in c. ſi egreſſus*, in *c. ſi quis domum, c. fin. ext. de iniur. in l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. Bened. Capra reg. 78. num.* 27. ait culpa leuiſſima eſt facere, vel omittere, quod diligentiſſimus non faceret, nec omitteret, nempe ſi cōmodatatius librum ſibi cōmodatum, reliquiſſet in camera, & in ea claudenda, clauem quidem reuoluit, ſed non tētauit an eſſet bene clauſum oſtium, quod diligentiſſimus non ſolet omittere. *Imol. poſt D. Anton. in c. vni extr. commod.*

Quæſt. 4. Quæro quotuplex in leuiſſima culpa & an æqualiter committatur ab o-
7 mni perſona. Ad primum in promptu eſt † reſpōſio nimirum duplicem eſſe, in omittendo vnam, in committendo alteram. *Bart. d. l. quod Nerua nume. 29. Bald. in d. l. quæ fortuitis*, vbi ponit exempla. *Bart. in l. ſi mora num.* 14. *ff. ſol. matr.* dicens, quod leuiſſima culpa in faciendo, præponderat culpæ leuiſſimæ in omittendo. Ad ſecundam dubitationem videtur affirmatiue reſpondendum ex definitione leuiſſimæ culpę, quæ eſt facere, quod non faceret diligentiſſimus &c. contrariam ſententiam. probat *Bald. d. l. quæ fortuitis num 39. & 4* . dicens leuiſſimam culpam diuerſo modo ex diuerſitate perſonarum iudicari; Etenim ſi commodaui equum ſcholari, non eſt ab eo requirenda illa diligentia. quam haberet ſummus equitator, & ideo ait culparum genera ad perſonarum qualitatem eſſe referenda argumento. *l. eius artificii. ff. de oper. libert. l. ſi non fortem. §. libertus. ff. de cond. indebit. l. inter artifices de ſolut. & de leg. 3. l. ſi Stichus.* corroboratur ex definitione leuiſſimæ culpæ data à Bartolo dum dixit ab ea diligentia, quam habent homines eiuſdem profeſſionis, & conditionis, & *Capra d. reg. 78. num.* 29. ait eum varia ſit perſonarum condictio certa regula in commiſſione leuiſſimæ culpæ, non poteſt conſtitui, proinde relinquitur arbitrio iudicis, qui ex circumſtantiis, & coniecturis, iudicat in quam, quis culpam inciderit.

Q. 5. Quæro, an leuiſſima culpa in faciendo, æquiparetur leui culpæ in omitten-
8 do, hæc fuit quæſtio † excitata à *Bart. in d. l. quod Nerua n. 29. verb. item quæro*, vtrum culpa leuiſſima *Bald. in l. quæ fortuitis n. 41. C. de pign. act. Bart. Iaſ. Caſtr. Alex. in l. ſi mora ff. ſolu. matr.* vbi de hoc eſt glo. magiſtr. huius quæſtionis effectus, eſt magnus, nam ſi æquipatabitur fiet, vt in omnibus contractibus, in quibus venit leuis culpa, contineabitur etiam leuiſſima in faciendo, *arg. l. illud. ff. ad l. Aquil.* & erit ſingularis declaratio ad *leg. ſicut certo. §. nunc videndum. ff. commod.* & ſane *gl. in d. l. mora, quam Bal. in l. acceptum in 6. quæſt. C. de vſur.* ait eſſe notabilē, putat æquiparari & ſequitur *Bar. ibi n.* 14. probat quoq; *Caſtr.* dicens gl. eſſe valde ſignandam, cōprobatur primo, quia culpa in faciendo præponderat culpæ in omittendo, maior. n. culpa præſumitur in faciendo *l. ſi vſusfr. §. de prætereis ff. de vſufr.* II. arguit *Bal. d. l. quod Nerua n.* 29. quia ſi quilibet extraneus, tenetur de leuiſſima culpa, vt palā eſt ex *l. in l. ff. ad l. Aquil.* multo magis ille, q. vigore alicuiꝰ contractꝰ vel quaſi tenetur adhibere cuſtodiā ex not. in *l. ſi conſtāte. §. ſi marit. ff. ſol. matr.* Contrariā ſententiā videtur firmare *Bal. d. l. quæ fortuitis n. 41. Iaſ. quoq. d. l. ſi mora n. 26.* mouetur *Bald.* quoniā illa reg. culpa in faciēdo præponderat, &c. nō procedit in leuiſſima culpa

ſed in culpa leui, vel maiori, & ideo inquit idem eſſe iudicium culpæ leuiſſimæ in faciendo, & in omittendo. Secundò arguit quoniam non eſt firma illa conſequentia tenetur de leuiſſima in *l. Aquil* ergo, & in contractu, cum diuerſa ſit natura delicti, & contractus, nam; qui ex contractu ligatur, eſt naturaliter obligatus, ſecus, qui ex delicto not. §. *ius gentiũ, Inſt. de iure naturali gent. &c.* Tertio vltra Baldum conſidero, quod regula; Culpa in faciendo præponderat, &c. videtur vera, in eodem gradu culpæ, nempe ſi leuis culpa in faciendo, confertatur cum leui culpa in omittendo, & lata culpa in faciendo, comparatur latę culpæ in omittendo, non in diuerſo gradu, ſiue genere culparum. Ad reſoluendam difficultatem in citata *l. Mora* poſt hinc, inde deducta, dico
9 eſſe † adhærendum diſtinct. *Bart. eo loco nume.* 14. etenim agens de contractu dotis. & quærens, numquid maritus teneatur de leuiſſima culpa in faciendo, ita diſtinguit, aut loquimur ſecundum iura Codicis, nempe *legis in rebus. C. de iur. dot* Quarto iure mulier eſt naturaliter domina dotis, & Maritus obligatur ex leuiſſima culpa in faciendo per *l. Aquil.* de leuiſſima autem culpa in omittendo, nec *l. Aquilia*, nec actione de dote tenetur aut loquitur ſecundum tempora. *l. ſi mora*, & ita, quando mulier non erat domina dotis: & tunc non obligatur, nec *l. Aquilia*, nec contractu dotis, ex qua diſtinctione non obſcure colligitur quod in illis contractibus, in quibus venit culpa leuis, non punitur leuiſſima in faciendo per actionem ex illo contractu, ſicut non tenetur Maritus etiam hodie pro leuiſſima culpa actione de dote, quæ profecto ſententia videtur ſatis aperte confirmari, quippe quia nulla lex eſt, loquens de culpa leui in contractibus, quæ facit hanc declarationem, vt contineatur etiam leuiſſima in faciendo, quare defeciſſent leges, tam neceſſariam declarationem omittens; addo quod leges non bene diſtinguerent gradus culparum, in latam, leuem, & leuiſſimã, ſi tanti valeret leuiſſima in faciendo, quanti valet leuis in omittendo, nam facta proportione leuis in faciendo, equipararetur latę in omittendo, id, quod, nunquam inuenitur dictum a Scribentibus, cui eſſet conſequens, Depoſitarium, qui de lata culpa tenetur, obligari quoque de leui in faciendo, quod nec lege, nec Dd. authoritate probatur.

Queſt. 6. Quæro cum leuiſſima culpa ſit deuiatio ab exactiſsima diligentia, & fa-
10 cere quod diligentiſſimus non faceret, vel omittere, q. diligentiſſimus non † omitteret, an ſi quis in rebus ſuis diligentiſſimus tamen ab ea diligentia in re alterius, diſceſſerit, ſit nec ne in leuiſſima culpa, fuit quæſtio *Bart. in dict. l. quod Nerua nu. 4.* verbo; & eſt notandum, & ad muniendam ſententiam affirmatiuã, arguit à definitione leuiſſimæ culpæ per eum tradita, quæ eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes, & diligentiſſimi eiuſdem conditionis & profeſſionis; & hinc dixit gloſſ. *in l. etiam § 1. ff. ſol. matr.* quod culpa leuiſſima imputatur ei, qui in rebus ſuis eſt diligens, ſi non ſit talis in alienis, ſed iuit poſtea in ſententiam negatiuam per tex. *in dict. l. quod Nerua*, vbi is, qui in rebus alienis, non vtitur illa diligentia, quam ſolitus eſt præſtare in ſuis propriis rebus, eſt in dolo præſumpto, ibi, niſi tamen ad ſuum modum curam depoſito præſtat, fraude non caret, nec officit argumentum ſumptum à definitione leuiſſimæ culpæ, quando quidem iſta deuiatio ab ea diligentia &c. nõ poteſt dici incircumſpecta, cum lex præſumat eam venire ex animo, itaque non erit incircumſpecta, ſed præuiſa, confirmatur vltra Bartolum ea ratione quod in leuiſſima culpa, an ſit commiſſa inſpicitur diligentia exactiſſima alterius hominis, non illius qui culpam commiſit, & propterea dicitur eſſe in leuiſſima culpa etiam ſi non adhibuit tantam diligentiam, quantam diligentiſſimus quiſque adhibuiſſet, ſenſit aperte *Capra in alleg. reg. 78. num. 28*, verbo quidam ſunt, inquiens, quidam ſunt diligentes, quidam diligentiores, & ad iſtos reſpicimus in culpa leui, quidam ſunt diligentiſſimi atque ad eos habetur reſpectus in culpa leuiſſima, non mirum ergo, ſi, nec argumentatio *à definitione nocet*, nec obſtat confirmatio, quippe punitur vt dolus præſumptus, nõ tanquam leuiſſima culpa *d. l. quod Nerua.*

Queſt. 7. Quæro numquid in actione legis Aquiliæ, veniat leuiſſima culpa in o-
11 mittendo, atque ex æquiori, & veriori † ſententia non videtur ei locus eſſe primo ex Doct. *Bart. in l. ſi mora num. 14. ff. ſol. matr.* nam diſputantes, vtrum culpa leuiſsima contineatur in contractu dotis, dicit ea, tantum, quæ conſiſtit in faciendo, maritum obligari, confert doctrina *Maſcard. de probat. concl. 467. num. 9. &* 10. vbi affirmat conductorem de incendio non teneri, etiam ex *l. Aquilia*, quoniam præſumitur incendiũ commiſſum leuiſsima culpa, quæ non venit in *l. Aquilia.* Secundo ex *l. ſi vſusfru. Tus. §. denique ff. de vſufruct.* in verbo quia ſunt caſus, in quibus ceſſat Aquiliæ actio, quia, qui agrum

non

non proſcindit qui vites non ſubſerit, item aquarum ductus corrumpi patitur, lege A-
quilia non tenetur, vnde *Bart. colligens in ſumma*, ait actio *l. Aquiliæ* datur Domino pro-
pter factum, non propter negligentiam, ſubdens per eum text. gloſſari vniuerſum tit.
ff. & C. ad l. Aquil. & eund. text *pro ſingul. citat idem Bar. in l. qui bona. §. cum inter. ff. de da-
mno infecto*, dicens, culpam in non faciendo, non dare locum Aquilianæ legi. *Ang. quo-
que in d. §.* deniq; inquit nullum tex. in toto iure meliorem allegari ad probandum da-
mnum negligentia datum actione legis Aquiliæ non reſarciri, ſcilicet quando negli-
gentia eſt cauſa proxima damni, ſecus ſi remota, per quam cauſam remotã, damnum
poſtea faciendo eſt commiſſum *l. qui occidit. §. pen ff. ad l. Aquil. Appoſtill. ad Bart. in d. l. ſi
vſuſfr. in ver. deniq.* Contrariam ſententiam probat. *l. in lege. ff. ad l. Aq.* in qua *Vlp.* ait in
lege Aq. etiam leuiſſima culpa venit, cuius appellatio continet vtramq; in faciendo,
& in omittendo, lege autem non diſtinguente; nec nobis diſtinguendum eſt, *l. de pre-
tio ff de publ. in rem act. & l. generaliter*, loquens generaliter ſolet intelligi, *l. 1. ff de leg. præ-
ſtand.* obiicienti autem, quod ille text. ſit accipiendus in culpa facti, non omiſſionis, dũ
ponit exemplum culpæ conſiſtentis in faciendo, cenſetur nanque declarare reg. in
quibus terminis procedat. *l. damni infecti. l. 2. ff. de damno infect. l. vt reſponſum C. de tran. c.
ad ſedes, ext. de reſc. ſol.* oſtenditur in conſpectu, quoniam ibi verbo quoties, non dedu-
citur exemplum, ſed reſoluitur quæſtio, an Dn. teneatur. *l. Aq.* ſi ſeruus eius, ſe ſciente
vulnerauerit, vel occiderit, in quo non leuiſſima culpa eſt, ſed dolus, ideoq; non perti-
net cauſa doli ad principium legis de culpa leuiſſima reſpondentis. II. ſuffragatur huic
ſententiæ *l. ſi ſeruus ſeruum §. ſi quis inſulam, verb. ſi fornacarius. ff. ad l. Aq.* in verbo puto v-
tilem actionem competere, tam in eum, qui ad fornacem obdormiuit, quam in eum,
qui negligenter cuſtodiuit, ecce dormire, & negligenter cuſtodire culpa eſt omitten-
do, & tamen vterq; lege Aquilia obligatur.

Tertio adſtipulatur. *l. idem iuris. §. mulionem ff. ad l. Aq.* in qua Mulio qui, per im-
peritiam, vel infirmitatem, impetum mularum reprimere non potuit, ſi illæ alienum
hominẽ obtriuerint, culpæ nomine tenetur, idem exprimitur in *§. imp. Inſt de l. Aq.* IV.
iuuat text. in *§. præterea Inſt. eod. tit.* in quo *Inſt.* ait Medicum curationem infirmi relin-
quentem culpę reum eſſe, ſi ob id ægrotus interierit, deſerere autem ægrotum eſt cul-
pa in omittendo, quæ autem ſit ad veritatem propenſior opinio difficilè eſt ſtatuere;
12 ſunt iura in vtramq; partem perſpicua; nobis vero † placet diſtinctio gl. *d. l. ſi vſuſfr. §.
deniq. ver.* non tenetur, quam Ang. ibi probat, & ſequitur. *Appoſt. ad Bar. d. §. deniq.* : nẽ-
pe vt directa actio. *l. Aq. non præſtetur*, ex leuiſſima culpa in omittendo, & ita procedat
prior opinio. Vtilis autem ex eadem lege accommodetur, vt diſerte probat, *§. ſi quis in-
ſulam*, verbo ſi fornacarius. nam culpa eſt omiſſionis, & tex. ait puto vtilem, actionem
cõpetere, corroboro ego hac ratiocinatione, vtilis actio. *l. Aq.* toties datur, quoties ali-
quis non ſuo corpore damnũ dedit. *§. cæterum. Inſt d. l. Aq. & gl.* ibi in verbo vt fugeret.
Ang. etiam in primo ait, quando culpa eſt leuiſſima in omittendo, datur damnum nõ
ſuo corpore, vt perſpicuum eſt in fornacario, qui obdormiuit ad fornacem, & ignis
euadatus damnum intulit, ſic, & Medicus, qui curationem infirmi deſeruerit, ampli-
us dico in his caſibus competere etiã actionem in factum, vt probat gl. *d. §. cæterum in
ver.* vtilis per tex *l. ſi obſtetrix. §. ſi quis hominem ff. ad l. Aq.*

Q. 8. Quæro de leuiſſima culpa in iudicibus, & Magiſtratibus, an ſcilicet ex ea obli-
13 gentur, ita quod credantur † feciſſe litem ſuam & ſane videtur ęquius in ſententiam
negatiuam inclinare, in primis, quia leuiſſima culpa, non dicatur maleficium *Cyn. in l.
ſi quis. non dicam rapere C. de epiſcopis & cler. Bald. in l. cunctis C. fin. regun.* Secundo quoni-
14 am Magiſtratus † æquiparantur tutoribus. *l. præfectus cohortis de ritu nupt.* Tutor au-
tem de leuiſſima non tenetur, propter neceſſitatem officii, quæ militat in iudice. *Bal.
in d. l. quæ fortuitis, num. 41.*

Contrarium probat text. *in §. 1. de oblig.* ex quaſi contractu in quo litem ſuam facit
15 Iudex, qui per ignorantiam † iniuſtam tulerit ſententiam, facit lex *maleficiis. §. iudex, ff.
de act. & obl. l. ſi. ff. de var. & extr. cogn. l. ſi per imprudentiam de euict.*

Secundo ducitur argumentum ex *leg. pen. in fine*, & ibi *Cyn. Bartol. Bald. Saly. &
alii C. de pact.* vbi iudex per negligentiam facit litem ſuam in ver. quod ſi neglexerit eti-
am litem ſuã facere intelligantur *Ang. in d. §. 1. ſcribens*, idem iuris eſſe in delegato, plus
dico etiam ſi ſequuta eſt appel. ab iſta † ſententia iuxta diſtinct. *Bar. in ſua diſputat.* quæ
16 incipit, Iudex, qui per imperitiã, imò, & tex. *in d. l. pe.* videtur extendere etiã ad iudices,

compromiſſarios,cui conſequens eſt hancopinionem obtinere in leuiſſima culpa o-
miſſionis,cum negligentia nihil ſit aliud , quam omiſſio. Plane ſi quis velit adhærere
priori ſententiæ,euitabit primum obiectum, ſiquidem procederet in illa imprudētia,
quæ craſſa eſt,non leuis, quid enim ſi Iudex ſit ſecutus intellectum alicuius legis , ha-
bentis aliquot ſuffragatores ita,vt nō eſſet in contrarium alius magis communis ſen-
ſus,vt perpendit *Ang d.§.1.de oblig.ex quaſi delict.n.*4.verbo & ſi fuerit ſequutus. Ad ſe-
cundum ſolutio eſt,quia obtinet in Iudice negligente leges obſeruare vt liquido con-
ſtat ex *d.l.pen.* quæ profecto negligentia,non leuiſſima,ſed magna culpa eſt *l.magna ne-
gligentia ff.de verb.ſig.* opinio etiam contraria,non eſt vndique tuta,etenim primum ar-
gumentum euertitur,quippe,licet hæc culpa,non appelletur maleficium nihil ad rē,
quia Iudex de quaſi maleficio tenetur citatis iuribus. Secūdum remouetur,quoniam
in omnibus procedit æquiparatio,præterea,non bene probatur ex allegata *l.præfectus*,
neq; enim loquitur in magiſtratu,qui ius dicendi poteſtatem habeat,accedit quod lō-
ge maior diligentia,& bonitas,exigitur in Iudice,cuius officium publicum eſt,autho-
ritate,& ad publicum ius ſpectat principaliter *l.1.§ huius ſtudii.ff.de iuſt. & iur. Bart. in l.
1.in fin.ff.ſol.matr.* Tutoris autem officium authoritate, non vtilitate. Quis ergo erit fi-
17 nis huius controuerſiæ, *Bald.in l. quæ fortuitis nu. 45.* diſtinctione negocium abſoluit, †
Aut Iudex,vel magiſtratus rogatus fuit,vt officium acciperet iudicandi,& tunc de le-
uiſſima non tenetur,ſed tantum de leui,exemplo tutoris qui propter neceſſitatem of-
ficii ſuſcipit onus tutelæ,aut vltro ſeſe obtulit , illam ſibi demandari prouinciam affe-
18 ctans,& tunc † de leuiſsima obligatur,argumento *l.1.§.ſæpe.ff.depoſit.* vbi propter ſpō-
taneam obligationem de ſuſcipiendo depoſito, ad leuiſſimam culpam Depoſitarius
obſtringitur,facit *l.ſiquis,nec cauſam.ff.ſi cert.pet.l.rogaſti.ff.de præſcript.verbis*, vnde colli-
gitur,quod Iudices fermè omnes leuiſſimæ culpæ nomine tenētur,quippe pauci ſunt,
quaſi albi Æthiopes, qui ſuſcipere iudicandi munus rogentur , dum omnes vltro ſeſe
offerunt,Principes,& Magnates omni officiorum genere prehenſantes, & munera in
ſuper tribuentes illis,qui apud Reges,& primates gratia valent,vel authoritate,quo fit
vt multi in iuncto oneri impares eſſe inueniantur, dum quiſque de ſui ingenii faculta-
tibus ſæpe plus ſperat,quam vere in his ſit,argumēto. *§. in fraudem creditorum Inſt.qui b.
ex cauſ.manu.non li.*

*Q.*9. Quæro de leuiſſima culpa in contractibus, & primo dubito , vtrum veniat
19 in commodato,& videtur † negandum primum quia hic contractus re celebratur *§.i-
20 tem is, Inſt.quib.mod.re contrah.oblig.* at alii † contractus, qui re perficiuntur,hanc culpā
non præſtant *l.1 ff.de act.& oblig.* Secundo ex *l.contractus.ff.de reg.iur.* in qua IC. inter eos
contractus,in quibus leuis tantum culpa continetur,commodatum recenſet. Vērum
contraria ſententia communiori ſuffragio comprobata eſt. *Dd.in d.l. contractus*, & in *l.
quod Nerua.ff.depoſit. Bald.& alii in l.quæ fortuitis C.de pig.act.* authoritate tex.in *l.ſi vt cer-
to.§. nunc videndum.ff.commod.* in verbo verior eſt Q. Mutii ſententia exiſtimantis, &
culpam præſtandam ſcil.leuem,& diligentiam,quæ eſt leuiſſima,vt oſtendimus ſupra
in *1.quæſt.huius cap.* conuenit tex. *in §.item is cui Inſt.quib.mod.re contrah.obl.* in verbo ex-
actam rei cuſtodiendæ diligentiam præſtare tenetur,& *in l.in rebus.§.hoc ita.ff.commod.*
ratio concluſionis eſt relata ab *Vlp.in d.§.nunc credendum* in verbo commodatum autē,
plerumq; ſolam vtilitatem continet eius,cui commodatur,nec refragantur contrariæ
rationes,& prima quidem diluitur propter diuerſitatem rationis,quæ eſt inter cōmo-
datum,& alios contractus, re celebratos,non in depoſito ſolus dolus, quoniam de ſolā
deponentis agitur vtilitate;in aliis dolus,& culpa,quia vtriuſq; contrahentis commo
dum continent,in commodato ſolum recipientis emolumentum cōprehenditur,Sē-
cundæ rationi ſatisfaciemus ex eadem met.*l.contractus*,ſumendo medelam vnde læſe-
rat,ibi in his quidam & diligentia,nam ſenſus videtur,dum dixit culpam,& dolū, mā-
datum,commodatum,venditum,vt velit oſtendere,quod in his,ſunt aliqui, qui vltra
dolum,& culpā,diligentiam requirunt , cuiuſmodi eſt commodatum, vt concordet,
cum iuribus,pro communi ſententia deductis,ea vero,ita munita,recipit aliquas decla-
rationes ſcitu dignas,& in primis ſi in cōmodato res data ſit æſtimata, ſi quidē eo caſu
21 de periculo,& fortuito† caſu Cōmodatarius obſtringitur,*d.§.nunc videndū* verbo Q.
Mutii,ibi, & ſi forte res, nec repugnat verſ ſequens,propterea,quod loquitur , quādo res
non eſt accepta æſtimata:nam,tunc periculi nomine non obligatur,niſi culpa præceſ-
ſiſſet caſum,vt *ead.verſ.* continetur,& verbo & interdum mortis damnum, *& d.§.item*
ſi declaratur,vt veniat leuis culpa tantum,ſc. quando commodatū continet vtilitatē

vtriuſque

vtriusq; contrahentis alleg. *l. in reb. §. hæc ita. ff. commod. Dd. in d. l. cōtract. gl. in d. § nunc videndum in verb.* plerumq;. Tertio exponitur, vt ſolus dolus in commodato præſtetur, nempe ſi ita conuenerit, vel ſi ſua duntaxat cauſa commodauerit, ſponſæ forte, vel vxori, quo honeſtius culta ad ſe deduceretur, citata *l. ſi vt certo. §. interdum plane*, in quo alia huius declarationis ponuntur exempla.

Quæſt. 10. Quęro an commodatarius de furto, vel de incendio teneatur rei com-
22 modatæ? & tutius videtur † eſſe negare ex *l. ſi vt certo. §. nunc videndum, verb.* quod vero ſenectute ex *l. in reb. in 1. ff. commod. ex §. item is cui. inſt. quib. mod. re contr. obl. ex l. contractus. ff. de reg. iur.* in quib. omnib. palam dicitur, nec incēdium, nec rapinas aut latronum incurſus à cōmodat. præſtari, quippe de caſu fortuito, non tenetur. Contrarium defenditur ex regul. ſupra alleg. ſcil. quod de leuiſſ. obligatur, qui cōmodatum ſuſcipit, furtum, autem culpa male cuſtodientis, & incendium culpa inhabitantis ortum eſſe præſumitur. *l. cum duob. §. dāna. ff. pro ſocio*, vbi de furto *l. ſi venditor de periculo, & cōmod. rei vēd. l. 3. ff. de off. præfect. vigil.* in quib. de incendio, cumulat. *Maſc. de prob. vol. 1. concl. 467. nu. 4. ver.* hæc limitare poteris, & *n. 13. Capra reg. 78. n. 77. & ſeq.* ad cōponendas diſcrepantes
23 ſententias opus eſt diſtinct. aut † cōſtat aliquam culpā cōmodatarii præceſſiſſe, & tenetur, *d. § nunc vidēdū, v.* quod vero ſenectute, ibi niſi aliqua culpa interueniat, aut ſumus in dubio, & tunc fit locus quęſt. cum incendiū ponatur inter caſus fortuitos, quos præſtare nemo cōpellitur; *Cap. in reg. modo alleg.* diſtinguit, quo ad habitantes, & quo ad alios, in primo caſu tenetur, in verb. nequaquam, quia ſc. præſumatur caſus fortuitus: *d. nu. 57.* ſane, quod attinet ad incendium, videtur recipienda diſtinctio, nempe ſi liqueat aliunde exortum fuiſſe nō tenetur: caſus. n. fortuitus eſſe creditur. *dd. ll.* in dubio culpa habitantis commodatarii pręſumitur natū, quę licet ſit leuiſſima iuris præſumptione tantum obligat. *Alex. conſ. 50. lib. 1. late Men. de arbitr. caſu 390. n. 6. & 7.* quod ſpe-
24 ctat ad furtum, non inuenio illud computari inter † caſus fortuitos in allegatis iurib. ſed rapinas tantum, & latronum incurſus quibus propter violentiam reſiſti nō poteſt, rapina namq; eſt violenta rei ademptio, merito ergo furti tenebitur, quandoquidem diligenti cuſtodia rectè defenditur, & vigilando quis non ſineret perfodi domū ſuam, ex quibus deducitur ſecundum *Capr. d. reg. n. 59.* quod in hac ſpecie furti, & incendii, incumbit onus probandi cōmodatario, alleganti caſum fortuitum, ſiquidem aduerſus eum culpa præſumitur *l. fin. ff. de cuſtod. reor. l. ſi à bonæ fidei §. 1. de rei vend. l. ſi quis fundū. §. Imp. ff. locat.* plane hæc, quæ de furti obligatione aduerſus commodatariū dicta ſunt, limitatur per eumdem *Capr. citato nuper loco.* in primis ſi furtum ſit factum à coniuncta perſona, vel à tali à qua diligentiſſimus non ſuſpicaretur, caſus. n. reputatur fortuitus *l. cum qui §. idem ſcribit. ff. de furt.* rurſus ſi furtum fuerit admiſſum à ſeruo, vel famulo cōmodato, vna cum re commodata vel ſi cū re cōmodata fuerit trāſmiſſus famulus, qui eam cuſtodiret, & ab initio fuit pro cuſtodia tranſmiſſus *l. ſi ſoluturus. ff. de ſolut.* & per o-
25 mnia ſequitur *Maſc. vol. 1. concl. 467. n. 13. & ſeq.* prædicta † obtinent in actione cōmodati directa, quid autem veniat in contraria explicat *Bald. in d. l. quod Nerua, quæſt. 12. n. 35*;

Q. 11. Quæro de leuiſſima culpa in precario, an contineatur in eo? & videtur conti-
26 neri, quoniam de recipientis tantum † vtilitate agitur, adeo, vt ex parte cōcedentis liberalitas appelletur *l. 1. ff. de prec.* ad exemplū cōmodati, in quo ex prædicta ratione, leuiſſima culpa punitur *l. ſi vt certo. §. nunc videndum ff. com.* Porro aūt contraria ſententia longe verior eſt per tex. in *l. contract. quidam. ff. de reg. iur.* ibi dolum tantum, depoſitū, & precarium, & in *l. quæſitum. §. cum quoq. ff. de prec.* vbi extenditur, vt nec de leui culpa te-
27 neatur, qui precarium rogauit, imo Vlp. diſerte ponit diſcrimen † inter precarium, & cōmodatum, reddens rationem inter vtrumq; differentiæ, qua tollitur argumentū inquiens, cum ſolum hoc deſcendat ex liberalitate eius, qui precario conceſſit ſed commodatum ait eo loci gl. eſt liberalitatis ab initio, poſt neceſſitatis *l. in commodato §. ſin autem. ff. com.* precarium liberalitatis eſt in principio & in fine *l. 3. §. 1. l. cum precario. § ff. de prec.* & ſicut *Bar.* declarat *in l. quod Nerua, q. 13. n. 36.* nempe quia poteſt reuocari quādocunq;, dato tamen aliquo interuallo. *Dec. d. l. contr. n. 11.* & ita grauatur in hoc recipiens, ergo releuatur in alio, vt ſolum teneatur de dolo, & de lata, ſed commodatum non poteſt reuocari niſi finito vſu. *l. in cōmodato. §. ſicut. ff. loc. Dec. d. l. contractus nu. 11.* reſtringi-
28 tur d. concl. vt non procedat poſt † morā cōmiſſam, ab eo, qui precarium ſuſcipit, nā leuiſſimæ culpæ nomine obligatur. *Bart. d. quæſt. 13.* ſequitur contractus depoſiti in
29 quo † *Bart. in l. quod Nerua, q. 8. n. 30.* diſtinguit tres caſus, primus eſt quando depoſitum fuit celebratum gratia deponentis tantum, vt ſolet regulariter euenire, & tunc autem

loquimur de actione depoſiti contraria,& punitur leuiſſima culpa *l.ſi ſeruus com.* § *ide*
tur dentius.ff.de furt. aut agimus de actione directa, & tenetur de leuiſſima ſi ita conue-
nerit, vel ſi depoſito ſe obtulerit depoſitarius *l. 1.* §. *ſæp.ff. depoſit.* aliter ſi ſe non obtuliſ-
ſet. Secundus caſus eſt, quando depoſitum eſt factum gratia depoſitarii, quod raro ac-
cidit;& tunc in actione directa venit leuiſſima in actione contraria, non ita, ſed tantũ
lata. Tertius eſt caſus, quando depoſitum fit gratia vtriuſq; & tũc ex vtroq; latere de-
ponentis,& depoſitarii plectitur leuis culpa tantũ, vidẽdus igitur eſt *Bar.alleg.loco.* Ac-
30 cedit contractus † Mandati, in quo ſimiliter *Bart.in d.l.quod Nerua,q.9.* diſtinguit inter
actionem mandati, directam, atq; contrariam, etenim quando mandatum fuit gratia
mandantis tantum, in actione contraria obligamur, ex leuiſſima culpa *d.l.ſi ſeruus com.*
§.*quod vero.*& §.*ſeq.ff.de furt.* in actione vero directa diſtinguit, aut mãdatum eſt de re,
quæ modicam deſiderat induſtriam, & tunc nõ imputatur leuiſſima culpa, nec leuis,
aut eſt de re, quæ exigit magnam diligentiam, & tunc habetur ratio leuiſſimæ culpæ,
aut eſt de re, quæ poſtulat exactiſſimam diligentiam, vt in ꝓcuratore ad lites, & puni-
31 tur leuiſſima culpa *l.à procurat.C.mand.* Quæro in actione tutelæ, † & ſane idem *Bar. ad*
l.quod Nerua n.33.q.10 concludit locum non eſſe culpæ leuiſſimæ quoniam ex neceſſi-
tate ſumitur hoc officiũ id q; placuit *Bal.in d.l.quæ fortuit.n.47.* reſtringitur, autẽ duob.
modis, vt nec quidem de leui tutor obligetur, verum de lata culpa duntaxat *in l. nomi-*
na.C.arbitr.tutel.& in *l.tutor qui* §.*competit.ff. de admi.tutor* quæro quid in actione nego-
32 ciorum geſtorũ † *Bart.in ſæpe alleg.l.quod* Nerua.*q.*10.negat venire leuiſſimam culpã, ea
ratione dicens eſſe receptũ, vt homines facilius ſuſcipiant gerenda abſentiũ negocia,
quæ alias deterrerentur, imo interdum,& de dolo tantum obligantur. *l.3.*§ *interdum ff.*
de neg.geſt. porro autem *Bart.* nec reſpectu tutelæ, nec reſpectu negociorum geſtorum
33 quicquam dixit de actione contraria, an puniatur † culpa leuiſſima id q; veroſimiliter
poteſt venire in dubitationem quo ad alios etiam contractus, ex quib. duæ naſcuntur
actiones, directa,& contraria,& in actione pignoraticia contraria quæ datur creditori
aduerſus debitorem, quare puto recurrendum ad pulchrã theoricã *Bal.in l.quæ fortuitis*
n.35.verb. ſed hic eſt aduertendum, vbi inquit in actionib. contrariis talem regulã cõ-
ſtitui, vbi in directis actionib. non cõtinetur, niſi dolus,& lata culpa In contrariis pu-
nitur etiam leuiſſima & è conuerſo, quoties in directis actionib. venit leuiſſima in cõ-
trariis non attenditur niſi grauiſſima *l.ſi ſeruus com* §.*circa commod.*& §.*idq; eadem tuis.ff.*
de furt.& *l.pen.ff.commod.*& eſt ratio inquit *Bal* quoniam contrariæ habent rationẽ cõ-
trariam directis,& contrariorum in ratione contraria eſt regula, ſi aut in actione dire-
cta venit leuis culpa, in contraria ſimiliter continetur leuis, quippe quia ibi penes ra-
tionem nulla eſt claudicatio, non eſt.n. penes vtilitatem, cum celebretur vtriuſq; gra-
tia, ita claudicatio in ſuper. caſu, quãdo non vertitur vtilitas vtriuſq; eſt penes rationẽ
vtilitatis, non in alio,& ꝓpterea non obſtat, quod quando actio directa eſt bonæfidei,
ita quoq; & contraria eſſe dicitur bonæfidei *Bart.*& *alii in l.act.ff.de in lit.iur.*

Q.12 Cum de contrariis actionib ſuperiori quæſtione tractatũ ſit, quæro, quæ ſint
34 actiones directæ. quæ † cõtrariæ, quæro etiã cum ex vno contractu duæ ſæpe oriuntur
actiones ita inter ſe cõpoſitæ, vt vna ſit directa, alia contraria, velut in depoſito, in mã-
dato, in pignore, in tutela, in cõmodato, interdũ aũt actiones ex vno negocio ꝓficiſcẽ-
tes ſunt ambæ directæ, ſicut in emptione. in locatione, in ſocietate, quo nã facto, cog-
noſcemus directas a contrariis. Ad illuſtrãdã priorem dubitationẽ, præmitto quod a-
35 ctio directa † multifariã accipitur in iure,& primo ponitur ad differentiã actionis præ-
paratoriæ, qualis eſt actio rei vẽdicationis, quæ dicitur directa, ſiue principalis ad dif-
ferentiã actionis ad exhibendũ, quæ eſt præparatoria *l.3* §.*ibid in verb.differendum*, &
in *l.17.ff.ad exhib* II. appellatur directa ad differentiam vtilis actionis, illa naſcitur ex
verbis legis,& ibi competit, vbi verba legis conueniunt, vtilis autem eſt, quoties ceſ-
ſant verba legis, ſed conuenit mens. §.*cæterum Inſt.de leg.Aquil.l.ſcire oportet.* §. *aliud etiã*
verb.ſed & ſi ff de excuſ.tutor.l.2.§.*quamquam de aqua plu.arcend.* quamuis vtilis actio, po-
natur nonnunquã ad differentiã actionis inualidæ *l.1.iunct.gl.ff. de eo quod certo loco.* III.
nuncupatur directa ad diſcrimen contrariæ actionis,& de his noſtra eſt diſputatio q d
aũt ſit actio contraria non eſt facile explicare. cum neminẽ Dd. ſc. inuenerim exponẽ-
36 rem. crederẽ aũt poſſe † hoc modo deſcribi, actio contraria eſt quæ cõpetit ei, qui pro
eodẽ contractu poteſt actione directa conueniri, vel ſic. Actio contraria eſt quæ nõ ꝓ
re deducta in contractu, ſed pro officio, circa illã rẽ ꝓſtito cõpetit, vt depoſitari⁹ nihil
deduxit in cõtractu, rem nullam poſuit, ſed circa rem depoſitam cuſtodiendã, officiũ
ſuum

ſuam præſtitit. Ad ſecundam dubitationem reſpondens, dico multas eſſe opiniones. Prima fuit gloſſ. *in l. conſenſu. ff. de act. & oblig. quam Iaſ. num. 21. & Dec. nu. 14.* probant in *l. in actionibus. ff. de in lit. iur.* ſequitur, *Ang. in §. fin. Inſt. de ſociet.* & videtur communiter ea declaratio probata, ſicut eſt teſtis *Bol. d. l. in actionibus num. 44.* nempe actiones contrariæ ſunt, quando non mutatur nomen contrahentium, vt Depoſitarius, & deponens, mandans, & mandatarius, ſed refellit *Bolog. d. loco*, data inſtantia, etenim in tutela mutatur nomen contrahentium, cum alius dicatur tutor, alius Pupillus, & tamẽ redduntur inter eos, actiones directæ, & contrariæ. *l. 1. iuncta Rub.* de contraria, & vtili actione tutelæ rurſus creditor, & debitor habent diuerſa nomina, & tamen competunt illis actiones directæ, & contrariæ, & tamen ſecundum mentem gloſſ. ambæ debent eſſe directæ. confirmo vltra *Bolog.* quia nomina contrahentium ſæpe non variãtur, vt in ſocietate, in qua vterq; dicitur ſocius, & tamen ceſſat actio contraria, & omnibus ſociis competit directa. II. fuit opinio *Cor. lib. 6. Miſc. c. 57. n. 40.* Directa inquit datur actio Domino, contraria his cõpetit, quoniam per accidens tantum intereſt, ex quadã æqtate per legis oſtẽſionẽ, vt ſit apertũ in depoſito, in quo directa præſtatur Domino deponenti, cõtraria Depoſitario, ob expenſas factas in cuſtodia rei depoſitæ, & ita per accidens ex æquitate, verũ hanc quoq; ſententiam reiicit *Bol* ea ratione, quoniam depoſitum, & Commodatũ fieri poteſt a non Domino: *l. offic. ff. de rei ven. l. Bonafides ff dep.* & tamen locus eſt directæ, & contrariæ inter ipſos, plane *Corraſ.* largo modo Dominũ accipit, pro eo, qui rem deduxit in contractu, & ita defenditur eius declaratio At in ẽptione, quia vterq; Dominus eſt & non datur per accidens, vtraq; actio, at directa, nõ ſecus in locatione, in ſocietate. III. fuit opinio *Bart. in l. in commodato. §. contraria. ff. Com.* quandoq; variatur nomen contractus, & contrahentium, vt in emptione, & venditione, locatione, & conductione; & oriuntur actiones ambæ directæ ſecundũ ſuam appellationem, ex vendito, & empto; quandoq; non mutatur, nec nomen contractus, nec nomen contrahentiũ, vt in contractu ſocietatis, & tunc quoq; actiones, quæ proficiſcuntur ſunt directæ ab vtraq; parte, actiones ſc. pro ſocio, quandoq; non mutatur nomen contractus, ſed tantum contrahentiũ, ſicut in depoſito, nam reſpectu vtriuſq; dicitur Depoſitũ, ſed contrahentium alius vocatur deponens, alius Depoſitarius, & eo caſu naſcitur vna actio directa, quæ redditur habenti nomen proprium, nẽpe deponenti, vel mandanti in contractu mandati. Alia contraria, q̃ cõpetit ei, qui nomen habet deriuatũ, vt eſt Depoſitarius, Mandatarius. Quandoq; variatur nomen cõtrahentiũ aliter quàm per deriuationem, ſicut in pignore, etenim alius appellatur crediror. alius debitor, in dote, Maritus, & vxor; in turela tutor, & pupillus, & ſimiliter naſcuntur directa, & contraria, prima præſtatur ei, qui rem deduxit in contractu, vt debitori, vt pupillo. Altera vero accommodatur illi, qui officium ſuum præſtitit. V. fuit opinio B*ald. in d. l. qua fortuitis, n. 57.* nempe quod actiones directæ ſimul naſcuntur, & eodem tempore, qualis eſt actio ex empto, & ex vendito. Directa, & contraria non oriunrur eodem tempore, ſiquidem contraria oritur ex interuallo; & per accidens, exẽplum eſt in depoſito, in quo ſtatim inſurgit directa contraria ex poſt facto, ſi pro cuſtodia rei ſint a Depoſitario facti ſumptus, & ita ex accidenti, quoniã, nullis ſequutis expenſis non emanaret. V. fuit opinio *Bol. d. l. in action. n. 45. ver.* vnde dicas, & ait, actiones reperiuntur in illis contractibus, in quibus vnus contrahentium ponit tantũ officium ſuum ad vtilitatem alterius contrahentis, vt Depoſitarius, qui ad cuſtodiam rei depoſitæ facit ſumptus ex officio, cũ non eſſet obligatus, alius. v. contrahentium rem ipſam ponit in contractu, vel quaſi nempe deponens, mandans, cõmodans; Actiones autem directæ competunt pro eo, q̃ ab initio deductum eſt in cõtractu. ab vtraq; parte pro ſubſtantia contractus, quẽadmodum in emptione, & venditione res, & preciũ; in locatione, & conditione res, & merces; & pro his competunt actiones, quæ ortum habuerunt ab initio, & pro re deducta in contractu pręſtatur, non pro officio redduntur, vt plane licet ex ipſo *Bolog.* intelligere.

Q. 13. Reuerſus ad culpã leuiſſimã in contractibus, quæro an detur in contractibus
37 innominatis, & † *Bar. in l. quod Nerua q. 14. n. 37.* reſp. certam doctrinã afferri non poſſe, & proponit reg. ſecundum q̃ facile poteſt, hæc nodoſa quæſtio explicari etenim contractus innominati, iudicantur iuxta naturã contractuum nominatorum, quibus cõparantur. *l. cum qui. §. ſi inſpectori. ff. Com. l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſ. l. naturalis. ff. de præſcr. ver.* ſiquis ergo contractus innominatis inueniatur ſimilis cõmodato, præſtabitur leuiſſima culpa; & ſiquis rẽperiatur ſimilis emptioni; vel locationi, punienda erit in eo

ſeuis culpa, cenſeo tamen rectius poſſe concludi, quod cũ innominati contractus ſint
quatuor, do, vt des, facio, vt facias, facio, vt des, do, vt facias *d.l.naturalis*, & ita omnes
contineant vtilitatẽ vtriuſq; contrahentis, regulariter non veniet in his leuiſſima cul-
pa *l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff.Com.cum ſimil. Bar in d.l.quod Nerua,q.12.n.35.& q.ſi.n.
38.Bald.in l.quæ fortuitis, n. 47. & ſeq.*

*Q.*14. Quæro, quod in vltimis voluntatibus, an præſtetur leuiſſima culpa, nempe
38 vtrum is, qui tenetur ex † vltima voluntate dare, vel reſtituere, leuiſſimæ huius culpę
pœnã patiatur. *Bar.in l.quod Nerua in vlt.q.n.38. Bal.in l.quæ fortuitis.n. 62.verb.* ſequitur
videre. diſtinguũt ex intentione Petri, q̃ diſtinctionem probat. *Anc.& Imol.in c.bonæ fi-
des.ext.Depoſ.* Aut hæres percipit magnã vtilitatem, legatarius autem paruam, & tene-
tur de leuiſſima culpa. *l.cum res.§. culpa.ff. de leg.1.* Aut hæres modicum ſentit commo-
dũ; legatarius amplum emolumentum, & doli latæq; culpæ nomine obligatur. *l. Mu-
lier.§.ſed.n.ff.ad Trebell.* Aut æqualis eſt vtilitas, & de leui culpa punitur. *l.ſi ſeruus.§ cum
quod.ff.de l.1.* vt in contractibus ſeruatur, inquit tex. in quibus vertitur vtilitas vtriuſq;.
Plane ad primum caput conſideratione dignũ eſt, quod lex allegata, vim non facit in
magnitudine rei legatæ, nec in quãtitate hęreditatis, ita, vt hæc ſit magni momenti re-
ſpectu rei legatæ, quid. n. ſi tanti precii eſſet legatũ, vt æquaret æſtimationem hæredi-
tatis, certe verba illius tex. ſui generalitate, etiam hunc caſum compræhẽderent, & ta-
men ſecundũ Bar non puniretur leuiſſima culpa. Ad II quoq; obſeruo, quod ſi hæres
rogatus eſſet reſtituere, infra dimidiam hæreditatis, idem reſpõderet. *l.C.in d l.Mulier,*
ſi ſerui deceſſerint, vel res perierit Ad III. pondero, quod nõ loquitur in hærede, & le-
gatario, ſed in legatario, qui iuſſus eſt reſtituere alteri, proinde cum officium ſuum,
nemini debeat eſſe dãnoſum, non tenetur vltra dolum, & latam culpã in non exigen-
do legato, & reſtituendo. Quare aut loquimur de hærede reſpectu legati, & fideicom.
particularis, & venit leuiſſima culpa nulla facta diſtinctione quantitatis, & valoris rei
legatæ. *d.§.culpa, & l. Domos cum l.ſeq.ff.de leg. 1.* ibi ſi modo nulla culpa, &c. quæ verba
comprehendunt etiam leuiſſimã culpam. Aut agimus de hærede directo, reſpectu fi-
deicom. vniuerſalis, & tunc non obligat leuiſſima culpa, ſed nec leuis culpa, *d.leg.Mu-
lier.§.ſed ſi ff.ad Treb.* quãuis plus remaneret apud hæredẽ, quam reſtituatur, fideicom.
vel etiam ſi reſtitutio eſſet æqualis, quippe ea lex nõ diſtinguit, neq; enim loquitur de
totius hęreditatis reſtitutione, nec vim ponit in eo; ſed in reſtitutione iuris vniuerſalis.
Aut. v quęrimus de legatario reſpectu alterius legatarii cui iuſſus eſt reſtituere. & tunc
ſuccedit deciſio. *d.l.ſi ſeruus.§.cum quod.*

Quæſt. 15. Quæro de leuiſſima culpa in iudiciis, an puniatur criminaliter. Vide
39 *Flor.in leg. ſi vſusfructus, §. cum igitur † ff.de vſufr. Ang.in l.ſi cutus.§.vſusfructus.ff.de vſu-
fruct. Cyn.in l.ſiquis non dicam rapere C.de epiſc.& Cler. Bart.poſt gl.in l.reſpiciendum.§.delin-
quunt.ff de pœn. Butr.& Abb.in c.1.extr.de conſtit.Saly.in l. 1.C.de Sicar. & plenius in l.ſi nul-
lum C.de pign.act.*

*Quæſt.*16. Quæro de leuiſſima culpa in officiis, velut in Procuratore, Aduoca-
40 to, Nuntio, exequutore † teſtamenti, & Cuſtode Carcerum, in Agrimenſore, in Proxe-
neta, ad primum reſponde ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſupra in quæſt. de mandato,
nempe quod Procurator ad lites obligatur de leuiſſima culpa. *l.à Procurat. C.mand.* Ad
ſecundum eadem videtur accõmodanda reſponſio per tex. in *l.ſi exhæredatus in p.ff. de
in off.teſt.* vbi procuratio, & aduocatio æquiparantur. *gl.in Rub.C de proc Spec.in tit de Sa-
la. io ver.ſed numquid de Salario,* plus aio, quod Procuratores, dicũtur etiam largo modo
Aduocati. *Iaſ.in d. Rub.C.de Proc.* vbi vide pro hac quæſt. in terminis Cynum, & Fulgos,
quos citat *Appoſt.ad Bart.in l.quod Nerua,nu.38.ver.* ſeruus in fine. Ad tertium reſpon-
det. *Bal.in l.à Procur. n. 5. C.de man.* negans obligari Nunciũ de leuiſſima culpa, quoni-
am, & ſi mittens Nuncium eligat eius fidem, non tamen dicitur eligere eius induſtriã.
Ad IV. duplex eſt inſpectio, prima quidẽ, an exequutor propter leuiſſimã culpam in
non exequẽdo commiſſam perdat lucrũ ſibi teſtamento relictum. Altera an teneatur
de interitu, vel de deterioratione rei, quã debeat ex ordine teſtatoris, vel pauperibus
diſtribuere; vel alio modo. exequutioni mandare; quo ad primũ iterum diſtinguendũ
puto, etenim, aut exequutio reſpicit pia relicta, aut ꝓphana. Exequutor legati pii ha-
bet tẽpus ſex menſium, quod cedit a die inſinuationis teſtamenti. *§.ſi legatum in auth.
de eccleſ.titulis. Abb. & Dd.in c.nos quidem ext.de teſt. & ibi Didac.in epitome.nu.m6.* limi-
tans in caſu eccleſiæ conſtituendæ per tex. *in §.ſi quis ædificationẽ d.auth.de eccleſ.tit.* eoq;
tẽpore elapſo, ſi non ſoluit, is qui eſt legato oneratus tenetur ad vſum, & ad fructus *d.§.*

ſi legatum Did.in c.filius noſter.num.5.ext.de teſt. vbi multa congerens declarationem affert, quod in exequutore obtinere ſentit *Di.d.n.6.* quæ negligentia non exequendi intra tempus ſex menſium; videtur etiam referenda ad leuiſſimam culpam per text. in *Clem.1.de teſt.in ver. negligentia*, vt not.ibi *Card.* nec ſine ratione, quia leuis culpa negligentia eſt, & talis negligentia in *d.l.ſi legatum*, cenſetur leuiſſima culpa in omittēdo, proinde *Card.* ait, exequutorem teneri de leuiſſima quaſi de dolo, forſitan fauore piæ cauſæ, merito perdit lucrum ſibi teſtamento relictum; ſed an tollat fructus perceptos ex dicta re legata; non ſatis mihi conſtat, & ſequor in dubio ſententiā negatiuam, quoniam pœna certo debet eſſe iure impoſita; ſed ſi ille exequutor, fructus interim non percepiſſet, tunc ex ſua contumacia forſitan deberet reſtituere. In exequutione legatorum prophanorum competit exequutori tempus anni ad exequendum, à die monitionis iudicialis. *Authent.hoc amplius Codic.de fideicommiſſ.cap. nos quidem*, & ibi *Didac.in principio extr.de teſt.* & in *d.capit.filius noſter, num. 6. & 7.* & tunc lucrum perdit exequutor.

Porro autem non videtur hæc eſſe leuiſſima culpa, cum reſpectauerit iudicis admonitionem, & eam ſpreuerit, nō ad implendo intra annū, imo potius lata culpa, quæ dicta ſunt autem de tempore ſex menſium, vel vnius anni ad exequutionem legatorum, accipere debemus locum habere, quoties tempus non eſt præſtitutum à teſtatore, nam ſi eſſet aſſignatum, deberet illud ſpectari à die aditæ hæreditatis computandū *Abb.in cap. nos quidem de teſt.col.2.* & eſt tex *in l.ſtatu liberos. §.ſi quis hæred.de ſtatu liber. Bartol.in leg.Genero ff.de his, qui not.infam. Alexand.in l.ſi mihi, & ibi.§.1.de leg.1.* iuſtum eſt enim ante aditam hæreditatem diem datum ad exequendum non currere *Did.in d.c.nos quidem.num.1.*

Quo ad alteram inſpectionem, an exequutor teneatur de leuiſſima culpa, ſi res interierit, vel ſit deteriorata propter exequutionem non factam; ſane puto negandum per tex. *in l.ſi ſeruus Com.§.cum quod.ff.de leg.1.* vbi rogatus præſtare legatum, vel fideicō. de dolo tantum obligatur, non de culpa, & ſi nullum percipiat ex eo teſtamento emolumentum, vt accidit exequutori in hoc noſtro caſu, qui autem deſiderat de exequutore vltimæ voluntatis intelligere videat *Did.cæteroſq. ſcrib.in c.nos quidem, & in c.ſi hær. ext.de teſt. Bart.in l.alio hær.ff.de alim.& cib.leg.*

Quæſt.17. Venio his explicatis ad cuſtodem Carceris, quem apud antiquos Com-
41 mentarienſem appellatū † legimus, vt obſeruat *Budæus in Pandectis ad tit.ex quibus cauſis maiores*, quia ſc.in Commentariis cuſtodias referret, an is teneatur de leuiſſima culpa. *Flor.in l.ſi vſusfr.§.cum igitur.ff.de vſufr.* affirmatiuam ſententiam probat; & addit q. ſolus cuſtos Carcerum pro leuiſſima culpa criminaliter puniatur, & fauet eius ſententiæ *l.fin.ff.de cuſt.reorum*, ibi qui ſi negligentia amiſerint, pro modo culpæ, vel caſtigantur, vel militiam mutant, ecce culpam omnem puniri, ſed grauius, aut leuius pro modo culpæ, adeo, vt in *fin.dicat tex.* ſi fraudulēter fuerit verſatus in dimittenda cuſtodia, capite puniatur, vel in extremum militiæ datur. Confirmatur ratione propterea, quod Cuſtos accipit officium, in quo deſideratur maxima diligentia, eaq; ratione ſicut diximus, in procuratore ad lites leuiſſimæ culpæ nomine obligari, tantundem debemus reſpondere in cuſtode, vt pluribus oſtendit *Maſc.de probat.vol.1.conc.469.n.3.* Diſtinguendum autem videtur, numquid Carceratus, qui aufugit culpa Cuſtodis eſſet detruſus in carcere pro cauſa ciuili, aut criminali. Priori quidem caſu tenebitur pro qualitate culpæ. *d.l.fin.* per quam declaratur *l.ad Commentarienſem.* Secundo vero caſu obligatur, creditori ſatisfacere *Iaſ.conſ.27.n.1.lib.3.poſt Bal.conſ.177.facit l.eum pro quo.ff.de in ius voc.* Cæterum multis de cauſis excuſatur iſte cuſtos; quas copioſe; & eleganter congerit *Men.de arbit.iud.cauſ.li.2.Cent.4.caſu 302.Maſc.d.concl.496.n.8.* & ampliat prędicta procedere etiam quando aliquid eſt illatum, ex quo detrimentum poſſit oriri, quaſi non potuerit accidere, niſi Cuſtodis negligentia, *Areth.conſ.38.nu.314.& 304.* vbi ampliat in cuſtode Caſtrorum. Reliquum eſſet de Proxeneta, & de Agrimenſore diſſerere verū ſatis de his verba fecimus ſupra; Nam Agrimenſor ſolum de lata culpa obligatur. *l.1.ff.ſi Menſor falſum mod.dixer.* cui proxeneta ſimillimus eſt, vt oſtendimus in antecedentibus

Q.18. Quæro quo pacto culpa vnius Rei credendi noceat alteri, reſp.cum *Bar.in*
42 *l.ex duobus.nu.40.ff.de duobus reis*, † rurſus in quæſtionem pono, quo modo culpa vnius ſocii, noceat alteri, ſolue vt per *Bart.in l.ſi de com.n.1.ff.ſi ſeruit.ven.* dubito etiam qua
43 ratione leuiſſima culpa probetur, etenim † regulariter eſt probanda *l.fin.in ver.* inter-

chim de *cuſtod.reorum gloſſ. in l. quoties. § qui dolo. ff. de probat.* & capitur illa interpretatio, per quam excluditur culpæ præſumptio. *l. exceptione, & ibi gloſſ. in fine, & Bart. nu. 7. ff. de fideiuſſor. Dd. in l. ſi quis ex Argentarius. §. fin. de eden. Maſc. de probat. vol. 1. concl. 45* prætereà tametſi probatur, aliquando iuris præſumptione ſicut in furto, & in incendio, nempe ſi res commodata mihi furto ſubtracta, vel incendio conſumpta, præſumitur namque leuiſſima mea culpa id accidiſſe, donec contrarium probauerim. *Maſcard. in loco mod. cit. Ant. Vnum. 5.* prætereà cum leuiſſima culpa ſit facere, quod diligentiſſimus alius non faceret, & omittere, quod alius diligentiſſimus nõ omitteret, iuxta exempla à nobis tradita in principio huius capituli nonieris, vt arbitror difficile teſtibus probare iſtud, quod factum, vel prætermiſſum leuiſſima culpa dicemus. alius diligentiſſimus feciſſet, vel prætermiſiſſet, ſicut è conuerſo ad excuſandam hanc culpam poterit probari factum eſſe, quod alius diligentiſſimus feciſſet, vel eſſe prætermiſſum, quod ille prætermiſiſſet.

De Fraude. Cap. V.

1 *Fraus ſæpe pro dolo capitur in iure.*
2 *Fraus pœnam interdum ſignificat.*
3 *Aliquando periculum.*
4 *Nonnunquam damnum.*
5 *Priuationem quoq; denotat.*
6 *Pro deceptione, fallacia, & impoſtura ſumitur.*
7 *Fraudatorium interdictum, unde appellatum, fraudator, fraudulentus, fraudatio, à fraude.*
8 *Vulpes fraudis ſymbolum. Lyſandri dictum.*
9 *Pardi, & vulpis apologus.*
10 *Ex Rhadamanti ſententia fraudulentorũ hominum animæ vulpibus traduntur puniendæ.*
11 *Ordo explicandi fraudis materiam.*
12 *Fraus vnde ſit appellata.*
13 *Quid ſit fraus, ex D. Thoma. ex Alberico. ex Baldo. ex Doct.*
14 *Fraus, quid ſit ex authore.*
15 *Fraudis multiplex diuiſio, re, & conſilio.*
16 *Fraudem quandoq; bonam inueniri.*
17 *Differentia inter dolum, & fraudem data à D. Thoma refellitur.*
18 *Fraus in omittendo, & in committendo.*
19 *Fraus alia vera, alia præſumpta.*
20 *Fraus, vtrum differat à dolo.*
21 *Multæ iuris regulæ quæ eodem modo in fraude, & dolo diſponunt.*
22 *Ex diuerſitate titulorum colligitur eſſe differentiam inter dolum & fraudem.*
23 *Dolus aduerſus hominem, fraus aduerſus hominem, & legem committitur.*
24 *Fraus differt à dolo, vt ſpecies à genere.*
25 *A remotione generis, remouetur qualibet eius ſpecies.*
26 *Genus de pluribus prædicatur, in quid.*
27 *Non eſt vera differentia, quod dolus committatur re, et verbis, fraus re tantum, non verbis.*
28 *Fraus verbis quoq; committitur.*
29 *Differentia inter dolum, & fraudem, ex Alberico.*
30 *Fraus an ſit generalior dolo.*
31 *An dolus, & fraus, ſint eiuſdem virtutis, & aquè late pateant.*
32 *Intellectus ad l. iuriſgentium. §. ſi fraudandi. ff. de Pact.*
33 *Fraus eſt generalior dolo, ex ſententia Authoris.*
34 *Contra quos fraus committi ſoleat, nempe contra creditores, contra patronos, cõtra parentes, contra filios, ſiue liberos, contra fiſcum, & contra legem.*

NVnc poſt culpæ tractatum ſequitur explicatio fraudis, quæ tam proxima eſt do-
1 lo, vt ſæpiſſime pro dolo accipiatur † in iure. *l. Diuus. ff. de reſtit. in integr. l. nihil. ff. de inofficioſo teſt. l. 63. ff. de rei vend. l. 3. in fin. ff. pro Socio l. 10. C. de procurat. Virgil. relatus à Cagn. in l. fraudis. ff. de reg. iur.*

Quid meruere boues animal ſine fraude, doloq;

Secundum quam ſignificationem ex multis, quas iſtud nomen habet fraudem
2 hoc loco, intelligimus, nam fraus pœnam aliquando † ſignificat. *l. cum autem. §. excipitur. ff. de ædilit. edict. in verb.* veteres enim fraudem pro pœna ponere ſolebant, quare capitalem fraudem ibidem *Vlpian.* appellat capitalem pœnam, per quam Reus ſit capite puniendus, ideoque non inuenitur pœna ſine fraude *l. aliud eſt fraus. ff. de verb. ſignific.* qua definitur latiorem eſſe fraudis, quam pœnæ acceptionem, ſi quidem, & cum pœna reperitur, & ſine pœna, ſed abſque fraude non datur pœna, vt ibi quoque

Digitized by Google

3 *Alciat*.exponit. Secundo fraudis nomine † periculum alicuius incommodi continetur.*l.1.ff.ad l.Falcid*.in verbo eis, quibus ita datum, legatumue erit, eam pecuniam ſine fraude capere liceto.*l.25.capite quinto ff.de adult.ibi*:viro adulterum cum ſua vxore deprehenſum retinere horas viginti teſtandæ eius rei cauſa ſine fraude, iure liceto. *l.8. qui accuſare.ff.de accuſat*.ibi: Alii propter Magiſtratum, poteſtatemue, in qua agentes, ſine fraude in ius vocari non poſſunt, dicitur enim fraus noxa, & pœnæ quædam præparatio.*l.aliud eſt fraus.ff. de verb.ſignif*. ideoque ſine fraude, id eſt, ſine periculo, & im-
4 pune. Tertio fraudem pro damno † accipi quidam putant *l.inter eos.ff.ex quibus cauſ.maior.in verbo. Medici officium*. quod gerunt, & publice prodeſt, & fraudem eis afferre non debet reſtitutionis auxilium implorare poſſunt, & *leg.1.ff.de alien.iud mutan*. in verbo idque data opera in fraudem noſtram fecerit. *l.ſi longius in fine, ibi* impune fraudem patiatur.*ff.de iud*.ita capit. *Horat.in carmine ſeculari*.

Iuuit ardentem ſine fraude Troiam.

Ita quoque ſumitur, in alienationibus, manumiſſionibusue, quæ in Creditorum, Patronorumque fraudem fiunt, pro damno, namque pecuniario accipitur.*l.1.§.& alius.ff.quæ in fraud.patron.l.1.ff.quæ in fraud. Cred.§.in fraudẽ inſtit.quib.ex cauſ. manum. li-*
5 *cet, vel non §.item ſi quis in fraudem inſtit.de actio*. Quarto fraudandi verbum † priuationem ſignificat, hinc fraudare hæreditate.*l.2.ff.de his, quæ in teſtam. delen*. ibi multum intereſſe arbitror, vtrum illum fraudare tantum voluerit hæreditate an vero cauſa illius totum teſtamentum infirmare, hoc ſenſu fraudare Genium dixerunt, id eſt, tollere, & auferre, voluptati, quæ per genium oſtenditur, ſignificantes. *Plaut.in Aulu. ego me fraudaui, animumque meum, Geniumque meum, & ille ſuum defraudans genium parſit miſer*. eodem modo accepit *Vergil.4.Æneidos*:

Me puer Aſcanius capitiſque iniuria chari,
Quem regno Heſperiæ fraudo, & fatalibus aruis.

6 Quinto † pro deceptione, fallacia impoſtura, machinationeque ſumitur, & vim doli habet *Alciat.in l.aliud eſt fraus.ff. de verb.ſignific*.& probatum eſt initio huius capituli multis iuribus, & ab ea deducitur nomen fraudulenti, doloſum, & fallacem ſignificans.*l.adeo quidem.§.ex diuerſo.l.vlt.§.fin.ff.quæ in fraud.credit*. hinc fraudator tam qui alienat, quam qui accepit in fraudem. *l.aut prætor.§.pen.eo tit*. hinc fraudatorium interdictũ, quo † geſta in fraudẽ reuocantur.*l.67.ff.ad Trebell*.inde etiã fraudatio *l.50.ff.de pecul*.in qua fraudationis cauſa latitat, q hoc animo latitat, vt fraudet creditores. His profecto mirũ, quod hoc verbo, tã multa apud latinos ſignificentur, quando, & apud Græcos quoque eſt multiplicis acceptionis, vt egregie ſcriptum reliquit *Rhodigin. Antiquarum lectio.Tomo 2.lib.10.cap.8*.& ſecundum hanc ſignificationem, de fraude nobis differendum eſt. Cuius fraudis ſymbolum, erat tum ſacris, tum prophanis Scripto-
8 ribus Vulpes, † nam per eam vaſtum, callidumq; aſtutumq; hominem, ac dolis omnibus inſtructum tradunt ſignificari. *Horat*.

Nunquam te fallent animi ſub vulpe latentes.

Huic enim dolos, à Natura datos, teſtis eſt *Lucretius*, de eadem *Plutarchus* refert
9 Pardo reſpondiſſe † animo, ſibi eſſe eam colorum varietatem, quam ille haberet in tergore, & celebre eſt Lyſandri dictum, vbi non valeat leonis ſpolium, vulpeculæ pellem aſſumendam, *Cicer.1.de officiis*, fit iniuria aut vi, aut fraude, fraus quaſi vulpeculæ
10 apud Claudianum † & Rhadamanti ſententia fallacium hominum animæ Vulpibus immittuntur puniendæ licet falſa ſit ſententia: De fraude itaque tractaturi videamus.
11 † Primo quid ipſa ſit. Secundo quotuplex. Tertio quomodo diſtet à dolo. Quarto contra quos fraus committatur.

Quæſt. 1 Et ſane quo ad primam quæſtionẽ ſi nominis definitionem inquiti-
12 mus, dicta eſt fraus à † ferendo, quaſi deceptio ſit, quæ alicui infertur, ſecundum *D. Thom. 1.ſecunda quæſtione 55. articulo 5*. ſi vero definitionem, quid rei deſideramus, *Cagnol. in leg.fraudis, ff. de regul.iuris refert Bald. & alios in titulo*, ſi de feudo contro-
13 uerſia † ſit, inter Dominum, & Agnatum in §. *beneficium dicere*, fraudem eſſe proprie, quando ſimulatur permiſſum, & re vera prohibitum agitur, vel, vt ait *Abbas in conſ.68. lib. 1. Dec. in d. l. Generaliter de regul. iuris*, fraus ſit per eum, qui ad deceptionem alterius, & ad ſui commodum aut verum tacet, aut falſum exprimit. *D. Thomas loco nuper citato* ait fraus eſt exequutio iniuſtitiæ, in his quæ ſunt facti. *Alberic. in leg. iuris gentium. §. dolo. ff. de pact*. dixit fraus eſt doloſa ſubtractio, iuris alteri

lum quæſiti lucrandi animo. *Bald. in l. fraus. ff. de legibus* inquit eſt de permiſſo ad pro-
14 hibitum tendens occaſio. Arbitror † etiam non male definiri dicendo: fraus eſt al-
terius circumueniendi prohibitæ rei commiſſio, vel licitæ omiſſio, fraudem nanque
facimus, vel committendo quod non eſt licitum, nempe alienando bona noſtra &
perniciem creditorum, vel omittendo quod eſt licitum, puta ſi quis fraudationis cau-
ſa non vtatur ſeruitutibus, vel rem ſuam habeat pro derelicto *l. in fraudem, cum l. ſeq. ff.*
quæ in fraud. credit.

15 Sed iam, quæ ſint fraudis † ſpecies intueamur, *Alciat. in l. Aliud eſt fraus & Cagn. in*
l. fraudis interpretatio ff. de reg. iur. ex intentione Dd. *in l. iuriſg. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact.*
inquiunt ſimulationem, fallaciam, machinationem, impoſturam, ſpecies eſſe fraudis,
vnamquamque declarantes.

Aliam diuiſionem ponit *Accurſ. in d. §. ſi fraudand.* vt ſit duplex, altera re, & conſi-
lio ſimul, altera re tantum *§. in fraudem Inſt. quibus ex cauſ. manu. lic. vel non l. in fraudem. ff.*
qui, & à qu. lib. l. fin. iuncto ſum. C. de reuo. his, quæ in fraud. Dec. in d. l. fraudis, dicens ſimilē eſſe
hanc diuiſionem illi, quam de dolo tradunt Dd. nempe dolus, aut ex propoſito aut rē
ipſa, & ſicut dolus re ipſa non eſt proprie dolus, inquit *Dec.* idem videtur in fraude, vt
ſcilicet non dicatur fraus re ipſa, abſque propoſito, vel conſilio videndus eſt *Cag. in d. l.*
fraudis, in qua hanc videtur Alciati diuiſionem reprehendere.

Aliam quoque diuiſionem prædictis addendam eſſe cenſeo, fraudem ſcilicet
aliam bonam, aliam malam eſſe, quemadmodum de dolo, reſpondit Iuriſconſultus *l.*
16 *1. §. 1. & §. non fuit. ff. de dolo.* ſi quis enim aduerſus † hoſtes, vel latrones ſe, ſua, vel etiam
aliena tuendi, conſeruandique cauſa, quippiam machinetur bonam fraudem appel-
labunt omnes, argumento *d. §. 1.* & licet bonam fraudem vocatam in iure, nō inueniā,
ſed tantum bonum dolum; tamen ratio ſuadet vocari poſſe, maxime cum exploratum
ſit legibus noſtris, fraudem pro dolo non raro vſurpari, *Hora. 1. carmin.* malam fraudem
nuncupat, ſentiens, & bonam inueniri.

Audax Iapeti genus ignem fraude mala gentibus intulit.

Et fraudem quandoque bonam inueniri *Rhodiginus Tomo 1. li. 11. cap. 7.* memoriæ
prodidit, his verbis, cæterum ſcire conuenit eſſe quandoque fraudē bonam, quando
Æſchylus ita inquit.

Fraude iuſta non abſtinet Deus.

Et propterea veram non eſſe arbitror illam differentiam, quam plerique tribuunt
17 *D. Thomæ,* quod † nimirum dolus poteſt eſſe ſine fraude, ſed fraus non conſiſtit ſine
dolo, accipiendo ſcilicet dolum, malum, non dolum generaliter, nam etiam generali-
ter fraus accepta reperitur bona, & mala. Alia quoque ſuccedit diuiſio nempe fraus a-
18 lia † in omittendo, alia in committendo *l. in fraudem cum l. ſeq. ff. quæ in fraud. cred.* & cō-
pertum eſt ex definitione fraudis, quam nuperrime dedimus. Huic proxima eſt illa
19 diſtributio, vt fraus vna ſit vera, alia præſumpta. † Vera quidem quoties verè alius læ-
ſus eſt fraudulento conſilio *d. l. fraudis.* Præſumpta, quando non ita certum eſt an vere
commiſſa ſit, cæterum lex quibuſdam adiuncta coniecturis præſumit commiſſam, ve-
luti coniunctione ſanguinis. *Crau. conſilio 82. argumento leg. data opera. C. de donat.* *Bart.*
in leg. non ſolum de ritu nupt. Aut ex vicinitate actuum, idem *Crauet. conſilio 153. num. 9.*
verbo eſt enim veroſimile, vt infra ſuo loco coploſius exponemus, quando de pro-
batione fraudis agemus, & tandem, vt vno verbo, complectar traditæ omnes, *in*
2. lib. doli diuiſiones, niſi me fallit opinio, poſſunt ad diuiſionem fraudis accom-
modari.

Q. 2. Quæro de differentia doli, & fraudis, cuius quæſt. duæ ſunt poſitiones al-
20 tera an differant, altera ſi differant, † quonam modo inuicem diſtent, & quo ad pri-
mum videtur adhærendum ſententiæ negatiuæ, tamquam communiori vt teſtis eſt
Iaſ. in l. Iuriſg. §. ſi fraudandi ff. de pact. ſentiunt enim Dd. eſſe Synonyma *Corn. conſ. 181. n.*
7. volum. 3. Alex. d. §. ſi fraudandi, & probatur in primis ex multis iuribus citatis in primo
huius capituli in quibus fraus pro dolo ſumitur *l. 12. ff. de inoff. teſt. l. 63. ff. de rei vend.* & i-
deo coniunguntur, vt in *l. 3. in fin. ff. pro ſoc. l. 10. C. de procur. l. 1.* in verb. dolum, iuncta *rub.*
ff. ſi quid in fraud. patrō.

21 Secundo ego corroboro eamdē ſententiā † ex multis iuris regulis, q̄ eodē modo
in fraude, & in dolo cōſtitutæ ſunt, vt ecce nemo videt fraudare eos, qui ſciunt & cō-
ſentiunt *l. nemo. ff. de reg. iur. l. qui autem §. præterea. ff. quæ in fraud. cred.* & illa ſcienti & cō-
ſcienti non fit dolus, nec iniuria *l. 1. §. vſq. adeo. ff. de iniur. v. ſcienti de reg. iur. in 6.* rur-

ſus fraus

lus fraus non poteſt allegari, nec per fraudulentum, nec per eius hæredem. *Bart. in ſuo conſ. incipit Petrus Niccola* ita, nec dolus in ſuper fraus probatur coniecturis *c. 1. & 2. de renunciat. lib. 6.* ita & dolus *l. Dolum. C. de dolo*, præterea fraudis præſumptio excluditur per interuentum iudicis, vel conſanguineorum, quod & in dolo contingit, ex aduerſo, quod iſta ſeiuncta ſint oſtenditur ex *l. 2. C. de in lit. iur.* in verbo ſi neque dolus nec lata culpa, nec fraus hæredis interuenerit; *ex l. 1. ff. de his qui not. infam.* ibi qui de dolo malo, & fraude ſuo nomine condemnatus, pactuſue erit obſeruando cum *Alex. in d. §. ſi fraudandi*, quod copula, & ponitur inter diuerſa, & profecto, non videtur inficiandum, quin aliquo inter ſe diſcrimine ſeparentur, non tam ex allegato argumento dd. legum (quoniam ſæpe inter ea, quæ ſunt eiuſdem poteſtatis, ponitur illa copulatiua, vt *in tit. de leg. & fideicom. 1.* cum per omnia legata ſint exæquata fideicommiſſis *l. 1. ff de leg. 1.* & qui facit legatum dicitur protinus feciſſe fideicom. *l. 2. C. comm. de leg.*) quàm ex di-
22 uerſitate † nominis, & tractatus *l. ſi idem, iuncta gl. C. de codicill.* cur enim ſi idem poſſent dolus, & fraus diuerſo nomine cenſerentur, & diuerſo tractatu exponerentur, de illo agitur in *tit. ff. & Cod. de dolo*, de iſta vero in titulo ſi quid in *fraud. patron. & in tit.* quæ in fraudem creditorum; accedit quod dolus dirigitur contra perſonam, vt palam eſt ex definitione eius *in l. 1. ff. de dolo*, ibi ad decipiendum, circumueniendum, &c. ſed
23 fraus, & contra † hominem, & contra legem committitur *Bart. in tract. de teſt. nu. 106. verſ. quidam enim* inquiens ſæpe iura hiſdem vocabulis ad alterum ſignificandum vti promiſcue; ea, vt arbitror ratione quoniam tam dolus malus, quam fraus mala deceptionem continet, ab animo facientis pendet, iuſtitiam lædit publice, ac priuatim damnum inferens.

Quare cum ex iam dictis dilucide conſtet dolum, & culpam differre proximum eſt, vt inquiramus, quo diſcrimine ſeparentur. *Dd. in l. iuriſg. §. ſi fraudãdi* in varias ſententias diſtrahuntur, & omnes muniunt ſuam ſententiam ex *d. §. ſed ſi fraudandi* in illis
24 verbis (ineſt enim & dolo fraus) & tres † ſunt opiniones, prima quod dolus ſit pro genere, fraus loco ſpeciei; altera ex diametro priori contraria, tertia eſt, vt æquiualeant, priorem pluribus ſuffragiis receptam dicit *Iaſon.* arguens, quoniam fraus ineſt dolo, & ſpecies ineſt generi.

25 Secundo *Bald.* ibidem ratiocinatur, à remotione generis, † remouetur quælibet eius ſpecies *l. ſi cauſa. ff. de tranſact.* per remotionem autem doli factam ab edicto prætoris, cenſetur quoque remota fraus, cæterum euitatur hic obex, quippe licet prohibito dolo, credatur quoque prohibita culpa, fit tamen alia ratione, quam quia ſit remotum genus, nempe ex pari natura doli, & fraudis, cum tam iſte quam illa ſit inimica legis, bonum, & æquum corrumpens, quo ſalus ciuitatis continetur, *l. pen. ff. de Iuſt. & iur.* Tertio ſuffragatur, quod dolus de pluribus prædicatur, quam fraus; & genus eſt
26 quod conuenit pluribus † ſpecie differentibus *Bald. d. §. ſi fraudandi*, & in *l. quæ fortuitis num. 8. C. de pign. act.* inquiens quod fraus dicitur proprie contra fidem, *Soc. Sen. in l. ait prætor l. 2. ff. de iureiur. Cagnol. in l. generaliter. ff. de reg. iur.* Dolus autem non modo contra fidem, ſed etiam extra fidem committitur, cum ſcilicet eum decipimus, cui nullam fidem aſtrinximus. Plane refellitur, quoniam contra fidem eſt perfidia, non fraus. Perfidus enim eſt violans fidem *Virg. 4. Æneid.*

Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum poſſe nephas.

Fraus dicit à ferendo, quia deceptionem inferat; probatur etiam quia ſæpe fit fraus legi Dd. in *l. non dubium C. de legib. l. frans. ff. de leg.* & nihil fit aduerſus fidem datam. ſæpe etiam fraudem facio, cui nullam fidem dederam, quare gloſſ. *in l. 2. C. de in lit. iur.* inquir dolum eſſe generaliorem quod fiat clam, & palam, fraus tantum palam, argumento *l. iuriſg. § dolo. ff. de pact.* quæ probat tantum dolum fieri clam ſcilicet aliud agendo, aliud ſimulando, & fraus quoque clam geritur, cum pendeat ex fraudantis cõ-
27 ſilio *l. fraudis interpret. ff. de regul. iur.* & *Cic. dixit in primo. de off.* fraudem † eſſe quaſi vulpeculæ.

Quarto *Bar. in tract. de teſt. n. 106.* oſtendit latiorem eſſe dolum, authoritate D *Thomæ*, cui aſſerit ſtandum eſſe. Dolus inquit ſanctus & doctiſſimus vir, cõmittitur, verbis & factis; fraus autem factis tantum, ſequitur *Nauarr. in manu. confeſſ. c. 23. n. 7. & 77.* & probatur ex titulo de his, quæ in fraudẽ credit. nẽpe alienando, manumittendo, porro
28 aũt diluitur argumentũ quando fraudẽ † verbis quoq; fieri compertũ eſt authoritate, atq; ratione, illa ducitur ex *§. ſiquis nihil in l. falſ. ff. de furt.* ibi (ſi nihil de ſua perſona mẽtitus, ſed verbis fraudem adhibuit) & miror Bartolum, Nauarrum, viros oculatiſſimos

Digitized by Google

hunc textum nõ vidiſſe, Ratio, vero eſt quoniam fraudis ſpecies ſunt, ſimulatio, falla-
cia, calliditas, machinatio, ſecundũ ea, quæ ſupra dicta ſunt; fallacia verbis fit, deſcen-
dit enim à fallo, fallaciæ autem dicuntur verba ad decipiendum cõpoſita, machinatio
eſt ars decipiendi, verbo, vel facto. *Cagn. in d. l. fraudis interp.* ſi itaq; fraus verbis etiã fit,
29 non factis, eſt dolo æqualis, non inferior.† *Alb. autẽ in l. 1. n. 5. de dolo*, ait fraus eſt ſpecies,
& fit cauſa commodi, dolus eſt genus, quia cõmittitur cauſa cõmodi, & ſine cõmodo,
verum *Alb.* non probat, & ſi quis recte conſiderat dolus, æque ac fraus exercetur ani-
mo lucrandi, quin imo ſæpe fraus adhibetur ſine vlla ſpe commodi, vt quando fit alie-
30 natio, vel manumiſſio in fraudem creditorum nihil ex ea lucratur Debitor.† Secun-
da opinio fuit fraudem eſſe dolo generaliorem quam *Bald. in d. §. ſi fraudandi nu. 5.* pro-
bat hoc argumento: genus ineſt cuilibet ſpeciei, vt animal ineſt homini donatio lega-
to. §. 2. *Inſtitut. de legat.* populus ineſt plebi. §. *plebiſcitum, inſtitut. de iur. naturali gent. &
ciuil.* & merito poſita ſpecie, ponatur genus; *l. 1. ff. ſi cert. pet. l. ſi quod eorum. §. inter em-
ptum. ff. de leg. 3.* & ideo recte ait textus dolo ineſt fraus. Huic opinioni mirifice ob-
ſtat, quod Iuriſconſultus in *d. §. ſi fraudandi* cupiens oſtendere, quod prætor prohi-
bet fraudem in pactis, ꝓbat ex eo, quod dolum prohibuit, quod ſi dolus eſſet ſpecies,
fraus autem genus, mala eſſet ratiocinatio, ſi quidem ad remotionem ſpeciei, non ſe-
quitur remotio generis. Tertia ſuccedit opinio, quam *Iaſon.* ibi inquit magis eſſe
communem, & *Alexand. eodem. §. ſi fraudandi numer. 4.* ait fuiſſe ſententiam Bartol. cui
31 alii omnes adhærent, nimirũ, dolum, & fraudem eiuſdem † eſſe virtutis, & poteſtatis,
ſoloque nomine ſeiungi, id quod generaliter acceptum, non cenſeo eſſe verum ex
his, quæ ſupra diximus propter diuerſum tractatum doli, & fraudis, recte autem puto
conuenire. *d. §. ſed ſi fraudandi* in quo pactum doloſum, ſua vi & natura continet etiam
conuentionem fraudulentam; pactio namque fraudulenta etiam doloſa eſt, quid
enim ſi prætor in ſuo edicto; de pacto fraudulento eſſet locutus, nonne Iuriſconſul.
32 idem fuiſſet reſponſurus, de pacto doloſo? proinde dolo fraus ineſt in *eo.* § non vt †
ſpecies generi, ſed natura, & virtute, quando dolus, æque ac fraus, machinationem
continet; ad probandum autem generaliter, dolum patere latius fraude, non ſatis vi-
33 rium habet propter varios intellectus, quibus eſt oneratus. Et ſi in hoc † articulo licet
interponere, quod mei iudicii ſit, procliuior ſum in eam ſententiam, vt credam frau-
dem dolo generaliorem, & moueor palmario, ni fallor, argumento nam machinatio,
& fallacia ſunt genus doli. *l. 1. §. 1. ff. de dolo*, ſi ſimulatio quoq; eſt genus doli *d. §. 1.* ibi cũ
aliud agitur, at fallacia, ſimulatio, machinatio, ſunt ſpecies fraudis, *Alciat. in l. Aliud eſt
fraus ff. de verb. ſign. Cagnol. d. l. fraudis de reg. iur.* ſi igitur quod eſt ſpecies fraudis, eſt ge-
nus doli, ſequitur dolum eſſe longe ſtrictiorem fraude, corroboratur fraus contra le-
gem, & contra hominem dirigitur, vt ſæpius eſt dictum, dolus aduerſus hominem
tantum, neque enim leges dicunt dolum fieri aduerſus legem, ſed fraudem; homini
autem dicunt, & dolum, & fraudem fieri, vt conſpicuum eſt in *tit. de dolo, in titulo de his,
quæ in fraud. Cred. & titulo quæ in fraud. patron. in tit. C. de reuoc. his; quæ in fraud. Cred.*
34 Proximum † nunc eſt; vt quæramus fraus contra quos committatur? reſp. contra
plures fraudem fieri, vt ſcriptum reliquerunt *Iacobus Butrig. Nicolaus de Neapoli & Iaſ.
in §. item ſi quis in fraudem, inſt. de act.* præcipue verò

Aduerſus { Creditores. / Patronos. / Parentes. / Liberos. / Fiſcum. / Legem.

De fraude contra Creditores Cap. IIIII.

1 Fraus contra Creditores quinque modis committitur.
2 Creditoris multiplex ſignificatio.
3 Quo modo accipiatur Creditor in hac materia fraudis.
4 Creditor in diem, vel ſub conditione vtrum ſit proprie creditor.
5 Fides eſt indubitata credulitas.
6 Teſtator mandans ſolui creditoribus ſuis, non creditur mandaſſe fieri ſolutionẽ his quibus

quibus obſtat exceptio.

7 Statutū loquens in creditore numquid obtineat in conditionali creditore.

8 Creditor conditionalis eſt proprie creditor contra Dd. pro Fulgoſio.

9 Idem iudicatur de ſpe, quod de re.

10 Dictio mox, ſæpe denotat temporis interuallum.

11 Diuerſæ ſpecies, diuerſos pariunt effectus.

12 Creditor cōdit. etiam ſi eſſet improprie talis, vt volunt communiter Dd. tamen ſub hoc titulo continetur.

13 Remedia reuocatoria, quando competant Creditori conditionali.

14 Actione reuocatoria reſtituuntur, tam res, quam obligationes alienatæ.

15 Fumos vendere, quid ſit, & vnde fuerit prouerbii origo.

16 Theticus apud Heliogabalum fumi venditor inſignis.

17 Pœna ab Alex. Imp. iniuncta Thureno fumorum venditori.

18 Fraus, non ſolū facto, ſed verbo etiam committitur.

19 In fraudem factum, ſimulatum, fictum, & imaginarium videntur prope idem.

20 Simulati, ficti, & imaginarii, propria ſignificatio.

21 Fictio legis eſt non hominum.

22 Imaginaria locatio, imaginaria venditio, imaginaria apocha, imaginarius emptor.

23 Imaginaria ſolutio, imaginarium, & fictū, quandoque confunduntur.

24 Imaginarii contractus.

25 Differentia inter alienationem imaginariam, & ſimulatam ex vna, & alienationem factam in fraudem ex altera.

26 Fraudator dicitur tam is, qui alienat in fraudem, quam qui accepit, ſi fuit particeps fraudis.

27 Debitor, contrahendo, poteſt fraudare creditores tam ex tit. oneroſo. quam lucratiuo, quam mixto.

28 Titulus lucratiuus, quis ſit.

29 Vtrum filius reuocet alienata à patre per ludum illicitum.

30 Quis oneroſus.

31 Quis titulus mixtus.

32 Fraus fieri poteſt creditoribus, ſi magno precio emo, quod parui precii eſt.

33 Titulus dotis, ex parte Mulieris dotatæ eſt lucratiuus, ex parte patris dotantis, & mariti recipientis eſt oneroſus.

34 Dos, quæ pacto, vel ſtatuto per mortem mulieris reuertitur in totum, vel pro parte ad patrem, vel ad maiorem, non deſinit eſſe ex titulo oneroſo.

35 Titulus legitimæ, titulus donationis propter nuptias, titulus alimentorum, numquid ſint tituli lucratiui.

36 Vt fraus facta dicatur creditoribus ex titulo oneroſo, quæ ſint neceſſaria.

37 Sæpe de facultatibus ſuis plus ſperant homines, quam in his ſit.

38 In alienis negociis nemo debet nimis videri curioſus.

39 Quo modo probatur, emptorem, vel alium accipientem titulo oneroſo fuiſſe participem fraudis.

40 Denunciatio facta ab eo, qui habet ius denunciandi inducit malam fidem.

41 Scientia ementis, vel aliter accipientis, titulo oneroſo, an ſufficiat pro reuocatione.

42 An ſcientia Tutoris, vel Curatoris, ſi pupillus emiſſet, vel Curator.

43 Contrahens cum debitore fraudulento, ignorans ab initio fraudem, & tempore traditionis fraude comperta rem accepit, an cogatur reſtituere.

44 Facilius conſeruantur acquiſita, quam quærenda.

45 Emptor, vt vſucapiat, debet eſſe in bona fide tempore contractus, & traditionis.

46 Fraus debitoris alienantis, quomodo probetur.

47 In debitore alienantē, cum fraudulento conſilio requiritur fraudulentus euentus.

48 In liberto alienante in fraudem patroni ſufficit ſolus euentus fraudulentus.

49 In debitore ciuitatis, fraudis euentus attenditur.

50 Vtrum pater, vel auus, poſſit in fraudē creditoris dotare filiam, vel neptem.

51 Libertus in fraudem patroni poteſt ſuæ filiæ dotem conſtituere.

52 Cur diuerſum in patre debitore filiam dotante.

53 Pater, vt fraudet creditores, nihil poteſt conferre filiis.

54 Mulier, in fraudem creditorum non poteſt ſe ipſam dotare.

55 Nec extraneus eo conſilio dotem mulieri valet conſtituere.

56 Dos in fraudem creditorum conſtituta reuocatur, ita demum, ſi maritus fuit particeps fraudis.

57 Fraus poteſt fieri creditoribus in dominio, in actione, in obligatione, in tempore, in pignore.

58 Debitor, vt fraudaſſe ſuos Creditores dicatur titulo lucratiuo, quæ requirantur.

Digitized by Google

59 *Ex parte recipientis titulo lucratiuo, ſufficit damnoſus euentus.*

60 *Ampliatur in pupillo, in Muliere, in eccleſia recipiente titulo lucratiuo.*

61 *Amplia ſiue res tit. lucratiuo ſit tradita, ſiue aliqua remiſſa oblig.*

62 *Vtrum interſit, an recipiens titulo lucratiuo à debitore fraudulento, ſit particeps vel ignarus fraudis.*

63 *Diſtinctio in articulo.*

64 *Donatio facta in fraudem, an differat à donatione doloſa, vel ſimulata.*

65 *Fraus in rebus quoq; ſpiritualibus fieri poteſt, vt in renunciatione beneficiorum.*

66 *Fraus in renunciatione beneficiorum probatur coniecturis.*

67 *Coniecturæ ſumuntur ratione infirmitatis, conſanguinitatis, clandeſtinitatis, Senectutis.*

68 *Coniecturæ capiuntur etiam à qualitate beneficii, ab inimicitia, ab inobſeruantia mandati.*

69 *Fraus fit etiam per ingreſſum religionis, quando hæres ingreditur Monaſterium, vt faciat fraudem ſubſtituto.*

70 *Fraus quomodo fiat tit. mixto, partim oneroſo, partim lucratiuo remiſſiue.*

71 *Fraus fit etiam emendo magno precio, quod eſt modici valoris.*

72 *Diſtractus quid ſit; quid diſtrahere.*

73 *Fraus fieri poteſt creditoribus per diſtractũ duplici modo, ſoluendo, & liberando, renunciando.*

74 *Item deferendo debitori iuramentum.*

75 *Soluens ante tempus, vel ante conditionis euentum, dicitur fraudem facere.*

76 *Item ſoluens indebitum, interdum etiam ſoluendo debitum.*

77 *Soluens etiam, quod per aliquam exceptionem ſoluere non tenebatur.*

78 *Fraudem quoq; facit, liberans debitorem, ſiue purum, ſiue in diem, ſiue conditionalem.*

79 *Effectus fraudulentæ liberationis, qui ſint.*

80 *Fraus fit etiam renunciando, vt cum fideiuſſor renunciat beneficio fideiuſſorum.*

81 *Vtrum debitor negligendo poſſit fraudem facere.*

82 *Si negligentia ſit talis, vt per eam diminuatur patrimonium creditoris, dicitur facta fraus creditori.*

83 *Qui negligit occaſionem acquirẽdi, non dicitur alienare, fallit in debitore fiſci.*

84 *Repudiatio legati, an fraudem contineat adeo, vt reuocetur.*

85 *Hæres legatarii, qui deceſſerat non dum agnito legato, an poſſit in fraudem creditoris repudiare legatum.*

86 *Diſtinctio in articulo.*

87 *Teſtando, an poſſit fieri fraus Creditoribus.*

88 *Legando, fideicommittendo, & donando cauſa mortis, poſsũt fraudari creditores.*

89 *Vtrum pro legatis, fideicõmiſſis, & mortis cauſa donationib. factis in fraudẽ, præſtentur remedia reuocatoria, an potius cõdictio indebiti, vel actio hypothecaria.*

90 *Non inconueniens, vt remedium prætorium detur vbi competit ciuile.*

91 *Remedia prætoris reuocatoria, plenius prouident, quam condictio indebiti, vel hypothecaria.*

92 *Actio hypothecaria, & condictio indebiti, pro fraudulentis legatis dantur nouo iure.*

93 *Vtilis Fabiana præſtatur, pro reuocatione fraudulenti relicti, de iure digeſtorum.*

94 *Pro reuocatione relictorum in fraudẽ, cur daretur vtilis Fabiana, & non directa.*

95 *Vtrum ad hoc, vt debitor in vltima voluntate videatur legando, aut fidei cõmittendo feciſſe fraudem, deſiderentur illa duo conſilium & euentus, ſicut in actu inter viuos.*

96 *In vltima voluntate ſufficit damnoſus euentus, ad reuocationem relicti.*

97 *Fallit fauore libertatis.*

98 *In libertate iure directo, relicta nõ ſufficit, ad reuocationem ſolus damnoſus euentus; ſed deſideratur conſilium doloſum.*

99 *In fideicommiſſaria libertate attenditur, ſolus damnoſus euentus.*

100 *Differentiæ ratio inter libertates directas, & fideicommiſſarias.*

101 *Similitudines, & differentia inter alienationem fraudulẽtam in vltima voluntate, & in actu inter viuos.*

102 *Fraus fit creditoribus per manumiſſionem ſeruorum.*

103 *Manumiſſio fraudulenta, aut fit in vltima voluntate, aut in actu inter viuos.*

104 *Vnus ſeruus poteſt à Domino in fraudem creditorum manumitti.*

105 *Fallit ſi alicui creditori eſſet ille ſeruus ſpecialiter obligatus, nam in fraudem illius non valet manumiſſio, ſed debet ſe ipſum luere ab eo creditore.*

106 *Si plures ſint ſerui à Debitore fraudulento inſtituti, primo nominatus erit hæres, ſecundo nominatus ſit, eſſet vilioris pcii, vel ſi ſecũdo nominat⁹ erat à teſtatore, ex aliqua ratione manumiſſiẽdus.*

107 *Si ex plurib. ſeruis teſt. inſtitutis in fraudem creditorũ, non conſtet quis ſit primo nominatus, nullius inſtitutio valet.*

108 *Ma-*

108 *Manumiſsio facta inter viuos, non dicitur fraudulenta, niſi doloſus animus cum damnoſo euentu concurrat.*

1 IGitur exordientes eò quò propoſuimus ordine videamus, de fraude aduerſus creditores, in † cuius rei explicatione ante omnia monendi ſumus, fraudē præcipue his modis committi ſcilicet.

1 Contrahendò.
2 Diſtrahendò.
3 Negligendò.
4 Teſtandò.
5 Manumittendò.

2 Deinde cum nomen creditoris pateat latiſſime *l. creditores. l. creditor. l. creditorum* † *ff. de verb. ſignif.* non erit inutile declarare in quo ſenſu capiatur in hac materia fraudis, ac cuiuſdam præludii quærere, an creditor ſub conditione vel in diem ſit proprie creditor, adeo, vt quæ de fraude creditorum dicuntur, in conditionali creditore, vel in
3 diem obtineant, & ſane creditor videtur † hic accipiendus, qui fidem ſequitur alienā *l. 1. ff. ſi cert. pet.* & qui perpetua exceptione remoueri non poteſt *l. creditor is eſt ff. de ver. ſignif.* vel qui habet quamcunq; actionem, ſiue ciuilem, ſiue honorariam *l. creditores eo. tit.* ſiue pecuniam crediderit ſiue rem aliam, *l. creditorum eod. tit.* quibus conſequens eſſe videtur, conditionalem creditorem proprie creditorem non eſſe, vt frequentior eſt *Dd.* opinio, teſtata à *Cagn. in l. 1. n. 274. verb. circa totum. ff. ſi cert. pet.* Primo quia non ſequitur fidem alienam mox recepturus ex eo contractu aliquid, neq; enim eſt omnia
4 recepturus † conditionalis creditor, cum facile poſſit conditio euaneſcere. Secundo quoniam pendente conditione remouetur per exceptionem adeo, vt debitor ſoluens habeat repetendi facultatem *l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. de l. 2. l. ſub conditione. ff. de cond. indeb.* Tertio vbi proprie non eſt debitor, ibi nec proprie creditor eſſe poteſt, ratione mutuæ ſolutionis, debitor autem eſt, à quo inuito exigi pecunia valet *l. debitor. ff. de verbor. ſignification.* Creditor eſt ergo, cui licet exigere ab inuito, talis autem non eſt conditionalis creditor.

Quarto ex conditionali credito ſpes eſt tantum debitum iri § *ex conditionali Inſt. de verb. oblig.* non igitur eſt debitum. Accedit quinto loco, quod ſi teſtator mandet ſolui omnibus creditoribus ſuis, non creditur mandaſſe fieri his ſolutionem, quibus aliqua obſtet exceptio *Bart. in l. fideiuſſor, & ibi Dd. in l. ſeq. ff. de leg. 1. Bald. Ang. Imol. Raphael. in l. quib. dieb. §. dominus. ff. de cond. & demonſtr.* quia ſc. à proprietate non eſt in dubio recedendum in teſtamentis *l. non aliter. ff. de leg. 3.* Quare, nec in ſtatuto loquente de creditore continebitur conditionalis creditor, cum proprie ſtatuta ſint accipienda *l. 3. §. hac verba. ff. de neg. geſt.* not. *Doct. in l. quicquid aſtringendæ ff. de verb. oblig.* Confirman-
5 tur prædicta, quando hic creditor non ſequitur fidem, ſiquidem fides eſt † indubitata credulitas *gloſſ. in l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Cath.* & iſte credit in euentum conditionis, non indubitanter, vltimo ſuffragatur *l. ſi cum fideicom. verb. creditores. ff. qui & à quibus manum.* ibi creditores autem appellantur, quibus quacunque ex cauſa actio, cum fraudatore competit, porro autem creditori conditionali non competit actio, cum fraudatore, cum nec venerit, nec ceſſerit dies *l. cedere diem. & l. creditores. ff. de verbor. ſignificat.* ex qua communiore ſententia infertur aduerſus conditionalem creditorem fraudem non fieri, ſed proprium duntaxat creditorem intelligi, quod ſane durum videtur ex *l. in poſſeſſionem. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. ex l. creditoribus*, de ſeparat. in quibus creditoris conditionalis æque, ac pure habetur ratio, quare in hoc articulo duo ſpectanda ſunt, alterum eſt; an is creditor ſit dicendus proprie creditor, alterum an in materia noſtra fraudis, contineatur conditionalis creditor, dato etiam quod eſſet improprie creditor.

Quo ad primum cenſeo aduerſus com. ſcholam Dd. pro *Fulgoſ. in l. 1. ff. ſi certum petatur*; & aliis nonnullis, quos ibi recenſet *Cagnol. 274. verbo* contraria opinio, & cum *Polit. in tract. ſubſt. colum. 1.* aliis tamen argumentis, & primo creditor, nomen generis eſt, tres ſub ſe ſpecies continens, nempe creditorem purum; in diem, & ſub cōditione, *l. creditores. ff. de verb. ſignif.* in qua etiam obſeruo à nomine creditoris excludi illum cui natura debetur, merito, eque proprie de ſuis ſpeciebus prędicabitur, roboratur, quoniam ex vno eodemque fonte conſtitutiuæ differentiæ earum ſpecierū pullulant, nempe ex tempore, nam alius eſt præſens creditor, alius in diem, alius ſub con-

ditione, nec officit, quod non ſimpliciter dicatur creditor, ſed in diem, vel ſub condi-
tione, etenim iſta nomina ſunt ad diſtinguendas ſpecies inuenta, non ad ſignifican-
dam proprietatem, quippe cum omnibus vnum competat nomen creditoris, non co-
gnoſcerentur inuicem, niſi diſtinctæ eſſent appellationes. Secundo confert tex. à Dd.
non allegatus *in auth. de fideiuſſ. in fin. in verſ.* & abſolute, cuius hæc ſunt verba. Et abſo-
lute creditorem ponimus antiquas ſequentes leges omnem, qui actionem habere cō-
tra aliquem poteſt, expendo verbum abſolute, quod eſt ſine diſtinctione vel ſine ex-
ceptione & verbum ponimus, quod eſt definimus, & conſtituimus, & verbum habere
poteſt, actionem quod vtique maxime conuenit conditionali creditori. Tertio ſuffra-
gatur *l. ſi cui ff. de act. & oblig.* in verbo quamuis eum, qui ſtipulatus eſt ſub conditione,
placuit etiam pendente conditione creditorem eſſe, nec ad rem pertinet ſolutio ali-
quorum, creditorem eſſe ſcilicet conditionalem, ſiquidem ſecundum hanc ſolutionē
creditor conditionalis ex ſtipulatione non differt ab eo, cui legatum eſt ſub conditio-
ne, quem negat IC. creditorem eſſe, & ei opponit creditorem ex ſtipulatione dicens,
pendente etiam conditione creditorem eſſe, pondero etiam, quod tex. ait legatarium
tunc eſſe creditorem (intelligo proprie) cum extiterit conditio, & ait quamuis ex ſti-
pulatione ſit creditor etiam pendente conditione, conſidero etiam quod æquiparan-
6 tur † eo loco legatarius conditionalis, poſtquam exſtiterit conditio, & creditor ex ſti-
pulatione etiam ſi pendeat conditio, ille ſine dubio creditor eſt, proprie igitur, & iſte.
Nec aduerſatur illa lex in fin. dum ait eſſe creditorem, qui actionem aliquam habet
ciuilem, vel honorariam, modo exceptione non ſummoueatur tum quia non poteſt
ſibi aduerſari, tum etiam, quia conditionalis creditor, ſi rite petat, non poteſt excepti-
one remoueri, vt paulo infra oſtendam.

Quarto conuenit, quod creditor eſt, qui perpetua exceptione non poteſt re-
moueri *l. creditores. ff. de verbor. ſignification.* in qua recenſet Iuriſconſultus inter cre-
7 ditores † etiam conditionem, & in diem, qui ſane ſi rite egerunt, nulla exceptio-
ne poſſunt remoueri: Debitor in diem, vt recte petat, debet implorare officium
Iudicis, vt condemnet debitorem ad ſoluendum, veniente die, & ſi ita petat, non
dicitur plus tempore petere, nec vlla exceptione remouetur ex plene not. à *Senatu
Pedem. deciſ. 130.* quæ Senis eſt canonizata, Creditor conditionalis, recte aget, ſi
petat condemnari debitorem, vt ſoluat veniente conditione per tex. *in l. in lege
Aquil. ff. ad leg. Aquil.* in qua condemnatur is, qui chirographum debiti condi-
8 tionalis deleuit, conditione ipſius debiti, nondum purificata, condemnationis †
vero exactio ad tempus purificati debiti differtur, iſte quoque non poteſt exceptio-
ne repelli, & propterea *dict. leg. creditores*, quamuis repellat ex albo creditorum eum,
qui remouetur exceptione perpetua, non tamen repellit creditorem in diem, vel ſub
conditione.

Quinto adſtipulatur §. *ex conditionali Inſt. de verbor. obligation.* nam conditiona-
lis creditor per eum tex. ſpem habet eamque ad ſuos hæredes transfert, at idem iu-
9 dicatur † in iure de ſpe, quod de re Dd. *max. Cag. in l. 2. C. de reſcind. vend. Tiraq. de le-
gib. connub. gl. 2. n. 36.* vendi, namque donari, & in contractu deduci, non ſecus, ac res i-
pſa poteſt, vt allegatis in locis cumulate ſcriptum legimus.

Nec aduerſantur rationes Dd. illa præſertim, quod conditionali creditori, vel
in diem non conueniat definitio Creditoris, de qua in *leg. 1. ff. ſi cert. petat.* tum quia
10 dictio † mox, ſæpe denotat temporis interuallum, in contractibus vero ſemper, ad-
eo, vt, & in contractibus prius idem ſit iuris, imo, & in contractu precarii, quod re-
uocatur ad concedentis arbitrium, interuallum aliquod temporis admittitur, alio-
quin eſſet inutile, tum etiam quia verbum recepturus, non imponit neceſſitatem
recipiendi, verum ſignificat, vt fidem ſequamur ſpe recipiendi, nam ſi ſtrictam il-
lam rationem ſequamur, nec purus creditor eſſet talis; quando ipſe quoque inter-
dum non recepit, vel interitu rei, vel alio caſu. Secundum argumētum euertitur quo-
niam diuerſæ ſpecies diuerſos producunt effectus & ideo non minus ſi purus debitor
ſoluens non repetat, conditionalis, repetendi facultatem habeat, vt ecce adrogatio
fit cum cauſæ cognitione; Adoptio minime §. *ſed adrogatio Inſt. de adopt. cum ibi not.*
11 & tamen † vtraque eſt propria ſpecies adoptionis; Tertium diluitur quoniam non
ſequitur à contrario vt is non ſit debitor, à quo inuito exigi pecunia non poteſt hoc
exemplo, qui prætore authore poſſidet, iuſte poſſidet *l. iuſte poſſidet. ff. de acq. poſſ.* Sed
non ſequitur, vt qui ſine authoritate prætoris poſſideat, ſit iniuſtus poſſeſſor, quando

multæ

multæ ſunt iuſtæ poſſidendi cauſæ, reſp. etiam ſi à debitore conditionali ritè petatur ſe-
cundũ ea, quæ dicta ſunt in primo noſtro fundamento; nam cũ ſit condemnatus ſol-
uere purificata conditione, certe eo caſu, ab inuito, exigi pecunia poterit; Addo, ſi re-
ſpicias effectum exactionis, magis propriè forſitan videbitur creditor, qui exigere po-
teſt ab inuito, cæterũ ſi vim verbi ſpectaueris, quæ in quæſt. proprietatis præcipue eſt
conſideranda, ęque propriè erunt creditores. Quartum ſublatum eſt, ex vltima noſtra
argumantatione, ex *l. is, cui. ff. de act. & oblig.* Quinto loco non refragatur doctrina Bart.
quippe fundata eſt in illa com. Dd. ſententia, quod conditionalis ſit impropriè credi-
tor; nullius quoque momenti eſt, quod de fide dictum fuit; ſiquidem de fide Theolo-
gica loquitur *Acc.* quæ pluribus differt à fide contractuum; exauditur enim ſecundum
12 naturã conuentionis; plus dico † conditionalẽ creditorẽ indubitatam fidem habere,
nempe, ſe recepturum veniente conditione, vltimum euitatur, quia competit actio
conditionali creditori, vt petat, ſecundum ea, quę dicta ſunt in quarta noſtra ratione,
rurſus dñ ait in eo titulo appellari creditores, quibus cum fraudatore actio cõpetit, ꝙ,
& alio modo, eſſe non poſſint proprii creditores, cum non vtantur dictione taxatiua,
& aliis legib⁹ eſt ꝓbatũ, ꝓprii creditoris nomẽ cõuenire cõditionali creditori, quare
perſpicuum fit, & aduerſus creditorem in diem, & ſub conditione fraudem poſſe cõ-
mitti; & huic ſententiæ locum eſſe credo, tametſi concedamus conditionalem cre-
ditorem, vel in diem impropriè creditorem dici, ex *l. in poſſeſſionẽ. ff. ex quib. cauſ. in poſſ.
eat. ex l. 4. ff. de ſeparat.* per arg. à ſimili.

Tertio ex ratione, quæ eſt anima legis, *l. cum rem. ff. de bonis damn.* nam ſi condi-
tio impleatur poſt alienationem factam à fraudulento debitore, iam fraudatus eſt
creditor.

Quarto addo, quod cum retro trahatur conditio, cenſetur facta alienatione,
13 quando iam † erat purificatum creditum, & ideo gloſſ *in d §. item ſiquis in fraudem*, ait
reuocatoria remedia competere conditionali creditori & *Angel. ibi num. 4. verb. in gloſſ.*
Creditorum ad quem ſe refert. *Iaſon ibi num. 60.* declarat eſſe verum, vt poſt conditio-
nem impletam habeat tanquam fraudatus indulta à lege remedia, & merito quidem,
quoniam in materia indifferenti, cuius ratio æque militat in creditore puro, & con-
ditionali: nulla conſtituitur in iure inter vtramque differentiam *Dec. in l. 1. in 2. lect. nu-
mer. 29. & in 3 lect. num. 96. ff. ſi cert. pet. Curt. Iun. ibi num. 74. Cagn. num. 277. verb.* quarta
limitatio, idemque iuris erit in creditore in diem. *leg. aut prætor. § ſi cum in diem. ff. quæ in
14 fraud. cred. l. omnes. §. fin. eodem titul.* imo à maioritate rationis † dicendum eſt, credi-
torem in diem habere facultatem reuocandi, cum eius reſpectu nata ſit actio. *l. credere
diem, vbi Alex. n. 10. ff. de ver. ſign. not.* Dd. *& præcipue Rip. in l. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig.
Alex. con. 139. n. 9. lib. 5. Senatus Pedem deciſ. 130. n. 9.*

Ad hanc fraudem, quæ committitur contrahendo pertinent, quæ à *Zaſ. & Cag.*
15 dicuntur *in l. 2. num. 316. verb.* Fumos † ab *Alciato lib. 4. Parad. cap. 2.* De fumi vendi-
toribus, ſcriptum etiam reliquit *Cælius Rhodigin. lect. antiq. Tom. 3. lib. 26. cap. 21.* & tradi-
tur adagiis emendatis, in prouerbio F*umos vendere*, *Lampridio in Heliogabalo, & in Ale-
xand. Seuero*, memoriæ proditum eſt: Dicebantur enim fumos vendere familiares
Principes, qui eius beneuolentiam vel fauorem, vel officia ſimulatis commendatio-
16 nis verbis recepta pecunia pollicebantur, nec præſtabant, vt fuit Tericus † apud
Heliogabalum, qui omnia facta eius, & dicta vendebat fumo ſibi diuitias compa-
rans, cum aliis, atque aliis precium reciperet, atque omnes falleret, egredienſque ab
illo ſingulos adiret, dicens, de te hoc loquutus ſum, hoc de te audiui, de te illud futu-
17 rum eſt: apud Alexandrum Thurinus † Verconius, cuius ſupplicio factus eſt locus a-
dagio, *Fumos vendere*, nam fumo necari iuſſus eſt ab Alexand. quia fumos vendidiſſet,
Præcone ita dicente fumo punitur, qui fumos vendidit, ad quod alludens *Martia-
lis* dixit.

Vendere, nec vanos circum palatia fumos.

Et cum hæc fraus verbis præcipuè committeretur, confirmatur quod diximus
18 ſupra, nempe falſum eſſe, quod dolus re, & verbis fiat, fraus re tantum. † Huc etiam
ſpectat, quod in fraudem factum, ſimulatum, fictum, & imaginarium videntur prope
19 idem, cum tamen † longo interuallo ſint diſtincta. *Alba. conſ. 97. Alciat. lib. 3. Parerg. cap.
11.* vbi ait fraude factum eſſe, quod vere inter partes agitur, ſed alterius fraudandi
cauſa, vt cum pater alienat bona, filios in legitima, vel alios creditores fraudaturus,

20 & huiuſmodi † contractus ipſo iure valet, licet ab eo, in cuius fraudem ſunt facti poſſint reſcindi. Simulatum dicimus cum tacite aliquid agimus expreſſum, aliud ſimulamus, veluti ſi fœnerator contractum mutui colore venditionis obſcurat, quo caſu venditio nulla eſt ipſo iure. *leg. ſi ex precio Cod. ſi cert. pet.* & in vniuerſo *tit. le. plus valere quod agitur.* ſi modo contrahendi cauſa iniuſta ſit, aut falſa, aliter ſi cauſa ſit iuſta, vt puta centum aureos, quos vere tibi mutuo dedi, conuenit vt fatearis inſtrumento, te
21 nomine depoſiti accepiſſe, vt ibi recte explicat Alc. fictio ad † ſolam legem pertinet, neque enim contrahentes, aut teſtatores fingere poſſunt, quare ſtipulatio facta per A. & B. non valet ſecundum veriorem opin. *doct. in Rub. ff. de verb. obligat.* quia ſcilicet non poſſunt homines fingere, quod A. ſignificet promittis, & B promitto, cum fingere ſit legis, vt palam eſt, in fictione poſtliminii, *legis Corneliæ in titul. ff. de capt. & poſtlim. reu. §. fin. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. facere teſtam.* & fictio *leg. vnic. Co. de rei vxor. act.* legis eſt etiam non hominis, ſi quis rem medullitus inſpexerit, Imaginarium dicitur, quod ad imaginem, vel ſimilitudinem inductum eſt, facit. *l. 53. contractus, ff. de actio. & obl.* ibi cum fidas facti ſimulatur, non intercedente voluntate, vt erat olim in teſtamento per æs, & libram. *§. 1. inſtit. de teſt. ordin.* in emancipatione liberorum. *§. præterea. Inſt. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſoluitur*; ibi per imaginarias venditiones, & ideo, non eſt verum; ſed habet imaginem veri, vt quando fit venditio vno nummo dicitur imaginaria, ſed vero precio accedente eſt vera venditio. *leg. Imaginaria, ff. de reg. iur.* ſic ima-
22 ginaria † locatio dicitur in *l. 46. l. locat. & in l. ſi quis eodem tit.* ita in Codice *Theodoſ. in tit. de annon & tribut.* Imaginaria apocha, quæ ſpeciem veri habet, ita imaginarius Emptor *l. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de act. empt.* qui nomen alienæ emptioni accommodat, nihil de ſuo impēdens, hinc imaginaria coemptio, quādo vxor ad maritum veniens, vnum ex tribus aſſibus, quem manu tenebat ei dabat, veluti emendi cauſa, ad quem morē nuptiarum reſpiciens *Virg.* dixit.

Teq; ſibi Generum Thetis emat omnibus vndis.

Sic quoque acceptilatio imaginaria † ſolutio *§. primo & ſecundo. Inſtitut. quibus*
23 *modis tollitur obligatio.* Imaginarius Colonus, qui ſubdititius eſt, non verus: *leg. 46. de action. empt.*

Porro autem fictum, ſimulatum, & imaginarium, quandoque confundi probat tex. in *l. 3. C. de Repud.* vbi Imperator quod appellauerat fictum repudium, paulo infra
24 vocat imaginarium, eodem ſenſu videatur dici contractus † imaginarii *l. contractus. ff. de act. & obligat.* Contractus imaginarii, inquit, etiam in emptionibus iuris vinculum non obtinet, cum fides facti ſimulatur, non intercedente veritate, iuncta gloſ. quæ intelligit illum text. iuxta *titulum Cod plus valere, quod agitur, &c.* & in hoc caſu accipit fi-
25 ctum, & imaginarium. *Iaſon in dict. §. item ſi quis in fraudem, num. 7.* dicens † eſſe differentiam, inter alienationem imaginariam, ſiue ſimulatam ex vna; & alienationem factam in fraudem ex altera, nam illa eſt nulla ipſo iure, adeo, vt nec iuramento firmetur gloſſ. *ſingul. in l. emptione in fine, Cod. plus valere, quod agitur. Caſtrenſ. in l. contra legem, numer. 5. ff. de leg. Panormitan. in cap. ad noſtram ext. de empt. & vend.* idem *Iaſon in leg. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* & ibidem *Alexand.* inquiens eam gloſſ. communiter eſſe receptam. Alienatio vero facta in fraudem creditorum mero iure valet, quamuis poſſit à creditoribus reſcindi *d. §. item ſi quis; vbi Iaſon num. 10. l. 1. cum ſeq. Cod. de reuoc. his, quæ in fraud. Credit.* Amplius dico à fraude appellari fraudatorem vtrumque contrahentem ſcili-
26 cet tam alienantem, quàm † accipientem, quoties particeps fuerit fraudis in contrahendo *l. ait prat. §. pen. & l. fi. §. fin. ff. quæ in fraud. Cred. gl. & magiſt. in l. Imp. ff. de Cur. bon. dand.* quæ varias huius nominis ſignificationes refert.

Quæſt. 1. His itaque ad dilucidiorem intellectum, eorum, quæ dicenda ſunt præ-
27 miſſis intueamur, quemadmodum † contrahendo fieri poſſit creditoribus fraus, id enim fuit, quod præ cæteris exponendum accepimus, & ſane tribus modis contingit ſcil. per contractum ex

Titulo oneroſo.
Titulo lucratiuo.
Titulo mixto.

28 Titulus † oneroſus; vt ab illo exordiamur eſt cauſa, quæ exquirenti onus affert, & in qua tantum accipienti detur, quantum adimitur, & tantum facit abeſſe, quan-
29 tum adeſſe, vt in empto, vendito, locato, conducto, in pmutatione quoq;. Titulus † lu-

crati-

cratiuus, eſt cauſa, quæ ita lucrum affert acquirenti, vt nullum in ea ſentiat commo-
dum, vel cauſa, ex qua accipienti nihil prorſus abeſt, ſed aliquid ſemper adeſt, vt in-
dicat *text. in l. 84. §. fundus. ff. de leg. 1.* & tradit *Paul. lib. 4. ſent. tit. 1.* hinc lucratiuam poſ-
ſeſſionem vocat *Iuriſconſ. in l. 2. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.* q̃ ex lucratiua cauſa, aliquis ade-
ptus eſt, exemplum ſumitur ex legato, donatione, & ex aliis cumulate poſitis *à Iuſt.
in leg. 1. Codic. de impon.* lucrat. *deſcript. libr.* 10. quæſita quoque in ludo illicito dicuntur
ex titulo lucratiuo, idemque iuris in omni acquiſitione ex maleficio *Bald. in leg.
1. verb. extra, quæro, numero* 15. *Codic. ſi in fraud. patron.* inferens quod filius † poſſit re-
30 uocare alienata à parte in ludo illicito, vſque ad legitimam, & ibi Apoſtillator plura
congerit.

31 Titulus autem † mixtus, id eſt, lucratiuus, & onerosus eſt cauſa, per quam is,
qui acquirit ne prorſus, lucri, nec damni ſit expers gloſſ. eſt not. in *l. apud Celſum. §. au-
32 thoris autem dolus. ff. de except. doli in verb.* alia cauſa, declarans exemplo eius, qui † mo-
dico precio rem emat, quæ ſit maioris valoris, & probat. *Iaſon in d. §. item ſi quis in frau-
dem, numer. 28.* vbi eleganter explicat ex intentione Doctor. quatenus titulus dotis
33 poſſit eſſe lucratiuus † in perſona mulieris dotatæ, non patris dotantis, nec mariti,
dotem accipientis, vel filiorum eius, addens quod cum in perſona patris, & mariti ſit
oneroſus, non propterea deſinit eſſe talis, ſiue ex pacto, ſiue ex ſtatuto: ad alterum eo-
34 rum per mortem † mulieris dos integra, vel pars eius reuertitur, quia ſcilicet ha-
buit tit. oneroſum per text. *in d. leg. 1. C. de impon. lucrat. deſcript.* nec omittit exponere an
35 donationis propter nuptias ſit titulus lucratiuus, item titulus legitimæ quam pater †
viuenti filio præſtet, nec non, an alimenta videantur titulo lucratiuo competere, *d. nu.
28. vſque ad num. 33.*

Quæſt. 2. Quæro igitur quando fraus dicatur irrogata Creditoribus ex oneroſo
36 contractu, & quæ † requirantur, Reſpon. ex parte debitoris duo deſiderari, nempe
fraudulentum conſilium & damnoſum euentum *l. fraudis interpretatio, & ibi gloſſ.
Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. per tex. in l. ait prætor. § quod ergo, & §. ita demum. ff. quæ in fraud.
37 Credit.* ratio videtur, quia de ſuis facultatibus ſæpe plus ſperant homines † quam vere
in his ſit. *§. in fraudem, cum ibi not. Inſtit. quib. ex cauſ. manum. licet; vel non l. in fraudem. ff.
qui, & à quibus,* quod etiam emendo accidit ſi magno precio emo, quod parui valebat
l. 1 §. ſi quis ff. ſi quid in fraudem patron. vbi datur etiam creditoribus remedium, ex parte
vero alterius contrahentis, vt fraudis ſit particeps *d. l. ait prætor,* & ibi *Bart. in l. 11. eodem
titul.* atque his ſimul iunctis datur creditoribus fraudatis ius reuocandi alienata, &
non ſufficit ſcire, ſed oportet fraudis eſſe participẽ, *d. §. quod ait iuncto. §. ſeq.* & ratio eſt,
vt ego cẽſeo, de qua *l. doli mali ff. de nou.* quia ſc. in priuatis actionibus, atque contracti-
38 bus, non facile eſt ſcire q̃d inter alios actũ ſit, & ſi maxime ſciret diſſimulare † debet,
ne curioſus videatur. Alia quoq; poteſt eſſe ratio, quia cum nemo fere ſit, qui credito-
res non habeat in omni penè contractu præſumeretur fraus, ſi ſola ſcientia ſuffice-
ret; atque ita commercia commutarentur contra publ. vtilitatem, *l. prima. ff. de con-
trah. empt.*

39 Particeps † autem fraudis meo iudicio probabitur, duplici modo, ſi doceatur,
ideo eum emiſſe vel cauſa dotis accepiſſe, vt creditores vendentis, vel dotantis frau-
darentur, atque ita conſpirato conſenſu ad fraudem ambo proceſſerint, quod, vel ex
tractatu, vel ex geſtis ante contractum poteſt oſtendi, vel quod ſciat venditorem ma-
lo conſilio inductum fuiſſe ad vendendum, & nihilominus emat, primum quidem
clarius eſt, quàm oporteat probare alterũ ſatis aperte confirmatur ex *d. l. ait prætor. §. ſi
40 quis,* ibi non fraude caret, qui conuentus teſtato † à Cred. ne emeret, perſeuerauit,
& *§. illud certè, & §. hoc edictum l. 6. eod.* & ratio eſt, quia denunciatio facta ab eo qui ius
habet denunciandi inducit malam fidem. *Bart. in d. §. quod ait. & in l. Celſus, ff. de vſucap.*
41 extenditur, vt procedat etiam † ſi ſciret, vel vnum creditorem fraudari; Ampliatur in
42 ſcientia tutoris, † vel curatoris, pupill. ementis, nempe ſi ad pupillum, vel ad furioſum
aliquid peruenerit. *d. l. ait prætor. §. ait prætor ſciente eo.*

Quæſt. 3. Sed hic ſeſe offert nobilis occaſio dubitandi: ecce is, qui cum frau-
43 dulento debitore contraxit, initio contractus fraudis fuit ignatus, cæterum † tem-
pore traditionis fraude comperta rem accepit. An ſit locus reuocationis? Excitauit
hanc dubitationem primus omnium *Acc. in l. qui autem. §. hoc edictum in verb. ceſſare
ff. quæ in fraud. Credit.* eamque poſtea *Angel. Nicolaus de Neapol. Rodulphus de Auri.
Iaſon attigerunt in dict. §. item ſi quis in fraudem,* Angel. *quidem col. 2. in gloſſ. in verb. in ead.*

gloſſ. Iaſon num. 33. verb. & iuſta. Angel. putat nocere ſcientiam fraudis tempore tradi
tionis, inquiens eſſe gl. not. *in d. leg. qui autem*, §. *hoc edicto*, in verbo ceſſare, verum in
meo Codice probat contrarium; fauet tamen eius ſententiæ, *l. 2. in principio. ff. de vſu-
cap. primo emption.* in illis verbis, ſcilicet, igitur, & bona fide emiſſe deber, & bona fide
44 poſſeſſionem adeptus eſſe. Cæterum *Rudolph. & Nicolaus* † reſpondent argumentum
procedere in acquirendis, noſtram vero diſputationem eſſe in quæſitis, quæ faci-
lius conſeruantur argumento. *leg. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Contra-
riam ſententiam probat *gl. in d. verbo ceſſare arg. l. 1. ff. quæ in fraud. cred.* in qua expreſſum
eſt reuocari per prætorem, ea quæ fraudationis cauſa geſta ſunt ab eo, qui fraudem nō
ignorauit, ſed is tempore, quo geſta ſunt fraudis erat ignarus. ſanè arbitror non eſſe
recedendum ab opinione Angeli moueor primo *ex d. §. hoc edictum*, in verbo ſuſcepit,
hoc edictum eum coercet, qui ſciens eum in fraudem facere, ſuſcepit q; fiebat in frau-
dē creditorum, ecce locum eſſe edicto, ſi tempore † ſuſceptionis, & ſic traditionis ſci-
45 ens erat, & paulo infra arguendo a contrario, ſi tamen is qui accepir ignorauit, ceſſare
videntur verba edicti, & infra in verbo ſimili modo, ibi ſciens rem accepit, ergo ſci-
entia tempore traditionis nocet, adeo, vt ſi ab initio fuiſſet malæfidei contrahens, in
actu traditionis foret bonæfidei, forſitan ceſſaret edictum; recte quoque probat *d. l. 2.*
& expendo illa verba ſcilicet at in emptione, & illud tempus inſpicirur, quo contra-
hitur, igitur, & bona fide debet emiſſe, & bona fide poſſeſſionem adeptus eſſe & ſic
tam ibi quam hic deſideratur bonafides tempore contractus *d. l. 1. in princip. ff. quæ in
fraud. credit.* at tempus contractus *in d. l. 2.* continet etiam tempus traditionis rei de-
ductæ in contractu, ex quo tollitur argumentum gloſſ. obſeruo etiam, quod ibi de-
ſideratur bonafides ementis duplici tempore, etiam ſi ille, qui vendit bona fide ven-
deret, quanto igitur magis debet in noſtro caſu reuocatio concedi, ſi non vtroque
tempore emptor ſit bonæfidei, cum alienus ſir fraudulentus, ex quibus concidit ſo-
46 lutio *Nicol. & Rudolphi*, ad illum tex. Sed quo modo probabitur fraus † alienantis de-
bitoris; Reſpon. ſi doceatur, quod ſciuerit ſe habere creditores, & bona ſua non ſuffi-
cere: *l. ſi quis cum haberet. ff. de his, quæ in fraud. credit. §. in fraudem. Inſt. quib. ex cauſ. manu-
mittere*; præſertim quia quiſq; præſumitur habere notitiam facti proprii.

Redeo ad principalem concluſionem quod ſcilicet in debitore alienante requi-
47 ritur fraudulentum † conſilium, vnà cum damnoſo euentu, vt competat ius reuo-
candi? Eam vero *Iaſon in d. §. item ſi quis, num. 33.* verbo viſo qui ſint. limitat tribus mo-
dis ex mente Dd.

48 Primo ceſſat † in liberto alienante, in fraudem patroni, qui ratione legitimæ por-
tionis videtur creditor. ſatis enim eſt fraudulentus euentus, tametſi cōſilium abfuerit
fraudandi, prout in fin. explicatius dicemus, quando de fraude contra patronos diſſe-
remus.

49 Altera eſt limitatio † in debitore ciuitatis, nam qui cum eo contrahit ſuſtinet re-
uocationem, licet fraudis non fuerit particeps per tex in *l. 2. C. de debit. ciuitat. lib. 11.*
ratio ſpecialitatis eſt in fauore ciuitatis *Bart. ibi & Dyn. in d. l. qui autem. §. hoc edicto ex d.
l. 2.* & ſequutus eſt. *Nic. de Neapol.* Porro a. hæc non eſt limitatio, quoniam *in d. l. 2.* non
agitur de reuocatione, proinde non conſideratur ſcientia accipientis, itaq; non eſt de
reg. imò, nec de fraude alienātis nec de reuocatione alienatorum, q̄ppe remanēt apud
poſſeſſores, & conueniuntur pro rata rei poſſeſſæ ad ſolutionē pecuniæ debitæ cum v-
ſuris ibi (pro rata ab eo, qui ex debitoris facultatibus detinet, ex ſorte, atque vſuris po-
ſtulari.) Tertio limitat Iaſon ſuo marte, quod ex parte debitoris, requiratur ſemper
fraudulentus animus, etiam in titulo lucratiuo, limitat inquam in caſu. *l. ait prætor. §. ſi
debitorem. ff. quæ in fraud. cred.* nam ibi fit reuocatio, quamuis debitor maleuolum ani-
mum non habuerit, cæterum, nec iſta eſt limitatio, quippe debitor ibi non alienat,
quando quidem ablata fuit ab eo pecunia, patet ex verbo, & abſtuliſſem ei, quod mi-
hi debebatur, & in hoc differt à *leg. qui autem. §. ſecundum, eodem titulo*, ibi debitam pe-
cuniam accepit, nam ponitur idem caſus fugientis debitoris; ſed in vno accepit à de-
bitore pecuniam debitam, in alio abſtulit, confirmatur ex *leg. pupillorum in fine in verb.
vt ſi extorſerim. ff. eodem*: & propterea accommodatior, & verior limitatio erit, *ex d. §.
ſciendum*, & ratio limitationis: ibi videtur expreſſa, quia ſibi creditor inuigilauit *l. pe. in-
fra. ff. eod. tit.*

Q. 4: Quæro, an Pater, vel Auus poſſit in fraudem creditorum dotare filiam, vel
50 neptem, & videtur † quod ſic, arguendo à ſimili, etenim libertus in fraudē patroni filiæ

dotem

dotem conſtituit. l. 1. §. ſed ſi liberti. ff. ſi quid in fraudem patroni ibi non videtur fraudare
patronum, quia pietas patris non eſt reprehendenda, ſic quoque. & in patente; tribu-
endum videtur pietati, non fraudi; ſed contraria opinio eſt longe verior per tex. in l.
ait prætor. §. ſi cum muliere. l. hac in factum act. l. fin. §. ſi à Socero. ff. quæ in fraud. cred. l. 2. C. de
reuo. his, quæ in fraud. cred. Angel. Iaſ. & alii in dict. §. item ſi quis in fraudem ille col. 3. iſte num.
52. verba item dicebat Bart. & Alberic. in dict. §. ſi à Socero ratio concluſionis eſt in dict. l. ait
prætor. § ſi cum muliere, verbo neque enim dos, effectus erit quod filia cedere actionem
dotis creditoribus patroni debet contra maritum. Nec vrget contrarium, in primis,
quia patronus certat de lucro, creditor de damno gloſſ. in dict. §. ſed ſi libertus in verbo:
51 reprehendenda, deinde tollitur, quoniam † libertus filios habens, ſiue maior ſit con-
tentio ſiue minor, nihil tenetur relinquere patrono, nec ab inteſtato ei patronus ſuc-
cedit d. l. 1. quod autem. ff. ſi quid in fraud. patron. facit. l. & ſi ex modica. ff. de bon. libert. De-
52 bitor † autem pater, nec donare filiis poteſt in fraudem creditorum nec illos hæredes
53 inſtituere l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. teſt ſi quidem æs alienum filii legitimam † an-
tecedit, cum prius fiat deductio, æris alieni, & poſtea detractio legitimæ, ideoque dici-
54 tur quarta bonorum l. cum quæritur l. parentibus. Co. de inoff. teſtam. Amplius, vt vera † ſit
concluſio etiam in muliere, quæ ſe ipſam dotauerit in fraudem creditorum d. l. ait præ-
tor. §. ſed cum mulier, ſiue maritus pecuniam dotis nomine dediſſet, ſiue eum debito-
rem dotis conſtituendæ cauſa per acceptilationem liberaſſet, ſicut ibi exprimitur, &
55 ratio ampliationis ponitur in verbo neque enim. Amplia etiam in extraneo † dotan-
te à multo magis d. l. fin. § item ſi extraneus, omnino videndus, declara, ſi modo maritus
fuerit particeps fraudis l. hac in factum, ibi ergo ſi fraudator pro filia dotem dediſſet ſci-
enti fraudari creditores, & d. l. fin. §. 1. ff. quæ in fraud. ibi ſi à Socero fraudatore ſciens ge-
ner dotem acceperit, ratio eſt in promptu, quia ex parte mariti titulus eſt oneroſus d.
56 l. fin. & ibi Bartol. Saly. in dict. l. in has, & diximus ſupra, effectus eſt quod ſi dotem † re-
ſtituerit creditoribus non tenetur mulieri ſoluto matrimonio, ſed ſi reſtituerit mu-
lieri priuſquam à creditoribus fraudatis conueniretur, non eſt ab illis liberatus,
ſed ſi maritus ignorauit, non tenetur actione reuocatoria dict. §. à Socero verbo in
maritum.

Quæſt. 5. Quæro in quibus rebus fieri poſſit fraus creditoribus, Reſp. in domi-
57 niis, in actionibus, in † obligationibus, in tempore, in pignoribus. leg. 18. ff. quæ in
fraud. credit. nempe ſi contigerit, hæc fraudulento conſilio alienari, illis damnum in-
ferri l. hac in factum. ff. quæ in fraud. cred. vbi dominia reuocari dicitur, & actiones reſtau-
rari reſtituit ergo fraudis particeps dominia, & actiones cedit, & ibi expreſſum eſt fa-
cit tex. in l. ait prætor. §. fin. ff. eod. tit. ibi ex hac actione reſtitutionem fieri, ſiue res fue-
runt ſiue obligationes perinde ac ſi dicta liberatio facta non eſſet & reſtitutio dicta-
rum obligationum fit eo modo, quo erant tempore fraudulentæ extinctionis, vt ſi
conditionalis erat obligatio, cum ſua conditione, ſi in diem, cum ſua die fuit reſti-
tuenda, nempe, vt intra illud tempus poſtuletur reſtitutio, quod ſuperat obliga-
tioni dict. §. fin. Et amplia reuocari etiam medii temporis commodum, quod acqui-
ſitum eſſet liberatione non facta, vt ibi definitur de tempore eſt tex. in leg. ait prætor.
§. ſi cum in diem. eodem. vt ſi Titio debeo centum poſt annum, & ſoluo præſenti die;
nam fraus fit etiam in tempore inquit prætor, & principalis concluſionis ratio eſt
in leg. prima. ff. eod. ibi propter generalitatem edicti, ibi hæc verba generalia ſunt, vt
contineant in ſe omnem omnino fraudem factam, vel alienationem, vel quem-
cunque contractum. Declara hæc eſſe vera tam in titulo oneroſo, quam lucratiuo;
prædicta nanque poſſunt vtroque titulo alienari in fraudem, vt clarius eſt, quam ege-
at probatione.

Quæſt. 6. Quæro quando debitor dicatur fraudaſſe ſuos creditores contrahendo
58 titulo lucratiuo, puta donando, legãdo. † Reſp. ex latere debitoris illa ead. duo eſſe ne-
ceſſaria, quæ diximus in titulo oneroſo, conſiliũ & euẽtus. ex parte, vero recipientis ſa-
59 tis eſt damnoſus creditorib. euentus † l. qui autem. §. ſimiliq; modo, ibi ſi cui donatũ ſit nõ
eſſe quærendũ, an ſciente eo, cui donatũ ſit, geſtũ ſit, ſed hoc tantũ an fraudentur cre-
ditores l. ſi fraudator in pr. l. ignoti. C. de reuo. his, q̃ in fraud. cred. facit l. nõ debet actori §. in re ob-
ſcura ff. de reg. iur. l. fin. §. & ſi legataris C. de iur. delib. l ſi fraudator §. ſi à Socero, in ver. at ſi neu-
60 ter ff. q̃ in fraud. cred. d. l. q. aũt in fi. vbi agitur de legato. † Amplia in pupillo, ſi ei in fraudẽ
creditorũ donatũ fuit d. l. q. aũt §. ſi q̃ pupillo, iunct. gl. in ver. omnimodo in ſecũdo intellectu
& ſuadet identitas rationis, & paulo infra manifeſtum fiet. Amplia etiam in filia, cui

à patre fuit facta donatio. *l. omnes. §. Lucius. ff. eod.* extende tertio ad mulierẽ, cui in fraudem creditorum fuerit dos ab aliquo data, ſiue à patre, ſiue ab extraneo *d. §. à ſocero*, & ratio eſt, quoniam videtur eam ex titulo lucratiuo acquirere.

Ampliare etiam licet in eccleſia, in Repub. propter æquiparationem, quæ eſt inter cauſam piam, & cauſam dotis *l. cum ii. §. ſi mulier. ff. de condict. indebit. Bald. in l. ſicut initio. Co. de act. & oblig. & in l. mandatum. C. mand. & tex. not. in n. 1. §. donare in titul.* qualiter, olim feud. poterat alien. in vſibus feud. & inter pupillum & rempub. *l. Rempubl. cum ibi not. C. de iure Reipub. libro decimo, l. qui ſolidum §. etiam vbi Imol. not. ff. de leg. 2. l. reſ-*
61 *pub. ff. ex quibus cauſ. maior.* Amplia ſiue res † data ſit titulo lucratiuo, ſiue diſtracta, aut remiſſa ſit obligatio *l. fraudator in princ. ff. quæ in fraud. cred.* ratio eſt de qua in *l. hac in factum actione l. ait prætor. §. pactum quoque ff. quæ in fraud. cred.* Sed quæ eſt ratio differentiæ inter alienationem ex titulo lucratiuo & oneroſo, reddit eam *Iuriſcon. in dict. §. ſimiliq; modo* ibi. Nec videtur iniuria affici, is qui ignorauit fraudari creditores, cum lucrum extorqueatur, non damnum infligatur, vnde ſuccedit regula *l. fin. Cod. de codicill. §. pen. & in dict. § in re obſcura*, & in *l. Proculus. ff. de damn. infect.* ſcilicet quod lucri, & damni ſemper fuit diſpar in iure habita ratio *Dec in l. in eo. ff. de regulis iuris Cagnol. in d. §. quoties Dd. in leg. cum quidam per illum tex ff. de iure fiſci Angel. in dict. §. item, ſiquis in fraudem num. 4.* verbo quarto ſecundo, & ibi *Iaſ n. 6.*

Sed an ſit idem iuris, quod is, qui titulo lucratiuo accipit de fraude participet,
62 vel fraudis ſit ignarus? Reſp. † cum diſtinctione. Nam quo ad poteſtatem ab eo reuocandi, nihil intereſt, quo vero ad qualitatem reuocationis intereſt, nam Donata-
63 rius † ſi fraudis non fuerit particeps tenetur in quantum factus eſt locupletior, *d. leg. qui autem. §. ſimili modo* verbo in hoc tamen; qui ignorantes ab eo, qui ſoluendo non ſit liberalitatem acceperunt, hactenus actio erit danda, quatenus locupletiores facti ſunt, vltra non, quare à contrario ſentit Iuriſconſultus quod ſi donatarius fuiſſet conſcius fraudis, teneretur etiam ſi non eſſet factus locupletior, vt ſui doli pœnam ſuſtineret, maxime cum non deceat ignarum, & doloſum à pari procedere.

64 Altera † eſt differentia, quoniam ſi donatarius ſit particeps fraudis licet donanti contra illam fraudulentam allegare donationem, atque ita reuocare, vt audiatur hoc caſu ſuam turpitudinem allegans, quia alius fraudator, non poteſt eum repellere, fit enim compenſatio turpitudinis *l. viro, atque vxore. ff. ſol. matr. Aret. conſ. 65. colu. 5. verbo* circa tertium, quem refert *Soc. conſ. 264. verbo vnde reperio infra volum. 2.* aliter ſi fraudem non participaſſet *l. filius. C. de reuo. his, quæ in fraud. Soc. dict. conſ. 264.* verbo ſecundo, quia in ſequenti *Maſcard de probat. vol. 1. concl. 557. n. 8.* Et in hoc differt donatio facta in fraud. à donatione doloſa, aut ſimulata. Nam hoc caſu ſimulatio iure allegatur ab eo, qui donationem fecit contra eum, in quem eſt collata donatio *Bart. in l. poſt contractum n. 6. ff. de donat. per l. 1, C. ſiquis alteri vel ſibi l. cum proponas. C. eod. tit. Soc. d. conſ. 264. col. 4. in pr. vol. 2.* Ratio diſcriminis eſt, quia donans non ſe fundat in turpitudine; ſed in nullitate, not. *Caſtr. in l. contra ff. de leg. Maſcard. d. loco num. 12.* quomodo autem probandum ſit à creditoribus illam donationem fuiſſe celebratam in fraudem, dicemus infra interim conſule *Maſcard. d. vol. 1. concl. 358.*

Quæſt. 7. Quæ hactenus dicta ſunt de alienatione in fraudem procedunt in tẽ-
65 poralibus, quare non iniuria † quæritur, an in ſpiritualibus quoque poſſit fieri fraus aduerſus aliquos puta in permutatione, & renunciatione beneficiorum, & reſp. affirmatiue per *tex. in c. fin. de renunci. lib. 6. per Rebuffum, Tomo concord. Rub. de collat. §. volumus in verbo vacantis*, de renunciatione fraudulenta extat ſingularis caſus *in dict. c. fin.* In quo irritatur talis fraudulenta renunciatio, & ponitur modus probandi fraudem renunciantis. Titius obtinuerat à ſede Apoſtolica primam præbendam vacaturam in tali eccleſia, & iam propediem erat vacatura propter grauem infirmitatem vnius Canonici præbenda valde pinguis, quidam alius Canonicus tenuem habens præbendam illam renunciauit fraudulento conſilio vt Titius illam conſequeretur; prinſquã altera pinguis vacaret, ad effectum, vt iſta prima iam obtenta, excluderetur à ſecunda, quæ ſtatim vacauit. Inquit Pontifex: quod prima relecta poterit Titius ſecundam adipiſci, ſi modo fraudem per coniecturas probabiles oſtẽderit, velut ſi tempore, quo exigua illa præbenda fuit renunciata, aliquis ex Canonicis grauiter ægrotaret, vel eſſet valde ſenex pinguiorem præbendam habens. It. fraus committitur in permutatione bene-
66 ficiorum *Rebuff. d. loco.* dicens probari hanc fraudem † coniecturis *l. quia autem. §. non*

ſimplici-

ſimpliciter.ff.ſiquis omiſſ.cauſ.teſt.l.dolum.C.de dol.& multas ibi ponit coniecturas. Prima
67 eſt ſi quis graui infirmitate † grauatus permutat in menſibus graduatorum, vel nomi-
natorum, argumento *l.filia.ff.ſol.matr.* vbi *Alber.* & grauis dicitur infirmitas, quando ex
ea moritur, vel quando à medicis, aut ab aliis communiter reputabatur moriturus ex
illo morbo, Secunda quando cõſanguineus, vel amicus magnus, cum amico permu-
tat, *c.graue ext.de præband.* Nam, vt inquit *Ouid.*

Tuta frequensq; via per amici fallere nomen.

Rota deciſ.361.in antiq. Ancar.conſ.385.in fin. Iaſ.in ſimili in *l.exigendi.C.de procur.*
3. quando aliquis permutat beneficium pingue, cum tenui: oritur enim ſuſpicio frau-
dis, ſiquidem nemo præſumitur iactare ſuum *l.cum de indebito.ff.de prob.* proinde laten-
tis alicuius commodi gratia, creditur tam inæqualem permutationem feciſſe. Quarto
ſi reſignatio fit clam, & fit monitio Notario & teſtibus, vt ſecretum ſit illis, nec palam
faciant argumento *l.in fraudem.ff.de his, quibus vt indignis.* Quinta quando reſignans eſt
valde ſenex *gloſſ.in c.fin de renunc in 6.* Sexta quoties reſignaret tempore peſtis in do-
mo reſignantis; Aut ſi reſignaret aliquis accuſatus ſtatim condemnandus *Rip. in tract.
de Peſte in 1. Boer.quaſt.206.incipit.qua in deciſ.Burdegalenſi.* Septima ſi multiplex ſit facta
reſignatio, nam hoc oſtendit velle priuare graduatum, ſeu alium expectãtem, ſicut ex
multis clauſulis poſitis ad fauorem vſurarii, præſumitur contractus vſurarius. *Card. in
clem.vat.de vſur.in § cæterum. Cepoll.de ſimul.contractu præſumpt.14.* Octaua quando reſi-
gnans dicit, promiſſiones ſibi factas adimplere, tũc enim præſumitur, quod non intẽ-
debat reſignare, niſi intuitu illarum promiſſionum. Nona quando beneficium poſtea
per mortem vacans, confertur ei, qui reſignauit tenue beneficium durante infirmita-
te illius, qui optimum habebat beneficium, quia ſcilicet fraus ex actuũ ſequela præſu-
68 mitur. Decima quando † Inimicus expectantis reſignabat exiguum beneficium, licet
non ſperaret alium ſibi conferri, *gloſſ.& Dd.in c.2.de renun.in 6.* Vndecima quando, p-
curator reſignat alio modo, quàm eſſet conſtitutus, veluti ſi mandatum erat ad reſi-
gnandum ex cauſa permutationis, ille reſignauit ſemper, vel conſtitutio mandati erat
ad reſignandum vni perſonæ, is vero reſignauit alteri, ita inquit *Rebuff.loco prædicto*, ad-
dens, quod ſunt centum, & vltra coniecturæ traditæ *à Luca de Penna in l.quamquã. C. de
agric.& cenſit.lib.11.* ſed ibi *Lucas* non loquitur in beneficiis, ſi de his intelligit *Rebuff.* de
clarat vero, ꝙ vna ex iſtis coniecturis nõ ſufficit ad condemnandũ, ſed debẽt eſſe plu-
res, quibus iudex poſſit animũ ſuũ inſtruere. Et idẽ *Rebuff* ponit paulo infra nouẽ caſus
excuſandi iſtas cõiecturas, vt ex illis nõ fiat pſumptio fraudis, ad eũ, lectorẽ cupidũ re-
mitto. Et vt ſupremã manũ huic qſtioni ponã; nõ omitto alio quoq; modo, fraudem in
69 ſpiritualib. poſſe cõmitti, nẽpe ſi quis † ingrediatur monaſteriũ in fraudẽ ſubſtituti *Dec.
in notabili q.conſ.399.& conſ.præcedenti n.6.extr.de prob.* vbi concludit abſolute prædictã
fraudẽ nõ obeſſe ſubſtituto. Vt.n. alienatio rerũ facta in fraudẽ nõ præiudicat credito-
rib. ita nec alienatio pſonæ, ſiquidẽ alienatio perſonæ videtur facta per ingreſſũ, cũ de
ſuo iure decedẽs incipiat eſſe alieni iuris, & de ſua volũtate faciat voluntatem alterius,
cumq; rerũ ſuarũ dominiũ amiſerit, & ſeruo, ſit factus ſimilis *Iaſ.in l.1.§.per ſeruum, qui
in fuga.ff.de acq.poſſ.n.125 Vant.de nullitatib.ex defectu compar.n.41.verb.tales igitur.*
70 Relinquitur, vt de fraude † diſſeramus, quæ fit èx titulo mixto ſcilicet lucratiuo, &
oneroſo, pro qua re videndus eſt *Ang.in §.item ſi quis in frand. Inſt.de act.col.5.n.10.in verſ.
in gl.* permittitur, illud tamẽ dixiſſe cõtentus, fraudẽ fieri poſſe creditorib. emendo pro
71 magno † precio, quod modicum valet *l.1.§.ſiquis in fraud.ff.ſi quid in fraud.patron.*

Q.8. Diximus de fraude, quæ fit contrahendo, relinquitur ex ordine, vt inqui-
ramus de ea, quæ diſtrahendo committitur, quæro itaque quomodo contingat per di
72 ſtractum fraudem cõmitti, & in primis declaro, quid ſit diſtractus, qui nihil † eſſe vi-
detur, aliud niſi celebrati contractus reſolutio argumento tex in *§.is quoq; in fin. Inſtit.
quib.mod.re contrah.oblig.* ibi, ſed hæc ſpecies obligationis, non videtur ex contractu cõ
ſiſtere, cum is, qui ſoluendi animo dat, magis velit negocium diſtrahere, quàm cõtra-
here, etenim diſtrahere, eſt diſſoluere, & tollere, hoc ſenſu ſocietatem diſtrahere di-
xit *Iuriſconſ.in l.63 ff.pro ſoc.* matrimonium *l.2.ff.de Diuort.* item negocium *l.4.§.is quo-
que 2.ff de action.& oblig.* quamquam non me lateat huius verbi ſignificationem ad
venditionem, & ad auctionem extendi. *leg.ſi vni.ff.de tranſaction.leg.ſi ita.ff.de contrah.
73 empt.* Ad quæſt. igitur, quaſi † è ſemita in viam reuerſus: Reſp. multifariam continge-
re fraudem nimirum:

1. Soluendo:

2 Liberando.
3 Renunciando.
4 Iurando.

Et primo quidem ſoluendo, quod debemus ſe dante tempus *l. ait prætor §. ſi cum*
74 *in dies l. omnes. §. Lucius in fin. ff. quæ in fraudem* † *Creditorum*, ea ratione, quia, & in tem-
75 pore fieri poſſe † fraudem prætor exiſtimauit propter commodum repræſentationis,
adeo, vt non liceat marito in fraudem ſuorum creditorum ſoluere ſtatim poſt diuor-
tium vxori ſuæ dotem, quam poſt annum erat obligatus reſtituere *l. vni. C. de rei vxor.
act. d. l. Lucius in fine.* Secundo extende ad eum, qui ſoluit debitum conditionale, non-
dum impleta conditione, & quidem à multo magis, cum nec venerit, nec ceſſerit di-
76 es *l. cedere diem ff. de verb. ſignif.* Tertio ſoluendo † indebitum, vt in caſu *l. pupillus. ff. quæ
in fraud. credit. l. 3 in pr. ff. eod. tit.* aliquando ſoluendo debitum *d. l. pupillus.* Quarto ſol-
77 uendo, id quod debitor aliqua exceptione † munitus, nō cogebatur ſoluere argumē-
to *d. §. ſi cum in diem, & d. §. Lucius.*

Secundo modo principaliter committetur fraus liberando ſcilicet principales
78 debitores † *l. 1 in fin. ff. eod. l. ait prætor. §. ſi cum mulier l. 2. & l. omnes in pr ff. eod. tit.* 2. libe-
rando fideiuſſores *l. fraudator. eod. tit.* Tertio liberando pignora *l. 2. & 18. ff. eod.* Quarto
liberando obligationes, ſiue puras, ſiue in diem, ſiue ſub conditione *l. ait prætor. §. par-
79 tum ff. eod.* & effectus † huius fraudulentæ liberationis eſt, quod, & pignora, & obliga-
tiones reducuntur in priſtinum ſtatum, perinde, ac ſi facta liberatio non eſſet, & qui-
dem cum ſua cauſa, vt obligatio ſub conditione, cum illa reſtituatur *d. §. partum*, nec
obſtat *l. licet §. ſecundum quæ. ff. eod.* vbi reſtituitur, pecunia, non obligatio in priſtinum
ſtatum, reſp. enim *Alberic. in l. omnes*, quod ea lex procedit in debito conditionali *l. licet
in debito puro*, ſed mihi magis placet, nullam ibi fraudem eſſe, & agi de intereſſe mulie-
ris, quæ accepto tulerat, hic vero de fauore creditoris cui ſatis eſſe debet habere obli-
gationem, in eo ſtatu, in quo erat ante liberationem, Reſp. etiam, quod ibi eſt, ac ſi ma-
ritus accepiſſet pecuniam, ergo illam debet reſtituere, fingitur enim breui manu vxo-
ri numerata, & ab ea marito tradita, ex not. à Doct. max. à *Cag. in l. ſingularia ff. ſi cert. pet.*
Solutiones quoq; factæ vel in totum reuocantur *d. l. pupillus*, vel quo ad commodum
perceptum in repræſentatione *d. §. ſi cum dies.*

Tertio modo, renunciando fit fraus vt accidit in fideiuſſore, qui ad ſuos credi-
80 tores † fraudandos, renunciat beneficio de fideiuſſoribus *Iaſ. in d. §. item ſi quis nu. 125.
& 126.* nempe beneficio epiſtolæ D. Hadriani, de quo *in §. ſi plures. cū ibi not. Inſt. de fi-
deiuſſor.* nec non beneficio excuſſionis, cuius meminit *Iuſtin. Imp. in auth. de fideiuſſ. in
pr. auth. præſente*, & ibi *Bald. C. de fideiuſſ.*

Quarto fit fraus referendo, vel etiam deferendo iuramentum vt ecce Titius credi-
tor Mæuii, vt fraudaret ſuos creditores detulit Mæuio iuramentum: qui ſe nihil illi de-
bere iureiurando affirmauit; inſuper debitor conuentus in iudicio ab aliquo, cui vero
nihil debebat, tamen, vt ſuos defraudaret creditores detulit illi iuſiurandum, & is, iu-
rando dixit ſibi centum deberi, tex eſt elegans *in l. nam, & poſtea. §. ſed, & ſi quis. ff. de iu-
reiur.* & ibi *Alex.* & alii, vbi, de reuocatione illius iuramenti per replicationem fraudis,
vel per denegationem actionis Iuriſcon. alt, idem iuris erit, ſi debitor, cui delatum erat
iuramentum & ſalua conſcientia poterat iurare, nihil ſe debere, tamen fraudandorū
creditorū gratia retulit creditori iuſiurādū, q iurauit ſibi magnam ſummā eſſe debitā,
eadem eſt n. ratio, ac in delatione iuſiurandi in qua dictum eſt reuocationē concedi.

Q. 9 Sequitur, vt diſpiciamus, quomodo debitor negligēdo poſſit fraudē facere cre-
81 ditorib. quæro † itaq; an negligēdo cōtingat fraudari creditores, & videt negādo per
tex. *in l. q autē ff. quæ in fraud. cred.* in qua negligēs acquirere nō dicitur fraudē facere, ideo,
nec locū eſſe edicto, facit *l. ſi poſtularet ff. ad Tre.* ibi pōt hæres rogatus reſtituere, expecta-
re, vt grauetur, adeo, vt quartā nō deducat in fraudē creditorū *l. patrē, & l. ſeq. ff. quæ in
fraud. cred.* Adeo, q ſiue neglexerit nō parēdo conditioni, ne cōmittatur ſtipulatio per
q̄ ſibi quæſiiſſet aliqd vel etiā expreſſe repudiando hęreditatem legitimā, vel ex teſta-
mento *d. l. qui autē.* Contrarium probatur ex *l. 3 ff. eod. puta* ſi debitor non veniat in iudi-
cio vel litem mori patiatur, vel a debitore nō petit, vt tempore liberetur, aut vſumfru-
ctum, vel aliam ſeruitutem amittit, nempe ſeruitutibus non vtendo *l. 4. eod. tit.* vel rem
propriam habendo pro derelicto, vt *leg. 5. ff. eod. Bald. in Rub. C. de reuoc. his, quæ fraud.
cred. numero 3. verbo*: quæro quod ſi debitor *Saly. in leg. 1. Codice. eodem titulo. Bartol. in l. 1.
& 3. ff. quæ in fraud. credit.* de eo, quod dictum eſt pro derelicto. *Bald. in dict. Rubric. de
reuoc.*

reuoc. his in fine 2. quaſt. num. 4. vbi declarat dominium acquiri occupanti ſed reuocabiliter, Conuenit *l. ſicut Codic. de* — *numer.* vbi debitor, vel fideiuſſor, non poteſt amittere exceptionem non numeratæ pecuniæ in fraudem creditorum. *Iaſ. in d. § item ſi quis, numero 126.*

82 Concluſio ſit ad conciliationem huius antinomiæ. † Aut diminuitur patrimonium noſtrum negligendo, vt in *caſibus d. l. 3. 4. & 5.* & dicuntur fraudari creditores, ita vt ſit locus edicto. Quæ in fraudem cred. Aut negligendo non minuitur patrimonium, vt *in d. l. Qui autem* ſcilicet quando non acquirimus, & tunc licet, accipiendo fraudem largo modo, videantur creditores fraudati, quoniam ſi debitor acquiſiſſet, foret vnde illis ſatisfieret, tamen accipiendo fraudem ad mentem prætoris, in cuius edicto fraus ad patrimonii diminutionem refertur, quæ non contingit, ex hoc ſolo, quod non acquiratur, ſed tantum impeditur augmentum, proinde ceſſat edictum. Confirmo quoq; alia ratione, nam edicto Prætoris prohibetur fraudulenta alienatio. *l. 1. §. quæ fraudationis ff. eod* qui autem non acquirit non dicitur alienare. *l. a-*

83 *lienationis verbū ff. de ver. ſig. in ver.* qui occaſione † acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare, veluti, qui hæreditatem omiſit, conuenit *l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de don. inter vi. & vxor l. 1. §. verum ff. quæ in fraud. patro. l. alienatum ff. de ver. ſig.* hoc tamen videtur coarctandum, vt non valeat in debitore fiſci, cui nō licet in fraudem fiſci omittere acquirendi occaſionem. *l. in fraudem, & ibi Bar. ff. de iure fiſci,* & quod attinet ad negligentiam in acquirendo, bene eſt videre. *Iaſ. in d. §. item ſi quis, n. 121.* vbi infert ad pulchrum caſum fratris, & Sororis.

Quæſt. 10. Porro autem, quod dicendum in repudiatione legati, facta in fraudem,

84 numquid reuocetur, dum legatarius † in perniciem creditorum omittit quærendi occaſionem. & profecto, videtur ſub edicto contineri, quippe eſt alienatio, ac patrimonii diminutio, cum à die mortis teſtatoris dominium rei legatæ, acquiratur legatario *l. à Titio. ff. de furt. iunct. gl.* alienat itaque dominium, & ita verificatur verbum alienationis, comprehenſum in edicto, ſignificat, dominii tranſlationem. *leg. non alienaret, & ibi Dec. de reg. iur.* Cæterum contraria ſententia eſt ad veritatem propenſior, per tex. apertum *in d. l. qui autem*, ibi, ſed, & illud probandum eſt, ſi legatarius repudiauerit ceſſare hoc edictum, cui ego addo alium texqui videtur in hoc compoſitus, vt hanc ſententiam probaret *in l. 1. verb. & ait Iulianus. ff. ſi quid in fraud. patron.* ibi quamuis enim legatum retro noſtrum ſit, niſi repudietur, attamen cum repudiatur, retro noſtrum non fuiſſe palam eſt. Euertitur autem obiectum à gloſſ. in verb. ſed illud in verbo legatum repudiauit, duplici modo, & primo quod hæc concluſio obtineat, quando legatum eſt repudiatum ante aditam hæreditatem, & ita quando nihil iuris eſt, vere acquiſitum legatario. *dict. leg. Titio tum gloſſ.* Contrarium vero procedit facta repudiatione poſt aditionem hæreditatis; ſed non eſt ferenda ſolutio quando quidem compertum eſt ante aditam hæreditatem quæſitum eſſe legatario dominium rei legatæ II reſpon. eſt magis accommodata, nempe quod legatum repudiatum cenſetur retro, nūquam fuiſſe acquiſitum per tex. in *l. nam ſicut ff. ad leg. Aquil.* ideoque non eſt, aut diminutio patrimonii, aut alienatio in repudiatione legati, verba dictæ legis ſunt hæc, repudiante legatario legatum, hæredis eſt actio, ac ſi legatum non eſſet, & cum gl. ſentit etiam *Bartol. in d. l. qui autem*, & confirmatur ex *l. prima verb. & ait Iulianus. ff. ſi quid in fraud. patron.*

Quæſt. 11. Pulchra etiam inde infertur diſputatio, nempe vtrum hæres legatarii,

85 qui deceſſerat † legato non dum agnito, poſſit in fraudem creditorum legatum illud repudiare, excitat hanc quæſtionem *Albericus in d. l. qui autem in princ.* & arguit pro affirmatiua, quoniam ſi legatarius poterat facere, ergo eius hæres illum repræſentans. Corroboro ego à paritate rationis, quia ſcilicet non diminuitur patrimonium ſed impeditur augmentum. Tertio à generalitate *l. qui autem in ver. ſed ſi legatum*, nam ait ſi legatum repudietur, ceſſat hoc edictum, & non diſtinguit à quo repudietur. IV. poterat hæreditatem legatarii repudiare quod eſt plus, igitur & legatum quod eſt minus, contrarias partes ſequitur. *Alb. per tex. in l. 26. liberto la. 1. ff. de bon. liber.* arguendo de patrono ad creditores, vbi hæres liberti repudiando legatū relictū liberto ſuo authori, & in hæreditatē ſuā tranſmiſſum, non præiudicat patrono, & ratio eſt quia per illud legatū tranſmiſſū, libertus videtur deceſſiſſe maior cētenario, & ita hæres legatarii, non

86 potuit repudiādo legatū fraudare patronū. Ego. v. † arbitror diſtinguendū: aut quærimus numquid hæres legatarii poſſit omittere legatū in fraudem creditorū hæreditariorū,

& adhæreo opinioni negatiuæ ex *d. l. liberto*, & ex ratione ibi expreſſa, quia ſcilicet le-
gatum repudiatum in quadrantem hæreditatis imputatur legatariis, ſicut dicitur iun-
cta gl. aut dubitamus, an hæredi liceat repudiare in fraudẽ ſuorum creditorum & pu-
to licere ex argumentis prioris ſententiæ, maxime vero, quia omittendo legatum, vel
etiam hæreditatem, non diminuit patrimonium.

Quæſt. 12. Diximus teſtando fraudem fieri creditoribus, & probat. *l. ait prætor. §. ſi*
87 *fraudator. ff. quæ in fraud.* ibi † vtriuſq; fraus, id eſt, teſtantis, reuocemus igitur in dubi-
um quomodo per teſtamentum fraudentur creditores. Reſpon. in primis, ſi teſtator
prohibuerit ſuorum bonorum alienationem, iuxta text. not. in *l. filiusfa. §. Diui ff. de leg.*
2. nam ex ea prohibitione, ſi vim haberet, fraudarentur creditores, cæterum I C. ait,
eam prohibitionem alienationis, nec fiſco, nec creditoribus fraudi eſſe, id eſt, damno,
proinde enim eſt, ac ſi facta non eſſet, ideoq; non eſt locus edicto; quæ in fraud. Cred.
tum quia reuocat alienata, & ibi prohibetur alienatio, tum quia nullitatis ibi remedi-
um competit, ex edicto vero datur remedium reſciſſionis. Secundo reſpon. fraudem
fieri legando, fidei committendo, donando cauſa mortis, ſed hoc poteſt bifariam cõ-
88 ſiderari, & primo quidem † modo, an per legatum fideicommiſſum &c. fraudentur
creditores, Alio vero, an primo reuocatione eorum præſtetur remedium ex edicto
Quæ in fraud. & quod ad primum attinet eſt ſine controuerſia, fraudari ſcilicet cre-
89 ditores quandoquidem patrimonium defuncti diminuitur, quod vero † ſpectat ad
ſecundum, iuris eſt magis controuerſi, nam *Angel. Aret. d. §. item ſi quis, num. 4. verb.
quæritur tertio, & Faber ibi col.* 3. *Bal. in l. 1. in* 8. *quæſt. C. ſi in fraud. patron.* conſtanter affir-
mant dictum remedium non competere, vnico argumento ex *l. ſi. & §. ſi præfatam ver.
creditores Cod. de iure delib.* in qua reſcribit Imperat. creditoribus fraudatis dari condi-
ctionem indebiti, vel actionem hypothecariam, nempe, vt *Bart. ibi num. 4.* explicat hy-
potecaria datur, ſi res per legatum alienata, erat creditori ante hypothecata & extabat,
aut ſi nõ erat ſubiecta hypothecæ, aut nõ extabat, ſed erat conſumpta, vel aliter extin-
cta, & præſtatur condictio indebiti, quippe, cum æs alienũ excederet valorem patri-
monii, legata fuerunt indebite ſoluta, merito ceſſat noſtrum edictum arg. *l. cum Prat.
de in l.* Secundo patrocinatur, quod remedium Prætoris ex tit. quæ in fraudem datur
quando alienatio valuit; *§. item ſi quis in fraudem*, ibi reſciſſa traditione, legata autem
quoties debitum ſuperat æs alienum, non valent ipſo iure. *leg. vniuerſarum Codice
de legat.*

Tertio ſuffragatur ſumptum à patrimonio fraudato ad creditores fraudatos; va-
let enim quia patronus creditor eſt, ſed pro relictis in fraudem patroni non compe-
tunt actiones Fabiana, & Caluitiana *Bald. in d. l. 1 quæſt. 8. C. ſi in fraud. patron. l. 1. in pr. ff.
ſi quid in fraud. patron.* Contrariæ ſententiæ ſuum calculum tribuunt *Rudolph. Aurr. Ni-
col. de Neapol. in d. §. item ſi quis*, eo fundamento, quod non eſt abſurdum, quoties com-
90 petit remedium Ciuile, ibi quoq; dari † prætorium, vt teſtatiſſimum eſt in ſucceſſio-
nibus, Prætor enim vocat ad ſucceſſionem, etiam illos filios, vel Agnatos, quibus de-
fertur hæreditas de iure ciuili. *§. primo. Inſt. de bonorum poſſeſſ. l. 1. ff. de bonorum poſſ. ſ.
ſecundum tabul.*

91 Secundo arguunt quoniam remedia reuocatoria inducta à Prætore plenius † pro-
uiderit, quam cõdictio indebiti, vel actio hypothecaria quippe in illis veniunt omnes
fructus, in iſtis debentur illi fructus duntaxat, ex quibus factus erat locupletior aduer-
ſarius. *l. ſi non ſortem. §. libertus, & l. indebiti in princ. ff. de cond. indebit.* verum parum eſt vi-
rium in his argumentis; Nam vbi velit Prætor, ſuum remedium tribuit habentibus à
iure ciuili, vt exemplo bonorum poſſeſſionis eſt conſpicuum, ſed an hic voluerit cõ-
cedere, non apparet, quamuis etiam plenius ſit remedio prætoris conſultum, tamen
non conſtat, nam quod hoc caſu voluerit ſuas partes interponere; ab hac tamen ſen-
tentia non eſt recedendum, vt inquit *Iaſon d. §. item ſi quis. n. 53. ver.* ad hoc, enim eſſe ad
hærendum per text. *in l. qui autem. §. pen. ff. quæ in fraud. Credit.* qui rotundus eſt con-
tra Fabrum Angelum & Bald. in illis verbis; item ſi neceſſarius hæres legata præſti-
terit, deinde eius bona venierint, Proculus ait etiam, ſi ignorauerint legatarii tamen
vtilem actionem dandam, quod nequaquam dubium eſt, & *gloſſ. ibi in 2. expoſitione*,
quam in dubio creditur tenere *Iaſon in l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſd. om. iud.* ait vtilem
Fabianam in factum præſtari, non obſcure docens pro legato fraudulento competere
92 vtilem Fabianam, † Munitur ex *l. ait prætor §. ſi fraudator, ibi vtilem actionem competere. ff.
quæ in fraud. credit.*

Addo

93 *Addo* ego in confirmationem, remedium condictionis, & hypothecariæ † noua lege inductum ab *Imper. d. l. fin.* ſed ante Iuſtinianum eſt neceſſarium aliquod fuiſſe remedium, ne tam plana, & aperta via relicta eſſet fraudibus, ſine promiſſione Prætoris, & ideo in *l. qui autem* definitur, dari ſolitam vtilem actionem; ſed quæ eſt ratio, cur detur Fabiana vtilis, ſiue in factum vtilis, & non directa? *Iaſon* non dicit, nec alii, quos viderim, mihi autem ea videtur eſſe, quoniam Prætor reuocat geſta in fraudem per contractum *d. l. qui autem. §. apud Labeonem*, ibi totum enim hoc edictum ad contractus pertinere, vt puta pignora, venditionesq;: at verba contractus, non pertinent ad teſtādi ius *l. verba geſſerunt. ff. de verb. ſignif.* ergo verba edicti legatis non conueniunt, merito ceſſat actio directa, attamen quia ſuadet æquitas, ne detur occaſio fraudis, & mens edicti conuenit, ideo competit vtilis ex notiſſima reg. Quod vbi ceſſant verba legis, ſuggerit tamen mens legis latoris, præſtatur vtilis. *§ fin. & ibi gloſſ. in verb. in factum. inſt. de lege Aq.* Non refragantur contraria, & ad primum aperta eſt ſolutio ex *d. §. pen.* quod ſcilicet vtrumque remedium accommodatur, directum Ciuile, & vtile prætorium.

Ad ſecundum mirum eſt, quod *Iaſ.* non reſp. cum *Rod. & Nicol.* reprehendat, quod nō
94 ſoluant, & tamen ſibi non ſecus, ac illis obſtat. Nos credimus † eſſe negandum, quod legata & fideicom. ſint ipſo iure nulla, nec probat neceſſario. *d. l. ſi vniuerſa*, quæ reſpicit effectum legatorum, dum ait in fine legata præſtari, ſi aliquid ſuperſit patrimonii, ergo ſentit in primo quod non valent legata, non quia ſint nulla; ſed quoniam tamquam fraudulenta non debent præſtari, confert *l. 1. gradu. ff. quæ in fraud. Cred.* ibi legata, ſi ſoluendo hæreditas non eſſet, non deberi, non dicit eſſe nulla; ſed nō debere eorū præſtationē, facit. *l. 1. §. is qui quadringenta. ff. ad Tre.* vbi hæres eſt ſupra modū legatis oneratus, & prætérea grauatus reſtituere hæreditatem datur contra eum legatorū petitio, quamuis ex æquitate non exigatur, niſi in quantum facere poſſit, vt gl. ibi declarat in verbo daturū; Nulla autem forēt legata perſonæ incapaci relicta, vel ſine ſolennitate ſcripta, iuuatur ratione, etenim ſi alienatio per contractum facta in fraudem, ipſo iure valet, vt conſtat inter omnes, cur non, & facta per legatum teneat: argumen. *text. in §. 1. Inſtitution. de leg. Fus. Canin.* cum non ſit dare rationem differentiæ, & hæc magis congrua mihi videtur ſolutio quam ſit illa. *Iaſ. reſp. in d. § item ſiquis. n. 53.* nempe; quod legata valent in terminis *d. l. ſi vniuerſa*, ſi non fiat inuentarium, cum hæres de ſuo præſtare teneatur. *Auth. de hær. & Falc. §. ſi vero non fecerint*, primum quia ſolutio non eſt generalis, deinde quoniā non facto inuentario, non opus eſt quęrere de reuocatoria, vel de conditione indebiti, cum hæres de ſuo proprio ſit creditoribus obſtrictus, ſicut legatariis.

Ad tertium perſpicua eſt reſponſio ex *d. l. qui autem. §. pen.* ex eoq; deſtruitur opinio Baldi, ſi quidem liquido apparet differentiam eſſe inter legata relicta à fraudulēto liberto vel ab iniquo debitore.

Q. 13. Compertum eſt ex iam dictis, fraudem teſtamento fieri, ſed illud in quæſt.
95 ponitur an ad hoc, vt fraus dicatur † commiſſa, duo ſint illa neceſſaria in perſona teſtantis debitoris, ſc. conſilium, & eventus ad inſtar cōtractuum, & potior videtur ſententia affirmatiua. Primo quia firmum eſt argumentum de cōtractibus ad vltimas voluntates. *§. 1. & ibi gl. Inſt. de leg.* Fuſia *Can.* Euerat in loco à contractibus ad vlt. vol. *Rom. in auth. ſimiliter, in 12. ſpec. C. ad l.* Falc. Secundo ex *l. ſi quis cum haberet, ff. quæ in fraud. Cred.* in qua Iulianus de legato libertatis in perſona teſtatoris, inquit vtrumq; & conſilium, & euentum fraudulentum exigimus. Secūdo ego addo, paritatem rationis, nimirum, quia de ſuis facultatibus ſæpe plus ſperant homines, quàm vere in his ſit. *§. in fraudem. Inſt. quibus ex cauſ. manu lic. vel non*, quæ ratio militat in omnibus legatis, ne dum in legato libertatis, de quo in *d. l. ſiquis.* Contraria tamen ſententia placet omnibus *in d. § item ſiquis gl.* Aret Fab. *Iaſ. num. 53. in verb. in ea gl. Nicol. de Neap. Pet. de Bella pertica, &* Iacob. pbatur primo ex *l. fin. §. & ſi præfatum in ver. ſi vero Cred. C. de iure delib.* ibi licentia Creditoribus nō deneganda aduerſus legatarios venire, vel hypothecaria, vel indebiti condictione vti, & hæc quæ acceperunt recuperare, cum ſatis ſit abſurdum creditoribus quidem, ius ſuum perſequentibus legitimum auxilium denegari, legatariis vero, qui pio lucro certāt ſuas partes leges accommodare. *l. 1. §. is qui quadringenta. ff. qui autem. §. fin. ff quæ in fraud. Cred.* Secūdo ego probo per *l. 1. ff. ſi quid in fraud. patr.* In legatis inquis, non quærimus dolo malo factum ſit. III. confirmatur ratione, etenim legata non debentur, niſi deducto ære alieno, gl. mag. *in d. §. item ſiquis in fraud. in verb. in fraud. in prope fin.* Nec faciunt in negocium allegata ex aduerſo & ad primum ſolutio eſt in promi-

ſeruo eſſet inſtitutus alius liber homo, imo etiam ſi eſſet ſubſtitutus, ceſſat enim ratio iniuriæ defuncti, cum alius ſit hæres. *l. ſi is, qui ſoluendo la 1. ff. de hæred. inſt.* Secundo fallit, ſi ille ſeruus, qui ſolus eſt à Domino inſtitutus, eſſet obligatus pignori ſpeciali obligatione, etenim eo caſu non fraudatur ſpecialis ille creditor, niſi ſeruus ſeſe redimat, à creditore, non poteſt adire hæreditatem. *l. pignori. ff. de hæred. inſtit.* quæ ita videtur intelligenda per text. in *l. ab eo. C. de ſeruo pignor. dato manum.* & *l. licet iuncta gloſſ. ff. in quibus*
106 *caſibus pignus, vel hypothec. contrahatur.* Si vero† plures hæredes inſtituit teſtator in fraudem, non omnes ſunt hæredes, & liberi, ſed ille tantum, qui primo apparet nominatus. *l. qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit.* limita ſi ſecundo nominatus eſſet vilioris precii, nam iſte hæres erit, vt fiat minus præiudicii creditoribus. *l. ſi quis habens. ff. qui & à quibus*, fallit etiam, ſi ſecundo nominatum, teſtator ex aliqua ratione tenebatur manumitte-
107 re, *l. ſi is qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit.* ſi non appareat, quis primo ſit† nominatus, tunc inuicem ſe impediunt, & neuter ſit liber *l. qui ſoluendo la 1. cum l. ſequenti. ff. de hæred. inſt.* reſtringetur ſi vnus ex his moriatur viuo teſtatore, alter enim qui ſolus eſſet, liber &
108 hæres fieret. *d. l. qui ſoluendo.* Secundo caſu, quando manumiſſio† eſt inter viuos, tunc ſit locus. *§. in fraudem. l. ſi quis locuples. l. ſi quis habens*, & aliis iuribus ſupra initio quæſtionis allegatis ſcil. vt non reuocetur, niſi ex conſilio & ex euentu deprehendatur eſſe fraudulenta.

Quæ remedia competant Creditoribus fraudatis; Cap. VII.

1 *Duo ſunt remedia, vt videtur nonnullis, Actio Pauliana, & actio in factum.*
2 *Aliis placet, vnum eſſe remedium ſcil. actionem in factum, Paulianam ab authore appellatam.*
3 *Pauliana competit pro reuocatione rerum corporalium. In factum, pro reuocatione incorporalium.*
4 *Actiones in factum, dicuntur, quæ proficiſcuntur ex edictis Prætoris, ſi proprium actionis nomen non habebant.*
5 *Pro reuocatione eorum, quæ ſunt relicta in vltima voluntate, tria dantur remedia.*
6 *Vtilis Pauliana, condictio indebiti, Hypothecaria.*
7 *Pauliana actio eſt Prætoria, & eſt duplex, vtilis, & directa.*
8 *Eſt perſonalis in rem ſcripta.*
9 *Eſt ſimplex rei reſtitutoria, non pœna proſequutoria.*
10 *Re fraudulenter alienata, & exſtincta, datur actio contra alienantem, vſque ad detruſionem in carcerem.*
11 *Pauliana datur, tam contra alienantem, quam contra accipientem rem alienatam, titulo oneroſo; ſi particeps ſit fraudis.*
12 *Titulo verò lucratiuo, indiſtincte.*
13 *Electio eſt Creditoris fraudati, quem velit conuenire.*
14 *Quid ſi creditor elegit, & ſuccubuit, an habeat regreſſum contra alterum.*
15 *Datur hæc actio ad reuocandum, quod rite eſt alienatum, non quod nulliter diſtractum.*
16 *Hæc actio eſt temporalis.*
17 *Fallit in eo, quod ad fraudatorem peruenit, vel ad alium.*
18 *Fallit etiam in eo, qui dolo fecit, ne ad ſe perueniret.*
19 *Hæc actio eſt tranſitoria ad hæredes.*
20 *Eſt ſingularis, & ſtricti iuris.*
21 *In ea iuratur in litem.*
22 *In ſtricti iuris actionibus, quomodo iuretur in litem.*
23 *Vtrum hæc actio ſit famoſa.*
24 *Similitudo inter dolum, & fraudem, colligitur ex multis.*
25 *Infamia eſt pœna repellens à dignitatibus & teſtimoniis.*
26 *Actiones in factum non irrogant infamiam; ſi mentione bonæ fidei ſint temperata.*
27 *Hæc actio non eſt pœnalis.*
28 *Nec afficit infamia.*
29 *Vtrum per hanc actionem reuocentur fructus,* & num 31.
30 *Titulus quando excuſet à reſtitutione fructuum.*
31 *Titulus non defendit à reſtitutione fructuum rei in fraudem alienatæ.*
32 *Verbum reſtitutionis plenam habet ſignificationem, & ad fructus pertinet.*
33 *Titulus quando non tueatur à fructuum reſtitutione.*
34 *Bona fides recipientis alienata in fraudem, quid operetur.*
35 *In hac actione reſtituitur res, cum ſua cauſa, puta vſucapionis.*

36 *In hac actione veniunt fructus percepti, percipiendi, & extantes,* &c. num. 40.
37 *Partus Ancillæ, quando veniat in hac actione.*
38 *Quando etiam veniant vſuræ.*
39 *Fructus percepti, quomodo ſint reſtituendi.*
40 *Fructus ſunt reſtituendi, deductis prius expenſis.*
41 *Expenſæ, aut ſiunt pro re, aut pro fructuum perceptione, iſtæ debent indiſtincte deduci, illæ vero cum diſtinctione, an ſint neceſſariæ, vel vtiles, aut voluptuariæ.*
42 *Vtrum facta reuocatione, creditor reuocãs, teneatur precium reſtituere,* &c. nu. 47.
43 *Diſtinctio in hoc articulo ex mente Bart. quæ refellitur.*
44 *Differentia quo ad reuocationem inter patronum, & creditorem fraudatum.*
45 *Creditor reuocans, precium non reſtituit ei à quo reuocat.*
46 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis, reuocans alienata in fraudem à Debitore hæretico, non reddit precium.*
47 *Vtrum emptor particeps fraudis, facta reuocatione rei emptæ, recuperet precium à venditore.*
48 *Vbi dantis, & accipientis turpitudo verſatur ceſſat repetitio declara nu.* 53.
49 *In pari cauſa turpitudinis, melior eſt conditio illius, qui certat de damno.*
50 *Statutum diſponens, vt nemo forenſis poſſit emere in territorio, ſi nihil dicat de precio, debet emptor reſtitui.*
51 *Emens in fraudem fiſci, perdit precium.*
52 *Propter vitium litigioſi, an perdatur precium.*
53 *Intellectus ad* l. 2. ff. de condict. ob turpem cauſam.
54 *Regula, dolus cum dolo compenſatur, quomodo intelligatur.*
55 *Alia remedia reuocatoria. Actio Caluitiana. Actio in factum. Fraudatorium interdictum. Actio Fabiana.*
56 *Caluitiana creditoribus præſtatur, & patrono; Creditores Pauliana, et Caluitiana vtuntur. Patroni Fabiana, & Caluitiana.*
57 *Actio in factum competit æque creditoribus, & patronis; eſt actio prætoria, & datur pro reuocatione incorporalium.*
58 *Actiones in factum ſunt quatuor, & declarantur.*
59 *Fraudatorium interdictum, numquid ſit illud idem, quod continetur* in titul. ff. quæ in fraud. cred.
60 *Differentia inter edictum, & interdictum*
61 *Differentia inter interdictum fraudatorium, & edictum, quæ in fraudem creditorum.*
62 *Interdictum fraudatorium competit, contra Tutores, alienantes in fraudem rei pupilli.*
63 *Idem iuris videtur contra curatores alienantes rem furioſi, vel prodigi.*
64 *In hoc interdicto fraud. eſt neceſſaria excuſſio ſicut in Pauliana.*
65 *Vtrum actio Pauliana ſit natiua, vel datiua,* & num. 69.
66 *Actiones datiuæ in multis differunt ab actionibus natiuis.*
67 *Vtrum dentur in iure actiones datiuæ.*
68 *Non dantur ex opinione Authoris, ſed cõmuni opinione dantur, qua ſtante*
69 *Pauliana, eſt actio natiua, non datiua.*
70 *Omnes actiones ſunt datiuæ* } *ex ſententia*
71 *Imo omnes ſunt natiuæ.* } *Authoris.*
72 *Imo nulla natiua, nulla datiua.*
73 *Quid ſit libellus, & eius definitionis declaratio.*
74 *De forma libelli in actione Pauliana remiſſiue.*
75 *An futuris creditoribus, competat Pauliana.*
76 *Creditor ex delicto, an ſit proprie creditor.*
77 *Creditoris definitio in* l. 1. ff. ſi cert pet. *quo modo ſit intelligenda,*
78 *Credendi verbo, multa ſignificantur.*
79 *Creditor, credere, creditum, an ſint coniugata.*
80 *Creditori, ex delicto, datur actio reuocatoria.*
81 *Verbum, quacunque cauſa, ampliatiue, numquam reſtrictiue ponitur.*
82 *Creditor ex legato, vel fideicommiſſo, an ſit proprie creditor.*
83 *Opinio communis negatiua; ſed verior eſt affirmatiua.*
84 *Creditori ex legato datur actio reuocatoria.*
85 *Ceſſionarius eſt proprie creditor.*
86 *Ceſſionario competit reuocatoria actio.*
87 *Ceſſionarius ſæpe habet priuilegia, quæ cõpetebant cedenti.*
88 *Vtrum actio reuocatoria præſtetur contra fideiuſſorem.*
89 *Fideiuſſor eſt proprie creditor.*
90 *Exceptio excuſſionis eſt dilatoria.*
91 *Fideiuſſor duplici modo poteſt fraudem facere.*
92 *Fideiuſſor ignarus fraudis liberatur per remiſſionem obligationis.*
93 *Fideiuſſor in fraudem creditorum non poteſt beneficiis ſibi cõpetentib. renunciare.*

94 Debitor

94 *Debitor habens duos reos obligatos, an poſſit in fraudem vnum liberare.*

95 *Debitor ad quid, & in quantum teneatur liberando ſuos debitores in fraudem.*

96 *Actio reuocatoria, an detur futuris creditoribus,* & num. 103.

97 *Qui ſint futuri creditores in hoc articulo.*

98 *Aliquis notabilem pecuniæ quantitatem mutuo accepturus, alienauit bona ſua, & poſtea mutuum contraxit, an huic creditori competat reuocatoria.*

99 *Teſtator in teſtamento, dedit libertates in fraudem, poſtea viuens ſatisfecit illis creditoribus, quos fraudauerat, & antequam ex humanis decederet, nouos fecit creditores, an iſtis competat facultas reuocandi libertates.*

100 *Excogitata fraus, nocet fraudulento, etiam reſpectu futuri negocii.*

101 *Titulus, qui in fraudem creditorum. loquitur de creditoribus præſentibus gratia frequentioris vſus.*

102 *Alienationem factam eſſe in fraudem futurorum creditorum, quibus modis probetur.*

103 *In hoc articulo, de fraude futurorum creditorum, diſtinguitur inter veram, & ſimulatam alienationem.*

104 *Reuocatio datur futuro creditori, qui ſucceſſit in locum prioris.*

HActenus Quemadmodum fraus committatur aduerſus creditores, expoſuimus, intueamur quo pacto illis ſubueniatur, cuius diſputationis ſumma ad tria capita deducitur.

Primum, quomodo ſit illis ſuccurſum.

Secundum, an omnibus creditoribus ſuccurratur.

Tertium quid nam agere debeant creditores, vt beneficiis in eorum fauorem inductis poſſint gaudere.

Quæſt. 1. Ad primum reſponde varias eſſe ſententias, nam vt quibuſdam videtur, duæ ſunt actiones inuentæ, quæ ab effectu dicuntur reuocatoriæ, quarum altera
1 appellatur particulari nomine † Pauliana, altera communi appellatione dicitur actio
in factum. *Bart. in l. Hac in factũ. ff. quæ in fraud. cred. & in l. 2. C. ſi quid in fraud. patrono.* aliis
2 nempe † Vltramontanis placet vnam eſſe actionem in factum, ſicut, & aliæ ſunt, quæ
proficiſcuntur ex edictis prætorum, arg. *l. fi. §. 1. ff. de eo per quẽ factũ erit,* ſed ab Authore
nuncupatam Paulianam, vt fuit publiciana dicta à Publicio prætore; prior tamen opinio eſt frequentiori recepta ſuffragio ex his, quæ tradit *Bart. in l. 2. C. ſi quid in fraudem
patro.* & ibi *Saly. Aret. in d. §. item ſi quis,* ait hanc eſſe meram veritatem. Pauliana cõpetit
3 † pro reuocatione rerum corporalium; in factum pro reuocatione incorporaliũ, *Bart.
in d. l. hac in factum, gl. in l. videamus la. 2 §. in Fabiana de vſur.* nec aduerſatur quod actio-
4 nes ex edicto prouenientes dicantur † in factum, id enim toties eſt verum, quoties deficit proprium nomen actionis, *gl. in §. ſed iſta in verb. actio Inſt. de actio. l. quoties vbi not. ff.
de præſcr. verb.* verum vltra prædictas duas actiones (quamuis Dd. communiter non dicant) ſunt aliæ duæ in fauorem creditorum comparatę ſc. condictio indebiti, & hypothecaria *l. fin. & ſi præfatum ver. ſin autem creditores. C. de iure deliber.* & *Iaſ.* conſiderat *in d.
§. item ſi quis verb. habetis caſum n. 101.* at defenduntur Dd. quoniam prędictæ duæ actio-
5 nes præſtantur pro reuocatione relictorum † in vltima volũtate *d. §. & ſi præfatũ.* Quare videtur ita diſtinguendum, aut agimus ad reuocationem alienatorum inter viuos,
& tunc ſi corporalia ſunt ſiue mobilia, ſiue immobilia competit Pauliana. Sin autem
intentamus reuocationem incorporalium, & datur actio in factum, interdum, & vtilis actio, vt ſi remittatur ius pignoris. *l. 18. ff. quæ in fraud. cred. & in caſu l. quoties. C. de rei
vend.* vt ſi quis vendat rem duobus, & eã tradat ſecundo in fraudem primi emptoris. Si
vero ad reuocationẽ pro alienatis in vltima voluntate, & tunc duplex remedium con-
6 ceſſum eſt, prima vtilis actio † Pauliana, *l. qui autẽ. §. fin. ff. quæ in fraud. cred.* Secundum
directũ ex condictione indebiti, vel ex hypoth. *d. §. et ſi præfatum* Pauliana itaque actio;
7 eſt prætoria, † enumeratur enim à Iuſtin. inter prætorias. *§. alia inſt. de actio, vſq. ad §. itẽ
ſi quis in fraudem d. l. videamus. §. in Fabiana verſ. nam prætor. leg. ait prætor. §. hæc actio. ff. quæ
in fraud* Pauliana quoq; eſt duplex vtilis, & directa, ſecundũ datã, à nobis diſtinctionẽ,
eſt actio perſonalis iuxta com. op. teſtatũ à *Iaſ. d. §. itẽ ſi quis n. 104.* vbi ipſe de mente *Ni-
8 colai de Neap.* tenet non eſſe mere perſonalẽ, ſed in rẽ † ſcriptam, quoniã originẽ habet
ex contractu, vel quaſi, ex contractu, vel quaſi ex maleficio, vel quaſi, & ſequitur poſ-
ſeſſ. per ea; quæ ipſemet tradit in *§. omniũ Inſt. de actio* in primo euidẽtiali; quippe ſi mere eſſet perſonalis, nõ perſequeretur rẽ, vt eã perſequitur, *l. ſi fraudator. §. ſi à Socero verſ.
9 quia hæc actio † l. ait prætor. §. per hanc. ff. quæ in fraud. cred.* eſt actio in ſimplum, reuocat

namq; alienationẽ rei perinde ac ſi non eſſet ſecuta, & reſpectu recipiẽtis alienata in
fraudẽ, nulla videtur eſſe pœna. *d. l. ſi fraudator. §. ſi à Socero*, ibi q̃ hæc actio rei reſtituẽ-
10 dæ gratia, nõ pœnæ nomine datur, ſed quo † ad alienantẽ in fraudem, ſi res alienata ſit
extincta, datur cõtra eũ actio, vt detrudatur in carcerẽ *l. ſi. §. ſi iunct. gl.* Secundũ primũ
intellectũ, quẽ magis *Bar.* laudat, & ſuadent illa verba (& ꝑior nõtã emolumentũ acti-
11 onis intueri videtur in eo q̃ exutus eſt bonis, q̃ pœnã) datur hæc actio. † contra frauda-
torẽ in alienãdo *l. ſi C de reuo. hu, quæ in fraud. cred.* de cuius intellectu *Cuia. li. 12. obſeruat.
c. 5.* & contra eũ qui rẽ alienatã ſuſcepit *d. l. ſi §. fin. l. 1. in pr. ff. quæ in fraud. cred.* ibi (in eũ,
qui fraudẽ nõ ignorauit actionẽ dabo, idq; etiã aduerſus ipſum, qui fraudẽ fecerit ſer-
uabo) nã in alienatis ex titulo oneroſo, ſi emens non participauit fraudẽ dabitur tantũ
aduerſus fraudatorem actio *l. ait prætor. §. quod ait. ff. eod.* ſi participauit erit electio cre-
12 ditoris, quem velit eorum conuenire, in alienatis ex titulo lucratiuo, eum † fraus acci-
pientis non conſideretur, competit indiſtincte aduerſus vtrumque.

Q. 2. Sed, quid ſi creditor, vnum eligat, & ſuccumbat, an ſit dandus regreſſus cõtra
13 aliũ, & videtur † negandus argumento *l. ſi. C. de Codicill. l. quod in hæred. §. eligere. ff. de tri-
but. act. l. idẽ ait in fin. ff. Naut. caup.* ibi alterutra contentus eſſe debet *l. licet § poſſumus eod.
tit* ibi vna contenti eſſe debemus.

14 Contrarium † ſuadet tex. in *l. fin. §. fin. ff quæ in fraud. cred.* vbi contra fraudatorẽ da-
tur ad pœnam, atq; ita cõpetunt ad diuerſa. Suffragatur tex. *in l. ait prætor § parium verb.
hac actio. ff. eod.* ibi iniquũ, prætor putauit in lucro morari eũ, qui ſentit luctũ ex fraude,
adeo q̃ ſi creditor agens contra fraudatorẽ ſuccumberet, in quẽ eſt facta alienatio, ꝓ-
pter ſuã fraudẽ moraretur in lucro, nec aduerſantur contraria, quippe ſunt vera, quã-
do plures actiones cõpetunt contra eandẽ perſonã, non contra diuerſa, vt in hac ſpe-
cie, ratio eſt; quia ſemel abſolutus, non eſt vlterius moleſtandus *c. de his ext. de accuſ. Dec.
in l. nunquam act. in fin. ff. de reg. iur. & conſ. 2 27. in pr.* quæ ſane ratio ceſſat, quando agitur
cõtra diuerſam perſonã, diuerſitas nanq; perſonæ facit, vt non ſit locus exceptioni rei
iudicatæ *l. & an eandem cum not. ff. de except. rei iud. Bart. in l. hoc edicto verbo ſecundo quærit
Dyn. ff. de publ.* cogita q̃ melius, æquſue iudices, Dd n. q̃ ego viderim non attingut. Et,
15 vt ad Paulianã redeã, datur † hæc actio ad reuocãda, quæ in fraudẽ quidẽ, ſed rite ſunt
alienata, non aũt ea, quæ ſine ſolẽnitate ſunt diſtracta. *Bar. in l ſi pater. ff quæ in fraud* præ-
16 terea † eſt tẽporalis viuit. n. per annum vtilem *l. ait prætor in pr. & §. annus l. qui autem. §.
17 fin. ff. quæ in fraud. cred. l. ſi. C. eo. t.* limitatur † in eo, quod ad fraudatorẽ perueniſſet, nã &
poſt annum extendetur *d. l. ait prætor. §. hac actio gl. in d. l qui aũt. §. ſi. in verb. annũ*, idemq;
18 iuris † eſt, ſi dolo fuit, ne ad eũ perueniret *d. l. ait prætor. §. fin.* in verbo ſiue igitur, & ibi
Bar. declarat, quando dicatur perueniſſe *Iaſ. in d. §. item ſiquis n. 86 verſ. gl. in ver. permit-
titur*, quib. in locis dicunt, & eum teneri ad quem res ſine fraude peruenit. Nec ad rem
pertinet, quod ſit actio rei proſecutoria, perſecutoriarũ aũt natura ſit perpetuo cõpe-
tere. *l. in honorariis. ff. de act. & obl.* ſiquidẽ ꝓcedit in proſecutoria, quæ non habet origi-
nem à delicto *l. non ſolũ §. ſi ff. de alien. iud. mut. cauſ. gl. in d. l. in honorariis*, & ibi *Bar.* viden-
19 dus. Inſuper † eſt tranſitoria ad hæredes *d. l. ait prætor § fin.* hæc inquit hæredi, cæteriſq;
ſucceſſorib. competit; ſed & in hæredes, ſimileſq; perſonas datur, nempe de eo, quod
ad eos peruenerit. *l. Caſſius. ff. quæ in fraud.* Caſſius actionẽ introduxit in id, quod ad hæ-
20 redẽ peruenit. Eſt quoq; actio † ſingularis *l. ait prætor. §. hanc eod. tit. l. ſi fraudator. § Labeo
ait*, quia hæc actio eſt rei reſtituendæ *eod. tit.* nec aduerſatur *l. qui autem §. ſi ſeruum ſuum
d. tit.* in quo ſeruus hæres inſtitutus, & fraudulenter venditus, reuocatur a creditorib.
vna cũ hæreditate, cõtingit. n. vigore cuiuſdã acceſſionis, vt *gl. in ver.* reuocabitur ma-
nifeſte declarat, atq; ita res principalis, quæ reuocatur eſt ſingularis. Eſt inſuper actio
ſtricti iuris, cum non recenſeatur in § *actionum. Inſt. de act.* & ſiquis obiiciat eã eſſe bo-
21 næ fidei, quoniam in ea iuratur † in litem *l. tenetur. ff. ſi quid in fraud. patron.* in ſtricti au-
tem iuris iudiciis, non ſit locus iuramento *l. in actionibus cum l. ſequenti. ff. de in lit. iur.*
22 ſciat primum † in ſtricti iuris actionibus iurari, quando ſunt perſonales in rem ſcriptæ
gloſſ in *d. l. in actionib. cum l. ſeq* & ego confirmo ex *l. qui reſtituere. ff. de rei vend.* per quam
probatur iurari in litem, quando agitur ad reſtituendũ ſi iuſſus a iudice, reſtituere, nõ
paruerit, in Pauliana antẽ & Fabiana agi ad reſtituendũ, cum alienata reuocentur, cla-
rius eſt, quàm egeat ꝓbatione, nec profecto mirum, quod iuretur, quando ꝓpter con-
temptum præceptum iudicis iubentis reſtituere, actio efficitur arbitraria, in quã iuſiu-
randum in litem præſtari, memoriæ prodit. *Bart. in d. l. in actionibus*, quem alii vno ore
commendant, nec facit vim, quod in ſtricti iuris iudiciis non admittatur iuramentũ ſi-

quidem

quidem obtinet in ſimpliciter ſtricti iuris, non in ſtricti iuris arbitrariis, imo receptum
eſt in illis iurari, ſi duo concurrant, dolus aduerſarii, & difficultas probationis, idem.
Bart. in l. in act. col. pe. n. 22. Ro. ibi col. 5. n. 23. latiſſ. Plot. in l. ſi quando C. v. de vi. §. 4. n. 20. vbi
cumulat plures Dd. teſtantes de communi opinione addens in fin. numer. 1. quoad a-
ctiones bonæ fidei vnum ex illis duobus ſufficere, nempe dolum Rei.

Quæſt. 3. Priuſquam huic actioni vltimam manum imponam nouam quæſt. ex-
23 cito, quam miror a Dd. eſſe prætermiſſam; ſcilicet vtrum hęc actio † irroget infami-
am cōdemnato, eſt enim probabilis admodum dubitatio, cum in fraude debitoris a-
lienantis, vel in vtriusq; tradentis, & accipientis malitia ſit plerūmq; fundata; Et ſane
24 videtur actio famoſa, primo, quia fraus, & dolus in hac materia † æquiualent, *l. 1. iuncta
Rub. ff. ſi quid in fraud. patr.* ibi ſi alienatio dolo malo facta ſit, & ibi dolum malum acci-
pere, & *l. 4. ff. eod. tit.* ibi quodcumq; dolo malo liberti alienatum eſt Fabiana actione
reuocatur *l. ait prætor. §. fin. ff. quæ in fraud. Cred.* ibi, dolo ve malo. Condemnatus autē ob
dolum eſt infamis *l. nō debet. ff. de dolo. l. 1. §. qui furti. ff. de his, qui not. infam. ſuſpectus autem.
Inſt. de ſuſp. tut.* Accedit ſecundo quod edictū Prætoris, loquens de dolo, comprehen-
dit etiam fraudem *l. iuriſg. §. ſi fraud. indi. ff. de pact.* & ſicut ob dolum iuratur in litem *l.
in actionibus. ff. de in lit. iur.* cum aliis ſupra deductis, ita quoq; ob fraudem factum in alie-
natione *d. l. tenetur. ff. quid in fraud. patr.* Et quemadmodum datur actio de dolo, non ſo-
lum aduerſus eum, ad quem aliquid ex dolo peruenit, ſed dolo facit, quo minus per-
ueniret, *l. qui dolo l. parem. ff. de reg. iur. c. propoſſ. de reg. iur. in 6.* Ita quoq; hæc actio ex edi-
cto, quæ in *fraud. l. ait prat. §. fin. iter.* ſiue igitur fraudatori *ff. quæ in fraud. cred.* Tertio ſuf-
fragatur, quod nulla poteſt deduci ratio diſcriminis, cur ex dolo condemnatus ſubeat
infamiam, ex fraude vero non ita. Quarto adſtipulatur, quod in pœnam eſt etiam hęc
actio comparata *l. fin. §. fin. ff. eod. in verbo,* Prætor non tam emolumentum actionis in-
tueri videtur, quam pœnam. Contraria ſententia æquior eſt, ad veritatem propenſior,
in primis, quoniam infamia eſt pœna, & multa ex illa ſequuntur incommoda, infa-
25 mes, namq; † repelluntur à dignitatibus, & à teſtimoniis. *Bar. in l. 1. ff. de his, qui not. infa.
l. infamia C. de Decur. lib. 10.* pœna autem non cenſetur impoſita, niſi expreſſo iure ca-
ueatur, argumento: *l. Cum de interpretatione. ff. de pœnis, & ibi Dyn. de reg. iur. in 6.* verum,
nec in *tit. ff. quæ in fraud. cred. nec in tit. C. de his, quæ in fraud. Cred.* nec in *tit. ff. & C. ſi quid
fraud. patron.* exprimitur pœna infamiæ contra eum, qui condemnatus eſt actione re-
uocatiua, ſicut legenti omnes illos tractatus poteſt eſſe perſpicuum. Secundo, quia
hæc actio reuocatoria, eſt actio in factum *l. hac in factum, quæ in fran. Cred.* actiones ve-
ro in factum non irrogant infamiam *d. l. cum ſe. ff. de dolo,* in qua filius agens contra pa-
trem, & libertus cōtra patronum, ne ingerant infamiam, vtitur actione in factum, cæ-
26 terum huic poteſt reſponderi eſſe verum, quod verbis bonæ fidei † temperata eſt, vt in
ea lege expreſſum eſt, etenim actiones in factum ſua natura ſunt aptæ infamare, ſicut
27 diximus ex authoritate *Bart. in tit. de actione doli.* Tertio ſuadet ratio, quia hæc actio †
non eſt pœnæ cauſa inducta *leg. ſi fraudator. §. ſi à Socero. ff. in fraud. Credit.* in verbo, hæc
actio rei reſtituendæ gratia, non pœnæ nomine dat [illegible].

28 IV. ſi propter fraudem afferret † infamiā, varia eſſet hæc actio, & aliquando non in
ferret maculam. Nam in alienatione, ex titulo oneroſo infamiæ notam inureret, quia
emptor non conuenitur, niſi fuerit particeps fraudis, *d. l. ait prat. §. ſi quis particeps.* In ti-
tulo autem lucratiuo regulariter non induceret infamiam; quandoquidem non re-
quiritur dolus ex parte accipientis. *l. qui autem. §. ſimili modo. ff. eod. l. 1. ff. ſi quid in fraud.
patron.* nec actori eſt neceſſe probare fraudem, ſed ſatis habet docere damnoſum e-
uentum. In alienatis etiam in vltima voluntate, in quibus ſolus expectatur euen-
tus. Contraria tolluntur, ſiue negocia: & primum quidem euertitur ex eo, quod pro a-
lienatione fraudulenta, non inuenitur expreſſa pœna infamiæ, ſicut pro dolo, & in
pœnis non eſt facienda extenſio, *cap. odia. de reg. iur. in 6. l. ſi vero. §. de viro. vbi Rom. latiſ-
ſime. ff. ſol. matr.* Secundum autem euitatur, quoniam dolus eſt fraus in hac actione in-
famiæ non æquiparantur à lege. Tertium diluitur, quoniam perſpicua eſt ratio diffe-
rentiæ, cum actio reuocatoria non ſit inducta cauſa pœnæ vt dictum eſt in tertio fun-
damento, ex quo tollitur etiam quartum, ſiquidem pœna de qua *in d. §. fin* eſt carceris
ad effectum ſolutionis, vt *gl. in 1.* intellectu declarat, quem ibi Bart. ſequitur, tanquam
magis notabilem.

Q. 4. Quarto de effectu iſtius actionis reuocatoriæ, & hanc quæſtionē cauſa facili-
29 oris doct. diuido in duas partes, prior eſt, an reuocet rem cum fructibus. † Poſterior, an

qui reuocat teneatur in alienatione oneroſa precium reſtituere, quoad primam non
videntur fructus reſtituendi, in primis ratione tituli *l. ſi fundum. C. de rei vend.* in qua ti-
tulus † excuſat malæ fidei poſſeſſorem à percipiendis, ergo ceſſante mala fide titulus
liberaret etiã à perceptis, argum. § *ſi quis à non domino Inſtit. de rerum diuiſ.* deinde quia
fructus percepti, nõ ſunt pars rei, ſed a re diuerſi, *l. fructus pendentes. ff. de rei vend.* at hæc
actio reuocat rem, quæ fuit alienata, *l. 1. l. ait prætor. §. partum. ff. quæ in fraud. cred.* & ideo,
31 cum ſint percepti, non extant amplius, quare † ſuccedit deciſio text. in *l. ſi id quod. ff. ſi
quid in fraud. patron.* rei non extantis, non fieri reuocationem. Alia tamen eſt proban-
da ſententia, authoritate, & ratione, & authoritas ducitur ex text. in *d. l. ait prætor. §. per
hanc*, ibi fructus, non tantum, qui percepti ſunt, verum etiam hi, qui percipi à frau-
datore potuerunt; veniunt, ex *l. fin. §. ſi procurator, verb. non ſolum eodem titulo* non ſolum
ait I.C. ipſam rem alienatam reſtitui oportet; ſed etiam fructus qui alienationis tem-
pore terræ cohærent, ex *l. videamus la. 2. §. in Fabiana ff. de vſur.* in Fabiana, & Pauliana,
per quam, quæ in fraudem creditorum alienata ſunt reuocantur, fructus quoque re-
ſtituuntur.

Secundò comprobatur ratione, nam prætor in hoc edicto, de his, quæ in frau-
dem vſus eſt verbo reſtitutionis, *d. l. videamus* cum aliis, modo citatis, verbum autem
32 reſtituo plenam † habet ſignificationem. vt fructus quoque reſtituantur, proinde
quando prætor iubet reſtitui, fructus ſunt reſtituendi. *d. l. videamus*, & in hac ſtipula-
tione rem recte reſtitui, **fructus quoque continentur**, *l. 73. ff. de ver. ſignific.* & Iudex
iubens reſtitui, de fructibus **etiam** condemnationem facit, *l. 36. §. 1. ff. de rei ven.* & hinc
etiam fit, quod verbum reſtituo in lege expreſſum, & ſi de fructibus non ſit ſpeciali-
ter dictum, fructus continet, *l. 234. ff. de regul. iur.* & propterea, *in d. §. pactum*, in ver-
bo præterea dicitur, in hac actione venire commodum medii temporis. Additur alia
ratio, quæ ibi expreſſa eſt, quoniam hæc actio reſtituit rem in priſtinum ſtatum, &
perinde omnia reuocat, ac ſi alienatio facta non eſſet, propter quod etiam medii tem-
poris commodum continetur, & veniunt vſuræ in ſtipulatione deductæ. Diluuntur
autem ſine difficultate contraria. & primo quidem ſatisfecit, *gloſſ. in d. §.* per hanc, &
33 probat ibi Bart. ſc. eſſe ſpeciale, propter commiſſam fraudem, vt titulus non † excuſet
à percipiendis, quod, & tradit *gloſſ. in d. l. ſi fundum*, enumerans tres alios caſus, in qui-
bus titulus non liberat à percipiendis, nempe in titulo meticuloſo, *l. ſed et ſi partus. ff. de
eo, quod met. caſ.* in eo, qui ſciens emit contra legis prohibitionem, *l. quemadmodum. C.
de agricol. & cenſ.* nec non in eo, qui emit à fiſco, non ſolenniter vendente, *l. 1. C. de fid.
Inſtrum. & iure haſtæ Fiſcal.* Secundus obex diluitur, quoniam is à quo fit reuocatio per-
34 ceptos reſtituit propter malam fidem. Si vero † eſſet bonæ fidei **in titulo** lucratiuo,
reſtituit; quoniam quæri non debet, cum ſolum lucrum ab illo extorquetur, in titulo
oneroſo propter bonam fidem non reſtituit, nec rem, nec fructus, *d. l. ait prætor. §. ait
& §. ſequenti*; ibi ſine fraudis conſcientia, non videtur hac actione teneri, nec
aduerſatur, *l. ſi id quod*, tum quia loquitur in Patrono, in quo multa ſunt diuerſa iura,
ac in creditore, tum quia loquitur in re alienata, & poſtea exſtincta, non in fructibus
perceptis; nam, & fructus perceptos Patronum recuperare probat, *l. 2. ff. quæ in fraud.
patron.* tum quia creditor re exſtincta, agit contra fraudatorem alienantem. *l. fin. §. fin.
35 ff. quæ in fraud. cred.* Amplia, vt reſtitutio fiat † cum ſua cauſa *d. §. per hanc*, puta vſuca-
pionis ſi is, qui alienauerat **erat in** vſucapiendi condictione & quodcunque aliud,
quod habiturus eſſet. Actor, ſi controuerſia ei facta non fuiſſet. *l. ait prætor. §. præterea.
ff. eod. in verb.* ſi condictionalis vbi cum ſua qualitate; *l. 37. l. 75. ff. de verb. ſign. l. 20. ff. de rei
37 vend.* amplia, vt veniant † fructus percepti, percipiendi; & extantes, qui etiam pen-
dentes appellantur, & ſunt, qui ſolo cohærent, *l. 44. ff. de rei vend.* ratio eſt, quia cenſe-
tur pars fundi, ſiue rei. *l. fructus pendentes. ff. de rei vend. l. Iulian. §. ſi fructib. ff. de actio empt.
l. 7. § interdũ. ff. ſol. mat. l. 26. ff. de fruct.* percepti ſunt, qui à ſolo ſunt ſeparati: *§. is vero. Inſt.
de rerum diuiſ.* percipiendi ſunt, quos tam petitor percipere potuiſſet, quam poſſeſſor; *l.
ſi nauis. §. fin. ff. de rei vend.* quod autẽ fructus percepti, & percipiendi veniant in reſtitutione
probat *d. §. per hanc* de extantib. extat in *l. fin. §. procurator ver.* nõ ſolũ. *ff. quæ in fraud. cred.*
amplia, vt extantes debeantur, ſiue maturi eſſent, ſiue immaturi, *d. §. proc.* omnes enim
38 ſunt pars fundi, amplia † in partu ancillæ ſi tẽpore alienationis erat prægnans, vel tẽpo-
re moti iudicii concepiſſet, aut peperiſſet. *d. §. procur.* non ſi poſt alienationem conce-
piſſet, & ante litem motã peperiſſet, quia non fuit in bonis, ſicut ibi expreſſum eſt; am-
39 plia † in vſuris, ſi fuerint in cõtractu deductæ, vel cõtract⁹ erat eiuſmodi, ex quo etiã nõ
dedu-

deductæ debetentur, *l.ait.§ præterea.ff.quæ in fraud.* Declara primo vt debeantur fru-
39 ctus percepti † poſt inchoatum iudicium reuocationis,& qui percipi potuerunt. *d.§.ſi*
*procurator verb.*item eos,adeo quod illi fructus, qui non erant extantes tempore alie-
nationis, ſed poſtea nati,& percepti ſunt, vſque ad litem conteſt.in iudicio reuocati-
onis non reſtituantur, ſed remanent penes poſſeſſorem, & ita debet intelligi. *d. §.per*
*hanc,& §.præterea,*qui videtur repugnare cum *d.§.procurator,*qui vere illos.§§.declarat,
vt glo.ibi & Bart.probant,& hoc ſibi volunt illa verba (medio autem tempore perce-
ptos) vel alio modo,vt ipſe puto conciliantur illi tex.nempe, *quod.§.per hanc* loquitur in
eo,qui participauit de fraude,vt liquet ibi,à fraudatore percipi potuerunt, nam ratio-
ne malæ fidei tenetur ad omnes fructus,& ita procedit, *§.præterea,ſed in §. ſi procurator,*
tractatur de illo,qui non erat conſcius fraudis, & quia vſque ad inchoatum iudicium
eſt in bona fide, merito facit fructus ſuos; poſt cæptum autem iudicium, qui incipit
eſſe malæ fidei debet fructus reſtituere, nec obſtat, quod ſupra dicebamus fructus re-
ſtitui a bonæ fidei poſſeſſore quoniam extorquetur ab illo,lucrum dumtaxat. *l.qui au-*
tem. § ſimili modo.ff.quæ in fraud. quia loquitur textus reſpectu rei alienatæ, & ſuffraga-
tur euidens ratio, quoniam titulum habet, & bonam fidem, ex quibus poſſeſſor ex-
cuſatur à fructuum reſtitutione. Declara ſecundo fructus quidem reſtitui, deductis
40 prius tamen † expenſis neceſſariis. *d §.per hanc*, ad cuius rei dilucidiorem intellectum,
41 ſcire oportet,alias expenſas fieri in re, alias in † perceptione fructuum. Primæ au-
tem ſunt neceſſariæ, aut vtiles, aut voluptuoſæ. *l.impenſa.ff. de verb. ſignific.* facit titu-
lus de impenſis in rebus dotalibus factis. Neceſſariæ impenſę deducantur, ante quam
fructus reſtituantur,id enim arbitrio iudicis continetur etiam a malæ fidei poſſeſſore,
*d. §.per hanc.l.10.ait prætor.ff.quæ in fraud.credit.& l.Domum.C.de rei vend.*ratio eſt,quo-
niam Dominus etiam illas facturus erat, ne res periret, vtiles, aut voluptuoſas poteſt
malæ fidei poſſeſſor ſecum aſportare, modo non afferant rei ex qua deducuntur læſi-
onem *d.l.domum.l.3.§.generaliter.ff.de impenſ.in rebus dot.fact.*quo vero ad impenſas fa-
ctas pro fructuum perceptione, vtique iſtæ detrahuntur etiam à prædone. *l.fundus.ff.*
*famil.hercis.l.ſi à domino, vel à patre.ff.de petit.hær.*facit.*l.2.videamus.§.in Fabiana.ff.de vſur.*
l.& ſi forte.§.fin.ff.ſi ſeru.vend.

Quæſt.5. Aggredior ſecundam quæſtionem, & quæro, an reuocatio facta per
42 hanc actionem inducat precii † reſtitutionem. *Bart.in l.ſi debitor.ff.quæ in fraud.cred.* ait
hanc diſputationem deduci in duas partes. Prima eſt, vtrum emptor, vel alius acci-
piens ex titulo oneroſo, ſi cogatur per reuocationem reſtituere rem, debeat recupera-
re preciũ à venditore, vel ab alio, datum, ex cauſa oneroſa. Secunda eſt, an debeat cõ-
ſequi precium a creditore reuocante. Nos de hac poſteriore in ordine, prius differe-
mus, quia prior eſt ordine naturæ, quoniã ſi ab iſto precium venditor nõ conſequitur,
recte dubitamus, an extorquere poſſit à vẽditore. *Bart.*itaq; in hoc articulo, putat duos
43 eſſe caſus diſtinguendos.† Nam, aut venditor non habet authoritatem vendendi, vel
alio modo ex titulo oneroſo alienandi, & tunc diſtingue, vt in *l.emptor.ff.de rei vend.*ſc.
ſi precium eſt conuerſum in vtilitatem eius, qui reuocat, & debet reſtitui, aut non eſt
conuerſum, & ſit reſtitutio; Aut habet authoritatẽ alienandi, vt in caſu noſtro, & tunc
ſunt conſtituendi duo caſus, vt inquit, *Bart.in d l.ſi debitor* ex mente gloſſ. nempe, aut
Emptor fuerat in mala fide, quia participauit de fraude, & precium non refunditur. *d.*
l.ſi debitor, aut emptor erat bonæ fidei, & precii ſit reſtitutio, *l.1.§ ſi in fraudem.ff.ſi quid*
in fraud.patro. cæterum, hæc diſtinctio non videtur, nec plana, nec vera, non plana,
quia quando emptor erat particeps fraudis, interdum recuperat precium, veluti ſi
eſſet conuerſum in vtilitatem venditionis *d.l.Debitor*, iuncta *l.ſequenti atque* ita conue-
nit cum primo membro principalis diſtinctionis, in quo diximus, quæri, an precium
verſum ſit in vtilitatem, vel non ſit verſum. Non eſt vera quoniam creditor non agit
reuocatoria contra emptorem bonæ fidei. *leg. ait prætor. §.ſi particeps.ff. quæ in fraud.*
Cred. ibi (qui ſcit aliquem creditores habere, ſi cum eo contrahit ſimpliciter ſine
fraudis conſcientia, non videtur hac actione teneri) quod etiam tradit gloſſ. mag.
in *principio §. item ſi quis in fraudem. Inſtitution. de action.* vbi *Iaſon. numero vndecimo*, qua-
re ſi non reuocatur, quo modo debet ei precium reſtitui, nec repugnat, *lex prima,*
ff. ſi quis in fraudem Patron. loquitur enim in patrono, non in Creditore frauda-
44 to, inter quos multas eſſe differentias † facile intelligere eſt ex *titulo. ff.ſi quis in*
fraudem Patrono. & in terminis noſtris aperta eſt conſtituta differentia, in *dicto §.*
ſi particeps, & ratio diſcriminis nobis videtur, quia Patronus pro ſua legitima habet

ius in bonis liberti, proinde competit ei bonorum poſſeſſio contra tabulas & etiam
ſucceſſio ab inteſtato & videtur ei naturaliter debita propter ampliſſimum benefici-
um libertatis in eum collatæ ideo reuocat, à quocunque: verum quia habet cauſam
lucratiuam, reſtituit bonæ fidei emptori precium. *d. l. 1.* Creditor, autẽ agens reuocato-
ria, non habet ius in bonis debitoris, nam ſi ius haberet, puta hypothecariam non eſ-
45 ſet opus fraude, daretur enim ei hypothecaria; ſed eſt ei perſona obligata, proinde †
non reuocat à † tertio poſſeſſore, niſi participauerit de fraude, tunc precium non red-
dit, non modo in pœnam fraudis, verum etiam, quia parum ei prodeſſet reuocare, ſo-
luto precio, tantum enim daret in precio, quantum acciperet in re, atque ita ha-
beret magis ex cauſa emptionis, quàm iure ſui crediti, & conſequenter, eam du-
plici titulo oneroſo teneret, quod eſſet abſurdum. Amplia, concluſionem vt nec pars
46 precii debeat reſtitui, *dict. leg. ſi debitor, cum leg. ſequenti inde Bartol.* ibi infert † ad In-
quiſitorem, qui bona alienata à Creditore hæretico reuocat tanquam in fraudem, nõ
debet precium reſtituere, & ibi eleganter Albericus, & *Iaſ. in d. §. item ſi quis. n. 9.* verb.
& ibidem *Inſt. de action.* vbi multa cumulat.

Quæſt. 6. Cum itaq; palam ſit ex his emptorem participem fraudis, non poſſe recu-
perare precium à creditore reuocante, an conſequi poſſit à venditore, & ſane, æquior
47 cenſetur † ſententia negatiua. Primo ex *l. 1. in fine C. de præſcr. 30. annorum.* Secundo ex
l. hi, qui C. de reſcind. vend. Tertio ex *l. fin. C. de litigioſ.* Quarto ex *l. ſi fundũ ſciens. C. de euict.*
Quinto ex *l. ſecunda. ff. de condict. ob turpem cauſ.* qua definitur, quod vbi dantis, & acci-
48 pientis † turpitudo verſatur, vt hic ceſſat repetitio, nam vterque de fraude participa-
uit. Sexto ſuadet ratio, nam cum fuerit particeps fraudis, ei non fit iniuria, ex quo ſcit,
& conſentit. *l. hi qui. §. nemo videtur. ff. quæ in fraud. cred. l. nemo videtur, de reg. iur.* in con-
trarium eſt text. in *l. fin. §. fin. C. comm. de leg.* vbi ſcienti reſtituitur precium à venditore,
ſed ibi poteſt eſſe ſolutio: quia expreſſe cauerat precium ſibi reſtitui in caſu euictionis
per *l. ſi fundum ſciens à contrario ſenſu.* Secundo ex *l. 3. C. de his, quæ vi, metusve cauſ.* Tertio
ex *l. ſi mancipium. C. de rei vend.* Quarto fraus, cum fraude compenſatur, & delicta mu-
tua compenſatione tollantur, *l. viro, atq; vxore ff. ſolut. matr.* quare ſicut nulla inter eos
fraude ſequuta, emptor ageret ad precium, ita, & fraude commiſſa, & compenſata.
Quinto ſi venditor precium non reſtitueret, lucrum ex ſua fraude ſentiret contra *l. ait
prætor. § partum. verbo iniquum. ff. quæ in fraud. Cred.* nam propter reuocationem ſatisfa-
49 ctum eſſet creditoribus, quibus ipſe erat obligatus, & precium haberet. Sexto † em-
ptor agit de damno, venditor de lucro, hoc ſtante ſuccedit meliorem eſſe conditionẽ
eius, qui certat de damno euitando, *l. non debet actori. §. in re obſcura,* vbi *Dec. & Cagn. ff.
de reg. iur. l. nemo prædo, § cum de lucro à contr. ſenſu. ff. eod. tit.* Septimo emptor non debet
perdere precium, niſi contrarium expreſſe deciſum reperiatur, vt in *leg. quemadmodum
C. de agricol. & cenſit lib. 12. Authent. iubemus. §. œconomus. C. de ſacroſan. eccleſiis.* arguendo
50 à ſpeciali *Bald. in l. fin. §. fin. col. 1. C. com. de leg.* inferens ad ſtatutum, † quod nullus foren-
ſis poſſit emere in territorio Mediolani, ſi conſtitutio nihil dixerit de amiſſione pre-
cii, debet illud emptor recuperare, adeo, vt donec reſtituatur, poſſit rem emptam re-
tinere, tamquam iure debitam, *l. 1. C. non licere habitatoribus Metrocom. lib. 11.* in propoſi-
ta autem quæſtione, non inuenitur ſpecialiter prohibita precii reſtitutio. Tolluntur
autem obices contrarii, & ad primum ſolutio ſit, Imperatorem ibi vlterius procedere
ad priuationem precii, non ſolum contractum annullando, ſed & preciũ auferendo,
inſuper emptor eo loco ſolus erat in fraude, non Dominus rei, aut fiſcus venditor, &
51 ideo † iure poteſt dicere dominus emptori tibi imputetur, quoniam emiſti, in ſpecie
noſtra, fuit dolus vtrinque: proinde alter non poteſt obiicere alteri propter mutuam
compenſationem. *d. l. viro, atq; vxore.* Secundo ſatisfacit gloſſ. in *dict. l. ſi debitor,* ibi eſſe
ſpeciale, quia fraudabatur fiſcus, in cuius perniciem ambo contrahentes conſpirauer-
rant, vſque adeo, vt in pœnã precium fiſco tribuatur, at in caſu noſtro remaneret pe-
nes venditorem fraudantem. Tertio etiam obuiam itur, cum ſolutione ſpecialitatis
52 propter vitium † litigioſi, cuius intuitu alia multa ſunt inducta contra com. iuris regu-
las, vt in titulo de litigioſis. Quarto datur ſolutio ex diſparitate terminorum, etenim
eo loci ſciebat rem eſſe alienam, vel alteri obligatam, & ex parte venditoris, non con-
ſtabat de fraude, ibi res fuit euicta, non propter fraudem reuocata hic adeſt fraus vẽ-
ditoris, rem propriam vendebat, & de obligatione rei non apparet, quippe non eſſet
neceſſaria reuocatoria, ſed competeret actio hypothecaria. Quintum argumentum
53 euertitur, quoniam non ſumus in turpi condictione, † quippe non condictione agi-

tur,

Digitized by Google

tur, ſed actione ex empto, quoniam non eſt ex parte ſua contractus impletus, cum à
me fuerit res auocata, & contractus in ſui forma licitus eſt; nec ego turpiter dedi
precium; Nam licet particeps fuerim fraudis, tamen cauſa dandi precium non fuit
turpis, ſed iuſta, quia rem habui. Vltimus obex tollitur, ſi quidem regula procedit,
quando ſum fraudatus à te de voluntate mea, & ita loquuntur leges allegatæ, ſed in
propoſito articulo agebatur de dolo vtriuſque in alterius necem ſcilicet creditoris, &
54 propterea non poteſt venditor regulam prædictam allegare, quoniam † obiicitur cō-
penſatio fraudis, & cum ambo ſint fraudatores, & vnus certet de lucro, alter de da-
mno, melior eſt conditio eius qui nititur euitare damnum *d. l. non debet actori. §. in re*
obſcura. ff. de reg. iur.

Q7. Hæc de Pauliana actione dicta ſufficiant. quæro modo, an pro reuocatione
55 eorum, quæ ſunt alienata in fraudem creditorum competant alia † remedia, & ſane
56 videntur eſſe plura, & primum quidem eſt Caluitiana actio, ſecundum actio † in fa-
ctum, tertium fraudatorium interdictum, quibus addi poteſt quartum, licet ſit forſi-
tan alienum a mente Doct. nempe actio Fauiana, etenim illi putant eam actionem, i-
ta dari Patrono, vt Creditori non competat, & tamen eſt tex. apertus noſtræ opinio-
nis fauens in *l. videamus ls. 2. §. in Fauiana ff. de vſur.* in illis verbis (in Fauiana quoque
actione, & Pauliana, per quam, quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, reuocatur,
fructus veniunt) & ſecundum hanc opinionem, dicit multos ſentire *Faber. in §. item ſi*
quis in fraudem, refert *Iaſ. ib. n. 94. & 95.* citans multas. gl.

Ad I. actionem monendi ſumus præſtari quidem creditoribus ad reuocan-
57 dam alienata † in eorum fraudem, ſed non ſolis, eſt namque communis Patrono gloſ.
in d. §. item ſiquis in verb. petere, ideoq; creditores, Caluitiana experiri poſſunt, & Pau-
liana, de qua eſt elegans conſilium *Socin. 108. in hac vol. primo.* vbi explicat an, &
quando competant, Patroni autem Caluitianam, & Fauianam intentare queunt, ſunt
autem inuentæ, quia noſtra intereſt plures habere actiones. *l. cum filius. § variis. ff. de leg.*
2. & eſt gloſſ. ſingularis in *§. ſic itaq; diſcretis in verb. dolo. Inſt. de actio.* quando Caluitiana
accommodatur creditoribus, eadem in illa dicenda ſunt, quæ obtinent in Pauliana,
quando vere præſtatur Patrono, eoſdem parit effectus, quos producit Fauiana, de cu-
ius nominis etymo *Iaſon d. §. item ſiquis, nu. 96. Bart. in l. hac in factum, ff. quæ in fraud. cred.*
Sequitur actio in factum, quæ etiam ſecundum Comm: opin. tribuitur tam Patrono,
quam creditori, pro reuocatione incorporalium, *d. l. hac in factum*, & eſt actio præto-
ria. *l. ait prætor. §. ſi cum mulier verb. per hanc, & l. hac in factum. ff. quæ in fraud. cred.* ea vero
ratione, ſicut arbitror eſt appellata actio in factum, quia pro reuocatione incorpora-
lium nulla eſt alia prodita actio ex edicto prætoris, quæ ſuum nomen habeat, ſent. it
58 *Bart. in l. ait prætor. §. ſi debitorem, num. 7. ff. eod. tit.* nam quatuor † ſunt ſpecies iſtarum a-
ctionum: quæ vocantur in factum. Prima eſt quæ ex omni edicto, & interdicto com-
petit, ex quo non ſit ſpecialis aliqua actio edita, cuiuſmodi eſt actio in factum reuo-
catoria de qua in *ti. quæ in fran. Cre.* maxime in *l. hac in factum*; Alia eſt quæ in ſubſidium
directæ, & vtilis actionis legis Aquiliæ præſtatur, vt accidit quando datum eſt damnū
de non corpore in non corpus. *§. fin. Inſt. de leg. Aq.* veluti ſi quis alienum ſeruum com-
peditum miſericordia ductus ſoluerit, vt fugeret à Domino, facit. *l. quæ actionum. ff.*
de præſcrip. verb. Tertia ſpecies eſt, quæ datur, quoties æquum eſt actionem concedi, &
nulla particularis eſt actio prodita. *l. ſancimus C. de ſacro. Eccleſiis*, vt in pactis appoſitis in-
continenti in aliquo contractu *l. Petens, vbi not. dd. C. de pact.* Quarta ſpecies eſt, quæ
æquiualet actioni præſcriptis verbis, *l. item fin. l. quoties iuncta gloſſ. ff. de præſcript. verb.* &
habet locum in omnibus contractibus innominatis excepto illo, ex quo naſcitur a-
ctio de dolo, qui dicitur facio, vt des, de quibus in factum actionibus, eſt gloſſ. magi-
ſtralis in *§. fin. Inſt. de interd. in l. in factum: ff. de act. & obl.*
59 Succedit † fraudatorium interdictum, de quo non leuis eſt diſſenſio, vtrum i-
dem ſit cum eo, quod continetur in *titulo. ff. quæ in fraud. Credit.* vt tradit *Bart. in l. ſi pu-*
pilli ff de ſolut. & propterea definiebant aliqui hoc interdictum dicentes eſſe illud quo
reuocantur geſta in fraudem Creditorum. *leg. Poſtulante. ff. ad Trebellian.* Contrarium
ſentit *Bart. in dict. l. ſi pupilli*, idem etiam *Iaſon in §. item ſiquis in fraudem, num. 105*, & in
principio *in 2. col. in 2. euidentiali*, & ita videtur eſſe magis communis ſententia, cui
fauet; quod in titulo quæ in fraudem, agitur de edicto Prætoris, & ſemper edictum
60 appellatur, nunquam interdictum, porro autem † edictum longe diſtat ab interdi-
cto, vt palam eſt non modo ex diuerſitate nominis, & tractatus; ſed ex definitione.

ſunt natiuæ, quia ex prætoriis obligationib. profluunt, ciuiles etiam ſunt natiuæ, quoniam ex ciuilibus obligationibus oriuntur *§.2. Inſt. de oblig.* Quarto ex *l. obligamur. ff. de act. & oblig.* hoc modo inducendo. Actiones datiuæ ſi quæ ſunt cenſentur eſſe illæ actiones in factum, quæ præſtantur in ſubſidiū omni alia actione ceſſante; ſed iſtæ ſunt natiuæ, & videtur aperte probari, *ex d. l. obligamur* ibi dum ait, facto, re, conſenſu, obligamur, facto ait rex. cum in facto ſumma quæſtionis conſiſtit, & talis eſt, quando datur actio in factum *arg. §. fin. Inſt. de leg. Aquil.* Nam ſumma quæſt. conſiſtit in facto, ex ipſo ergo oritur actio, vt in *l. pen. §. pen. ff. ne quis in ius vocat. vt eximat.* quis neget eſſe natiuam & ex ipſo facto eximendi obligationem ortam, cum omnis alia ceſſit actio, eademque videntur dicenda de cæteris actionibus in factum. atque hæc ſententia propenſior mihi videtur ad veritatem; licet communis opinio ſit in contrarium, vt conſtat ex his, quæ tradunt *Iaſ. Caſtr.* Bald. *Bart. & alii in l. iuriſgentium. §. ideo, & Bart. in l. 1. ff. de actio. & oblig.* & in *l. 1. cred. in l. cum mota. C. de tranſact.* tangit in *l. certi conditio colum. 2. ff. ſi cert. pet.* & in *l. ſi me, & Titium. ff. eod. tit. Dec. in dict. l. certi conditio* & poterit quiſq; ſtudioſus *Tornellum in tract. de vtil. & direct. actionibus num. 21. cum ſeq.* vbi diffuſe materiam explicat videre, & ſtante opinione noſtra abſolutum eſt, actionem reuocatoriam non eſſe datiuam, ſed & firma manente communi inueniri ſcilicet datiuas actiones, exiſtimo reuocatoriam, non eſſe in earum albo ſcribendam, quamuis *Dyn & Vltram. ſc. Iacob. de Rau. Petrus de Bellapertic*, & poſt eos Iaſ. *in dict. §. item ſi quis numer. 112. & 122.* ſentiūt contrarium, trahit me primo in hanc ſententiam. quod actiones datiuæ, (ſicut dictum eſt) non tranſeunt ad hæredes, reuocatoria autem tranſit *l. aut prætor. §. hæ. actio*, ibi hæredibus, cæteriſque ſucceſſoribus *ff. quæ in fraud.*

Secundo quoniam ſi vera eſſet illorum opinio, ſequeretur abſurdum, nempe quod hęc actio eſſet natiua, & datiua ſimul, nam quando vterque fraudem participat, naſcitur hęc actio ex maleficio, fraus enim ſicut dolus, maleficium eſt, & ideo eſſet natiua ipſis Vltramontanis conſentientib. quando vero titulo lucratiuo accipit, & fraudis non eſt particeps, nulla videtur eſſe perſonalis obligatio, ideo eſt datiua, quia caret materia præexiſtente,

Tertio *Iaſ. d. n. 112.* arguit aduerſus *Vltram.* Actio reuocatoria competens creditori, ſiue Reus fuerit conſcius fraudis, ſiue non, ſemper eſt perſonalis *gl. in d. §. item ſi quis*, ab omnib. approbata. igitur naſcitur ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi, proinde materiam habet præexiſtentem, cui conſequēs eſt non poſſe dici datiuam, &, non valet ſolutio quod imo careat præexiſtente materia, quippe quia cum accipiens, nō fuerit particeps fraudis nullum eſt delictum, nullum quaſi delictum, nullus contractus, nullus quaſi contractus, quādoquidem adeſt delictum ex parte alienantis, quod ſufficit ad producēdam actionem in titulo lucratiuo, nam propter fraudem commiſſam ab alienante principaliter fuit à prætore inductum edictum, quæ in fraud. & fuit inuē-
69 ta † actio Pauliana, vt perſpicuum eſt ex *l. 1. & l. aut prætor. ff. eod. tit.* Et priuſquam vltimam manum actionibus iſtis datiuis, atque natiuis imponam; libet tres in ea materia nouas concluſiones facere. Prima erit omnes actiones eſſe datiuas. Secunda imo o-
70 mnes eſſe natiuas, Tertia nullas eſſe actiones natiuas, aut datiuas, veritas prioris † concluſionis probatur accipiendo datiuas actiones, quia dantur à lege, ſic enim definiuntur datiuæ, quia dantur à lege; & tunc omnes actiones, aut dantur à lege, vt condictiones ex lege, vt actiones in factum, vt actiones vtiles, vt actiones ſubſidiariæ. Aut certa lege confirmantur, ſicut in ſimili dicitur de tutela datiua vt *in tit. Inſt. de Attil. Tut.* aut à Iudice confirmatur, vt tutela teſtamentaria, data filio emancipato *§. fin, Inſt. qui teſtam. tutor, dar. poſſ.* facit *l. lege obuenire. ff. de verb. ſign.* & hinc eſt, quod actiones iuris ciuilis eſſe dicuntur. *l. ex hoc iure, & ibi Bart. & Dd. ff. de iuſtit. & iure.* Præterea quatenus actiones dantur à prætore, vt *in l. 1. ff. commod. in l. 1. ff. de dolo, in l. 1. ff. quæ in fraud. cred in leg. 1.*
71 *verſ. cæt. ver. ff. ex quib. cauſ. maior*, recte poſſunt appellari datiuæ. Secunda concluſio † probatur, quoniā ſi conſideramus facta, cauſas, æquitatemq; ex quib. tamquā ex præexiſtente materia, pcedunt actiones vt *l. obligamur. ff. de act. & obl.* ſunt omnes natiuæ iun-
72 ctis maxime rationib. paulo ſup. explicatis. † Tertia cōcluſio, q nec natiuę ſint, nec datiuæ, confirmatur, quoniā nunquā inueniuntur, ita appellatæ actiones in iureſc. datiuarū, aut natiuarū nomine, nullaq; lex eſt, quæ natiuā, aut datiuā actionē vocet, & licet aliquæ leges dicant dandā eſſe actionē, vel actionē dari, non illud pbant q quærimus, cū pmiſcue eodē genere loquendi vtātur, & in illis actionib. quas Dd fatētur eſſe datiuas, vt in *l. 1. ff. com. in l. 1. ff. de dolo.* nulla eſt etiā conſtitutio q natiuā appellet acti-

onem, & quamuis multa iura dicant naſci actionem vt in *l. iuriſg. §. quinimo, & §. ſeq. ff. de pact.* non tamen vocant natiuam; quippe de eadem actione dicunt aliquando, quod datur, aliquando præſtatur, aliquando competit, aliquando conceditur, vt obuiũ eſt cuiq; apud leges inuenire; quare ſicut recte dicimus actiones bonæ fidei, & actiones ſtricti iuris, actiones contrarias, actiones vtiles, actiones directas, actiones ſubſidiarias, quia hoc nomine appellatas legimus in iure; ita datiuas, aut natiuas dicere nõ poſſumus, quoniam lex nunquam ita vocat, aut appellat.

Q. 9 Quæro tandem, huic primo capiti finem impoſiturus, quomodo ſit firmãdus
73 libellus in hac † actione, ꝙ vt dilucidi⁹ poſſit, intelligi declaro imprimis, q́d ſit libellus
ex mẽte *Cyn. in auth. offeratur. C. de litis conteſt.* libellus, ait, eſt breuis & ordinata ſcriptura, clarã, & negocio aptã continens, ac iudici, & parti demonſtrãs intentionẽ agentis, vel accuſantis. Breuius, quia verborũ ꝓlixitas à iure reſpuitur, *l. ampliorem §. in refutatoriis. C. de appell.* ordinata, q̃a ordo petitionis non debet conuerti, cũ exequutione *l. 1. C. de execut. rei iud.* nec etiã debet concluſio libelli facti narrationem præcedere *d. l. 1. & arg. l. vt reſponſum. C. de tranſact.* Scriptura, quia regulariter eſt de ſubſtãtia libelli, auth. offeratur *C. de litis conteſt. c. quoniam contra extr. de prob.* claram, quia claritas eſt amica legis §. 1. *in aut. de teſt imperfect.* obſcuritas autem eſt inimica *l. ita fidei. ff. de iure fiſci*, & negocio aptam, quoniam concluſio debet eſſe conformis præmiſſis, & ſi narratio eſt de empto, non debet concludi ad dandum, ſed ad tradendum, quæ verba (negocio aptã) nos addimus tanquam neceſſaria, neque enim erant in definitione *Cyn* iudici, vel parti, vt ille poſſit ferre ſententiam libello conformem *l. vt fundus. ff. com. diui. §. curare, vbi Dd. Inſt. de act.* Pars vero poſſit deliberare, vtrum cedere velit, vel contendere *l. 1. ff. de eden* Accuſantis, quoniam, & in criminalibus offerendus eſt *l. libellorum. ff. de accuſat.* libellus, & in libello principaliter concluſio attenditur, alia vero, quæ in libello narrantur iuxta terminos concluſionis ſunt declaranda, & ſecundum concluſionem cenſetur data ſententia, nec plus, nec minus continere *Ant. Butr. & Alb. in c. ex parte B per illum tex. de foro compet. Bal. in l. domum. C. de rei vend. Dec conſ. 28. n. 3. & 7.* & de ſententia, eſt tex. in *l. ſiquis ad exhibendum. ff. de exception. rei Iud. Bartol. & Dd. in l. at prætor. ff de re iud.*

Venio igitur his declaratis ad formam libelli, quam *Ang. in d § item ſiquis nu. 14. Iaſ. ibid. n. 129. verſ. reſtat poſtremo. Specul qui eſt pater Practica in tit. de reb. Eccleſia non alien.* §. 1. in quo docet etiam quo modo ſint formandæ poſitiones in hac materia, quare cũ
74 his, nihil addi poſſe cenſeam ad viros illos virtuoſum lectorem † reiicio, præſertim ad
Iaſ. qui duplici modo libellum componit, quando ſc. agitur contra eum, qui fraudem cum alienante participauit, deinde quando fraudis particeps non fuit, præterea *in d. §. item ſiquis* ponitur à Dd. forma libelli, non modo in Pauliana, verum etiam in Caluitiana actione.

Quæſt. 10. Explicato, primo capite, ſecundum accipio, in quo differendum eſt, numquid per reuocatorias actiones ſuccurratur omnib. creditoribus, & ſane hæc inquiſitio habet duas partes, quemadmodũ duæ ſunt creditorum ſpecies; in hac materia, nempe creditores præſentes, creditores futuri, præſentes appello, qui tempore alienationis iam cũ debitore alienante contraxerãt. vel erant creditores ex delicto, vel quaſi; futuros, qui tempore quo Titius, cauſa exempli fecit alienationem, nondũ cum illo contraxerunt, aut aliquo modo habebant obligatũ, ſed poſtea cõtraxerant; Quæ-
75 ro igitur primo de conditionali debitore, an † habeat actionem reuocatoriam, reſp. vt
dixi in principio fermè huius tractatus.

76 Quæro ſecundo de creditore † ex delicto, cuius duplex eſt inſpectio. Altera an creditor ex delicto, ſit ꝓprie creditor. Altera, an huic creditori ſit per actionẽ reuocatoriam cõſultum. Quod ad primam attinet receptior eſt ſentẽtia proprie creditorem eſſe, vt conſpicuum eſt, ex his, quæ not. *Dd. in l. 1 ff. ſi cert. pet.* maxime ex *Bolog. nume. 45. verb.* tenendo hanc partem. *Cag.* tamen *ibi n. 227. & ſeq* ait com. ſententiam eſſe negatiuam: Primo ex *l. ſi cui. ff de verb. ſign.* ibi creditoris loco accipi, ſolutio, illa verba referuntur, æque ad creditorem ex locato, vel ex alio contractu, quem certum eſt, æque proprie creditorem eſſe eo magis, quod ille tex declarat. *l. præcedentem.* in qua expreſſum eſt creditores dici, non ſolum, qui pecuniam credunt, nam ſtricte ſunt iſti creditores, ſed etiam, qui ex empto, vel ex alio contractu, vt habetur *in d. l. ſi cui.* Reſp. in ſuper quod prædicta verba prolata à legislatore in his, quæ iuris ſunt, important verita-
77 tem. *Alex. Dec. Rip. in d. l. 1. ff. ſi cert. pet. vbi Cagn. n. 233. verſ. ad † ſecundum.* Secundo ſuffragatur

fragatur. *d.l.1.ff.ſi cert.pet.in prin.* Nam cuicunq; rei adſentimur,&c.nam definitio cre-
ditoris,& verbi credere,ibi poſiti,non conuenit creditori ex delicto,qui fidem nō ſe-
quitur alienam,nec rei adſentitur,ſed frangitur iudicio meo hoc modo, quoniam nō
ponitur ibi generalis,& abſoluta definitio verbi credere, aut creditores, verum iuxta
materiam,& tractatum,de quo agitur, Nam prætor propoſuit titulum generalem de
rebus creditis, ſub quo agit de omnibus cōtractibus,quos inſtituimus alienam fidem
ſequuti,& propterea,quia credere ſignificat aliquando fidem ſequi alienam,de con-
tractibus prætor tractaturus credendi verbum eligit nec inde ſequitur, quod præter
78 iſtam † ſignificationem,alias non habeat,æque proprias,confirmo ſubiecto exemplo.
Prætor in ſuo edicto,accepit verbum, Rei,tanquam generale,quia quicquid in cōtra-
ctu deducitur rei appellatione continetur,an inde ſequitur,quod extra cōtractus, res
in alieno negocio deducta,vel alio modo accepta,non æque proprie dicatur res? pro-
fecto nullo modo. Corroboro;ſi credere importat hoc tantum fidem alienam ſequi,
ergo nihil aliud proprie ſignificat in iure hoc autem conſequens eſt falſum,cum vari-
as habeat apud leges ſignificationes,& modo veritatem denotat,vt in materia poſitio
num *Bald in l.1. C.de falſi cauſ. adiect. leg.* interdum certum ſcire. *c.cum olim, & ibi Canon.
extra de re iud.* aliquando opinionem,& credulitatem,cui conuenit illud vulgatum
(nemini facile credendum) *l.ſicut, & ibi Bald. Cod.de fid.inſtrum.gloſſ.in cap. cupientes*, poſt
principium *de elect. in 6.* nonnunquam fiduciam habere,& confidentiam, vnde *Vir-
gilianus Paſtor.*

Heu formoſe puer, nimium ne crede colori.

Merito inualida eſt hæc conſequentia (non ſequitur fidem alienam) igitur non
eſt creditor, cum non modo illam, ſed alias quoque habent in iure ſignificationes.
79 Euitatur etiam argumentum ex *dict. leg. 1. quoniam* † *creditor*, Credere,& creditum,
non ſunt coniugata, ſiquidem latius patet creditor, quàm credere, vel creditum,li-
quet,quia creditum eſt in contractibus *l 2.§ creditum.ff.ſi cert.pet.* credere eſt, ſequi fi-
dem alienam. *dict.l.1.creditor non ſolum* in iſtis,ſed etiam in delictis,& quaſi delictum *l.
creditorum appellatione vbi gloſſ.& Alciat.* declarant illa verba legis:hi,quibus ex qua
cunque cauſa debetur, declarant inquam in obligatione ex delicto. Creditor etiam
eſt in exigendo ſine timore exceptionis *leg.creditores. ff. de verb.ſignif.* in qua poni-
tur definitio creditoris, & nullum adeſt improprietatis verbum, imo traditur per
verbum eſt,quod eſt expreſſiuum ſubſtantiæ,quæ definitio conuenit creditori ex de-
licto. Ita fit, vt ex verbo credere,quatenus ſignificat fidem alterius ſequi,non ſit infe-
rendum ad nomen creditoris. quoniam patet latius.

Accedit, quod ſi in delicto adeſt verus debitor,quando ab eo,etiam inuito ex-
igi pecunia poteſt. *l.debitor.ff.de verbor.ſignification.* cur etiam non erit verus creditor
qui poteſt exigere ab inuito? & ſicut,vbi verus eſt filius,neceſſe eſt verum quoque pa-
trem eſſe,quamobrem adhæreo ſententiæ affirmanti creditorem eſſe proprie, quam
Cagn. dicit eſſe contra com.& acerrime defendit in *d.l.1.num. 133.cum ſeq* quamuis nō
eo modo tollat nodum illum *Gordianum ex d.l.1.* quo ſane explicato,nullus relinquitur
dubitandi locus.

Ex his vero infertur ad alteram partem quæſtionis,an creditori ex delicto com-
80 petat † actio reuocatoria, verior autem,& frequentior eſt ſententia,quæ affirmat *Iaſ.
in d.§.item ſi quis n.56.verſ.* ſed ego,& probatur non modo ex ſuperiori concluſione,ſed
etiam ſi improprie eſſet creditor,adhuc illam actionem haberet,primo quia reuoca-
toria datur creditoribus ex delicto *l.1.& ſeq.ff quæ in fraud.* Creditoris autem appella-
tione continetur creditor ex delicto *l.creditorum vbi gl.& Alciat.ff.de verb.ſig.* Secun-
do quoniam militat eadem ratio,ac in cæteris creditoribus, nempe quia illi damnum
infertur,& damnum pecuniarium *l.1.ff. ſi quid in fraud. patron.* Tertio ſuffragatur in
terminis tex.in *l.cum fideicom.ff.qui,& à quibus*,in quo agitur de libertate data in fraudē
creditorum reuocanda, & his verbis loquitur creditores autem appellantur, qui-
81 bus quacunque ex cauſa actio cum fraudatore competit: expendo illud verbum † ex
quacunque cauſa, quod latiſſimam habet ſignificationem, & ſemper ampliatiue,
nunquam reſtrictiue ſumitur. *Alciat.in leg.Mouentium.ff.de verbor.ſignification. Ro-
man. in l.id tempus.ff.de vſucap. Rolan.dict.conſ.54.numer.36 volum.3.* ratio eſt, quia di-
ctiones vniuerſales, non poſſunt reſtringi, etiam ſi materia ſit odioſa, & *Roman. in
dict. leg. id tempus*, ait, quod diſpoſitio loquens de quocunque hærede, continet
hæredem in proprium, cui congruit. *leg. qui in fraud. eodem titulo* ibi ex omni au-

m cauſa Creditoribus lex Ælia Sentia ꝓſpicit, ex omni cauſa, igitur, & ex cauſa de-
. ti, cum dicens omne nihil excludit. §. *item ab hoſtibus. Inſt. quibus mod. ius patria poteſt. ſoluitur* non eſt itaq; ab hac ſententia recedendum præſertim cum *Iaſon d. loco*. affirmet ab omnibus approbari.

Quæſt. 11. Quæro, quid iuris in Creditore ex legato vel ex fideicommiſſo, dubia
82 res eſt, quoniam vehementer † inter ſe ſcribentes diſſentiunt, an proprie ſit Creditor, nam legatarius Creditori comparatur *l. vnum ex familia*. §. *1. de leg. 2*. igitur non eſt proprie talis gl. *in l. Mercis appell. ff. de ver. ſign.*

Secundo ponitur tanquam ſeparatus à Creditoribus in *l. quoties. ff. de ſeparat. in l. fi. §. licentia. C. de iure delib.*

Tertio quia eius creditum, quaſi æs alienum nuncupatur. *l. 1. iunct. gloſ. ff. vt legat. nom. caue.* IV. quoniam is, qui inuit⁹ credit, non eſt proprie creditor. *l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cert. pet.* legatarius autem eſt eiuſmodi, quia ex facto hæredis abeuntis eſt Creditor
83 quibus rationibus Dd. moniti vno ore conſentiunt, ferè omnes, legatario † proprie Creditoris nomen non conuenire, vt teſtis eſt *Cagn. in d. l. 1. num. 235. ver. ea propter non eſt*. Plane non dubito, quin ſententia contraria ſit ad veritatem propenſior, ex his, quæ diximus in ſuperiori articulo, nam definitio creditoris, de qua *in l. credit. is eſt. ff de verb. ſig.* legatario conuenit. Secundo quia Creditorum appellatione accipitur is, cui ex quacunq; cauſa debetur. *l creditorum. ff. eod. tit.* Rurſus, quoniam in numero Creditorum, ponitur fideicommiſſarius *l 1. C. qui manu. non poſſ.* etenim licet *Cagn. in d. l. 1. n. 230.* vtatur argumento eius legis, pro opinione DD. arguens numeratur inter Creditores, igitur non eſt verus Creditor falſa namque eſt argumentatio, quippe quia, qui numeratur inter creditores creditor eſt, ſicut Ciuis, qui numeratur inter Ciues. §. *plebis citum inſt. de iure naturali gen.* & vbi Patritii, & Senatores numerantur inter Ciues, & ſunt veri, & proprii Ciues, vt ibi tex. pro conſtanti ſupponit, & eſt indubitatum; Et qui deſcribuntur in albo Decurionum, proprie ſunt Decuriones, *l. nominationum C. de Decur. lib. 10 facit. l. 1. ff. de albo Scribe.* ſuffragatur, quod ſi hæres debens ſoluere legatum eſt verus debitor. quoniam ab inuito exigi pecunia poteſt, *l. debitor is eſt, ff. de verb. ſign.* & ibi *Alci* Cur legatarius, qui eſt accepturus, non ſit proprie Creditor virtute mutuæ relationis? Nec eſt ſupra ſpem difficultas euitare contraria, & primum quidem, ſi bene inſpiciatur, munit potius noſtram ſententiam tantum abeſt, vt aduerſetur, nam ſupponit illum legatarium eſſe verum Creditorem ex priori teſtamento, cum relictum ex ſecundo teſtamento dicatur eſſe inutile, quemadmodum quoniam legator creditori, quid ei debetur pure. §. *ſi quis debitori verb. ex contr. Inſt. de l.* §. *ſed ſi rem eodem tit. l. ſi creditoris. ff. de leg. 1. & l. ſin autem eodem tit.* Ad ſecundum reſponſio eſt, vt per *Dec. Curt. & Moder. in d. l. 1. ff ſi cert. pet. Cag. ibi num. 233. verb. ad quartum*, nimirum quod ibi ſeparentur Creditores à legatariis, vt genus, & ſpecies, *gloſſ. in Rub. C. de ſeruit. & aqua*, & iuxta illud Euangelii, dicite Diſcipulis eius, & Petro, verum hæc ſolutio non ſatis arridet, ſiquidem certum eſt in iure, eſſe ſeruitutem aquæ §. *1. Inſt. de ſeruit. Ruſti. præd.* proinde neceſſarium eſt vt *in d. Rub.* ſeparetur tanquam ſpecies à ſuo genere; ſed non eſt ita exploratum legatarios eſſe veros Creditores, imo eſt controuerſum, quare non poteſt concludi, ex ea ratione fieri ſepatationem *in d. l. quoties.* Reſpon. igitur ſit, quid in ea lege ſeparantur Creditores Teſtatoris à legatariis, in ſuo teſtamento relictis, qui non ſunt creditores teſtatoris, ſed hęredis; Tertium diluitur, quia illud verbum quaſi, ad æs alienum, non ad legatarios refertur; ſed ad Succeſſorem legatariorum, ibi, non ſolum, autem omnibus; ſed ſucceſſionis neceſſitate, quaſi ad æs alienum admittantur. Quartum fundamentum conuellitur primo quia legatarius non credit inuitus, cum liberum ſit ei, non acceptare. Secundo reſp. ex vltimis verbis illius legis, quibus ait *Accurſ.* corrigi totam legem. Confutatis contrariis dubitandum non eſt, titulum illum,
84 quæ in fraud cred. nec non actionem reuocatoriam pertinere ad legatarios, † & ad fideicom non modo ex antedictis; verum ex *l. 1. C. qui manu. non poſſ. vbi not. Bald. ex verbu illius tex.* Secundo *ex l. qui in fraudem. ff. qui, & à quibus in verſ.* ex omni cauſa Creditoribus lex Ælia Sentia proſpicit, inter fideicom. quoq; eſſe placuit, probat hanc ſententiam *Fab. in* § *item ſi quis col. 7. quem refert. Iaſ. ibi num. 61. verb. numquid autem legatarii.*

Q. 12. Quæro an actio reuocatoria competat Ceſſionario, id eſt, ei, in quē transfuſa
85 eſt obligatio vel translatum † nomen à Creditore, qui etiam procurator dicitur in rem ſuam, etiam abſque mandato directarum *l. procurator.* § *fin. ff. mand. Bald. Iaſon Caſtrenſ. in leg. ſtipendia. C. de procur. in l. 1. Cod. de action. & oblig. Spec. in tit. de ceſſ. act. 1 2. verb. & nota*

quod

Digitized by Google

quod in forma. Pro reſolutione, licet non inuenerim Dd. hunc articulum attigiſſe, pu
86 to affirmatiuam ſententiam eſſe potiorem, in primis, quia ceſſionar. dicitur propriè † creditor, & com eſſe opinionem inquit *Cagn. in l. 1. nu. 286. verb. iuxta prædicta. ff. ſi cert. pet. per l. ab Anaſtaſio. C. mand.* vbi text. loquens de Ceſſionario, creditorem appellat, nec non quoniam definitio creditoris data in *l. creditor is eſt. ff. de verb. ſignif.* competit Ceſſionario, quando non poteſt perpetua exceptione remoueri, proinde inferunt Doct. quod ſi Ceſſionarius dixerit in libello creditorem procedit libellus argum. *l. ſed et ſi. §.*
87 *item ſi iurauero, &* ibi late *Iaſ. & Alex. ff. de iure iur.* rurſus ſi ex forma ſtatuti † præſcribatur certo tempore contra creditores, ſimiliter præſcribitur contra Ceſſionarium, *Bald. in l. per diuerſas. C. mand.* Tertio ſi ſtatutum concedat capi, ad inſtantiam creditoris. & incarcerari poſſe debitorem, poterit etiam ad petitionem Ceſſionarii in carcerem coniici, debitor ceſſus, *Cagn. in d. l. 1. nu. 289. & ſequ.* Tertio quia eſt eadem ratio in creditore, ac Ceſſionario, cum ſuccedat in locum ipſius cedentis. *l. emptor.* & ibi *Bald. in princ. not. C. de hæred. vel act. vend.* imo plerumq; non poteſt repelli ea exceptione, qua poterat remoueri cedens ex apertiſſ. *l. doli. ff. de non. Bal. in l. fin. in prin. ſecunda col. verſ.* ex hoc colligi. *C. de iure dot.* & ſæpe priuilegium habet ſuper receſſa, quæ competebat cedenti, vt accidit, quando ceſſio fieret ex cauſa neceſſaria, *Bart. in l. poſt dotem circa finem. ff. ſol. matr.* & in *l. 1. C. de priuil. dotis. Bald. in d. l. per diuerſas, quæſt. 8. C. mand. agens* de priuilegio fori, quod præſtabatur credenti.

Quæſt. 13. Quæro, an actio reuocatoria detur contra debitoris fideiuſſorem, ſi-
88 cut accommodatur etiam contra † principalem, & ſane dari contra fideiuſſorem, id eſt, eum, qui alienam obligationem interpoſita ſtipulatione ſuſcipit, *l. 1. §. verbis. ff. de action. & oblig.* verius eſſe videtur, & æquius, ea præcipue ratione quod fideiuſſor pro-
89 priè debitor † eſt, vt communi ſuffragio probant Dd in *l. 1. ff. ſi cert. pet. teſte Cagn. ibi nu. 279. verb.* quærit ſucceſſiue, nec ad rem pertinet, quod non poſſit conueniri, niſi prius excuſſo principali, *auth. præſente, vbi Doct. C. de fideiuſſ. auth. hoc ita. C. de duobus reis*, ſi qui-
90 dem exceptio excuſſionis † non eſt perpetua, & peremptoria, ſed dilatoria *Bald. in dict. auth. præſente*, & exceptio dilatoria alicui competens, non prohibet, quando talis debitor ſit propriè talis. *l. creditor is eſt, qui ff. de verb. ſignif. l. creditores eodem titulo.* etenim ſi ille, qui non remouetur perpetua exceptione eſt creditor, ergo ille, qui nõ remouet eum perpetua exceptione eſt debitor, ideoque infertur, quod ſtatutum faciens mentionem de debitore, locum habet etiam in fideiuſſore, *Imol. in l. 1. ff. de fideiuſſ.* & ſicut quilibet alius creditor repellitur à tutela minoris *Auth. minoris debitor. C. qui tutor. dari*
91 *poſſ.* porro autem duplici modo poteſt † fideiuſſor fraudem facere, vno quidem alienando quo creditores non inueniunt vnde ſit illis conſultum, ſi principalis diſcuſſus non ſit ſoluendo. Alio modo, ſi ſciens fraudari creditores eius, pro quo fideiuſſerit acceptauerit liberationem, atq; ita fuerit particeps fraudis, *l. ſi fraudator in princ. ff. quæ in fraud. cred* ſed ſi fuerit fraudis † ignarus liberatur, quippe, & ſi ſoleat eſſe ſatis fraus
92 principalis debitoris, quando accipiens lucratur, attamen hic non ſufficit, cum non
93 lucretur; ſed detrimentum effugiat, *d. l. ſi fraudator in princ.* vbi infert *Bart.* quod non † licet fideiuſſori renunciare beneficio de duobus Reis, beneficio de fideiuſſoribus, nec beneficio ordinis, tangit quoque *eodem loco Albert.* videndus; tenebitur ergo fideiuſſor quaſi non liberatus, vel quia ſit reſtituta obligation. in eo ſtatu, in quo erat ante acceptilationem, vel ante renunciationem, *l. ait prætor. § partum verb. ſi conditionalis.*
94 *ff. quæ in fraud. cred.* quid dicemus † in duobus reis debendi, nempe, ſi quis habens duos reos debendi ſibi obligatos liberet, vnum in fraudem creditorum. reſpon. vt per gloſſ. *in d. l. ſi fraudator in verb. in duobus.* quam ibi *Alberic.* probat, & confirmat per tex-
95 tum in *l. ſi pro vno ff. ad Velleianum*, † præterea ad quid, & in quantum teneatur is, qui fraudem fecit liberando debitorem ſuum, eſt *text. in l. fin. §. fin. ff. quæ in fraudem cred. & l. fin. Cod. eodem titulo de reuoc. his, quæ in fraudem cred.* de cuius intellectu diſſentiunt. *Dd. ibi Bald. Saly. Bald. Bart. Caſtr.* & veram interpretationem pollicetur, *Cuiac. in lib. 12. obſeruat. cap. 5.*

Quæſt. 14. Hæc de creditoribus expoſuiſſe ſufficiat, intueamur modo de fu-
96 turis quærentes, an ipſis † quoque concedatur actio reuocatoria, qui vero ſint fu-
97 turi creditores expoſitum eſt *ſupra quæſtion. 60. 70.* & poteſt duplici † exemplo illuſtrari, quorum alterum ponitur à *Iaſon. in dict. §. item ſi quis numero 62. verb.* prædicta omnia, alterum vero recenſetur à *Baldo in Rubric. Cod. de reuocand. his, quæ in fraudem*
98 *colum. 2. verbo quæro pone*, *Iaſon.* ita deducit † *thema quæſtion.* Titius ſtatuerat acci-

pere mutuo magnam pecuniæ quantitatem, vel facere alium contractum, cuius ſci-
licet virtute dare, tradere, vel facere teneri debet, alienauit omnia bona ſua, vel ma-
iorem partem bonorum, poſt deinde mutuam contraxit ingentem pecuniæ quan-
titatem accipiens. Num quid huic creditori, ſit danda reuocatoria, ad reſcinden-
dam alienationem factam, & non eſſe dandam placuit, *Accurſ. in l. 1. Cod. de iure fiſc. lib.*
10. in verbo probatur, ibi ſed iſta ſic, & colligi etiam ex illa lege, vbi donatio facta à pa-
tre, antequam fiſco eſſet obligatus, non infirmatur, atque ita fiſco futuro creditori
nocet. Secundo probatur ab Odofredo per textum in *l. ait prætor. §. ita demum. ff. de*
his quæ in fraud. in quo Iuriſconſul. competere futuris creditoribus reuocatoriam, in-
quit, ita demum ſi in locum priorum creditorum ſucceſſerint, quod accidit etiam
quando eorum pecunia eſt prioribus creditoribus ſatis factum. Tertio ad ſtipula-
tur text. in *l. ſi quis cum haberet ff. quæ in fraud. cred.* in qua Meuius habens creditorem,
99 & ſciens non eſſe ſoluendo libertates dedit teſtamento poſtea cum † reconualuiſſet,
illi creditori ſatisfecit, & alium cœpit habere creditorem non minoris ſummæ, & de-
ceſſit cum illo eodem teſtamento. An huic creditori competat reuocatoria, negat i-
bi Iulianus ecce ſecundus iſte creditor, tempore teſtamenti, non erat adhuc creditor.
& ſic futurus erat, & non habet reuocandi ius, tametſi damnum patiatur. Quarto
Ioan. Faber. deducit textum in *l. penultim. ff. quæ res pignor. obligation poſſ. in l. 1. ff. qui potior*
in pignor. habeantur, vbi prioris creditoris, non poſterioris, & ſic futuri habetur ratio.
Verum contraria ſententia plures ſuffragatores habet, eam enim ſequuntur *Petrus à*
Bellapertica, Iacob. Nicolaus de Neapol. Ioan. Faber. in d. §. item ſi quis prout eos refert *Iaſon*
numero 62. Bartol. in l. ait. §. ita demum. ff. quæ in fraud. in l. 1. C. de iure fiſc. libro 10 in l. poſt
tractum colum. 2. ff. de donation. & ibi *Bald. & Saly. in l. ſi quis poſt hac Cod. de bonis proſcri-*
ption. Bald. in l. res vxoris. Cod. de donat. inter vir & vxor. gloſſ. in auth. ſed iam Cod. de donat.
ante nuptias. omnes enim iſti viri legum ſibi manus dederant, teſtantes, reuocatori-
am concedi, ſi de fraude appareat alienantis, & in primis confirmant ex *l. ſed ſi mari-*
tus. ff. qui. & à quibus, ſi conſtante matrimonio, ait *Vlpian.* dum mulier diuortium co-
gitat manumittat, vel alienet, & hoc dilucidis probationibus fuerit approbatum,
quaſi in fraudem legis hoc factum ſit, non debet alienatio valere, vel manumiſſio,
100 ecce fraudem excogitatam reſpectu † futuri nocere. Secundo ex *l. fin. § item reſcri-*
pſerunt. ff. ad municip. vbi pater conſulto filiam emancipans, ne pro magiſtratu eius ca-
ueat proinde tenetur, ac ſi pro eo fideiuſſor extitiſſet, ecce etiam, quod excogitata
malitia, non caret pœna. Tertio conuenit text. in *l. 9. ait prætor quod. ff. de priuil. cred.*
in verb. poſtea contractum, & in verbo conſilium, cœperit fraudandi, Quarto adſti-
pulatur paritas, imo maioritas rationis, de paritate rationis eſt perſpicuum, parui e-
nim intereſt, quantum ad iuſtitiam, quæ præcipit neminem lædi, ſi damno afficia-
tur, qui tempore alienationis iam creditor erat, an is, qui ſtatim futurus eſt creditor,
eademque malitia eſt ex parte alienantis, idem præiudicium ex parte eius, qui lædi-
tur, de maioritate rationis, non eſt obſcurum, quippe creditor iam conſtitutus, a-
gendo, potuit ſuæ indemnitati cauere, aliquando etiam denunciando his, qui con-
trahunt cum debitore fraudulento, & ſæpe euenit, vt propter negligentiam credi-
torum nomina debitorum fiant deteriora, at futurus creditor non potuit ſibi cauere
101 quaſi inſidiis petitus, & † licet *titul. quæ in fraud. cred.* præſentes creditores reſpiciat,
non excludit futuros; ſed gratia frequentioris vſus de illis verba facit. Quomodo au-
102 tem † probare oporteat fraudem factam in futurorum creditorum perniciem, do-
cet, *Bart. in d. l. 1. numer. 10. Cod. de iure fiſc. libr. 10.* nempe coniecturis, quarum vna eſt,
ſi incontinenti poſt alienationem ſequitur contractus per *l. ſi ventri iuncta. l. ſequ. ff. de*
priui. l. cred. & adiuuat regula quæ fiunt incontinenti cenſentur ineſſe *l. lecta, vbi Iaſon. &*
alii. ff. ſi cert. pet. l. petens, vbi Dd. Cod. de pact. alia eſt coniectura *Bart.* ſi alienans ſcit ſe ha-
bere, vel habiturum creditorem, & bona ſua non ſufficere. Mox deinde ne relinqua-
tur vllus dubitandi locus. *Bart. in d. l. 1. & in d. l. ait prætor. §. 1. ff. quæ in fraudem cred.* ad-
hibet diſtinctionem, quam refert, & ſequitur, *Iaſon dict. §. item ſi quis numero ſexageſi-*
103 *mo quarto, verbo ſed paucis.* † Aut alienatio eſt ſimulata, & tunc nec futuris, nec præ-
ſentibus nocet creditoribus, quippe nulla eſt ipſo iure. Aut eſt vera alienatio, & po-
teſt fraus perſpicuis probationibus oſtendi, & tunc, æque iſtis, & illis datur reuoca-
toria, argumento *dict. l. ſed ſi maritus ibi*, & hoc dilucidis probationibus. Aut de frau-
de non conſtat, & tunc quia in dubio, non præſumitur, manebit in ſuo robore alie-
natio, nec dabitur futuro creditori reuocatoria; fallit ſi iſte ſucceſſiſſet, in locum

prioris

prioris creditoris qui vere fuiſſet fraudatus, tunc enim iure prioris creditoris, & propter eius repræſentationem, reuocatoriam habet, & ita procedit, *l. aut prætor. §. ita demum*. Nec quemquam moueant allegata ex aduerſo, & ad primum plana eſt reſpõſio, quando in ea lege non conſtabat de fraude, vt ſentit, *Bart. in d. §. ita demum*, ad ſecundum eſt iam data ſolutio addo quoque aliam ſolutionem, ſcilicet non dari reuocato-
104 riam † futuro creditori, ex perſona ſua, ſed virtute repræſentationis alterius creditoris; Tertio fundamento poteſt ſatisfieri ex ipſamet lege, quæ reddit rationem ſuæ deciſionis, non quia futurus creditor, ſed quia, quo ad illum futurum creditorem, non cogitauerat de fraude teſtatoris. At in hac noſtra concluſione fraus præſupponitur. Quarto vero argumento ſatisfacit, *Io. Faber. relatus à Iaſon. in d. §. item ſi quis, num. 6. princ. in contrarium*, nimirum, quod in prædictis locis nulla præſupponitur fraus, hic vero certum eſt fraudem eſſe commiſſam. Hactenus, quo ad hoc ſecundum caput, in quo de remediis diſſeruimus, quæ competant fraudatis creditoribus, proximum eſt ex ordine, vt tertium accipientes, videamus, quæ agenda ſint ab eodem, vt actionem reuocatoriam intentare, eiuſq; beneficio poſſint gaudere.

Quid agere Creditores fraudatos oporteat, vt remedia reuocatoria poſſint intentare, eorumq; beneficio gaudere. Cap. VIII.

1 *Creditor fraudatus, poteſt agere, tam contra debitorem alienantem, quam contra tertium poſſeſſorem re alienata.*
2 *Creditor acturus contra tertium poſſeſſorem, debet prius excutere principalem debitorem.*
3 *Excuſſionis definitio, & declaratio.*
4 *Excuſſio fuit principaliter inuenta in gratiam fideiuſſorum, deinde fauore tertii poſſeſſoris, ſed contra.*
5 *Excuſſio, aut à lege proficiſcitur, aut ex hominis conuentione.*
6 *Excuſſio fieri quoque poteſt ex præcepto teſtatoris.*
7 *Excuſſio quatenus ſit facienda, ad hoc, vt ad fideiuſſores, vel ad tertios poſſeſſores, venire poſſit, remiſſiue.*
8 *Excuſſio in quibus caſibus fieri non valeat.*
9 *Excuſſio, non ſit, in loco; in quo viget ſtatutum vt procedatur ſola facti veritate inſpecta, ſine ſtrepitu, & figura iudicii.*
10 *Excuſſionis remedium ſubſidiarium.*
11 *Excuſſio ceſſat, ſi debitor conſtituiſſet ſe nomine creditoris poſſidere.*
12 *Creditor facta excuſſione, per quam probatur fraudulentus euentus debet quoque docere doloſum conſilium.*
13 *Quoad tertium poſſeſſorem, aliquando eſt probanda participatio fraudis.*
14 *Quoad debitorem alienantem, creditor duo debet probare ſcilicet quod ſcixet ſe creditores habere, & non eſſe ſoluendo.*
15 *Scientia creditorum, quomodo ſit à creditore probanda.*
16 *Hæres, an præſumatur habere notitiam creditorum defuncti.*
17 *Quibus modis probetur hæredem habuiſſe ſcientiam creditorum teſtatoris.*
18 *Quod quis ſciat ſe non eſſe ſoluendo, pendet ex ſcientia ſui patrimonii.*
19 *Scientia proprii patrimonii, an præſumatur, non leuis eſt dubitatio.*
20 *Diſtinctio Bartol. in articulo, in actu inter viuos, & in vltima voluntate.*
21 *Alia diſtinctio, inter bona mobilia, & immobilia.*
22 *Ex amplitudine patrimonii præſumitur ignorantia virium illius.*
23 *Fraudulentum conſilium debitoris probatur per alienationem omnium bonorum, & per ſcientiam, quod haberet creditores.*
24 *Intellige in alienatione principaliter ex titulo lucratiuo.*
25 *Non in titulo oneroſo, de quo non intelligitur,* l. omnes § Lucius ff quæ in fraud. cred.
26 l. omnes. §. Lucius *procedit aliquando in titulo oneroſo.*
27 §. Lucius. l. omnes, *an obtineat in alienatione maioris partis bonorum.*
28 *Accidentia curantur, ſiue ſint in toto, ſiue in maiore parte.*
29 *An* d. l. omnes. §. Lucius, *procedat in alienatione alicuius rei maxime precioſæ.*
30 *Verum debitor teneatur reuocatoria, ſi bona ſua non ſimul, eſſe vel alienauit; ſed interpellatim* & num. 59.
31 *Si plures ſint à patre factæ donationes, diuerſo tempore, quomodo reuocentur per natiuitatem filiorum.*

32 *Si plures ſint donationes inofficioſæ diuerſis temporibus celebratæ quo pacto reſcindantur.*

33 *Si ſtatutū imponat pœnam mortis pro furto centum aureorum, non comprehendit illum, qui fecerit plura furta, quorum nullum per ſe aſcendat ad ſummā centum aureorum; quia ſummæ illæ nō debent cumulari.*

34 *Statutum diſponit, quod ſi quis emerit omnia bona alicuius, teneatur ad omnia eius debita, non erit obligatus, qui interpellatim emerit, & ſingularum rerum diuerſis fuerit emptores.*

35 *Plures donationes, minoris ſummæ non cōſeruantur, vt indigeant inſinuatione, fallit, vt ibi.*

36 *Si libertus alienauerit minutatim omnia bona ſua, reuocat Patronus pro rata vſque ad implementum ſuæ legitimæ.*

37 *Alienans in fraudem perdit beneficium ceſſionis, ſiue bona ſua, ſimul alienauerit, ſiue interpellatim.*

38 *Creditor non tenetur tertios omnes poſſeſſores conuenire, ſed poteſt vnum in ſolidum pro ſuo credito conuenire.*

39 *Diſtinctio, an debitor minutatim alienans, teneatur reuocatoria.*

40 *Solutio contrariorum.*

41 *Peculii nomen videtur vniuerſale.*

42 *Fraus debitoris alienantis probatur, ſi alienans reperiatur poſt alienationem poſſidere.*

43 *Si alienatio ſit facta in coniunctam perſonam.*

44 *Si fuerit facta clam.*

45 *Si fuerit facta in clericum.*

46 *Fraus accipientis rem ex titulo oneroſo, quo modo ſit probanda, ad hoc, vt competat reuocatoria.*

47 *Probatur, primo ſi fuerit à creditoribus denunciatum coram teſtibus, ne emerit.*

48 *Vel ex iudicis authoritate.*

49 *Aut ſi clam fuerit celebratus contractus.*

50 *Probata fraude accipientis, erit locus reuocatoriæ, ſiue acceperit titulo lucratiuo, ſiue oneroſo, ſi modo, qui dederat ex tit. oneroſo, per excuſſionem appareat non ſoluendo.*

51 *Per alienationem omnium bonorum, vel maioris partis bonorum, vili precio, præſumitur fraus.*

52 *Particeps fraudis emptor, vel permutator exiſtimatur, ſi debitor alienans erit cōiuncta perſona.*

53 *Fraus accipientis probatur ex tractatu.*

54 *Si alienatio ſit facta in fraudem vnius creditoris, an aliis quoq; cōpetat reuocatoria.*

55 *Vtrum creditor, volens agere contra tertios poſſeſſores, teneatur omnes conuenire, an poſſit vnum eligere,* & nu. 19.

56 *Fiſcus priuſquam conueniat tertios poſſeſſores, debet agere cōtra hæredes debitoris.*

57 *Si à debitore pignora ſunt diſtracta, licet creditori, contra quem velit, agere ex poſſeſſoribus.*

58 *Si debitor tria prædia obligauerit, et diſtraxerit poſtea in fraudem creditoris, qui cōuenit vnum ex poſſeſſoribus, an ille poſſit obiicere, quod conueniat eum tantū pro rata.*

59 *Concluſio in articulo illo, an creditor poſſit eligere vnum ex tertiis poſſeſſoribus.*

60 *Verbum omne, non eſt diſtributiuum, ſed verbum omnes in numero plurali.*

61 *Vtrum ſi debitor poſt factam alienationem in fraudem, bona plura acquiſierit, & cum creditores eſſent negligentes, iterū alienauit in fraudem, an competat reuocatoria contra tertios poſſeſſores.*

62 *Vigente ſtatuto, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, an frater poſſit ad ſucceſſionem admittere ſororem in fraudem creditorum.*

63 *Fideiuſſor in fraudem creditoris, an poſſit renunciare beneficio fideiuſſorum & quid in hærede debitoris?*

64 *Creditor agens contra debitorem alienantem, debet probare, quod fraudulenter alienauit.*

65 *Item, quod res alienata fraudulenter non poteſt à tertiis poſſeſſoribus recuperari, vel per eorum potentiam, vel ex alia cauſa.*

66 *Fraudulentus debitor, perdit beneficium ceſſionis.*

67 *Tertius poſſeſſor à creditore cōuentus, quomodo poſſit eum repellere, ne rem reſtituat, quam habuit titulo lucratiuo.*

68 *Quid in tertio poſſeſſore ex tit. oneroſo.*

69 *Tertius poſſeſſor an poſſit offerre creditori volenti reuocare, & rem retinere.*

70 *Ius offerendi, quibus competat.*

71 *Vtilitas offerendi multiplex.*

72 *Tertius poſſeſſor ex titulo lucratiuo, vni creditori offerens, nō liberatur ab aliis ſi plus res illa valebat, ſed debet aliis quoq; offerre, vſq; ad iuſtū rei poſſeſſæ valorē.*

73 *Tertius poſſeſſor ex titulo oneroſo, quamuis fraudulentus, ius habet offerendi.*

74 *Emptor credidit ex illa emptione vnum tantum creditorem fraudari, & ab illo poſtea conuentus reuocatoria, fecit oblationem, an ſit liberatus ab aliis creditoribus, quos ignorauit fraudari.*

75 *Ex perſona vnius, ſæpe competit ius agendi alte-*

Digitized by Google

dis alteri, & maxime in natura reuoca-
tionis.
76 *Ius offerendi vſq; ad quod tempus compe-*
tat, quando ex beneficio legis datur.
77 *Ius offerendi, veniens ex prouiſione homi-*
nis, vſq; ad quod tempus concedatur.
78 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*
79 *Multa de iure offerendi remiſſiue.*

Q*Vaſt*.1. Supereſt tertia quæſtio principalis, nempe quod agere debeant credito-
1 res, vt actionem reuocatoriam † intentare poſſint, & eius beneficio gaudere, &
ſane, vt explicatius valeã reſpondere, arbitror in primo limine diſputationis duos eſſe
caſus diſtinguẽdos, Primus eſt, vt quæramus, an creditor velit agere cõtra tertios poſ-
ſeſſores, in quos eſt facta, fraudulẽta alienatio, poſterior, an velit agere contra frauda-
torem iuxta *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. cred.*
2 Quo ad primum, debet creditor † excutere bona principalis debitoris, vt expe-
riatur, an ſit ſoluendo, & ſi repetiat eius facultates non ſufficere, habeat contra tertios
poſſeſſores regreſſum, antecedit igitur excuſſio bonorum debitoris. *Bal. in l. 1. C. ſi quid*
3 *in fr. iud. patron.* quæ ita poteſt definiri † excuſſio eſt inquiſitio facultatum principalis
debitoris, vt ſciatur an ſit ſoluendo, nam excutere aliquem, eſt facultates eius diſcute-
re, & inquirere, facit *l. 2. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. 1. §. ſi inter. ff. de magiſtr. conuen l. 1. C. de re-*
uo. his, quæ in fraud. &c. hinc excutere vires alicuius dicit *Iuriſconſ. in l. 42. ff. mand.* pro eo,
quod eſt experiri, an ſit idoneus facultatibus, ibidem excutere vires hæreditatis id eſt,
quanti valoris ſit, & cauſa finalis eſt illa, vt cognoſcatur, an aliquis ſit ſoluendo. *Alciat.*
4 *in l. fin. num. 29. ff. ſi cert. pet.* Inuenta † fuit principaliter excuſſio in gratiam fideiuſſorũ,
auth. præſente. C. de fideiuſſ. Alciat. d. l. fin. n. 13. mox deinde fauore tertii poſſeſſoris, quem-
admodum in hac materia exploratum eſt, in qua non tenentur actione reuocatoria.
Tertii poſſeſſores, niſi excuſſo principali *d. l. 1. C. de reuo. his quæ in fraud.* ſic etiam ſiquis
agat contra tertium poſſeſſorem actione hypothecaria debet excutere bona debito-
ris principalis. *Ang. in §. item Seruiana num 8. in fin* verbo vnum addas, *Inſt. de act.* per tex.
in aut. hoc ſi debitor, & ibi Dd. *C. de pignor.* Sed videtur inuenta prius in gratiam tertii poſ-
ſeſſoris, & poſtea fideiuſſorum, quippe fideiuſſoribus nouum eſt remedium, ex dicta
Authentica præſente; At tertiis poſſeſſoribus competebat de iure digeſtorum & *Cod.*
5 per *tit. quæ in fraud. cred.* Excuſſionis beneficium, aut † à lege, aut ab homine. *Alciat. d. l.*
fin. num. 21. à lege, vt eſt illud, quod fideiuſſoribus, Tertiiſq; poſſeſſoribus datur, ab ho-
mine, quod vel paciſcentium inducitur conuentione, vel ex præcepto Teſtatoris e-
manat, exemplum eſt in *d. l. fin.* in qua Titius promiſit ſoluere Mæuio, quanto minus
exigere potuit à debitore ſuo, nam Titius non tenetur Mæuio, niſi excuſſis bonis De-
bitoris eius, appareat quantum ſolui poſſit de bonis ſuis, ideoque dubitat *Alc.* ibi, quod
6 Titius ita promittens, non poſſit appellari proprie fideiuſſor, diſpoſitione etiam † Te-
ſtatoris inducitur, nempe ſi condemnauerit hęredem ſoluere Caio, quanto minus ex-
egerit à Lælio debitore ſuo, cuius excuſſionis beneficio ab homine inducto, non in-
telligitur renunciatum per clauſ. renunciationis omni legum auxilio *Dec. Iaſ. Alc. d. l.*
fi. 1. num. 2.
7 Quomodo autem † ſit facienda excuſſio, antequam perueniatur ad tertios po-
ſeſſores, vel ad fideiuſſores tradit *Marian. Soc. conſ. 24 viſis, verbo quarto* videtur proba-
ri *cum verſ. ſeq. vol. 1. Alc. conſ. 136. coln. 2. vol. 2.* & an requiratur excuſſio in obligatione,
quæ habet exceptionem paratam *Marian. d. conſ. 24. verbo* & tamen ſi non opponatur,
& locum habet excuſſio, contra debitorem quantitatis, ſecus contra debitorem ſpe-
8 ciei, nã † ſi debitor libri in fraudem illum alienaret, licitum eſſet, creditori nulla præ-
cedente excuſſione agere actione reuocatoria, ſingulariter tradit. *Bald. in Rub. Codice*
de reuoc. his, &c. col. 1. verſ. nota. quod iſta actio, refert, & probat *Iaſ. in dict. §. item ſiquis*
9 *numer. 76.* verſ. ſecundo principaliter; Deſinit † etiam excuſſio, ſi debitor conſtituiſ-
ſet, ſe nomine creditoris poſſidere *Iaſon. ibi numero ſeptuageſimoſeptimo verſiculo tertio*
10 limitatur; ceſſat quoque excuſſio † in loco, vbi viget ſtatutum, quod procedatur
ſummariè, ſola facti veritate inſpecta ſine ſtrepitu, & figura iudicii *Mar. d. conſ. 24. ver.*
inſuper volum. 1. & quoniam id genus ſtatuti viget per omnem fermè ciuitatem Ita-
liæ, raro venit in vſu iſta materia excuſſionis, & maxime in alma patria mea Senarum,
ceſſit foro, ideo pauca hæc ſatis habeo attigiſſe, auidum lectorem ad *Ang. & Iaſon. in*
dict. §. item ſiquis relegans, illud tantum addo, quod cum præcedere debeat excuſſio,
11 hæc actio reuocatoria continet remedium † ſubſidiarium. *Bald. in Rubric. Codice*
de reuoc. his.

Digitized by Google

*Quæſt.*2. Quæro an creditor facta excuſſione teneatur, vlterius quicquam pro-
12 bare? Reſpon. per excuſſionem † probatum eſſe doloſum, ſiue damnoſum euentum,
proinde ſupereſſe probationem fraudulenti cōſilii, argumento. *l. in fraudem. ff. qui, &*
a quibus. l. ſi quis cum haberet. ff. quæ in fraud. Credit. §. in fraudem. Inſtit. quibus ex cauſ. manu.
13 *licet, vel non* Quo ad tertium poſſeſſorem, contra quem intentatur † actio reuocatoria,
aliquando eſt probanda participatio fraudis, vt contingit in alienatione ex titulo o-
neroſo. *l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraud. Cred.* Quod attinet ad probandam
14 fraudem alienantis (neque enim præſumitur. *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat.*) duo † vi-
dentur eſſe neceſſaria, quæ recenſet *text. in l. ſi quis cum haberet*, alterum, quod ſciret ſi-
bi eſſe Creditores, alterum, quod calleret ſe non eſſe ſoluendo, . quare Bartol. ibi in-
15 quit, quod Iuriſconſul. dat practicam in probanda fraude. Scientia Creditorum †
probabitur, ait *Bart.* facile negocio, ſi creditores ſint ex facto Debitoris, nempe, quia
idemet cum illis contraxerit, argumento *l. quamquam. ff. ad Vellei. iuncta gloſſ.* vbi fide-
iuſſor qui mandato mulieris interceſſerat cogitur ſoluere, nec habet regreſſum ad-
uerſus eam, quia non licet allegare ignorantiam facti, id eſt, ait gloſſ. mandati, præſu-
mitur ergo creditorum ſcientia, quos propria conuentione conſtituit. Sed quid ſi fue-
16 rint Creditores † hæreditarii, Bartol. non tangit, cenſetur tamen a contrario iudicare,
illorum non præſumi notitiam argumento: *leg. qui in alterius. ff. de reg. iur. l. qui cum alio*
ff. eodem titul. in facto enim alieno probabilis eſt ignorantia *leg. fin. ff. pro ſuo l. Mulier la.*
prima. ff. ad Vell. ita fit, vt ob hanc præſumptionem ignorantiæ detur hæredi reſtitutio,
not. *Bart. in l. ad diem in l. Cum filius. §. in hac. ff. de verb. obligat. Dyn. in reg. cum quis de reg.*
17 *Iur. in 6. Dec. in d. reg.* qui in alterius poterit tamen † etiam probari ſcientia. Primo ex
denunciatione. *d. l. ait prætor. §. ſi qui particeps.*

Secundo ſi ab his fuerit lite petitus. Tertio ſi teſtator de ſuis creditoribus
fecerit in teſtamento mentionem , ſiquidem hæres poſt aditam hæreditatem,
ſiue ſuus fuerit, ſiue extraneus, præſumitur habere notitiam eorum, quæ teſtamen-
to continētur, argumento *l. non eſt ferendus ff. de tranſact. Bald. in l. cætera. § fin. verb.* Se-
cundo noto. *ff. de l. 1. & in l. tutor petitus verb.* Sexto fallit, de admin. & periculo tuto-
rum, & de ſuo hærede dixit. *Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & conſ. 40.*
videtur inſpectis lib. 2. Abb. conſ. ; . facti contingentia lib 2. Cran. conſ. 193. n. 7. dicens eſſe hoc
verum quando ſuus eſt maior, vel repertum ſit apud eum teſtamentum, argumento.
d. l. non eſt ferendus. Anc. conſ. 160. *Dec. in d. l. qui in alterius.*

18 Quoad ſecundum quod ipſe ſciuerit ſe non eſſe † ſoluendo, pendet ex ſcientia
virium ſui patrimonii. An vero, hæc ſcientia præſumatur, & quando ſit à Creditore
19 probanda, eſt pulchra † Theorica. *Bart. in auth. ſed cum teſtator col. 2. num. 5. C. ad l. Falc. d.*
& videtur præſumi notitia ex *l. quiſquis C. de reſcin. vend.* ibi quia familiaris rei ſcire vi-
res, vel metiras atque emolumenta ante debuerat, & ideo non excuſatur, allegans i-
gnorantiam ſui patrimonii; ſicut ea lege expreſſum eſt. Ex aduerſo, quod eſſet ſcien-
tiæ præſumptio eſt tex. *in §. in fraudem, Inſtit. quibus ex cauſ. manu non li. in fraudem. ff. qui,*
& à quibus, in illis verbis, ſcilicet ſæpe enim plus de facultatibus ſuis ſperant homines,
quam in his ſit. Secundo nouiter conſidero, quod ſi dicta ſcientia præſumeretur non
deſideraretur in fraudulenta alienatione conſilium alienantis, ſed ſatis foret damno-
ſus euentus, quandoquidem non plus ſperarent homines de ſuis facultatibus, &c.
vel lex non crederet, quod plus ſperent homines, &c. & *dict. l. quiſquis*, non multum
viget in contrarium propterea quod probat quemlibet obligatum eſſe ſcire vires ſua-
rum facultatum, in verbo debuerat, quod ſi non fecerit excluditur a beneficio illius
legis, nec auditur allegans ignorantiam, non quia præſumitur ſcire, ſed quia fuit in
culpa non ſciendo; ſed in caſu noſtro Creditor eſt qui reuocat, non alienans, vt in *d.*
l. quiſquis, & licet debitor ſcire teneatur vires ſui patrimonii, non ideo ſequitur, quod
præſumatur ſcire, eaq; de cauſa requiritur fraudulēti conſilii probatio. Quamobrem
20 *Bart.* ad tollendam † hanc antynomiam in *d. Auth. ſed cum teſtator*, diſtinctionem facit,
quam laudat, *Iaſ. in d. §. item ſi quis in frau. n. 48. ver.* hoc tamen. Ait enim in actu vltimæ
volūtatis p̄ſumitur teſtator ignorare vires ſui patrimonii *§. ſi vero in auth. de hær. & Falc.*
verſ. non. a. ratio videtur eſſe in *l. hac conſul. §. at cum humana fragilitas C. qui teſt. facere poſſ.*
fallit ſi ex aliqua cōiectura poſſet præſumi ſcientia, veluti ſi teſtator prohibuiſſet falci-
diam deduci, idemq; iuris ſi ex ſtatuto loci, ille teſtator poſuiſſet bona ad cataſtū, pro
ſolutione collectarum. II. ait *Bar. in actibus viuent.* Debitor bonorū q̄ ſibi obuenerūt de
nouo creditur habere ignorantiā. *l. qui non dum C. de hær. vel act. ven.* in qua hæreditatis
delatæ,

delatæ,non dum aditæ, vires præſumitur hæres ignorare,confert. *l. qui in alterius ff. de reg. iur*:vnde infertur, quod aditæ, & per aliquod tempus poſſeſſæ, non præſumitur i-
21 gnorantia, Rurſus †bonorum immobilium quæ iam diu ſunt acquiſita,non de recēti comparata præſumitur ſciētia *d.l.quiſquis.* Vltimo bonorū mobilium,ſi præſentia ſint, præſumitur notitia,ſi vero ſint abſentia ſuccedit præſumptio ignorantiæ, *dict. leg. in fraudem*; crederem quoque præſumendam ſcientiam patrimonii tenuis, & exigui,
22 nam, vt ait Poeta *Pauperis eſt numerare pecus*; ſicut ex aduerſo † ob amplitudinem facultatum poteſt,non iniuria fieri præſumptio ignorantiæ, vt in patrimonio Craſſi,vel Luculli,de quo *Hor. primo epiſtolarum ad Numicium.*

Clamydes Lucollus, vt aiunt.
Si poſſet centum Scenæ præbere rogatus
Qui poſſum tot ait,tamen,& quæram,& quod habebo
Mittam. Poſt paulo ſcribit ſibi millia quinque:
Eſſe domi Clamydum,partem,vel tolleret omnes
Exilis domus eſt,vbi non multa ſuperſunt
Et dominum fallant, & proſunt furibus,ergo.

*Quæſt.*3. Quæro,an aliis præterea modis poſſit Creditor fraudem alienantis pro-
23 bare? Reſp. affirmatiue, nempe probando, primo eum omnia † ſua bona alienaſſe,id eſt,dominium tranſtuliſſe. *Iaſon num.35.in d.§.item ſiquis,in gloſ.* ſuper verbo tradiderit, deinde ſciuiſſe ſibi Creditor eſſe, ſiquidem ex hac probatione facti,inſurgit iuris præſumptio,quod fraudulento conſilio alienauerit, *l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. Cred. Iaſon d. loco. Bart. in l.poſt contractum.ff.de donat.*& ibi *Imol.& Rom.*eritque vt cenſeo,præſumptio iuris, & de iure, tum ex verbis Iuriſconſul. intelligendus eſt fraudandorum creditorum conſilium habuiſſe,tum quia non videtur, quod res poſſit aliter ſe habere, nullaque bona præſumptio poteſt colligi. Atque eiuſmodi præſumptio valet o-
24 mnino aduerſus debitorem alienantem † titulo lucratiuo, vt loquitur. §. *Lucius*; ſed;
25 an idem reſpondendum in alienat. omnium bonorum titulo oneroſo, & profecto † non videtur.

Primo, quia inter vtramque alienationem, cum alibi tum præcipue in hac materia,non leues ſunt differentiæ rationes,vt paulo ſupra expoſitum eſt. Secundo quoniam non eſt credendum temere Iuriſconſ. in alienatione ex titulo lucratiuo reſpondiſſe.

Tertio propter diuerſitatis rationem,nam in alienatione per titulum oneroſum relinquitur vnde creditoribus ſatisfiat precio in locum rei ſuccedente *Bartol. in l.qui à debitore. ff. quæ in fraud. Credit.* id quod multo magis probarem ſi titulo permutationis fuiſſet alienatio celebrata,cum reſpectu effectus perinde eſſet,ac ſi nihil foret alienatum. *Bart. & Albertc. in leg. qui teſt. in verb. modum. ff. de probat. Bart. tamen in d.§. Lucius; & in l.poſt contractum in 2. col. gl. in l. Patronus. ff. de probat. Cyn. in l.1. Cod. ſi in fraud. patron. Bartol.* ſe ſe fundat in gloſſ. *d. l. qui teſt. & in l. in fraudem fiſci. ff. de iure fiſci*, quam citat *in l.poſt contractum, num. 2.* Sed illa gloſſ. nec lege, nec ratione ſuam opinionem munit, & text. *in leg. in fraudem*, loquitur in cauſa Fiſcali, ex qua non bene infertur ad cauſam priuati, quem licet fraudare non acquirendo. *leg. qui autem. ff. quæ in fraud. Creditor. leg. 1. Codic. de his quæ in fraud. patron.* Fiſcum autem nequaquam *dict. leg. in fraudem, verb.* idem iuris eſt,quare tutius eſt aduerſus Bartol. concluſionem facere vt *ſcilicet.§. Lucius*,
26 non obtineat † in alienatione oneroſa ex deductis argumentis quæ limitanda eſt, ſecundum *Imol. & Roman. in dict. leg. poſt contractum & Iaſon in dict. §. item ſiquis, num.* 35. ſi venditio eſſet facta pro valde minori precio, modicitas enim precii inducit fraudis præſumptionem *leg. per diuerſas Codic. mandat. not. Canon. in cap. ad noſtram extr. de emption. & vendition. & in cap. illo vos, extr. de pignor.* idemque ſtatuendum arbitror, ſi res precioſæ fuerint cum vilioribus permutatæ. Limitarem etiam, ſi de precio quamuis iuſto vel de re permutata licet æquale, non aliter conſtaret, quam per ſolam confeſſionem, mouet me, quia alias facillimum eſſet eludere. *l. omnes §. Lucius*, Reuocatur etiam in dubium, an ille, §. procedat, ſi non omnia
27 bona, ſed pars † maior fuerit alienata, & probabilius videtur procedere,per text. *iuncta gloſſ. & Bartol. in leg. nomen. §. filio ex parte, in verbo prope omnis ſubſtituta calendarii. ff. de leg. 3.* Secundo argumento text. in *leg. propter litem. ff. de excuſ. tutorum*, in qua Tutor excuſatur, non ſolum ob litem omnium bonorum, ſed etiam maioris partis bonorum. *Bald. in leg. prima quæſtio.3. Cod. ſi quid in fraud. patron.* addo his

ergo Emphytheotam, vel conductorem excuſari à ſolutione Canonis, vel penſionis,
ſi amiſerit omnes, vel maiorem partem fructuum; *gloſſ. in l. 1. in verſ. particulare*, & ibi
Dd. C. de iure emphyt. Canon. & *in c. potuit extra loc.* dicitur quoque iuſtus metus; qui o-
mnium bonorum fuerit, vel maioris partis *cap. Abb. iunctis not. per Io. Andream*, & alios
28 *ext. quod metus cauſ.* ratio prædictorum videtur, quoniam accidentia † curantur, ſiue in
toto ſint, ſiue in maiore parte, argumento tex. *in leg. ſeruus legatus. ff. de l. 3.* nec non quia
maior pars æquiparatur toto; *Tiraq. copioſe in l. ſi nunquam in verb. omnia, vel partem num.*
12. & 13. C. de reuoc. don. & huic ſententiæ ſubſcribit *Bald. in d. l. 1. q. 3. q. 3. C. ſi in fraud. pa-*
tron. & l. 2. C. de repud. hæred. Iaſ. in d. §. item ſi quis, num. 36. verb. aduerte; idemque putant
29 definiendum, ſi res preciſiores ſint † alienatæ, ex *l. ſumma ratione. ff. de pecul.* quæ ſicut
Iaſon conſiderat, parum probat, quamuis Angel. appellet ſingularem frequentius
tamen, ita receptum eſt, vt aſſerit *Appoſtill. ad Iaſon in §. item ſi quis, num. 37. verb. item*
dict. §. Lucius in littera leg. ratio eſt, licet non aſſerant Doctor. quoniam valor me-
lioramentorum æquiualet maiori parti bonorum; cum maximæ ſint æſtimatio-
nis.

Quæſt. 4. Quæro, Debitor alienauerit omnia bona, vel maiorem partem, non ſi-
30 mul, & ſemel; ſed interpellatim; an præſumatur fraudulentum conſilium, atque ita †
competat reuocatio, & videtur competere, *r. ex l. ſi peculium la. 2. ff. de pecul. leg.* in qua
multum intereſt, an peculium ſimul legetur, an ſpecialiter res ſingulę in peculio com-
prehenſæ, & ibi *Bart.* infert ad pulchram quæſt. Secundo confert; quod tametſi do-
31 natio omnium bonorum vel maioris partis facta † à patre reuocetur, ea *l. ſi vnquam*
C. de reuoc. don. ſi eodem tempore facta ſit, in verſiculo omnia, vel partem, tamen ſi fa-
ctæ ſunt plures donationes, diuerſo tempore, quæ omnes, vel cuncta bona, vel maio-
rem partem impleant, non reuocantur omnes, ſed poſteriores duntaxat, *Tiraq. ibi in*
verb. omnia, vel partem num. 34. verſiculo verum attende lector. Tertio huc ſpectat,
32 quod in materia in offic. donationis, ſi plures ſint factæ † donationes, & plures ſint
validæ, poſteriores tantum infirmantur *Cyn. Bartol. Bald. Caſtrenſ. in l. prima Codic. de re-*
uoc. donat.

33 Quarto accedit, quod ſtante † in Ciuitate ſtatuto, vt pro furto valoris centum
imponatur pœna mortis, & vnus fecerit plura furta, quæ ſingulariter conſiderata, non
ſunt valoris centum, ſimul autem iuncta, ad eam ſummam aſcendant, fur non eſt ca-
pite puniendus, non ſunt enim cumulanda. *Ang. inter conſ. criminalia*; quod vidi ſeruari
in praxi, in patria mea, in perſona quorumdam Deputatorum ad colligendas cabel-
las, cõmiſerunt enim multa furta, quæ ſingula, non efficiebãt ſummam librarum cen-
tum, ſimul autem congeſta erant longe ſupra, & extabat in Ciuitate Decretũ Sereniſſ.
Principis inferens pœnam mortis, pro furto pecuniæ publicæ, valoris centum libra-
rum, atque ita atrocem illam multam euadentes, leuiori puniti ſunt; His diſſimile non
eſt, quod dixit *Bart. in leg. ſi peculium*, nempe, ſi caueatur ſtatuto, quod ſi quis emerit o-
34 mnia bona alicuius, debeat ad omnia † eius debita teneri, non erit obligatus ſi inter-
pellatim, ſingularum rerum fecerit emptionem, quibus ſuffragatur, quod reſcribit
Imperator *in l. Sancimus. §. ſi quis autem per diuerſas C. de donat.* in qua plures donationes
35 † eodem tempore collatæ in perſonam vnius, quarum nulla per ſe legitimam quan-
titatem excedit, in vnum tamen congeſtæ redundare videntur, & maioris eſſe quan-
titatis quingentorum ſolidorum, tamen non coaceruantur, ad neceſſitatem inſi-
nuationis, quamuis hoc recipiat limitationem: ſi in vno eodemq; inſtrumento facta
eſſet donatio ſupra quingentos ſolidos, & addita eſſet clauſula quod intelligantur
plures donationes, creditur enim addita illa clauſula in fraudem inſinuationis *Iul. Cla.*
in §. donatio, quæſt. 17. verſ. ſed pone aliquis, & communem eſſe dicit *Socc. conſ. 77. n. 10.*
lib. 1. Diuerſam ſententiam commendant *gl. Bar. in d. l. nomen. §. filio ex parte. ff. d. l. 3. Bal.*
in l. 1. in 4. q. C. ſi quid in frau. pat. & in l. 1. C. de repud. hær. In l. 1. col. ſi. C. qui bonis cedere poſſunt in
l. fraus ff. de leg. Ang. in d. §. Lucius & ſequitur *Iaſon in d. §. item ſi quis in fraudem. n. 38. verſi-*
36 *culo*, quid autem, & *Bald. in dict. leg. 1. quæſt. 4.* ait quod ſi libertus † minoratim aliena-
uerit omnia bona; ex omnibus fit reuocatio pro rata, quouſque Patroni legiti-
ma impleatur, & in *leg. prima Codice, qui bonis cedere poſſ.* ait quod alienans bona in
37 fraudem Creditorum, priuatur beneficio † ceſſionis, quoniam ſuo dolo factus eſt
inops idque præſumitur, ſiue omnia ſimul, ſiue ſeparatim alienauerit. *dict. leg. nomen*
§. filio.

Amplius dico, quod facilimum eſſet inuenire viam ad fraudandos non modo
Credi-

creditores, ſed etiam edictum prætoris in titulo, *quæ in fraud. cred.* ita ſeparatim alie-
nando, fraudibus autem eſt obuiandum, *l. in fundo. ff. de rei vend. cap. quanto extra de di-
uort. cum ſimil.* eaque ratione *Corn. conſilio vndecimo, incipit. in præſent. conſultatione colum.
9. verb* ſi teneamus *libro 3.* firmat in terminis *l. ſi vnquam. Cod. de reuoc. donat.* quod o-
mnes donationes ſimul reuocabuntur, cum ſit eadem ratio in omnibus, *l. illud ff. ad l.
Aquil l. à Titio ff de verb. obligat.* Tertio nimis, vt arbitror reſtringeretur reuocandi
facultas, ſi ex huiuſmodi interpellata alienatione ceſſaret præſumptio fraudis. Nam
cum ſciat ſe creditores habere cur videatur minus velle fraudare pedetentim alie-
nando, quam ſimul, & ſemel? effectus profecto, eſt fraudulentus, merito ſimilis eſſe
creditur cauſa. & meritò dixit *Bald.* quod ad fraudis intellectum omnia reducuntur,
d. l. 1. quæſt. 4. C. ſi quid in fraudem patro. Quarto confirmatio petitur ex his, quæ ponunt
Dd. *in d. § item ſi quis maxime. Iaſon. numero centeſimo vigeſimo octauo. verſ. quarto, & vl-*
38 *timo.* quod creditor agens reuocatoria, non tenetur † conuenire omnes tertios poſ-
ſeſſores, in quos eſt facta alienatio; ſed ſatis eſt vnum pro ſuo credito in ſolidum con-
uenire; quid magis probandum? poſterior opinio plures ſuffragatores habet, vt palam
eſt ex ante dictis. Cæterum, nec vnam, nec alteram ſequor, quandoquidem eſt
textus hanc controuerſiam apertis verbis dirimens in *l. ſi libertus. ff. de iure patron. in §.*
39 *fin.* quem notabiliſſimum ibi *Bartol.* vocat † arguendo de patrono reuocante ad cre-
ditorem, inter quos nulla eſt in his terminis ratio differentiæ, ait enim quod prior ali-
enatio, ipſo iure non valet, poſterior per Caluitianam, & Fabianam reuocatur, his
verbis (ſi quis plane non ſimul alienauerit, ſed quaſdã res ante, quaſdã poſtea, alienatio
earũ rerũ, quę poſtea alienatę ſunt, ipſo iure non reuocabitur; ſed prior in poſteriorib.
Fabianæ, & Caluitianæ locus erit, igitur omnes alienationes reuocantur partim ipſo
iure, partim per Caluitianam, vel Fabianam, item in creditore partim ipſo iure, par-
tim per Paulianam; & dicta reuocatione omnium facta, ſuam Patronus legitimam
deducet, creditor vero ſuum creditum. An autem pro rata ex omnibus rebus, an ex
vna, textus non declarat, ideo conſule, *Bald. in l. 1. C. ſi quid in fraudem patron.* Nec
40 refragantur † contraria, & ad primum *d. l. Si peculium reſpondet. Iaſon. in §. item ſi*
41 *quis numero 39.* quod parum facit, nec aliter ſoluit, ego puto ſolutionem eſſe, quia †
nomen peculii videtur quid vniuerſale, cum augeatur, & diminuatur ad inſtar hæ-
reditatis, naſcatur, & extinguatur, *l. peculium naſcitur. ff. de peculio*, pro inde aliud cre-
ditur eſſe peculium, aliud res peculiares, ſicut aliud eſt hæreditas, aliud res hæredi-
tariæ regula autem, vt deducatur, quod domino, vel patri debetur, quando filio,
vel ſeruo prælegatur peculium, non obtinet in rebus peculiaribus, quæ ſingulariter
ſunt legatæ; ſed in peculio ſimpliciter legato.

Tertium tollitur quia eſt maxime controuerſum, nam *Ripa* probat contrarium
in *l. Si vnquam. Cod. de reuoc. donat. quæſtion. 8. colum. 3. verſ.* ſed hic ſuboritur, & gloſſ.
in *l. 1. Cod. de inoffic. donat. in 6. quæſtion.* quemadmodum vltima legata inducunt falci-
diam in omnibus, licet ſi prima legata tantum fuiſſent relicta non eſſet futurus lo-
cus legi falcidiæ. Secundum euitatur quoniam valde ambiguum eſt, vt per *Tiraque.
dicto loco à numero trigeſimo tertio, vſq. ad numerum trigeſimum quintum.* In quarto eſt ſpe-
cialis ratio propter pœnam, in qua ſemper fieri ſolet ſtricta interpretatio. Quin-
tum de ſtatuto *Bartol.* nulla lege munitur, & aduerſatur rationi; ſi quidem non dif-
ficulter ſtatutum eluderetur. Vltimum de inſinuatione plurium donationum euer-
titur propterea, quod in ea non agitur de præiudicio alterius, at hic agitur cau-
ſa creditorum, proinde vt ibi Imperator ait humanius eſt plures donationes non
coaceruare, ita hic benignum eſt, plures alienationes congerere, ne creditores frau-
dem patiantur.

Quæſt. 5. Liquido itaque iam apparet ex ante dictis conſilium fraudulentum
probari, probata alienatione omnium bonorum, vel maioris partis, cum diſtin-
ctione lucratiui, & oneroſi tituli, vt expoſuimus, in quæſtionem nunc pono, an
aliis modis animi fraudulenti fieri probatio poſſit, in quo articulo, ſicut in præce-
denti tenendum eſt, quod debitor ſciat ſe creditores habere alioquin ſi ignoraret,
non diceretur habuiſſe fraudandi conſilium, Reſp. autem propoſitæ dubitationi,
aliis quoque modis probari doloſum conſilium, ſecundum ea, quæ late tradunt,
*Bartol. Imol. Roman. & alii in dict. l. poſt contractum. ff. de donat. idem Bartol. & Bald. in l.
2. Cod. de repud. hered.* cum aliis multis congeſtis à *Iaſon. in dict. §. item ſi quis numero
quadrageſimo verſ.* ex prædictis, prudenter conſiderans, quod probationes allegatæ

Digitized by Google

a Bart. non omnes conueniunt ad docendam fraudem creditorum; ſed multa valent
ad probationem fraudis contra fiſcum, de quibus paulo poſt agemus. Prima itaque
42 probatio ſit, docendo † alienantem, rem alienatam poſſidere. *l. 1. §. ſuperuacuum ff. quib.*
mod. pign. vel. hypothec. ſol. Porro autem dicenda eſt hæc potius donatio ſimulata, quam
fraudulenta, vt *Bart. in d. l. poſt contractum col. 3. Iaſ. d. §. item ſiquis, n. 42.* quamuis nec iſta
qualitas ſufficeret, niſi concurrerent etiam aliæ coniecturæ. *Maſc. de probat. vol. 1. con.*
558. à num. 3. vſq. ad num. 17.
43 Secunda ſi alienatio ſit facta in coniunctam † perſonam. *l. iſta de donat. l. pen. C. de*
bon. liber. Bart. conſ. 65. Socc. conſ. 264. num. 2. verſ. tertio arguitur, vol. 2 Iaſon vbi ſupra, n. 41. ſi
modo, & aliæ præſumptiones concurrant. *l. ſi quis poſt hac, verſ. ſi quis. C. de bon. damnat.*
44 Tertia ſi alienatio ſit † facta clam, ſiue ex titulo lucratiuo, ſiue oneroſo. *Iaſon d. §. item ſi*
quis. n. 43. verſ. item præſumitur, & *n. 509.* vbi notanter ait, quod in omnibus alienatio-
nibus, in quibus decretũ iudicis, vel authoritas ſuperioris exigitur, ea non interueni-
ente; creditur eſſe facta *clam. l. 1. C. de præd. Curial. lib.* 10.
45 Quinto ſi † alienatio fuerit collata in Clericum, ſcilic. Epiſcopum, vel aliàs iuriſ-
dictionem habentem, nam cenſetur facta in potentiorem, & non ſufficit eſſe celebra-
tam in ſimplicem Clericum, *Socc. d. conſ. 264. Canon. in cap. 1. extr. de alien. iud. cauſ. Ma-*
ſcard. citato loco, num. 59. verſ. quarto, donatio, vbi ponit, & aliàs præſumptiones, quæ
tamen conueniunt magis ad probandam fraudem contra fiſcum, quam aduerſus cre-
ditores.
Quæſt. 6. Relinquitur modo, vt quæramus, quonam pacto ſit probanda fraus il-
46 lius, in quem eſt facta alienatio † ex titulo oneroſo; Nam, & de huius fraude docen-
dum eſt, vt concedi reuocatio poſſit, *Dd. in §. item ſi quis in fraudem*, hanc quæſtionem
non attingunt, nec in *tit. ff. quæ in fraud. Cred.* arbitror tamen plurifariam poſſe proba-
47 ri, & primo vt docet *Iuriſcon. in l. ait præt. § ſi quis particeps. ff. quæ in fraud.* nempe † ſi ven-
dente debitore, emptor teſtator conuentus eſt à Creditoribus non emeret, id eſt, co-
ràm teſtibus, vt gloſſ. exponit, nec ſine ratione, quoniam teſtatio pro conuentione, &
denunciatione teſtibus adhibitis facta ſumitur. *l. 5. §. fin ff. de admin. tutor. l. 1. § ſed ſi quis*
contra ff. quod vi, aut clam. ratio eſt, inquit ibi text. quia fraude non caret, qui conuentus
48 teſtato, perſeuerat; Extende, & ſi abſque teſtibus † iudicis authoritate facta eſſet de-
F. ya. 609. nunciatio, ex his, quæ tradit *Alber. in dict. §. ſi quis*, & ſuadet ratio, à multo magis, argu-
mento. *l. De pupillo. §. meminiſſe. ff. de noui oper. nunciat. l. ſicut, & l. cum not. ff C. de præſcript.*
30. annorum & §. ſi quis autem non implens. Auth. de hered. Falcid. & de Eccleſiaſt. titul.
§. ſin autem hoc. Intellige, quod iſti creditores denunciantes eſſent vere Creditores, a-
lioquin non habuiſſent ius denunciandi, vt colligitur ex *Bart. & Alber. in allegato. § ſi*
49 *quis particeps.* II. cenſeo quoque probari participationem fraudis, ſi contractus fuerit †
clam celebratus, quando male agens odit lucem, & quamuis *Bart. in l. poſt contractum*
col. 4. dicat habere locum in titulo lucratiuo, tamen *Imol. eodem loco*, ait procedere eti-
am in titulo oneroſo, & probat *Iaſon dict. § item ſi quis numero 43.* verſ. item præſumi-
tur, & recte actus enim clandeſtinus, ſemper malam præſumptionem inducit,
50 in qua re mihi ſubit in mentem, quod probata iſta participatione fraudis, erit locus †
reuocatoriæ, tametſi res alienata titulo oneroſo, fuiſſet iuſto precio vendita, vel cum
re æqualis valoris permutata: Etenim Creditor debet prius excutere debitorem prin-
cipalem, & ſi reperiat eum eſſe ſoluendo res eſt expedita in fauorem tertii poſſeſſoris,
ſi vero inueniatur non ſoluendo non debet prodeſſe tertio poſſeſſori fraudis conſcio,
quod iuſtum valorem perſoluerit, potuit namq; Venditor male perdidiſſe precium,
vel aliam rem acceptam, vt eſt veriſimile eum facere voluiſſe, cum fraudationis cau-
ſa alienauerit, & *tex. in d. §. ſi quis particeps*, ſupponit iuſtam emptionem, reſpectu precii,
& ait, emptorem fuiſſe participem fraudis, propter denunciationem ne emeris, & i-
51 deo puto declarandum, quod dixi ſupra quod licet propter † alienationem bonorum
omnium, vel maioris partis bonorum non præſumatur fraus, ſi tit. oneroſo facta ſit, ta-
men ſi probetur fraudulentũ conſilium locus erit reuocatoriæ, ſiquidẽ præſumptio ce-
dit veritati. Tertio exiſtimo doceri participationem fraudis ex alienatione omnium
bonorum, vel maioris partis bonorum, vili precio; quippe; qui rem magnæ æſtima-
tionis leui precio emit veriſimiliter fraudis nõ eſt ignarus. IV. ſi emptor, vel permuta-
52 tor † eſſet coniuncta perſona, cũ ſit in ore omniũ ex coniunctione ſanguinis, oriri præ-
ſumptionem ſanguinis ex vtraq; parte, arg. eorum, quæ not. *Bart.* & alii ſequuntur *in d.*
53 *l.* Poſt contractum. Quinto probando per teſtes † communic. fraudis, puta ex tractatu
ante-

antequã perficeretur cõtractus, aliis præterea modis, poterit participatio fraudis pro-
bari, quos diligens lector facile excogitabit, in quibus omnibus, ego arbitror pluri-
mum poſſe iudicis arbitrium, qui ex modo gerendi ex tempore, ex qualitate perſona-
rum, & aliis circumſtantiis iudicabit, an, & quando accipiens rem titulo oneroſo, vi-
detur participaſſe fraudem, arg. *l. 1. ff. de iure delib.*

Quæſt. 7. Quæro alienatum eſt in fraudem vnius creditoris, an aliis quoq; Cre-
54 ditoribus reuocatoria † competat, & videtur quod non per *tex. in l. Fulc. §. ſi aduerſus. ff.*
ex quib. cauſ. in poſſ. eat. vbi ſi debitor, latitet cõtra vnũ creditorem, vt ipſum ſolum frau-
det, alii non mittuntur ex illo edicto in poſſ. bonorum eius; Contrarium tamen pro-
batur ex *l. ait prætor. §. præterea verſ. illud. ff. quæ in fraud. Cred.* ad explicandum hunc mo-
dum *Bar. & Alb* ibi diſtinguunt, aut debitor in fraudem vnius duntaxat alienat, & non
conceditur cæteris reuocatoria. *d. l. Fulcinius.* & facit iudicio meo. *l. ſi is qui, cum haberet,*
ff. quæ in fraud. Cre. aut debitor in fraudem omnium alienat; ſed acceptor, ſcit vnum
tantum fraudari, puta quia ille ſolus proteſtatus fuerit ne acciperet, iuxta *l. ait prætor. §.*
ſi quis particeps, & tunc prodeſt omnibus creditoribus, ex mente *Dyn.* niſi antequam
conuentus eſſet reuocatoria, ſatisfeciſſet illi creditori, quem ſciebat fraudari. *d. leg. ait*
prætor. § præterea, verſ. illud.

Quæſt. 8. Quæro Creditor facta excuſſione bonorum debitoris, eoq; reperto non
55 ſoluendo, vult agere † contra Tertios poſſeſſores, vtrum debeat omnes conuenire,
an vero vnum poſſit eligere, factamque in eum alienationem duntaxat reuocare, ex-
citat hanc quæſtionem, *Iaſon ex mente Dd. in citato. §. item ſi quis, num. 128. verſ. quarto, &*
vltimo, & affirmatiuæ ſententiæ authorem dicit eſſe *Bar. in l. Moſchis*, per illum tex. *iun-*
56 *cta gl. in verſ. omnem. ff. de iure fiſci*, nam ait IC. fiſcus † Creditor antequã conueniat ter-
tios poſſeſſores, debet agere contra hæredes debitoris, & ait contra omnem poſſeſſo-
rem gloſſ. ibi, & *Bart.* exponunt omnes, id eſt, quemlibet, quia eſt diſtributiuum. Se-
cundo *Bar. in eodem loco* arguit *ex l. quamdiu C. de diſtract. pig.* & ex *l. Creditoris arbitr. ff. eo-*
57 *dem tit. de diſtract. pign.* quibus definitur eſſe † in arbitrio creditoris, ſi diſtracta ſint pi-
gnora, contra quem velit agere, & quod magis placeat pignori reuocare. Tertio i-
pſe confirmo ex doct. *Specul. in tit. de obliga. ſolut. § 1. num. 40. verſ.* item debitor meus, v-
58 bi *Specul* ait Debitor † meus habens tria prædia, obligauit bona ſua, & omnia diſtraxit
diuerſis perſonis, conuenio vnum ex poſſeſſoribus, an mihi poſſit opponere, quod e-
um conueniam pro rata, & concludit negatiue per *d. l. Creditoris*; ex aduerſo *Dyn.* cui
adhæret *Fab* probat aliam ſententiam adductus *ex d. l. Moſchis in verſ.* omnem, quod
eſt verbũ collectiuũ. *l. ſi pluribus, & ibi gl. ff. de l. 2.* Præterea ad idẽ eſt tex. in *l. 2. C. de deb.*
Ciuit. li. 10. ibi pro rata rerum, quas poſſident. Tertio patrocinatur ratio vltra Dd. nam,
aut ſunt poſſeſſores ex titulo lucratiuo, & cum æqualiter omnes lucrentur, debet æ-
qualiter ab illis lucrum extorqueri, aut ſunt ex titulo oneroſo, & ita fraudis omnes
participes, aliter non poſſent conueniri, & ideo in pari delicto, nõ debet alter eſſe me-
liori conditione, quam alter, & in æquali peccato, æqualis debet eſſe pœna, nempe
pro rata conueniantur omnes.

Quarto ſuccurrit etiam præter alios tex. in hanc ſententiam ſatis apertus *in l. 1. §. ſi*
pluribus. ff. ſi quid in fraud. patr. in verſ. æqualiter patronus aduerſus omnes in partem ſi-
bi debitam, cum multis concordantibus, ibi congeſtis à gl. in verſ omnis. In quam er-
59 go partem † inclinandum? ego ſane non inuenio deciſionem in terminis, quando-
quidem allegata iura pro vtraq; ſententia, non loquuntur in alienatione fraudulenta
aduerſus Creditores. Procliuior tamen ſum in priorem ſententiàm, & moneo ante o-
mnia, quod nimirum implicaretur cauſa Creditorum, ſi vnumquemq; deberent pro
rata conuenire, & pluribus iudiciis, & maximis ſumptibus vexarentur argumento eo-
rum, quæ tradit *Bald. in Auth. reſque. num. 21. C. comm. de leg.* dicens eſſe conueniens, tot,
tantaſq; fieri detractiones.

Secundo trahit me, manu prope, in hanc ſententiam, quod, aut tertii poſſeſſores
ſunt ex titulo lucratiuo, & non debet quæri ille, à quo lucrum extorquetur, non dam-
nũ infertur, ex eo, quod ab alio non petatur. Aut ex titulo oneroſo, & nullo fauore di-
gnus eſt, quando fraudis cõſcius fuit quemadmodum in ſimili, ſi plures dolum com-
miſerunt, licet creditori in ſolidum quemq; cõuenire, tametſi æqualiter deliquerint,
vt copioſe dictum eſt ſupra in titulo de pœna doli; & infra de reg. doli. Tertio adiuuat
eaſdem partes, quod hæc actio reuocatoria eſt ſcripta in rem, eamq; perſequitur quo-
cunque vadat, & verba edicti Prætoris, quæ in fraudem, & c. verificantur, tam in vno,

quam in pluribus tertiis poſſeſſoribus, vt obuium eſt cuique intelligere, ex *leg. 1. & ex l. ait prætor. ff. quæ in fraud. Cre.* hanc quoque ſententiam commendat *Albericus in d. l. Moſchis*, declarando, quod tertius poſſeſſor nõ teneatur in plus, quam valeret illa res poſſeſſa & cum iſta declaratione dicit hãc opinionem eſſe veriorem. Non obſtat *Dynus & Fabri* conſideratio ad *l. Moſchis*, de verbo collectiuo, euertitur enim ſi *Bar.* ibi, q
60 verbũ omnes † in plurali eſt collectiuũ, & ita loqtur, *l. pluribus*, ſed in numero ſingulari eſt diſtributiuum, non officit quoque. Secundum ſiquidem *Bar. & Spec. xitatis in locis*, inquiunt eſſe ſpeciale in debitore Ciuitatis. Tertius nodus ſoluitur quia fauor creditorum præualet, & odium fraudantium facit conueniri eos in ſolidum, ſicut oſtendimus in pluribus doloſis; Vltimus obex euitatur propter diuerſitatem rationis, quippe in Patrono debita eſt legitima ex omnibus bonis liberti, & ideo æqualiter ab omnibus detrahitur; Porro autem quid ſi vnum Creditor eligat, & ſuccumbat, veluti ſi egiſſet contra poſſeſſorem ex titulo oneroſo, & non probaſſet participationem fraudis, an habeat regreſſum contra alios: diximus ſupra examinantes hunc articulum.

Quæſt. 9 Quæro Debitor alienauit in fraudem, & poſtea multa bona acquiſiuit, &
61 Creditores non exegerant, negligentiam † committentes, quare Debitore iterum alienante remanent fraudati Creditores, an agere poſſint contra Tertios poſſeſſores conſule *Iaſon in d. §. item ſiquis, num. 120. verſic.* vltra prædictos, vbi concludit contra creditores per tex. in *l. ſi fideiuſſores in id ff. de fideiuſſor.* quæro etiam cum Debitor poſſit
62 fraudare creditores, non acquirendo extat in Ciuitate † ſtatutum, vt viget ferme in omni Italiæ Ciuitate, quod ſtantibus Maſculis, fœminæ nõ ſuccedãt, an Maſculus poſſit in fraudem Creditorum renunciare beneficio ſtatuti, & fœminam ſecum admittere? *Bal. in l. Maximum vitium in 4. col. poſt medium verſ.* ſed pone, quod frater accedit ſententiæ affirmatiuæ, ſequitur *Iaſon dict. §. item ſi quis, numero 124. verſicul. de intellectu, in l. Roman. ff quæ in fraud. & idem Iaſon numero 125. verſic.* dicebat etiam, ait fide-
63 iuſſoribus † eſſe permiſſum in fraudem creditorum renunciare beneficio de fideiuſſoribus, vt poſſit conueniri, Reo non excuſſo, quid autem in hærede debitoris, an poſſit non acquirendo fraudare, petas à *Iaſon. dicto. §. item ſiquis, numero 122.* vbi videtur inclinare in affirmatiuam ſententiam per *leg. liberto octuaginta. ff. de bon. libert.*

Quæſt. 10. Ex his perſpicuum eſt, quid agendum, probandumue ſit creditori, quoties agere velit contra Tertios poſſeſſores; proximum eſt ex ordine, vt inquiramus,
64 quid eum agere oporteat, ſi mouere contra † fraudulentum debitorem litem voluerit; Nam aduerſus vtrumque agere eum poſſe conſtat ex *l. 1. & l. fin. ff. quæ in fraud. Credit.* & contra fraudatorem agitur, non ſolum ſi euentu fraudauit, ſed etiam *conſilio Bal. in l. 1. quæſt 5. C. ſi quid in fraud. patron.* Sane duo mihi videntur probanda ex parte creditoris, primum quod debitor fraudulenter alienauit ex *d. l. 1. dum ait prætorem*, & aduerſus illum, qui fraudem fecerit actionem dare, & ibi: idque etiam aduerſus ipſum, qui fraudem fecerit ſeruabo, & *dict. § fin.* hæc actio & in ipſum fraudatorem dabitur, ergo iſta qualitas, quod fraudem fecerit eſt probanda, nam qui ſe fundat in lege debet probare qualitatem ipſius legis, vel ſtatuti *Dec. conſ. 440. num. 1. & conſ. 324. num. 1. & conſ. 49. num. 2.*
65 Alterum, quod oportet docere eſt, rem † alienatam à tertiis poſſeſſoribus non poſſe recuperari, vel propter potentiam eorum, argumento. *Lecum vnus. §. fin. ff. de bon. author. iud. poſſ.* vel propter caſum quia fundus chaſmate perierit, vel ager fuerit inundatus, aut ab hoſtibus poſſeſſus. *d. §. fin.* hanc vero probationẽ eſſe neceſſariam, liquido apparet ex *l. fin §. vlt. ff. quæ in fraud. Cred.* ibi (ſi vero quædam diſperdidiſſet, ſi nulla ratione recuperari poſſent, ſed quid proderit creditori iſta petitio? certe ad ſolam pœnam debitoris, vt *d. §. vlt. l. fin.* ibi, & prætor non tam emolumentum ipſius actionis intueri videtur in eo, qui exutus eſt bonis, quàm pœnam, proinde eo loco *Bart.* ait po-
66 terit in carcerem conīici; nec erit ei permiſſum † cedere bonis, & quamuis *Alber.* neget quo ad carcerem, de qua nullum verbum apud Iuriſconſ. illud tamen certum eſt debitorem aliqua pœna plectendum, ideo non eſt forſitan à vero alienum, quod de carcere dixit *Bart.* ſequutus *gl. ibi in 1. lectura*, quam cæteris eſſe notabiliorem affirmat.

Quæſt. 11. Expoſuimus, quæ ad Creditores fraudatos pertinebant, reliquum eſt modo, vt videamus, quid agere poſſit tertius poſſeſſor actione reuocatoria conuentus: & profecto duplex eſt inquiſitio. Altera quomodo poteſt repellere creditores, ne

con-

Digitized by Google

condemnetur ad reſtituendum. Altera dato quod condemnetur, an poſſit offerendo
creditum rem ſibi retinere.

Quoad primum, ſi iſte poſſeſſor eſt ex cauſa lucratiua, debet oſtendere, in primis,
67 eos † non eſſe creditores, ſi id non valet probare, doceat quod proximum eſt debitorē
non habuiſſe fraudandi conſilium, aut in probatione deficiens, palam faciat, euentū
non fuiſſe damnoſum, tempore alienationis *l. qui autem. §. ſimili modo. quæ in fraud. cred.*
vbi exprimitur, ſatis eſſe aduerſus creditorem probare fraudatum non eſſe & obtine-
bit tertius poſſeſſor, ſiue ipſe probauerit, ſuſcepto in ſe onere probandi, ſiue per exce-
ptionem oſtenderit, à Creditore (cui probandi munus incumbit) quod ſit creditor, &
quod ſit fraudatus, argumento *l. verius, & l. ab ea parte. ff. de probat. l. quæ accuſ. C. de edend.*
68 Si vero eſt tertius † poſſeſſor ex cauſa oneroſa, vltra prædicta poteſt repellere agentem
creditorem probando, quod non participauerit de fraude, vel excipiendo, quod per
aduerſarium non ſit probata fraudis participatio, vt ſuæ intentionis eſt fundamentum,
l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraud. Creditorum. Quoad ſecundum *Bald. in l. 1. C. ſi
quid in fraudem patroni. q. 7. n. 14.* agens de illo, qui titulo lucratiuo acceperat à liberto
69 fraudatore, ait non eſſe permiſſum offerre, efficaciſſima † ratione, quia ſcilicet ab illo
petitur, res, & non pecunia verum vtraq; manu tenenda eſt contraria ſententia, quod
70 ſcilicet offerendo poſſit vti retentione, primum, quia † qualis cunque poſſeſſor habet
ius offerendi *l. Paulus Sempronii §. vltimo. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. l. Mulier. ff. qui
pot. in pign. habe.*

Secundo roboratur, nam intentans hypothecariā nititur quidem iure Com. & ta-
men per ius offerēdi repellitur a tertio poſſeſſore. *d. l. Paulus. §. fi.* quanto magis iſte cre-
ditor debet repelli, qui nititur iure ſpeciali arg. *l. eius militis. §. militia miſſus ff. de mil. teſt.*
71 Tertio ipſe cōſidero quod per oblationem † ceſſat cauſa finalis edicti, quæ eſt ne cre-
ditores fraudentur, merito debet ceſſari diſputatio. *c. cum ceſſante, de appell § quamuis a-
dire ff. de iure pat.* etenim cū creditor conſequatur à tertio poſſeſſore, q̃ erat accepturus
à principali debitore ſi non feciſſet alienationem, nihil habet vnde iuſte dolere poſ-
ſit. Nec audiendus eſt *Bal.* quoniam eius conſequentia non tenet, ſicut fit apertiſſimū
in eo, qui experitur hypothecaria petit rem, & nihilominus per oblationem repelli-
tur, præterea ratio Baldi militat quoq; in titulo oneroſo; & tamen, in eo conceſſum eſt
ius offerendi ex *l. 1. § ſi quis in fraudem. ff. ſi quid in fraud. patr.* Effectus autem ex dicta cō-
cluſione proueniens, quod ſi res, pro qua tertius poſſeſſor offert centum, maioris ſit
valoris, lucratur, quod ſuperat valorem centum aureorum; Alias effectus eſt, quod ſi
facta oblatione de valore rei nihil ſupereſſet, lucratur tamen commodum retentio-
nis, propter affectionem, quam forſitan ad rem habet. *l. 1. §. & alia videamus. ff. ſi quid in
fraud. pat.* Alius additur effectus, quod aduerſus hunc poſſeſſorem nolentem reſtitue-
re, ſed offerentem non poteſt iurari in litem, ſicut aduerſus eum, qui nō vult reſtitue-
re patrono. *l. tenetur. ff. ſi quid in fraud. pat.* Declara concluſionem, quod ſi tertius poſſeſ-
72 ſor † ex cauſa lucratiua, offerat 30. pro retentione rei, quæ erat valoris centum, non li-
beratur ab aliis creditoribus fraudatis, niſi, & illis, vſq; ad concurrentem quantitatem
offerre ſit paratus; nam tenetur in quantum eſt factus locupletior, quando fraudem
non participauit, *d. l. qui autem. §. in hac tamen. ff. quæ in fraud.* quod ſi fraudis fuiſſet con-
ſcius, teneretur de eo, quod ad eum peruenit, etiamſi non ſit factus locupletior, vt ibi
videtur probari à contrario ſenſu, vt ſit aliqua differentia inter eum, qui fraudem par-
ticipauerit tamquam odio dignum, & eum, qui fraudis eſt ignarus; Declara quoque
73 quod tertius poſſeſſor ex titulo oneroſo † non liberatur offerendo vni, ſi res poſſeſſa
ſit maioris valoris, nam, & ipſe licet ſit iniuſtus poſſeſſor, habet ius offerendi. *d. l. Pau-
lus § fin. in verb.* qualiſcunque poſſeſſor, & perpendit. *Iaſon in §. item ſi quis in fraudem. n.
114. verſ.* ego multum.

74 Quæro debitor alienando, quantum in ipſo fuit, voluit † omnes Creditores
fraudare, ſed is, qui accepit ab eo, credidit vnum tantum fraudari, & ei poſtea obtulit,
an ſit liberatus ab aliis, de quorum fraude non erat certus? *Iaſon in dict. §. item ſi quis,
numero 113. verſic.* in fine gloſſ. inquit ex intentione *Dyn.* quod poterit offerre ante-
quam fuerit conuentus ab illo Creditore, non poſtea, etenim ſemel intentata reuoca-
75 toria, aperitur ius † agendi aliis Creditoribus, in quos nulla fuit commiſſa fraus ab
accipiente, proinde cum tractetur de præiudicio ipſorum, non liberatur offeren-
do vni; ſed ſi offeratur, quàm apertum ſit cæteris ius agendi, ab illis liberatur, nec
nouū eſt in iure; quod ex perſona vnius pandatur aliis facultas agendi, & ſi mihi ſuc-

currit ſatis accommodatum exemplum in filio rite exhæredato cui competit ius contra tabulandi ex perſona alterius filii præteriti, *l. non putauit. §. non quauis verſ. ſi ex hæredatus. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.* Quæro etiam cum huic tertio poſſeſſori detur ius offerendi creditoribus, à quibus conuenitur, quando de alienorum præiudicio
76 non agitur, ſecundum ea, quæ dicta ſunt; quæro inquam vſque ad quod tempus † competat, & *Iaſon. d. §. item ſi quis numero 215.* ſentit concedi vſque ad tempus rei iudicatæ, id eſt, vſque quo actione iudicati conueniatur, argumento *l. item veniunt. §. idem recte. ff. de pet. hæred.* dixit *Speculat. in titulo de ſolut. & obligation. numer. 39. verſ. quid ſi l. mihi condemnatus*, ratio eſt, quia ius offerendi competit beneficio legis, *Bartol. in l. ſi quis ſtipulatus ſit decem in melle, in fin. ff. de ſolut.* Bald *in d. l. Paulus. ff. quibus modis pign. vel hy-*
77 *poth. ſolui. in lect. antiqua*; nam quando † competit ius offerendi ex facto hominis datur ſpacium vſque ad litem conteſtatam, *d. l. ſi quis ſtipulatus*, & ibi *Bartol.* à lege enim eſt, quod tertius poſſeſſor poſſit offerre *d. l. Paulus §. fin.* & ratio differentiæ eſt, quoni-
78 am mitius † agitur, cum lege, quàm cum homine, *l. Celſus. ff. de arbor. Doctor. in l. Si*
79 *inſulam. ff. de verb. obligat.* Bartol. *in l. amplius non pet. ff. rem ratam haberi*, ad pleniorem † exitum huius quæſt & totius materiæ oportet conſulere, *Bald. in Rubr. C. de reuo. his, quæ in fraud. cred* quo loci deducit multas, ac perutiles quæſt quas etiam ponit, *Ang. in d. §. ſi quis, & ibidem Iaſ.* attingit aliquos inſigniores.

De Fraude contra Patronos. Cap. IX.

1 *Antiquiſſimum Romanis fuit Patroni nomen.*
2 *Patroni, quaſi patres appellati.*
3 *Romuli inſtituto, Patroni introducti.*
4 *Clientes, quaſi colentes dicti ſunt.*
5 *Patroni, prima ſignificatio,* & num. 3.
6 *Secunda, & tertia Patroni acceptio.*
7 *Pœna patroni fraudantis, clientem apud Virgilium.*
8 *Pœna ex* l. 12. tabularum, *et quid eſſet antiquitus hominem ſacrum fieri.*
9 *Excommunicationis pœna antiquiſſimo tempore ante ius canonicum cognita.*
10 *Pœna, ex aliarum gentium inſtituto.*
11 *Quarta patroni ſignificatio.*
12 *Quintus eiuſdem nominis ſenſus.*
13 *Patroni Eccleſiarum, aut quaſi patres, aut patrocinantes.*
14 *Vltima patroni nominis ſignificatio.*
15 *Patrono in bonis liberti maioris centenario debetur legitima.*
16 *Patronus liberto filios habenti, non ſuccedit.*
17 *Fallit, ſi filii eſſent inhabiles ad ſucceſſionem.*
18 *In legitimam patroni imputatur quicquid à liberto, quocumque relicti titulo habuit.*
19 *Debetur legitima patrono, ſine onere legatorum, aut æris alieni.*
20 *Patroni ſæpe fraudantur, à libertis, ideo prætor illis ſuccurrit.*
21 *Remedia, quæ creditoribus, Patroniſq; fraudatis competunt ſunt prætoria.*
22 *Similitudo inter actiones patrono, & creditori competentes.*
23 *Alienatio facta in fraudem patroni, quomodo conueniat cum ea quæ fit in fraudem creditorum.*
24 *Non dicitur facta alienatio in fraudem, niſi diminuatur patrimonium alienantis.*
25 *Diminutio patrimonii, quando dicatur eſſe ſequuta per alienationem.*
26 *Creditor præbens licentiam debitori alienandi, vel iam factam ratificans, non habet reuocatoriam, idemque iuris in patrono.*
27 *Patronus, & creditor iiſdem modis poſſunt fraudari.*
28 *Alienatio facta à liberto, vel à debitore in fraudem legis eſt nulla ipſo iure.*
29 *Multæ ſunt differentiæ inter alienationem factam in fraudem patroni, & in fraudem creditoris.*
30 *Differentia, quoad alienationem ex titulo lucratiuo.*
31 *Differentia, quoad alienationem ex titulo oneroſo.*
32 *Libertus poteſt in fraudem patroni filiæ dotem conſtituere.*
33 *Patronus debet agere contra omnes, in quos eſt fraudulenta alienatio.*
34 *Legata, & fideicommiſſa relicta in fraudem patroni, reuocantur ipſo iure.*
35 *Libertus poteſt in fraudē patroni filio mortis cauſa donare.*
36 *Libertus etiam in fraudem patroni poteſt benemerenti donare.*
37 *Donatio in multis iuris partibus prohibita. ſuſtinetur ſi fuerit facta ob benemerita.*

38 *Patronus re alienata exſtincta, non agit.*
39 *Patrono non competit interdictum fraudatorum.*
40 *Facta rei alienatæ reuocatione, an tranſeat dominium in patronum ipſo iure.*
41 *Vnum quodque diſſolui eo vinculo quo colligatum eſt regula exornatur. Ratio cur diſtractus ſit eiuſdem naturæ, cuius eſt contractus.*

A Fraude creditorum in eum, quæ Patronis infertur, quaſi in proximum gra-
dum deſcendamus, breuius illam abſoluturi, quando patronatus ius de quo agi-
mus, eſt ferme inuſitatum, & raro volat in foro, in eius autem explicatione euiden-
1 tioris cauſa doctrinæ à nomine Patroni exordior, quod ſane Romanis † fuit anti-
2 quiſſimum, & Patroni, quaſi Patres fuerunt appellati. Erant autem, qui aliorum †
3 cauſam, & defenſionem ſuſcipiebant ex Romuli inſtituto, qui ex patrum † nume-
ro plebi, quos ei commodum eſſet deligendi poteſtatem fecit, qui ipſius cauſam ſuſci-
perent ideoque patronus quaſi pater, ſicut matrona, quaſi mater, & hi quorum cauſæ
4 ſuſcipiebantur defendendæ, clientes vocabantur quaſi † colentes, proinde fallere
clientem, impium æque exiſtimabatur, ac filium decipere. Patroni etiam latius ac-
5 cepto vocabulo more maiorum † erat inquit *Cicer primo de officiis*, qui ciuitates, aut
ditiones bello deuictas in fidem recepiſſent, ſic Marcellus Siculorũ dicitur patronus
6 † *in Verrinis*, & hoc nomen in aduocatis, & cauſarum defenſoribus maxime frequen-
tabatur in *titulo Cod. de aduocat. diuerſ. iudic.* maximè vero in *l. Sancimus, & in l. aduocati,*
ſpecialiter hoc nomine aduocatus fiſci honorabatur, *l. Velamento. Cod. de poſtul. l. vltima.*
C. de aduoc. fiſci. l. 5. C. de delatoribus libr. 19 l. 5. §. aduocatum. ff. de his quibus vt indignis, & hoc
modo acceptus patronus raro fraudabatur à cliente, ſed frequentius ipſi clientes de-
7 cipiebantur, hinc *Virgilius 6. Æneid.* pœnam † recenſet, quam patiantur fraudatores
clientium apud Inferos.

Hic, quibus inuiſi fratres dum vita manebat,
Pulſatusue parens, & fraus innexa clienti.

Verum, & apud ſuperos in vrbe Romana grauiſſima pœna plectebantur ex *l. 12.*
tabularum his verbis.

Patronus ſi clienti fraudem fecerit ſacer eſto.

8 *Sacrum* autem † hominem fieri dicebant antiqui eum, quem Sacerdotes, pu-
blico decreto ſacrificiis arcebant, & ab ingreſſu templi repellebant, & aduerſus eum-
dem diræ imprecationes fiebant; quibus, qui erat obnoxius dare grauiſſimas pœnas,
maximo infortunio affici neceſſe exiſtimabatur, vt author eſt *Plut. in Craſſo*, vbi tra-
dit Acteium tribunum plebis his diris confixiſſe Craſſum ad Parthos proficiſcentem,
ex quo illud *Lucani 3. Pharſaliæ.*

Craſſumque in bella ſequutos.
Sæua tribunitia vouerunt prælia diræ.

Et illud *Tullii primo de Diuination.* M. Craſſo, quid acciderit videmus, dirarum ob-
nunciatione neglecta. vt *Tiraquell.* elegantiſſimum ſcriptum reliquit *de retractu con-*
ſanguineo. §. 1. gloſſ. 9. numero 289. verſ. Romanos quoque vbi cum multis numeris præ-
9 cedentibus, egregie declarat, antiquiſſimam fuiſſe † excommunicationis origi-
nem, & non iure tantum canonico cognitam ex more Gallorum ex *l. Platonis*, ex in-
10 ſtituto † Athenienſium, ex Germanorum conſuetudine, plane rem demonſtrans,
fraudem præterea clienti facere Perſis & Indis magni criminis inſtar erat, quorum le-
ge cauetur, vt qui clientem decepiſſet quique ter mendacio abuſus eſſet, illi per o-
mnem vitam ſilentium indiceretur, nulloque magiſtratu, aut honore dignus habe-
retur, ſicut memoriæ prodit, *Alexand. ab Alexand. Gen. dierum. libro 6. cap. 10 fol. 42.* Pa-
11 tronus inſuper is dicitur qui † alicui feudum conceſſit, & dominus ſenior patro-
nus appellatur, is vero, qui accepit Vaſallus, nec non cliens nuncupatur, de cuius frau-
de aduerſus patronum agitur *in titulo quibus modis feudum amittatur in vſib. feud.* pa-
12 troni † quoque nomen habet, qui inſigne beneficium in eccleſiam contulit, velu-
ti ſi templum ædificauit, aut magno aliquo prouentu locupletauit, atque ita ius acqui-
ſiuit nominandi clericos, & apud epiſcopum producendi, agitur de hoc patrono, & e-
ius iure in *titulo extra de iure patron. extra, & lib. 6.* patronum que appellatum arbitror, à
13 patrocinio, nempe patronum, quaſi † patrocinium præſtantem eccleſiæ, dotando, e-
am, aut fundando, poſtea præſentando clericum, qui eccleſiam regat, quaſi ſponſus.

14 ſponſam gubernet, tandem † patronos intelligimus eos, qui ex ſeruitute manumiſſi ſo-
tunt, ſiue ſponte, ſiue neceſſitate, nempe teſtamento grauati, vel hac lege ementes, vt
manumitterent. *l.3.ff.de ſuis, & legit.l.libertus § ex cauſa.ff.ad municip.* eoque nomine pa-
trona etiam continetur *l.52.ff.de verbor.oblig.* qui vero manumiſſi ſunt, vocantur li-
berti, & ita accipiuntur in *tit.de operis libert.in tit.ff.de bonis libertorū, in tit. ſi quid in fraud.
patron.in tit.ff.de in ius vocand.* De fraude autem aduerſus hunc patronum commiſſa,
propoſita eſt nobis diſputatio, ad cuius dilucidiorem doctrinam præmitto ex mente
Bald.in l.1.C.ſi quid in fraud.patron. debitam eſſe patrono legitimam, id eſt, tertiam par-
15 tem bonorum ipſius liberti, quando maior eſt † centenario, id eſt, habet in bonis vltra
centum aureos. aliter ſi minor eſſet centenario *§.ſed non l.inſt.de ſucceſſ.libert.* eo namque
16 caſu excluderetur à legitima, idemq; iuris ſtatuitur, ſi liberos † libertus habeat habiles
17 ad ſucceſſionem. potior eſt enim ipſorum quam patroni cauſa, quod ſi idonei † non
ſint ad ſuccedendum, vtpote legitime exhæredati, vel rite præteriti, debita eſt patro-
no legitima, quoniam reputantur inter mortuos, liberi *d.§.ſed noſtra*, & eſt argumen-
to *l.1.in fin.ff.de bono.poſſ.contra tabul.* computatur autem in hanc legitimam, quicquic-
18 quid datum, relictumue fuit † patrono, quocumque relicti titulo *l.ſine in princ.p & ibi
not.ff.de iure patron.* eamdemque conſequitur patronus ſine onere legatorum, imo, &
ſine onere † æris alieni *l.2.ff.ſi quid in fraud.patro. gloſſ.in l.à matre.Cod.de rei vend.in gloſſ.
20 mag.verſ.* nec obſtat de patrono; Ergo cum in hac legitima, ſæpe fruſtentur † Patro-
nos, liberti immemores inæſtimabile eſſe, quod acceperunt libertatis beneficium *§.
pen.inſt.ex cauſ.manu.non licet.l.libertus.ff.de reg.iur.* Prætor æquiſſimum eſſe putauit pa-
21 tronis non ſecus, ac creditoribus ſubuenire, ideoque promulgauit edictum † ſi quid
in fraudem patron. cuius æquitatem ſequuti ſunt *Impp. in titulo Codic. ſi quid. in fraud.
patron.* de quo nobis differendum eſt, vt inchoatum fraudis tractatum magis implea-
mus quam quod vtilem, aut neceſſariam in foro, eius diſputationem exiſtimemus,
quam diuidimus in duas partes, in prima diſcutiemus, quomodo, & in quibus
conueniat alienatio facta, in fraudem patroni, cum ea, quæ ſequuta eſt contra
creditores, In altera agemus de differentiis, quæ inter vtramque alienationem ver-
tuntur.

Quæſt.1. Quæro igitur primo de ſimilitudine; Reſp. multiplicem eſſe. Et prima
22 quidem conuenientia † eſt, quia vnum, & alterum remedium emanat a prætore dum
is creditoribus iuxta, & patronis ſubuenit *leg. prima, verſiculo ſi dolo malo libert. ff. ſi quid
in fraud.patron.l.1.& l.aut prætor. ff. ſi quid in fraud. patron.* & vtrumque edictum Vlpia-
ni interpretatione illuſtratum fuit, vt perſpicuum eſt ex inſcript. *leg. prima, vtriuſ-
que tituli.*

Secunda, ſi tam patrono, quam creditori competit actio aduocatoria, quamuis
vna Pauliana nominetur, altera Fabiana, de qua in *l.1.ff.ſi quid in fraud. patro.in l. videa-
mus lect.2.§.in Fabiana.ff.de vſur.in l.ſi patronus §.patronum in l.tenet.l.ſi libertus l.ergo.ff.ſi
quid in fraud.patron.* & eſt ſecunda actio in perſonam, ſicut Pauliana *l.1.§.hæc actio.ff.ſi
quid in fraud.patron.* Item rei perſequutoria *d.l.ſi patronus § hæc actio.l.tenetur.§.in actio-
ne ff.eodem titulo* datur in ſimplum, reuocat enim tantum alienata. *d.l.1.& quodcum-
que* & ſtricti iuris, quando non ponitur in *§.actionum, inſt.de actio.* præſtatur hæredi-
bus, & contra hæredes *l.1.§.hac actio*; Non infamat, quia non inuenitur expreſſum, &
in his omnibus conuenit cum Pauliana. Eſt actio perpetua *dict.leg.ſi patronus.§.hæc a-
ctio*; in ea iuratur in litem. *d.l.tenetur.§.actione*: Poteſt quodammodo dici vniuerſalis,
ex quo petitur legitima, & agitur de iure ſucceſſionis argumento *l.minimam.ff.de pe-
tit.hæred.* obſtat autem, quod in ea non eſt æs alienum, quod in iure vniuerſali, ſolet
inueniri, atque in his diſcrepat à Pauliana, quæ eſt annalis, & abſolute eſt ſin-
gularis.

Tertia; eſt ſimilitudo, quod duo ſunt remedia creditoribus, ac patronis com-
munia ſcilicet actio Caluitiana *l.fin.leg. In Fabiana.l.ſi patronus.§.plures ff.ſi quid in fraud.
patro.l.in hac in factum.ff.quæ in fraud.cred.* Et actio in factum, quæ ſecundum Dd. per-
tinet ad vtrumque pro reuocatione tamen rerum incorporalium *l.hac in factum ff.quæ
in fraud.credit.*

23 Quarta ſi libertus in fraudem patroni noluit † acquirere legatum, aut hære-
ditatem; Si aliquid ſibi debitum erat ſub conditione, & maluit conditionem deficere,
ſi querelam inofficioſi noluit intentare, vel bonorum poſſeſſionem contra tabulas o-
miſit; non datur patrono ad reuocandum actio *l.1.§.aduerſus*, vſq; ad verſiculum ſed ſi

puta

puta querelam, vbi redditur ratio ſcilicet quia ſufficit patrono, ſi nihil de ſuo inuitum
eius libertus alienauit, non ſi non acquiſiuit, cui conuenit pulchra *lex non fraudan-
tur*, vbi *Cagnol. & Dec. ff. de reg. iur.* quæ procedit etiam in creditore, vt dicti viri decla-
rant, & ſuffragatur *l. qui autem. ff. quæ in fraud. cred.*

Quinta ex his emergit ſimilitudo, quod nec creditores, nec patroni poſſunt re-
24 uocare alienata à debitore, vel liberto; niſi eorum † patrimonium diminuerint, *dict. l.
qui autem*, his verbis (pertinet enim edictum ad diminuentes patrimonium ſuum, non
25 ad eos, qui id agunt) ne locupletentur, diminuiſſe autem patrimonium videtur † etiã
ille, qui in lite vinci voluit, nempe ſi condemnatus eſt data opera, vel in iure confeſſus
eſt. *Azo eodem titulo numer. 3.* ſi paſſus eſt actionem die perire, ſi tranſegit in fraudem
patroni, vel creditoris *l. 1. verſ. quod ſi in lite. ff. ſi quid in fraud. patron. l. 3. verſ. verum, & ſi
forte. ff. quæ in frau. cred.* Sexto datur vtriſque reuocatio, tam corporalium, quam incor-
poraliũ; vt ſeruitutũ *l. 1. §. ſi ſide:uſſerit ver.* quis autem in partẽ. *ff. ſi quid in fraud. patrõ. l. 4.
ff. quæ in fraud. cred.* pro quib. vt dictũ eſt accõmodatur actio in factũ. VII. tam patroni,
quam creditores reuocant rem vna cum fructibus; de creditoribus diximus ſupe-
riori capitulo, de patronis eſt tex. in *l. 1. & l. ſeq. ff. ſi quid in fraud. patroni. §. in hanc actionẽ*,
inquit etiam, fructus veniunt, qui ſunt poſt litem conteſtatam percepti, & *in l. ſequ.* ex-
preſſum eſt venire etiam fructus præteritos, in quibus fructibus reuocandis, vna vi-
detur inter patronum, & creditorem differentia ſcilicet quod creditor non reuocat
fructus medii temporis, ſcilicet à tempore alienationis, vſque ad litem conteſt. perce-
ptos *l. fin. §. non ſolum. ff. quæ in fraud. cred.* Patronus omnes fructus, cum dicat præteritos
venire in Fabiana *dict. leg. ſecunda*, ſed ea de re videtur ſuperiori capitulo, tractatum.
Octauo ſicut debitor in fraudem creditorum dicitur alienare, ſi omnia bona ſua di-
ſtraxerit, vel maiorem partem bonorum *l. omnes. §. Lucius Titius. ff. quæ in fraud. cred.* ità
quoque libertus *Bald. in l. 1. num. 5. & num. 9. Alberic. ibi num. 1. C. ſi quid in fraud. patron. &
gloſſ. in l. patronus ff. de probat.* id quod iudicio meo poteſt extendi ad omnes caſus, in
quibus debitor præſumitur in fraudem feciſſe alienationem, vt ſcilicet in hiſdem ca-
piatur præſumptio contra libertum, cum non poſſit explorata ratio differentiæ de-
duci *l. illud. ff. ad l. Aquil.*

Nono creditoribus æque, ac patronis neceſſaria eſt excuſſio, liberti, & debito-
ris, excuſſio bonorum *Dd. in d. §. item ſiquis de act. not.* in *l. decem, & ibi Doct. ff. de verbor.
oblig. Bald. in l. 1. num. 8 verſ. item quæro. C. ſi quid in fraud. patron* cui conſequens eſt, quod
in quibus caſibus creditori non eſt opus excuſſione, ſunt autem plures, vt ſupra dictũ
eſt, nec erit quoque patrono neceſſaria, ex paritate rationis, & ex his illud etiam ſe-
quitur, non ſolum Paulianam, ſed Fabianam quoque eſſe ſubſidiariam. Decimo tam
debitor, quam libertus alienans in fraudem, transfert dominium in accipientem,
& ideo iſtæ duæ actiones ſunt in perſonam, vt dixit idem *Bart. d. l. 1 numero. 7. verſiculo
quæro numquid.*

Vndecimo quemadmodum debitor, tam ſimul, quam paulatim bona ſua alie-
nans facit locum reuocationi ita, & libertus *Bald. in ead. l. nu 9.* verſ tertio quæro Duo-
decimo, tam in creditore, quam in patrono, quando eſt facta alienatio titulo lucrati-
uo, non eſt neceſſe accipientem fraudis eſſe participem, vt concedatur reuocatio. *l. 1.
§. dolũ accipere ff. quæ in fraud. patron. l. qui autem §. ſimili modo ff. quæ in fraud. cred.* ea ratione,
quia ab eo locũ extorquetur, nõ damnũ infligitur. XIII. ſicut creditor præbens debitori
26 licentiã † alienandi, non habet reuocatoriã *d. l. qui aũt. §. præterea*, quoniã nemo videtur
fraudare eos, qui ſciũt, & cõſentiunt, vt ibi expreſſum eſt. & traditur in *l. nemo. ff. de reg.
iur.* ita quoq; patronus *l. non videtur. ff. ſi quid in fraud. patro. l. 2 C. eod. tit.* & tantũdẽ di-
cendum eſt ſi poſtea ratificet etiam abſente parte, nam prodeſt ratificatio ad excepti-
onem doli *Alber. in l. 1. nu. 9.* verſ. itẽ deciditur *C. ſi quid in fraud patron.* Decimoquarto;
27 conueniunt † in modo fraudandi, ambo. n. inter viuos, in vltima volũtate, cõtrahẽdo,
diſtrahendo, negligẽdo, manumittẽdo poſſunt fraudare; de creditore perſpicuũ eſt ex
his, quæ diximus ſup. De patrono eſt tex. *in l. 1. ff. ſi quid in fraud. patro.* in qua de alienati-
one inter viuos & vltimæ voluntatis; de diſtractu: *Azo in ſumma eod. n. 3.* pbatur quo-
que ratione, quoniã omnib. his modis poteſt patrimonium diminui *l. 3. ff. quæ in fraud.
cred.* De manumiſſione *Alberic. in dict. l. 1. numero. 1. in fin. & n. 2. ver. tertio caſu* Decimo-
quinto vterque tam patronus quam creditor debet probare fraudulentam alienatio-
nem *l. 1. Cod. de reuocãdis, & d. l. in fraudem. ff. qui, & à quibus l. ſiquis cum haberet. §. quæ
in fraud. credit.* & confirmatur ratione ſcilicet quia fraus non præſumitur argumento

ri. dolum. C. de dolo. l. quoties. §. qui dolum. l. patronus. ff. de probat. Decimoſexto, debitor, &
28 libertus, ſi in fraudem † legis, & creditoris, & patroni ſimul alienauerint, puta liber-
tus captauit occaſionem, vt fieret minor centenario, eiuſmodi alienationem tenet,
ſed nulla eſt ipſo iure, ideoque tam in vno, quam in altero caſu, non eſt opus reuoca-
toria *Alex. cons. ſummo eod. num. 2. Bald. in l. 1. C. ſi quid in fraud. patro. num. 3. in 3. oppo. Albe-
ric. ibi num. 2.*

Quaſt. 2. Quæro numquid interſit inter fraudulentam alienationem liberti, &
29 debitoris, Reſp. plurimum † intereſſe, & ſane prima differentia eſt in actione, vt paulo
ſupra oſtendimus, nam reuocatoria competens patrono eſt perpetua, creditori autem
eſt annalis; in illa iuratur in litem *l. tenetur ff. ſi quid in fraud. patron.* quod arbitror proce-
30 dere in alienantis titulo † lucratiuo quippe in titulo oneroſo eſt in poteſtate poſſeſſo-
ris, vel rem reſtituere, accepto precio, vel vſq; ad iuſtum precium ſupplere, retenta re
l. 1. §. ſi quis in fraudem. ff. ſi quid in fraud. patr. ſed ſi neutrum facere vellet tunc eſſet locus
31 Iuramento; ſecunda eſt differentia † in titulo oneroſo, nam ſic alienata in fraudē cre-
ditorum non reuocantur, niſi accipiens ſit fraudis conſcius *l. ait prætor. §. ſi quis particeps
ff. quæ in fraud. Creditorum*, ſed diſtracta a liberto reuocantur etiam ſi acceptor, non ſit
fraudis particeps *d. l. 1. §. ſi quis in fraudem*, ratio vero differentiæ eſt duplex. prima qui
dem ſecundum Aug. quia patronus dicitur habere ius in bonis liberti. *§. ſed noſtra. Inſt.
de ſucceſſ. libert.* Creditoribus autem dicitur res debita, Patroni dicitur ſua, proinde iu-
ra magis confirmant id, quod noſtrum eſt quam id, quod debitum dicitur *l. videamus.
§. ſi actionem. ff. de vſur.*

Altera ratio eſt, quoniam patronus, quando reuocat oneroſo titulo alienata re-
ſtituit precium *d. §. ſi quis in fraudem.* Creditor non reſtituit *leg. ſi debitor, & l. ſeq. ff. quæ in
fraud. ibi gloſſ.* reddit rationem, cum ergo patronus in vno prægrauetur, eſt releuandus
in altero *l. eum, qui. ff. de iur. iur. Iaſ. in d. §. item ſi quis numer. 33. verſiculo. v ſi. & gloſſ. in dict.
l. 1. §. ſi quis in fraudem in verbo* emptorem. affert rationem, quamobrem creditor pre-
cium non reſtituat, patronus reſtituat, nempe quoniam ille agit de damno, iſte de lu-
cro, alia ratio eſt in tex. expreſſa, ne fraudemus emptorem precio, maxime cū de dolo
eius non diſputetur, ſed liberti, alias quoque rationes deducit *Alberic. in d. l. 1. §. ſi quis
in fraudem*, ſed ſi emptor fuerit conſcius fraudis, Iuriſconſultus non definit apertis ver-
bis, ſed tamen videtur ſentire eſſe diuerſum, & nō iniuria, vt probatur a ſimili, Etenim
in alienatione fraudulenta ex titulo lucratiuo, non attenditur fraus recipientis, quo
ad concedendum reuocatoriam *l. qui autem. §. ſim. l. quemodo ff. quæ in fraud.* multum
autem intereſt quemadmodum reuocandi, vtrum participauerit nec ne, ſicut ibi de-
finitur.

Quando itaque poſſeſſor ex titulo oneroſo non conſcius fraudis, habet electio-
nem ſupplendi, vel accepto precio rem reſtituendi, vel ſi liberto vendidit ementi ma-
gno precio, vt fraudaret patronum, eliget, vtrum velit diminuere de precio, vel rē ſuā
accipere reſtituto precio *d. l. 1. §. ſi quis in fraudem iuncto. §. ſeq.* Tertia eſt differētia, quia
32 libertus poteſt in fraudem † patroni filiæ ſuæ dotem conſtituere *d. l. 1. §. ſed ſi libertus fi-
liam*, pietas enim patris, vt ait tex. non eſt reprehendenda, debitor autem dotem filiæ
aſſignare ad fraudandos creditores non valet *l. fin. § ſi à Socero. ff. quæ in fraud. cred. l. hac
in factum eod. tit. l. 2. C. de reuo. his &c.* ratio eſt, quia patronus lucratiuā, cauſam agit cre-
ditor oneroſam, *gloſſ. in d. §. ſi libertus in* verſiculo reprehendenda Quarta ſuccedit dif-
33 ferentia, ſi libertus † pluribus donauerit in fraudem patroni, is debet æqualiter agere
contra omnes *d. l. 1. §. ſi pluribus. ff. ſi quid in fraud. patron.* Creditor poteſt ex multis vnum
eligere, vt ſuperiore capite expoſuimus reddentes rationem diſcriminis. Quinta dif-
34 ferentia eſt in † legatis, & donatione mortis cauſa, quippe fraudato patrono reuocan-
tur ipſo iure *d. leg. 1. §. ſi proponis. Bald. in l. 1. quæſt. 8. num. 14. C. ſi quid in fraud. patron.* at in
perſona fraudati creditoris fit reuocatio per actionem vtilem in factum *l. qui autem §.
pen. ff. quæ in fraud.* vel per actionem hypothecariam, vel per condictionem indebiti *l.
fin. §. & ſi præfatum. C. de iure delib.*

35 Sexto conceſſum eſt liberto donare filio mortis † cauſa in fraudem patroni.
dict. leg. primæ, §. quod mortis cauſa. ff. ſi quid in fraud. patro. & §. ſicut ead. l. ratio autem eſt ex-
preſſa in *dict. §. quod autem mortis*, quia filio potuit quantum voluit legare, ergo, &
mortis cauſa donare, *dict. § ſicut*, ratio rationis videtur, quoniam libertus filios ha-
bens nihil tenetur relinquere patrono *dict. §. ſed noſtra, Inſt. de ſucceſſ. libert.* atque hæc
... forſitan

forſitan eſt ratio rationis, cur poſſit libertus filiæ dotem cōſtituere etiam fraudato pa-
trono ex *d. §. ſed noſtra*, ibi liberos habens, cuiuſcumque ſexus.

Septimo ſi plures ſint patroni vnius liberti, omnes vnam partem habent legiti-
mæ portionis, & omnes petunt in virilem, & vno eorum non petente, portio vacans
cæteris accreſcit *l. 4 ff. ſi quid in fraud. patron.* Cæterum inter plures creditores, non vi-
detur eſſe locus iuri accreſcendi, tamquam agentes ad rem diuerſam. Octauo per-
36 mittitur liberto donare † inter viuos bene merenti, etiam ſi inde minuatur portio
patroni, neque enim videtur habuiſſe conſilium fraudandi, in bene merentes dona-
tionem conferens; ſed animo ſoluendi naturalem obligationem, qua tenemur omnes
37 bene facienti bene facere, ſiquidem meritorum intuitu multa ſunt in iure † præter
communes iuris regulas inducta, quæ congerit *Iaſ. in l. ex hoc iure. ff. de Iuſt. & iure*, &
vberius *Tiraq. cumulat in l. ſi vnquam, in verſ. donatione largitus numer. 15. verſ. ſed, & per
illum cum mult. ſeq. Cod. de reuoc. donat.* ex quibus maxime conuenit noſtro negocio,
quod donatio in multis caſibus iure prohibita veluti inter vir. & vxor. *l. donationes, quas
parentes. C. de donat. inter vir. & vxor.* à milite, vel Clerico facta concubinæ *l. 2. C. eod.
titulo. Bart. & alii in l. affectionis. ff. de donat.* cum ſimil, tamen ſi fuerit collata ob bene-
merita valet, *Bart. & Iaſ. in l. Diuortio. ff. de verbor. obligation. gloſſ. Bart. Ang. in Auth. vn-
de ſi parens C. de inoff. teſt. Tiraq. loco citato à nume. 20. vſque ad numer. 24.* Nemini igitur
mirum, ſi libertus donando ob benemerita poſſit fraudare patronum, id quod non vi-
detur permiſſum debitori, facit *l. vnus libertus. ff. ſi quid in fraud. patron.* & ibi Dd. decla-
rant, quomodo id ſit accipiendum, illud profecto, mirum eſſe videtur, quod legare li-
bertus ob benemerita non poteſt in fraudem patroni, tametſi donare poſſit *d. l. Vnus
libertus*, cuius differentiæ exploratam rationem non inuenio.

39 Nono ſi res à liberto alienata † ſit extincta ceſſat actio Fabiana *l. ſi id quod ff. ſi quid
in fraud. patro.* ſed non ceſſat Pauliana quandoquidem cōceditur contra fraudatorem
ad pœnam *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. cred.* ratio eſt, vt ego quidem puto, quoniam Fabia-
na eſt perſequutoria, & rem perſequitur re perempta extinguitur. Alia ratio, quia cum
detur patrono poſt mortem liberti, nam eo viuo, non competit legitima. *l. fin. ff. de libe-
ris agnoſcendis.* vtique re perempta, rem perſequi patrono non licet, nec in perſonam
agere, liberto iam viam vniuerſæ carnis ingreſſo, ſed creditores, quia agunt viuo ad-
huc debitore, re extincta poſſunt conuenire debitorem, & in carcerem detrudere:
dict. l. fin. Bald. in dict. l. 1. C. ſi quid in fraud. patron. quæſt. 5. num. 11. Hinc reſultat decima
differentia, nam edictum, quæ in fraudem creditorum propoſitum eſt, tam contra
eum, qui in fraudem alienat, quàm aduerſus illum, qui rem fraudulenter alienatam
ſuſcipit *l. 1. ff. quæ in fraud. verſ.* idque etiam; verum edictum, ſi quid in fraudem patro-
ni promulgatum, eſt contra ſuſcipientem, rem in fraudem diſtractam *in l. 1. iunct. Rub.
ff. ſi quid in fraud. patron.*

Vndecimo differunt, quia patronus reuocat ex ſingularibus reb. alienatis pro
rata eius, quod ſibi in legitima deficit, *Alber. in dict. l. 1. C. ſi quid in fraud. patron.* ſi modo
res ſit diuiſibilis, argumento *l. in quantitate. §. magna. ff. ad l. Falcid. l. ſi libertus. ff. de iure
patron.* Alias ſi eſſet indiuiſibilis reuocaretur in totum, *l. 1. §. quamuis autem ff. ſi quid in
fraud. patron.* Creditores non à ſingulis rebus, ſed vel ab vna poſſunt quod ſi debetur
in totum conſequi, ſecundum ea, quæ ſupradicta ſunt. Duodecima differentia eſt;
quod ſi libertus rem vendidit, & receptum precium alicui donauerit, non qui rem e-
mit, ſed qui dono precium recepit, actione Fabiana, à patrono conuenitur *l. 1. §. ſed ſi
rem quidem. ff. ſi quid in fraud. patron.* vbi redditur ratio, quia patronus in precio decipi-
tur, propter donationem factam, id quod non videtur obtinere in creditore, qui agit
contra emptorem, nec ad precii reſtitutionem obligatur *l. ſi debitor. ff. ſi quid in fraud.
cred.* extenditur, quod nuper diximus de patrono, vt idem ſit iuris, ſi libertus acceptam
mutuo pecuniam alicui donaſſet *d. l. 1. §. quid ergo.*

Decima tertia differentia, eſt; quia inter Creditorem, & Debitorem conce-
40 ditur etiam fraudatorium † interdictum *Iaſ. in §. item ſi quis numero.* ſed non iſta in-
ter patronum, & libertum, nullibi enim hoc cautum reperitur. Si fideiuſſor libertus in-
tercedat pro Titio, & dederit creditori pignus in fraudem patroni, poteſt is agere cō-
tra eum, pro quo libertus fideiuſſerat; tam actione mandati, quàm actione Fabiana.
dict. leg. prima. §. ſi fideiuſſit. Si ſeruo, vel filio alicuius libertus in fraudem patroni
quid dederit, licet ei patrem, vel dominum conuenire per actionem Fabianam,

vt vel de in rem verſo condemnetur, vel de peculio, id enim arbitrio iudicis continetur, *d.l. 1. § ſi ſeruo.* Lata autem ſententia in fraudem Patroni reuocantis, & reſciſſo contractu, an transeat rei dominium in patronum ipſo iure? *Bald.* ex intentione glo. *in l. 1. Cod. ſi quid in fraudem patron. num. 10. verſ. ſexto* quæro, negat dicens eſſe neceſſariã retrotraditionem, quoniam contractus erat traditione ſubnixus, merito contraria
4 traditione † reſoluitur, *l. nihil tam naturale, cum ibi not. ff. de regul. iur. l. fere. ff. eodem titulo. l. prout. ff. de ſolut.* in quibus vnumquoque reſoluitur eo vinculo, quo colligatum eſt & ideo, qui de principiis rerum diſſeruerunt, illud conſtanter affirmauerunt res omnes in ea reſolui, quæ principia eorum fuerunt, qui ſcilicet terram rerum omnium principium dixerunt, in terram quoque omnia reſolui voluerunt, vt Heſiodus, & hinc eſt illud *Xenophontis* à Theodorico Cyri vrbis præfecto celebratum:

Ex terra cuncta, atq; in terram cuncta recumbant.

Et quia homo eſt de limo terræ, audit ſingulis annis ſalubrem illam admonitionem, Memento, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, hinc eſt etiam, quod hi, qui natura prompti ſunt, & faciles in aſſumendis quibuslibet affectionibus, ſint quoque faciles in his deponendis, proinde adoleſcentes, vt ſcribit *Ariſtotel.* & rerum magiſtra experientia docet, cito fiunt amici, atque etiam cito deſiſtunt, & pueri cito iraſcuntur, & momento placantur iuxta illud *Horatianum*

Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo,
Signat humum, geſtat paribus colludere, & Iram
Colligit, ac ponit temere.

Atque ex ſupradictis colligitur ratio, cur diſtractus ſint eiuſdem naturæ; cuius ſunt contractus, nec mirum quia generale eſt in omnibus, vt reſolutio, aut reuocatio cuiuslibet actus, eaſdem vires, naturam, & qualitatem ſortiantur, iiſdemque regulis ſubiiciantur, quibus actus, vel rei confectio, ſiue productio, vel generatio, quod dixit, *Anaxagoras apud Ariſtol. lib. 1. de generatione, & corruptione,* inquiens generationem, & interitum eſſe eiuſdem naturæ, & hoc idem oſtenditur in iure, in quo ſicut miſſio in poſſeſſionem eſt mixti Imperii. *l. iubere. ff. de Iuriſdict. omnium iud.* ſic quoque illius reuocatio, *Caſtrenſ.* & Recentiores in *d. l. & not. in l. 4. §. ſi forte, & ibi gloſſ. in verſ. ex cauſa. ff. de damn. infect.*

De Fraude Parentum aduerſus liberos, & liberorum contra Parentes. Cap. X.

1 *Parentes aut naturales ſunt, aut adoptiui.*

2 *Vtrum filio adoptiuo competat ius reuocandi alienata in fraudem ſuæ legitimæ.*

3 *Parenti, nec Caluitianam, nec Fabianam competere.*

4 *Filio fraudato datur quaſi Caluitiana, & quaſi Fabiana actio.*

5 *Filius adoptiuus habet ius reuocãdi pro ſua legitima, ad inſtar Patroni.*

6 *Et Symbolum habet cum creditore.*

7 *Vtrum filius naturalis, poſſit alienata à patre naturali in fraudem legitimæ ſuæ reſcindere.*

8 *Differentia inter legitimam filii adrogati, & filii naturalis.*

9 *Differentia inter alienationem ex titulo oneroſo, & titulo lucratiuo in hac materia,* & num. 11.

10 *Plus fauent leges creditoribus, quam filiis, quoad materiam reuocandi.*

11 *Filius non reuocat alienata à patre in ludo licito.*

12 *Filius legitimatus, non reuocat alienata à patre ante legitimationem.*

13 *Vtrum parentes reuocent alienata à filiis in fraudem legitimæ illis debitæ.*

14 *Ratio cur Parentibus non detur Caluitiana, aut Fabiana remiſſiue.*

15 *Vtrum parentibus fraudatis in legitima, concedatur aliquod remedium.*

16 *Æquiparatio inter legitimam filiorum, & parentum.*

17 *Vtrum hæreditas parentum ſit magis debita filiis, quàm è contra.*

18 *Opinio affirmatiua magis communis.*

19 *Opinio negatiua noniter defenditur ab Authore.*

20 *Vtru-*

Digitized by Google

20 *Vtraq; legitima debetur iure naturæ.*
21 *Filius à natura eſt magis patri obligatus, quam è contra.*
22 *Filius quantum debeat amare parentes ex Cicerone.*
23 *Pater tria beneficia dat filio, cauſam eſſendi, cauſam viuendi, cauſam diſcendi.*
24 *Intellectus ad* l. Scripto. ff. vnde liber. *& ad* l. nam, & ſi parentibus. ff. de inoff. teſt.
25 *Votum naturæ, & votum parentum, quid ſit.*
26 *Quare dicitur parentes filiis ſuccedere, ratione miſerationis.*
27 *Quomodo ſit parentibus fraudatis ſuccurrendum.*

NOn modo debitores creditoribus, & liberti patronis fraudem inferunt, ſecundũ
ea, quæ dicta ſunt, ſed etiam filiis parentes, & vice verſa iſtos liberi non raro de-
cipiunt, quare, vt fraudis tractatus compleatur, operæ precium eſt, de vtraque fraude
paucis agamus, nequo enim conſilium eſt, plena manu hanc rem explicare, ne lõgior
appareat fraudis, quam doli tractatus. A parentibus incipiamus, & quoniam, aut
1 ſunt naturales, † aut adoptiui. §. *primo, Inſtitut. de adoptione. leg. ſi adrogator. ff.
de adopt.*

Quæſt. 1. De adoptiuis, primum diſſerens, quæro, Pater, qui aliquem in filium,
2 vel in nepotem adrogauit, cui † ex conſtitutione D.. Pii tenetur legitimam relinque-
re. *d. l. adrogator. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bon. l.* P*apinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inoff. teſt.
§. ſed cum impubes. Inſt. de adopt.* ſcilicet quando iniuſte exhæredat, vel ſine cauſa legibus
cognita emancipauit filium fraudaturus, multa bona alienauit, an competat filio ius
reuocandi alienata, ne ſua defraudetur legitima. Et videtur negandum per tex. *in l. ſed
non vſq. ff. ſi à parente,* quis fuerit manum. quo definitur non exequari parentem, & pa-
3 tronum, nec † ei Caluitianam, aut Fabianam competere. Contrarium eſt verius ex *l.
fin. ff. ſi quid in fraud. patron.* ibi ſi quid, itaque in fraudem eius alienatum fuit, quaſi per
4 Caluitianam, & Fabianam actionem † reuocandum eſt, etenim cum adrogato filio
debeatur legitima, ſicut patrono, ad eius inſtar reſcindit alienata in fraudem, & quia
eadem æquitas ſuggerit, & verba deficiunt, datur non directa Caluitiana, ſed vtilis;
5 parui namque referret filio adrogato † habere legitimam; ſi poſſet in ea à parente frau-
dari.

Altera quoque eſt ratio, quia ſcilicet ea legitima debetur filio, tamquam æs alie-
6 num, proinde quaſi † creditor, ius reuocandi habet, & huic concluſioni adhæret *Bart.
in d. l. ſed non vſque Bald. in l. 2. C. ſi quid in fraud. patron.* Ang. in §. *item ſi quis in fraudem Inſt.
de act. col. pen. in fin.* Nec facit negocium *d. l. ſed non vſque* quippe, vt ait Bart. ille tex. lo-
quitur in patre, & ait, eum non reuocare alienata à filio, non de filio, volente reuoca-
re, & merito, quoniam parentum hæreditas eſt magis debita filiis, quàm è contra. *l.
ſcripto. ff. vnde liber.* vna namque debetur, ex voto naturæ, altera ratione miſe-
rationis.

Quæſt. 2. Quæro, an filius alienata à patre naturali, vel nepos diſtracta ab Auo, in
7 fraudem † ſuæ legitimæ poſſit reuocare? & *Bart. in d. l. ſed non vſque* idem dicit proban-
dum, quod in ſuperiori articulo, ſumpto argumento à multo magis, *auth. multo magis C.
8 de ſacroſanct. Eccleſiis l. ſi quis. ff. de coniug.* cum emancipato liber nam † legitima eſt ma-
gis debita filio naturali, quam adoptiuo, illi namque iure naturæ debetur *l. cũ ratio. ff. de
bon. damnat. §. 1. in Auth. dict. triente, & ſemiſſ.* huic vero, debetur iure ciuili *d. l. ſi ado-
ptator. ff. de adopt. & Bar.* accedit Ang. *in dict. §. item ſi quis in fraud. col. pen.*

Verum ab his diſſentit *Bald. in l. 2. ff. ſi quid in fraud. patron. numero.* 4. verſiculo tu
dic, inquiens eſſe ſpeciale in filio adrogato, quoniam eius legitima tranſit fere in taci-
tum contractum, ſi quidem adrogator videtur tacite promittere, quod in *D. Pii conſti-
tutione* continetur, imo adrogatio fit contracta fiducia. *Bald. in l. 1. num. 3. Codic. ſi quid in
fraud. patron.* & noſtrum non eſt *dict. l. finalem* noſtro arbitrio extendere, vt *Bald. ait, arg.
l. illam. Cod. de collat. & reſp. ad c. Raynutius ex. de Teſt.* quod loquitur non de iure commu-
ni ſed de conſuetudine, & ſuffragatur quia non temere de ſolo filio adrogato loqui-
tur, & ſpecialem mentionem facit conſtitutionis D. Pii, & ratio diuerſitatis inter v-
tramque legitimam eſt, quoniam filius naturalis, & legitimus nullum ius habet in bo-
nis patris *l. ex Cornelia,* nulla bona. *ff. de vulg. & pupill.* adſtipulatur meo Iudicio huic
ſententiæ, quod pro filiis naturalibus, alia ſunt comparata remedia, nempe inofficio-
ſæ donationis, quo interdum, vſque ad legitimam reuocat interdum autem reſcindit
in totum, iuxta diſtinctionem *Bart. in l. Titia Seio. §. Imperat. ff. de leg. 2. in l. 1. & ſeq. C. de*

ff.donat. ſiue alienatio ſit facta titulo lucratiuo, ſiue † oneroſo in eo enim quod lucrum eſt ſit reuocatio, ex *tit. de inoff. donat. Bart. in d. l. ſed non vſque:* Si vero ex titulo oneroſo cum eo, qui participauit fraudem habet actionem de dolo, *Bart. d. l. 1. num. 3. verb. item cum emptor. C. ſi quid in fraud. patron. argumento. l. cum quis. ff. de dolo. Inn. in cap. dudum extr. de Decimis.*

Si autem titulo oneroſo, cum eo, qui fraudis non fuit particeps, & tunc ſicut non datur reuocatoria Creditoribus, ita non debet concedi filiis; plus enim fauetur Cre-
10 ditoribus, quam † filiis in materia reuocationis, Creditor non reuocat in caſu prædicto, ergo nec filius. Sed ſi pater dilapidaret bona, adeo, vt iuſte timerent filii priuari ſua legitima, poſſunt agere, vt patri tamquam prodigo interdicatur adminiſtratio bonorum, vel ſi nolint hanc notam inurere patri, licet illis implorare officium iudicis, vt ſibi conſtituantur alimenta. *Bald in d. l. 1. num. 4. Marſ. ſing. 613.* confert quod tradit i-
11 dem *Bart. in l. 1. in fin. C. ſi in fraud. patron.* nempe quod filius alienat † a patre in ludo licito, non reuocat quoniam, non eſt alienatio ex titulo lucratiuo. *Steph. in tract. de ludo cart. 6. Tir. de leg. conn. gl. verb. q. 20. n. 201.* inquiens alienata, per patrem titulo oneroſo
12 à filio non reuocari, filius autem legitimatus † non reuocat alienata ante legitimationem, *Bal. d. l. 2. in fin. C. ſi quid in fraud. patr.*

Quæſt. 3. Accedo nunc ad parentes, & quæro, an detur ipſis facultas reuocandi,
13 quæ à filiis in fraudem † legitimæ eiſdem debitæ ſunt alienata. *Bart. & alii in d. l. ſed non vſque*, ſequuntur negatiuam, tum authoritate legis, quæ denegat parentibus Fabianam, & Caluitianam, tũ etiam ratione. Nam, etſi filii dictas actiones habeãt. *l. ſi ff. ſi quid in fraud. patr.* tamen minus eſt debita parentibus filiorum hæreditas quam econtra. *l. nam etſi parentibus. ff. de inoff. teſt. l. ſcripto. ff. vnde liber.* Porro autem hæc concluſio, quo ad facultatem reuocandi per Caluitianam, vel Fabianam videtur indubitata; aperte enim ille tex. *denegat.* Et illa dubitatio, quę fiebat ex *d. l. fin. ſecundum Bart.* intellectum, quod ſcilicet procedat etiam in filio naturali, nedum in adoptiuo, recte ſoluitur per
14 *Bart. in d. l. nam, & ſi parentibus.* Alia ratio cur parenti † non detur Caluitiana, exponitur in *d. l. ſed non vſque.* Verum pulchra ſeſe offert occaſio dubitandi. An cum parentibus
15 denegetur Fabiana concedetur aliquod remedium † ad reuocandum, in fraudem ſuæ legitimæ alienata, & profecto rationi magis conſentanea videtur ſententia affirmatiua. Primo quia fraudibus eſt occurrendum, *arg §. item ſi quis in fraudem Inſt. de act. in tit.*
16 *ff. & C. quæ in fraud. Cred. in tit. ſi quid in fraud. pat.* II. † quoniam facile eſſet deludere legem, concedentẽ parentibus legitimam. Tertio à ſimili filiis competit ius reuocandi, vt ſupra traditum eſt, ergo, & parentibus; quibus non ſolum relinquenda eſt legitima, ſicut in *auth. de trient. & ſemiſſ. in pr.* ſed debet relinqui tit. Inſtitutionis, & quemadmodum legitima filiorum eſt aucta, ita, & legitima parentum vt com. tradunt *Dd. in auth. nouiſſ. C. de inoff. teſt.* vbi *Iaſ. num. 35. & 37.* nec quemquam moueat ratio ex aduerſo,
17 quod ſcilicet magis ſit debita liberis parentum † hæreditas, quàm è contra, id enim penitus inficior eſſe verum, aut adductis legibus probari, æqualiter namque debetur,
18 aut eſt magis obligata parentibus, & his argumentis † oſtendo, filiis debetur legitima iure naturæ *d. l. nam, & ſi parentibus*, & *d. l. ſcripto* ſi igitur probauero parentibus quo-
19 que iure † naturæ eſſe debitam, vtique confectum erit, æquo iure deberi. Et inprimis ex. §. 1. *itaque in auth de hæred. & Falcid.* ibi teſtantibus aliis, lex neceſſitatem imponit diſtribuere, quando partem perſonis quibuſdam tamquam hoc ſecundum ipſam naturam eis debeatur, quale eſt filiis, nepotibus, parentibus, interdum, & fratribus, ecce illa verba (ſecundum ipſam naturam is debeatur) æque ad filios, nepotes, & parentes referantur. Secundo ex *l. 1. C. de Impo. lucr. deſcr.* poſt principium, nam cum loquutus eſſet Imp. de relictis à patre filio, & è contra, & ſubiicit hæc verba (in tam neceſſariis, coniunctiſque perſonis, ſub liberalitatis appellatione, naturale debitum perſoluitur.) Tertio ex § *ſed hæc ita, iunctis. §. §. antecedent. Inſt. de inof. teſt.* etenim cum in illis dictum eſſet de querela inofficioſi, quæ filiis cõpetit, & parentibus, ſubnectit Imp. ſed hæc ita accipienda ſunt, ſi nihil eis penitus teſt. relictum eſt, quod noſtra conſtitutio ad verecundiam naturæ introduxit, ea verba, ad verecundiam naturæ, non minus parentes reſpiciunt, quàm filios. IV. ex *d. l. nam etſi parent.* quamuis Dd. allegent in contrarium, nobis tamen auxiliatur in illis verbis, non minus piè, parentibus, quàm liberis relinqui debet, pietas autem à natura deſcendit.

Quinto confirmatur ratione; nam teſtamentum ęque dicitur inofficioſum à patre, ac filio, vt clarius eſt, quam egeat probatione in vniuerſo, *titulo. ff. & Codic. de inoffic. teſt.* in

teſt. inofficioſum dicitur, quia contra pietatem. §. 1. *Inſtit. de offic. teſt.* hoc autem offi-
cium eſt à natura, quia pietas naturalis; ergo filius, æque facit contra naturam, inique
20 patrem exhæredando. Sexto † ex alia ratione, ſi parentum hæreditas eſſet magis de-
bita filiis, profecto filius poſſet facilius exhæredare patrem ſicut facilius ex hæredat
fratrem, quàm è contra pater poſſet priuare hæreditate filium, & tamen conſequens
eſt falſum, quippe, parentes exhæredant filios ex 14. cauſis. §. *aliud quoque capitulum in
auth. vt cum de appellatione cognoſcitur*, filius autem priuat parentem ex 7. cauſis, in *eod. §.
cum alio ſeq* enumeratis, vt dixit etiam A*zzo in ſumma C. de inoff. teſt.* Septimo facit, ꝙ pari
modo parentes, & filii ſuccedunt ab inteſtato. *Auth. de hæred. ab inteſt. ven.* Octauo ſuf-
fragatur quod parentes æque ſunt alendi a filiis. *l. ſi quis à liberis. ff. de liber agnoſ.* imò, vt
21 inquit *Quintilianus*, liberi non præſtant alimenta, ſed redducti. Nono † confirman-
tur prædicta quoniam filius à natura eſt magis obligatus patri, quàm è contra, *l. veluti.*
22 *ff. de iuſt. & iur.* in qua, obedientia † parentibus debetur non filiis, & *Cicero pro Cluentio*,
Parentes inquit cariſſimos debemus habere, quod ab his, vita, libertas, patrimonium,
23 Ciuitas tradita eſt, ex *Ariſt. 8. Ethicorum*, ait pater † tria beneficia dat filio, cauſam eſ-
ſendi, dum generat, cauſam viuendi dum nutrit, & educat, & cauſam diſcendi dum in-
format, & diſciplinis imbuit; Non vrgent ll. contrariæ, nam quod pertinet ad *l. nam &
ſi parentibus.* cauſam noſtram defendit, vt planum fecimus; paulò difficilior eſt ſolutio
ad l. ſcripto, ibi, non ſic parentibus liberorum, vt liberis parentum debetur hæreditas.
24 Reſp. a. † eſt, quod illa verba, non ſic, non reſpiciunt ius, ſed modũ, & ordinem etenim
eodẽ iure naturæ vtraq; ſucceſſio defertur, vt oſtendimus, ſed nõ eodẽ modo, nec eo-
25 dem ordine, quippe, quod filius ſuccedat patri † eſt votum Naturæ, id eſt, deſideri-
um naturæ, quæ ſicut prius generat patrem, ita optat, & ordinat illum de vita decede-
re, eumdemque in perſona filii conſeruare, & ita votum naturæ non ſignificat ius,
aut æquitatem naturæ; Eſt etiam votum parentum, vt ſuccedat filius patri, non è con-
tra propter naturalem parentum, erga filios, caritatem, quorum filiorum hæreditas
delata parentibus appellatur luctuoſa. *l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* etſi contingat præcede-
re filium dicitur ordo naturæ turbari, *d. l. nam etſi*, & propterea illa verba, non ſic, ad
ordinem pertinent, vt diximus in principio ſolutionis.

26 Sed parentes ad bona liberorum ratio † miſerationis admittit, miſeratione enim
dignus eſt pater, qui extulit filium, qui naturæ videt ordinem turbari, qui aſpicit illum
extinctum, quem in hoc genuerat, vt ſuperſtitem relinqueret, & in illo ipſe quodam-
modo viueret, qui denique intuetur ſe ſuo fine fruſtratum, ſiquidem ad ſolatium ſe-
nectutis; & ad familiæ conſeruationem genuerat, quem ante oculos habet extin-
ctum. Vnde *Quintil.* dixit hic ſolus affectus eſt maior, quàm filios amari, filiis miſereri,
non admittit parentem ad ſucceſſionem filiorum votum naturæ, imo eius ordo tur-
batur, ſicut dictum eſt, nec votum filiorum, tum quia tantam non habent erga paren-
tes caritatem: amor enim difficilius retrocedit, vt dixit Philoſophus, tum quia ſciunt
ſe ex ordine naturæ ſuperſtites eſſe debere, admittit ergo ratio miſerationis, quæ, & i-
pſa à natura deſcendit, quemadmodum de pietate diximus.

Planè ſtante noſtra ſententia, quæ videtur æquitati conſentanea, quæro quo-
27 nam remedio erit † ſuccurſum parentibus, & puto competere querelam inoffic.
donationis, in alienatis titulo lucratiuo, propter æquiparationem filiorum & paren-
tum, cum non videam in hoc puncto rationem diſcriminis inter vtramque legiti-
mam; in alienatis titulo oneroſo, cum participatione fraudis ex parte recipientis a-
ctionem doli, vel iudic. officium qui præ oculis habens æquitatem. *leg. quod ſi Epheſi
de eo, quod certo loco*, non ſinet deludi legem decernentem parentibus in bonis filio-
rum legitimam, & non permittet, tam malo exemplo in fraudem parentum alienata
firma manere.

De fraude tam contra legem, quàm aduerſus fiſcum Cap. XI.

1 *Fiſci definitio ex Bart.*
2 *Annuus redditus à fiſco computatur inter immobilia.*
3 *Alia fiſci definitio.*
4 *Fiſcus ab Ærario olim diſtinguebatur, nam Fiſcus Principis, ærarium Pop.*

vel vigeſima, vel quicquid ex conſuetudine de rebus promercalibus ſolet pendi, de
9 quibus in *l. interpub. ff. de ver. ſign.* Indictio † eſt, quod edicto Principis indicitur, quod,
plurimum certam quantitatem non complectitur, vt per *Alciat. in d. l. interpub.* quibus
arbitror addi poſſe, pœnarum compendia; nam fiſcus dicitur vltor delictorum. *l. 1. &*
2. & ibi Bald. C. ſi ſeruus export. ven. quæ cum ſint de regalibus in tit. quæ ſint regalia in v-
ſibus feudorum, ad fiſcum pertinent, pœnis enim condemnationum ob delicta ma-
xime fiſcus augetur, vt in *tit. ff. de iure fiſci, & in tit. ff. de pœnis.* Ablatione quoque hære-
ditatis relictorumque, vt ab indignis facta, in *tit. ff. de his, quib. vt indig.* item bonorum
vacantium denunciatione. §. *res fiſci noſtri. Inſt. de vſucap. l. 1. & vniuerſo tit. C. de bon. va-*
cant. lib. 10. Delatione eorum, quibus tacite hæreditas relicta eſt, cum eiſent incapa-
ces, ſiue alios incapaces in fiſcum deferam, ſiue me ipſum, accuſans dico mihi incapa-
ci puta ſpurio per tacitam accommodatam fidem fuiſſe à patre naturali relictam hæ-
reditatem, iuxta, *l. 1. ff. de iure fiſci, & l. vni. C. de his, qui ſe deferunt lib.* 10. In his, itaq; omni-
10 bus † poteſt fiſcus fraudari, & quo ad Canonem & vectigalia, ſcilicet ex quibus fiſco
ſoluitur vectigal. eſt text in *leg. fraudati vectigalis. ff. de publicanis. Roland. conſ. 42. vol. 3.* In
11 quo tamen eſt animaduertendum, quod ſi fiſcus gabellas alicui † vendiderit, & ali-
quis defraudauerit illas, non fraudando merces, non dicitur fiſcum defraudare, nec
punitur, ſtatuto loquēte de fraudatore pecuniarū communitatis quia mutatione per-
ſonarum mutantur priuilegia, *Anc. conſ. 25. incipit Chriſti nomine einſque:* matris &c. *Ber-*
tacch. in verſ. fraudans emptorem.

Quo ad oblationem palam eſt, quod ſi quis de rebus promercalibus ſolitam non
ſoluerit octauam, ſiue vigeſimam fraudem fiſco infert, vel ſi indictio Principis non re-
ſpondeat quoquomodo.

Quaeſt. 2, Quæro quot modis fiſco fraus inferatur. Reſpon. multis modis, teſtan-
12 do, Contrahendo, occultando, † Suſcipiendo, manumittendo. Et primo teſtando,
vt ſi debitor fiſci ſua bona prohibuerit teſtamento alienari. *l. filiusfamil.* §. *Diui. ff. de leg.*
1. legando, fideicommittendo *l. in fraudem.* §. *à debitore. ff. de iure fiſci.* Contrahendo, puta
donando, vt *in l. poſt contractum. ff. de don.* & in terminis *d. l. in fraudem fiſci* etiam alienat,
qui iam eo crimine damnatus, ex quo publicatio bonorum ſequitur, vel futurū pro-
ſpiciens, vt damnetur alienat, *l. 4. & 5. ff. de iure fiſci,* vel alias ſuper rebus Fiſco incor-
poratis diſponendo. *l. 8. Cod. de iure fiſci lib.* 10. in qua pœna quadrupli imponitur, oc-
cultando, vt ſiquis ſeruum fiſcalem occultauerit. *l. pen. C. de ſeru. fugit:* in qua præter re-
ſtitutionem ſerui eſt impoſita pœna librarum 12. auri, Adoptando quoque vt *l. fi. ff. de*
bon damnat: in qua ex bonis damnatorum ſoluitur legitima, ne dum filiis naturalibus,
ſed adoptiuis, ſi non fraudis cauſa facta ſit adoptio, puta, vel in reatu, vel deſperatione
rerum per conſcientiam metu imminentis accuſationis, quis adoptet in hoc, vt ex bo-
nis, quæ ſe amiſſurum cogitat, portio detrahatur, vt palam eſt ex *d. l. fin. & Lucas de pen-*
na in l. quemad. C. de agr. & cenſit lib. 12. praſumpt. 26.

Quaeſt. 3 Quæro, an alienatio facta in fraudem fiſci, ſit nulla ipſo iure, an valeat,
13 ſed † reſcindatur, & videtur ipſo iure nulla, exemplo alienationis factæ in fraudem le-
gis, quæ ab initio non tenet Doct. *in* §. *item ſiquis in fraudem maxime. Iaſ. in euidentialibus*
Bald. in l. non dubium C. de leg. præſertim cum ob fraudem legis bona deuoluantur in fi-
ſcum, vt ſiquis iu fraudem legis fidem teſtatori accommodauerit, de reſtituendo hæ-
reditatem incapaci. *leg. vni C de his, qui ſe deferunt. l. 1. cum ſeq. C. de Delat. l. cum tacitum. ff.*
de iure fiſci.

Cæterum contraria ſententia eſt ad veritatem propenſior per *l. in fraudem. ff. de*
iure fiſci, in illis verbis, reuocantur in fraudem fiſci, non ſolum per donationē, ſed quo-
cunq; modo alienatæ reuocantur; nam reuocatur, quod tranſlatum fuit *l. hac in factum*
& per vniuerſum illum titulum. *ff. quæ in fraud. Cred.* probatur quoque eadem lege. §. *à*
debitore, in verb. datas in fraudem, libertates retrahi placuit, in *l. aufertur.* §. *qui aliquid,* in
verſ. reſtituere. *ff. eod. tit.* Munitur ex *l. ſi cum fideicom. libertas in* §. *Ariſto. ff. qui, & à quibus,*
vbi manumiſſus in fraudem fiſci, reuocatur in ſeruitutem, ſi non diu in libertate fuiſ-
ſet, id eſt, minus decennio; confirmatur ratione, quia fiſcus creditor eſt: *d.* §. *Ariſto,* alie-
nata in fraudem Creditorum valent mero iure, ſed reſcinduntur. *Iaſon in dict.* §. *item ſi*
quis, num. 9. per magiſtralem doctrinam *Bart. in d. l. Poſt contractum. col. 3.* Argumentum
14 autem ex aduerſo diluitur, quippe, quia alienatio facta in fraudem † legis plurimum
diſtat, ab alienatione facta in fraudem Creditoris & licet ſæpe propter fraudatam le-
gem bona deuoluantur in fiſcum, diuerſum tamen eſt fraudem facere legi, vel filoo,

5 *Mendacium imbecille, quia tempus veritatem in lucem adducit.*
6 *Mendacium tenue, & perlucet, ſi diligenter inſpexeris.*
7 *Mendacem memorem eſſe oportet, ne deprehendatur.*
8 *Mendacium non ſeneſcit.*
9 *Mendacium maxime damnoſum quia non cuiq; datum eſt eius nouiſſe inſidias.*
10 *Mentitur interdum iniquitas ſibi, & quid hoc ſignificet.*
11 *Mendacium vnde dictum.*
12 *Mendacium quid ſit, & definitionis explicatio. Mendacium ſermonibus conſtat ſicut ædificium lapidibus.*
13 *Alia definitio mendacii.*
14 *Alia definitio ex authore.*
15 *Voluntas fallendi, eſt forma mendacii.*
16 *Mendacium verbis, & factis committitur.*
17 *Mendax eſt Scholaris, qui ſcholas frequētat non tamen ſtudet.*
18 *Alia definitio mendacii ex authore.*
19 *Mendacium quandoque dicitur, ob publicam vtilitatem.*
20 *Salutare Rom. ciuitati, regis Hoſtilii mendacium.*
21 *Mendacium, interdum ob priuatum, honeſtum commodum.*
22 *Proprie, & improprie mendacium quid ſit.*
23 *Mentiri, & mendacium dicere num differant.*
24 *Vir bonus non debet mentiri, vir prudens non debet mendacium dicere.*
25 *Mentiri, & mendacium dicere confunduntur in iure.*
26 *Mentiri poteſt aliquis ſine dolo.*
27 *Leges frequentius inficiandi verbo, quam mentiendi; & inficiationis, quam mendacii nomine vtuntur.*
28 *Inficiari quid ſit.*
29 *Mendacium duplex bonum, & malum.*
30 *Prouerbium: mendacium vtile.*
31 *Bonum mendacium quid ſit.*
32 *In foro conſcientiæ nullum mendacium bonum.*
33 *Mendacium malum quid ſit.*
34 *Mendacium, in contractibus, in vltimis voluntatibus, in iudiciis.*
35 *Alia diuiſio mendacii, quia, aut verbis, aut factis committitur.*
36 *Ariſtogiton claudicat: prouerbium.*
37 *Demoſthenis ſimulatio, eſt pulchro cuiuſdam eius dicto ioco ſo detecta.*
38 *Alia diuiſio, quia mendacium dicitur, aut negando verum, aut affirmando falſum*
39 *Alia diuiſio. Mendacium aut ſimplex eſt aut doloſum.*
40 *Mendacium in dubio, an præſumatur doloſum.*
41 *Alia diuiſio, mendacium, aut authoris, aut ſucceſſoris.*
42 *Alia diuiſio, mendacium, aut ex propoſito, aut re ipſa.*
43 *Vltima diuiſio, mendacium, aut iocoſum, aut perniocioſum.*

NOn tam ſoror, & frater ſunt interſe ſanguine iuncti, quam fraus & Mendacium
1 natura conueniunt, proinde † fraudis explicito tractatu, mendacii expoſitionem afferamus, quam ob multa, & varia, quæ de eo dicenda ſunt, iucundam, & vtilem futuram eſſe confido.
2 Mendacii ſymbolum fuit antiquis Pica auis, vt puto, quia † anteriore parte candida ſit, poſteriore autem nigreſcat, nam mendacium purum, ac ſincerum primo
3 aſpectu ſimular, vt mox eludat, vel decipiat hinc *Triphon.* † *Grammaticus* dicebat, mendacium extrema parte nigreſcere, & *Pythagoras* dicens minime guſtandum eſſe
4 ex his quibus eſt nigra † cauda; indicabat mendaces, & ſimulatores eſſe fugiendos; & in amicitiam minime adſciſcendos, & recte quidem, nam et ſi in prouerbium ceſ-
5 ſerit, mendacium † eſſe imbecille, quia tempus veritatem in lucem adducit, atque ita mendacium euaneſcit, & vt *Seneca epiſtola octuageſima*, ait Mendacium tenue
6 eſt, & perlucet ſi diligenter † inſpexeris, & ex ipſo veritatis ore dictum eſt, nihil eſſe occultum, quod non reueletur, tum quia difficile eſt, vt qui mentitur ſemper ſibi conſtet, niſi ſit tenaci memoria, deprehenduntur enim Mendaciorum Architecti, dum obliti, quæ prius dixerunt diuerſa à ſuperioribus loquuntur, vnde factum
7 eſt tritum ſermone prouerbium Mendacem † memorem eſſe oportere, tamen ma-
8 xime nocet, & valde pernicioſum † eſt his, qui decipiuntur antequam detegatur veritas, & falſitas in conſpectū prodeat, atque dictum adagium compoſitum eſt ma-
9 gis ad deterrendos eos, qui confingunt † mendacia, vt abſtineant videntes cito poſſe eorum fallaciam detegi, quam, vt demonſtretur, non eſſe timendum à mendace, ra-
10 ro namque accidit, vt, poſſit vſurpari illud; Mentita † eſt iniquitas ſibi, id quod euenit, quando mendacia non habent, quę decipiant, tunc ſibi mentiuntur, imo frequenter inueniunt, quem laqueo ſimulationis capiant.

*Quæſt.*1. De mendacio igitur tractaturi, videamus primo quid illud ſit, ſecundo
quotuplex ſit, tertio, opportunas, & materiæ congruentes quæſtiones ſubiiciamus.
Quarto, mendacii pœnas afferamus.

Quo ad primum ſi nominis definitionem quæramus; mendacium dictum putat
11 † à menda, quæ errorem ſignificat, quare mendoſum librum appellamus erroribus
plenum, quaſi quod dicens mendacium in errorem inducat, cui mendacium loqui-
tur, falſum pro vero perſuadens. Circa definitionem quod tex *D. Auguſtinus*, inquit
12 Mendacium † eſt falſa vocis ſignificatio, cum intentione fallendi, dicitur cum in-
tentione fallendi, quia ream linguam non facit, niſi rea mens *cap. 3. in fine. 22. quæſt.
2. Iaſ. in l. ſi quis extraneus. num. 7. ff. de acq. hæred gloſſ. in l. de ætate. §. ſi cum eſſet ff. de interro-
gat. act. Soc. conſ. 15. volum. 1.* exemplum eſt in *l. ſi quis inficiatus. ff. depoſiti.* de eo, qui infi-
ciatur apud ſe depoſitum eſſe in *l. quæſtionem. C. de fideicom.* de hærede negante à ſe le-
gatum, vel fideicommiſſum fuiſſe relictum, in *auth. contra qui propriam. C. de non numer.
pecun.* vbi negat aliquis propriam ſcripturam; dicitur falſa vocis ſignificatio, quoniam
13 mendacium ſermonibus, ſicut ædificium lapidibus conſtat. † *Maſcard. de probat. vo-
lum. 1. quæſt. 16 num.* 4. definit mendacium; quamuis incidenter, dum refellit definitio-
nem fictionis datam à *Bart. in l. ſi is, qui emptore. ff de vſucap.* ea ratione, quoniam illa de-
finitio mendacio conuenit, & probans, ait omne mendacium eſt aſſumptio pro veri-
tate, in re certa contraria veritati;

14 Nos credimus † non inconcinne poſſe definiri, aut ſaltem deſcribi; Mendacium
eſt verbis, vel factis aduerſus veritatem voluntate fallendi callida demonſtratio, hæc
15 vltima verba ſunt loco generis, cum voluntate fallendi, formam continent † menda-
cii, verbis, & factis modum duplicem fallendi ſignificamus, quippe non modo verbis
16 mendacium dicitur; ſed etiam facto *c.* † *cauete fratres 22. quæſt.* 2. cauete fratres menda-
cium ait, non ſolum in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus, velut ſe Chriſtia-
num dicere, & opera Chriſti non facere, mendacium quoque eſt ſacerdotem ſe pro-
17 fiteri, & contraria huic ordini operari *dict. cap. cauete.* Mendacium eſt, ſi Scholaris †
frequentet Scholas; & non ſtudeat, vel ita definiatur mendacium eſt, muando, no-
18 cendique cauſa, mutatio, aut † occultatio veritatis. etenim, qui dicit mendacium, aut
19 propter † publicam vtilitatem dicit, vt *in c. vtilem 22. quæſt. 2.* cuius exemplum ſingula-
20 re † præbuit *Tullus Hoſtilius apud Valerium lib. 7. c.* 4 quando Metius Suffetius Albano-
rum Dux. ex acie deceſſerat, atque in proxima colle conſederat. vt, aut victis inſulta-
ret, aut, vt victores feſſos aggrederetur, quod præuidens Tullus concitato equo pugnã-
tium globos præcurrit, prædicans ſuo iuſſu, ſeceſſiſſe Metium, eumque cum ſignum
21 dediſſet inuaſurum Fidenantium terga. Aut mentitur † propter priuatum commodũ,
vt in *c. ſi quælibet. §. Abraham & c. quæritur. §. item opponitur 22. quæſt. 2.* veritas etiam oc-
22 cultatur vt *dict. §. quæritur*, & tunc minus proprie videtur † mendacium *c. ne quis dict.
cauſa & quæſt.* aut mutatur, & tunc proprius mendacium; Sed hic opportune quæritur
23 numquid ſit differentia † inter mentiri, & mendacium dicere, & videtur nullum eſſe
diſcrimen, cum, & is, qui mentitur mendacium dicat, & qui profert mendacium
mentiatur, *Plaut. in Amphitr.* Mentiris, faciam, vt verum diſcas dicere, *Virgil. o-
ctauo Æneidos.*

Raptabatque viri mendacis viſcera Tullus.

Cæterum hæc inter ſe differre, palam eſt ex his, quæ ſcripta reliquit *Gell. libr. 11.
cap.* 11. referens verba *P. Nigidii* hominis in ſtudiis bonarum artium præcellentis, Inter
mendacium dicere inquit, & mentiri diſtat, qui mentitur ipſe non fallitur, ſed alterũ
fallere conatur, ita videtur accipere tex. in *l. ſi ſeruus. ff. de interrogation.* qui mendacium
24 dicit ipſe fallitur, ideo ſubnectit, vir bonus præſtare debet † ne mentiatur, Prudens ne
mendacium dicat, confirmatur quia mentiri eſt contra mentem ire, Mendacium à
menda id eſt errore, dicitur, vt expoſitum eſt, Verum an hæc differentia ſit in iure re-
25 cepta. non ſatis mihi conſtat, imo has voces inuicem † confundi arbitror, vt in *l. quæ o-
mnia, §. 1. ff de procur.* confert *tex. in cap. 4. 22. quæſt.* 2. Is mentitur, qui contra id, quod ani-
26 mo ſentit, loquitur voluntate fallendi, quamuis, & ſine dolo, quis interdum † mentia-
tur. *Alex. in l. quod ſi falſum. ff. de falſis. Cepoll. in l. qui ſit fugitiuus. §. idem Celſus. ff. ædilitio. e-
dict.* In mendacio quoque voluntatem eſſe fallendi perſpicuum eſt ex definitione *Au-
guſt.* quam noſtri Dd. probant, oſtenditur etiam, quia ſcriptura, quæ dicit, os quod
mentitur occidit animam *c. nec artificioſo 22. quæſt. 2. eod.* dicit, & perdes omnes, qui lo-
quuntur mendacium *c. in ipſarum 22. quæſt. 2. & cap. omne genus mendacii d. quæſt.* & cauſa

proce-

ſpro eodem ponit mentiri, & mendacium dicere, ad idem inuenio tex. *in l. de ætate* §.
ſi cum eſſet. ff. de interrogat. act. ibi, hanc pœnam mendacii feret. quod in ſolidum con-
uenitur, neque enim debuit mentiri, illud hoc loco non prætereo leges noſtras fre-
27 quentius † vſurpare ſolitas, verbum inficiari, & nomen inficiationis, quã mentiri, aut
mendacium dicere. *l. 2. ff. de exceptionibus l. iudicatum ſolui. ff. Iud. ſolui l. ſi quid. ff. de ſolut.*
l. ſiquis inficiatus depoſiti. §. ex quibuſdam, Inſt. de oblig. quæ ex quaſi cõtractu. & notæ ſunt
28 cauſæ quibus pœna inficiando creſcit *l. 39. ff. de iure iur.* inficiatio ſtricte † eſt rei debitæ
negatio, cum poſcitur, *Iſidor. etymol. 5. c. 26.* & apud *Feſtum* inficiari eſt creditum, vel de-
poſitum abnegare *d. l. ſiquis inficiatus.*

Q. 2. Hæc de mendacii definitione cui cum ſit proxima diuiſio, videamus quotu-
plex ſit mendacium. Prima itaque diuiſio in duo genera deducitur; nam mendacium
29 aliud eſt † bonum, aliud eſt malum, probatur primo ex vltima definitione noſtra &
ſcriptum reliquit *Beroius in c. ſuper litteris extr. de reſcript. in 1. repet.* Memoriæ prodit *Cæ-*
lius Tomo 2. lib. 11. capite vndecimo, in fine. Horat. libro tertio, carmin. Ode Mercurii, nam te
docilis magiſtro.

Vna de multis face nuptial
Digna periurum fuit in parentem
Splendide mendax, & in omne virgo
Nobilis æuo.

Et ideo mendacium dicere. Sapienti interdum conceſſum eſt, vt dixit *Quintil.*
li. 2. & Spec. in tit. de teſte §. 1. verſ item, quod aliqui, air quod mendacium bonum aliud
eſt officioſum, aliud pium *c. nec artificioſo cum gloſſ. 22. quæſt. 2.* probatur etiam ex veteri
30 *prouerbio, inter Adagia* † *Manutii, mendacium vtile.* duplici autem modo poteſt eſſe †
31 bonum, vel quia publice, vel quia priuatim prodit, vt paulo ſup. expoſuimus, quamuis
32 in foro † conſcientiæ nullum poſſit dici bonum mendaciũ; quippe quia ſemper pec-
catum inducit aut mortiferum, aut veniale *d. c. vtilem. §. ecce 22. quæſt. 2.* & ideo *in cap.*
omne genus eadem cauſa dictum eſt, omne genus mendacii ſummopere fuge, & in fine
33 caue mendacium in omnibus, malum † autem mendacium eſt, quod publice, vel pri-
uatim nocet *c. primũ eſt 22. quæſt. 2.* quod in omni hominum negocio frequenter vſur-
34 patur † in contractibus *d. l. ſiquis inficiatus. ff. depoſit.* in vltimis voluntatibus *l. fin. C. de fi-*
deicom. In iudiciis in *l. de ætate in l. ſi ſeruus ff. de interrogation.* & huic diuiſioni cõgruit
definitio *Auguſtini*, nam ſiue bonum, ſiue malum mendacium ſit ſemper eſt falſa vo-
cis ſignificatio, cum intentione fallendi.

35 Secunda ſuccedit diuiſio mendacii, nam aliud eſt, quod verbis † committitur,
aliud, quod factis *gl. in cap. fin. 1. quæſt. 6. in verſ ſicut is*, dicens mentitur quis ore, vel ope-
re, confert huic diuiſioni tex. *in d. c. vtilem, & d. c. cauete* vbi ponuntur exempla menda-
36 cii, quod in opere conſiſtit, confirmatur veteri prouerbio † *Ariſtogiton Claudicat*, cuius
hæc fuit origo. Ariſtogiton. vir iactabundus, de bellicis ſemper reb. loquebatur, & e-
ius Conciones, non niſi Martium bellum ſpirabant, cum alioqui mollis ipſe foret, &
nullius rei. Proinde cum die quadã delectum militum haberi accidiſſet ſimulata va-
letudine obligat, ac baculo innixus, quaſi grauiter vulneratus ſe in publicum ponit; eũ
vero, vbi è longinquo, ſic conſpicatus eſt Phocion ex vultu. Et opem agnoſcens voci-
ferans inquit ſcribe Ariſtogitonem claudum, & eumdem improbum, ac mendacem
Cælius Rhodig. Tomo tertio lib 25. c. 10. ſimile exemplum eſt apud *Gell. lib. 10. c. 9.* Demo-
37 ſthenis; † qui cum legatis Mileſiorum in Senatu Athenienſi acriter reſtitiſſet, eos nõ
eſſe auxilio dignos contendens, re impoſterum diẽ prolata, legatos Demoſthenem
adiiſſe, certum erat ne cõtra ſe diceret pecuniã dediſſe, poſtridie cum res agi denuo
ceptaſſet, Demoſthenem multa lana, collum circumuolutum ad populum prodiiſ-
ſe, & dixiſſe ex eo contra loquĩ non poſſe, tunc è populo vnum clamaſſe non eum an-
ginam pati, ſed argentinam, atque ita mendacem eſſe.

38 Tertia eſt diuiſio, quia mendacium aliud negando † veritatem dicitur, a-
liud falſum aſſeuerando profertur, qui depoſiti actione conuentus negat apud ſe de-
poſitum eſſe, qui de poſſeſſione interrogatus in iudicio negat ſe poſſidere, iuxta *leg.*
fin. ff. de rei vend. cum vere poſſideat mendacium dicit, negans verum. Qui in-
terrogatus in iudicio dicit ſe hæredem, cum non ſit, ſi conuentus rei venditione in-
quit rei de qua agitur dominium ad Actorem pertinere, cum non pertineat vt in *l.*
Non fatetur. §. ſed ſi fundum. ff. de confeſſ. leg. Cum falſa. Codice de iur. & fact. igno-
rant. mendacium profertur affirmando falſum. Quinta mendacii diuiſio eſt,

39 quoniam † aliud ſimplex mendacium, aliud mendacium cum dolo argume[illegible] *l. ele-*
ganter § idem Pompo cum ſeq. ff. de dolo, & ibi not, *Bart*. Simplex eſt mendacium quod ſi-
ne dolo profertur, ſine ſpe lucri, vel commodi proinde non parit actionem de dolo,
vt ibi expreſſum eſt & *Bar. not.* cõfert q. Abbas, & alii tradunt in *cap ſup. litteris ext. de*
reſcript. mendacium ſcilicet ſtrictos ſumptum non eſſe ſine dolo, ſecus ſi late accipia-
40 tur, qua occaſione quæro, an mendacium in dubio † præſumatur doloſum. *Crau. conſ.*
2. num. 13. inquit præſumi, & Bartolum huius ſententiæ authorem deducit in *l. ſi pro-*
curator, qui pro euictione. ff. de procur. qui in meo codice, nihil dicit, vnde tamen *Alex. con.*
41. num. 4. volum. 3. & conſ. 41. volum. 3. lib. 3. pro Crau.

Contrarium placuit *Alex. in l. dolum num. 3. C. de dolo*, dicens addo aliud notabile,
quod mendax in dubio, non præſumitur in dolo, niſi mẽdacium redundaret ad vtili-
tatem ſuam *d. l. eleganter. §, fin. cum l. ſeq. ff. de dolo*, nec aduerſatur cõſilium Crau. fundá-
datum eſt enim in *l. ſiquis affirmauerit. ff. de dolo*, quæ magis probat contrarium in illis
verbis de dolo dandam actionem, ſi callide hoc feceris, ecce quod niſi prius conſtite-
rit de calliditate in mendacio, non datur eius nomine actio, quod vero dictum eſt, nõ
præſumi dolum in mendacio niſi vertatur vtilitas mendacis *l. quod ſi cum ſcires de dolo*,
idem iuris eſſe crederem, ſi alia ſubeſſet probabilis coniectura, puta, quod ſine ſuo
commodo nocendi alicuius ſtudio eſſet mentitus *dict. l. ſi cum ſcires* ibi, cum ei decipi-
endi cauſa falſo laudaſti, tantundem eſſet dicendum ſi amici, vel conſanguinei iuuan-
di cauſa, dictum eſſet mendacium, ratio namque affectionis, & coniunctionis ſan-
guinis induceret doli præſumptionem ſecundum ea, quæ copioſe *diximus in li. 2. in tit.*
de præſumptione doli.

41 Quinta ſit diuiſio, mendacium † aliud eſt Authoris: aliud ſucceſſoris. *l. electio vero.*
§. neq. hæred. ff. de noxal. act. vbi Bald. ait, quod mendacium defuncti, non nocet hæredi,
nec proprium hæredis mendacium illi nocet, ſi reuocauerit ante litem conteſtatam,
ſiquis autem dubitet, an mẽdacium Authoris obſit ſucceſſori, reſpõdeo, aut quæris in
actione noxali, de qua in *dict. l. neq. hæredi, reſp.* vt ibi, aut quæris abſolute, & tunc ſi mẽ-
dacium non eſt doloſum, non nocet hæredi, quia, nec ipſimet nocet mendaci, cũ non
detur aduerſus eum actio de dolo *d. l. eleganter. § fin. cum l. ſeq ff. de dolo.* Si vero eſt dolo-
ſum diſtingue, vt ſupra dictum eſt, in illa diuiſione doli Authoris, & ſucceſſoris *libr. 2.*
Sexta diuiſio ex mente *Beroi in c. ſuper litteris, extr. de reſcript.* nempe mendacium aliud
42 ex propoſito, aliud re † ipſa, vt dictum eſt de dolo, ſed conſidera an hæc partitio ſit ea-
dem cum ſuperiori in qua dixi, quod mendacium, autore profertur, aut opere com-
43 mittitur. Septima diuiſio, mendacium aliud iocoſum, aliud † perniciosum *cap. ne quis*
22. quæſt. 2. verſiculo duo ſunt genera mendaciorum, & gloſſ. ibi addit tertium genus
mendacii ſcilicet Malignitatis, Iocoſitatis, Benignitatis. Definitione autem, & diui-
ſione mendacii abſolutis ad eas, quas promiſimus, quæſt. deſcendamus.

De variis quæſtionibus ad mendacium pertinentibus. Cap. XIII.

1 *Vtrum plus peccet, qui ſponte mendacium dicit, quàm qui inuitus.*
2 *Succurritur magis facienti actum neceſſarium, quam voluntarium.*
3 *Plato in dicto articulo pro omni parte dubitat. & rem ſub dubio dereliquit.*
4 *Reſolutio difficultatis ex* Ariſtot. & Sèneca.
5 *Quot modis committatur mendacium.*
6 *Numquid lex permittat mentiri, ſiue mendacium dicere.*
7 *Lex ipſa ſæpe videtur mendacium dicere, in ſuis fictionibus, & num. 13.*
8 *Mendacium ex dolo procedit.*
9 *Mendacium contra naturam.*
10 *Diſtinctio quando liceat, vel non liceat mẽdacium dicere ex Gomeſio.*
11 *Alia diſtinctio Speculatoris.*
12 *Mẽdacium numquam eſſe permiſſum, nec in foro animæ, nec in foro exteriori, ex ſententia authoris.*
13 *Lex in ſuis fictionibus, non dicit mendacium.*
14 *Dixit aliquis Titio, mentiris ſaluo honore tuo, an competat actio iniuriarum.*
15 *Communis opinio, videtur affirmatiua.*
16 Proteſtatio *contraria facta nihil releuat.*
17 *Si dixero alicui palam, tædet me, quod fueris condemnatus de falſo, teneor actione iniuriarum.*

18 Titius

18 *Titius improperat Meuio mendacium, & verum eſt mendacium, dixiſſe, an competat Meuio actio iniuriarum.*
19 *Siquis conuincat aliquem in iudicio de certo crimine, non poteſt ab eo actione iniuriarum conueniri.*
20 *Si quis poſito in libello famoſo, probet eſſe vera, non punitur de famoſo libello.*
21 *Siquis nocentem infamat, non punitur.*
22 *Regulo noſtros defectus detegi, inhumanum eſt, & incurioſum.*
23 *Diſtinctio Bartoli in hoc articulo.*
24 *Vtrum reſpondens libello Actoris, tu mentiris, dicatur litem conteſtatus.*
25 *Opinio authoris contra com. ſententiam, quæ in vno caſu defenditur.*
26 *Quando liceat alicui dicere tu mentiris.*
27 *Vtrum mendacium nemini nocens puniatur.*
28 *Diſtinctio in articulo.*
29 *Mendacium, quando dicatur nocere, vel non obeſſe remiſſiue.*
30 *An teſtis dicens cum iuramento mendacium, & credens dicere verum puniatur de falſo?*
31 *Differunt iuramentum calumniæ, & iuramentum veritatis.*
32 *Communis opinio in articulo, videtur affirmatiua.*
33 *Declaratur communis illa ſententia.*
34 *Opinio authoris contra communem.*
35 *Quid falſitas, & quæ requirantur ad conſtituendam falſitatem.*
36 *Vtrum liceat mendacium dicere pro tuenda ſua vel alterius ſalute.*
37 *Qui mendacium dicit præſumitur in dolo,* & num. 42.
38 *Vtrum reſcriptum per mendaciũ impetratum tribuat Iuriſdictioni.*
39 *Regula Mendax precator, caret impetratis.*
40 *Diſtinctio Iaſ. in articulo.*
41 *Vtrum teſtis ob mendacium poſſit ſubiici tortura.*
42 *Vtrum dicens mendacium præſumatur in dolo.*

Quæſt. 1. Varias mendacii quæſtiones, tractaturus, quæro primo loco; an plus
1 peccet, qui ſponte mendacium dicit, an qui † inuitus, & non ſponte, vt intelligamus, quis eorum grauiori pœna plectatur, cum pro qualitate peccati, ſoleat eſſe plagarum modus. *l. Sancimus. Cod. de pœnis*; hæc quæſtionis deciſio pendet à generali illa Moralium Philoſophorum quæſtione, peccet ne magis, qui ſponte, an qui inuitus aberrat, vel non ſponte, quam tractat, *Ariſtot. lib. ſexto moralium ad Nicoma. cap. 5. Seneca quoque epiſtola 96.* & in terminis mendacii diſcutit articulum, *Plato in Hippia minore*, ſiue de mendacio, vbi Socrates arguit à ſimili, vt probet, plus delinquere eum, qui inuitus, vel non ſponte mendacium profert. Curſor ſponte tardus, & in paleſtra, luctator, qui ſponte cadit minus peccat, quam qui hæc facit inuitus, & ci m..gis eſt præferendus, ratio eſt, inquit *Socrates*, quia aberrans ſponte præditus eſt ſcientia, & potentia rectè agendi, at qui aberrat inuitus, vno, vel altero caret, ſciens autem, & potens, præſtantior eſt ignorante, & melior impotente, & colligit, quicumque igitur ſponte, turpia, inhoneſtaque committat, eſt vir bonus, quia habet ſcientiam iuſtam agendi, & honeſtam, confirmatur ex *leg. 1. ff de legi.* vbi lex dicitur eſſe coerctio delictorum, ſiue ſponte contrahantur, ſiue per ignorantiam; & ſic non ſponte, & in *l. eodem titulo*, lex dicitur eſſe dectorum hominum ſapientium, correctio voluntariorum, & non voluntariorum peccatorum; ex aduerſo *Hippias* contra Socratem *d. loco* ratiocinabatur, quod multum ignoſcitur illi, qui per ignorantiam iniuriam infert, vel mendacium profert, & leges in eos ſeuerius animaduertunt, qui volentes delinquunt, quam qui, tam ſponte, ſed inuiti peccant, id quod in fauorem Hippiæ comprobatur, *le. 1. §. Diuus. ff. de Sicariis l. abſentem. §. vltimo. l. Metrodorum. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn.* vbi etiam *gloſſ. not. l. 3. §. ſed etenim, l. qui ades. l. ſi fortuito. ff. de incendio.* initi naufragio latiſſime, *Roman. in l. Si vero. §. de viro, in 15. fallen. ff. ſoluto matrimonio*, in quibus iuſta, & non affectata ignorantia, aut non punitur, aut lenius plectitur, hinc ſcriptum legimus apud *Herodotum libr. 1.* Adraſtum Phrygem Gordii filium vibrato, in aptum iaculo, non illum, ſed fruſtrato ictu, Atym filium Cræſi Lydorum regis interemiſſe, cui ipſe Cræſus rex quod imprudens feciſſet pepercit; at nihilominus Adraſtus ſeſe ſuper buſtum ipſius Atydis, confodit. Accedit huic ſententiæ regula probatiſſima, qua
2 definitur † magis ſuccurri facienti actum neceſſarium, quam voluntarium, ex his, quæ cumulat, *Tiraquell. de retractu conſanguin. §. primo. num. 26. gloſſ. 1. numero decimo octauo, cum ſequen. Morian. Soccin. in cap. 3. extra de furt.* cui etiam ſuffragatur
3 quod, qui inuiti, & † coacti delinquunt, vtpote vi metuſue, compulſi lenius

puniantur. *cap. ſacris. & ibi late Dd. de his, quæ vi, metuſue conſ.* fiunt, & copioſe *Tiraquel. de*
pœnis, cauſ. 36. igitur mendacium dicens inuitus, vel non ſponte minus intelligatur de-
linquere, cum inuitus puniatur, vt, & in cæteris peccatis accidit, a qua ſententia tamen
4 magis recepta non eſt recedendum, quæ confirmatur † ex mente *Ariſt. citato loco*, nam
ait, quod in virtutibus moralibus, in quibus modo nos verſamur plus peccat, ſponte
peccans, & minus delinquit, qui inuitus aberrat, quia in actionibus moralibus, virtus,
vel vitium eſt in electione, & ex ea conſurgit probitas, vel improbitas actionis, vt *Se-*
neca allegata Epiſtola, vis ſcire inquit, quam diſſimilis ſit aliarum artium conditio & eius
moralis ſcientię, quod in illis excuſatius eſt voluntate peccare, quam caſu, in hac vero
maxima culpa eſt ſponte delinquere, ex quibus colligitur ſolutio Socraticæ argu-
mentationis, procedit enim in ſcientiis, & artibus, & ratio eſt, quoniam earum perfe-
ctio poſita eſt in cognitione, & in poſſeſſione habitat; ſed quia virtus in actione conſi-
ſtit, non poteſt eſſe iuſtus, qui iuſtitiam cognoſcit, & aduerſus eam operatur, nec etiam
veritatis virtutem habere, qui eius pulchritudinem nouit, ſed mendacio delectatur;
5 Nec opponatur de arte Medica, in qua ſponte † Medicus errans, plus peccat, puta de
induſtria occidit medicamentis infirmum, & punitur, ſecus ſi per ignorantiam faciat,
adeo quod in artibus videtur magis delinquere, qui ſponte peccat, nam tunc non pec-
cat, vt Medicus; ſed vt vitioſus, vt prudentiſſime conſiderat *Franciſcus Piccolomineus*
in ſua Moral. philoſophia gradu 3. cap. vlt. in fine, nititur enim mala electione, & errat tum
in moribus, non in arte. Non facit etiam negocium obiectio ex *leg. 1. & 2. ff. de le-*
gibus; nam verum eſt, delicta inuoluntaria a lege ſæpe puniri, ſed ſemper mitius ple-
ctuntur, & de minori, & maiori delicto, de leuiori, & grauiori pœna diſſeremus in hoc
articulo.

Quæſt. 2. Quæro ſecundo an lex permittat mentiri, ſiue mendacium dicere, mo-
6 uent Doctor. hanc dubitationem † *in §. namque ſicut, Inſt. de actio* authoritate gloſſ. in
verſic eo dicit, *Gomeſ. in §. ſed iſta, num. 33. eodem titulo*, & verior videtur ſententia affir-
matiua.

Primo ex *dict. §. namque*: in quo agens publiciana actione, dicit ſe vſucepiſſe, quod
non vſucepit.

Secundo ex *l. 1. C. de bon. mat.* in qua pater, bona materna filiorum vendens, debet
dicere, ea eſſe proprii iuris.

Tertio confert tex. in *l. atqui natura, § cum me abſente. ff. de neg. geſt.* iuncta gloſſ. vbi
permittitur, quod aliquis petat rem tuam, nomine tuo, te ignorante.

7 Quarto probo ego à maiori nam ipſamet † lex ſæpe mendacium dicit, nempe
in ſuis fictionibus, dum contra veritatem fingit reuerſum ab hoſtibus, ſemper in ciui-
tate fuiſſe. *§. item ab hoſtibus. Inſt. quibus mod. ius patriæ poteſt ſolu. in tit. ff. de capt.* Da. lat. *ff.*
in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. & morientem apud hoſtes fingit vna hora ante ca-
ptiuitatem deceſſiſſe, *§. Inſt. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum l. lege Cornelia. ff.*
de teſtam. Ex aduerſo pugnat, quod lex punit Mendaces. *l. fin. ff. de rei vend. l. fin. C. de fi-*
deicommiſſ. l. ſi quis inficiatus depoſit. quod ſi permitteret, non puniret. *l. Gracchus Cod. de a-*
dulter.

8 Secundo adſtipulatur, quia mendacium, vt plurimũ † doloſum eſt, adeo, vt quæ-
dam definitiones dolum dixerint, mendacium ex dolo procedere ad decipiendũ do-
lus autem à lege ſemper improbatur, *l. iuriſg. §. quod ait præt. l. 1. cum l. ſeq.* & in vniuerſo
tit. ff. & C. de Dolo.

9 Tertio quia mendacium dicitur eſſe † contra naturam *Socc. conſ. 13. vol. 4. vol. 1.*
ideoque dicitur eſſe grauius peccatum, quàm fornicatio, *Felyn. in cap. cum dilectus extr.*
de accuſ. in cap. at ſi cleric. extr. de iudiciis Silua nupt. lib. 4. num. 24. lex autem à natura, non
recedit, ſed imo illam imitatur. *§. placet. Inſtit. de adopt. & Cicero 2. de legibus* ait, gaudeo
noſtra iura ad naturam accommodari, & eſt ratio imitationis, quia opera naturæ pul-
chriora ſunt & certiora, & ſicut eo excellentior eſt pictor, quo magis imitatur natu-
10 rã, ita & meliores ſunt leges quo magis ad naturã accedũt, quis erit exitus q̃ſt. *Gomeſ †*
citato loco, putat diſtinguendum, aut agimus de iure noſtro conſeruando, & licet men-
tiri lege permittente. *Angel. in l. ſi quis liber.* per illum *tex. ff. de iniur.* & *d. l. at qui natura. §.*
qui abſenti ff. de neg. geſt. & ita procedit. §. namque: & ita verificatur noſtrum quartum ar-
gumentũ nam pro iure noſtro conſeruando, ſcilicet pro conſeruando teſtamento, vel
conſeruatione aliorum iurium, quæ nobis competebant, ante captiuitatem, lex fi-
ctionem poſtliminii inducit, & legis Corneliæ, Aut agimus de iure alicui auferendo,

& non

auferendo, & non eſt conceſſum mentiri, & ita accipienda ſunt argumenta alterius
11 ſententiæ. † *Specul. in tit. de Accuſat.* ver. item repellitur, ait quod lex non docet mentiri,
ſed aliquando permittat mendacium, & probat in *tit. de propriet.* §. 2. *col.* 1. verum arbi-
12 tror nunquam eſſe permiſſum mendacium, ſiue† in foro animæ quæramus, ſiue in fo-
ro exteriori, quo ad primum ſunt apertiſſima iura in *c. primum eſt*, in omne genus mē-
dacii in *c. nec artificio* 50. 22. *q.* 2. circa ſecundum, aut quærimus, an liceat mentiri, ita
quod mendacium ſit quandoque impunitum, & dicemus paulo infra, aut quod per-
mittatur mendacium, vt eo quaſi inſtrumento vtamur ad ius noſtrum conſeruandū,
& non permittitur, quandoquidem improbum, & iniuſtum remedium, non debet
concedi ad conſequendum ius, lex enim veritati ſemper fauet, igitur aduerſatur mē-
dacio quod eſt ſua natura malum, quoniam verba ſunt inſtituta, non vt his ſeſe inui-
cem homines fallant, ſed vt animi ſui cogitationes pandant *c. is autem* 22. *quæſt.* 2. præ-
ſertim cum non ſit abbreuiata manus legis, vt non poſſit iuſta remedia inuenire. Nec
vim habent adducta ex aduerſo, & ad §. *namque*, ſolutio eſt in promptu, in eo ſcilicet
tex. ſecundum vulgatos, & magis emendatos Codices, adeſſe dictionem quaſi, & i-
dem *Gom.* profitetur ſe decem codices vidiſſe eius lectionis; *ad l.* 1. *C. de bon. mater. Gom.
quoque reſp.* iuris proprii rem aliquam dici, ſi vel aliquod ius habeamus in ea *l. talem.* §. *ſi
quis ita. ff. de har. inſt.* nam pater ius vſusfructus habet in bonis filii, ipſe verò puto aliter
reſpondendum, quod ſcilicet pater non debet rem filii maternam vendere, aut dona-
re, ſed quando vendit, aut donat, debet prius rem non filii, ſed proprii iuris eſſe doce-
re, & ita nullum eſt mendacium, & hoc maxime debet emptor curare, quia ſi rem fi-
liorum emeret, nunquam illis vindicantibus poſſet obiicere præſcriptionem, non. a.
eſt illius cōſtitutionis ſenſus, quod pater vendens rem filii debeat dicere rem eſſe pro-
prii iuris; fieret enim quod lex iniquitatis vindex ad nequitiam inuitaret, & tex. vtitur
verbo, docere, non verbo dicere.

Tertio in *l. atque natura*, ſi bene inſpiciatur non adeſt mendacium, nam petens eſt
de illis qui poſſunt agere ſine mandato, vt gl. notat, & iuris præſumptione adeſt con-
ſenſus illius, cuius nomine res petitur, maxime cum de eius vtilitate tractetur. Quar-
13 tum de fictione† diluitur, primum quia fictio diſtat à mendacio, *Maſc. de prob. vol.* 1. *q.*
16. *num.* 4. Rurſus fictio non eſt contra veritatem in genere nec enim contrariatur, ve-
ro, quod homo aliquis ſemper fuerit in ciuitate, & nunquam ſenſerit captiuitatem Dd.
in *l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuc.*

Tertio reſp. quod lex non dicit mendacium, ſed ratione publicæ vtilitatis, diſpo-
nit ſuper eo, quod non eſt, proinde, ac ſi eſſet; conſtituit teſtamentum valere eius, qui
deceſſit apud hoſtes, proinde, ac ſi mortuus eſſet in ciuitate.

Quæſt. 3. Quæro dicit aliquis Titio mentiris ſaluo honore tuo: an cum hoc ver-
14 bum ſua † natura ſit iniurioſum, *Bart. in l. item apud* Labeonem. §. *aut prætor. ff de iniur. Bal.
in l. turpia ff. de leg.* 1. ceſſet contra eum actio iniuriarum propter illam qualitatem (ſaluo
&c.) tractant Doct. in *l. ſi non conuicii C. de in iur.* Alex. *in l. fin. ff. quod quiſq. iur. in l.* 3. *de liber.
& poſt ſcilicet* Abbas *in c. te extr. de re iudic.* & in *c. cum te extr. de iure iur.* & ſane non videtur
eſſe locus actioni iniuriarum.

Primo quoniam iniuria non fit ſine animo iniuriandi *d. l. ſi non conuicii*, animus au-
tem, ex prolatione verbi colligitur argumento. *l. quod Labeo. ff. de ſupellect. leg. l. ſcire. ff. de
tutor. & curat. dat. ab his.* Secundo probatur ex *Doct. Alexand. in l. de tutela, num.* 4. *Cod. de
integ. reſt.* vbi per illum text. in verb. falſo iuncta gl. ait quod ſi quis dixerit alicui, tu di-
cis falſum his verbis non infertur iniuria, & allegat ſuæ opinionis aſſertorem *Saly.* qui
inuehit in quoſdam ſuperbos, qui incontinenti aſſumunt iſta verba, tamquam dicta
in eorum iniuriam, affirmare autem tu mentiris, vel falſum dicis, paria ſunt; Tertio
vltra Doct. confirmo verba in quacunque diſpoſitione, non debet manere ſine effe-
ctu operandi, *Bald*, qui in hoc citatur ab omnibus in *Rub. C. de contrah. empt. quæſt. nona,
Tiraq. de contractu conuent.* §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 24. & *num.* 45. alias illa adiectio (ſaluo, &c) il-
luſoria eſſet, & ſuperuacua, contra *l. ſi quando. ff. de leg.* 1. *c. ſi* Papa *de priuileg. lib.* 6. Con-
traria opinio placet *Alberico in tractatu ſtatutorum Rub.* 42. *in* 2. *parte*, vt refert *Ioan. Bapt.
15 Caſtrenſ. in add. ad* Alberic. *in verb. mentiri*, & videtur eſſe † magis communis, vt per *Iaſon
in l. ſi quis extraneus num.* 2. & *num.* 7. *ff. de acquir. hæred.* In primis ex *d. l. ſi non conuitii*, ex
qua palam eſt, quod qui verbum iniurioſum infert in aliquem, non videtur habere a-
nimum ſaluandi honorem eius, ſed parum probat, nam definit verba iniurioſa, cen-
ſeri prolata animo inferendi iniuriam, niſi probetur contrarium, igitur datur facultas

probandi contrarium, quam probationem facit illa proteſtatio, ſaluo, *& cap. quae eſt*
16 *declaratiua animi.* Secundo confirmatur, quoniam eiuſmodi proteſtatio eſt contraria †
facto, igitur nihil releuat. *l. 1. §. 1 ff. ſi vſu fruct. petat. Bart. in l. 1. col. pen. C. de lit. conteſt. &*
in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acq. har. c. ſollicitudinem in fin. ex. de opp. aduerſantur enim quod
ſaluus ſit eius honor, & quod mentiatur.

Tertio. *Iaſon* allegat doctrinam *Ang. in l. veſtem, ff. de iniur.* quæ facit à ſimili, nam
17 dixero alicui † tędet me, quod fuerit condemnatus de falſo; teneor iniuriarum, ſiqui-
dem præſumitur, quod animo iniuriandi, & improperandi dixerim, licet præceſſerit
illud verbum tędet, & ratio eſt, vt arbitror, quia ſi dolendi non improperandi animo
dixiſſem, non vtique hominibus audientibus dixiſſem, ſed inter me, & illum ſolum,
vel ſaltem ſubmiſſa voce; contraria facile euertuntur, & primum quidem, & ſecun-
dum diluuntur, ex ſecunda ratione communis ſententiæ etenim verbum iniurioſum,
præſe fert voluntatem iniuriandi, & illa proteſtatio eſt contraria facto Tert. ſi conuel-
litur ex eodem me. *Iaſon d. l. ſi quis extraneus, n. 8,* quippe iſta verba, falſum dicis, poſſunt
eſſe vera ſine crimine dicentis, quandoquidem vſu ſæpe contingit, vt aliquis falſum
dicat, & putet ſe dicere verum, & licet Iaſon non alleget, eſt tex. egregius, in *ca. homines
falſum 22. quaeſt. 2.* vbi iurans falſum, & putans ſe iurare verum, non dicitur periurus; at
non poteſt quiſpiam mentiri ſine crimine, quia is mentitur, qui contra id, quod ani-
mo tenuit loquitur voluntate fallendi. *c. is autem d. cauſa 22. q. 2. gl. in l. de ætate. §. ſi cum eſ-
ſet. ff. de interrog. act.*

Quaeſt. 4. Quæro Titius improperat Mæuio mendacium, & vera eſt impropera-
18 tio, vtrum competat Męuio † actio iniuriarum, tractat *Bart. in l. eum qui. ff. de iniur. Hoſt.
in ſumm. ext. ne iniur. §. contra quos gl. in c. ſi peccauit 2. q. 1.* Et denegandam actionem pro-
bat à contrario ſenſu *l. 3. C. de iniuriis l. ſi quidem eod. tit.* vbi ſi alicui dixero delatorem eſ-
ſe, cum non eſſet datur actio iniuriarum, & ſi quis conuicerit aliquem de certo crimi-
19 ne in iudicio non poteſt eo nomine iniuriarum † conueniri. Secundo verum, & iu-
ſtum coincidunt, adeo vt veritas ſæpe ad iuſtitiam ſignificandum ponatur, iuxta illud
Pſalmographi, fidelia omnia mandato eius, facta in veritate, & æquitate, & alibi omnes
Viæ eius miſericordia, & veritas; Iniuria autem eſt, quæ non iure fit *l. 1. ff. de iniur. §. 1.
Inſtitut. eodem,* & ſic contra ius, & contra verum, vbi ergo verum eſt, non poteſt eſſe in-
iuſtum, igitur nec iniuria.

Tertio patrocinatur *l. 1. §. ſane ſi quis C. de famoſ. libell.* in qua accuſatus de famoſo
20 † libello, ſi probauerit eſſe vera, quæ in libello continebantur laudem maximam con-
ſequitur. Quarto accedit *l. eum qui nocentem. ff. de iniur.* quæ definit, eum qui nocentem
21 infamauit † non eſſe bonum, & æquum, ob eam rem condemnari. Ex aduerſo dimi-
22 cat regula, quod † noſtros defectus detegi inhumanum, & iniurioſum eſt *l. 2. §. 1 verſ.
quidenim C. quando, & quibus quart. pars lib. 10. Rom. conſ. 96.* & ideo licet verum ſit, quod
nobis obiicitur, tamen propter malum modum, & malum animum detegendi, non
debet eſſe impunitum, arg *c. regulantis .11 q. 3. Rom. d. conſ num. 6.* 11. ſuffragatur. *tex. in l.
veſtem ſordidam. ff. de iniur.* in qua tametſi vere ſit aliquis Reus conſtitutus, non tamen
conceditur ei, qui coniunctus non eſt, veſtem ſordidam Rei nomine in publico ha-
bere, capillumue ſubmittere. Tertio iuuat doctrina *Ang. in d. l. veſtem,* nempe quod in-
iuriarum actione teneor ſi dixero alicui eum fuiſſe condemnatum de falſo. Quæ eſt
igitur magis laudanda ſententia? *Bart. in alleg. l. eum, qui diſtinctione,* negocium reſoluit.
23 † Aut contumelia, quæ infertur eſt de eo, quod ſciri ac detegi intereſt Reip. nempe a-
liquem fuiſſe mitratum, vel eſſe Baſtardum; nam illa infamia detecta, non admittere-
tur ad teſtimonium, nec ad honores, atq; ita de publico agitur intereſſe, aut eſt de eo,
quod manifeſtum fieri, publice non intereſt, vt Titium eſſe cæcum, vel claudum &
hoc poſteriori caſu datur actio iniuriarum in priori vero ceſſat. *Hoſt. in ſumma d. iniur.
§. contra quos.* aliter diſtinguens ait. Aut contumelioſum verbum proficiſcitur ex culpa
eius, cui iniuria dicta eſt, velnti quod ſit vinoſus, vel blaphemator, & non eſt locus
actioni. Aut emanat citra culpam eius, nempe, cæcus eſt, ſpurius eſt, &c. & tunc
conceditur actio, alii aliter diſtinguunt, ſi quis autem exactè, & copioſe explicatio-
nem quæſtion. videre deſideret conſulat *Roman. in d. conſil. 96.* in quo argumentis hinc
inde deductis, & pluribus opiniotibus diuerſorum relatis ſubiicitur ſententiam
ſuam.

Quaeſt. 5 Quæro Reus reſpondens libello Actoris, dixit tu mentitis, vtrum hoc
24 verbo ſit † inducta litis conteſtatio, tractat *Bald. in leg. Turpia. ff. de leg. primo. Iaſon
& Rom.*

Digitized by Google

& Rom. in l. ſi quis extraneus. ff. de hæred. inſtit. Abb. *Butrius, Soc. Fely. in c. 1. extr. de litis con-*
teſt: qui ſequuti Bald. ſententiam dixerunt litis conteſtationem induci, vnico probāt
argumēto quoniam hoc verbum tametſi contumelioſum ſit, tamen eſt aptum nego-
tio, de quo agitur ſcilicet negationi, per quam perficitur litis conteſtatio, probat *Fely.*
in dict. c. 1. num. 22. citans eiuſdem opinionis ſectatores *Alex. &* Ang. *in alleg. l. ſi quis ex-*
25 *traneus.* Hæc tamen † ſententia apud me non caret dubitatione, ſiquidem hoc ver-
bum iniurioſum eſt, atq; ad delictum tendens, ergo non aptum ad inducendum, qua-
ſi contractum, qui litis conteſtatione abſoluitur. verba enim delictorum non conue-
niunt vllo modo contractui.

Secundo, quoniam id genus verbi non eſt aptum negocio, ſcilicet inficia-
tioni, etenim mentiri eſt proprie contra mentem ire, & is mentitur, qui contra id,
26 quod animo † ſentit loquitur voluntate fallendi *c. is. autem 22. quæſt. 2.* proinde dicere
tu mentiris, ſignificat tu dicis contra mentem tuam, & habes voluntatē fallendi, quod
non præſumitur de eo, qui agit in iudicio: iniuriam enim non facit, qui iure ſuo vtitur
& creditur ſecundum mentem ire, qui apud iudicem petit. Tertio talis eſſe creditur
animus, qualia ſunt verba loquentis *d. l. quod Labeo. ff. de ſuppell. leg.* verbum autem pro-
latum eſt iniurioſum, igitur animus proferentis videtur fuiſſe iniuriandi aduerſarium,
non cum eo litem conteſtandi. Cæterum ſi hoc verbum accipiatur in eo ſenſu, quo
vulgo ſolet intelligi, nempe tu mentiris, id eſt, tu non dicis verum, poſſet Bald. & alio-
rum ſententia defendi.

Quæſt. 6. Quæro, an mendacium nemini nocens puniatur, de hac quæſt. Dd. &
maxime *Gomeſ. in §. in perſonam num. 17. verſ. nota tertio Inſt. de actio. Bald. in l. fin. Cod. quod*
falſo tuto. auth. Saly. in auth. contra qui propriam colum. 3. in princ. C. de non nume. pecunia, &
27 † non plecti dixit *Bal. citat à l. fin.* dum ita ſummauit illum tex. Mendaciū nemini nocēs,
non punitur, & ampliat, idem iuris eſſe, ſi iudici dictum ſit mendacium à teſte, vel ab
alio, neque enim eſt à Iudice pœna afficiendus, ratio eſt, ſecundum *Saly. dict. loco,* quo-
niam mendacium alteri non nocens, dicitur nugatorium; Secundo loco munit eaſ-
dem partes, illud quod per manus traditum eſt, quamuis allegans legem correctam
incidat in pœnam falſi *l. fin.* vbi *Bart. ff. ad l. Cornel. de falſ. in l. omnes pop. in fine ff. de iuſt.*
& iure Doct. in §. 1. Inſt. de teſt. ord. fallit vbi extra iudicium allegaretur, quando nō po-
teſt obeſſe *Bart. etiam dict. l. fin.* cui conuenit illud vulgatum, falſum nemini nocēs non
puniri; Tertio adſtipulatur *l. eleganter. §. ſi. cum l. ſeq.* vbi denegatur actio de dolo aduer-
ſus eum, qui dixerat ſimpliciter mendacium, Titium cui mutua pecunia dabatur eſſe
idoneum facultatibus.

Quarto in hanc ſententiam *Alber.* citat *l. fundum. §. fin. iunct. gl. in verb. dixerim. ff.*
de ciuit. in qua *Ancar.* notat per illum tex. aliquem non puniri propter mendaciū, quā-
do neminem afficit damno, & congruit *l. fin. ff. quod falſo Tutor. auth geſtum,* in qua Tu-
torem ſe dicens per mendacium, nulla tenetur actione, ſi pupillus in nullam exinde
28 captionem inciderit; Ad reſoluendam † difficultatē, diſtinguo. Aut loquimur in ſim-
plici mendacio, & ſine dolo, & tunc nulla eſt conſtituta pœna, duplici ratione, tū quia
caret dolo, & ita accipiendæ ſunt *d. l. fin. & d. l. eleganter.* Aut ſumus in mendacio dolo-
ſo, & tunc ſi non nocuit, ſed nocere potuit, & non euadit impune, quia per mēdacem
non ſtetit, ſed ſi non obfuit, nec potuit obeſſe, tunc non plectitur ordinaria pœna ſed
extraordinaria propter malum animum arbitrio Iudicis, vt in ſimili in cauſa falſi dicit
Menoch. de arbitr. Iud. cauſ. cent. 4. caſu 306. num. 22. verſiculo dic non puniri, conferunt,
29 quæ tradita ſunt in illa quæſtione; an dolus nemini nocens † puniatur, faciunt tradita
per *Gomeſ. in d. §. in perſonam numer.* 17. verſiculo ſecundo procedit, inquit enim quod
allegans legem correctam, punitur extraordinem, quoniam res eſt mali exempli ar-
gumento *l. ſi quis. §. abortionis. ff. de pœnis.* Illud autem obſeruandum, quod mendaciū
ſiue noceat, ſiue non noceat mentienti, nunquam rei veritatem immutat, iuxta aper-
tiſſimum tex, *in l. Aſſumptio. ff. ad municip in verſ.* nec mendacio dicentis ſe eſſe, vnde nō
ſit deponitur origo, & ita ibi *not. Bart.*

Quæſt. 7. Quæro teſtis dixit cum iuramento mendacium, credens ſe deponere
30 verum; an puniatur † tamquam falſarius, negatiuam ſententiam amplectitur. *Hyppol.*
Marſil. in leg. tertia, §. præterea verſiculo vlterius circa. ff. de Sicar. Soccin. Iunior. conſi-
lio triceſimoprimo, numero vigeſimoprimo, verſiculo quia cum falſo volum. 2. Tiraq. de retract.
§. 2. gloſſ. in num. 10.

Contraria tamen opinio eſt pluribus recepta ſuffragiis, ſi credimus *Gabriell. in*

ſuis conc.lib.7.in tit.de criminal.concl.33.n.5.verſiculo tenendo. Diſtinguitur enim inter iu-
31 ramentum credulitatis, cuiuſmodi eſt iuramentum calumniæ,& iuramentum † ve-
ritatis, vt eſt iuramentum teſtis, etenim in iuramento calumniæ, iuramus, quod credi-
mus eſſe verum, & licet ſit falſum, non ſumus periuri, & ita procedunt authoritates
priori loco allegatæ, ratio eſt in conſpectu; quandoquidem nihil repugnat, quod cre-
dam eſſe verum,& tamen ſecus ſe res habeat, ſed qui iurat in his, quæ ponuntur pro
veritate, vt accidit in teſte periurus eſt, niſi verum dixerit, propterea, quod in te-
ſtibus nō poteſt iurari de veritate etiam illud, quod aliquis pro certo tenet: *Archidiac.*
32 *in c.teſtis, item nota* † *3.quæſt.11.Gabriel.vbi ſupra num.4.verſ, contrarium*; declaratur au-
33 tem ibi communis hæc † opinio, vt iſte teſtis non puniatur pœna falſi ordinaria, quip-
pe quia non concurrit verus dolus, nec intentio fallendi *Fely. in c.dilectorum verſ. imo*
dicit extr.de teſt.coge.Soc.Iun.conſ.41.verſ.nec obſtat volum.2. Plane dubia eſt, vt mihi vi-
34 detur, hæc concluſio. Nam † teſtis, qui putat verum dicere, & profert mendacium,
non eſt periurus *c. homines 2.q.2.* ratio eſt, quoniam ſine dolo nemo incidit in periuriū
Alciat.in c.cum contingat de iureiur. igitur nec falſarius, falſum namque ſine dolo non
contrahitur *l.nec exemplum.C,de falſi.Soc.Iun.* dicit eſſe com. opinio.*conſ.39.num.13.libro.*
ſecundo.

35 Confirmatur à definitione † falſitatis, eſt enim falſum immutatio veritatis fraudu-
lenter facta, vt in *auth.de inſtru.cautel in pr.* valet quod dixit per eum tex. *Alber.in dict.*
in verſ. falſum eſt immutatio veritatis cum dolo, & ad eſſe falſitatis tria requiruntur,
mutatio veritatis, dolus, & quod alteri ſit nociuum; *Ancar.conſ.23.* facit *l.nec exemplum,*
& l.domus.Cod.de falſis, quomodo igitur erit falſarius ſi dolo caruit? & ſi falſarius non
eſt, quo pacto falſi pœna ordinaria, vel extraordinaria eſt puniendus? cum vtraq; pœ-
na falſitatem præſupponat, vt, qui falſum dixit, & nocuit plectitur ordinaria pœna fal-
ſitatis, qui falſum protulit, & nocere non potuit afficitur pœna extraordinaria falſita-
tis, *Clar.in §.falſum, verſ.item excuſatur, Menoch.citatus in ſuperiori quæſt.in fin.* At ceſſan-
te dolo, vel fraude; deficit profecto falſi ſubſtantia, & forma, cui conſequens eſt, ceſſa-
re vtramque pœnam, & hæc obtinet iudicio meo, ſi verbi proprietatem ſpectemus,
& ſtricte, vt ſolet fieri in pœnis *c.odia de reg.iur.in 6.* falſitatem exaudiamus. Porro au-
tem ſi latiori ſumpto vocabulo falſum accipiamus, pro eo, quod verum non eſt, vt ca-
pitur in *l.His qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb. dubiis in l.3.Cod.qui Tutor.dari poſſ.* ſane teſtis
eſt falſarius, & quaſi temere affirmauerit, vel negauerit, id de quo non erat inſtructus
plecti debet, tribus namque modis falſum accipitur in iure, primo quidē pro eo, quod
verum non eſt *d.§.vtrum.*

Secundo pro immutatione veri fraudulenta *dict. Auth.de Inſtrum.caut. & fide,*
& prout crimen eſt, quoties dolum animi ſequitur facti executio ad peruertēdam ve-
ritatem *l.quod ſit falſum, & quod ibi not.ff.de falſis.*

Quæſtio octaua, Quæro, an liceat mendacium dicere pro tuenda ſua, vel al-
36 terius ſalute. Pro opinione, quæ † negatiua eſt *tex. in cap. ne quis arbitretur 22.*
quæſt.2. quia non eſt conceſſum facere minus malum, vt maius euitetur,& *D. Bernar-*
37 *dus hoc confirmat* † *in capite quadrageſimatertio,* de interiori domo,& refert illum *Card.*
Alban. in leg. eleganter. §. idem Pomponius. ff. de dolo conferunt dicta *Abbatis in ca-*
pit. olim extr. de reſcription. & in cap. ſicut colum. penult. eodem titulo, ego verò Ca-
noniſtis, & Theologis hanc dirimendam quæſt relinquo.

38 Erit eterum quæro reſcriptum eſt impetratum † per mendacium, nempe talis
P. iudicet in ſua cauſa, an tribuat iuriſdictionem & ad tuendam opinionem negati-
39 uam confert vulgata regula quod mendax † Impetrator debet penitus carere im-
petratis *l.& ſi legib.C.ſi contra ius, vel vtil.publi.*

Contrariam ſententiam defendit tex. in *l præſcriptione* ſecundum vnum intel-
40 lectum *Codice eodem titulo Iaſon.* ibi diſtinguit † inter mendacium doloſum, & ſine
dolo, ſi quidem pro caſu nullum tribuit iuriſdictionem.

Secundo vero iterum diſtinguitur, nam aut precator tacuit, vel expreſſit id,
quod ſi non tacuiſſet, vel expreſſiſſet, nihilominus obtinuiſſet reſcriptum, & tunc
Iuriſdictionem tribuit, aliàs nullam Iuriſdictionem tribuit, vt inquit ibi *Iaſon. per tex.*
in c.ſuper litteris extr.de reſcript. vbi, vide *Abb. & Auguſt.Beroum,* & conferunt ad prædi-
cta quæ ſcripſimus *ſup.in tit. de dolo in reſcript.*

Quæſt.1. Quæro an teſtis ob mendacium poſſit ſubiici torturæ *Dec.in l.hoc edicto*
num.22,

num.11.verſ.in gloſſ.ff.quod quiſque iuris, putat eum poſſe torqueri, & ait ad mentem *Ca-*
41 *ſtrenſ.* quod ſi teſtis temere † aſſeruit, Titium nihil habere in bonis ſi deprehendatur in mendacio, poteſt de temeritate puniri, adde, inquit hunc teſtem poni poſſe ad torturam allegat, *Rom. Bartol. & Alex. Senatus autem Pedemont. deciſ.79.num.17.verſ.* iſtis ſic præmiſſis diſtinguit, quod ſcil. mendacium in circumſtantiis delicti, & in qualitatibus non faciat indicium ad torturam vllo modo. Mendacium vero circa delictum facit, non per ſe, ſed iunctis aliis indiciis, vt per *Carrer.* qui multas authoritates cumulat in *tract.crimin.in princ.num.119.* cui additur *Hipp.Marſ.conſ.15.colum.penult.Gramm. volum.30.numer.16. Menoch autem de præſumpt.quæſtion.89.numero 68.* quatuor recenſet opiniones & probat vltimam ſcilicet in arbitrio iudicis eſſe conſtitutum per ea, quæ tradit, *Clarus in pract.crim.§.fin.quæſt.2.* in verb. mendacium, nam eo loco de mendacio etiam Rei loquens ait ego in hac varietate opinionum, crederem hoc eſſe relinquendum arbitrio iudicis conſiderata qualitate perſonæ, & rei ſuper qua eſt mendacium, & an ſit circa ſubſtantialia negocii, ſubdens, quod ex ſolo mendacio, ſine aliis adminiculis, numquam poneret ad torturam.

Quæſt.10. Quarto an mendacium præſumatur in dubio dolo dictum, & videtur
42 quod ſic, vt tradit † *Caſtren conſ.136.viſis, & conſideratis in fin. libr.1. Ancar.conſ.226.colum.2. Roman. conſ.8.num.2. Alexand. conſ.63.lib.1. Crau.conſ.2. & conſ.192.numer.13. & conſ.244.num.6. Maſcard.concluſ.531.num.19. & num.76. Decianus conſ.32.numer.29. libr.3.* huc pertinent, *l. ſi quis affirmauerit.§.1.l.quod venditor, & l.eleganter.§.idem Pomponius. ff.de dolo. & l.falſus.§.ſi quis.ff.de furt.* & hinc infertur, quod impetrans reſcriptum expreſſa aliqua falſa qualitate, doloſe egiſſe præſumitur. *Crau.conſ.282.num.8.* Hinc etiam dicimus dolum præſumi ex falſis perſuaſionibus. *l. Seruus.§.vltimo.l.cum quis.ff. de dolo*, copioſe. *Crau.d.conſ.192.num.12. Decianus.d.conſ.32.num.24.& 29.* Hinc quoque dolus præſumitur in matre, affirmante filium eſſe ætate minorem, ſi probetur deinde eſſe maior, *Ruy in conſ.194.num.8.lib.1.* diſtingue tamen aut, qui mendacium protulit, ſenſit, aut ſperauit ſentire commodum ex mendacio & præſumitur dolus, & ita obtinet, quæ modo dicta ſunt, aut nullum commodum eſt conſequutus, nec ſperauit conſequi, & ceſſat doli præſumptio. *Menoch.de præſumpt.lib.5.præſumpt.3.num.62.per conſ.Ruy.8.num.5.lib.4.& conſ.29.num.6.lib.1.*

De pœna Mendacii negatiui, Cap. XIIII.

1 *Mendacium non relinquitur impunitum*
2 *Modicum mendacium, vitiat actum, maxime in lucro captando.*
3 *Mendacium, aut negatiuum, aut affirmatiuum.*
4 *Quinque pœnæ mendacii negatiui.*
5 *Prima pœna mendacii negatiui, ex* l, fin. ff. de rei vend. *eſt amiſſio poſſeſſionis, quã mendax ſe negauit habere.*
6 *Duplex ratio dictæ pœnæ.*
7 *Quæ requirantur ex parte Rei ad hoc, vt incidat in illam pœnam, & ſunt quatuor requiſita.*
8 *Negans Reus ſe poſſidere in poſitionibus, an perdat poſſeſſionem.*
9 *Reus negans narrata in libello, prout narrantur. non ſubiicitur pœnæ* d l. fin.
10 *Cautela actoris, ad hoc, vt Reus, teneatur pœna eiuſdem legis.*
11 *Quæ requirantur ex parte Actoris, vt locus ſit dictæ pœnæ, et ſunt quinq; requiſita.*
12 *In pœnis legalibus eſt licita pœnitentia.*
13 *Actor probatis his, quæ oportet acquirit poſſeſſionem ex* d.l. fin. *non ipſo iure, ſed per officium iudicis.*
14 *Pœna* d.l. fin. *obtinet etiã in Reo conuento actione Publiciana, nedum rei vendicatione, & quacumque actione reali.*
15 *Pœna eiuſdem legis procedit et in illo, qui negauit ſe poſſidere nomine proprio, dicens alieno nomine habere poſſeſſionem.*
16 *Subiicitur quoq; illi pœnæ, qui mentitus eſt in qualitate poſſeſſionis; puta negauit poſſidere titulo emptionis.*
17 *Eadem pœna plectitur reus conuentus petitione hæreditatis.*
18 *Reus mendax priuatur poſſeſſione, etiamſi opponat exceptionem dominii probandi in continenti.*
19 *In remedio adipiſcendæ poſſeſſionis, propter mendacium non obſtat exceptio dominii, licet ſine mendacio.*
20 *Tertius poſſeſſor, in quẽ bona fuerunt fraudulenter alienata, negans ſe ea bona poſſidere perdit beneficium excuſſionis, & poſſeſſionem.*
21 Pœna d.l. fin. *locũ habet etiã in ſpiritualib.*
22 *Pœna prædicta reſtringitur ad ſolã poſſeſſionem, neq; enim proprietatis continet iacturam.*

23 *Quæ limitatio reſtringitur, quando poſſeſſor negaſſet ſe poßidere proprio nomine, aſſerens ſe poßidere nomine alicuius potentioris, nam tunc proprietatem etiam amittit.*

24 *Ceſſat pœna* d.l.fin. *in eo, qui interrogatus, an dolo deſierit poßidere, negauerit per mendacium.*

25 *Pæn* d.l.fin. *procedit in vera, & propria poſſeßione, non in ficta, & impropria.*

26 *Negans ſe poßidere pro parte, non punitur in re tota.*

27 Non eſt locus d.l.fin. *ſi reus fuerit conuictus de mendacio, non ex probationibus ipſius actoris, ſed vel per confeßionem rei ante litem conteſt. vel ex Iuramento actoris.*

28 *Deficit etiam ea conſtitutio in Prælato negante ſe poßidere.*

29 *An ea lex vendicet ſibi locum in eo, qui detinebat, & negabat ſe detentorem eſſe.*

30 *An ad hoc, vt ſit locus* d. legi, *debeat reus interrogari an poßideat, & cum comminatione.*

31 Reus, *negat ſe poßidere, actor non vult ſumere onus probandi contrarium.*

32 *Vtrum ſit actori aliquo remedio ſuccurſum, ad obtinendam illam poſſeßionem.*

33 *Mendacium in pluribus cauſis facit eum teneri in duplum, qui ſine mēdacio obligatus erat in ſimplum.*

34 *Lis creſcit ob inficiationem, in cauſa depoſiti, in damno iniuria dato, in legatis venerabilibus locis.*

35 *Depoſitarius in quatuor caſibus propter mendacium tenetur in duplum; ſed ſi minor ſit reſtituitur in integrum.*

36 Actio *depoſiti, in his quatuor caſibus eſt prætoria, & directa, non contraria.*

37 A*mpliatur, vt procedat in hærede depoſitarii negsnte.*

38 A*mplia dictos quatuor caſus, ad alios ſimiles.*

39 *Ceſſat hæc pœna in his caſibus ſi reus antequam de mendacio conuictus fuerit reuocauerit negationem.*

40 *Libellus in hac actione prætoria, qualiter ſit formandus remißiue.*

41 *Reus actione* l. Aquiliæ *conuentus, ſi per mendacium negauerit punitur in duplū.*

42 *Quod nam ſit illud ſimplum, quod in* l. Aquilia *per inficiationem eſt duplandum.*

43 *Lis per inficiationem creſcit, non modo in directa actione* l. Aquiliæ; *ſed in actione vtili, & in actione in factum.*

44 A*ctio vtilis* l. Aquiliæ, *& actio in factum quando præſtentur.*

45 *Dupli condemnatio per inficiationem, an veniat iure actionis, an ſit petenda.*

46 A*n libellus debeat alteruatione concipi.*

47 *Neganti non prodeſt confeßio facta ex interuallo.*

48 *Nec etiam releuatur negans ſi obiulerit actori Iuſiurandum.*

49 *Ceſſat pœna dupli in actione legis* Aquiliæ, *ſi actor propriis probationibus non conuincat reum de mendacio.*

50 *Minor, qui negauit, etiam in hac actione reſtituitur.*

51 *Deſinit pœna prædicta, quando inficiatio eſt facta ſine dolo, vel culpa.*

52 *Deficit etiam ſi de damno dato ageretur criminaliter.*

53 *Actore probante rei mendacium per Iuramentum iudiciale, vel ſuppletorium, an ſit locus duplicationi.*

54 *Grauatus ſoluere legata piis locis, ſi negauerit punitur in duplum.*

55 *Hæc pœna non modo locum habet in hærede ex teſtamento ſed etiam ab inteſtamento.*

56 *Item, & in legatariis, & fideicommiſſariis, & in alio quocumque grauato præſtare aliquid.*

57 *Executor teſtamenti, an eadem pœna teneatur, ſiue legitimus ſit, ſiue teſtamentarius.*

58 *Pœna debetur, ſi fraudulenta fuerit negatio, ſi non fuit re integra reuocata, & ſi mendacium fuit probatum.*

59 *Vtrum in relictis fiſco, Republica vel Pupillis ſit locus pœnæ propter inficiationem.*

60 *An pœna mendacii locum habeat in legatis factis pauperibus, vel in redemptionem captiuorum.*

61 *Quando pœna imponitur ipſo iure, non augetur per negationem, ſicut non diminuitur per confeßionem.*

62 *Pœna veniens ex mēdacio, dicitur extrinſeca, & accidentalis.*

63 *Fideiubens pro certa quantitate, non tenetur ad pœnam, quæ ex mendacio, vel ex contumacia reſultat.*

64 *Si pater teneatur ſoluere condemnationem filii authoritate ſtatuti, non tenetur ſoluere pœnā quadrupli, quæ per aliud ſtatutum imponitur, non ſoluenti intra menſem.*

65 *Vtrum condemnatus de mendacio in duplum; ſi in appellatione reuocauerit negationem, poßit pœnam euitare.*

66 *Quid ſit, & quomodo intelligendum illud duplum.*

67 *Nun-*

67 Numquid condemnatus de mendacio, ſi non ſit ſoluendo debeat luere in corpore. Diſtinctio in hoc articulo ex authore, & declaratio.

68 Quid ſi confeſſus fuit, & poſtea negauit, & fuit conuictus?

69 Regula, vt non ſoluens in ære, luat in corpore, quomodo intelligenda.

70 Pœna dupli propter mendaciū, vltra prædictos caſus eſt, in caſu, l. fin. §. licentia. C. de iur. deliber.

71 Quæ, & qualis ſit illa negatio, quæ in prædictis caſibus inducit pœnam dupli.

72 Statutum tribuit beneficium confitenti, reus negauit, & poſtea confeſſus eſt, an gaudeat beneficio.

73 In cauſis, in quibus inficiando lis creſcit, indebite ſolutum non repetitur.

74 Pœna dupli per inficiationem, an ſit quoq; nouo iure authenticorum inducta.

75 Pœna, dupli, ob inficiationem iure antiquo inducta, in quo differat ab ea, quæ iure nouo eſt inuenta.

76 Reus conuictus de mendacio per propriam ſcripturam, qua pœna plectatur. dupli

77 Et quando per ſcripturam factam ab alio, ſed à debitore ſubſcripta.

78 Negans ſubſcriptionem totam ſcripturam dicitur negare.

79 Eadem pœna, dupli eſt, quando confitetur ſcripturam, ſed negat ſe recepiſſe quod in ea continentur.

80 Eadem tenetur Iudex: ſi mendacem non condemnauerit.

81 Reo conuicto de mendacio, an proſit exceptio ſolutionis.

82 Si reus ab initio negauerit, & rogatus, vt iuret confeſſus fuit, liberatur à pœna.

83 Actor negans propriam ſcripturam de recepto factam reo, punitur in duplum.

84 Et quid ſi actor, reuocauit negationem.

85 Tutores. vel curatores pupilli nomine conuēti, vel Minoris vel etiam agentes pro ipſis. qua pœna plectātur propriam ſcripturam negantes; & quæ nam ſit pœna aduerſus negantem publ. inſtrumentū.

86 Quod remedium detur, contra negantem propriam ſcripturam, vt fiat condemnatio dupli,

87 Vtrum conuictus de homicidio, quod negauerat, poſſit confugere ad illam defenſionem, quod ad ſui defenſionem fecerit.

88 Vtrum propter mendacem negationem ſint aliæ pœnæ comparatæ.

89 Reus propter mendacium perdit priuilegium allegandi plures exceptiones.

90 Patitur immiſſionem in poſſeſſionem ex edicto de damno infecto.

91 Conuenitur tamquam hæres, licet non ſit, ſi per mendacium dixerit ſe hæredem.

92 Qui interrogatus, an animal, quod dedit damnum ſit ſuum, tenetur in ſolidum, & non liberatur dando illud pro noxa, ſi per mendacium negauerit.

93 Negans poſitionē, nō poteſt in ea ſe fraudare.

94 Poteſt tamen ſe fraudare in dictis Teſtium ſuper poſitione negata.

95 Vtrum, negans per mendacium perdat beneficium ſibi competens.

96 Fideiuſſor negans ſe fideiuſſorem, amittit beneficium ceſſionis, & alia ſibi indulta priuilegia.

97 Socius perdit beneficium ne conueniatur, niſi in quantum facere poſſit.

98 Item, & Maritus negans matrimonium.

99 Item Vaſallus, feudū ſi negauerit ſe Vaſallū.

100 Item emphytheuta, an cadit à iure ſuo, propter negationem mendacem.

101 Item negans immixtionem hæreditatis perdit beneficium abſtinendi.

102 Item negans debitum, amittit priuilegium, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt.

103 Per negationem non perditur priuilegium, niſi in caſibus à iure expreſſis.

104 Negans debitum perdit beneficiū ceſſionis.

105 Negans contractum, non poteſt opponere poſtea, quod non ſit ſolemnis.

106 Negans aduerſarium appellaſſe, non poteſt ea ſe iuuare appellatione.

107 Filiusfamilias ſi contrahendo dixit ſe patremfamilias emancipatus poſtea perdit priuilegium, ne conueniatur, niſi in quantum facere poſſit.

108 Creditor negans rem pignoratam, amittit ius pignoris.

109 Negans ſe habere inſtrumentum, cadit ab omni commodo, quod habere poteſt in eo.

110 Dicens ſe perdidiſſe inſtrumentum, nō poteſt poſtea producere illud ad probationē.

111 Contra negantem poſitiones, quando poſſit in litem iurari.

112 Negans propriam ſcripturam, priuatur beneficio exceptionis nō numeratæ pecuniæ.

113 Vtrum tutor negans ſe tutorem, perdat beneficia, quæ tribuuntur tutoribus.

114 Tutoris quatuor ſunt beneficia, ordinis, diuiſionis, ceſſionis, vtilis actionis.

115 Multæ exceptiones dantur contra vtiles actiones, quæ nō cōpetant contra directas.

116 Mendacii nulla videtur pœna ſine dolo.

117 Pœna priuationis beneficii, non habet locum in caſibus exceptis.

118 Iudici ſecundū Ariſt. quoad fieri poteſt modica eſt à legiſlatore danda authoritas.

Digitized by Google

119 *Tutor negans ſe tutorem, non perdit priuilegia, ex veriori ſententia.*
120 *Reſponſio ad argumenta contraria.*
121 *In pœnis aliquando lata, aliquando ſtricta ſit interpretatio.*
122 *Regula quod dictio taxatiua, non excludit caſus ſimiles, quomodo intelligatur.*
123 *Hæres ſi neget ſe grauatum eſſe legatis, & recuſet iurare, non poteſt dicere deinde, non eſſe ſolemniter relicta.*
124 *Vtrum negans rem aliquam eſſe hæreditariã, perdat beneficium legis Falcidiæ.*
125 *Tria iura conſideranda in hoc articulo, Pandectarum, Codicis, Authent.*
126 *In contractibus innominatis, re non integra non eſt locus pœnitentiæ.*
127 *Fallit propter mendacium.*
128 *Filius quando perdat per mendacium beneficium abſtinendi.*
129 *Notarius negans ſe eſſe rogatum de inſtrumento, ſi factum ſit de recenti, puniatur de falſo.*
130 *Propter mendaciũ, qui tenebatur pro parte obligatur in ſolidum.*

POST hæc quæro de pœna mendacii nam legibus non dimittitur impunita, & v-
1 troque iure † ſunt aduerſus eam pœnæ comparatæ. *l. fin. & ibi Bald. & Iaſon. Cod. de fideicomm ff. l. fin. ff. de rei vend. l. ſed ſi ex parte. §. interdum. ff. quod cum eo, Authent. contra qui propriam. Cod. de non numer. pecun. l. ſi quis argentariis. § cogentur ff de edend. l. cum de indebito. ff. de probat. Authent. de trient. & ſemiſſ. §. illud gloſſ. in l. inde Neratius, in verſ. duplum. ff. ad l. Aquil. c. fin. extra de ſolut. c. penult. vbi Abb. extra de Iuramento calumn.* in tantum quod licet de minimis non caret prætor, fallit in mendacio, ſiquidem modicum
2 mendacium vitiat † præſertim in lucro captando, *Tiraquell. de iudic. in rebus exiguis in*
3 *fine, pagina mihi 58. verſ.* ex quibus plane liquet. Cum vero mendacium dicatur, aut † negando verum, aut aſſerendo falſum, vt ſupra expoſuimus, videamus primo de pœna mendacii per negationem, quærentes quibus pœnis afficiatur, negans ſi de mendacio fuerit conuictus.

Et ſane quantum ingenii noſtri imbecillitate licuit inueſtigare, quinque ſunt in
4 iure † pœnæ mendacii negatiui.

Prima eſt amiſſionis poſſeſſionis, quam mendax ſeſe negauit habere.

Secunda pœna dupli in quibuſdam caſibus.

Tertia amiſſionis beneficii ſibi competentis.

Quarta pœna iuramenti in litem.

Quinta pœna condemnationis in ſolidum, in eo, qui tenebatur pro parte.

Quæſt. 1. Vt autem omnia iuxta propoſitum ordinem tranſigantur, aggredi-
5 or expoſitionem prioris pœnæ, quæ ſumitur † ex *l. fin. ff de rei vend.* ad cuius euidentiorem doctrinam, quæro quid ipſa ſit, ſecunda quæ requirantur, vt *d. l. fin.* ſit locus. Tertio ampliationes, & limitationes, afferam. Eſt itaque pœna, vt ſi Reus conuentus actione rei venditionis, negauerit ſe poſſidere, & fuerit de mendacio conuictus, perdit poſſeſſionem, quæ acquiritur actori, licet ſuam eſſe non probauerit, & ad idem eſt text in *Authent. de trient. & ſemis. §. illud*, ibi, ſcilicet pro abnegatione, namque circa hoc, & actoris laboribus, dum adhuc cauſa dicitur ad actorem transferatur rerum de quibus eſt quæſtio facta poſſeſſio quibus ex verbis conſpicuum eſt, non ob ſolum mendacium pœnam inferri, ſed etiã ob merita actoris laborantis in probatione mendacii, & eſt pœna ſolius poſſeſſionis, vt eam ſolum amittat, ſicut dictis iuribus expreſſum eſt, & probant, *Bart. Bal. Alberic. Angel. in d. l. fin.* Abb. *in c. penult. numero 18. extra de Iuramento calum. Iaſon. in* §. *omnium numero* 86. *Inſt. de action.* Roman. *conſ.* 70. *numero nono,*
6 dicens eius *l. fin.* duas eſſe † rationes, alteram ex parte rei propter mendacium, Alte-
7 ram ex parte actoris propter onus probandi: Quo ad ſecundum reſp. aliqua † deſiderare ex parte rei, quædam vero ex latere actoris. Et primo in reo exigitur, quod negauerit per mendacium. *Afflict. deciſ.* 18. & ſit dictum dolo, vel lata culpa, ita quod
8 ſimplex mendacium non ſufficit, veluti ſi ignoraſſet † ſe poſſidere. puta per filium, vel per ſeruum acquiſita poſſeſſione Abb. *d. n. 18. cap. pen. de iur. calumn Iaſ. citato loco n.* 96. per doctr. *Bald. in c. Vaſallus; in prin.* ſi de feudo fuerit controuerſia inter Dominum, & Vaſallum, atq; eiuſmodi dolus vel culpa allegãda eſt ab actore. *Alexand. conſil.* 25. *vol.* 5. conſtabit autem de his, per coniecturas, argumento *l. dolum. C de dolo.* Secundo deſi-
9 deratur reum negaſſe ſuper libello apto, quippe ſi eſſet † ineptus, non puniretur. *Bald. in l. edita Cod. de eden. in repet. Pand. in vltima colum.* Idemque iuris eſſe crederem, ſi ſuper poſitionibus interrogatus negaſſet habere poſſeſſionem, ex paritate rationis, imo ex maioritate rationis, quoniam iurato reſpondit, proinde magis delinquit.

Tertio

Digitized by Google

Tertio requiritur, quod dicta negatio non ſit reuocata ante litem conteſtatam:
nam facta reuocatione lite nondum conteſtata, pœna ceſſaret, *Roland. conſil. 88. numer.
4. Bald. & alios in d. l. fin.* & in illis cauſis, in quibus non eſt neceſſaria litis conteſtatio vſq;
ad illum actum, qui ſolet fieri poſt litem cõteſtatam. Quarto opus eſt mendacium eſſe
præciſe negatiuum poſſeſſionis, proinde ſi Reus negaret, vt moris eſt, narrata in libel-
lo prout narrantur, non incideret in eam pœnam, per not. *d. Bartol. in leg. ſi dubitet. §. ita
demum. ff. de fideiuſſ. & Iaſ. d. §. omnium, num.* 98. dicit nunquam eſſe delendum de me-
moria & eſſe vtiliſſimam in actu practico & *Imol. in allegata l. fin.* inquit ſe fuiſſe bene
lucratum ſuper illo dicto, & ſequitur in *l. ſed hoc ita. ff. de re iu.* latiſſime. *Io. Trig. inter ſing.
Doct. ſingulari* 75. Et ideo inualuit praxis, quod vt Reus conuentus, non incidat in pœ-
nam *dict. legis*, neget ſemper narrata eſſe vera, prout narrantur, *Marſ. ſingul. 242.* qua
10 ratione inuenta eſt cautela, in fauorem Actoris, vt Reus non poſſit euitare † eius le-
gis pœnam, vt faciat in principio iudicii interrogari Reum an poſſideat, quia vult cõ-
tra eum agere Rei venditione, cogitur enim præciſe reſpond. negando, vel affirman-
do, ſi affirmauerit res eſt in tuto, etiam ſi non poſſideret, nam videretur ſe obtuliſſe
poſſeſſioni B*artol. in l. is, qui ſe obtulit. ff. de rei vend.* niſi reuocaſſet negationem ante lit.
conteſt. vti ibi *Bart.* ſi vero negat, & conuincitur de mendacio, incidit in pœnam *d. l.
fin. Iaſon d. num.* 99. allegans *Ang.* qui in actu practico tradit optimam hanc cautelam,
& de eiuſmodi interrogatione, *Gabriell. in tit. de acquir. poſſ. concl. 5. num. 33.* Guido Papa
conſil. 3. num. 1.

11 Pro parte vero † Actoris, neceſſaria eſt probatio, quod Reus tempore negatio-
nis poſſidebat, *Bart. Alber. Bald. in d. l. fin. Iaſon Ang. & alii in d. §. omnium, Pract. Papient. in
form. libell. interrog.* fiendæ cum Reo, in *gloſſ. primo, an dictus num.* 2. ita, vt ſi per confeſſio-
nem Rei factam ante litem conteſtatam, vel alio modo ſine probatione Actoris con-
ſtet Reum poſſidere, ceſſat pœna eius legis, idem & ſi poſt litem conteſtatam reuo-
caſſet Reum ſuam negationem, modo adhuc non probauerit Actor, *Iaſon in §. item ſi
quis in fraudem, num. 7. Inſt. de actio. Gabriel. in loco nuper deducto*, ratio eſt, quoniam Actor
non fuit grauatus onere probandi, quomodo autem dicta poſſeſſio ſit probanda. *Rom.
conſ. 70. nu. 9. & 10. cum ſeq.* nam vt dictum eſt, non ob ſolum mendacium Reus plecti-
tur, ſed ob laborem quoque Actoris, copioſè R*olan. d. conſ. 88. num. 11. cum ſeq.* reddens
12 rationem cur permiſſa ſit negationis reuocatio, tum quia in pœnis legalibus † eſt lici-
ta pœnitentia, tum quia quando debitum non eſt conſumatum, licet pœnitere, tertia
ſcilicet ratio, quoniam ex negatione ante lit. conteſtatam Actor, non eſt grauatus o-
nere probandi, R*oland. ibi num. 18.* verum ex ea, quæ fit in ipſa litis conteſtatione A-
lex. in l. eum quæ col. 3. ff. de iur. iur.

Secundo ex latere actoris requiritur quod doceat Aduerſarium poſſidere, ita, vt
verificentur omnes confines rei de cuius agitur poſſeſſione, alioqui ſi vel vnus diuer-
ſificaretur, diceretur Reus habuiſſe iuſtam cauſam negandi, & quamuis ad probãdam
identitatem Rei, ſufficiat probaſſe duos confines, *Bart. in l. Demonſtratio falſa. ff. de con-
dit. & demon.* ſecus tamen, quo ad inducendam pœnam d. legis, tantum dictum eſſet ſi
docerentur confines aliquo modo mutati, vt diffuſe per *Alex. conſ. 35. lib. 5. Lud. Cattan.
inter Conſilia. Rem Senatoris conſ. 738. vol. 4. oportet.* Tertio loco Actorem allegare, Men-
dacium Rei dolum eſſe, vel culpoſum *Alex. conſ. 31.* veluti ſi dixerit, ſe non proprio,
ſed alieno nomine poſſidere, cum in proprio facto non cadat ignorantia. Quarto ne-
ceſſe eſt, quod Actor, egerit in iudicio actione reali, non perſonali. *Abb. d. c. pen. de iur.
calumn. num.* 18. verſiculo item requiritur, & in his terminis loquitur. *d. l. fin. & §. illud
in auth. de trient. & ſemiſſe, & in auth. item poſſeſſor. C. qui potior. in pign. habe.*

Quinto deſideratur, Actorem petiiſſe a iudice beneficium *d. l. fin.* adeo, quod ſi
petierit ſe ad probandum admitti, non vt poſſeſſio ex *d. l.* ſibi adiudicetur, abſque alia
probatione, & cæperit docere, non poſſit poſtea dictum remedium implorare. *Guid.
Pap. ſingul.* 563. & plenius *ſingul.* 609. reddens rationem, quia cum ſemel elegerit viam
ordinariam, non poteſt confugere ad extraordinariam, refert *Gabriel. ſuis com. in tit. de
acq. poſſ. concluſ. 5. in fi.* His ergo concurrentibus, Reus amittit poſſeſſionem, quæ acqui-
13 ritur Actori † non quidem ipſo iure; ſed per officium iudicis imploratum ab Actore,
& acquiritur abſq; libello, litis conteſtatione, vel Iuramento Calumniæ, & per *Iaſ. d. §.
omnium, num. 89.* R*olan. d. conſ. 88. num. 15. vol. 4.* G*abr. ubi ſupra num. 15. cum not. à doct. in
ſæpe citata l. fi. Appoſt. ad Pract. Papiens*, in forma interrogationis fiendæ, & in *gl. 1. an dictus*
& rationem ponit R*om. d. conſ. 70. n. 7. verſ. ego autem.*

Digitized by Google

Venio modo ad tertium nempe ad ampliationes, & limitationes. Primo itaque
14 ampliatur, vt procedat in Reo conuento act. rei vend. ſed † etiam actione publiciana,
& quacumque alia actione reali, gloſſ. *in d. §. illud in auth. de trient. & ſemiſſ. Bald.* quem
alii commendat in *ea l. fin. confert. tex. in auth. item poſſeſſ. C. qui potior in pign. &c.* ratio eſt,
quia adeſt odium mendacii, & fauor actoris propter onus probandi, *Alb. ibidem d. l. fi.
n. 3. verſ. & licet.*

Secundo ampliatur in eo, qui interrogatus reſpondit ſe poſſidere, ſed † no-
15 mine alieno, & fuit conuictus, quod proprio nomine poſſideret. *Roman. d. cſ. conſil. 70.
numer. 7. verſic. vltim. quaero Roland.* multa cumulans. *d. conſ. 88. numer. 10. verſ tertio dicta
libr. 4. Marſ. ſingul. 242. Gabriel. d. concl. 5. n. 18. Abb. & Butrius in c. quoniam frequentor. §.
quod ſi ſuper. vt lit. non conteſt.*

16 Tertio ampliatur in eo, qui mentitus eſſet non in poſſeſſione, ſed in † qualitate poſſ.
& ſic in titulo, quia negauerat ſe poſſidere tit. empt. *Iaſ. in §. omnium, n. 92. verſ.* quid au-
tem ſi Reus *Gabr. citato loco. n. 33.*

17 Ampliatur † quarto in petitione haereditatis, quamuis ſit actio mixta. *l. haeredita-
tis petitionem C. de pet. haer. Dd. in Rub. ff. ſi cert. pet. per Bart. d. l. fin.*

18 Quinto ampliatur, vt Reus † priuetur poſſeſſione, licet ipſe opponat exceptio-
nem Dominii probandi in continenti, *Bar. & Bal. d. l. fin. Iaſon in §. omnium. n. 9. verſ. item
aduerſa*, *Gabriel. d. loco. num. 17.* inquit ab omnibus eſſe notandum, ceu ſingulare, quod
19 † in adipiſcendae poſſeſſionis remedio, vt eſt *d. l. fi.* non obſtat exceptio dominii, & hoc
in poenam mendacii.

20 Sexto † ampliatur, vt idem iuris ſit in ſpiritualibus, & beneficialibus per *Ang. in
d. l. fin. ex not. per Inn. in c. cum veniſſent in gl. in verſ. pertineret extr. de in integ. reſtit. Gabbr.
vbi ſupra n. 19.* ſed cogita eum *d. l. fin.* non habet locum in praelato, negante in praeiudici-
um eccleſiae, idem *Gab. n. 23.*

Ampliatur ſeptimo; nam ſi tertius poſſeſſor, in quem bona ſunt à debitore frau-
21 dulenter alienata, negauerit ſe illa bona poſſidere; perdit beneficium † excuſſionis,
Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, nu. 70. verſ. ſexto limitoi Inſt. de act. ſed forſitan etiam poſſeſ-
ſionem proderet ex *d. l. fin.*

Accipio nunc limitationes. Primo itaque reſtringitur diſpoſitio *d. l. ad ſolam* poſ-
22 ſeſſionem, proprietatis enim nulla fit † iactura *Abb. d. c. pen. de iur. calum. num. 18* inqui-
ens quod Reus propter illam negationem, & amiſſionem poſſeſſionis, ſi dominii ius
23 ſibi competere exiſtimauerit, de Reo efficitur Actor, hoc autem recipit † etiam reſtri-
ctionem, vt ſcilicet poſſeſſionem amittat, non proprietatem, fallit ſi Reus, non ſolum
negaſſet ſe poſſidere, ſed praeterea dixiſſet ſe poſſidere, alicuius potentioris nomine,
cum vere ad eum ſpectet, nam hoc caſu proprietate quoque priuatur, *Bald. in l. 1. C. de
his, qui potentiorum nomine, &c. Mar. in c. quoniam frequentor. §. quod ſi ſuper ex. vt lit. non con-
teſt. Gab. concl. 5. n. 20. de acq poſſ.*

24 Reſtringitur ſecundo † ſi fuit interrogatus, an dolo deſierit poſſidere, & ipſe per
mendacium negauerit, nam; & ſi de mendacio conuictus, & ſi dolus pro poſſeſſione
ſit, *l. parem, vbi Dec. & Cag. ff. de reg. iur.* tamen nõ ſubiicitur poenae dictae legis quoniã lo-
25 quitur in poſſeſſione, & ideo in vera † poſſeſſione eſt accipienda, cum agatur de poena
Alberic. d. l. fin. num. 3. verſ. item quaero, ex quo dubia redditur, quaedam ampliatio *Iaſon. in
d. §. omnium. n. 95.* ex mente *Bal. in l. Cogi. C. de petit haer.* quod ſi Reus non poſſideret verè
rem, ſed precium eius, & dixerit non poſſidere, probata poſſeſſione precii committi-
tur poena *d. l. fin.* etenim cum poſſidens precium videatur poſſidere ipſam rem, & ita
improprie dicta cõſtitutio intelligenda eſt in ꝓpria poſſeſſione. Tertio limitatur, vt ſi
26 Reus negauerit † ſe pro parte poſſidere, non eſt plectendus in amiſſione poſſeſſionis
totius rei, quia in poenis ſtricte procedimus *cap. in poenis de reg. iur. cap. odia eodem ti-
tulo:* & in parte mentitus, punitur in parte: *Iaſon in §. omnium, nu. 94. Gabriel. d. concl. verb.
num. 30.*

27 Limitatur quarto ſi Reus fuit quidem † conuictus de mendacio, verum non
ex probationibus ipſius actoris, ſed per confeſſionem Rei factam ante litem conte-
ſtatam, vel etiam per iuramentum ipſius Actoris *l. eum qui iuraſſe. ff. de iur. iur.* vt dixi-
mus ſupra, & probat *Grat. conſ. 31. vol. 2.* ratio eſt in promptu, quia Actor non laborauit
in probando, *Bart. in alleg. l. fin. num. 11.*

28 Quinto fallit, vt expoſitum eſt in Praelato, qui negando non poteſt ſuae eccleſiae
inferre praeiudicium, *Gabr. d. concl. 5. num. 32.*

Limita-

29 Limitat ſexto *Guido Papa conſ.3.num.4.* vt *d.l.fin.* procedat † in poſſidente, non indeſi-
nēte, eaque ratione ſuſtinetur limitatio, quoniam illud reſponſum accipiendum eſt in
vera poſſeſſione, cui tam aduerſatur *Romanus conſ.70.num.8.per tex.in auth.item poſſeſ-
ſor.C.qui potior in pign.habe.*

30 Septimo limitatur quoniam neceſſe eſt Reum fuiſſe per Actorem † interroga-
tum, in primis ſi rem petitam poſſidebat *Bart.d.l.fin.* vbi etiam inquit eſſe Reum inter-
rogandum cum comminatione, Plane hæc limitatio non videtur probanda, quippe ſi
vera eſſet, redderetur ſuperuacanea altera limitatio ſcilicet vt ea conſtitutio ceſſet, ſi
Reus reſpondens libello negaſſet narrata eſſe vera prout narrātur, & vana redderetur
illa cautela, quod Reus non ſimpliciter neget narrata in libello, ſed narrata, prout nar
rantur ad eam pœnam euitandam, ſiquidem non ex reſponſione libelli ſed ex illa in-
terrogatione fieret amiſſio poſſeſſionis, nec *Bar.eo loco* aſſerit id, ad quod allegatur; ſed
ait item nota, ex hac lege, quod iudex poteſt interrogare aliquem, &c. & quidem cum
comminatione, ſed quod debeat præciſe interrogare alias ceſſet, eius legis diſpoſitio,
Bart. non dicit.

31 Quæro ad pleniorem exitum † huius materiæ Reus negauit ſe poſſidere, Actor
non poteſt, aut non vult probare contrarium, an ſit ei conſultum aliquo remedio, vt
valeat dictam poſſeſſionem negatam acquirere, *Iaſ.in §.omnium num.91.* ex mēte *Ang.*
ibi, *Gabriel.d.concl.v.in fin.num.37 Caroll.cant.125.& 235.* dicunt prudentem Actorem,
32 poſſe à iudice petere, mitti in poſſeſſionem † illius rei, tanquam vacantem in præiudi-
cium ſolius Rei negantis, & non alterius per tex. in *§.illud in auth.de trient.& ſemiſſ.* per
Baldum in l.qui ſeruum.§.in iure.ff.de interroga.act. Specul.in tit.de interrog. quæ fiunt an-
te litem conteſt. §.1. *Appoſt.ad Practicam Papien.d.loco,* vbi eodemque titulo vbi inquit
ſe ita practicaſſe.

Q.2. Quæro, an mendax aliqua pœna plectatur. Reſp. punitur pœna dupli, qui ſi-
33 ne mendacio tenebatur in † ſimplum, vt accidit in illis caſibus, in quib. lis per inficia-
tionem creſcit *§.rei perſequendæ verb.plane §.ex maleficiis. §.item furti, Inſt.de act.l.1.§.1.&
§.merito, & l.quod tumultu.ff.depoſit.* Videntur autem eſſe quinq; præcipui caſus, in qui-
34 bus creſcente lite, per inficiationem, mendax † condemnatur in duplum.

1 In depoſito.
2 In damno iniuria dato, pro quo competit actio legis Aquiliæ.
3 In relictis venerabilibus locis.
4 In caſu *l.fin.§ licentia.C.de iure deliber.*
5 In negatione propriæ ſcripturæ.

De ſingulis, itaque tractari videamus, primo de depoſito, in quo explorati qui-
dem iuris eſt, Depoſitarium regulariter teneri, dumtaxat in ſimplum *d.l.1.§.1.ff.depoſi.
§.præterea Inſt.quib.mod.re contrahit.oblig.* ratio eſt, quia voluntate fit depoſitum, ideo ſi-
bi imputat, qui non diligentiorem Amicum &c. *§.pen.Inſt.quib.mod.re contrah oblig.&
d.l.1.§.hac autem.* Limitatur verbo illa regula in Depoſito facto ex neceſſitate, in quo ſi
35 is; qui depoſitum ſuſceperat inficietur † conuictus de mendacio, tenetur in duplum *d.
l.1.§.prætor ait, & §.merito,* ea ratione ait *Vlp.in ea l.1.§.* hanc ſeparationem (quod cum
exſtante neceſſitate deponatur, creſcit perfidiæ crimen, & publica vtilitate coercen-
dum eſt, vindicandæ reipub. cauſa) Hæc vero deponendi neceſſitatis, ex quatuor po-
tiſſimum cauſis proficiſcitur, primo quoties deponit aliquis propter tumultum ortum
ſcilicet in ciuitate, vel in loco, in quo depoſitum eſt, vnde imminet mihi periculū res
meas amittendi, niſi deponerem, ſecundo ſi deponerem propter incēdium ſcilicet vt
à flammis citiſſime ereptas liberas reddam. Tertio propter Ruinam, dum eas ob im-
minenti ruina exemptas depono.

36 Quarto propter naufragium, & his caſibus actio Depoſiti † eſt prætoria, licet re-
gulariter ſit ciuilis, *gloſſ.d.l.1.§.1.verſ.dabo. Specul.in tit.depoſit.§.nunc libellos. Gomeſ.in §.
ſequens num.9.Inſt.de act.* & colligitur, vt mihi videtur in *§.merito d.l.1.dum ait Vlp.* meri-
to has cauſas deponendi, ſeparauit prætor, *Criſpus de Montibus in ſuo tractatu de terminis
act.in act.152.* vbi etiam addit, hanc eſſe directam, & contrariam, ſicut ciuilis, conſonū
eſt æquitati, vt ſi Depoſitarius pro cuſtodia Rei depoſitæ fecerit ſumptus, habeat re-
petendi facultatem, arbitror etiam ex hac directa actione prætoria, Depoſitarium cō-
demnatum, affici nota infamiæ, cum maior ſit ratio perfidiæ, nedum æqualis *dict. leg.
prima, §. hac autem ſeparatio,* ibi creſcit perfidiæ crimen, ſimiliter, & iſtam prætoriam
puto bonæ fidei argumento *§.actionum de actio.* cum ſub nomine depoſiti contineatur

Digitized by Google

37 Ampliatur, vt procedat etiam † in hærede Depoſitarii, ſi ipſe quoque indebite men-
38 tiatur *d.l.1.§.1.verſ.* quod alius; Extenditur etiam, vt valeat in aliis ſimilibus † caſibus,
veluti ſi factum ſit depoſitum propter hoſtium incurſum *Ang. in d.§. conſequens de act.*
Porrigitur quoque ad depoſitum factum propter inundationem aquarum, Specul. in
39 *tit. de depoſit. §. nunc libellos*: Limitatio ſit in eo, qui † non perſeuerauit in negatione, ſed
poſtea confeſſus eſt ſcilicet antequam eſſet conuictus de mendacio, ex probationib.
Aduerſariis *Iaſ in §. ſequens verſ. ex maleficiis num.* 27. verſiculo & iuxta prædicta *de act.*
facit. l. eum qui. ff. de iure iur. vbi probans mendacium rei, per iuramentum ab eo delatū,
non agit in duplum, quod non fuerit grauatus onere probandi; Limitatur in minore
quippe, qui aduerſus negationem reſtituitur *l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum verſ. ſed ſi ff. de*
40 *minor.* qualiter autem in hac actione prætoria oporteat formare † libellum, *Ang. in*
d § ſequens numero. 2. verſ. in depoſito, Iaſ. eod. loco numero. 31. Specul. in tit. de depoſit. §. nunc li-
bellum, vbi format libellum, in omnibus his caſibus, Incendii, Ruinæ, Tumultus,
Naufragii.

Quæſt. 3. Sed iam ad ſecundum caſum tranſeamus ſcilicet ad damnum iniuria da-
tum, quod *l. Aquilia* emendatur, nam ſi Reus hac actione conuentus inficietur damnū
41 intuliſſe probato aduerſus eum † mendacio, non amplius in ſimplum, ſed in du-
plum condemnabitur *l. contra negantem. C. ad l. Aquil. l. inde Neratius §. hæc actio. ff. eod. tit.*
§. rei perſequendæ. §. item furti, Inſt. de act.

42 Quæro quodnam ſit illud ſimplum, quod † ratione inficiationis duplatur; & ſa-
ne gloſſ. *in d. l. contra negantem, in verſ. probetur*, ibi, ſed quod, & in § *hæc actio. l. inde Nera-*
tius. ff. ad l. Aquil. & Bald d. l. contra num 8. verſ. quæro, quod duplandum reſpondent du-
plari illud ſimplum, quod venit in *l. Aquilia, arg. l. ſi cum exceptione. §. 1.* verſ. quadrupla-
bitur *l. in hoc. ff. de vſu corrupt. l. in actione furti. ff. de furto*, quibus conſequens eſt, quod
cum ex primo capite legis Aquiliæ fiat condemnatio quanti plurimi valuerit in eo
anno animal occiſum *§. 1. Inſt. de leg. Aquil. l. ſi ſeruum meum. ff. eodem tit.* ſi valuerit cen-
tum duplabuntur iſta propter inficiationem, cum vero in tertio capite condemnatur
Reus quanti plurimi valuerit infra 30. dies animal vulneratū *§. capite 3. Inſt. ad l. Aq. ver-*
ſiculo ex hoc tamen, ſi valuerit facta æſtimatione 40. illa oportet duplari ſequuta infi-
ciatione, & hoc ſibi vult, vt arbitror *Bald. in dict. l. contra*, dum ait duplari omne intereſ-
43 ſe. Extende principalem concluſionem vt obtineat † non modo in actione *leg. Aquiliæ*
directa; Sed in actione vtili, & in actione in factum, vt dixit *gloſſ. in l. inde Neratius in fin.*
& in dict. l. contra per tex. in l. de pecoribus. C. ad l. Aquil. gloſſ. in auth. de triente, & ſemiſſ. in §.
ſtudium in verbo actiones. vtilis enim competit quando datum eſt damnum de non cor-
44 pore in corpus *d. l. de pecoribus, & §. cæterum Inſt. d. l. Aquil.* In factum vero † præſtatur,
quando nec corpore datum eſt damnum, nec corpus læſum eſt, ſed alio modo alicui
damnum contigerit *d. §. cæterum*, verſiculo ſed ſi non corpore, vbi ponitur exemplū,
Ratio ampliationis quoniam adeſt odium Mendacii, & fauor Actoris ſuſtinentis onus
in probando contrarium, & conuincendo mendacium.

Secundo amplia ex mente *Caſtr. in d. l. contra negantem*, vt iſta negatio duplicet
45 condemnationem, etiam ſi non petatur, quia hoc venit ex natura † actionis, & allegat
pro concordanti *Bald. in d. l.* 1. *C. de furt.* & fuit opinio *Guid. de Suzza, & Bald. in l. 1. num.*
24. C. de furt. & quod ita ſe habeat natura actionis, probat ex *dict. l. inde Neratius. §. hæc a-*
ctio, ait, competit aduerſus confitentem in ſimplum, aduerſus negantem in duplum.
Plane huic ampliationi contradicit *Bald in dict. l. contra num. 7. verſiculo tertio, in fin.* vbi
deducit opinionem *Gugl*; quod nimirum ſit petendum ſimplum, & ſi contingat ne-
gari petat duplum, & ait, quod licet opinio *Guid. de Suzza*, ſit probabilis, & nitatur na-
tura Actionis, tamen alia ſententia eſt ſecurior, & habet meliorem practicam, & ita vi-
46 detur ſentire *Iaſ. d. §. ex maleficiis num.* 100. *verſ. item dixi*, quare alternatiuum † libellum
docet fieri Speculator in cauſa depoſiti, quæ per inficiationem creſcit in *tit. depoſit. §.*
nunc libellos. Iudex enim non impartitur officium ſuum niſi petenti *l. 4. §. hoc iudictum,*
& ibi Dd. maxime Rip. ff. damn. infecto, ad hoc, vt ſententia ſit conformis libello, *l. vt fun-*
dus, cum ibi not. ff. comm. diuid.

47 Tertio, Amplia, vt † neganti non proſit confeſſio facta, ex interuallo, quando a-
ctor ſuſtinuit onus probandi. *Bald. in d. l. contra num. 4. Iaſ. & alii, in l. eum qui colum. fin. ff.*
de iure iur: facit in argumentum *l. fallaciter. Cod. de* [illegible] *aditionibus*, not. *in auth. contra qui pro-*
priam. Cod. de non numer. pecun.

Quarto extenditur, ſi Reus obtuliſſet iuramentum, & Actor recuſaſſet aſſerens
teſtibus

teſtibus velle ſe, vel inſtrumentis probare *Iaſ. d. l. cum qui num.* 13. Reſtringitur autem multis modis, & primo quando mendacium non eſt probatū ex propriis actoris probationibus, puta teſtibus, vel inſtrumentis ab eo productis, verum iuramento delato à parte, vel rei euidentia, vel alio modo, ita, quod actor non ſuſtinuit onus probandi. *Dd. in d. l. cum qui per illum tex. Bald. in d. l. contra negantem*, reddens triplicem eius rei rationem, prima eſt quia iurando releuatur ab onere probandi, Secunda quia Actoris partes erant ſuſcipere in ſe munus probationis.

Tertia quia ſententia, quæ fertur contra Reum cenſetur fundata magis ſuper iu-
48 re, quod ex † ſacramento proficiſcitur, quàm ex actione in factum, vel legis Aquiliæ, quæ pro damni emendatione conceditur.

49 Secundo reſtringitur, vt dictum eſt † in minore, qui petita reſtitutione in inte-
50 grum reſtitutione euitabit condemnationem † dupli, quam ſua mendacii negatione iuſte ſuſtinuerat *l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum verſ. ſed ſi cum. ff. de minor.* quæ reſtrictio ampliatur, vt ei ſit locus, in actione Depoſit. & in omni alia, quæ per inficiationem augeat cōdemnationem in duplum, ſi quidem *§. ille ſimpliciter* loquitur, quando propter negationem fit duplicatio pœnæ.

51 Tertio reſtringitur, quando dicta negatio † non eſſet facta dolo, vel culpa; quippe lex mendacium puniens, ceſſat dolo, vel culpa ceſſante, *Alex. in l. etiam, §. licet colum. fin. licuit. 3. ff ſol. matr. Bal. in c. 1. §. Vaſallus, ſi de feud. fuerit controuerſ. inter domin. & Ang. Gom. ſ. in §. ex maleficiis n. 29. de actione*, id quod etiam in cauſa depoſiti eſt probandum, etenim ibi quoque negatio debet eſſe doloſa, vel ſaltem ex culpa profecta, proinde *Bal. in l. ea quæ. ff. de condict. indebit.* affirmat excuſari quemcunq; ex iuſta cauſa erroris. Quin-
52 to idem *Bald. nuper citato † loco* limitat ſi de damno dato, ageretur criminaliter, & probat *Appoſt. ad Bart. in d. l. contra negantem.*

Quæſt. 4. Quæro, an ſit quinto loco reſtringenda prædicta concluſio vt valeat,
53 nedum in iuramento † voluntario ſicut expoſitum eſt ſed etiam in iuramento ſuppletorio, ſiue neceſſario, vt ſcilicet eius virtute facta condemnatio; non augeatur in duplum, & profecto *Bart. Bald. Fulg. Alex. in d. l. cum qui* putant ceſſare pœnam dupli, ea ratione, quod contra negantem duplicatur condemnatio, quando actor probauit damnum illatum, appellatione autem probationis intelligimus de vera, & propria probatione *gl. not. in c. conſtitutionem, in verſ. ſi de de elect. Bald. in l. peremptorias col. vlt. C. ſent. reſcind. non poſſe*, iuramentum autem ſuppletorium non eſt propria probatio *Bald. in c. 1. §. ſacramentum, de conſuet. rect. feud.* Altera eſt eius ſententiæ ratio, quod in allegata *l. contra negantem*, fit condemnatio dupli ſub illa conditione, ſi actor probauerit, conditio autem deſiderat implementum in forma ſpecifica *l. qui hæred. & l. Mæuius. ff. de cond. & demonſtr.* igitur non debet valere probatio per iuramentum ſuppletorium *Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iur. iur. colum. pen.* Porro autem ex aduerſo pugnant *Saly. Caſtr. Rom. in d. l. cum qui*, eoſque ſequitur *Iaſ. num. 16.* eo ducti argumento, quod tunc ceſſat pœna dupli, quando actor eſt releuatus ab onere probandi, & ea lege definitur, præſtās autem iuramentum ſuppletorium, non releuatur, quandoquidem nō obtinet à iudice iurādi poteſtatem, niſi facta prius ſemiplena probatione *Doct. in l. Admonendi. ff. de iur. iur. & Canon. in cap. fin. extra de iure iur.*

Tertio adiuuat eaſdem partes, quod in iuramento neceſſario, Reus non detulit; ſed iudex, & iſta fuit ratiocinatio *Saly. Rom. & Caſtr.* cæterum parui referret; ſi vtroque iureiurando, Actor æque exgrauaretur onere probandi, vt eſt mens. *d. l. cum qui; quare Iaſ.* Quarto loco fortius arguit, nempe *l. cum qui loquitur.* in iuramento volūtario; ibi cum omiſſa hac parte edicti, nam iuramentum ſuppletorium non poteſt omitti *c. fin. vbi gloſſ. & Doct. extr. de iure iuran. l. fin. ff. de in lit. iur.* nec eſt vera conſideratio *Iaſ.* ſcilicet poſſe recuſari ſi actor velit pleniorem probationem facere, ſiquidem iudex illud non defert niſi petatur, & poſt petitionem ſera videtur repudiatio, nec ſolet concedi, niſi ob inopiam probationum *d. l. admonendi d. l. in bona fidei d. l. fin.* Atque hoc primum fundamento. veriorem eſſe puto poſteriorem hanc ſententiam; quippe lex agens de iuramento voluntario, non procedit in iuramento neceſſario *d. l. admonendi in 2. parte, iuncto prin. legis*, & licet colligere, ex vniuerſo illo titulo, diuerſa eſt namque vtriuſque iuramenti natura, igitur diuerſa diſpoſitio *leg. natur aliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſione.* Secundo quoniam actor per iuramentum neceſſarium non releuatur in totum ab onere probandi, quemadmodum in voluntario, accedit quod multa requiruntur ad effectum, vt dictum iuramentum concedatur, vt per *Dd. in dict. l. admonendi*

Digitized by Google

Marant. de ordine iud. parte 6. c. de iuram. quibus perſpicuum eſt actorem non leuiter laborare, in probatione, præterea vltra doct. conſidero, quod alia ratio redditur in *d. l. eũ qui*, & illa ceſſat in iuramento neceſſario, nam ait, & poteſt dici hoc iudicio non principalem cauſam exerceri, ſed iusiurandum actoris conſeruari; verum non ſic in iuramento ſuppletorio, cum ſuppleat factam probationem, nec ex ſe præſtaret niſi præceſſiſſet ſemiplena probatio; at iuramentum voluntarium non ſupplet ſed per ſe ſufficit.

Nec faciant negocium allegata ex aduerſo, quoniam vis tota conſiſtit, nõ in propria, aut plena probatione, ſed in onere probationis, vt ſcilicet actor grauatus ſit onere probationis, ex quo conuinceret negantem de mendacio, & quando probauit ſemiplene res non eſt amplius integra, vt liceat Reo ſuam negationem reuocare, maxime cum ſit litis conteſtatio ſequuta, & Iudex non poteſt iuramentum denegare alioqui faceret litem ſuam, *Iaſ. in d. l. admonendi.* ita, vt actor, ſuis dicatur probationibus detexiſſe mendacium; ſecundũm argumentum euitatur, quippe quia ſpecifice probatũ eſt damnum, cum iuramentum ſuppleuerit defectum probationis, & ideo, ſi in cauſa damni dati poteſt eſſe locus iuramento ſuppletiuo, & ſublatu eſt contrarium; aut non poteſt deferri, & ſuperuacua eſt diſputatio.

Succedit modo tertius caſus, in quo ratione mendacii lis creſcit, & pœna duplicatur, nempe quando hæres, vel is, ad quem ſpectat onus ſoluendi legata, relicta vene-
54 rabilibus † locis negat ſe debere. §. *ex maleficiis verſ. item mixtas iuncta gloſſ. §. in duplum in fin. §. ſed furti verſ. at ille inſt. de actio.* ibi actiones illæ quæ de his cõpetunt, quæ venerabilibus locis relicta ſunt, non ſolum inficiatione duplicantur, &c. in qua re vnum videtur obſeruatione dignum, quod hæc pœna, nec pandectarum, nec Codicis vlla lege probatur, ſed tantum authoritate inſtitutionum, vbi gloſſæ in *add.* §. §. *nullam. Codic. aut ſſor.* conſtitutionem allegant, & ideo valet, quia imperator Iuſt. libris inſtitutionũ dedit robur, & authoritatem pleniſſimam ſuarum conſtitutionum §. *quas ex omnibus in*
55 *proœm. inſtit.* Hæc autem concluſio locũ habet non ſolum in hęrede † ex teſtamẽto ſiue directo, ſiue fideicommiſſar. verum etiam ab inteſtato, cum relicta piis locis duorum teſtium interuentu ſuſtineantur, & in vtroque hærede par ſit, atque eadem ratio; ſecũ-
56 do procedit † in legatariis, & fideicommiſſariis, ſi fuiſſent ipſi quoque grauati Eccleſiæ, aliiſque venerabilibus locis pręſtare non modo ex paritate rationis, ſed ex generalitate etiam conſtitutionis *d. §. ex maleficiis*, ibi item mixta eſt actio contra eos, qui relicta ſacroſanctis eccleſiis, &c. dicens æqualem eſſe pœnam, negare relictum, vel differre. §. *ſed facti inſt. eod.* vbi Imperator generaliter ait relicta Eccleſiis inficiatione duplicari, nulla facta diſtinctione perſonarum, tertio admittitur quoque contra hæredem ab inteſtato.

Quæſt. 5. Sed an militet eadem diſpoſitio in executoribus vltimarum voluntatũ
57 ſiue ſint † teſtamentarii, ſiue legatarii, vt epiſtolis per tex. in *l. ſi quis ad declinandam in pr. C. de epiſcopis, & Cler.* & videtur potior ſententia affirmatiua, primum quia exequutores tenentur actione ex teſtamento ſicut hæres *d. l. ſi quis ad declinandam*, ſecundo quoniã tenentur de omni culpa, ad quam obligatur hæres, *Imol. & Bald. in l. cum res. §. culpa. ff. de leg. 1. in allegato. §. ex maleficiis num. 22.* verſ. nam exequutores, & ante eum *Faber, & Ang.* ibi & hoc ordine proceditur, vt ſi teſtamentum extet, detur actio ex teſtamento cõtra hæredes directos, vel fideicommiſſarios mox deinde contra exequutorẽ teſtamẽtarium, teſtamento vero, non exiſtente contra hæredem ab inteſtato: Cæterum dura hæc mihi videtur opinio, etenim, aut exequutor nullum commodum habet ex teſtamento, & tunc officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, arg. *l. ab eo C. de fideicom. l. Imp. §. pr. ff. de leg. 2. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.* præterea durum quod ex mandato ſine ſuo commodo, duplum debeat de ſuo ſoluere, maxime cum mendacium ſine dolo non puniatur, & vbi ceſſat ſpecies commodi in mendacio, ceſſat etiam præſumptio doli, ſecundum ea, quæ dicta ſunt; Durius autem ſi deberet duplicatum damnũ de bonis ſoluere hæreditatis, quę non deliquit; aut exequutor recepit aliquam vtilitatem ex teſtamento, & tunc ſi differat exequutionem, non punitur hac pœna, ſed alia, de qua in §. *ſi quis autem pro redempt. in auth. de Eccleſ. titul.* nempe priuatur relicto quocumque: Idem ergo iuris eſſe debet in inficiatione, cum æquiparentur inficiatio, & procraſtinatio, quo ad pœnam *d. §. furti. inſt. de act.* Declara autem huic pœnæ locum eſſe, vt in
58 præcedentibus, nimirum quando † fraudulenta fuit negatio. *Ang. in d. §. ex maleficiis n. 25.* quando non fuit reuocata re integra, quando mendacium fuit probatum, probationibus actoris, & quando hæres acceptauit hæreditatem.

Quæſt. 6.

Quæſt. 6. Quæro, an quæ dicta ſunt in legatis Eccleſiæ, &c. obtineant in relictis
59 fiſco, Reipub. aut † pupillis, & videntur valere, quandoquidem firmum eſt argumentum de pia cauſa ad fiſcum *l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſiis. §. fin. iuncta. gloſſ. in auth. de non alien. aut permut. reb. eccleſiæ, gloſſ. &* Abb. *in c. auditis extr. de in int egr. reſtit.* proinde cum multa ſint priuilegia Eccleſiæ, accurate, & copioſe collecta à *Rom. in famoſa repet. auth ſimil. C. ad l. Falcid. à Bart. Bald. & Doct. in l. 1. C. de ſacro. Eccleſiis à Canon. in c. relatum. 1. extr. de teſtamento*, valent in fiſco, vbi non ſit diuerſa ratio, vel non inueniatur deciſum contrarium, & priuilegia Eccleſiæ ſunt eiuſmodi, vt fiſco poſſint applicari, in propoſito autem noſtro, non apparet diuerſitas rationis; non inuenitur deciſio contraria, & priuilegium eſt congruens; Similiter validum eſt argumentum de repub. ad cauſam piam, *gloſſ. in l. Rempub. in fin. C. de iure* Reip. *lib. 11. & gloſſ. in l. Reſpub. C. ex quib. cauſ. maior. gloſſ. in l. Imp ff. de re Iud.* Nec non, recte ratiocinamur, à pupillo ad Eccleſiam, *gloſſ. & Saly. in l. libertos. C. de excuſ. Tutor. gloſſ. in l. Reſpub. & ibi Bart. Bald. & Doct.* notatit *C. ex quibus cauſ. maior.* Frequentior tamen opinio eſt pro negatiua, vt de cõmuni teſtis eſt. *Iaſ. in d §. ex maleficiis num. 40. verſ. his*, & iſta gloſſ. ſequuti enim ſunt Doct. illam gloſſ. quæ illa ratione, quaſi firmiſſimo baculo innitur, quia in pœnalibus non fit extentiò, pœnalis autem eſt conſtitutio vt lis per inficiarionem creſcat comp[illegible]batur etiam, nam licet regula ſit quod in pœnis proceditur de ſimilib. ad ſimil[illegible]opioſe *Iaſ. in § querelam. Inſt. de act.* Fallit tamen, vbi pœnæ imponuntur ex priuilegio perſonæ, vt in his terminis fauore enim pii loci impoſita hæc pœna fuit, palam eſt, quia ceſſat in aliis legatis; tunc non eſt permiſſa extenſio, nec de ſimilibus perſonis, nec de ſimilibus caſibus *Iaſo. d. §. ex maleficiis num. 37.* Rurſus quamuis regula ſit, quod quando duo ſunt æquiparata per legem antiquam, ſi pœna ſtatuitur in vno per legem nouam, cenſetur quoque ſtatuta in alio, eſt namque vera, quando ſunt æquiparata in eadem materia, tunc enim ſiquid in eadem materia, ſtatuitur de nouo in vno, creditur ſancitum in altero, ſed quãdo illud, quod de nouo ſtatuitur, in alia materia ſtatuitur, in qua illa duo non ſunt æquiparata, diſpoſitum in vno, non porrigitur ad alterum, æquiparatio autem inter fiſcum, & Eccleſiam in diuerſa materia, quam legatorum inuenitur, vt in materia præſumptionis. *leg. fin. Codice de Sacroſanct. Eccleſiis*, In materia inſinuandæ donationis *leg. Illud Codice de Sacroſanct. Eccleſiis leg. ſi pro redemptione Codice de donat.* & ita defendit *gloſſ. & Doct. Iaſon. ab impugnatione Angeli dict. §. ex maleficiis numero. 43. verſiculo vnde alter.*

Quæſt. 7. Quæro, an pœna mendacii locum habeat in legatis factis pauperi-
60 bus, vel in redemptionem †, captiuorum, & ſane gloſſ. in *dict. §. ex maleficiis.* accedit ſententiæ negatiuæ, quia in pœnis, &c. & videtur communiter recepta *Iaſon. ibi nume. 40. verſiculo his ex iſta, ſed numer. 44. verbo* & quamuis teſtatur de communi aduerſus gloſſ. ea ratione, quod priuilegia, quæ conceduntur Eccleſiis, præſtantur pauperibus, & cuicunque loco pio *Bald. in leg. fin. colum. fin. Codice ad Trebell.* facit *§. 1. in Authent. de Eccleſiaſt. Titulis* idem *Bald. & Angel. in leg. ſine autem. §. ſi duobus. ff. de public.* & ideo *Iaſon. dicto loco* putat ab opinione gloſſ. recedendam, dicens; & cum hac vltima deciſione tranſeunt omnes.

Porro autem quoad legata relicta in redemptionem captiuorum, verior eſt, vt puto ſententia gloſſ. non quidem ex ſua ratione, quia in pœnis, &c. verum ex alia, nempe quia pœna eſt expreſſa in *auth de Eccleſiaſt. titul. §. ſi quis autem.* pro redemptione in quo expreſſum eſt, quod ſi quis ſecunda vice monitus ab epiſcopo legata præſtare diſtulerit, cadit ipſo iure ab omni commodo, & cauſæ piæ applicatur, quo ſtante ſic argumentor in legatis piis eadem eſt pœna inficiationis, & procraſtinationis *§. ſed furti, verſiculo ſed illa; quæ Inſt. de actio.* ſed pœna procraſtinationis non eſt dupli, Igitur nec inficiationis, nec pœnæ ſunt multiplicandæ, vt cadat à relicto, & præterea puniatur in duplum. Limitantur ante omnia ſupradicta, quando pœna à lege
61 imponitur ipſo iure. † *Angel. in dict. § ex maleficiis. num. 25. verſiculo vnum addas, Bald. in leg. prima, num. 24. Cod. de furt. Felyn. in cap. cæterum. num. 18. extr. de iud.* ratio limitationis eſt, quoniam vbi pœna imponitur ipſo iure, nec minuitur confeſſione, nec augetur negatione. *Bart. in l. id quod ſimul ff. de pecul. leg.* facit *l. Palam. § pen. in verſiculo ego. ff. de ritu nupt.* ſequitur *Iaſon. in dict. leg. eum qui num. 24. verſiculo extra gloſſ. in fin. ff. de iureiur. Bald. in leg. ea quæ num. 6. Codice. de condit. indeb. confert tex. ab aliis non allegatus in dict. §. ſed furti verſiculo* ſed hæc actiones dupli ſunt, iuncto verſiculo ſed illa. Ad declaratio-
62 nem tamen prædictorum notatu dignum eſt, quod pœna ex mendacio † profecta

accidentalis eſt, & extrinſeca, & ideo non venit petenda ratione primæ obligationis *Iaſ. in §. quadrupli de action. Gomeſ. in §. ex maleficiis num. 16. Inſt. de action.* & hinc ſequitur
quod ſi quis fideiuſſerit pro certa quantitate, non tenetur ad pœnam, quæ ex contu-
63 macia, vel ex negatione eius † reſultaret, vt eſt caſus, quem ibi ponderat *Aret.* iuxta
ſecundum, intellectum *in l. 1. ff. de in lit. iur.* ibi *Iaſ. colum. pen.* infert ad ſtatutum, quo pu-
nitur præſtans auxilium eadem pœna, qua principalis, nam ſi pœna per contumaci-
am, vel aliter aucta ſit, non tenetur; & tantumdem eſt dicendum ſtante ſtatuto quod
64 pater † teneatur ſoluere condemnationem pro filio, vt non obligetur ſoluere pœnam
quadrupli, quæ per aliud ſtatutum eſſet impoſita non ſoluenti intra menſem per di-
ctum ſingulare *Bald. in l. ſi qua pœna. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.* & ibi *Alex. & Aretin.*
quos citat *Gomeſ. in d. §. ex maleficiis numero decimaſexto, verſiculo* & hinc eſt, quod fide-
iubens.

Quæſt. 8. Quæro, condemnatus ob mendacem negationem appellauit, an in
65 iudicio appellationis poſſit † reuocare negationem, ad euitandam pœnã dupli *Angel.
in dict. §. ex maleficiis numer. 24. verſiculo* item excuſatur, putat poſſe reuocari per tex.
iuncta *gloſſ. in l. creditor. § iuſſus, & ibi Imol. & Bart. ff. de appell.* quia error vſque ad ſen-
tentiam poteſt corrigi per *[illegible]r. Cod. de iur. & fact. ignor.* tangit *Bald. in l. contra negan-
tem. Cod. ad l. Aquil. num. 4. &* [illegible] *in l. cum qui num. 12. ff. de iure iur. Iaſ. in dict. § ex malefi-
ciis num. 27. & 28.* Sed in paulo diuerſis terminis, quærunt enim an quis negans gau-
deat beneficio ſtatuti, remittentis aliquam pœnam confitenti, In caſu vero noſtro, in
quo agitur de pœna euitanda, videtur eſſe omnium concluſio vt concedatur reuoca-
tio negationis, vſque ad litem conteſtatam, vel vſque quo non ſit conuictus de men-
dacio, vt ſupra expoſitum eſt in caſu *legis fin. ff. de rei vend. Iaſon. in §. omnium de act. in §.
ex maleficiis. numer. 27. & 28.* ergo non eſt conceſſa reuocatio poſt ſententiam in cauſa
appellationis, quippe quia non eſt res integra, nec obſtat dictum *Bart. & Imol. in dict.
§. iuſſus*, quoniam loquuntur in confeſſo, & condemnato, nos ſumus in negante, &
conuicto, & in caſu conuicti, *Bartol.* fatetur non fieri reuocationem, & ſuffragatur illa
ratio, quia Actor fuit grauatus onere probandi, & conſtat de mendacio, ex hoc, quod
66 vult reuocare; quæro etiam quomodo ſit intelligendum † hoc duplum, & gloſſ. in
authent. contrà qui propriam, in verſiculo *facta ſolutia. Cod. de non numer. pecun.* exiſti-
mat eſſe duplum, vltra rem principalem; ſed verior eſt opinio, vt ſit duplum compu-
tato ſimplo, vt ad litteram dicit tex *in §. ex maleficiis in fin.* quem in hoc ponderat *Iaſon.
ib. num. 30.* quæro etiam ſi ab initio confeſſus eſt, & poſtea negauit, & conuictus fuit,
reſp. quod vltima mora nocet *gloſſ. in dict. §. ex maleficiis in verſ.* diſtulerit, ratio eſt, quia
concurrunt illæ duæ qualitates neceſſariæ ſcilicet mendacium ex parte rei, onus pro-
bandi ex latere Actoris.

Quæſt. 9. Quæro damnatus in duplum ratione mendacii, ſoluere non poteſt
67 in ære, an luere debeat † in corpore? *gloſſ. in d. §. ex maleficiis in verſ. diſtulerit in fin.* probat
affirmatiuã ex generalitate *l. 1 ff. de pœnis l. quicumque ff. de ſeruo ſcilicet fugit & leg. pen. &
fin. ff. de in ius voc.* verum *Iaſ in § ex maleficiis. num. 30. verſ. in ead gloſ.* diſtinguit circa rem
principalem ſoluendam & circa pœnam, quo ad rem non luet in corpore, quoniam
poteſt cedere bonis *toto titulo. ff. de ceſsione bonorum*, niſi doloſe diſtuliſſet, aut negaſſet,
68 tunc enim † perderet beneficium ceſſionis *l. fin. ff. quæ in fraud. cred.* ſecundum primũ
intell ectum gloſſ. & Bart. ibi, ſed quo ad pœnam legalem vera ſit gloſſ. & Angel. ſen-
tẽtia. Plane alia nobis diſtinctio videtur longe probabilior, nempe, aut loquitur in le-
gatis relictis Eccleſiæ, &c. & iſte ſit primus caſus; aut in depoſito, & *l. Aquilia*, & iſte ſit
ſecundus caſus. In primo arbitror non eſſe locum regulæ *d. l. fin.* quod luat † in corpo-
69 re, nec reſpectu rei, nec reſpectu pœnæ argumento *l. ſi quis in hoc genus. Cod. de epiſco. &
Cleric.* ibi nec expectet, vt epiſcopus iniuriæ propriæ vltionem depoſcat, cui ſanitas i-
gnoſcendi gloriam dereliquit, eſt. n. contra pietatẽ eccleſiæ, quæ quicquid acqrit, pau-
perib. parat *c. quando 16. q. 1.* per vniuersã illã quæſtionẽ, vt petat pœnã corporalẽ ab eo,
qui nõ põt ſoluere in ære. Accedit, q̃ eccleſia, non agit ad vindictam, cuius ſpecies hçc
eſt, dũ pœna corporalis exigitur ab illo, qui nõ habet pecuniã, cui cõuenit, quod dicta
pœna non habet locũ, niſi petatur; at prælatus numquam eſſet ita alienus à pietate, vt
pro pecunia vellet verbera: In ſecundo caſu ꝓcedat alia opinio ex regula generali, cũ
ea declaratione, *Iaſ.* vt quo ad rẽ nõ luat in corpore, ſed quo ad pœnã, trib. tamẽ cõcur-
rentib primo vt perſona, q̃ debeat ſoluere in corpore, ſit vilis, nõ nobilis, ſecũdo, vt res,
q̃ erat debita nõ eſſet minima, ſed alicuius põderis, id erit iudicis arbitrio remiſſũ, qui
pro qua-

pro qualitate perſonarum rem minimã, vel alicuius ponderis iudicabit. Tertio quod dicta pœna petatur ab eò, cui erat ſoluenda pecunia, alias non eſt conceſſum iudici condemnare, vt in defectu pecuniæ luat in perſona, *Fely. in c. quo ad conſtitutionem col. 7. in fin. extr. de re iud. in c. ad deliberandum. extr. de Iudæis*, vberrime *Iaſ. in §. pœnales. nu. 43. & 49. Inſt. de act.*

Quæſt. 9, Quæró, an alii ſint caſus, in quibus ratione mendacii imponatur pœ-
70 na dupli? Reſp. † affirmatiue per tex. *in l. fin. §. licentia. C. de iur. deliber.* in quo hæres, qui acceptauit hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarii, ſi ex hæreditate aliquid ſuſceperit, vel celauerit, vel amouendum curauerit, nec in inuentario poſuerit conuictus in duplum hoc reſtituere, vel hæreditatis quantitate computare cogitur; Conuinci vero poteſt à legatariis, & creditoribus, & modus conuincendi, videtur eſſe duplex ſcilicet modo legitimo, & ordinario, nempe ordinariis probationibus, & extraordinario deducendo probationes de domo Rei, pro tormenta ſeruorum hæreditariorum, vel per ſacramentum hæredis, ſi aliæ defecerint probationes *d. §. licentia*, ibi; quibus voluerint legitimis modis, vel per tormenta ſeruorum, vel per ſacramentum illius, Ratio extraordinariæ huius probationis videtur eſſe duplex, ſecreta patrimonii, non recte poſſunt aliter probari, *Bart. ibi num. 2. in 2. not. Alex. num. 3. arg. l. conſenſu. §. ſi ſeruus. Cod. de repud. l. quoties. Cod. de naufrag. lib. 10. c. veniens. al. 2. extr. de reſtit.* & ita limitatur *l. nimis graue Cod. de teſtib. in c. litteris extr. de teſt.*

Altera ratio in odium mendacis, vt *in l. fin. Cod. de fideicom.* Cuius rei occaſione, quæritur, an hæres occultans rem hæreditariam perdat Falcidiam, in illa re tantum; an vero in omnibus, reſp. vt per *Alex. ibi n. 4. verſ. noto etiam.* ad materiam vero d. pœnæ dupli conferunt, quæ ſcribit *Alex. conſ. 68. lib. 4. Rom. conſ. 226. & conſ. 74.*

Q. 10. Quærò dictum eſt ſupra, quod per negationem fraudulentam, cõmitti-
71 tur pœna dupli quænam ſit † iſta negatio, hanc pœnam inducens? *Bar. in l. eum qui ff. de iure iur.* copioſe hunc articulum diſcutit, & poſt eum *Iaſ. ibi num. 14.* qui etiam tangit in *§. d. ex maleficiis num. 28. & 29.* & redigens in compendium *d. Bart.* inquit triplicem eſſe negationem, per quam incurritur pœna dupli, quarum prior eſt facti, veluti depoſitã non fuiſſe celebratum in vno, ex illis quatuor caſibus, vel damnum non eſſe datum in *l. Aquilia*, aut legatum non eſſe relictum Eccleſiæ. Altera eſt negatio qualitatis, per facti ſubſtantiam mutãtis, vel alterantis, puta circa locum, & tempus. Accuſationi inſertum *l. denunciaſſe. §. quod tamen*, vbi plenius *Bar. ff. de adulteriis*, tertia quando negatur qualitas, per quam condemnatiò, aut peremitur, aut diminuitur, veluti ſi inficietur valere teſtamentum, in quo legata ſunt relicta pio loco, *Iaſ. in dict. §. ex maleficiis nu. 29.* verſiculo aut enim negatur, & per quam Actor grauetur onere probandi, veluti ſi in *l. Aquilia*, damnum confiteatur Reus, ſed neget æſtimationem factam de damno, & hoc poſtremo caſu, non committitur pœna dupli *l. inde Neratius cum. l. ſeq. ad l. Aquil. Iaſon. d. nu. 59. & 29.* poteſt eſſe ratio, quoniam rem pincipalem confitetur, & cum varia ſit rerum æſtimatio *l. 4. ff. de eo. quod cert. loco l. precia rerum ff. ad l. Falcid.* non poteſt videri doloſe inficiatus. *Bald. in l. contra negantem numer. 6.* vbi aliud ſatis accommodatum deducit exemplum:

Quæſt. 11. Quæro etiam ſtatutum tribuit cõfitenti beneficium, nempe diminu-
72 tionis pœnæ Reus † autẽ negauit, & poſtea confeſſus eſt, an proſit ei confeſſio ad obtinendam ſtatuti fauorem; Plane *Bal. in d. l. cõtra negantem* in terminis huius ſtatuti *n. 4.* putat non eſſe locum ſtatuto, ductus quatuor rationibus, quarum præcipua eſt, quoniam agitur de conſequendo commodo.

Sed tamen *Iaſ. in l. eum qui num. 9. verſ. teneas ergo in l. 1. num. 11. C. de tranſact. in l.* Siu autem *§. quod autem. ff. de re iud.* à *Bald.* diſſentiens ait poſſe reuocari negationem, non quidem ad libitum reuocantis; ſed vſque ad *lit. conteſt.* & multa cumulat *Alexan. dict. l. eum qui*, idem quoque probat *Caſtr. in auth. contra qui propriam colu. 2. C. de non num. pecun.* ea ratione quoniam Accuſator, vel fiſcus liberatur ab onere probandi, & opponenti, quod numquam prodeſſe poterit iſta confeſſio, cum per negationem præcedentẽ ſit facta litis conteſtatio, ex his, quæ tradit *Marant. de ordine Iud. part. 6. c. de litis conteſt.* reſponſio eſt aperta ſcilicet quod negatio ſæpe fit per exceptionem, ex qua non inducitur litis conteſtatio Reus excipiens non dicitur litem conteſtari, *Rom. in l. eum qui, ca. 2. de litis conteſt. in 6. Bald. in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. pet.* verum ſi quis in fonte videat dicta *Bald. in allegat. l. contra negantem*, nulla eſt inter *Bald.* & alios diſſentio, ſi quidem, & ille aperte ſentit vltra litem conteſt. confeſſionem factam non prodeſſe, dum

ait tertia ratio eſt, quia in ipſa litis conteſtatione quaſi contrahitur, & iſte quaſi con-
tractus reſpicit integram pœnam maleficii: vnde cum ſuper tota pœna ſit litis conte-
ſtatio, poſterior confeſſio, non debet prodeſſe, nec minuere litis conteſtationis effe-
ctum, quibus accedit, quod ſtatuti diſpoſitio eſt intelligenda in prima reſponſione, ar-
gumento *l. Boues. §. hoc ſermone, & ibi latiſsime Tiraquel ff. de verbor. ſignif.* ſuffragatur e-
tiam quod negatio, & confeſſio ſunt contraria, quare eligendo vnum, videtur alteri rē
nunciare *leg. 1. in fin. C. de Codicill. leg. prima, ſi ſeruus extero. l. cum prætor ff. de Iud.* & cum
negando non agnoſcat bonam fidem, tamquam mendax litigator, priuandus eſt cō-
modo ſtatuti; vtraque concluſio eſt, quando certatur de beneficio. Porro autem, ſi lo-
quimur, non quo ad conſequutionem commodi, ſed quo ad euitationem maioris
pœnæ, vel damni, ſi ex parte Actoris ſit conſequuta probatio, non releuat confeſſio,
Ratio diſcriminis inter acquiſitionem priuilegii, & euitationem damni, eſt quoniam
priuilegium de facili tollitur inquit *Bald. l. eius militis. §. militia. ff. de milit. teſtamento* at
quod euitata pœna ſubeat condemnationem ſimpli reponitur in terminis iuris com-
munis quod facilius conſeruatur, vt accidit *in leg. Aquilia*, cuius actio, non eſt actu
pœnalis à principio ſed potentia, & aptitudine pœnalis eſt, ideo de facili redit ad
ſuum principium, & ad ſuam naturam argumento *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret in fi. ff. de
pact.* Non eſt tamen inuoluendum ſilentio vnum ſpeciale, quod reperitur in his cau-
73 ſis, † in quibus lis inficiando creſcit nempe quod ſi ſoluatur aliquid indebitè non re-
petitur. *§. fin. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contractu. l. ea quæ Cod. de condict. indebit. l. eleganter. §.
fin. iuncta gloſſ. mag. ff. de condict. indebit. & gloſſ. in d. l. ea quæ*, pulchrè eam rē explicat, qui-
bus conſequens eſt aliam eſſe pœnam mendacii; quæ in albo cæterarum, quas copio-
ſe congeſſimus ſcribenda ſit.

Quæſt. 12. Cum hæc pœna dupli ratione inficiationis in caſibus enumeratis
74 antiquo iure ſit inuenta, non iniuria quæritur, an iure † nouo, authent. propter men-
dacem negationem eadem ſit pœna cognita, & in aliis negociis inducta. Reſponſio
eſt affirmatiua per tex. apertum in *authen. de trient. & ſemiſſe. §. ſtudium in auth. contra qui
propriam. C. de non num. pecun.* quæ licet perſimilis ſit ſuperiori: quia vtraque ex menda-
75 cio, tamquam ex ſuo fonte emanat, diſcrepat † tamen ab ea, quoniam obtinet locum
tam in Reo, quam in Actore negante *dict. §. ſtudium verbo quamobrem*, & verſiculo ſin
autem Reus, illa vero ſolum Reum mendacem afficit. Intueamur ergo, quando Reo
pœna irrogetur, mox expoſituri, quando infligatur Actori, poſt quæ inueſtigabimus
numquid alias præter debitores, & creditores eadem pœna teneat, & ſanequo ad Re-
um, ſiue debitorem conuentum.

Prima eſt concluſio, ſi Reus in iudicio conuentus vigore propriæ ſcripturæ,
negauit ſcripturam, & debitum contractum in ea, perſeuerans vſque quo creditor
76 probauerit contrarium, plectitur pœna dupli † in odium mendacis *d. §. ſtudium verſic.
indecentes*, & turpes negationes prædictæ pœnæ ſubiicere, ampliatur in ſcriptura fa-
cta manu alterius, & à debitore ſubſcripta, quandoquidem ſubſcribens, videtur vni-
uerſum inſtrumentum ſcripſiſſe, argumento *l. cum antiquitas. § fin. C. de teſtam.* vbi *Iaſ. n.*
77 *13. & in l. ſi quis ex argentariis. §. cogentur. num. 14. verſ. 8. nota*, † vbi inquit, quod tantum
operatur ſubſcriptio, quantum ipſa ſcriptura, & ideo negans ſubſcriptionem, à qua
78 pendet tota, vis ſcripturæ propriam † ſcripturam videtur inficiatus, & expendat illa
verba in *§. ſtudium* cum hæc littera eius habeat ita, quis enim ambigat ſcripturam eius
dici, qui ſubſcripſit. Secunda concluſio ſi Reus agnoſcat quidem ſcripturam, ſed ne-
79 get ſe recepiſſe, quod in ea cōtinetur datum, & dediſſe † ſe probauerit Actor, dupli pœ-
nam ſuſtinebit *d. §. ſtudium*, verſiculo quamobrem, vſque ad verſiculum nō quia à ma-
80 ioribus, & in vtroq; caſu † Iudex eadem pœna plectitur, niſi Reum in duplum cōde-
81 mnauerit *d. §. ſtudium*, verſiculo in talib. itaq; omnib. modis. Tertia concluſio, ſi † Reus
negauit ſcripturā, & debitū in ea cōprehēſum, & cōuictus de mēdacio dicat ſe ſoluiſ-
ſe, nihil ſibi ꝓdeſt ſolutio, & illud, q̄ ſcriptura cōtinetur exigitur, cui cum videatur re-
pugnare, tex. in *l. cum de indebito ff. de prob. Caſtr. in auth. contra qui propriam col. 6. n. 6.* verſi-
culo itē tex. adhibita diſtinctione cōciliat. Quarta concluſio, ſi Reus ab initio negauit,
82 & poſtea † rogatus, vt iuret, timore religionis cōfeſſus eſt. vel Reo deferēte actor iura-
uit ſibi deberi, euitat pœnā dupli, & liberat ab expēſis, niſi ꝓlixior lis fuerit, nā hoc ca-
ſu debet, velit, nolit, illas ſuſtinere *§. ſtudium*, verſiculo hæc autem dicimus, & verſicu-
lo omnes vero expenſas. Accedo ad Actorem, in quo prima concluſio eſt, ſi cre-
83 ditori petenti offerat Reus propriam ſcripturam de recepto, & † is negauerit

facta

facta per Reum probatione Mendacii, punitur ita vt ſoluat, quod negauit, & tantum aliud adiiciat;quo fit,vt pœnam dupli ſubeat.§.*ſtudium verſ.*ſi autem etiam Reus,idē qi iuris puto,ſi ſcripturam quidem cōfitetur;ſed negat recepiſſe ſe,quod in ea expreſſum continetur.

84 Secunda concluſio, ſi Actor negauit ab initio,& poſtea confeſſus fuit timore † iuris iurandi, vel Reus iuramento ſibi delato negata probauerit ab Actore, abſoluitur à condēnatione dupli,&incidit in pœnā expenſarum ſecundum datam ſupra in Reo diſtinctionem. Accedo modo, iuxta præmiſſum ordinem ad alios, qui hac pœna tenen-

85 tur,ſunt † autem tutores,& Curatores, qui nomine pupilli conueniuntur, vel agunt, nam ſi Curator curatorio nomine conuentus ſcripturam à ſe factam negauerit, ipſemet punitur pœna dupli, non minor, vel pupillus,ita,vt valeant in eo, poſitæ ſuperius concluſiones in Reo, ſi vero Curator conueniat alios; & ſcripturam a ſe factam inficietur, obtinebit in eo, quod nuper dictum eſt in Actore Domino. *dict. §. ſtudium. §.ſi vero lis agatur per Curatorem, Bald.in auth.contra qui propriam,num. 5.*dicens propter mendacium tutoris, vel curatoris,dominum non puniri, argumento *l. Ciuitas. ff.ſi cert.pet. not.in l.ſi pupilli.ff.de neg.geſt.in princ.*

*Quæſt.*13 Quæro,an pœna dicta Auth. locum habeat in eo,qui negat publicum inſtrumentum *gl.ibi Bart.& Bald.n.7.*concludunt non habere, ea ratione, quoniam cōſtitutio eſt pœnalis,ideo non eſt extendenda,è contra videtur eſſe huic authenticę locus,quoniam impudentius eſt mendacium publicam,quam priuatam ſcripturam negare vt in ſimili grauius delinquit, qui ſcripturam, & numerationem in ea expreſſam negat quàm,qui ſolam numerationem,*Bald.d.num.7.* Prior tamen opinio eſt probanda,non ea ratiocinatione quod loquatur illa conſtitutio in propria ſcriptura, nam repræhenditur ex maioritate rationis,præterquam quod illa verba,quæ ſunt in corpore in §.*ſtudium*,ſunt eiuſmodi,vt publicam ſcripturam compræhendant ibi, ſi protulit aliquis ſcripturam,alter autem abnegauerit, & deeſt illud verbum contra ſi propriam; Imo,& eo verbo ſic ſtante non poteſt dubitari, quando latè ſumpto vocabulo,appellatione propriæ ſcripturæ continetur ; inſtrumentum publicum à me celebratum; & à Notario rogatum ; nam ſcriptura eſt Notarii & publica fides conuentiones ſunt contrahentium , rogatur enim ille de his , quæ geſta ſunt à partibus , quare conſtitutio,quamuis pœnalis,& ſtrictè accipienda compræhendit,& illum caſum, cui latè ſumpto vocabulo conueniunt verba, & adeſt eadem ratio, vel maior, vt hic *Dd.in l.omnes pop.ff.de Iuſtit. & iur.in l. quicquid adſtringendæ.ff.de verb. oblig. Canon.in capitū delictus.ext.de conſuet.*& propterea, non eſſet extentio, quæ prohibita eſt in pœnalibus; ſed compræhenſio; Alia itaq; ratio eſt nempe, quia Actor non laborat in probatione,pœna namq; oritur, non ex ſolo mendacio, ſed ex labore Actoris in probando; *Bald.in l.contra negantem C. ad l. Aq. & d.§.ſtudium*, ibi neceſſitatem patitur, cauſas pati circa probationes,oſtendo;nam Inſtr.publicum eſt probatio probata veritas apparens *Bald.in l.quoties C.de iud.in l vlt.C.de vſur.pupill.in l. intereſt in vlt. not. C.de ſolut.in l.2.C.de edict. D. Adriani tollend.* vbi ait, quod dicitur aliquis in continenti probare, quando habet inſtrumentum præ manibus, idq; oſtendit *Dec.conſ.424.* & dicitur realis probatio,*Socc.conſ.59.verſ.1.clare patet lib.3.*& probatio probata *Bald.in l. Imp.la.1.verb.ſed an poterit.ff.de ſtatu hom.*inducit Notorium, *Iaſon in l.admonendi num.*154 *ff.de iur. iur. latiſſ. Tiraquel. de retractu conſang. §. 2. gloſſ. 1. num. 20. cum ſeq.* limitabat Bald. concluſionem principalem,niſi inſtrum eſſet proprium debitoris,puta Notarii,nam Tabellio poteſt ſcribere contra ſe inſtrumentum obligatorium *leg.ſententia.ff. de teſtib. tutel.* quæ limitatio ſtante ratione Dd. quod ſcilicet tex. loquitur in prima ſcriptura; & ideo non extendatur, vtique procederet, quoniam vere eſſet propria ſcriptura : Verum ſtante ratione noſtra , limitatio non valet, quia ſcilicet Actor non laborat in probatione.

*Quæſt.*14. Quæro,quod remedium competat ex d.authen.contra negantem,vt

86 condemnetur in duplum?Reſpon.tres † ſunt opiniones, prima ex gl.quod detur actio eo contractu.II.Bart.quod competat condictio ex illa auth.Tertia *Bald.& Caſt.*vt præſtetur interdum officium iudicis,aliquando vero condictio ex auth.Nam ſi agam ſimplciter ex ſcriptura, eamq; Reus neget,duplum petā ſine nouo libello,quoniā ea,quę in litem emergunt ad officium iudicis mercenarium pertinent *l. Ædiles. §. ſciendum. ff de ædilit.edict.* *Bald.d. auth.contra propriam,n.15.& ibi Caſtr.n.9.*ſed ſi non eſſet petitum durante inſtantia,tunc quia officium iud. mercenarium extra inſtantiam,non poteſt

implorari, ageretur condictione ex *l. nec eſt nouum inquit Bald.* vt aliquid peti poſſit officio Mercenario, lite pendente, & poſtea iure actionis per *l. 1. C. de Iud.* alius eſt caſus, in quo agitur condictione ex iſta *l.* nempe ſi ab initio te conueniſſem, vt recognoſceres propriam ſcripturam, te negante, debeo nouum libellum proponere & condictione ex *l. Petere*, vt condemneris in duplum. *Caſtrenſ. d. num. 9.* & ibi *Bald. num. 23. & Bart.* ibi

87 ponit modum libellandi, & excitat illam quæſtionem; vtrum † inquiſitus de homicidio, ſi neges ſe fuiſſe, & poſtea conuictus confugiat ad illam ſolutionem, quod fecerit ad ſui neceſſariam defenſionem, ſit audiendus in hac defenſione, & diſtingnit, aut negantis per ſtatutum eſt impoſita aliqua pœna, & iſtam poſtquam eſt conuictus, non poterit euitare; ſed quo ad delictum principale, debet audiri ſimilem defenſionem proponens; ſed tenetur eam probare, quia homicidium, eſt iure diuino, & humano prohibitum; proinde lex dolo, factum eſſe præſumit: *DD. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* quæ præſumptio contraria probatione, eſt tollenda, eaque diſtinctio placet *Caſtrenſ. eodem loco, num. 7.* ſentit, & *Bald. num. 17.* & probare videtur. *Iaſon in §. item ſi quis in fraudem, n. 79. verſ. 6. ego*, & verbo ad idem allego. *Inſtit. de action. Cagnol. l. nemo ex his numer. 5.* vbi dicit eom. opinionem; inuenio citatam etiam *Bald. in l. vni C. de confeſſ. num. 11.* ſed non loquitur in noſtris terminis, ſed quando Reus ab initio confeſſus cum iſta qualitate, quod occidit ad ſui neceſſariam defenſionem, tradit etiam *Dec. in reg. nemo ex hu. ff. de reg. iur.*

Quæſt. 15. Quæro an in cauſis, in quibus non creſcit lis per inficiationem, ſit alia

88 pœna mendacii † negatiui, Reſpon. Mendacium, quod alicui nocet, vel nocere poteſt ſemper puniri; variæ autem ſunt pœnæ, pro varietate ſubiectæ materiæ, & illa in primis eſt conſpicua, quod cum Reus poſſit ad ſui defenſionem pluribus exceptioni-

89 bus vti, † etiam contrariis nemo prohibetur, vbi *Bart. & Soc. ff. de except. Dec. in l nemo ex his. ff. de reg. iur.* tum quia fauorabilior eſt, quam Actor *leg. fauorabiliores. ff. de reg. iur.* tum quia non eſt in ſua poteſtate, quando conueniatur. *leg. pure. §. fin ff. de except. doli Bart. in d. l. nemo, Dec. in l. nemo. ff. de reg. iur. Dyn. in cap. nullus pluribus in 1. col. de reg. iur. in 6.* tamen fallit quando conuictus eſt de mendacio *Dyn. Decius in locis ſupra citatis, Menoch. de præſumpt. lib. 2. quæſt. 42.* & ſi quis obiiciat, quod dum proponit Reus contrarias defenſiones, neceſſe eſt in vna eſſe mendacem, videat pro ſolut. *Dyn. citato cap. nullus col. 3. numer. 7.* vbi ponit cautelam circa modum præponendi exceptiones contrarias, ne quis incidat in mendacium; conferunt etiam ea, quæ tradit *Cagnol. dict. l. nemo ex his*, ſcilicet vt proponantur conditionaliter; Alia ſuccedit pœna ex *l. non alienum eſt. ff. de*

90 *interrog. act.* quod ſi quis in iure interrogatus, an ædes, vel locus eius † ſit vnde timetur damnum, & neget ſuum prædium eſſe, ne damni infecti nomine caueat, tradere illam

91 compellitur. Huic proxima eſt pœna in *l. ſequenti de eo, qui cum † non eſſet hæres interrogatus reſpondit ſe hæredem eſſe*, fides enim contra ſe ipſum habetur, & pro ea parte conuenitur pro qua ſe dixit hæredem, ille vero, qui cum eſſet hæres ex ſemiſſe interrogatus per mendacium dixerit, ſe minoris portionis eſſe hæredem; eam patitur ſui mendacii pœnam, vt in ſolidum conueniatur, niſi iuſtam habeat excuſationis cauſam, veluti ſi ignoraret aliquam portionem obueniſſe ſibi iure accreſcendi vel dixiſſet ſe hæredem, teſtamentum fuerit expugnatum, per querelam inofficioſi, vel prolato teſtamēto fuerit inuentus exhæredatus. *l. de ætate. §. 1. cum ſequenti. ff. de interrog. act.* Non abſimilis eſt

92 † illa pœna, quando dominus, cuius animal pauperem fecerit, interrogatus num quid ſuum animal ſit, negauerit, & de mendacio fuerat conuictus, nam in pœnam mendacii, inſolidum tenetur, & non liberatur, dando animal pro noxa *l. 1. §. interdum. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur Dyn. in cap. nullus pluribus de reg. iur. num. 4.* affinis eſt, & illa pœna, de qua in *l. quoties. §. prætor in l. ſi ſeruus depoſitus. §. ſi negauerit. ff. de noxal. action.* in quibus dominus conuentus actione noxali, negauit ſeruum habere in poteſtate, conuictus, non poteſt amplius habere licentiam dare ſeruum pro noxa, vel emendare damnum.

93 Prædictis † conuenit, & illud vulgatum, quod negans poſitionem, non poteſt ſe in illa fundare, ſed vide *Alex. in l. 1. §. ſi quis ſimp. ff. de verb. obl.* item nec in libello Aduerſarii, cui contradixit, nec etiam poteſt ſe iuuare ex articulo quem ſemel negauit. vt copioſe *Marſ. in Rub. ff. de fideiuſſ. n. 331. & nu. 340.* vbi notanter dicit, quod poteſt ſe fun-

94 dare † in dictis teſtium ſuper poſitione negata.

Q. 16. Quæro an mendax perdat beneficium ſibi competens, ſi de mendacio fuerit

95 conuictus, & † tertia erit pœna principalis. Reſp. ſi quis negat id, quod eſt cauſa benefi-

cii ſi-

cui ſibi competentis, amittat beneficium: *Bart. in l. ſi dubitetur. §. 1. ff. de fideiuſſor. Bald. in l. 1. verb. circa ſecundum C. de furt. Iaſon in l. quod te. ff. ſi cert. pet. in l. fin. C. de fideicom. numer. 3. cum ſequent. Marſ. in Rub. ff. de fideiuſſ. num 322. numer. quadrageſimo ſexto, quarto, Felyn. in cap. cæterum num. 18. extr. de Iud. Iaſon in l. 1. C. de tranſact. Vaſq. Illuſtr. quæſt. cap. 33. num. 16. Gabriell. in ſuis Commun. in titul. de acquir. poſſeſſ. concluſ. 5. num. 21.* & quia regula infert ad

96 multa. Et primo, quod fideiuſſor† negãs ſe eſſe fideiuſſorem perdit beneficium excuſſionis, *Vaſq. d. loco,* nec non beneficium cedendarum Epiſtolæ D. Adriani; Beneficium *ex auth. præſente C. de fideiuſſ. Bal. in auth. contra qui proprium col. 3. C. de non n. pec. Rol. conſ 88. vol. 4. per tex. in d. l. ſi dubitetur, Iaſ. in d. l. quod te, n. 30.* probatur in ea lege inficiantibus, diuiſionis auxiliũ nũ eſſe indulgẽdũ, ſed cũ de beneficiendarũ aut de beneficio excuſſionis, non loquatur, non caret dicta concluſio aliqua difficultate, cum apertiſſima ſit in iure regula neminem priuari beneficio, niſi expreſſo iure caueatur. *§ cum igitur in auth. de non elig.* Secundo nubentis, & per eum tex. *not. Bal. in auth. ex teſt. col. pen. l. De ſecu. nupt. Alex. in l. etiam col. pe. ff. ſol. mat.* Data tamen communi affertur limitatio in eo fideiuſſore, à quo pluspetitum eſſet, quamuis eſſet obligatus, quippe licitum eſt negare totum propter partem plus petitam, *Marſ. de fideiuſſ. num 339. verb. quarto limita.* Secundo in-

97 fertur † ad Socium, vt perdat, & ipſe beneficium, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt *l. ſi vnus. § fin. pro Socero l. Sunt bis iuncta l. ſed hoc ita. §, fin. ff. de re iud. Alex. in leg.*

98 *quæcum. ff. de iud. Mar. & Iaſ. in locis ſupra citatis, Rol. d. conſ. 88. n. 5.* † Tertio infertur ad maritum, vt, & ipſe negans matrimonium, amittat in pœnam mendacii priuilegium, ne condemnetur; niſi in quantum facere poſſit. *Bart. in l. etiam in fi. ff. ſol. mat.* & cum plurimi ſequuntur, quos congerit *Roland. d. conſ. 88. num. 7.* & ibidem *Alex. num. 9. multa cumul. Trig. ſing. 224.* Verumtamen, & hic animaduertendum eſt, quod amiſſio dicti priuilegii expreſſo iure non cauetur, nulla eſt enim lex quæ illam pœnam imponat ſed Bart. arguit à ſimili; Habet autem Maritus illud priuilegiũ, quando conuenitur actione de dote, non ſi ex alio contractu, & quando iudicio dotis petitur, an eodem beneficio vtatur, ſi ad dotis reſtitutionem condemnetur, iuxta *l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. tractat Alex. in l. ſunt qui. ff. de re iud.*

99 Quarto infertur † ad Vaſallum, qui ſi rem eſſe fraudalem in totam, vel pro parte negauerit, aut feudi condict. ex certa ſcientia fuerit inficiatus, & quod abnegauit ſpoliatur, vt ad verbum ait tex. in *c. 1. §. vaſallus, ſi de feudo defuncti fuerit contron. inter Dominum, & Agnatos, vbi Bald. & Innot. Abb. Fely. in c. cæterum extra de iudicus.* Quinto infertur

100 † ad emphytheutam, vt, & ipſe negans rem emphytheuticam cadat à iure ſuo *Ang. in l. fin. ff. de rei vend. Alb. in l. 1. C. de iure Emphit. Iaſ. in §. omnium. num. 87. de Act. Marſ. de fideiuſſ. num. 326. & ſing. 242.* ratio eſt, vt puto, quia valet argumentum de feudo ad emph. *Spec. in tit. de feudo. §. quoniam ver. 4. in fine Rom. con. 103. Euer. in loco à feudo, ad emph.* vbi innumeros recenſet huius argumenti effectus. Porro. 'a. non deſunt grauiſſimi viri huic concluſioni repugnantes, *Bar. in d. l. 1. § vaſallus, Iaſ. in l. 2. C. de iure emphyt. Andre in add. ad Spec. in tit. locati. §. nunc aliqua v. & Gabr. qui alios citat in tit. de acq. poſſ. concl. 5.* ratio videtur, quoniã pœnę caducitatis ab emphyt. enumerantur in *d. l. 2.* inter quas non ponitur cauſa inficiationis, nec obſtat, ꝙ in multis cõueniunt feudũ, & emph. quippe in multis quoq; diſcrepant, adeo, vt *Euer. d. loco, n 47.* ponat remiſſiue centum, & ſexaginta Sexto

101 † infertur, ꝙ negans immiſtionẽ hæreditatis non admittatur ad beneficium abſtinẽdi vide *Caſſ. cõ. 21.* quæ illatio à ſimili ſumpta videtur magis, q̃ certo iure probata. Septimo infertur, ꝙ negans verum valorẽ, & precium rei priuatur iure ſuo, *Caſſ. conſuet. Burg. §. 16. verſ. aduerſe in ſimili. n. 5.* & iſte quoq; effectus ſumptus à ſimili eſt potius quàm aper-

102 ta lege confirmatus. † Octauo inficiatus debitum perdit exceptionẽ, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, *Fely. in cap. except. de except. Iaſon. in l. quod te. numer. 40. ff. ſi cert. pet.* ſed vere Iaſ. ibi magis probat contrariũ, quippe cũ reg. ſit, ꝙ difficultas excuſet à mora, vt per *Ro. Saly.* & alios fallit, ſi debitor negaſſet per mendacium in iudicio. *Iaſ. n.* ait ex mente Dd. ꝙ difficultas ſemper excuſat à mora, & in pœnalibus non debet fieri

103 extenſio, nec nõ † quia niſi lex ſpecialiter dixerit, aliquẽ ex negatione pdere beneficiũ, non eſt locus d. pœnæ, *Auth. de non elig.* ll. nubentes. *§ cũ igitur,* nec quælibet eſt lex, aliquid tale dicens, per quẽ tex. ita expreſſe dicit, *Bal. in auth. ex teſt. C. de Sela nupt.* quem re-

104 fert, & cõmendat *Alex. conſ. 163. videtur prima conſideratione, vol. 1.* IX. † infertur negantẽ debitũ, admittere beneficiũ ceſſionis bonorũ, *Par. conſ. 100. vol. 3.* X. infertur ꝙ negãs contractũ, nõ põt deinde opponere, cõtractũ nõ eſſe ſolẽnẽ. *Trig. ſing. 124.* dicẽs, regul. ſolẽnitatẽ extrinſecã in cõtrac. nõ pſumi. *l. ſciendũ cũ not. ibi à Dd. ff. de ver. ob.* limitari aũt

105 ob mendacium, in cuius odium † præſumitur extrinſeca ſolennitas; fuit ſingulare di-
ctum *Bald. in primo cap. qui teſtes ſint neceſſ. ad proband. nouam inueſtituram*, per *text. in*
auth. contra, qui propriam C. de non num. pecun. referunt pro ſingulari *Iaſon & Aret. in d. legi*
106 *ſciendum*, & confert *text. in l. cum de indebito ff. de probat.* Decimo infertur ad eum, qui †
negat aduerſarium appellaſſe, etenim non poteſt ea ſe tutare, quamuis ſi non negaſſet
poſſet illa appellatione vti, per *tex. in l. Amplıorem. C. de appellat. Fely eod. ſex parte* a-
liud nota de reſcript. *Guido Papæ ſingul. 3 8 6. Marſilius Rub. de fideiuſſ. num. 328.* Vndeci-
mo infertur ad libertum, qui impetrauit ius aureorum anulorum, nam ſi inficiatus
ſit ſe eſſe libertum, illius iuris facit iacturam *l. 1. et 2. ff. de iur. aureorum anulorum*; relatæ
autem illationes eatenus ſunt veræ, quatenus mendacium fit dictum in iudicio ſecun-
dum ea, quæ not. *Iaſon in l. quod te. num. 30.* Duodecimo filiusfam. de contractu geſtu,
107 dum † erit in poteſtate non tenetur, ſequuta emancipatione, niſi in quantum facere
poteſt per vniuerſum ſeculum. *ff. quod cum eo*, ſed ſi dum contrahebat mentitus eſt di-
cens ſe patremfamilias conuenitur in ſolidum, *Iaſon d. l. quod te num. 30. verſu med. Gab.*
d. concl. 5. num. 15. ex apertiſſimo textu in *l. ſed ſi ex parte. §. interdum ff. quod cum eo.* Deci-
108 motertio, Creditur † negans rem ſibi pignoratam; præſumitur ſuo iure renunciaſſe,
Ang. in l. Titius. §. Titius ſero. ff. quib. mod. pignus; vel hypoth. ſoluit. Marſil. in auth. item poſſiſſ.
C. qui pot. in pign. habeantur, & in Rub. de fideiuſſ. num. 327. & ſing. 242. num. 3. Infertur 14.
109 ad eum † qui negat ſe habere inſtrumentum, de cuius exhibitione conuentus eſt; pri-
uatur enim omni cõmodo, quod poſſet ex eo percipere, *Marſ. in d. Rub. n. 328. argumen-*
to l. 1. ff. de his, quæ in teſtamento delentur, & allegat eo loco, *Innoc. Bald. & alios.* Decimo-
110 † quinto, negans ſe habere inſtrumentum, quia perdiderit, & volens poſtea produce-
re ad effectum probationis, non eſt audiendus argumento *l. fin. C. fide inſtru.* Decimo-
ſexto, qui negat contractum perdit beneficium contractus, *Bald. in l. 1. C. de furt. Marſi.*
111 *eadem Rub. num.* 330. Decimo octauo negans propriam † ſcripturam perdit benefici-
um exceptionis non numeratæ pecuniæ, *Auth. contra qui propriam à fortiori C. de non num.*
112 *pecun.* Decimo nono inficiatus † poſitiones facti, quod ſcit eſſe veram, conuictus de
mendacio, quia probatæ ſunt poſitiones veræ, patitur iuramentum in litem, ſuper da-
mnis, intereſſe, & expenſis ponentis, *Ancar. conſ. 316. in cauſa col.* . & ideo ſi Reus nega-
uerit debitũ, vel poſitiones factas ſuper debito, quia negauit ſe pecunias habuiſſe mu-
tuo, vel in commodatum & per teſtes, vel per acta probetur de veritate debiti, dicen-
tibus teſtibus vidiſſe res dari, vel pecunias numerari; licet non probetur certa quanti-
tas, nec certa æſtimatio rerum, ſtandum eſt iuramento Actoris, ſiue Creditoris ſuffi. it
namque contra mendacem probari ſubſtantiam debiti; quoniam ſuper qualitate, &
quantitate debiti ſtatur iuramento Aduerſarii, in pœnam Mendacii *Plot. in aſſimili l. ſi*
quando §. 37. nu. 2. cum ſeq. limitans in eo, qui fatetur debitum, ſed negat in tanta fuiſſe
quantitate, etenim ſuper iſta quantitate, non creditur iuramento Actoris *Purp. in leg.*
admonendi, numer. 26 ſide iure, cum aliis congeſtis ibidem à *Plo.* reſtringente hanc
fallentiam in delictis, vt in furto; & Rapina; Nam ſi fur confiteatur quidem factum,
aut Raptor rapinam negat vero qualitatem, aut quantitatem furatorum; raptumque
rerum, ſtatur tamen iuramento Domini ſuper quantitate; & qualitate earum. *numero*
8. & 9.

Q. 17. Quæro, an Tutor negans ſe eſſe tutorem perdat beneficia, quæ ſunt de iu-
113 re indulta † tutoribus, & ſunt *num. 4.* vt author *Iaſon eſt in l. quod te. num. 31. ff. ſi cert. pet. in*
114 *l. 1. C. de tranſ.* nempe beneficium ordinis, vt ſcilicet ex tutoribus primo conueniatur, †
qui adminiſtrauit *l. 1. C. ſi tutor non geſſerit*, ſecundum eſt beneficium diuiſionis vt ſcili-
cet quamuis tutores omnes teneantur in ſolidum, omnibus ſoluendo debitum diuidi-
tur pro rata *l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutel.* & rationibus diſtrahend. Tertium eſt be-
neficium ceſſionis, quando ex pluribus tutoribus vnus tantum eſt ſoluendo, & is à
pupillo cogitur ſoluere licet enim petere, vt ſibi cedantur actiones aduerſus contuto-
res, vt poſſit eos conuenire pro rata, ſi forte venirent ad pinguiorem fortunam. Quar-
tum eſt beneficium vtilis actionis, quia ſi tutor, qui ſoluit totum, nec curauit, vt ſibi ce-
derentur actiones habet à lege vtilem actionem ſine ceſſione, & vtilitas eſt, quoniam
habens vtiles actiones ceſſas, poteſt exercere directas nomine cedentis *l. qui ſtipendia.*
115 *C. de procur.* & directæ actiones habent multa priuilegia, quæ non competunt † vtili-
bus, quoniam pluribus exceptionibus eliduntur vtiles, quæ non admittuntur contra
directas act. gl. & in *l. emptor*, & ibi *Bal. C. de har. vel act. ven. gl. & Bart. in l. per. C. de act.*
& obl. gl. in l. quoties impr. & ibi Bart. ff. de admin. tutor. Si quis ergo ex pluribus tutoribus
negan-

propter mendacium perdat relata à nobis beneficia nouam quæſt. appellat *Iaſo. in l.1. C. de tranſact. num. 11. verſ. circa prædicta moneo*, & profecto pro affirmatiua aduerſus tutores pugnat regula ſuperius allegata, quod negans id quod eſt cauſa ſui beneficii illud amittit, *Bart. in l. ſi dubitetur. §.1. ff. de fideiuſſor. cum aliis ſupra citatis.*

Secundo conueniunt multi relati caſus, in quibus mendacium eripit mentienti beneficium à lege indultum, *Iaſ. d. l. quod te num. 30. Marſ. d. Rub. num. 327. & ſeq. glo. in l. nemo ex his. ff. de reg. iur.* per *gl. in c. nullus plurib. de reg. iur. in 6.*

Tertio confert *tex. in cap. 1. §. porro verbo prædictu, &* verbo & quia, quæ ſit prima cauſa benef. amittend. in quo, in materia priuationis feudi, & ſic beneficii, inquit tex. procedi de ſimilibus ad ſimilia, ibi ſolers, & diſcretus iudex prouideat, ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis, ſiue maior, vt proinde ſciat, vtrum ſit beneficium amittendum, vel retinendum vt ergo alii mendaces priuantur beneficio, ita & Tutores.

116 Quarto quando agimus de mendacio † ſupponimus dolum, alioquin nulla eſſet pœna, igitur delictum, quoque ſupponimus. *§. age item exigit. ff. de dolo, Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem n. 108. Inſtit. de act.* tractatur ergo de delicto puniendo, proinde materia eſt fauorabilis. *l. 1. §. nunc tractemus verb. plane ff. de Tutel. & rationib. diſtrah.* merito debet extendi, quippe lex etiam pœnalis tendens ad punienda delicta, cenſetur fauorabilis, & recepit extenſionem, *Bart. in l. quemadmodum circa medium C. de agricol. & cenſit. lib. 10. l. 2. §. poſt exercitium* & ibi *gloſſ. de his, qui not. infam. Bald. in l. non ſine Cod. de bon. quæ liber. Caſtrenſ. in l. bona fides. ff. depoſit.* atque his quatuor fundamentis ratiocinatur, *Iaſon dict. leg. 1. numero 12. & 16. Cod. de tranſact.* & ſuum iudicium non interponens, relinquit cogitandum.

Quintum ego addo fundamentum ex *l. fin. C. de reuo. donat. ex. §. aliud quoq. capitulū in auth. vt cum de appell. cognos.* in prima enumerantur. aliquæ cauſæ ingratitudinis, ex quibus Donatarius donationem perdit, atque ita beneficium amittit, & vtitur Imperator dictione taxatiua, his tantummodo cauſis, &c. & tamen vno ore conſentiunt Doctores, ex ſimilibus cauſis donationem extorquendam ab ingrato donatario, & gloſſ. ibi notat vnam cauſam propter denegata alimenta per *tex. in l. alimenta. ff. de liber. agnoſ. in §. aliud* recenſentur 14. cauſæ exhæredationis vt illæ tãtum poſſunt allegari, vt conſtat ex illis verbis, & præter ipſas nulli liceat ex alia *l.* ingratitudinis cauſas opponere, & tamen ex aliis ſimilibus cauſis facta exhæredatio tenet, vt communis Doctorum ſchola probat.

Contrariam ſententiam alias ſequutus eſt *Iaſ. in l. quod te n. 31. & in l. 1. n. 11. Cod. de tranſact.* Secundum illam conſuluiſſe, & plures Dd. ſubſcripſiſſe conſilium, & ita quoque *Bald.* reſpondiſſe teſtatur *d. n. 31.* Primo per tex. in *auth. de non elig.* Secundo nubentis. *§. cum igitur per quem tex. notat Bal. in auth. ex teſtamento. C. de collat.* quod pœna priua-

117 tionis † alicuius beneficii non habet locũ, niſi lex expreſſe dicat ibi (ibi nec lex eſt quælibet tale dicens) probat *Alex. in l. etiam §. 1. col. 4. ff. ſol. matr.* in Tutoribus autem non inuenitur hæc pœna expreſſa priuationis propter mendacium, cum alias regula ſit, priuationem, vnamquãque iuris competentis locum habere in caſibus tantum expreſſã lege *deciſ. 15. gloſ. in c. fin. de iure patron.* & ibi *Panorm. & Dd.* quibus ſuffragatur, quod vaſallus non ex omni facto priuatur feudo, propter quod venit contra iuramẽtum fidelitatis ſed ex illis tantum cauſis, quæ ſunt expreſſæ in *l. 1. §. illud, quæ fuit 1. cauſ. benef. amitt.* Id quod etiam ſuadetur, quia nimis ampla poteſtas daretur iudici, ſi ex omni cau-

118 ſa, quæ ſibi videretur ſimilis, poſſit priuationis pœnam † imponere, vnde monet *Ariſt. 1. Rhetoricorum*, vt legiſlatores quantum poſſunt minimam poteſtatem iudicib. re-

119 linquant propter periculum corruptelæ. Accedit his, quod poſſet † lex repræhendi, cum voluerit dare talem pœnam, nec ſciuerit exprimere, ſed prætermiſerit. Oppoſita autem ſine magno negocio tolluntur, & ad primum ſolutio eſt regulam non eſſe per

120 omnia † veram, & ſupra oſtendimus aliquos, in quibus mendacium, ea pœna nõ plectitur *Iaſon. in dict. l. quod te nume. 30. & 32.* verſiculo & iſta eſt communis opinio, *Purparatus in leg. prima, Codice de tranſact. Alexand. in leg. etiam. ff. ſolut. matrim. & Gabriel. com. opin. in titulo de acquir. poſſeſſione concluſio. 5. numer. 21. verſiculo ſexto; amplia*, innuit non eſſe generalem. Secundum diluitur negando conſequentiam in illis propter mendacium, ſequitur pœna priuationis beneficii, igitur, & in iſto; cum pœna deſideret expreſſam, & ſpecificam diſpoſitionem, ad tertium reſpondetur per *Alexand. dicto conſilio* 108. *incipit videtur colum. 11. volum. 1. & Iaſon. in dict. l. quod te. ff. ſi cert. pet.* Reſpondeo & ipſe, quod ex iure feudali, non bene argumentamur,

ad ius ciuile, cum ſit text. expreſſus in contrarium, *in d. §. cum igitur, in auth. de non elig.* Secundo nubentis, iterum, reſpondens conuerto argumentum, etenim cum ibi text. palam dicat iudicis officium eſſe in illa materia procedere à ſimili, & pœnam in caſu ſimili priuationis inducere, ſentit non obſcure tex. quod ea expreſſione non facta, non licuiſſet iudici in cauſa, vel negocio ſimili pœnam ſtatuere, & propterea cum in multis caſibus, ſit definitum ratione mendacii beneficium amitti, in caſu vero tutorum non inueniatur, dictum, nec nobis dicendum eſt, ne erubeſcamus ſine lege loquentes. Quartum argumentum deſtruitur, quaſi cera à facie ignis, quoniam ſi, vt prima fronte iacet acciperetur, periret regula in pœnalibus ſtricte procedi, *cap. in pœnis de reg. iur. in 6.* item, & illa, quod pœnæ ſunt odioſæ *cap. odia eodem titulo*, nec non, & illa, quod pœna non cenſetur impoſita, niſi expreſſe iure caueatur, *dict. §.* cum igitur, quare adducta regula *Iuſtita* eſt audienda.

121 Nam quando † ſtricte interpretando delictum remaneret impunitum, tunc ne iſtud ſequatur contra pub. vtilitatem, lata fit interpretatio, vt ſit locus. *leg. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & l. Cognitio. ff. de officio præſidis.* ſed quando certum eſt delictum puniri, ſed dubitatur de maiori, vel de minori pœna tunc fit ſtricta interpretatio, vt eligatur pœna mitior, vel ſi dubitetur, vna, vel pluribus pœnis ſit delictum puniendum, fit ſtricta interpretatio, vt vna, non pluribus, *Cagn. in Rub. ff. ſi cert. pet. num.* 70. verb. ad tertium allegat. *Bart. l. 1. §. exercitus, ff. de infam. Socc. in l. 1. col. vlt. in princ. ff. de verb. oblig. Dec. in l. qui ſe patris col. fin. C. vnde liber.* applicando ad materiam noſtram. tutores propter doloſum mendacium inbiiciuntur aliis pœnis, nempe conuicti de doloſo mendacio efficiuntur infames. *l. 1. ff. de his, qui not. infam.* Rurſus poterit pœna ſtellionatus arbitrio iudicis puniri; quia doloſe mentiendo cōmiſit delictum extraordinarium, nec nominatum. Nec obſtat quod huiuſmodi pœnę, videantur habere locum, etiam in ſuperioribus caſibus, in quibus tamen mendax cadit à beneficio, etenim id non eſt expeditum, deinde in illis lex non contenta, proceſſit vlterius pœnam priuationis inducens competentis beneficii.

Quintum fundamentum conuellitur, quoniam in vtroque text. continetur vna cauſa, tam generalis, vt alias plurimas comprehendat, nempe ſi Donatarius atroces aliquas iniurias intulerit donatori, vel filius patri, poſſunt autem excogitari multi ac pœnè infiniti caſus, in quibus atrox inferatur iniuria, quos omnes comprehendet vel vna illa cauſa, alioqui non video quomodo, nō deluderentur illæ leges per dictio-

122 nem † taxatiuam loquentes, nec ad rem pertinet *reg. l. ob æs Cod. de prædiis minor.* quod dictio taxatiua, non excludit caſus ſimiles, ſiquidem intelligitur caſus ſimiles aliâ lege comprehenſos, ne inducatur legum correctio, vt ſunt caſus poſiti in gloſſ. eius legis, alias fruſtra ponerentur in legibus dictiones taxatiuæ, nam caſus diſſimiles nulla lege excluduntur, cum ſub lege non veniant. *l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ. l. Papinianus exuli. ff. de minor.* confirmatur quoniam in *dict. §. aliud quoq; capitulum*, ait Imperator quod aliæ cauſæ, ibi non expreſſæ, non ſunt idoneæ, nec poſſunt allegari, igitur qui ex alia cauſa diceret factam exhæreditatem valere, plus ſaperet, quam legiſlator, & maiorem haberet poteſtatem.

Quæſt. 18. Proſequendo eandem materiam amiſſionis beneficii propter menda-

123 cium infertur 21. ad † caſum *l. fin. C. de fideicom.* in qua ſi hæres negat ſe grauatum fuiſſe legato, aut fideicommiſſo, ſcilicet, quia non erant teſtes, & defunctus in ſolam eius fidem ſine teſte commiſerat, legatarius autem eligat eius iuramētum, is vero, recuſans iurare, confugiat ad illam defenſionem, quod legata minus ſolemniter remiſſa, non debentur, in odium mendacii non auditur. *§. fin. inſtit. de fideicom. hær. Bar. Iaſon Bald. in d. l. fin. per illum tex.* cuius authoritate, colligit *Bald. in numer.* 5. quod voluntas non ſolemnis, quale ſolet valere tantum inter ſuos. *l. hac conſultiſſima. § ex imperfecto Cod. de teſt.* tam propter mendacium valet etiam inter extraneos. Infertur 22. ad caſum *l. hæreditatis. §. fin. ff. ad l. Falcid.* nimirum, quod hæres negans rem aliquam eſſe hæreditariam, vt poteſt vti beneficio legis Falcidiæ, *Bartol. in leg. Paulus, & in leg. beneficio.*

124 *ff. eodem titul.* & eſt hic mirabile quod negans † rem eſſe hæreditariam, & ſubtrahens rem hæreditariam æquiparantur, quo ad amiſſionem legis Falcidiæ mendax quoque æquiparatur & illi hæredi qui curant, vt ex legato pereant. *dict. leg. beneficio.*

Verum hic ſe ſe offert pulcherrima dubitatio, verum prædictum beneficium *leg. Falcidiæ* perdatur in totum, an vero pro illa parte tantum, nempe, vt ex ea re ſola

quam

quàm inficiatus eſt eſſe hæreditariam quartam non detrahat, diſputat eam *Bart. in d. l.*
Paulus, & ait in fraudem hæredis eſſe tex. in *d. §. fin. l. hæreditatem* in illis verbis, quidam
putant eius quoque Falcidiam non poſſe retineri, eius ſcilicet rei negatæ, & ſic rei ſin-
gularis. Idem tenet *Iaſ. in dict. l. fin. nu.* 11. *C. de fideicom.* probatur mihi quoque per tex.
in dict. l. Paulus, nam æquiparantur, vt dixi, quo ad priuationem Falcidiæ ſubtractio, rei
hæreditariæ eſt negatio; ſed de ſingulis rebus ſubtractis, non deducitur, de cæteris de-
ducitur *dict. l. Paulus*, vt intelligit *Alex.* ita colligens eum tex. in compendium, & hanc
ſententiam probat *Cyn. in auth.* ſed cum Teſt. *C. ad l. Falcid.* Cæterum, quod imo perdat
totum, tradit gloſſ. in *authen. de hæred. & Falcid. §. hinc nobis* verbo ſancimus in verſiculo
hæredes, ſi voluerint hac vtilitate potiri, quærant ſeruare legis poteſtatem, & non per
ea, quæ forte ſurripiunt, aut malignantur, &c. ergo malignantes circa res hæreditarias
non vtuntur vtilitate *dict. l. Falcidia*. Nec repugnant allegata ex aduerſo, quoniam in-
quit gloſ. antiquo iure procedunt, & nouella conſtitutione corriguntur, ita, vt emen-
detur etiam *l. fin. §. licentia verſ. de illo. ff. de iure deliber.* in qua definitur puniri in duplum
hæredem, qui ſtudioſe omiſerit rem ponere in inuentario, *Bart.* vero in *dict. §. licentia*,
125 diſtinguit † tria iura. Primum eſt ius Digeſtorum, quo mendax priuabatur beneficio
l. Falcidiæ, quo ad rem negatam, ſecundum eſt ius Codicis, quo per mendacium ali-
qua re in inuentario prætermiſſa refunditur duplum, non quidem abſolute; ſed cum
illa alternatiua, duplum reſtituere, vel hæreditatis quãtitati computare compellatur,
idque vt arbitror, erit in arbitrium creditoris, vel legatarii hæredem de mendacio cõ-
uincentis, ne ſit electio Mendacis in præſtatione dupli. Tertium ius eſt authentico-
rum, quo ſancitum eſt, per ſubtractionem vnius rei integram Falcidiam amitti; Plane
durum nobis videtur, quod leges illæ Digeſtorum cenſeantur eſſe correctæ, & de e-
mendatione nullũ verbũ, præſertim in conſtitutione Iuſtiniani, qui nunquã ſolet ad
correctionẽ alicuius iuris, vel legis ꝓcedere, ſine magna præfatione verborum, & ex-
emplum eſt in *auth. de teſt. imperfectis in l. vni. Cod. de caduc. toll. in §.* 1. *Inſt. de teſt. ordin.*
accedit, quod *dict.* § hinc nobis verbo ſancimus, non probat neceſſario totum perdi
ius legis Falcidiæ, ait enim quod ſi voluerint hac vtilitate potiri, nihil malignẽtur, nec
per ea, quæ forte ſurripiunt Falcidiam introducant, cum vtique ſi nihil malignati eſ-
ſent, non forte competeret, hæc enim verba rectè accommodantur ad illum ſenſum,
vt quoad ſolam rem ſubtractam legis Falcidiæ non ſentiat vtilitatem, atque ita euite-
tur legum correctio, vt monet *leg. præcipimus Codice de appellat. leg. ſancimus. Codice de*
teſt. Fauet tamen Bartolo vt ego conſidero, quod vbi non fit inuentarium, amitti-
tur abſolute legis Falcidiæ beneficium *dict. §. hinc nobis*, verſiculo ſi vero, non fece-
rit inuentarium, ergo multo magis intelligit Imperator totius illius iuris fieri iactu-
ram, inuentario maligne confecto.

Hunc articulum tractat *Roland. de inuentario fol.* 102. verſiculo quod ſi hæres,
& tandem poſt varia argumenta hinc inde deducta, refert diſtinctionem. *Angel. in*
dict. leg. Paulus. ff. ad leg. Falcid. & in §. in extraneis. verſiculo quod autem hæres, Inſt. de hæ-
redum qualit. & differentia nempe; aut non eſt factum inuentarium, & tunc fit locus
§. hinc nobis verſiculo ſi vero non fecerit, aut fecit; ſed non maligne fecit, aliquid
ſurripiendo, & tunc, aut quærimus, an perdat beneficium legis Falcidiæ, & perdit
in totum, aut numquid perdat beneficium inuentarii, ita, vt hæres teneatur, vltra vi-
res hæreditarias, & non perdit, ſed punitur pro rebus ſubſtractis in duplum, iuxta
leg. fin. §. licentia verſiculo illo Codice de iur. deliber. vbi *Salyc.* ait in cauſa ſibi commiſſa ita
iudicaſſe, & vtriuſque partis Aduocatos fuiſſe ita confeſſos, inter quos erant plures
valentes; Intelligitur autem illa pœna commiſſa, ſi antequam à Creditoribus eſſet
conuictus, rem ipſemet reuocata negatione detegeret, & in inuentario mandaret ſcri-
bendam; eſt enim adhuc re integra, pœnitentiæ locus.

Infertur 23. quod licet in contractibus innominatis, non admittatur
126 pœnitentia, quando res † non eſt integra, *Doct. in leg. ſi pecuniam. ff. de condit. cauſ.*
dat. & ibi *Iaſ. numero duodecimo*, conſtituens reg. cum ampliationibus, & limitationib.
127 fallit † tamen quando mendacium dediſſet cauſam contractui, nam eo caſu ha-
bet locum pœnitentia, quamuis res non ſit integra, idem *Iaſon, numero decimoſexto,*
& decimoſeptimo, dicens eſſe notabile exemplum in *leg. ſi cum plures. §. mandaui,*
& ibi *Bartol. ff. locat.* & eſt quotidianus caſus ſecundum *Alberic. & Caſtrenſ. ibi.*
128 Infertur 24. † ad filiumfamilias qui habet beneficium abſtinendi, nam ſi mini-
mam rem, ſubtraxit negans ſe immiſcuiſſe, implicatur omnibus oneribus, & non

abſtinēdi, nam ſi minimam rem ſubtraxit negans ſe immiſcuiſſe, implicatur omnibus oneribus, & non poteſt amplius ſe abſtinere. *l. ſi ſeruum. § prætor ait. ff. de iure deliber. Bald. in l. fin. §. cum igitur num. 8 Cod. de iure de liber.* inquiens propter maleficium perditur beneficium, & hoc idem eſſe reſpondet, ſi rem aliquam non poſuerit in Inuentario mē-
129 tiens eſſe ſuam. Infertur 25 † ad Notarium, negantem ſe fuiſſe rogatum de Inſtrumento, is enim ſi conuincatur de mendacio, & factum ſit recens punitur de falſo, ſecus ſi factum eſſet antiquum, *Ioan. Andreas ad Specul. in titulo de fide Inſtr. in § Inſtrumentum in princ. Bald. in l. eum qui. C. de falſis, Fely. in c. accepimus extr. de fide Inſtrum. num.*
130 *16. in verb. & iſta poſſunt.* Infertur 26. ad *l. ſi ſeruus. ff. de interrog. actio.* ſcilicet, quod † cum plures vnius ſerui domini ex facto eius teneatur pro parte dominica, ſi negauerit in ſua poteſtate eſſe omnes tenētur in ſolidum, quod etiam obtinet, ſi eorum vnus inficiatus fuerit: Alius quoq; caſus eſt valde ſimilis in *l. de ætate. § ſi cum eſſet. ff. eod. tit.* in quo cum eſſet quis ex ſemiſſe hæres dixerit ſe ex quadrante mendacii hanc pœnam feret, quod in ſolidum conuenietur, & in hoc, ſicut in aliis pluribus mendax æquiparatur doloſo nam, & is tenetur in ſolidum, vt ſupra probatum eſt, cui conuenit, quod, & aduerſum mendacem iuratur in litem, non ſecus ac contra doloſos *Soc. conſ. 213. col.* 13
3. verſiculo conuincitur dolus, ex quo deprehenditur in manifeſto mendacio *volum. 2. Aucar. conſil. 316.*

De pœna mendacii affirmatiui Cap. XV.

1 *Ratione mendacii affirmatiui, tenetur in ſolidum, qui erat obligatus pro parte.*
2 *Qui non erat vllo modo obligatus, tenetur pro ea parte pro qua mentitus eſt.*
3 *Pœna mendacii huius eſt in perſona ſerui damnatio in metallum.*
4 *Ex hoc quoque mendacio, datur interdū legis Aquiliæ actio.*
5 *Aſſerens per mendacium à ſe hominem occiſum, ſi poſtea probet hominem viuere, non punitur.*
6 *Mercatores, vt plurimum mendaces in venditione Mercium.*
7 *Mercatoribus, quatenus liceat ſuas laudare merces.*
8 *Dictum Saly. de mercatoribus.*
9 *Dictum Iuriſconſ. graue eſt fidem fallere, verificatur præcipue in mercatoribus.*
10 *Mulieres laborant à natura hoc vitio mendacii.*
11 *Mulieres faciles ad mentiendum, & peierandum.*
12 *Fabula de mulieris mendacio.*
13 *Aduerſus mendacium affirmatiuum iuratur in litem, ſicut contra negatiuum.*
14 *Mendax interdum pœna falſi punitur.*
15 *Aliquando pœna criminis ſtellionatus.*
16 *Nonnunquam actione doli.*
17 *Quandoque ad intereſſe.*
18 *Interdum iudicis arbitrio.*
19 *Ex mendacio, perdit mendax, quæ impetrauerat per reſcriptum.*
20 *Differentia inter mendacium dictum à parte partis, vel dictum Iudici.*
21 *Mendacium dictum iudici, annullat proceſſum.*
22 *Teſtis dicens in vno, mendacium, an totum ſuum teſtimonium inficiat.*
23 *Vtrum mendax in vno præſumatur mendax in aliis.*
24 *Minor an reſtituatur aduerſus mendacium.*
25 *Mendacium ſemel commiſſum, an poſſit purgari.*
26 *Quomodo purgetur mendacium negatiuum.*
27 *Mendacium affirmatiuum purgatur, docendo iuſtum errorem, & 28.*
29 *Probando, eſſe emiſſum, ſine dolo, vel culpa.*
30 *Purgatur etiam pœnitentia, ſi ius aduerſarii non ſit factum deterius.*
31 *Regula prior in tempore potior in iure, ceſſat propter mendacium.*
32 *Mendacium, quomodo probetur.*
33 *Mendacium apud Perſas plectebatur pœna infamia.*
34 *Apud Indos ter conuicto perpetuum ſilentium indicebatur.*
35 *Pœna Artaxeris contra mendaces.*
36 *Mendacii pœna eſt, vt Mendaci poſtea dicenti verum non credatur.*
37 *Mendacem omnes odio habent.*
38 *Mendaces maxime Deus odit.*
39 *Diabolus pater mendacii.*
40 *Pœnæ ſpirituales aduerſus Mendacem.*

Hæc

HÆc ſufficiat expoſuiſſe de pœna mendacii negatiui, aggredior modo pœnas mē-
dacio paratas affirmatiuo, quæ non ſunt omnino diſſimiles, his, quas proxime e-
numerauimus, ſed conueniunt in multis, ſunt vero infra ſcriptæ.

1. Vt in ſolidum teneatur, qui erat obligatus pro parte.
2. Vt de eo, quod per mendacium confeſſus eſt, obligetur, cum ad nihilum eſſet obſtrictus.
3. Interdum pœna damnationis in metallum.
4. Aliquando pœna *l. Aquilia.*
5. Vt mendax nonnunquam patiatur iuramentum in litem.
6. Sæpe pœna falſi, pœna ſtellionatus, & doli.
7. Nonnunquam punitur iudicis arbitrio.
8. Amiſſione beneficii competentis.

Quæſt. 1. Et, vt eo, quo propoſui ordine incipiam illa ſeſe primum offert, de qua
in *l. de ætate. ff. de interrog. action. in* §. 1. *&* 2. nempe, quod ſi quis vere hæres pro parte in-
1 terrogatus in iure, dixerit † ſe hæredem in totum, tenetur in ſolidum, & ſi quis nullo
modo heres, affirmauerit ſe pro parte hæredem, conuenitur in pœnam mendacii, ac ſi
2 vere ex ea parte † eſſet hæres, fides enim contra ſe ei habetur, vt ibi Vlp. ait, atq; ita du-
plex eſt pœna, altera, vt qui in nullo tenebatur, pro ea parte obligetur, pro qua menti-
tus eſt, altera, vt qui erat obligatus pro parte, teneatur in ſolidū, & in hoc conuenit cū
mendacio negatiuo, vt paulo ſupra probatum eſt. Altera eſt pœna, de qua in *l. ſi quis di-
cat. ff. de manumiſſ.* nempe quod ſi ſeruus dicat ſe ſuis nummis emptum, & queratur a-
pud præfectum vrbis, vel in prouinciis, apud præſidem prouinciæ, q. à Domino em-
3 ptore non manumittatur, ſi illud non probauerit, datur in † opus metalli pro ſui men-
dacii pœna, quia auſus eſt ſtare cū domino ſuo in iudicio, à qua tamen poteſt eum do-
minus liberare, ſi malit eū reddi ſibi. Tertia pœna expreſſa in *l. inde Neratius.* §. *ſi quis. ff.*
4 *ad l. Aquil.* † nam ſi quis actione *l. Aquiliæ*, penitus confeſſus fuerit occidiſſe hominem;
ſi vero homo occiſus eſt non quidem à confitente, ſed ab alio, tenetur, *l. Aquilia*, ob ſuū
mendacium, quod profecto eſt ſingulare, & contra reg. *l. error, & l. cum falſa, C. de iur. &
facti ignor.* & etiam conſiderat gloſſ. in *d. l. inde Neratius.* §. *fin. in verſ.* à quocunq; niſi di-
xerit erroneam eſſe confeſſionem, & mendacium ſine dolo, hic vero cum dolo. Plane
ſi homo, qui dicitur occiſus viuat, & illum oſtēderit, mendax liberatur à pœna *l. Aqui-
liæ*, vt ibi expreſſum eſt, id autem obtinet in ciuilibus non in criminalibus, in quibus, ſi
5 quis per mendacium † hominem necaſſe dixerit & is ab alio occiſus ſit, & hoc non la-
teat, non mendax non punitur, *Bal in l. 1 n. 16. verſ. quinto punitur mendax. C. de furt.* dicēs
æquum non eſſe, vt per vnum mendacium homo moriatur, arg. *l. 1.* §. *fin. ff. de quæſt.* in
6 hoc genere mendacii affirmatiui incidunt plerumq; mercatores † in vēditione mer-
cium, dum nimium & plus æquo laudant illas, quo facilius inueniant emptores, *c. ſci-
ens, &c. ſeq. 88. diſt.* quod mendacium, non eſt, vt quidam arbitrantur, iure ciuili per-
miſſum per *l. ſciendum. ff. de ædilit. edicto*, ibi multū differūt cōmendandarum mercium;
quid dixerit an vere præſtatur, ſi promiſerit, & per *l. quod venditor. ff. de dolo*, nam de ho-
7 neſta commēdatione intelliguntur † illa iura, patet ex *l. quod venditor*; dum ait laudes
cauſa decipiendi dictas parare actionem doli aduerſus venditorem. hinc *Cic. 3. de offi-
ciis*, tollendum eſt ait in rebus cōtrahendis omne mendacium, ſed à paucis auditur, &
8 a paucioribus cuſtoditur, vt merito † *Saly. in auth. ad hæc. C. de vſur.* exclamatio magnam
notam temporum noſtrorū, quis eſt hodie mercator, qui in venditione merciū, nō di-
cat mendacia, & plerumq; vt emptores alliciat etiam deieret? iuxta illud *Satyrici.*

Cum plenius æquo
Laudat mercator, qui vult extrudere merces, & alius poeta.
Periurata ſuo poſt ponit Numina *lucro,*
Mercator Stygiis, non niſi dignus aquis.

Et tamen nihil clarius in mercatore fulget, quam recta fides, cumq; omnibus ho-
9 minib. † conueniat *dictū Iuriſc. in l. 1. ff. de conſt. pecun.* quod graue eſt fidem fallere, & in *l.
1. ff. de pact.* nihil tam congruum fidei humanæ quam ea, quæ ſemel placuerunt ſerua-
ri, præcipue congruit mercatori, *Bal. in c. ſi prodebilitate extr. de offic. deleg. Iaſ. in l. Iuriſg.* §.
ſed cū nulla n. 11. ff. de pact. gloſ. in l. ſi à pro curatore. C. mand. quem notandum ait *Bald.* pro
bonis mercatoribus, & pro malis, qui arripiunt fugam cum pecuniis alienis in eodem
10 † vitio mendacii ſunt mulieres, ſunt enim *Ariſt.* ſententia *lib. 9. c. 1.* animalium natura
11 mendaces, & iuſiurandum contemnunt, de mendacio † *Menander.*

Digitized by Google

Non admodum ſolet quicquam veri dicere mulier.

Euripides in Hyppolito.

Conſilium tibi Theſeu optimum do,
Mulieri ne credas, quamuis vera audiens.

12 Quæ res Ægypriaca fabula comprobatur, Mulier † cum filio iuxta Nilum ambu-
labat, cui Crocodilus filium abſtulit, redditurum ſe dicēs, ſi verum diceret, tum illa ne-
gauit fore, vt verum diceret, atque ob id æquum aiebat, filium reddi, cum verū dixiſ-
ſet, Quod vero faciles ſint Mulieres ad peierandum cognouit *Imp. in auth. de nup. §. quia*
vero nunc ſequitur, nam ait cum mulierū periurium ſit promptum abrogat *l. Iuliam* Mi-
ſcellam. quæ iuramentum quoddam in eo caſu à mulieribus exigebat, quin etiam in
auth. vt ſine prohibi. mat. §. quia vero multum compertum habens mulieres toties peie-
rare, quoties iureiurando quicquam aſſerunt, aut pollicentur, vt periurii tollatur oc-
caſio aliam quandam veterem conſtitutionem abrogat, quæ iuſiurandum pariter à
mulieribus exigebat, & merito, quia cum præſumptio eſt veriſimilis aliquem peiera-
turum, non eſt ei deferendum iuramentum, text. *eſt not. in cap. Clericos extr. de cohabit.*
Clericorum, & mulierum Abbas & Philippus Francus in cap. fin. extr. de app. In hanc quoque
ſententiam eſt *Græcus Senarius.*

Mulieris iuſiurandum in vino ſcribo.

Antiqui enim res prorſus irritas, & futiles in vino, vel aqua ſcriptas, ſcribendaſue
dicebant; in eandem ſententiam eſt *prouerbialis verſus.*

Muliere iurante, ridet aer.

Sed, vt ex ſemita, in viam redeam, ſunt & aliæ pœnæ huius mendacii commu-
13 nes cum ſuperiori mendacio negatiuo, vt † iuramentum in litem, imo aliquando pœ-
14 na falſi, vt ſi quis vendat † rem alteri obligatam, dicens eſſe liberam, *l. ſi à debitore*, & ibi
gloſſ. & Bart. ff. de falſis. Negus. de pign. 3. parte principali in primo membro num. 20. item adde,
15 cumulat *Plot. in l. ſi quando. §. 37. num. 12.* Nonnunquam pœna criminis ſtellionatus † *l.*
3. & ibi gloſſ. ff. de crimin. ſtellion. l. 1. §. 1. ff. de pign. act. vel dando vnam rem pro alia *d. l. 3. §.*
16 *1.* & ibi *gloſſ.* Interdum † eſt pœna doli, vt in *l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo*, nempe quan-
do ſui commodi cauſa affirmaſſet aliquem eſſe idoneum facultatibus, cum non eſſet;
17 Tenetur in ſuperiori mendax † ſæpe ad intereſſe, vt ſi quis per mendacium affirmaue-
rit, vas eſſe integrum, & bonum. *l. tenetur. §. ſi vas verſ. ſed ſi vas mihi. ff. de act. empt. Plot.*
d. l. 11. o num. 12. Vbi vero pœna expreſſa pro mendacio, non inuenitur, & ſuggerit æqui-
18 tas pœnam imponi, iudicis † arbitrio eſt infligenda. *l. 3. §. ſed ſi non conſtet*, vbi *Bart. num.*
4. & 5. ff. vbi Pupill. educ. debe. dicit eam in primis comminandam & poſtea exigen-
19 dam. Alia inſuper pœna eſt, quia ſi quis † porrigat preces principi, & fuerit in aliquo
mentitus, caret his omnibus, quæ impetrauerat, vnde regula eſt Mendax precator ca-
ret impetratis *leg. & ſi legibus C. ſi contra ius, vel vtil. public. c. ſuper litteris, & c. ſedes extr. de*
de reſcript.

20 Plane ſupra dictæ † pœnæ contra mendacium valent, quoties dictum eſt à Parte
parti mendacium, etiam in iudicio; ſed quando dictum eſt iudici tunc mendacium
21 reddit proceſſum † nullum exemplum eſt in *l. ſi vt proponis la. 2. C. quomodo, & quando*
Index, vbi Bart. hoc not. & limitat in Mendacio dicto Arbitris quoniam ſcilicet totum
negocium pendet à voluntate partium, idem quoque de mendaci dicto iudici affir-
mat, *Matheſil. in l. 5. nu. 3. C. quomodo, & quando Index, & in ſingul. 18.* iuncta *add. ibi num.*
5. & ita dicit eſſe caſum ſingularem in *l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iud.* cum vero dicitur
à parte parti, tunc producit exceptionem, Demum punitur hoc mendacium amiſſio-
ne beneficii ſibi competentis, vt in *leg. 2. Codice ſi minor ſe maiorem dixerit*, & latius in-
fra dicitur.

Quæſtio. 2. Quæro an teſtis dicens in vno Mendacium, totum teſtimonium
23 inficiat, ſcilicet quando ſcienter eſt dictum, ponit † hanc quæſt. *Specul. in titulo*
de teſte. §. 1. numero 27. verſicul. item quod aliquod de ſuo, & iuribus pro vtraque
parte deductis ita diſtinguit, aut mendacium tangit ſubſtantiam, vel circumſtan-
tias negocii, ſiue contractus, ſuper quo deponit, & vniuerſum teſtimonium vitia-
tur, puta in qualitate, vel quantitate precii idem quoque *Appoſtil. ibi in litter. R.* ſi ve-
ro, nec ſubſtantiam, nec circumſtantiam attingit negocii, depoſitio non in-
firmatur, veluti ſi dicat contrahentem eſſe aliunde, quam ſit, vel alterius
eſſe affinem cum non ſit, ratio eſt quia officium teſtis non conſiſtit in his, neque enim

facit-

Google

facit ad teſtimonium inquit *Speculator.*, vnde ſit contrahens, vel cuius ſit affinis, am-
pliat eodem loco *Speculator*, in Tabellione, conficiente Inſtrumentum, allegans, quæ
dixit in titulo de inſtrumentor. editione. §. *inſtrumentum, verſiculo quod ſi aliquid.* Quæro
23 etiam, an qui fuit mendax in vno, præſumatur † dicere mendacium in alio, & vide-
tur negandum, quando delictum non præſumitur in dubio. *l. merito. ff. pro Socero l. quo-
ties. §. qui dolo. ff. de prob. et.* Contrarium tamen videtur eſſe verius per tex. in *l. cum de in-
debito. ff. de probat.* in qua vocatus in iudicio quod pecuniam indebitam, quaſi debitam
acceperit, & negauerit ſe vllam pecuniam accepiſſe, conuictus de mendacio, non li-
cet allegare, ego debitam pecuniam accepi, quia præſumitur in hoc, ſicut in prima
mendacium dicere, & propterea ei incumbit onus probandi, & per eum tex. *Pariſ. con-
ſil. 90. numer. 29. vol. 1.* colligit concluſionem mendax in vno, præſumitur in alio, niſi
probet verum, confirmatur ratione, quia ſemel malus ſemper malus in eodem genere
mali. *l. ſi cui. ff. de accuſ. l. omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. cap. ſemel malus de reg. iur. in 6.* ob-
iectum autem deficit, quaſi fumus à facie venti, quippe quia delictum præſumitur, v-
bi ſunt præſumptiones argumento *l. dolum C. de dolo l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo, Crau.
conſ. 2. num. 23. Imol. conſ. 78.* eaque ratione mendacio alterius deceptis, iura ſubueniunt
*leg. 2. §. verba, l. ſi decipiendi. ff. ad Velleianum. l. 2. cum gloſſ. C. eodem titulo Feder. de Senis conſ.
199. Ancar. conſ. 49.*

Quæſt. 3. Quæro, an minor reſtituatur, aduerſus mendacium; & ſane videtur re-
24 ſtituendus per text. † *in leg. ſi ex cauſa. §. nunc videndum verſiculo, ſed ſi cum ex damno. ff. de
mino* cum ex damno dato, ait, confiteri poſſet, ne dupli teneatur, maluit negare, in hoc
ſolum reſtituitur, & pro confeſſo habeatur.

Secundo minor in delicto in omittendo reſtituitur, vt dixi *in lib. 2. in titul. de dolo
in omittendo*; At mendacium præſertim negatiuum, delictum eſt in omittendo. In con-
trarium eſt tex. *l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, in princ.* ibi, & placet in delictis minoribus
non ſubueniri *l. auxilium. ff. eodem titulo*, ibi neque in delictis, neque in calumniatori-
bus prætorem ſuccurrere oportere certi iuris eſt; & huic poſteriori ſententiæ tan-
quam communi & veriori adhæreo, & eam probo in terminis ex *l. 1. ff. ſi minor ſe maio-
rem dixer.* Si is qui minorem ſe eſſe aſſeuerat fallaci maioris ætatis mendacio, te dece-
perit reſtitui non debet, ſecundo confirmo, hoc dilemmate; aut mendacium eſt dolo-
ſum, & non meretur reſtitutionis auxilium, ceſſat enim in dolo reſtitutio dict. modò
iuribus; Aut eſt ſimplex, abſque fuco, & fallacia, & non eſt opus reſtitutione, cum non
puniatur, ſicut conſpicuum eſt, ex his, quæ dicta ſunt ſuperius; Diluuntur fundamen-
ta ex aduerſo, quaſi cera à facie ignis, primum enim continet ius ſingulare, vt facile eſt
intelligere ex littera, in qua conſtituitur regula negatiua, deinceps limitatur, vt plane
oſtendunt illa verba in hoc ſolum reſtitui &c. Alterum vero tollitur, ex his, quæ ſcri-
pſimus in eodem titulo de dolo in omittendo, quibus addo, quod in mendacio affir-
matiuo adeſt dolus in committendo, vide *Oddum de reſt. quæſt. 83. art. 3.*

Quæſt. 4. Quæro an mendacium poſſit purgari ad pœnam euitandam? Reſp. affir-
25 matiue exẽplo doli; † Nam dolus purgatur, vt dilucide conſtat ex his, quæ tradita ſunt
in titulo de purgatione doli *lib.* 4. igitur, & doloſum mendaciũ purgare cõceſſum eſt;
tunc iterum reuoco in dubium, quomodo purgabitur? & profecto liquido conſtat ex
26 antecedentibus, nempe † reuocatione mendacii facta ante litem conteſtatam donec
res eſt integra, & aduerſarius non cæpit adhuc docere mendacium eſſe commiſſum,
arg. *l. electio. §. neque hæredi, & ibi Bald. ff. de noxali. Alex. in l. licet hoc ita. §. hoc autem. ff. de re
iud. Dec. in l. 2. n. 7. C. de edend. Iaſ. in §. omnium, inſt. de action. Bart. Iaſ. & alis in l. eum qui ff. de
27 iure iur.* In mendacio vero † affirmatiuo, purgatio fit ſi doceat mendax iuſtum errorem
l. de ætate. §. ſi cum eſſet. §. ex cauſa, & §. qui inſtitut. ff. de interrog. actio. ibi interdum tamen
iuſta ratione, purgatur etiam ſi conſtiterit, quod nec dolo, nec culpa dictum menda-
28 cium † fuerit, ſed leui, vel leuiſſima *d. §. qui iuſto vbi gloſſ.* ponit exemplum in *c. ſ.* qui cũ
eſſet inſtitutus in eo teſtamento, in quo ſeruus fuerat teſtis adhibitus, vel pupillus, qui
videbatur adultus, interrogatus dixerat ſe eſſe hæredem; purgatur etiam hoc menda-
29 cium pænitentia, eo ſcilicet tempore facta; quo aduerſarii ius adhuc † non eſt factum
deterius *l. de ætate. §. Celſus, iuncta gloſſ.* quæ etiam ponit exempla, ibi Celſus ait licere re-
30 ſpondenti pęnitere, ſi exceptio ex pęnitentia † obſtet actori, vt accidit quando ius eius
eſt factum deterius; In alio etiam caſu pænitentia non valet ad purgationem menda-
cii, de quo per *Alex. in l. etiam filios. §. licet in dotalibus n. 9.* verſ. ſucceſſiue, & verſ. quod in-
telligo nam cum ibi definitum ſit maritum, negantem ſe eſſe maritum, & poſtea

51 confitentem non amittere ſuum priuilegium, ne conueniatur,niſi in † quantum fa-
cere poſſit, *Alex.* declarat ita demum procedere,ſi mulier velit acceptare confeſſionē
mariti,& non maluerit probare,neque enim in terminis prodeſt confeſſio,ſecundum
ea quæ dixit *Bart.in dict.l.eum qui.ff.de iure iur.* Allegat quoque idem Alex.notata à B*al.*
in c.1.§.porro,qua fuerit prima cauſ.benef.amitt. Verum de hac limitatione dubito,quip-
pe quia eſt contra tex.in *l.de ætate.§.Celſus*,ſcribit;nam legi ſatis eſt ius Actoris non eſ-
ſe factum deterius, & ſufficit Actorem non laboraſſe in probando, vt ſuperius oſten-
dimus,ſiquidem non ob ſolum mendacium pœna imponitur, ſed ob laborem proba-
tionis,quæ incumbit Actori ad conuincendum mendacium; Quæro de probatione
mendacii;nam cum pœna non irrogetur niſi conuicto, vt ſupra expreſſum eſt, non
ſine ratione adducitur in quæſt.quomodo debeat,& poſſit probari, & certe dicēdum
52 eſt † eo modo fieri probationem mendacii , quo diximus dolum doceri, & fraudem,
nempe præſumptionibus,& coniecturis, ratio eſt, quoniam mendacium ſicut dolus
conſiſtit in animo,eſt enim mendacium authore *Auguſtino* falſa vocis ſignificatio, cū
intentione fallendi *c.5.§.ille ergo 22.quæſt.2.* Intētionis autem,& animi ſolus Deus ſcru-
tator eſt,iuxta illud ſcrutans corda, & renes Deus, proinde non poteſt,niſi indirecte
probari argumentis,& coniecturis *arg.l.dolum.C.de dolo*, quæcumq; igitur de doli pro-
batione à nobis tradita ſunt ad probationem mendacii rectiſſime accommodantur.

Quæſt.5. Hactenus enumeratæ pœnæ Romanis dictæ ſunt legibus quæro an a-
pud exteros populos aliquod eſſet mendacii ſupplicium indictum; Reſp. nuſquā pe-
53 nè fuiſſe dimiſſos impunitos , † & primo apud Perſas nihil erat fœdius mēdacio, pro-
pterea infamiæ nota afficiebatur de eo crimine conuictus,ac illuſtre illorum erat in-
ſtitutum, vt tria Iuuenes præcipue addiſcerent nimirum equos peritè agitare , ſagittas
acriter, & certo iactu remittere, denique vera loqui, *Calius Rhodig.antiq.lection.tomo 2.*
54 *lib.18 cap.18.* Indis † vero frequentiſſima erat pœna conſtituta mendacii,vt ſi ter mē-
dacium dixiſſe conuictus eſſet illi. per omnem vitam ſilentium indiceretur nulloq;
magiſtratu,aut honore dignus haberetur, *Alex.ab Alex.lib.6.Genial.dierum cap.*10.quo
55 loci etiam refert Artaxerſem † ita mendacium auerſari ſolitum, vt mendacis ho-
minis linguam clauo affigi iuſſerit. Dixi nullibi fere mendacium ſua pœna caruiſ-
ſe, quoniam Ægyptiis ſumma erat impunitas mentiendi,quo fiebat vt nullus eſſet il-
lis mentiendi modus,eodem *Alex.eodemque loco authore*,alia eſt pœna mendacii, quæ
Iuriſgentium conſtitutione dici poteſt inducta, cum peræque apud omnes populos
obſeruetur argumento.*l.omnes pop.ff.de Iuſt.& iur. §.ius autem gentium.Inſt. de iure natu-*
56 *rali gent.& ciuil.* vt † mētientibus,ſi poſtea vera proferunt,veritas ipſa non credatur, vt
dixiſſe quondam *Ariſt.* refert Diogenes his verbis,mendax hoc lucratur. quod cum
vera dixerit,ei non credatur,retulit *Cyn.in l.tranſigere.C.de tranſact.Iaſ.in §.item ſiquis in*
fraudem col.29.de act.Sylua nuptial.lib.2.num.25. Cæteris autem grauior pœna eſt, quod
57 omnibus mendax eſt odio, à † nullo diligitur , proinde ſicut nil vtilius eſt quam ama-
ri,ita nihil pernicioſius, quam odio haberi,quia omnes quem oderunt.vt ait *Cicero 2.de*
officiis periiſſe expetunt,multorum autem odiis nullæ opes poſſunt obſiſtere ; nec mi-
rum;quia mendax ab hoſte non differt *Homer.odyſſe.4.lib.* vt merito infelix eſſe men-
dacium dixerit *Stobæus.*

Q.6. Sed,an præter eas pœnas,quas aduerſus mendaces,humanis legib.vel gētium
more vidimus inductas,inueniantur alię cōtra hoc peccatū,diuina ſanctione cōpara-
tæ,& nūquid in animæ iudicio mendacib.ſit pœna cōſtituta, *Salomon.prouerb.c.6.* pro-
bat affirmatiuē,inquiens:ſex ſunt,quæ odit Deus , ſeptimū deteſtatur anima eius ; o-
58 culos ſublimes,linguā † mendacē;manus effundentes innoxiū ſanguinē, cor machi-
nās cogitationes peſſimas,pedes veloces ad currendū in malū,proferentē mēdacia te-
ſtē fallacē,& eū qui ſeminat inter fratres diſcordiā , & qui fideliter agunt placent ei &
prouerb.c.9. Abominatio eſt domino,labia mēdacia;nec equidē mirandū, q̄a Deus ve-
ritas eſt,& quādo genuit filiū, genuit veritatē, iuxta illud, ego ſum via, veritas, & vita,
59 Diabolus aūt genuit † mendaciū, vt dixit *D. Auguſtinus ſuper Ioannem* , *vnde in cap. caue-*
te 22.quæſt.5. dicitur ex ſententia D. Ambroſii, cauete fratres mendacium, quia o-
mnes , qui amant mendacium ; filii ſunt Diaboli ; Nulla autem poteſt eſſe pœna
maior , quàm incurriſſe in odium Dei , cuius amore cuncta creantur, & viuunt,
40 & huic proxima eſt , atque coniuncta , illa, quæ † occidit animam, hinc *prouer-*
biorum c.19. inquit *Salomon.* qui loquitur mendacia peribit,& *c.20* qui congregat the-
ſauros lingua mēdacii, varius,& excors eſt,& impinguabitur, ad laqueos mortis, & *c.*

1.Sapien-

1.*Sapient*.Sermo obſcurus in vacuum non peribit,& os,quod mentitur occidit animā *t.nec artificioſo 22.quæſt.1.c.ſi quis ad te,ead.cauſa,& quæſt*.cum ergo vita æterna mentiendo amittatur, numquam pro cuiuſque vita temporali mentiendum eſt, has autem pœnas poſtremo loco poſuimus, quod cæteris longe grauiores ſunt, imo nulla eſt inter eas proportio,ideo ſuppliciter orare debemus diuinam clementiam, vt poſt huius vitæ curſum,ab illis tutos nos præſtet,& incolumes.

De Calumnia Cap. XVI.

1 *Calumnia doli ſpecies eſt,& proxima mendacio.*
2 *Baſiliſcus ſymbolum eſt Calumniæ.*
3 *Calumnia quid ſit,& vnde appellata.*
4 *Calumniæ definitio,ex Alciato.*
5 *Alia definitio ex* D.Hieronymo.
6 *Calumniatores qui ſunt.*
7 *Calumnia malitioſa iuris interpretatio.*
8 *Calumnia odioſa eſt legibus.*
9 *Calumnia* Amicitiæ *inimica.*
10 *Hippiæ dictum de calumnia.*
11 *Cleantis de calumnia ſententia.*
12 *Athenis calumniæ vitiū quondā floruiſſe.*
13 *Calumniæ ſignificatio, quæ magis ſit nomini accommodata.*
14 *Calumnia præcipuè in litibus cognoſcitur*
15 *De Calumnia iurare quid ſit; quid per calumniam petere.*
16 *Alia definitio calumniæ.*
17 *Duplex calumnia in cauſa ciuili,& criminali.*
18 *In cauſa ciuili,quæ ſit calumnia,& quo remedio tollatur.*
19 *Iuramentum de calumnia, & Iuramentum de malitia,an differant.*
20 *Remedium contra calumniam in cauſis criminalibus.*
21 *Calumniatores,qui ſint in cauſa ciuili.*
22 *Et qui in cauſa criminali.*
23 *Alia diuiſio calumniæ,in veram,& præſumptam.*
24 *Pœna quæ ſint calumniæ in cauſa ciuili.*
25 *Pœna calumniæ in cauſa criminali.*
26 *Pœna calumniæ ex* l.12. *Tabularū ex l. Moſaica,ex* l Gētiū,ex l.Pythagorę.
27 *Pœna talionis adempta,& quare.*
28 *Pœna calumniæ arbitraria.*
29 *Pœna infamiæ aduerſus calumniatores.*
30 *Alia pœna iudicis arbitrio relicta,vt calumniatores à teſtimonio repellat.*
31 *Pœna quadrupli in eum, qui pecuniam accepit,vt calumniam faceret.*
32 *Datum, vel acceptum cauſa calumniæ, quando repetatur.*
33 *Pœnā Calumniatoris,extra Iudicium in hominū cōmerciis calumniā exercētis.*
34 *Alia pœna Calumniatoris,& quid ſignificet,integra frontis homo.*
35 *Infamia facti grauantur Calumniatores extra Iudicium.*
36 *Calumnia quomodo probetur.*
37 *Quomodo præſumpta doceatur.*
38 *Calumnia quibus modis excuſetur.*
39 *Excuſationes calumniæ,liberant accuſatorem à ſimilitudine pœnæ, & nempe ab ea,qua ſolent puniri calumniatores.*
40 *Excuſatio calumniæ non liberat ab actione iniuriarum.*
41 *Nec à condemnatione expenſarum:*

1 CAlumnia ſpecies † quædam eſt doli, & mendacio maxime coniuncta, de illa ita-
2 que paucis diſſeramus, cuius † ſymbolum erat Antiquis Baſiliſcus, quod non alia ratione Calumniator,homines conficiat,quam Baſiliſcus,qui ſine morſu ſolo aſpectu, vel mortifero ſpiritu vim habet interimendi, ſi quidem Principum auribus clam inſuſurratur nullo palam morſu infixo,quo diluendi,purgandiue anſam præripiat, atque ita plerique falſi delati extrema quæque pertulere. Quare Ægyptii Sacerdotes hominem Calumniatoribus male acceptum ſignificaturi Baſiliſcum apponebant.

Quæſt.1. Videamus igitur,quid Calumnia ſit, vnde appelletur,& quis Calumniator ſit, ſecundo quotuplex ſit, tertio quæ aduerſus eam pœnæ ſint conſtitutæ; quarto quomodo probetur, quinto quibus modis à pœnis calumniæ, Calumniator excuſe-
3 tur,& iuxta propoſitum ordinem ſumpto exordio; Calumniari † verbū,deducitur ab
antiquo verbo caluire,quod decipere ſignificat,& fruſtrari,tracta à Caluis Metaphora
qui eos fruſtrātur,à quibus per capillos præhēdi vidētur, *Alc.in l.ſi calumnietur.ff.de ver.*
4 *ſign*.eſt autē † calumnia malitioſa,& mendax infamatio,vt placet Nonio,cui non abſimilis eſt,& illa definitio relata ab Alciat.in conſ.De materia Duelli,& in *l. natura Caſtellationis num.6.& ff.de verb.ſign*.Calumnia eſt falſa criminatio,quæ ignorante Reo,

Calumniatori credita ſit, quibus conuenit *l. 1. §. 1. ff. ad Turpil.* dum inquit calumniari
5 eſt falſa crimina intendere, D † *Hieronymus relatus in leg. ea eſt natura. ff. de reg. iur.* Calu-
6 mnia inquit eſt cum iuſtis hominibus crimen impietatis obiicitur, Calumniator † eſt,
qui ſciens, prudenſque litem, & controuerſiam facit alteri, vt exerceat eũ, vel aliquid
ei extorqueat, *Cuiac. to. 2. Titulo de Calumniatoribus*, accipitur autem quandoque calu-
mniator pro quocumque facinoroſo homine. §. 1 *in proœm. Inſtit. & ibi Syluester Aldo-
brand. num. 3.* ibi, & per legitimos tramites Calumniantium, iniquitates expellat, &c.
7 Latius autem ſumpta calumnia dicitur callida, & malitioſa † iuris interpretatio vt
author eſt *Cic. in princ. de officiis*, exiſtunt ſæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis cal-
lida, ſed malitioſa iuris interpretatione, vt ille qui cum triginta dierum eſſent pactę in-
duciæ, noctu populabatur agros, quod dierum, non noctium pactæ eſſent induciæ, i-
mo eſt aliarum quoque cauſarum cauilloſa interpretatio *Cic. 2. de Repub.* vt reſpondea-
tis Carneadi, qui ſæpe optimas cauſas ingenii calumnia ludificari ſolet; ea maxime o-
8 dioſa † eſt legibus *l. pen. ff. ad exhibend.* dum ait, quod ius ciuile, non debet calumniari,
neque verba eius captari, late *Cagn. in l. 2.* verſiculo & cum placuiſſet *colum. 3. ff. de orig.
iur. l. 1. ff. de reg. Caton. l. 2. ff. ad Turpil.* Calumnia eſt in hominum conuerſatione, Amici-
9 tiæ † præcipue contraria, & beneuolentiæ Amicorum tollendæ optima artifex, vt
10 non iniuria iratum ſe diceret Hippias, † quod nulla lege pœna ſancita ſit aduer-
ſus calumniatores, ſicut contra fures, quamuis amicitia, quæ eſt optima poſſeſſio fu-
rentur, & calumnia iniuſtior eſt, quam contumelia, quia cum lateat nocentior eſt, &
11 Cleantes † nihil eſſe tam malignum dicebat, quam calumniam; hæc enim vbi clam
aliquem à ſe perſuaſum decipit, odium excitat aduerſus eum, qui nihil eſt commeri-
tus; viris bonis præcipue hoſtis acerrima, vt Ariſtotelis ſententia apud *Ælian libr. 3. de
varia hiſtoria* compertum eſt, is cum Iudiciorum metu, Athenis profugiſſet cuidam
12 interroganti, qualis eſſet ciuitas Athenienſium, reſpondit † pulcherrima. Sed in ea
pyrus ſuper pyrum, & Ficus ſuper ficum conſeneſcit, quo dicterio notauit Athenien-
13 ſium Sicophantas, & Calumniatores pernicioſiſſimos † eſſe bonis viris, ex tam multis
ergo calumniæ ſignificationibus, prior eſt iuri noſtro accommodata, falſi nempe cri-
minis inſtitutio, ſignificat etiam legibus noſtris, cum quis ex certa ſcientia, & dolo in-
14 iuſto agit, aut excipit, ſic † accipitur in *l. 1. §. per calumniam. ff. ſi mulier ventris nomine*, &
ita quoque ſumitur in titulo de iuramento calumnię, iurare enim ea conſtitutione iu-
bentur Reus, & Actor; ne calumniandi animo litem intendat, aut excipiat, quare per
15 calumniam † petere dicitur, qui vexandi animo petit *l. poſtquam de petit. hæred.* ſic, &
per calumniam ſatis petere, qui nullo iure petit, ſed vexandi animo agit *l. 3. §. 1. ff. vt
in poſſ. legatorum. l. 1. §. fin. l. Paulus. ff. de prætor. ſtipul.* & de calumnia iurare, eſt iure iurãdo
16 promittere, ſe non vexandi animo facere. Poteſt etiam † calumnia deſcribi, vt ſit per
fraudem, & fruſtrationem, alicuius hominis in litibus vexatio, vt colligitur ex *l. Calu-
17 mniari. ff. de verbor. ſignif.* conſtat autem ex his duplicem † eſſe calumniam, alteram,
quæ in ciuili, alteram, quæ in criminali cauſa exercetur, in ciuili negocio; in titulo de
iuramento calumniæ, in titulo. *ff. ſi mulier ventris nomine*, per calumniam &c. *in leg.
penult. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi eximat in l. cui neceſſitas. ff. de liber. cauſ.* In crimina-
li cauſa, vt in titulo ad Turpilia. tam priuata, quam extraordinaria *l. 1. & l. & in priuatis.
ff. eod. tit. ad Turpil.*

Ad euitandam autem calumniam in cauſis ciuilibus, fuit inductum reme-
18 dium iuris iur. propter † calumniam, iurat enim quiſque litigantium, ſe bona fide,
& non calumniandi animo agere, vel reſpondere, nec calumniandi animo geſſiſſe,
vel reſpondiſſe, vt *leg. 2. §. 1. Cod. de iure. Calum. l. inter. §. qui familiæ. ff. fam. hercis. Azzo. in
ſumm. Cod. eodem in princ.*

Si vero id iuramentum non præſtetur, quæ pœna aduerſus recuſantes ſtatuta
ſit paulo infra exponemus, cuius iuramenti de calumnia occaſione, non iniuria
19 quæritur, an differat ab eo † Iuramento, quod dicitur de malitia, de quo in *cap. cum
dilectus extr. de elect.* & quamuis ſi vim nominis conſideret, non videatur eſſe differen-
tia tamen re medullitus inſpecta quatuor apparent differentiæ, & prima eſt, quod
iuramentum calumniæ præſtatur poſt litem conteſtatam. *cap. in cauſis extr. de teſta-
mento cap. cauſam de iuramento calumn. leg. ſecunda*, §. *primo*, *Codice eodem.* At iu-
ramentum malitiæ defertur ante, & poſt *dict. cap. cum dilectus*, & ibi *Doct.* Secun-
do illud iuramentum præſtatur ſemel in tota cauſa, *Authentic. hoc ſacramentum Co-
dice de iure calumn.* hoc vero datur toties, quoties quis aliquid proponit, vel
poſtulat

Digitized by Google

poſtulat fieri, quod ex malitia fieri timetur; Tertio illud vendicat ſibi locum tantum
in rebus, & cauſis profanis, hoc vero in cauſis prophanis, & ſpiritualibus; Quarto iu-
ramento calumniæ prouidetur, ne quid calumnioſe fiat in tota lite, ſed per iuramen-
tum malitiæ occurritur, ne illud quod proponitur, vel petitur malitioſe proponatur,
quod accidit, quando proponens eſt ſuſpectus, ſicut copioſe recenſet *Appoſt. ad Az-
zon. in titulo de iur. calum.*

20 Ad remouendam autem † calumniam in criminali cauſa factum fuit Sena-
tuſconſultum Turpilianum, & promulgatum edictum de calumniatoribus, de qui-
bus agemus infra. Plane ex his poteſt eſſe perſpicuum, qui ſint calumniatores,
21 qui à calumnia † ſumunt appellationem, etenim in cauſa ciuili, qui petit ſcien-
ter indebitum dicitur calumniator *dict. leg. pen. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt, vt eximat*,
& qui non vult iurare, quod ex fide bona agit, vel excipit *l. 2. §. quod ſi volet. C. de iur. ca-
lum.* ibi ſic enim non lites modo, ſed calumniatores etiam minuentur, ſic mulier, quæ
ſciens & prudens ſe non eſſe prægnantẽ, voluit tamen in poſſeſſionẽ mitti calumnia-
trix eſt *d. l. 1. §. ſi mulier ventris nomine*, Ideoque *Paul. lib. 1. recept. ſentent. cap. 5.* inquit, ca-
22 lumnioſus eſt, qui ſciens, prudenſque alicui negocium faciat, in cauſa. † criminali
calumniator eſt, qui falſa crimina intendit *d. l. 1. in prin. ff. ad Turpil.*

Quæſt. 2. Succedit modo ſecunda quæſtio ſcilicet quotuplex ſit calumnia, ſed
cuius reſolutio conſpicua eſt ex ſupradictis, nempe eam eſſe duplicem, alteram, quæ
fit ciuili, alteram, quæ in criminali cauſa committitur; Altera eſt diuiſio calu-
23 mniæ † nimirum calumnia vera, & præſumpta, vera eſt, cum legitimis probationi-
bus conſtat de innocentia Accuſati; Præſumptiua quando Accuſator, non proba-
uit accuſationem, *Maſcard. de probat. volum. 1. concl. 254. in verſ. calumniator nume. 3.*
& poteſt ad cauſam ciuilem accommodari, vt in terminis *leg. prima. ff. ſi mulier ventr.
nomin.* & vera calumnia ſit, ſi probetur ſcientia mulieris, ſcientis ſe non eſſe præ-
gnantem; Præſumpta autem ſi appareat eam non eſſe prægnantem, ſed ignoretur
nunquid ſciuerit ſe non eſſe prægnantem, quando petijt mitti ſe in poſſeſſionem ven-
tris nomine, differentia inter veram, ſiue euidentem calumniam, & præſumptam,
Menoch. de arbitrar. Cent. 4. caſu 324. num. 2. & de vera calumnia eſt regula, de qua
per *Cagnol. in leg. ea eſt natura. ff. de verbor. ſignific. numero decimo*, quod exceptio euidentis
calumniæ æquiparatur exceptioni ineptitudinis libelli, quem iudex ex officio poteſt
repellere.

Quæſt. 3. Veniamus ex ordine ad pœnas calumniæ, & primo quæramus, de
24 pœna calumniatoris † in cauſa ciuili, ea vero multiplex eſt, & varia pro varietate
cauſarum, veluti in titulo de iuramento calumniæ, Actor facit iacturam litis inſtitu-
tæ, & à limine Iudicii repellitur *l. 2. §. quod ſi Actor. C. eodem*, & in *auth. vt litigantes. §. 1.
verſ. illo videlicet.* Reus autem habetur pro confeſſo *dict. l. 2. §. quod actor*, ibi pro confeſ-
ſo habetur, & condemnatur, quemadmodum rei qualitas Iudici ſuggeſſerit *dict. §. 1.
in auth. vt litigantes, Azzo. de iuramento calum. num. 31.* Alia eſt pœna, de qua in *auth. de li-
tigioſis. §. ad excludendas calumnioſas*, nempe decima pars eius quantitatis, quæ in libel-
lo continetur, quæ pœna, an ſit eadem de qua *tex. in §. hæc autem omnia, Inſt. de pœna te-
mere litig.* inquit vſu non fuiſſe ſeruatam, declaret *Accurſ. in dict. §. 1. ad excludendas in
verſ. decimum.*

Tertia eſt pœna in *l. 1. ff. ſi mulier ventris nomine*, in qua mulier calumnioſe dicens
ſe prægnantem conuenitur intra annum vtilem in id, quod intereſt eius, ad quem
pertinebat mulierem in poſſeſſionem non introduci. In cauſa vero criminali, nec
25 vna † ſola eſt pœna, ſed multiplex, & ſane prima fuit talionis, hoc eſt ſimilitudo ſup-
plicii *l. vlt. C. de calumniat. l. fin. §. 1. C. de accuſ.* & fuit inducta ex *l. Rhemia*: ſed prima eius o-
26 rigo in vrbe Romana fuit, ex *l. 12. tabularum*, in † quibuſdam cauſis *§. pœna autem ta-
lionis, Inſt. de iniur.* & in terminis calumniatoris, vt refert *Cagnol. in l. ea eſt natura, ff. de reg.
iur.* verba legis 12. tabularum erant.

Calumniator idem patitur, quod Reus ſi conuictus eſt.

Verum longe ante veteri ſacra lege fuit inducta inter Hebræos *Exod. 21. & in
Deuteron. 19.* ibi: non miſereberis eius, ſed animam pro anima, oculum pro oculo
exiges, dentem pro dente, eadem placuit & gentibus, vt conſtat *capite 8. Eſter* de
Rege Aſſuero, rege, & viro gentili, Aman calumniator in laqueo fuiſſe ſuſpenſum
quod ipſe innocentem Mardocheum ſuſpendi calumnioſe curauerat, viſ[illegible]

Digitized by Google

pœna Pythagoræ fuit adeo æqua, vt eius diſcipuli nihil aliud eſſe ius definirent, quàm *retaliationem* & apud Heſiodum verſus eſt.

Lex recta eſt, eum quis patitur, quod ipſe fecerit.

Ab eodem fonte Talionis emanauit, vt credere dignum eſt, illa *Rub. ff. quod quiſq.*
27 *iuris*, fuit autem hæc pœna poſt aliqua tempora prætoris æquitate ſublata, vt eſt † au-
thor *Iuſtinian. in §. pœna, Inſt. de iniur.* cuius rei apud *Aul. Gel. lib. 20. cap. 1.* duplicem ratio-
nem affert. Sextus Cæcilius Iuriſconſultus nempe incommoditatum rependendæ
pœnæ, & Talionis difficultatem, de ademptione, quoque dictæ pœnæ ſcribit *Bald. in
l. Athletas, §. calumniator. ff. de his, qui not. infam. Abb. & Fel. in cap. primo extr. de calumn.*
28 ſublata itaque pœna Talionis relictum † fuit Iudicis arbitrio, quomodo calumnia-
tor ſit puniendus, ita ſit, vt pœna ſit arbitraria *l. & in priuatis. ff. ad Turpilian. & in c. de his
extr. de accuſ. Alciat. lib. 9. & 8. parergon. Menoch. de arbitr. cent. 4. caſu 302. nu. 30. Deducus lib. 2.
decret. cap. 9. numero 1.*
29 Alia eſt pœna ſcilicet † infamiæ, quæ calumniatoribus infligitur, tunc ſcilicet
demũ cum Iudex in ſentẽtia condemnauit calumniæ nomine, *l. Athletas. §. calumnia-
tor. ff. de his, qui not. infam. l. 1. verſ. nam ſi quidem. ff. ad Turpilian.* ea vero fuit vſque ad tẽ-
pora *Cic.* in vſu; nam de *Diuinatione ait.* nulla ſalus Reip. maior eſt, quàm eos qui alte-
rum accuſant, non minus de laude, de honore, de fama ſua, quàm illos, qui accuſan-
30 tur de capite, ac de fortunis ſuis pertimeſcere. Alia eſt pœna Iudicis † etiam arbi-
trio relicta, vt calumniatores a teſtimonio in aliis cauſis repellantur, *l. quæſitum in fine
de teſtibus*, ibi rerum tamen, quod legibus prætermiſſum eſt, non omittitur religione
iudicantium, ad quorum officium pertinet, eius quoque teſtimonii fidem, quod in-
tegræ frontis homo dixerit perpendere, quod ſane mirum videtur, cum alias infames
repellantur, iuris authoritate a Teſtamento reddendo, *l. 3. §. lege ff. de teſtam. in verſ.
alii.* propter notam, & infamiam vitæ ſuæ admittendi non ſunt ad teſtimonii fidem, i-
deoque forſitan per *d. l. quæſitum*, non in arbitrio iudicis, ſed eius officio neceſſitas
imponitur, vt verba textus non obſcure indicant, & inueni poſtea, *Cuiacium tomo ſe-
cundo ad titulum qui teſtamenta facere poſſ. ad l. is cui lege, fol. 210.* ita declarantem. Alia eſt
pœna ſecundum *Alexand. conſ. 11. numer. 4. verſ.* poſſet etiam volum. primo poſt *Bart.
in l. Si quis obrepſerit numero 1. de falſis*, verum hæc opinio refellitur à Baldo, & aliis re-
latis à *Boſſio in titulo de accuſ. num. 12.* Alia ſuccedit pœna, quæ calumniatoribus im-
ponitur, non quidem omnibus, ſed iis, qui pecuniam acceperunt, vt alicui calumni-
31 am facerent, vel non facerent, de qua in *titulo. ff. de calumn.* nempe tenetur † inter
annum pœna quadrupli, eius pecuniæ, vel rei, quam accepit poſt annum in ſim-
plum, pecuniæ autem appellatio in *eo titulo* continet quodcumque commodum Ca-
32 lumniator ſenſerit, *l. 1. §. fin. cum l. ſeque. ff. de Calumniat.* pecunia vero data † non re-
petitur ab eo, qui turpiter dederit, vt calumnia fieret, ſed ab eo, cui erat calumnia fa-
cienda, verum ſi data ſit ab eo, qui dedit tibi, ne calumniam faceres, quia non turpi-
33 ter dedit, habet repetitionem, & † ei, cui erat irroganda calumnia datur actio in
quadruplum aduerſus eum, qui pecuniam, vel aliud quippiam acceperat, *l. Si quis ab
34 alio. ff. eodem titulo.* Alia quoque † fuit pœna calumniæ, ex *l. Rhemia*, ſcilicet quia
in fronte Calumniatoris, imprimitur littera, qua indicatur calumniatum eum
fuiſſe, *Cicero pro ſexto Roſcio Amer.* de Calumniatore, & *l. Rhemia* agens, ait litteram il-
lam, cui vos, eo vſque inimici eſtis, ita vehementer ad caput affigent, & *Plin. in Pa-
negyrico*, loquens de delatoribus, frontem illam vulnerandam punctis præbeant, &
notas ſuas indicere, & ideo textus in *l. quæſitum. ff. de teſtibus.* inquit quod Iudex ex-
pendere ſolet teſtimonium integræ frontis hominis, qui litteris compunctam fron-
tem non habet, quanto magis Calumniatoris teſtimonium perpendet, cum non ſit
integræ frontis homo, ſed litteris maculatæ, vt declarat egregie, *Cuiac. tomo ſecundo ad
titulum qui teſtamenta facere poſſ. l. ſi cui, & cap. 7.* vbi oſtendit pluribus etiam Reis con-
demnatis, litteras in fronte ſcribi, quæ pœna vniuerſaliter ſublata fuit per *l. Si cui. C. de
pœnis*, ea ratione, vt ibi inquit Imperator, vt facies hominis, quæ eſt ad ſimilitudinem
35 pulchritudinis cœleſtis figurata minime maculetur, Cum vero Calumniator † in-
ueniatur ſæpe etiam extra iudicium, qui inter amicos amice falſa crimina intendit,
non caret, & ipſe ſua pœna. Nam crudeles ex ſententia Demoſthenis appellan-
tur Calumniatores, viperinæque naturæ æquiparabantur. Ageſilaus maiore odio
calumniantes, quam fures dignos eſſe affirmabat, & recte: quia furantur amicitiam,
& beneuolentiam, quæ nobile, quas eripiunt fures ſunt longe præſtantiores, eorumq;
fama

Digitized by Google

fama maxime grauata, eſt apud bonos viros, & dum ipſi famam aliis conantur auferre famæ iacturam faciant.

Quæſt. 4. Quæro quibus modis probetur calumnia, & ſane probatio veræ ca-
36 lumniæ fit quando † teſtibus, vel aliis legitimis probationibus, conſtat de innocen-
tia Accuſati, *Clarus.§.fin.quæſt.67.verſ.* Pro reſolutione huius articuli *Maſcardus de probatione volum.1.concluſ.254.num.35.verſ.vel ſecundo.* Secundo probatur ſi conuincatur
pecuniam accepiſſe, vel calumniam faceret, vt in *titulo ff.de Calumniat.* Præſumpta ve-
37 ro † calumnia, probatur ex eo, quod agens, vel Accuſans, id quod obiecerit non
probauerit, gloſſ in *l.Athletas.*§.calumniator, verſ.ex vtraq; *ff.de his, qui not.infam. Bart. in l.1.num.6 verſ.alterius probando.ff.ad Turpil.Socc.conſ.1:8.colum.4.lib.1.Clar.§.fin. quæſt.62.verſ.dixi ſupra,* Abbas *in c.calumniam extr.de pœnis* fidem facit ita ſe habere communem opinionem latiſſime *Maſcard.de probat d. concl.254.*& in verſ.calumniam; ampliatur, vt procedat, ſiue quis deficiat in probatione agendo, ſiue excipiendo. Secundo extenditur, etiam ſi Accuſator eſſet bono genere natus, accuſatus vero eſſet obſcuris parentibus ortus. Tertio porrigitur, quando quis moratur fruſtretur: ita quod per fraudem, & fruſtrationem alios vexaret litibus *l.ſi calumnietur.ff.de verb.ſignif.l.ſed ad eos.ff.ex quibus cauſ maiores, Maſcard.d concluſ.254.* vbi pleniſſime ampliat, quod, & ille præſumitur calumniari, qui non ſufficiens mandatum dedit Procuratori *l.ſed ſi vnius.§ procuratorem.ff.de iniur.c.cum delicti de reſtit.ſpoliat, vbi Bald: numer.7.* dicit eſſe textum ſingularem.

Quæſt. 5. Quæro quibus modis calumnia excuſetur accuſatoris, & ſane plures
38 excuſationis † cauſas congerunt, *Maſcard.d.concluſ.254.& Menoch.cent.4.caſu 321.* &
ſunt numero Decem. Prima eſt quando Accuſator ſuam accuſationem ſemi plene probaſſet, & non eſſet ille ſolitus calumniari, & illa ſemiplena probatio, non eſſet eliſa contrariis probationibus Rei. Secunda eſt cauſa, ſi Accuſator teſtibus eſſet deceptus, vtpote, quia extra iudicium dixiſſent ſe bene probaturos, & poſtea in iudicio, nibil depoſuerunt. Tertia ſi probauerit, id quod obiecit audiuiſſe à fide dignis. Quarta cum quis ex neceſſitate officii accuſat, vt eſt Tutor. Quinta, cum dolor immenſus impulit ad accuſationem, vt maritus, qui de adulterio accuſauit vxorem. Sexta quando delictum, pro quo fuit inſtituta accuſatio eſt atrox, & immane, exemplum eſt in delicto falſæ monetæ. Septima cauſa cum quis accuſat Titium de eo delicto, de quo iam diffamatus eſt. Octaua eſt ſi ex dicto defuncti adiuuetur, qui ante quam deceſſiſſet, dixerat ſe fuiſſe à Sempronio vulneratum. Nam accuſans Sempronium, ſi non probauerit accuſationem excuſatur à calumnia. Nona
cauſa, quando accuſator probauit teſtibus qui propter defunctum perſonæ fuerunt
39 reiectæ. Decima infirmitas ſexus, vt in muliere. Quæ ſane cauſæ excuſant † Ac-
40 cuſatorem à pœna ordinaria calumniæ, ſed non ab actione iniuriarum, † nec à refe-
41 ctione expenſarum, vt facile eſt intelligere † apud *Maſcard.& Menoch, prædictis in lo-
cis,* ad quos beneuolum lectorem libenter reiicio contentus ſumma rerum capita retuliſſe.

De Cauillatione. Cap. XVII.

1. *Cauillatio pene ſoror calumniæ.*
2. *Cauillatio dolo vtitur.*
3. *Cauillatio quid ſit, & vnde appelletur.*
4. *Cauillationis exemplum.*
5. *Cauillatio quid ſit ex intentione Feſti.*
6. *Cauillatio Annibalis contra regem Antiochum.*
7. *Cauillatio Dionyſii Tyranni.*
8. *Cauillatio multiplex.*
9. *Cauillatio ſophiſtica argumentatio, & idē apud Iuriſcon.*
10. *Quid litigioſus ſyllogiſmus apud Dialecticos.*
11. *Cauillari leges quando dicantur.*
12. *Sophiſta nomen olim honeſtum, cauillationis nomen male audit.*
13. *Sophiſtæ, qui à iure conſultis, & ab Imperatoribus intelligantur.*
14. *Sophiſtæ apud Ciceronem, qui ſint:*
15. *Cauillationis pœna, quæ ſint.*
16. *Cauillatio legibus odioſa.*
17. *Cauſarum patroni coguntur iurare poſt litem conteſtatam, ob euitandas cauillationes.*

18 *Cauillatio vno tantum caſu eſt conceſſa, ſcilicet quando Aduocatus bonam cauſam habet, & non poteſt aliter vincere aduerſarium.*

CVM Iuriſconſ. In *l. Calumnietur. ff. de ver. ſignif.* cauillatlonem penè ſororem oſten-
1 dat † eſſe Calumniæ, ibi inde, & cauillatio dicta eſt, conſentaneum videtur de ip-
ſa aliquid attingere, quo doli conſanguineos nullos peætereamus, in quorum albo
cauillationem eſſe ſeribendam, apparet, ex eo, quod, vt *Cag. ait in l. ea eſt natura. ff. de reg.*
2 *iur.* quod dolo, & † fallacia vtitur.

Quæſt. 1. Diſpiciamus, quid ipſa ſit, quotuplex, & quæ ſit pœna ipſius. Quo ad pri-
mum, Cauillationis natura a Iuliano explicatur *in d. l. ea eſt natura, & in l. natura cauilla-
tionis. ff. de ver. ſign.* ſcilicet ab euidenter veris per breues mutationes, ad euidenter falſa
3 producatur. Dicta eſt ſicut calumnia † à verbo caluire, quod decipere ſignificat, &
fruſtrari dolo, fallaciaque vti, metaphora à caluis tracta, qui fruſtrantur eos, à qui-
bus capillis præhendi videntur. Eſt itaque cauillatio ab euidẽter veris per breues mu-
4 tationes ad euidenter falſa productio, veluti ſi dixero, † quę in nullius bonis ſunt occu-
panti concedantur. §. *fere beſtiæ. Inſt. de rerum diuiſ.* hoc euidenter verum eſt. Res ſacræ
in bonis nullius ſunt, §. *nullius, Inſt. de rerum diuiſ.* ecce hic mutatur ſignificatio illius vo-
cis nullius poſitæ in prima propoſitione, in qua agitur de bonis nullius opera naturæ
in ſecunda de bonis nullius opera hominum §. *ſacræ de rerum diuiſ.* & ita peruenitur ad
id, quod eſt euidenter falſum, ſcilicet quod res ſacræ concedantur occupanti, quo ex-
emplo vtitur *Alciat. in d. l. natura cauillationis,* ſequitur *Cagn. in d. l. ea eſt in princ. ff. de reg. iur.*
& *Vallenſis ibidem relatus à Cagn.* ita Cauillationem definit, Cauillatio eſt ſub dolo ora-
5 tio, quam nos conſcii nobis mendacii, vincendi cauſa proferimus; *Feſtus autem* †
lib. 3. dicebat Cauillatio eſt iocoſa calumniatio, exemplum eſt cum Antiochus Rex o-
ſtenderet exercitum, & innumeros bellatores, & omnia, quæ contra Romanos para-
6 uerat diuitias, item, & opes † Annibali interrogauit numquid, crederet hæc ſatis eſſe
Romanis. Reſpondit etiam ſi auariſſimi eſſent Rex intelligebat ad proſternendos
7 Romanos; Annibal, vt indicaret prædam futuram ſatis Romanis, & † Dionyſius cum
Aureum Amyclum à ſtatua Iouis ſumeret cauillatus eſt, vt inquit *Cicero quinto de natu-
ra Deorum* æſtate graue eſſe hyeme frigidum.

8 Multiplex autem † eſt cauilliatio *Alciato, & Cagn. dd. in locis*, authoribus Ca-
uillatur enim qui calumnioſe agit, Cauillatur, qui breui, & falſo ſermone captat ad-
uerſarium, cauillatur, qui ſciens, vt ſuam ſententiam tueatur falſa prodit, tandem, vt
ait *I. C. in d. l. ea natura*, quę ab euidenter veris per breues mutationes ad euidenter falſa
9 diſputationem producit, quæ ſophiſtica argumentatio † appellatur a Dialecticis, &
10 litigioſus ſyllogiſmus, cauillari etiam leges dicuntur. eum † verba earum captantur.
11 *l. 2. §. tractare. ff. ad Tertullia.* ibi verba cauillatus † *l. 1. ff. de reg. Caton.* ibi an cauillamur
l. Titio hæredi ff. de condict. & demonſtr. ita, vt cauillationis nomen male audiat, quemad-
12 modum, & nomen Sophiſtæ, & Sophiſticæ argumentationis, cum tamen olim † So-
phiſtarum appellatio honeſta fuerit, etenim qui philoſophiæ Doctores erant, vulgo
13 Sophiſtæ dicebantur. *Alciat. in d. l. ea natura*, † *ſed in l. 1. C. de ſtudiis liberal. Vrb. Rom.*
quinque Sophiſtæ publico ſtipendio ad inſtar oratorum conſtituuntur, & ponuntur
tanquā diuerſi à Philoſophis, nam ibi præter ſophiſtas eligitur etiam philoſophus in
verſiculo vnum igitur adiungi cæteris, qui philoſophiæ arcana rimetur. *Anton autem
Auguſt. lib. ſing. ad Modeſti. fol. 242.* tradit Sophiſtas, & Rhetores apud Iuriſconſul. ſig-
nificare, qui artem dicendi traderent, palam eſt ex *d. l. 1. Cod. de ſtudiis liber. Vrb. Rom.* in
verſiculo & qui facundia grauitatis pollere noſcuntur quinque numero ſint Sophiſtæ,
& puto Gręcos Rhetores eſſe, vt ibidem colligitur ex emendato Codice; nā legitur, qui
facundia græcanitatis pollent, non vt communiter legitur grauitatis; obſeruo etiam,
quod multis in legibus ſoli ponuntur Sophiſtæ, vt in *leg. Vnic. Codice de profeſſor.
vrbis Conſtantinopoli*, in aliis ſoli Rhetores, vt in §. *item Roma, Inſtitut. de excuſat. tu-
tor.* quod argumento eſt pro vno eodemque capitulo. Aliquando vero ſimul ponun-
tur, & in *d. l. prima. Cod. de profeſſ. Vrb. Conſtant.* ponuntur oratores, & Sophiſtæ, & ſunt
qui putent Sophiſtas, græcos eſſe Rhetores, eſt Rhethores eſſe latinos ſophiſtas,
ideoque conſtat honeſtum apud Græcos Sophiſtæ nomen fuiſſe; Nam latinis ſæpe
14 in malam † partem accipiebatur, vt docet *Cicero in quæſtionibus Academicis*, Sophi-
ſtas

ſtas eos eſſe appellatos affirmans, qui oſtentationis, aut quæſtus gratia philoſophãtur.
In oratore autem, Iſocratem, & Gorgiam Leontinum, qui nunquam ad cauſas orãdas
acceſſerant ſophiſtas appellat, ab eiſdem Sophiſmata fallaces concluſiones dicuntur,
vt affirmat *Ant. Auguſt. d. loco.*

15 Pœna autem cauillationis, prima illa eſt, quod legibus improbatur, & à iure † re-
licitur *l. actio. ff. de negoc. geſtis l. ſicut. §. debito. ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca ſoluitur*, fa-
cit *l. ſi quis heredem in fin. ff. de inſt. & ſubſt. l. pen. C. ad Velleianum l. fin. C. de legibus*, vbi talem
16 ſubtilitatem, ſecunda pœna † eſt, quod inſtantia cauſę per cauillationes, & ſubterfugia
aduerſarii rogata non perit curſu triennii *cap. venerabilis*, ibi ſi per ſubterfugia & ca-
uillationes. extra de iudic. *Roman. conſ. 220. Alex. conſ. 42. col. 3. vol. 3. cum aliis citatis à Ca-
gnol. in d. l. ea eſt natura n. 9.* & licet ibi dicat quoſdam tenere contrarium, tamen prior o-
pinio aperte nimis probatur ex *d. c. venerabilis.* Ad euitãdam hanc litibus pernicioſam
17 cauillationem, quæ † ab aduocatis, & cauſarum Patronis plerumque proficiſcitur da-
tur illis poſt litem conteſtatam iuramentum iuxta formam *l. rem non nouam C. de iud.* ibi
18 ex mendacibus allegationibus compoſita, &c. Vno tamen caſu † videtur conceſſa ca-
uillatio ſcilicet quando aduocatus iuſtam cauſam habet, poteſt enim vincere aduerſa-
rium etiam cum malitia *Dec. in d. l. ea eſt nu. 2. Cagnol. ibi numer. 24.* declarans quomodo
ſit accipiendum.

De Præuaricatione, & Tergiuerſatione. Cap. XVIII.

1 *Definitio præuaricationis ex Cuiacio.*
2 *Ex Authore.*
3 *Præuaricatio late ſumpta, quomodo definiatur.*
4 *Præuaricator, qui ſit, & vnde acceperit appellationem.*
5 *Definitio præuaricationis ex Cuiacio.*
6 *Præuaricari quid ſit.*
7 *Quotuplex ſit præuaricatio.*
8 *Præuaricator, qui officium ſibi iniunctum deſerit.*
9 *Aduocatus, & Procurator, quando dicantur præuaricari.*
10 *Accuſator, quando præuaricationem dicatur committere.*
11 *Syndici incidunt in crimen præuaricationis.*
12 *Syndacus ſi omnes malefactores accuſauerit vno excepto, incidit in pœnam ſtatuti.*
13 *Pœna præuaricationis contra Procuratorem, & aduocatum triplex.*
14 *Pœna præuaricationis aduerſus accuſatorem triplex.*
15 *Reus corrumpendo actorem, vel accuſatorem precio pœnam an aliquam patiatur.*
16 *Vtrum aduocatus, qui vidit iura partis, poſſit ſine crimine præuaricationis ſuſcipere alterius partis patrocinium.*
17 *Vtrum aduocatus accepta pecunia ab vna parte, quam viderit non habere iuſtam cauſam, poſſit ad defenſionem contrariæ partis conuolare.*
18 *Tergiuerſatio, quando committatur.*
19 *Contra tergiuerſatores latum fuit S. C. Turpilianum.*
20 *Quis incidat in hoc ſenatuſconſultum.*
21 *Pœna tergiuerſationis multiplex.*

DOli mali affines ſiue cognatæ ſunt Præuaricatio, & Tergiuerſatio, igitur de
his agamus, ſed quàm breuiſſime, & primo de Præuaricatione; Quid ipſa ſit;
Quotuplex, & quæ pœna iniungatur præuaricatoribus exponentes, & quo ad
primum,

Quæſt. 1 Præuaricatio licet non ſit in iure definita, tamen *Cuiacio Tomo 2. libr. 15.*
1 *Digeſt. inſtit. de præuaricat.* † videtur ita definienda. Præuaricatio eſt Colluſio Accuſa-
toris, cum reo, vt abſoluatur. Nos credimus poſſe etiam deſcribi, præuaricatio eſt de
publico crimine ab accuſatore in gratiam Rei accuſati facta proditio, colligitur ex *l.
1 ff. de præuaric. ex l. Athletas. §. præuaricator. ff. de his, qui not. infamia. ex l. præuaricatores.
ff. de verborum ſignificationibus.* Sed vtraque definitio propriam, & ſtricte ſumptam
2 † præuaricationem continet, quæ eſt in perſona accuſatoris, & de publico crimine
3 largius autem accepta paucis additis, ita † deſcribitur, præuaricatio eſt cal-

ſæ ab accuſatore, vel aduocato malitioſa, aduerſariis facta donatio, vt nō obſcure col-
ligitur ex *l. præuaricat. in princ.*

Quis autem ſit præuaricator, & vnde acceperit denominationem. *Vlp.* tribus le-
4 gibus, quaſi vno † reſponſo explicat in *l. Athletas.* § *præuaricator. d. l. 1. de prauar. d. l. præ-
uaricator.* Præuaricari eſt vera crimina abſcondere, & is præuaricatur apud Martianū
in l. 1. ff. ad Turpil. qui colludit cum Reo, & proprias probationes diſſimulat, falſas vero
Rei excuſationes admittit. Præuaricator eſt, quaſi varicator, qui diuerſam partē ad-
iuuat prodita cauſa ſua, à varicando enim præuaricatores dicti ſunt, quod nomē La-
5 beo à varia ‡, certatione tractum ait, nam qui præuaricatur ex vtraque parte conſi-
6 ſtit, *Cuiac. lib. 4. obſeruat. cap. 4.* Præuaricator † inquit eſt accuſator, qui in iudicio pu-
blico abſolutioni incurabit, non damnationi, quaſi vericator quod in contrariis cau-
ſis, quaſi varie poſitus eſſe videatur. Dictum eſt iudicio publico; nam ſi priuato iudicio
Actor cauſam ſuam donat, nullum hæc res in ſe crimen habet. Dictum eſt Accuſator,
quia Reus hoc crimen non committit, & ſi cauſam ſuam perfunctorie egerit hoc ei nō
erit crimini. Pręuaricatio autem coercetur, tantum in iudicio publico, quia cauſæ pu-
blicam fraudem facit; in dicto iudicio priuato ſibi ſoli.

Q. 2 Quæro quotuplex ſit præuaricatio. Reſp. duplicem eſſe, latam, & ſtrictam,
7 ſecundum priorem † intelligimus præuaricationem Accuſatoris, & Aduocati, ſe-
cundum alteram, præuaricatio propria intelligitur accuſatoris *d. l. 1. ff. de præuaric.* poſ-
8 ſumus addere tertium membrum, dicentes, quod quicumque deſerit officium † ſibi
commiſſum; & à præſcripto ſibi munere deflexerit, & per maliriam aberrauerit pręua-
ricatus videtur, *Laur. Vallen. lib. 6. elegantiarum*, vnde in ſacra pagina dicitur, & præuari-
catus eſt Adam, *Plin. lib. 18. c. 19.* Arator niſi incuruus præuaricatur, ita ſit, vt Tutor, cu-
rator, magiſtratus ſi per malitiā ab officio ſuo deflexerit, nō iniuria poſſit vocari præ-
uaricator, & orator ſi trāſiret dicēda, vel curſim, & breuiter attingeret, quæ eſſent am-
9 plianda, mereretur præuaricatoris nomen. † Aduocatus autem, ſiue Procurator, præ-
uaricationem committit, cum ſecreta cauſæ detegit Aduerſario *l. 1. § de præuaricat. ar-
gumento. l. omne. § explorat. ff. de re milit. gloſſ. in l. Athletas. § item procurator. ff. de his, qui not.
infa.* hæc autem non eſt proprie præuaricatio. *d. l. t. quia non proprie accuſator eſt l. qui cum
natu. § pen. ff. de bonis liber.*

Secundo modo præuaricatur, cum cauſa pro qua mercedem accepit deſerit, &
in aliam partem tranſit, quo crimine aliquot ex antiquis notatos refert *Alciat. in dict. l.
præuaricatores, Boſſeus etiam in tract. crimin. in titulo de præuaricat. num. 2.* nempe Cæcilium
apud Romanos; Demoſthenem apud Grçcos, ex modernis Iuriſcōſultorum Oldradū
teſtatur *Caſtr. in l. 1. in fin. C. de Aduoc. diuerſ. Iud.* inquiens illum præ nimio dolore; quod
delictum eſſet detectum obiiſſe, teſtis eſt *Menoch. de arbitr. Cent. quarta, caſu 323. nu-
mero octauo.*

Tertio modo præuaricatur, vt arbitror, ſi ſuas probationes omitteret, & iura,
quæ cauſæ fauent deſereret, & probationes Aduerſarii, & iura, quæ poſſet refellere,
10 malitioſe admitteret, argumento *d. l. 1. § præuaricatorem.* Accuſator autem † præuari-
catur; quando colludit cum Reo pecunia; vel gratia corruptus vera crimina abſcon-
dit, proprias probationes diſſimulans, falſas, vel debiles probationes admittens, *Alcia.
d. l. præuaricatores in princ. & Menoch. d. loco vbi num. 22. & 23.* inquit in hoc crimen inci-
11 dere, etiam Ancianos, & † Parrochianos, & Syndacos, qui ex ſtatutorum diſpoſitio-
nib. tenentur denunciare delicta in eorum Parrochiis, & villis commiſſa, etenim ſi i-
ſti veras probationes tacerent, tanquam præuaricatores poſſent puniri, nam magna
horum debet eſſe diligentia, vt crimina omnium deferant, imo, & propria, vt late cō-
ſuluit *Catald de Buon compagnis inter conſ. crim. conſ. 52. lib. 1.* quod eſt egregium ad ſtatu-
torum illorum interpretationem, & ideo idem *Menoch. num. 18.* infert. Ne Anciani v-
tantur cautela Cepollæ, in qua monet, vt delinquens, curet ſe denunciari ab Ancia-
no, vel Syndaco, & eorum teſtium det nomina; caueat enim Ancianus, quippe quia
præuaricatoris pœnam ſubiret, & *numero decimoſexto*, iterum infert; quod Synda-
12 cus omnes malefactores † denuncians, vno excepto incidit in pœnam ſtatuti;
*Bald. in leg. cum ideo. Codice de his quib. vt indig. Barbat. conſilio 55. volum. 2. prope medium li-
bro ſecundo.*

13 Venio modo ad pœnam † præuaricationis, & primo quo ad procuratorem, vel ad-
uocatum punitur extra ordinem arbitrio iudicis *d. l. 1. infr. de procurat.* ſiue publico, ſiue
priuato iudicio pūaricatus eſt, quādo vtroq; modo clienti fraudē fecit *l. 3. ff. de præuaric.*

Bart.

Bart. in l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud. d. lib. c. 40. obſeruationum. Alia pœna eſt, quoniam efficitur infamis damnatus præuaricationis crimine. *d. l. Athletas.* §. *calumniator.* verſiculo item præuaricator, & licet de propoſito præuaricatore illi tex. loquantur, tamen nomine ſuo eſt condemnatus, non alieno, nihil poteſt afferri, cur ſubire non debeat infamiam, cum non ſolum conueniat ratio, ſed nomen quoque præuaricatoris late ſumpto vocabulo competat *l. 1. iuncta Rub. ff. de præuaricat.* Tertia eſt pœna, quia etiã actione mandati tenetur Domino, *gloſſ. in Rub. C. de procur.* & ibi *Iaſ. n. 2. Boſſius in tit. de præuaricat. nu. 2. Menoch. d. loco nu. 9.*

14 Quarta pœna † quo ad accuſatorem eſt quia pœna extraordinaria punitur arbitrio Iudicis. *l. 2. ff. de præuaric.* & non poteſt amplius accuſare *l. 5. ff. eo. t.* Altera eſt pœna infamiæ *l. 4. eod. tit. l. Athletas* § *præuaricator. ff. de his, qui not. infam.* quib. additur pœna *l. ab imp. ff. eod. tit.* quod præuaricatores puniantur illa pœna, quam paſſus eſſet accuſatus ſi fuiſſet de crimine conuictus.

15 Sed an Reus, qui fecit Actorem, ſiue accuſatorem præuaricari † illum corrumpens pœnam aliquam patiatur. Reſp. in cauſa ſanguinis ferre impune, quia licet vnicuique ſanguinem ſuum quocunque modo poſſit redimere *D. a. in l. transigere. Cod. de transact. in c. crim. extr. de collus. detegenda. l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante ſent. ſibi mor. conſci. l. fin. ff. de præuari:* In aliis cauſis habetur pro confeſſo *d. l. fin.* notatu dignum eſt, quod ſententia lata contra præuaricatorem, non officit Reo corrumpenti, niſi fuerit in illa cauſa citatus *Bart. in l. 2. de præuaricat.*

Quaſt. 4. Quæro an Aduocatus, qui vidit iura vnius partis poſſit ſine crimine

16 præuaricationis † alterius partis ſuſcipere patrocinium, tangit *Alciat. in l. præuaricatores ff. de verb. ſignif.* & ante eum Bart. *in l. 1. ff. de præuaricat.* & negant ambo delictum præuaricatoris contrahere, quandoquidẽ non eſt præuaricator, qui aduocaturum ſe negauit, & ait Bart. præuaricationis crimen eſſe, cum tu es cum vna parte corpore, cum alia parte animo. *l. 1. ff. de præuaric. d. l. Athletas.* § *itẽ præuaricator*, hic vero, animo, & corpore, ſtat ab vna parte. Sed an incidat in crimen falſi, reſponſio eſt affirmatiua, ſi reuelauit ſecreta parti. *l. 1.* §. *qui depoſitum. ff. de falſis. l. ſi quis aliquod.* § *ſi quis Inſtrumentum. ff. de pœnis, Roland. conſ. 36. volu. 1. n. 23.* Verum quod ſi nulla ſint ſecreta, puta non ſcripturæ,

17 non inſtitutio, non teſtes, ſed tota quæſtio ſit iuris; Aduocatus † cœpit pecuniam ab vna parte, & quia putat non iuſtam eſſe cauſam, deſerto iſtius partis patrocinio ſuſcepit alterius partis defenſionem, & vere eſſe licitum, affirmat *Alciat.* ibi hac ſubiecta declaratione, ſi honorarium, quod acceperat prius reſtituat, quãuis forſitan defendi poſſit, nec iſtud eſſe reſtituendum, quia elaborauit, oleumque conſumpſit, vt videret iura, iiſque viſis, in quam partem eſſet iuſtitia cognoſceret; quicquid tamen ſit non vacat meo iudicio apud bonos, & graues viros infamiæ nota, Aduocatus, qui ita faceret & male audiret, & res eſſet non probati exempli, videndus eſt *Roland. conſ. 36. volum. 3.* Proxima, eſt huic dubitatio Aduocatus vidit ſcripturas vnius partis, & reſpondit iniuſtam eſſe eius cauſam, requiſitus deinde, cum eſſet inſtituenda lis ab altera parte illius ſuſcepit patrocinium, non incidit in præuaricationis crimen, ſed non euitabit inofficioſi crimen, niſi dubitaſſet, quod ille voluiſſet illum præoccupare paruo ſtipẽdio ſcilicet vt ab altera parte non conduceretur; *Decianus in ſua Apolog. nu. 14.* quæ edita eſt, & circumfertur cum eius conſiliis, & hic caſus nuper contigit meo conſanguineo, qui me abſente, teſtamenti exemplum dederat videndum Aduocato, à quo extra iudicialiter reſponſum fuit nullum ius ex eo teſtamento ſibi cõpetere, inchoata deinde lite, Aduerſarii dicti mei conſanguinei id ægre ferentis defenſionem ſuſcepit. Accidit etiam in praxi, quæſtio huiuſmodi; Aduocatus ſubſcripſit allegationibus, cuiuſdam Doctoris, ſibique amiciſſimi, litigantis in cauſa propria in progreſſu litis editæ ſunt apud Iudices allegationes contra dictum Doctorem, & ſine nomine, conſtitit paulo poſt compoſitas eſſe à prædicto Aduocato, an is inciderit in vitium præuaricationis; an in crimen falſi, ego plane non audeo quicquam affirmare, ne quemque ludam; illud vero non dubito aſſerere, negocium geſſiſſe nulla laude dignum.

Quæſt. 4. Succedit modo tergiuerſatio, quæ committitur tunc, cum accuſa-

18 tor à publica accuſatione deſiſtit, vt conſtat † ex *l. 1. ff. ad Turpil. in principio iunct. gloſſ. in verſiculo accuſatione*; & poteſt definiri, vt ſit à publica accuſatione citra abolitionem deſiſtentia, vt ſatis aperte colligitur *ex dict. leg. prima*, §. *ſi quis autem* & aduer-

19 ſus hanc † tergiuerſationem fuit inductum Senatuſconſultum Turpilianum de accuſat. deſertis, factum (vt creditur) tempore Neronis; C. Silio, & Marco Turpiliano

conſulibus anno 819. cuius diſpoſitionem egregie refert Imperator *in l. 1. C. ad Turpil.*
20 Quæro quis † tergiuerſatus videatur, vt in hoc Senatuſcon. dicatur incidiſſe, Reſp. ex
d. l. 1. nempe quando ab accuſatore publici criminis cauſa ordinata, & fideiuſſoribus
de lite proſequenda datus, nõ impetrata abolitione deſiſtit, dixi publici criminis, quo-
niam ſecus eſt in priuato crimine, *Azzo. in ſumma. C. eod. tit.* dictum eſt cauſa ordinata
quando ſi lis non eſſet conteſtata, quamuis libellum obtulerim, tamen non dicor ad-
huc recuſaſſe. *l. quæſitum. ff. eod.* Ampliatur in eo, qui perſeuerauit in primo iudicio, &
deſiſtit in ſecundo appellationis *l. 1. §. fin. ff. eod* niſi impetrauerit abolitionem, aut obti-
21 nuerit à principe veniam; pœna † huius Senatuſconſ. eſt multiplex. *in l. 3. ff. de præuar. li.*
2. C. eod. l. qui deſiſtit. l. 4. C. eod. Azzo. in ſumma eod.

De Perſidia. Cap. XIX.

1 *Perſidia occultum, & inſidioſum malum.*
2 *Vires perſidiæ, quæ ſint.*
3 *Perſidia quid ſit.*
4 *Quid fides.*
5 *Perſidus vnde denominetur.*
6 *Perſidiæ nota famoſi Carthaginenſes.*
7 *Prima perſidiæ diuiſio.*
8 *Reg. Dialecticorum, quot modis dicitur vnum contrarium, totidem dicitur, & alterum.*
9 *Altera perſidiæ diſtributio.*
10 *Pœna perſidiæ irrogat infamiam.*
11 *Altera pœna, quia contra perſidos iuratur in litem.*
12 *Perſidia æquiparatur proditioni.*
13 *Quomodo diſtinguatur à dolo, remiſſiue.*

QVæſt. 1. In famulatu doli non tenet poſtremum locum perſidia, de qua in *l. ei apud*
quem & leg. prima. §. primo. ff. depoſit. in verſ. hæc autem ſeparauit, ideo non pura-
1 uimus prætereundum ſilentio, nuſquam enim eſt ſine dolo; † occultum, & inſidi-
2 oſum malum, eam appellat *Valer. lib. 9. cap. 6.* cuius efficaciſſimè vires ſunt, ait idem, †
mentiri, ac fallere, tantum incommodi humano generi afferens, quantum ſalutis bo-
3 na fides præſtat. † Ea videtur ita poſſe definiri. Perſidia eſt datæ promiſcuè fidei ru-
4 ptio; etenim ſupponit fidem eſſe datam, & ita appellata eſt quaſi fractio fidei. Quippe †
cum fides ſit *authore Tullio*, dictorum, conuentorumque conſtantia, & veritas. Perſidia
dicta, conuentaque frangit *gloſſ. eſt magiſtral. in l. fuit. §. fin. in verſic. calculo. ff. de his. qui not.*
infamia. & confert ibi rex dum ait, in iudicio contrario tutelæ non iuratur quippe quia
in contrario non agitur de perſidia, adiuuat *l. 1. § 1. ff. depoſit.* in quo reddens rationem,
cur in depoſito cauſa Ruinæ, tumultus, &c. lis per inficiationem creſcat in duplum,
ait; cum fiat Depoſitum cauſa neceſſitatis augetur perſidiæ crimen, hinc perſide
5 agere dicitur † Tutor, qui non ex fide tutelam gerat. *leg. tres Tutores. ff. de admi-*
niſtr. Tutor. Ab ea dicitur perſidus, qui fidem violat, quo nomine *Dido Virgiliana* ap-
pellauit *Æneam.*

Diſſimulare etiam ſperaſti perſide tantum
Poſſe nefas.

& *Horatius de arte poetica.*

Perſidus Ixion, Io vaga, Triſtis Oreſtes.

6 Hoc perſidiæ † morbo maxime laborabant Carthaginenſes, proinde fœdifra-
gi vocãtur à *Cic. in primo de officiis*; & *Liuius de Annibale.* perfidia plus, quàm Punica. du-
7 plex † eſt autem perſidia, altera, quæ aduerſatur promiſſioni verborum, altera, quæ
conuentionibus, & pactis; Quandoquidem, ſi fides eſt, dictorum conuentorumque
8 conſtantia, vt paulo ſupra oſtendimus, ita, & perſidia, eius contraria ex Dialectorum †
regula quot modis dicitur vnum cõtrarium, tot modis dicitur alterum, vt enim iuſti-
tia eſt duplex diſtributiua, & commutatiua, ita quoque iniuſtitia, in diſtribuendo præ-
mia, vel pœnas, & in commutationibus, & commerciis reperitur. Alia diuiſio perſi-
9 diæ, † nempe vna publica, altera priuata ſicut & fides, aut publica aut priuata præ-
ſtatur *l. 5. vbi Doct. ff. de pact.* Perſidia publica eſt, quæ fidem publice datam frangit,
cuius pleraque exempla ponit *Valerius in capitulo de perſidia libro nono, cap. 6.* qua inuio-
labiliter cuſtodita, nominis æternitatem conſequutus eſt M. Attilius Regulus dum
ait ad ſupplicium redire; quàm hoſti fidem datam fallere. Priuata autem quan-
do fides data à priuato frangitur priuato, vt accidit in contractibus. *dict. leg. 1. §. 1.*

& Lei

10 *& l. ei apud quem. ff. depoſit.* Pœna vero perfidiæ videtur eſſe duplex, nempe pœna † in-
famiæ, *l. furti. §. primo. ff. de his, qui not. infam.* & eſt infamia iuris, cum quis perfidiæ no-
mine condemnatur. Sed & non condemnatus, ſi hoc vitio laboret, eſt infamis, ſed
infamia facti, prægrauatur enim eius opinio apud graues, bonoſque viros. Altera
11 pœna eſt quia † contra perfidos iuratur in litem, nam in contrariis iudiciis non iu-
12 ratur, quoniam in his non agitur de perfidia. Tertia eſt pœna, quia † æquipara-
tur proditioni. *Liuius lib. 1. Decad. 1.* inquit, maior eſt dimicatio cum perfidia, & pro-
13 ditione Sociorum quam cum hoſtibus, quomodo autem perfidia † diſtinguatur à do-
lo, expoſuimus ſupra in *tract. de dolo bono libr. 1. in illa quæſt.* An fides hoſti data ſit ſer-
uanda.

De Malafide. Cap. XX.

1 *Malafides ſapit dolum.*
2 *In malafide eſt, qui contra iura mercatur.*
3 *Idemque dicitur eſſe in dolo præſumpto.*
4 *Malafides quid ſit, ex intentione Dd.*
5 *Refellitur definitio ſcribentium.*
6 *Alia definitio ex authore.*
7 *Bonafides eſt triplex, Theologica, Phyſica, Ciuilis, &*
8 *Cuiuſq; declaratio fidei.*
9 *Bonafides, de qua in vſucap. eſt particula fidei ciuilis.*
10 *Bonafidei in vſucapionibus definitio.*
11 *Triplex eſt malafides, Theologica videlicet*
12 *Phyſica, & ciuilis, ſiue moralis.*
13 *Malafides ciuilis duplex propria noſtra, vel noſtri authoris, puta teſtatoris.*
14 *Bona itidem fides duplex propria, & authoris.*
15 *Malafides vera, & præſumpta, ſiue*
16 *Malafides ficta.*
17 *Malafides præſumpta defuncti, non nocet hæredi.*
18 *Malafides videtur dolum includere.*
19 *Malafidei poſſeſſor, improbus, dicitur improbior, improbiſſimus.*
20 *Malafidei pœna multiplex.*
21 *Impedit vſucapionem in vtroque foro, ſiue fuerit ab initio, ſiue ex poſt facto ſuperuenerit.*
22 *Inducit reſtitutionem fructuum.*
23 *Probatio malafidei quemadmodum fiat.*
24 *Iuris præſumptione, denunciatione.*
25 *Confeſſione partis, & publica fama.*
26 *Malafides purgatur ex aliqua colorata cauſa.*
27 *Item curſu 30. annorum, quando eſt præſumpta, non vera.*
28 *Malafides interdum curſu 30. annorum non purgatur.*
29 *Malafides authoris, an, & quatenus noceat ſucceſſori.*
30 *An malafides hæredis, noceat legatario, remiſſiue.*

1 His proxima eſt malafides, nam, & ipſa dolum † ſapit, id quod eo argumento fit
apertiſſimum, quod is, qui contra iura mercatur dicitur eſſe in malafide *cap. qui*
2 *contra* † *de regul. iur. in 6. l. eum qui. C. de authoritate præſtan. l. eum qui. ff. de vſucapion. pro
empt. l. qui à quolibet. ff. de contrahen. empt. l. ſi dolus. Cod. de reſcind. vend. l. Quemadmodum.
Cod. de Agricol. & cenſit. lib. 12. Bald. de præſcriptione ſecunda parte tertiæ partis princip. num. 1.*
3 Idemque dicitur † eſſe in dolo præſumpto, late *Socc. Iun. conſ. 69. num. 45. libr. 1. Curt.
Iun. conſ. 50. Neuizza. conſ. 87. num. 14. Roman. conſ. 54. col. vlt. verſ.* ſecundo idem colligi-
tur, *Menoch. de recuper poſſ. remed. 15. num. 129.*

Quæſt. 1. Videamus igitur quid ſit malafides. Secundo quotuplex. Tertio quæ
ſit pœna malæfidei. Quarto quomodo probetur. Quinto quemadmodum purgetur.
4 Et iuxta propoſitum ordinem incipiens; † Malafides eſt conſcientia, ſiue ſcien-
tia rei alienæ, *glo. in c. ſi virgo 33. quæſt. 2. Abb. in cap. conſultationibus de iur. patro. Balbus in l.
Celſus numer. 21. ff. de vſucapion.* quibus addo *l. 10. §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraud. cred.* ve-
5 rum † non eſt omnib. numeris abſoluta definitio, ſi quidem poteſt eſſe ſcientia rei ali-
enæ cum bonafide, veluti ſi ſciam venditorem dominum non eſſe putem autem ha-
bere authoritatem vendendi, credens tutorem, vel curatorem eius *l. bonæfidei emptor.
ff. de verb. ſignif.* creditor quoque poſſidens pignus, ſcientiam habet rei alienæ; & ta-
men non dicitur in malafide, Balbus in *dict. l. Celſus num. 20.* & non præſcribit; quoni-
am ſcientia rei alienæ etiam ſine malafide; impendit vſucapion. imò datur etiam ma-
lafides cum ſcientia rei propriæ, vt emens à minore domino non ſeruatis ſolemnita-
tibus, *l. 1. Cod. ſi maior factus dict. cap. contra iura*, conſidero præterea definitionem Dd:

anguſtam eſſe, quippe quia reſpicit ſolam vſucapionis materiam; quamobrem credo
6 commodius ita poſſe definiri. † Malafides eſt ſcientia negocii à ſe, vel ab authore
ſuo perperam geſti; etenim, quicunque ſcit negocium, quod gerit, non potuiſſe ge-
ri, vel ratione perſonæ, cum qua geſſit, quia eſſet inhabilis, defectu ætatis; ſexus, vel
authoritatis. Aut ratione rei, quoniam eſſet vitioſa, vel precio viliſſimo diſtracta, vel
ratione modi, quia ſcilicet non fuerit ſeruata ſolemnitas legis, vel ſtatuti, iuxta not. à
Bart. in authent. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. vtique eſt in malafide, & leges, quæ
loquuntur de malafide, in aliquo horum caſuum procedunt ſi recte conſiderentur, &
ideo, qui contra iura mercatur, eſt in malafide, quia ſcit, vel ſcire debet, negocium re-
ſpectu modi fuiſſe perperam geſtum, emens à minore ſcienter, eſt in malafide; quo-
niam ſcit negocium perperam geri ratione perſonæ inhabilis propter ætatem.

Quæſt. 2. Ad ſecundum, quotuplex ſit malafides, vt enucleatius poſſim re-
ſpondere, quæro quotuplex ſit bonafides, ex allegata Dialecticorum regula, quot
modis dicitur vnum contrarium, totidem dicatur, & alterum. Et ſane bonafides
7 eſt triplex, vt tradit egregie, *Franc. Piccolom. in 4. gradu Moralis Philoſoph. cap. 36.* † ni-
mirum Theologica, quæ eſt Authore *D. Paulo* ſubſtantia rerum ſperandarum argu-
8 mentum non apparentium à ſpe, & caritate, vltimam perfectionem recipiens; †
Altera eſt Phyſica ad Theoricam philoſophiam pertinens, per quam aſſentimur
cōcluſioni cum ratione collectæ. Tertia eſt fides moralis, ſiue ciuilis, quæ eſt dicto-
rum factorūq; conſtantia, & veritas iuſtitiam præcipue reſpiciens, cuius recte dicitur
9 fundamentum eiuſque † particula quædam eſt illa bonafides, quæ confert ad vſu-
capionem in vniuerſo titulo. *ff. & Cod. de vſucapion.* quæque à Dd. appellatur igno-
rantia rei alienæ argumento. §. 1. *in princip. Inſtit. de vſucapion. Balbus in ſecunda, parte*
10 *tertia partis* † *in quæſtion. prima.* à nobis definitur credulitas negocii à ſe, vel ab au-
thore ſuo rite, & recte geſti, in qua definitione verificatur bonafides, de qua in *leg.*
11 *bonafidei. ff. de verb. ſignif.* Triplex † ergo erit malafides, Theologica, quæ in Hære-
12 ticis, ſchiſmaticis, & paganis, magno cum eorum malo conſpicitur, Phyſica, quæ †
aſſentitur concluſioni perperam collectæ. Malafides ciuilis, & moralis, quæ ſupra eſt
13 à nobis definita. Ea vero † ſubdiuiditur in malamfidem propriam & authoris, puta
teſtatoris. §. *diutina, & §. ſequenti Inſt. de vſucapion. Angel. in § ſed iſtæ numero duodecimo,*
Inſt. de action. Dd. in dict. l. Celſus & Balbus de præſcription. in ſecunda parte 3. partis, quæſt.
14 *12. incipit duodecimo quæro;* Sicut etiam bonafides eſt duplex; † propria, & Authoris
noſtri, *dict. §. diutina, & Balbus in dict. l. Celſus numero quinto.* Rurſus malafides diui-
15 ditur in malamfidem veram, & in malamfidem † fictam, ſiue præſumptam. Prior
eſt quando ex perſona propria habet ſcientiam rei, ſiue iuris alterius. Poſterior eſt,
16 quando quis ex perſona ſui authoris cenſetur † malæfidei, & hæc diſtinguitur in-
ter hæredem, & ſingularem ſucceſſorem. Ficta etiam dicitur malafides cauſata ex
litis conteſtatione, *Bartol. in l. illud. ff. de petit. hæred.* niſi aliter probaretur de ſcientia,
tunc enim eſſet vera malafides. Ficta etiam dicitur, quæ eſt inducta ex errore iuris,
Baldus de præſcription. parte 2. tertiæ partis principalis in 3. quæſtion. incipit 3. quæro. Effe-
ctus huius diuiſionis eſt, quoniam iura loquentia de malafide, intelliguntur de vera,
& non de ficta, *Aret. in l. Pompon §. cum quis ff. de acquir. poſſeſſ.* Secundus effectus eſt,
quod cum error iuris inducat malamfidem fictam, ſiue præſumptam, talis malafides
17 defuncti, non † nocet hæredi, ſed tantum malafides vera, *Balb. in proxime citato loco,*
18 & malafides videtur, dolum continere, & † contra malamfidem, ſolet tanquam con-
tra furtum procedi, in quo dicitur ſemper eſſe dolus, & malæfidei poſſeſſor eſt in tri-
19 plici differentia, improbus, improbior, † improbiſſimus.

Quæſt. 3. Quo ad tertium de pœna malæfidei, illa ſane prima eſt, quod impedit
20 præſcriptum, *cap. poſſeſſor* † *de regul. iuris in 6. vbi Dyn. Didac. & alii,* & quidem omni
tempore, quo ad ius canonicum, vt ibi expreſſum eſt, de iure autem ciuili per 40. an-
21 nos. Sed hodie † ratione euitandi peccati obſeruatur in vtroque foro ius canonicum
cap. fin. & ibi omnes Canon. extr. de præſcription. amplia, vt non ſolum procedat, quando
ab initio erat malafides, ſed ſi inchoata vſucapione ſuperuenerit, *dict. cap. fin. vbi gloſſ.*
& Dd. Bartol. in l. Naturaliter. ff. de vſucapion. Bald. in l. 2. Cod. de *ſeruit. & aqua Balb. de præ-*
ſcription. parte tertia ſextæ partis principalis numero trigeſimo ſexto. Alia pœna eſt, quia
22 inducit † reſtitutionem fructuum. §. *ſi quis an dict. Domino,* a contrario ſenſu, & ibi
Angel. & alii de rerum diuiſ. §. illud conſtat. §. quæ ratione. leg. Sed ſi lege. §. quod ait. & §. ſe-
quenti. ff. de petit. hæredit. §. & ſi hæreditas, verſiculo illorum, Inſtitut. de officio iudic. leg.

tertium

tertum. Codic. de Rei vendic. ſiue ab initio fuerit malafides, ſiue ex poſt facto, *dict. l. Sed ſi lege. §. de eo.*

Quæſt. 4. Ad quartum quomodo probetur malafides, Reſpon. multis modis,
23 & primo iuris præſumptione velut † in poſſeſſore ſine titulo ſi antiquior poſſeſſor appareat, *Bartol. in dict. l. Celſus, & in l. fin. circa finem. Cod. vnde vi, Balbus in dict. l. Celſus numero 9. & 11.* vel ſi contractus eſt illicitus, quia ſcilicet contra iura emerit, *l. qui fundum. §. qui ſciens. ff. pro emptore, cap. qui contra iura de regul. iuris in 6.* Rurſus in omnibus
24 caſibus, in quibus præſumitur dolus, vel lata culpa, præſumitur etiam † malafides, *Bald. in cap. ſi diligenti colum. 2. extra de præſcription.* Secundo probatur denunciatione,
25 quod res † eſſet alterius, *l. ſi fundum. Cod. de rei vendic.* quando eſt facta ante contra-
26 ctum, *Bald in dict. l. Celſus numero decimo tertio,* vbi latiſſime. Tertio probatur † confeſſione, ex regula, quod nulla eſt maior probatio, quam proprii oris confeſſio, *l. cum te, & ibi Iaſon. & Alciat. Cod. de tranſaction.* etiam ſi facta ſit abſente parte, *leg. Celſus, & ibi Bart. § ſi quis abſente. ff. de confeſſis,* nimirum quia pendet ex voluntate vnius, non plurium. Quarto probatur fama, quæ erat in vicinia, *Bald. d. l. Celſus, nu. 17. & nu.* 19 vbi limitat egregiè. & ante eum Bart. ibi.

Ad quintum, quemadmodum purgetur malafides, Reſpon. plurifariam, Primo
27 ex aliqua iuſta, vel colorata † cauſa ad exemplum doli, moræ, contumaciæ & periurii, à quibus leuis etiam cauſa præbet excuſationem, copioſe *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 5. quæſt. 14. Cran. conſil. 24. numero tertio.* vbi de mora, *& conſ. 254.* vbi de contumacia, *Grammatico voto 10 numero 70. verſ. declaratur ſecundo,* vbi fert teſtimonium
28 de communi intellige, quo ad malamfidem præſumptam, quæ † triginta annorum poſſeſſione purgatur, & loco eius ſuccedit præſumptio bonæfidei, & ita loquuntur, *Bald. & Menoch. allegati,* nec non *Viuius libro 2. commun. opinion. litt. M. opinione 167.* nam quo ad veram malamfidem, non videtur vllo tempore purgabilis ad effectum vſucapionis, *d. c. poſſeſſor ibi Dyn. Didac. & alii,* intellige etiam, niſi aliter conſtaret de malafide, puta ex his modis, quib. ꝓbatur vere malafides, ſi quidem eo caſu non ſuffieit ad purgationem curſus 30. annorum, *Balbus d. l. Celſus numero 11. verſ.* ex præmiſſis, de quo
29 temporis lapſu ad purgationem malæfidei *Vaſq. illuſtr. quæſt. cap. 79. & cap. 73.* Quæro † an malafides authoris noceat ſucceſſori, Reſpon. ſi cauſatur malafides ex vitio reali vt furti, aut violentiæ, nocet cuicumque ſucceſſori, ſcilicet quo ad præſcriptionem 10. vel 20. annorum, ſed non quo ad illam, quæ currit ſpacio 30. annorum inſpecta iuris ciuilis conſtitutione ſecus de iure canonico niſi tertius eſſet poſſeſſor cum titulo, & bonafide, *Balbus de præſcription. 3. parte tertiæ part. princ. verſ. his præmiſſis quæſt. 21.* Secundò reſpon. ſi malafides cauſatur ex vitio perſonali puta clandeſtinitatis, vel precarii, Diſtinguendum eſſe inter ſucceſſorem vniuerſalem, & ſingularem, vt per *Balbum d. loco verſ.* primum membrum eſt, cum multis regul. Quæro † etiam an malafides hæ-
30 redis noceat legatario, explicat, *Alexand. in l. Pomp. § ſed legatarius. ff. de acquir. poſſ.* & ibi quoque moderni.

De Contumacia: Cap: XXI.

1 *Contumacia ſæpe dolus appellatur.*
2 *Aſpis aurem obturans, ſymbolum erat contumaciæ.*
3 *Auris hominis obturata, alterum contumaciæ Hieroglyphicum.*
4 *Contumacia vnde appellata ſit.*
5 *Contumacia, quid ſit, & eius definitio ex mente Dd.*
6 *Alia definitio ex authore.*
7 *Contumax, quis ſit.*
8 *Contumacia alia vera, alia ficta.*
9 *Vera contumacia quæ ſit, quæ ficta,*
10 *Contumacia vna Actoris, altera Rei.*
11 *Contumacia alia bona, alia mala.*
12 *Apud ll. contumacia ſemper in malam partem accipitur.*
13 *Pœna vera contumaciæ eſt, quod mulctari poteſt contumax.*
14 *Altera eſt pœna, quia contumax patitur miſſionem ex primo decreto.*
15 *Altera eſt pœna, quia ſi perſeueret in contumacia, proceditur contra ipſum ex ſecundo decreto.*
16 *Quarta pœna quia non auditur, niſi refectis expenſis.*
17 *Iudex poteſt in quacunque cauſa audientiam contumaci.*
18 *Contumax interdū de Reo, efficitur Actor.*

19 *Contumax verus non appellat.*
20 *Pœna actoris contumacis, quæ ſit.*
21 *Grauius videtur peccare actor contumax, quam Reus.*
22 *Multa pœna rei contumacis conueniunt actori.*
23 *Contra actorem contumacem, quomodo procedatur.*
24 *An reſpondens poſitioni, cui non erat de iure reſpondendum habeatur pro confeſſo.*
25 *Contumax, an generaliter habeatur pro confeſſo.*
26 *Vt contumax habeatur pro confeſſo, quinque ſunt neceſſaria.*
27 *Citatus cum clauſula ſi ſua putauerit intereſſe, non efficitur contumax.*
28 *Contumacia quomodo excuſetur.*
29 *Excuſatur mala valetudine iudicis.*
30 *Item propria eius, qui citatus eſt infirmitate, vel ſui conſanguinei.*
31 *Item per citationem ad maius tribunal.*

1 TAntam habet cum dolo affinitatem contumacia, vt ſæpe dolus † appelletur in
iure, vt dixit *Alexand. in l. ſi mora. ff. ſolut. matrimon. numer.* 13. quare non carerem
iuſta repræhenſione, ſi contumaciam ſilentii velo contegerem. eius duplex erat a-
2 pud antiquos ſymbolum, Primum quidem Aſpidis † autem obturantis, nam homi-
nem contumacem nulli legum imperio, vel magiſtratuum edicto obtemperantem,
per Aſpidem autem obturantem ſignificabant, quod ea vbi ſe excantationibus ac-
cerſiti ſenſerit ſtatim vna in terram aure defixa, alteram cauda obturat ne carminum
3 vocem exaudiat, atque ita magorum conatum eludat. Alterum eſt auris hominis †
obturata, quippe ſicut auris adaperta obedientiæ ſignum eſt ita clauſa Hieroglyphicũ
eſt contumaciæ ſuperiorum mandata detrectantis, atque vtrumque ſymbolum ad
naturam contumaciæ mirifice accommodatum apertiſſimum erit ex his, quæ breui-
ter de contumacia, ſumus dicturi.
Quæſt. 1. Intueamur quid ſit contumacia, quotuplex, quæ ſint eius pœnæ. Po-
4 ſtremo quomodo purgetur. Ad primum ſi definitionem nominis † petas, reſpondeo
dictam eſſe à contemnendo, ſiue, vt aliis placet, à tumore, & ita contumax dicitur à
con, & tumeo, tumes, propterea quod inflatur, & ſuperbus efficitur, recuſans obedire,
& ita dicitur contumeſcere in ſe ipſo, & efficitur iudici iniurioſus, Cardinalis in *Clem.*
1. col. 8 de dolo, & contum. Maranta de ordine iudiciorum parte 6 in tit. de contum. ſi definitio-
5 nem † rei quæras contumacia eſt vt placet *Hoſtien. in tit. extra de dolo, & contumacia,* er-
ga iudicem, vel prælatum commiſſa inobedientia. Contumacia eſt erga ſuperiores,
vt ait *Iuriſcon. in l. contumacia ff. de re iud.* atque hi ſunt contumaces, qui negant obedi-
re ei, ad cuius iuriſdictionem pertinent, vt autem commiſſa illa inobedientia dica-
tur, neceſſe eſt tria edicta eſſe commiſſa, vel vnum pro tribus, quod peremptorium
6 vocatur. Poteſt etiam aliter definiri † vltra Dd. contumacia eſt aduerſus iudicem
competentem ad ſe vocantem, vel aliter præcipientem contemptus. Definitur con-
7 tumax ille qui † tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod vulgo peremptoriũ
appellatur præſentiam ſui facere contemnit, *dict. l. contumacia,* niſi ad maius tribunal
fuerit vocatus, *leg. contra pupillum.* §. *is, qui de re iudic.* contumax eſt etiam, qui in iure
interrogatus omnino non reſpondet, *l. de ætate.* § *qui tacuit ff. de interrog. action.* ex qui-
bus palam eſſe poteſt, quæ requirantur ad hoc, vt contumacia contrahatur. Videa-
8 mus † quotuplex ſit contumacia & ſane omnium conſenſu eſt probata illa diuiſio, vt
alia ſit vera, quam euidentem vocat *Specul. in titulo de contumacia.* §. 1. *num.* 3. alia ficta,
Hoſt. in titulo extra de contumacia in princ. Marant. loco citato nu. 8. *Capiccius deciſ.* 139. *cauſa*
9 *Hieronymi numer.* 2. † vera contumacia contrahitur, quando Reus fuit perſonaliter
citatus, vel ad domum, & citatio peruenit ad eius notitiam, *Bart. in l. fin. ff. de in inte-*
grum reſtitut. & Angel. conſ. 186. Idemque iuris eſt ſi in valuis Eccleſiæ, vel Palatii po-
10 teſtatis fuiſſet citatus. Alia eſt inſuper † contumacia actoris, Alia Rei: poteſt enim v-
terque iudici ſub cuius iuriſdictione eſt non comparere, & vtraque punitur. Ter-
11 tia eſt diuiſio: † nam contumacia alia bona, alia mala; de prima eſt locus, *Cicer.*
in primo Tuſcul. libro. adhibuit liberam contumaciam à magnitudine animi indu-
ctam non à ſuperbia. Cornelius Tacitus; contumax etiam aduerſus tormenta ſeruo-
12 rum fides. Mala contumacia; quæ ſupra definita eſt, verum † quicquid ſit apud ali-
os aliarum facultatum authores puto iure noſtro ſemper in malam partẽ accipi, cum
& culpæ nomine dicta inueniatur, *Alex. in d. l. ſi mora num.* 13. *& vbiq.* aduerſus contu-
maces ſunt pœnæ ſtatutæ, de quibus modo agendum eſt.
Quæſt. 2. Et primo de pœna rei contumacis, quæ multiplex eſt, & varia pro
caſuum

13 caſuum varietate, prima eſt, quod ob veram † contumaciam poteſt mulctari contu-
max *Dd.in l.1.ff.ſi quis ius dicen.non obtemper.l.2.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit*, fictus enim
contumax non mulctatur, *Alex.& comm.Dd.d.l.p.§.fin.Ang.conſ.8.col.pen.Bald.in l.& in*
14 *multis C.de appell.* ſecunda pœna eſt, quia contumax patitur miſſionem ex primo † de-
creto *l.Fulcinius.§.1.ff.quibus ex cauſ.in poſſ.eatur l.ſi finita.§.Iulianus,& ibi Bart.& Dd.ff.de*
15 *damno* infert toto titulo *de bonis author.iud.poſſid.* Tertia ſi perſeuerauit † in contumacia
proceditur, contra ipſum ad immiſſionem ex ſecundo decreto, quod parat plenũ præ-
iudicium *d.§.Iulianus, Bart.in l.cum proponas Codic.de bonis author.iud.poſſid.* Quarta quo-
16 niam † non auditur, niſi refectis expenſis per text.& ibi *Bald.in l.Sancimus Codic.de iudi-*
17 *ciis.* Quinta † quoniam contumaci poteſt iudex denegare audientiam, non ſolum in
illa cauſa, verum, & in omni alia *l.ſed ſi per prætorem.§.ſed ſi dum iuncta gloſſ.ff.ex quibus
cauſ.maior.* plene *Iaſ.in l.iuſiurandum,* & ad pecunias *§.ait prætor in ſecundo not.ff.de iureiur.*
vbi amplius dicit *Iaſ.* iudici conceſſum eſſe, mandare aliis iudicibus, at illam non audi-
ant in aliqua, & idem *Iaſ.in l.1.§.fin.column.4.ff.ſi quis ius dic.non obtemper.* Sed hic vi-
dendus eſt *Alciat.in l.ſi priuſquam, verſiculo ea ratione numer.20.ff.de nou.oper.nunciat.* di-
cit enim potius eſſe conſtituendam reg.in contrarium, cui tamen ſubiicit ſex limita-
18 tiones in quibus dictũ *Iaſ.* verificatur. Sexta pœna, quia interdum † de Reo efficitur a-
19 ctor, *Alciat.dicto loco,* Septima pœna, quia verus † contumax non appellat, ſunt, & aliæ
pœnæ, quas vberrime congerit *Marant.de ordine iud part.6.titulo de contumacia nu-
mero 37.*

Aggrediamur contumaciam actoris, cuius vnam duntaxat pœnam recenſet *Ma-*
20 *rant.dict.loco* nempe, quod Reo † comparente in vltimo peremptorio ſi actor nõ com-
pareat euaneſcit citatio, & edictum circumducitur *l.poſt edictum.ff.de iudic.* Reus ab-
ſoluitur ab obſeruatione iudicii, & actor condemnatur in expenſis, quas tenetur refi-
cere antequam agat *Auth.qui ſemel Codic.quomodo,& quando iudex,* & ibi *Bart.& Bald.in
l.2.column.2.Codic.de edend.* Nos autem credimus multas ex enumeratis pœnis à Marã-
ta, quas dixit proprias eſſe rei contumacis, conuenire etiam contumaciæ actoris; nam
21 æque, aut † magis peccat actor contumax, quàm Reus, quia actoris eſt ampliare & a-
22 pud iudicẽ ſtare, Rei autem eſt fugere *Speculator de contumacia.§.nunc nobis,* vt ecce con-
tumax condemnatur in expenſis, & hanc pœnam etiam patitur actor *l.properandum.§.
& ſi quidem verſiculo expenſis tantummodo Codic.de iud.* Rurſus, & illa, quod verus contu-
max non appellat, adaptatur etiam actori *dicto.§.& ſi quidem, verſiculo ſed actor,& §.ſin
autem Reus verſiculo cum enim terribiles* in ſui generalitate, & ſuadet ratio, vt à pari pro-
23 cedat Reus, & actor in his, quæ ſunt proportionabilia Reo, & actori: † Similiter & illa,
quod contumax in reſpondendo poſitionibus, vel in recuſando iurare de calumnia
habeatur pro confeſſo *c.ſi poſt præſtitum,* & ibi *Dd de confeſſ.lib.6.l.2.§.quod ſi actor* & ibi
Bartol.& Dd.Codic.de iur.calumn. Item contumax in non iurando, vel in non referendo
iuramentum *l.Manifeſtæ.ff.de iur.iur.Lucas de Penna in l.locorum column.2.de omni agro
deſerto libr.12.* cur non puniatur etiam actor cum negat reſpondere poſitionibus, vel de
24 calumnia iurare, vel iuramentum referre? Sed obiter, ſi quis dubitet, an † non re-
ſpondens poſitioni, cui de iure non erat reſpondendum habeatur pro confeſſo, vide-
at *Abbat.conſilio.128.volum.2.* & an reſpondens poſſit illam reſponſionem reuocare,
25 *Calder.in conſilio 3.de confeſſ.* Illud quoque quod contumax † habeatur generaliter pro
confeſſo, non caret difficultate; nam *Alciat.in d.l.ſi prius numero 28.de nou.oper.nunciat.*
inquit contumacem, regulariter non haberi pro confeſſo, in maius ſui præiudicium
per text.in *l.properandum.§.ſin autem Reus Codic.de iudic.* ſiue de cauſa ciuili agatur, ſi-
ue de criminali per *Bart.in l.ſepulchri.ff.de ſepulchro violato,* & ideo *Alex.* de facto reſpon-
26 diſſe ait *conſ.188.volum.2.* quinque eſſe † neceſſaria, vt contumax habeatur pro con-
feſſo; primo, quod lis ſit conteſtata; ſecundo, quod Iudex ipſe non per nuncium iuſſiſ-
ſet; tertio quod præſens iuſſioni fuiſſet Reus, vel actor; quarto quod abſque probabi-
li cauſa reſpondere recuſauerit. Quinto quod interloquutus iudex eſſet; cum pro
confeſſo habetur, vel ſi abſens eſſet, tunc tranſmittendam copiã interrogationis adie-
cta comminatione, niſi reſpondeat, eum pro confeſſo habiturum, *Bart.in l.eius qui.ff.de
iure fiſci facit tex.in cap.2.de confeſſ.in 6.*

Prædicta omnia intelliguntur vera eſſe, vt ſcilicet tanquam contumax puniatur
ille tantum, qui ad dandum, vel faciendum fuerit citatus; verum ſi vocatus fuerit in
27 iudic. cum illa clauſula † ſi ſua putauerit intereſſe, quia talis citatio, non arctat

ipſum ad comparendum, ſi non compareat, non dicitur contumax, nec tanquam talis
punitur, dicitur enim iſta citatio voluntaria *Paul. & Alex. in l. teſtamenta C. de teſtamento*
Afflict. deciſ. 2. late Fely. in c. cum inter priorem extr. de except. vbi congerit multas differen-
tias inter citationem voluntariam, & neceſſariam. Vltimus eſt articulus quomodo ex-
28 cuſetur † contumacia, & ſane excuſatur, ex impedimento iudicis mala † valetudine
29 propria illius, qui citatus fuit, vel ſui proximi conſanguinei, item per † aliam citationē
30 ad maius tribunal: paupertate, nec non ex omni † cauſa ex qua citatus non tenetur cō-
31 parere, vel citatio non valet, & copioſe *Maranta de ord. iud. parte. 6. in titulo de contuma-*
cia numer. 2. vſq. ad numer. 7. Non me fugit longe plura potuiſſe in materia contumaciæ
deduci, verum his paucis voluimus eſſe contenti, quoniam de ea perfunctorie loqu-
ti ſumus, quatenus habet affinitatem cum dolo; cuius præcipue tractatum inſti-
tuimus.

De Mora. Cap. XXII.

1 *An dolus, vel culpa inſit in mora.*
2 *Mora, dolus præſumptus, vel vt aliis placet dolus in omittendo.*
3 *Intellectus, ad* l. item, ſi verberatum. §. 1. ff de rei vend.
4 *Mora vnde ſit appellata.*
5 *Qui moram fecit, Morator debet appellari, non moroſus.*
6 *Vtrum mora poſſit definiri.*
7 *Moræ plures definitiones reiiciuntur.*
8 *Definitio ex authore.*
9 *Diuiſio moræ, vt alia ſit regularis, alia irregularis refellitur.*
10 *Mora debitoris, mora creditoris.*
11 *De pœna moræ in perſona debitoris.*
12 *De pœna moræ in perſona creditoris.*
13 *De excuſatione à Mora, & quomodo differat à purgatione moræ.*
14 *Mora, quibus modis purgetur à Debitore.*
15 *Quomodo item à creditore.*
16 De *effectu purgationis moræ.*
17 *An contra moroſum, ſiue contra Moratorē iuretur in litem.*
18 *An mora vnius Rei, noceat alteri* Reo, *remiſſiue.*
19 *An mora Rei, noceat fideiuſſori, & è cōtra, remiſſiue.*

Q*Væſt.* 1. In famulitio doli, an mora quoque ſit collocanda nō leuis eſt dubitatio per
1 tex. in *l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vend.* ibi ſi ſine dolo malo, aut culpa † poſſeſ-
ſoris animo *l. demortuum ſit*, moram paſſo precium præſtādum eſt; ecce quod creditor
paſſus eſt moram ſine dolo, & culpa debitoris, confirmatur quia mora ſæpe contrahi-
tur, ob paupertatem debitoris, non valentis ſoluere, aliquando ob fortuitū caſum, *Bal.*
in l. nummis col. fin. verſ. item adde. ff. de in lit. iur. Plot. l. ſi quando C. vnde vi. §. 27. in fine.

Cæterū contraria ſententia, quod in mora dolus ſit, vel culpa, verior, & frequen-
2 tior eſt; *Alciat. enim. in l. quod te n. 16. ff. ſi cert. pet.* moram dolum præſumptum † appellat
per tex. in *l. ſi procurator. §. dolus. ff. mand.* inferens ex mente Dd. grauius puniri moram,
quam culpam ſcilicet quia moræ ineſt dolus præſumptus, quamuis *Bald. in l. ſi mora ff.*
ſol. matr. dicat moram eſſe culpam in omittendo, tamē *Iaſ. in l. ſi ita quis promiſerit. §. Seia.*
num. 18. ff. de verb. oblig. Delictum vocat in omittendo, & dolum appellat per *l. Dolus. ff.*
mand. & l. non poteſt videri improbus ff. de reg. iur. Dolum quoque in omittendo vocat *Plo-*
tus in l. ſi quando. §. 27, C. vnde vi, Roboratur ex definitione moræ tradita à *Saly.* & relata
ab *Alex. in l. quod te nu. 9. ff. ſi cert. pet.* nam ait mora eſt delictum, & gloſſ. in *l. in minorum.*
C. in quibus cauſis integr. reſt non eſt neceſſaria. definit mora eſt debitoris vitium; à Bartolo
in *l. ſi mora ff. ſolut. matri.* improbata, & à iure punita dilatio nuncupatur. Accedit quod
mora multis pœnis afficitur, ideoque non poteſt aliquo dolo carere; Nec faciunt ne-
3 gocium allegata ex aduerſo, & ad primum ſolutio eſt, quod illa verba ſine dolo † ma-
lo, vel culpa, referuntur non ad moram poſſeſſoris quę iam erat commiſſa per iudicia-
lem interpellationē ſed ad mortem ſerui, vel animalis, in qua ſi poſſeſſor morā cōmi-
ſiſſet, duplex fuiſſet mora, non vna ex interpellatione quæ ſola facit, vt rei peremptæ
precium ſit præſtandum, quia Dominus, ſi ei facta fuiſſet reſtitutio, diſtraxiſſet, atque
ita apud eum non fuiſſet mortuus ſeruus, ibique ſupponitur, quod erat actor venditu-
rus, & ita conciliatur, cum *l. 14. §. 1. ff. depoſit. cum l. 14. verſiculo pro eo. ff. quod me-*
tus

tui cauſ. in quibus contrarium conſtituitur ſcilicet quia non conſtabat, quod ſi actor habuiſſet, venditurus fuiſſet: ad ſecundum ſolutio eſt in promptu, quoniam non cõmittitur mora, vbi dolus, vel culpa non eſt, vt paulo infra patebit, cum itaque ex iam dictis palam ſit, moram dolo eſſe coniunctam non ſine ratione, inter proceres doli enumerauimus ad cuius expoſitionem diſpiciamus, vnde mora appelletur, an poſſit definiri, quid ipſa ſit, quot ſint eius ſpecies; quæ ſit pœna contra Moratores conſtituta; quomodo mora purgetur, aliaſque oportunas quæſt. ſubiiciamus.

Quæſt. 1. Et vt eo incipiam ordine quo propoſui, deriuatio huius nominis eſt à verbo † moror, vt enim nouatio, à nouo, *l. 1. ff. de nouat.* Donatio, à dono *l. ſenatus. ff. de donat.* ita mora à verbo morari, quod ſignificat cunctari, & differre, vt docte explicat *Tiraq.* à recentioribus non viſus *de retractu conſang. §. 4. gloſſ. fin. num. 4. per text. in l. ſi ſeruum in princip. ff. de verb. oblig.* ibi poſteaquam moratus eſt ſolutionem, id eſt, vt recte interpretatur Accurt. diſtulit *l. ſi vſusfructus. ff. de vſufruct. leg.* in verſiculo moratuſque eſt in ea danda, atque inde ſequitur male noſtros interpretes eum qui morã facit, appella-
5 re † moroſum; hoc enim nomine ad eum ſignificandum paſſim vtūtur, morator enim eſt nuncupandus, tum quia à verbo moror ducitur eius origo, tum quia moroſus longe aliam ſignificationem habet, quippe illum deſignat, qui aſperis ſit moribus, id eſt, difficilem, intractabilem, nos vulgo faſtidioſum dicimus, *Cicero de ſenectute* ſunt moroſi, anxii, & difficiles ſenes, & *epiſt. 7. ad Trebat.* quam ſint moroſi, qui amant, vel ex eo intelligitur *Horat. carm. 1. ode 9.*

Nec dulces amores
Sperne puer, neque tu choreas
Donec virenti canicies abeſt
Moroſa.

Vnde moroſe, pro faſtidioſe apud Vlpianum in *l. ſolet in verſ. non vero. ff. de off. præcon. ſol. & leg.* & vere, nã moroſus dicitur à moribus. Morator a verbo moror quare moratoria præſcriptio dicitur in *l. 2. C. de precib. imp. off.* non moroſa præſcriptio; moratoria cautio in *l. cum poſſ. §. vlt. de cenſib.* cum deberet attẽta operatio doctorum moroſa nuncupari.

Accedo ad definitionem moræ, & ſi quis obiiciat ſuperuacuam eſſe hanc quæſt. quia nulla poſſit dari moræ definitio, ſicut videtur dilucide probare *Iuriſcon. in l. moræ.*
6 *ff. de vſur.* in illis † verbis D. quoque Pius Tullio Balbo reſcripſit an mora facta intelligatur, neque conſtitutione vlla, nec iuris authorum quæſt. decidi poſſit, cum ſit magis facti, quam iuris, cuius loci authoritate adductus *Bart. in §. 1. inſt. de oblig.* quæ ex delicto naſcuntur, vt *Buticella* refert in *l. quod te. ff. ſi cert. pet.* dixit impoſſibile eſſe, huius rei definitionem afferre; ſed labitur *Bart.* ſi ita ſentiat, quid enim cauſæ eſt, vt minus definiri mora poſſit, quam teſtamentum, quam obligatio; quam tutelæ, quam nuptiæ, quã dos, cum & ipſa ſit iuris creatura, eſt namque mora, lege introducta, non ſecus, ac teſtamentum vel actio, vel obligatio id quod compertum eſt ex multis definitionibus moræ datis à doct. qui in re impoſſibili non elaboraſſent, ſi crediſſent non poſſe eam definitionem inueniri; nec aduerſatur *d. l. moræ* quippe *Martianus* ibi de commiſſione moræ agit ſcilicet an poſſit definiri; quando contracta, & commiſſa mora dicatur, non vero, vtrum mora per ſe conſiderata poſſit definiri, vt conſtat ex illis verbis, mora fieri intelligitur, & ibi an mora facta intelligatur, & ibi facti magis, quam iuris eſt ſi quidem mora iuris eſt; an ſit commiſſa, vel ne facti eſt magis; eſt quam iuris, & quemadmodum plurimum intereſt quærere quando dicatur factum eſſe teſtamentum, & quid ſit teſtamentum, ita quoque non parũ refert, quid ſit mora, & quando mora facta eſſe videatur, & ita eum text. intelligit ex antiquis, *Bald. in l. edita Cod. de edend. num. 61.* ... *text.* ex Modernis *Corraſ. lib. 2. Miſcellan. cap. 6. Duarend. lib. 3. cap. 10. veriſimil. iuris Duaren. lib. 1. diſput. cap. 4. Menoch. de arbitr. iud. cauſ. lib. 2. Cent. 3. caſu 22. Bolog. in l. quod te num. 4. ff. ſi cert. pet.* & ita videtur frequentior interpretatio, non repugnat etiam opinio *Bart.* propterea quod ipſe quoque de commiſſione moræ loquitur, non de eius definitione, & non leui argumento probatur, quod in *l. quod te*, definitionem moræ proponit, experiamur, quomodo moram oporteat definire, & ſane multifariam à Dd. inuenitur definita. & primo omnium *Accurſ. in l. in minorum. Codice in quibus cauſ. in integr. reſtitutio*
7 *non eſt neceſſaria*, ſic ait. Mora † eſt debitoris vitium, ſed vitioſa eſt, quia non explicat quod genus vitii ſit in debitore, multa ſunt enim vitia debitorum velut in mutuo, non reddere æque bonum *l. cum quod. ff. ſi cert. pet.* in commodato reſtituere rem deteriorem

l.3 ff.commod. Secunda eſt *Azon.in ſum.C.de vſur.& Accurſ.in dict.l.Mora*, ſed illa explicat magis, quando dicatur mora contracta, quàm quæ ſit moræ definitio, & non eſt data in modum definitionis per genus, & differentias, & non comprehendit moram creditoris, ſed tantum debitoris.

Tertia eſt *Saly.in l.cui ii in.ff.ſi cert.pet. Alex.in l.quod te num.9.ff.ſi cert.pet.* Mora eſt delictum culpabile, in debito ſoluendo, vel credito recipiendo, nam vterque debitor, & creditor poteſt moram committere *l.41.§.intra certa.vel.2.ff.de fideicom.libertat.* Sed remouetur quoniam abundat illud verbum culpoſum, nam ſatis eſt dicere delictum, in quo ſemper eſt culpa, alioqui non eſſet delictu. Quarta eſt *Bart.in l.ſi mora ff.ſol.matrim* Mora, eſt debiti ſoluendi, vel crediti recipiendi a iure improbata, & punita dilatio; ſed ab ea eſt recedendum, quia ſuperuacuum eſt illud verbum improbata dilatio; ſatis enim fuit dicere punita dilatio, quod ſi punitur, ſemper improbatur. Quinta eſt *Dec.in l.quod te in 2.lectura.* Mora eſt debitoris, vel creditoris in ſolutione, vel acceptatione contumacia contracta; accepitque contumaciam in lata ſignificatione pro omni contemptu legis, vel hominis, vt inquit *Bolog.num.7.* Decium tuendo. Porro autem non conuenit omni definito, ſiquidem illa mora, quæ appellatur ex re in *d.l. mora*, ſæpe eſt ſine contumacia, vt in debitore minoris, in debitore Eccleſiæ probant cõmuniter *Dd.in dict.l.quod te ſequitur Couarr.lib.3.cap.17.verſ.l.Iaſ.in l.1.ff. de his quib. vt indig.* quare cum duæ ſint æquales ſpecies moræ ex perſona, & ex re *d. l. mora*, Definitio debet vtramque comprehendere.

Sexta eſt definitio *Bolog.ead.l.quod te num.6.* Mora eſt iniuſta fruſtratio, in non faciendo, vel non præſtãdo, vel generaliter non exequendo id, ad quod efficaciter tenetur, fruſtratio proprium genus moræ, quippe fruſtrari ſignificat tergiuerſari, & cũctari *l.24.& l.25.ff.ex quib.cauſ.maior.l.2.§.quod ſi pater.ff.ad Trebell.* vnde fruſtrator, pro moratore debitore *l.fin.ff.de vi,& vi armat.* ibi plus, quàm fruſtrator debitor es conſtitutus, & fruſtratio pro mora *l.Diui Seuerus ff.ad l. Falcid.* Plane nimis redundans eſt, & abundat illud verbum in non præſtando, & in non exequẽdo, ſatis eſt enim illud verbum, in non agendo, ſuperuacuum eſt etiam illud verbum iniuſta. ſufficiat enim verbum fruſtratio, quę ſemper iniuſta eſt, nec obiiciatur, quod inuenitur, fruſtratio bona per tex.in *l.is cui.§.ceſſatam ff.vt in poſſ.legatorum &c.* nam ibi fruſtratio eſt iniuſta, cum non tribuat, cuique, quod ſuum eſt, non punitur autem; quia pupillus carebat Tutore, nam fruſtratio inquit nõ debet nocere his perſonis, quæ ſunt indefenſæ, probatur inſuper ex ipſa vi verbi fruſtrari, vnde deductũ eſt nomẽ fruſtrationis, eſt enim fruſtrari, tergiuerſari, & fruſtrãtur hi, qui qualibet tergiuerſatione efficiunt, ne ſecum agi, vel ne ad exitum controuerſia deduci poſſit *l.fin.ff.de procurat.l.3.ff.de iud.* vnde fruſtrator, qui in iudicio deeſt *l.31.§.item ff.de neg.geſt.* Definitio autem eſt breuis, & circũſcri-
8 pta rei explicatio. Nos autem ita definimus. † Mora eſt agendi eius, ad quod de iure tenemur, cum damno alterius ceſſatio. Hoc verbum ceſſatio loco generis eſt, atque apertiſſimum ad moram ſignificandam, vt in *l.tutor.§.Lucius.ff.de vſur.& dict.l.is cui §.ceſſatum*, ſiue malis dicere, fruſtratio, aut omiſſio, nam hæc verba tantundem valent. Dicitur ceſſatio faciendi eius, ad q. de iure tenemur; quoniã omnis mora ſiue ex rẽ ſit ſiue ex pſona, ſiue debitoris, ſiue creditoris, cõſiſtit in omiſſione, vel ceſſatione faciẽdi, vt ecce debitor incidit in morã, quia nõ ſoluit, & ſic ceſſat facere id, ad quod de iure tenetur creditor non recipiens ſolutionem oblatã, ceſſat facere id, ad quod iure tenetur. Tutores quoq; iudices, & qui ex officio aliquid agere ſunt obligati, ſi officium deſerũt, moram committunt, dixi cum damno alterius, quoniam non conſideratur, vt mora, nec vlla moræ producit effectum, quę ſine alterius ſuccedit incommodo *l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis caut.* ibi ſi ius Actoris ex mora Rei non eſt factum deterius, defenditur Reus exceptione *l.ſciendum.ff.de Vſur.* ibi mora debiti facta non videtur, *Bart. in l.dicta. ff.ſi cert.pet. Dec.in l.nulla.ff.de regul.iur.* vbi nulla mora fieri intelligitur, vbi nulla petitio eſt ſcilicet efficax *l.40.in fine.ff.ſi cert.pet.* Dec.in *l.ſi pupillus.ff.de verb.oblig.Tiraq.de retract.conſang.§.8.gloſſ.2.num.9.*

Quæſt. 151. Quæro quotuplex mora. Dd.comm.ſuffragio dicunt eſſe duplicem
9 regularem, & † irregularem, prior illa eſt, quæ per interpellationem congruo loco, & tempore factam à creditore debitori, vt ſoluat, vel à debitore, vt pecuniã accipiat cõmitti ſolet; Poſterior, quæ ipſo iure contrahitur ſine facto hominis interpellantis ſola legis authoritate, cuius exemplum eſt in iure *l.fin.ff.de condict.furt.* nec non in violento poſſeſſore *l.ſi.ff.de vi & vi armat.* in debitore minoris *l.4.C.in quib.cauſ.in integr.reſt.non*

eſt neceſſa-

Digitized by Google

eſt neceſſaria; hæc profecto diuiſio vera eſt, ſi rem ipſam ſpectemus, nam eam conſti-
tuit, *Iuriſc. in d. l. mora de vſur.* non autem ſi ad nomen reſpicias; nam ibi *Mart.* hanc parti-
tionem vocat ex perſona, vnam, ex re alterã, quæ non ineleganter ex lege poteſt nun-
cupari, quid nam cauſæ eſt, quòd Dd noſtri velint diuerſo nomine appellare, vocant
regularem, quia ſc. contrahatur ſecũdum reg. iuris ſc. per interpellationem, &c. Irre-
gularem alteram, quoniam non ſubiiciatur regulis, ſed abſq; vlla interpellatione ſola
legis authoritate conſtituatur, cæterũ labuntur, meo iudicio Dd. ſi quidem iſta quoq;
æque debet dici regularis, nam & ſi non vtatur iiſdem regulis, quibus illa conſiſtit, ta-
men ſuas regulas habet, prima eſt, vt legis authoritate committatur. Secunda regula,
vt odio debitoris, quandoq; contrahatur, ſicut in fure, tertia, vt perficiatur aliquando
fauore creditoris, vt in minore & in Eccleſia. Quarta, vt fiat nonnunquã fauore cauſę
vt in libertate, &c. Regularis dicitur, quia eſt de regula, & talis eſt hæc mora. Accedit
quod *IC. in d. l. mora.* duas has ſpecies æquales conſtituit ex homine, & ex re, cur igitur
iſtam magis, quam illam volumus regularem aut irregularem appellare, noſtrã quoq;
ſententiam adiuuat, quod nunquam mora regularis, aut irregularis inuenitur in iure,
quod ego viderim nominata, cõmentitia ergo ſunt, hæc Dd. noſtrorum nomina, non
ex iure deprompta; quare longe rectius eſt cum *Mart. in d. l. mora*, diſtribuere moram
in duas ſpecies, ex homine vnam, alteram ex re, & ſumitur hęc diuiſio à cauſa efficien-
ti, etenim altera naſcitur ex homine, id eſt, ex facto hominis ſc. eius, qui interpellatus
opportuno loco, & tempore non ſoluerit, & ſic ex homine debente, eaq; mora tam in
creditore interpellato, vt ſuam pecuniam recipiat, quam in debitore, vt debitam pe-
cuniam ſoluat locũ habet; altera ex re, quę ex lege immediate introducitur, nulla con-
ſiderata negligentia debitoris non ſoluentis, dicitur ex re, quia re ipſa non accedente
aliquo facto extrinſeco hominis interpellantis ipſo iure introducitur, & recte poteſt
mora ex lege vocari, cum lex ipſo iure moratorem conſtituat furem, violentum poſ-
ſeſſorem, debitorem Eccleſiæ, vel minoris.

Sequitur alia moræ diuiſio, ſeu potius ſubdiuiſio; nam illud primum membrum
10 morę ex homine, iterum diuiditur in duas ſpecies ſc. in mora † creditoris, & debitoris.
Illa eſt culpa non recipientis ſolutionem, quæ à debitore recte oblata eſt, cum aliquo
debitoris in cõmodo coniuncta, & accipio creditorem largo modo, nempe eum, cui
dandum, ſoluendum, præſtandumq; aliquid eſt, quacunq; de cauſa, vt ſic pupillus re-
ſpectu tutoris in his terminis creditor videatur. Debitoris mora eſt culpa prætermit-
tentis ſoluere, quod ſoluere debuit cum aliquo creditoris incõmodo cõiuncta, & de-
bitorem intelligo non ſtricte, vt in *l. debitor. ff. de verb. ſignif.* ſed large pro eo, qui ad ali-
quid faciendũ eſt obligatus, vt tutor, qui tenetur facere inuẽtariũ, *l. tutor qui repertoriũ.
§ fin. ff. de admin. tutor.* vt Iudex, vel Arbitrator, qui ius reddere neglexerit, vt *in l. fin. ff. de
variis & extraord. cogn. in l. ſi quis arbitratu ff. de verb. obl.* in eo, qui tenetur rationes redde-
re, vt negociorũ geſtorũ vel rationes edere, vt Argentarius *l. 4. & 6. ff. de edend.* nam, &
iſti moram faciunt, quoniam non ſoluunt, id eſt, non præſtant id, ad quod tenentur.

Q. 152. Quæro quibus pœnis, mora mulctetur; Reſp. ſicut mora eſt ex re, & ex per-
11 ſona, vel vt placet Dd. eſt regularis, & irregularis, ita † vtraq; punitur; *Bolog.* dicens ita ſe
habere com. Dd. interpretum ſenſum in *l. quod te nu. 59. ff. ſi cert. pet.* aliter tamen puniri
videtur in debitore, aliter in creditore propter diuerſitatem cauſæ, & ſubiecti, in quo
mora vtriuſq; cõtrahitur, & vt à debitoris mora incipiamus. Is poſtea quam aliquo ex
ſupradictis modis fecit moram pro qualitate rei, in qua moram contraxit, tenetur ad
intereſſe, ad vſuras, ad fructus. Ad intereſſe quanti plurimi; etenim ſi debitor erat, ſpe-
ciei animalis, puta, vel ſerui, & commiſſa mora interiit, vel deterius factũ eſt iumentũ,
de interitu tenetur, & condemnatur ad intereſſe quanti creditoris interſit animal nõ
fuiſſe mortuum, *d. l. quod te l. ſi ex leg. cauſa. ff. de verb. obl. facit. l. 1. ff. de act. empt.* idem iuris
eſt in rei deterioratione, *l. filio. §. 2. ff. ſol. matr.* tantundem dicendũ eſt in obligationib.
facti, nam opus aliquod facturus inſulam puta, vel foueam, ſi in moram incidat fit cõ-
demnatio ad intereſſe *l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obl. l. ſi inſulam, vbi Bart. &
alii. ff. eod. tit.* ſi debitor erat obligatus in pecunia, poſt moram præſtabit vſuras; propriũ
eſt enim pecunię vſuras producere, *l. vlt. ff. de peric. & com. rei vend. l. ſi bene collocata. ff. de
vſur. l. pecunia eod. tit.* ſi vero debitor ad prædia, ædes, animalia, quæ fœtus procreare ſo-
lent, vel aliter producere, poſt moram condemnatur ad fructus, in quib. fœtus, & par-
tus animalium computantur, *l. reſpondit. ff. de vſur.* vbi de partu ancillarum agitur, *l. vi-
deamus eod. tit.* vbi de fructibus prædiorum, & de mercede ædium tractatur, ſin autem

debeatur res aliqua pondere, vel menſura conſtans, poſt commiſſam moram obliga-
tur Debitor ad æſtimationem quanti plurimi res valuerit *l.3.§.3.ff.de act.empt.* ibi ſi per
venditorem vini mora fuerit quominus traderet, condemnari eum oportet quanti
plurimi vinum fuerit, vel quo venit, vel quo lis in condemnationem deducitur, item
quo loco, &c. & ita prima pœna ſolutionis intereſſe, reſpicit verum rei valorem, hæc
vero intereſſe quanti plurimi; egreditur verum rei valorem à tempore moræ. Alia
præterea pœna plectitur Debitor; quia de interitu tenetur, & perpetuatur obligatio
nempe illa obligatio quæ ex interitu rei, erat, & ipſa peritura, perpetuatur, *d. leg. ſi ex leg.
32 cauſa. l. ſi ſeruum l. nemo. ff. de verb. oblig.* confert *l. quod te*, & vſque adeo verũ, eſt, quod
de interitu teneatur poſt moram debitor, vt nec excuſetur, ſi res illa fuiſſet eodẽ mo-
do peritura apud creditorem. *l. cum res. §. vlt. ff. de leg. 1. l. item ſi ff. de rei vend.* Nec officit
quod ſcribit *Sabinus, in l. ſi plures. §. 1. ff. depoſit.* dicens, ſi homo ſine debitoris culpa mor-
tuus fuerit abſoluendum eſſe debitorem, cum interitura eſſet res, & ſi reſtituta fuiſſet
Actori, intelligendum eſt enim ex æquo, & bono, quando Actor vendere non potuiſ-
ſet. Perpetuatur autem obligatio, ne dum aduerſus debitorem principalem, verum et-
iam contra hæredes, & fideiuſſores eius *d. l. ſi ſeruus. ff. de verb. obligat.* Prædicta regula-
riter locum habent; ſed accedit aliquãdo, vt mora, nec quo ad intereſſe puniatur, nec
quo ad vſuras, nec quo ad fructus, ſed alia pœna mulctetur, & hæc præcipue verſatur
in vltimis volũtatibus, & primus caſus eſt in *l. ſi quis in ſuo. C. de inoff. teſt.* vbi hæres pro-
pter moram tenetur ſoluere tertiam partem pluris eius ſummæ, quam debebat. Se-
cundus caſus eſt in legatis; & fideicommiſſis relictis Eccleſiæ § *ex maleficiis. verſ. item
mixtæ. Inſt. de action.*

Tertius caſus eſt in *auth. hoc amplius. C. de fideicom.* eoſque deducit *Bolog. in l. quod
12 te. num. 11. in fine.* Hæc de mora Debitoris ſufficiat retuliſſe; Aggredior † pœnas mo-
roſi creditoris, quarum prima eſt, quod ſi poſtquam moratus eſt, creditor res debita
interierit, Ipſi perit, non Debitori, qui amplius eam præſtare non debet. *l. qui decem. ff.
de ſolut. l. ſi ſoluturus ff. eod. tit.*

Altera eſt pœna, vt actione ſibi competenti priuetur *l. ſi debitor. ff. de ſolut.* vel repel-
litur exceptione doli nouiter per moram eius acquiſita debitori. *l. interdum. §. 1. ff. de
verb. oblig.* Tertia eſt pœna, quia ſi debitor ex natura obligationis contractæ teneretur,
de dolo, & de culpa, vt Maritus in re dotali, commodatarius in re commodata, poſt
moram creditoris non tenebitur, niſi de dolo. *l. ſi mora. ff. ſol. matr. l. illud. ff. de pericul. &
commod. rei vend.*

Quarta eſt pœna quoniam ſi debitor ex qualitate obligationis teneretur de fru-
ctibus perceptis & percipiendis, propter commiſſionem moræ, in quam incidit cred.
tenetur tantum de fructibus perceptis *d. l. ſi mora, cum ibi not.*

Quæſt. 3. Quæro de excuſatione, & de purgatione moræ, excuſatio largo mo-
13 do dicitur etiam purgatio moræ. Proprie tamen † excuſatio eſt, quando quis dicit ſe
in moram non incidiſſe, Purgatio eo tendit, vt tametſi mora commiſſa ſit, tum nõ ſit
14 pœna ſoluenda. Nonnullæ ſunt † excuſationis cauſæ, & prima eſt ne ſtatim à facta in-
terpellatione, vel à diei lapſu dicatur moram feciſſe & eodem temporis momẽto non
ſoluit, quoniam creditor non debet venire cum ſacco paratus. *l. quod dicimus. ff. de ſolut.*
temperamentum autem non minus. 10. dierum accipitur. *l. promiſſor ff. de conſtit. pecun.*
vel ſaltẽ arbitrio Iudicis, argumẽto. *l. 1. ff. de iure deliber.* id, quod & in creditore recipi-
endum erit vt ex eadem cauſa excuſetur, ſi oblatam ſolutionem, non accepit, quid e-
nim ſi vbi poneret, non habuit? Altera eſt excuſationis cauſa, de qua in *l. ſciendum. ff. de
vſur.* ibi mora debiti facta non videbitur, quæ non eſt communis creditori; tertia eſt
cauſa, de qua in *l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. eo.* in qua ſi hæres fideicom. pupillo relictum
non ſoluat, quia Tutorem non habeat non incidit in morã, quia ſine tutore non recte
ſolueret. *§. vlt. Inſt. quib. alien. licet, vel non*, conuenit hæc excuſatio creditori, qui obla-
tam à pupillo ſolutionem non receperit, ſi quidem pupillus ſine tutoris authoritate
non recte ſoluit. *dict. §. vlt.* Altera eſt cauſa difficultas ſoluendi. *d. l. quod te. Bart. & alii
in l. continuus. §. illud. ff. de verb. obl. l. ſancimus. C. de fideiuſſor.*

Altera eſt in *l. ſed & ſi ff. de vſur.* quæ etiam vtroq; accommodatur ſc. quando re-
pẽte coactus fuit abeſſe, reipub. cauſa, vt non potuerit facere, nec acceptare ſolutionẽ;
Demum excuſatur, ſi hæc quatuor non interuenerunt ſc. debitum, facultas ſoluendi,
prætermiſſio ſolutionis, & damnum ex ea profectum.

15 Proximũ eſt, vt de purgatione † moræ q̃ramus, Eſt aũt purgare re integra contractã
moram,

moram, ſic eludere, vt omnis pœna euitetur, nã morã legitime purgãs, effugit omnem pœnam, quam fuiſſet coactus perſoluere mora non purgata. In debitore, vt moram poſſit purgare, requiritur integritas rei, *l. donec oblatio ſolutionis, & celeris ſatisfactio. l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de verb. obligat. c. fin. extr. locat. l. 6. ff. de opt. legat.* ibi ſi omnia in integro ſint Res integra dicitur, quando ius creditoris ex illa mora non eſt factum deterius, *l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. l. mancipiorum. ff. de opt. leg. l. vtiq; ff. de arbitr. l. Si ita quis. §. 1. ff. de verb. oblig.* Idonea oblatio eſt pro ratione loci, vt ſcil. idoneo loco, & tempore fiat iuxta conuentionem contractus. in quo ſi loci, vel temporis non ſit facta mentio arbitrio iudicis erit, quando cenſeatur idonea oblatio, *d. l. ſi ſeruum. §. ſequitur ff. de verb. oblig. iuncta l. ſi itaq; §. 1. ff. eod. titulo*, nempe quando ſumus in obligationibus dandi, in obligatione facti tempus eſt purgandi moram, vſque ad litem conteſtatam, *l. ſi inſulam. ff. de verb. obli.* vbi *Bart. Iaſ. & alii*, ſecundum quam intelligitur *l. continuus. §. 3. ff. eodem titulo.* In creditore, aut moram ipſe purget, iſta eadem deſiderãtur, ſcilicet vt debitoris offerentis ius non ſit factum deterius, rurſus, vt congruo loco, & tempore offerat ſe paratum accipere, *d. l. ſi ſeruum*, & pulcherrimus eſt *text. in l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de verb. obligat.* Effectus
16 purgationis † moræ, quo ad debitorem eſt, vt transferat in creditorem omne periculum interitus, deteriorationis fructuum; vſurarum, æſtimationis quanti plurimi, *leg. interdum. ff. de verb. obligat. l. cum decem. §. 1. ff. de ſolut. l. ſemel moram. ff. ſoluto matrimonio*, ratio eſt ex vulgata regula, quia vltima mora nocet, *dict. l. ſi ſeruum, l. ſi per emptorem. ff. de action. empt. leg. interdum. §. vltimo. ff. de verb. obligation.* quo ad creditorem effectus eſt, vt liberetur ab omni periculo, & in debitorem transferat, quoniam vltima mora nocet.

Quæſt. 4. His abſolutis, quæro an contra moratorem, ſiue, vt Doct. dicunt ad-
17 uerſus moroſum † detur iuramentum in litem, Reſpon. adhibita diſtinctione, aut ſumus in contractu ſtricti iuris, aut bonæ fidei. Primo caſu ob ſolam moram, non iuratur, niſi concurrat etiam difficultas probationis. In ſecundo caſu datur ex ſola mora Iuramentum, non conſiderata difficultate probationis, vt latiſſime *Plot.* qui alios omnes refert in *l. ſi quando. §. 27. C. vnde vi.* Quæro an mora † vnius Rei, noceat alteri Reo, conſule, *Bart. in l. ex duobus, num. 34 ff. de duobus reis*, quæro etiam † an mora Rei principalis noceat fideiuſſori, & econtra, diſtingue, vt per *Iaſon. in l. mora rei nu. 2. ff. d. verb. oblig. & nu. 5. in l. decem nu. 36 ff. de verb. oblig.*

De Simulatione. Cap. XXIII.

1 *Simulatio, eſt veluti mater doli.*
2 *Simulatio, & diſſimulatio, numquid differant.*
3 *Simulo, quod non eſt. diſſimulo quod eſt.*
4 *Simulationis, & diſſimulationis nomina ſæpe confunduntur.*
5 *Definitio ſimulationis ex Baldo.*
6 *Malum punicum ſimulationis ſymbolum.*
7 *Alia definitio ſimulationis ex D. Thoma.*
8 *In ſimulatione non ſemper ineſt mendacium.*
9 *Definitio ſimulationis ex authore.*
10 *Declaratio definitionis.*
11 *Simulatio, vel ad legem circumueniendam, vel ad hominem decipiendum adhibetur.*
12 *Simulatio, decepit hominem, quandoq; ad vtilitatem ipſius, qui decipitur.*
13 *Simulatio, quæ legem circumuenit ſemper mala.*
14 *Simulationis Hieroglyphicũ, erat ſepia piſcis.*
13 *Diuiſio ſimulationis in bonam, & malam.*
16 *Rurſus ſimulatio, duplex, altera quæ dictis, altera, quæ factis committitur.*
17 *Simulatio præterea in contractibus vna.*
18 *In vltimis voluntatibus altera.*
19 *In iudiciis tertia.*
20 *Vtrum ſimulatio differat à fictione.*
21 *Fictio legis eſt, & à lege inducitur.*
22 *Homo non poteſt inducere fictionem.*
23 *Simulatio propria videtur eſſe hominis, imo, & fictio.*
24 *Verbum fingere, plures habet in iure ſignificationes.*
25 *Fingere quandoq; ſignificat diſponere cõtra veritatem & inde fictio dicitur.*
26 *Fictio hoc modo ſumpta differt à ſimulatione, quia habet diuerſam definitionem.*
27 *Fictio differt à ſimulatione, in omnib. cauſis ſc. efficiente, materiali, formali, finali.*
28 *Colluſio an differat à ſimulatione.*
29 *Colluſio ſemper fit in iudicio aut ciuili, aut criminali.*
30 *Colluſio fit etiam in cauſa beneficiali.*

Q*Væſt.*1. Inter cognatos,& conſanguineos doli præcipuum locum obtinet ſimula-
tio,nam ei parẽtis videtur loco,cum dolus per ſimulationem definiatur à Seruio
1 Sulpitio *in l.1.ff.de dolo*,& ex ea tanquam ex † matre originem ſumat, atq; ab illa dolus
tanquã effectus à ſua cauſa cognoſcatur, non fuit ergo tam nobilis conſanguinea prę-
tereunda ſilentio;ſed quid ipſa ſit explicandum,& quotuplex. Deinde quomodo dif-
ferat a fictione aperiendum,& quemadmodum ſeparetur à colluſione explanandũ,
& vt propoſiti ordini inſeruiam,quæro primum de nomine ſimulationis, numquid ſit
2 eadem † cum diſſimulatione,& non differre probat tex. *in l.1.§.dolum.ff.de dolo* vbi Io.
vocat diſſimulationem,quam paulo ſupra dixerat ſimulationem, ibi, ſine dolo malo,
aliud agi,aliud ſimulari,ſicut faciunt,qui per huiuſmodi diſſimulationem tuentur ſua,
vel aliena,*gloſ.vero in l.1. in verſ.diſſimulat.ff.de ventre inſpic.* conſtituit inter hæc verba
3 differentiam inquiens ſimulo quod † non eſt,& probatur carmine *Iuuenalis*.

Qui Curios ſimulant,& bacchanalia viuunt.

Diſſimulo quod ſum *l.1.§.ex hoc reſcripto*,in qua mulier prægnans diſſimulabat ſe præ-
gnantem *l.4.§.ſed & is ff.quib.ad libert.proclam.non licet* vbi ſeruus permittẽs ſe venũdari
4 malus eſt, quia de ſua conditione diſſimulat, verum plerumq; confundi harum † vocũ
ſignificationem, in iure non dubito, vt in *d.l.1.§.dolum, & in titul.plus valere quod agitur*,
quàm quod ſimulate concipitur, nam contractus pignoris pallio emptionis inuolu-
tus dicitur ſimulatus,& tamẽ quia diſſimulat, ꝙ non eſt, deberet diſſimulatus appel-
lari, in eod.ſenſu accepit quoq; *Cic.ad Q.fratrẽ* multis ſimulationũ inuolucris tegitur,
& quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſq; natura, frons, oculi, vultus per ſæ-
pe mentiuntur, & ad *Lentulum 1.famil.* fronte, atq; vultu ſimulatio facillime ſuſtine-
tur & *Ouid.3.de Ponto.*

Verbaq; profectu diſſimulata carent.

Abſoluta quæſtione nominis, venio ad quæſtionẽ, q͂d rei,& quæro, quid ſit ſimulatio,
5 *Bald.in l.ei qui C.de diſtract.pign.*ita definit, ſimulatio eſt † imago, quæ habet ſpeciẽ veri,
ſed nõ medullã,& ideo ſimulatio appellatur colluſio, vt refert *Iaſ.in l. nemo poteſt in pri-
ma lectura.n.42 ff.de leg.1.* Et apud antiquos ſimulatio repſentabatur in malo punico, ꝙ
6 exterius † mirabilẽ decorem referat cũ interius ſæpe putridũ ſit. Alia eſt definitio † *D.*
7 *Thomæ in 2.ſecunda quæſt.3.* Simulatio eſt mendaciũ, in externorũ factorũ ſignis cõſiſtẽs,
& infert quod cũ omne mendaciũ ſit peccatũ omnis etiã ſimulatio, erit peccatũ, quã-
uis in hoc diſſentiat *Auguſt.de quæſt.Euãgelicis*, inquiẽs nõ ſemp ꝗcquid ſimulamus; aut
8 fingimus mendaciũ † eſt; nã Saluator noſter finxit in longius ire, & ſicut licet fallere
aliquẽ in duplicitate verborum propter aliquã ſui, vel proximi vtilitatẽ ita etiã cõceſ-
ſum eſt,& per opus intẽtione vtilitatis conſequentis ad talẽ ſimulationẽ venire, quib.
conſequens eſt, ſimulationẽ non modo malã eſſe, ſed etiã bonã *c.vtilem 22.q.2.* in quo
tria ponuntur exẽpla ſimulationis bonę, *Cic.1.Philipp.* ſit plerumq; vt hi, qui boni aliq͂d
voluerũt afferre, effingant aliq͂d, quo ſe faciant, ꝙ mẽtiuntur, & nõ daretur ſimulatio
9 bona, ſi omnis ſimulatio eſſet peccatũ, cũ repugnet; eſſe bonũ,& eſſe peccatũ, † Nos et-
iã credimus nõ inelegãter ita poſſe ſimulationẽ definiri; Simulatio eſt aliud in cortice,
aliud in medulla continens dictum, vel factum ad hominem, vel legem decipiẽdam,
inuentum; vel ſic: eſt dictum, vel factum aliud exterius, interius continens ad legem,
10 vel hominem decipiendum inuentum; † Appello ſimulationem dictum, vel factum,
quoniam dicto, vel facto committitur *dict.cap.vtilem*, in quo vtriuſque ſimulationis
ponuntur exempla, & manet loco generis. Aliud exterius, forma eſt ſimulationis;
11 & gerit in definitione vicem differentiæ. † Ad leg. vel hominem decipiendum, quo-
niam finis ſimulationis eſt, vel hominem, vel legem decipere; Decipitur autem lex
multis modis per ſimulationem, vt de re ad rem, facta ſimulatione ad circumueniendum
dum Senatuſcon. Maced. quod tribuit filiis familias exceptionem ſi mutuam pe-
cuniam acceperint, datur illis mutuo triticum, vel vinum. vt his venditis vtantur pe-
cunia. *l.Iulianus.§.mutui.ff.ad Maced.* aliiſque modis explicatis ſupra in titulo cõtra le-
gem,& huc rẽducit omnes ferme contractus ſimulati, in quibus contrahentes, vt plu-
rimum hoc agunt; vt legem circumueniant. Ad hominem decipiendum extat ex-
12 emplum *in d.c.vtilem*, quæ ſimulatio decipit, quandoque ad bonum † ipſius decipien-
tis, vel proximi, ſua, vel aliena tuendo vt de dolo dictum eſt *in leg.1. §.1.ff.de dolo*, non-
nunquam ad bonum ipſius, qui decipitur, vt *Nathan Propheta* cum illa ſimulatione
ſurreptæ pecudis Dauidem decepit, ad ipſius Dauidis vtilitatem, ſicut comprobauit
euentus, Plerumq; decipit ad malũ, vt ſcilicet damnũ quocunq; modo afferat alteri.

Illa vero

13 Illa vero ſimulatio, qua † lex circumuenitur ſemper tendit ad malum, cum enim lex i-
pſa ſit bona, publicis commodis inſeruiens, & communis reipub ſponſio *l.1.ff. de leg. c.*
erit lex, 9. diſtinct. neceſſe eſt malam eſſe ſimulationẽ, quæ legem bonam tentat circũ-
uenire: qui igitur dicto, vel facto ſimulato legem, vel hominem ſtudet decipere ſimu-
14 lator appellatur, quem antiqui † per pictam ſepiam notabant, nam quoties hominem
ſimulationum inuolucris vtentem volebant repræſentare ſepiam piſcem pingebant,
quod effuſo in aquas atramẽto piſcatores deludat, quos prius ſpecioſa præſentia ſui ad
piſcationem inuitauerat; ſolent. n. ſimulatores ſemper aliqua proiicere, quæ vera, & a-
perta videantur vt ad ſecũ contrahendũ alios inuitent, mox effundant nubẽ mẽdacii.

Quæſt. 2. Ex his vero ſimulationis definitionibus; non obſcure colligitur declara-
15 tio ſecundæ quæſtionis, nempe quotuplex ſit ſimulatio; etenim duæ † ſunt ſpecies bo-
na, & mala ſimulatio, quemadmodum exemplis probatum eſt paulò ſupra, & videtur
ſumpta hæc diuiſio à cauſa finali, quæ eſt in ſimulatione, aut nocendi, aut iuuandi, pro-
16 xima † eſt alia diuiſio, quia ſimulatio, alia dicto, alia facto conſtat, quippe, aut dicendo;
aut agendo ſimulamus, & eſt à cauſa efficiente, tertia ſuccedit partitio accepta à re ſu-
17 per qua ſit ſimulatio, & ſunt tres ſpecies. Prima † in contractibus, ex qua ſimulati con-
tractus appellantur, & de ea in titulo *C. plus valere quod agitur*, eſt autem ſimulatiò con-
tractus, cum aperte vnum agimus, cauſamque iuſtam prætendimus, & tacite aliquid
illicite facimus, vt cũ fœnerator, quod pignoris cauſa accepit, emiſſe videri vult *l. 3. C.*
18 *plus valere, quod agitur*. Secunda † ſpecies eſt in vltimis voluntatibus, vt quando teſtator
palam relinquit hæredi capaci, tacite agens accepta prius fide ab eo, vt reſtituat illam
hæreditatem Spurio teſtatoris incapacis ad *l. fraudandam*, quæ vetat has turpes perſo-
nas à parentibus inſtitui *l. 1. C. de his, quæ ſe deferunt lib.* 10. & copioſe diximus ſupra in ti-
19 tulo de dolo contra legem. tertia ſpecies eſt, quæ fit in iudiciis, vt quando † accuſatores
præuaricantur, aut tergiuerſantur, & ita quoque tergiuerſatio, vel præuaricatio com-
mittitur *l. 1. ad Turpil. in tit. ff. & C. de colluſ. detegenda.*

Quæſt. 3. Fit locus 3. quæſtioni, vtrum differat ſimulatio à fictione, & profecto di-
20 uerſitas nominis † arguit diuerſitatem ſubſtantiæ arg. *l. ſi idem C. de codicill.* deinde fictio
21 dicitur eſſe à lege, lex enim † eſt quæ fictiones inducit, vt ea *l. Cornelia*, in poſtliminio
in tacita hypotheca pro dote *l. 1. C. de rei vxor. act. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.* vbi
22 *Bart. Iaſ. & Dd.* in tantum, quod homo non poſſit fictiones † inducere *Iaſ. in l. ſi quis in-*
fundi vocabulo. ff. de leg. 1. l. 1. §. hoc autem in 1. lect. ff. ad Trebell. Scribentes in *d. l. ſi is qui pro*
emptore Bart. ibi n. 24. Crot. n. 42. Alphan. collect. 516. ad l. ſi forte. ff. de Caſtrenſ. pec. vbi decla-
ratur procedere in præiudicium tertii, nam in præiudicium ſui poteſt ex pluribus, quę
ibi deducit, & hinc infertur, quod non valet ſtipulatio concepta per A. & B. *Iaſ. in d. l. ſi*
quis in fundi, & Dd. in rub. ff. de verbor. oblig. non alia ratione, niſi quia contrahentes, non
poſſunt fingere, quod A. ſignificet promittis, vel dabis B. verò promitto, vel dabo. Si-
23 mulatio autem videtur eſſe † ſolius hominis, hinc contractus ſimulati, hinc colluſio-
nes, quæ fiunt in indicio, hinc ſimulationes; quæ fiunt in teſtamentis; omnes namque
proficiſcuntur ab homine, nunquam à lege, quæ fraudem, deceptionemqne nunquã
committit, immo eas in quantum poteſt vlciſcitur ſeueritate pœnarum hinc *Terent.*
in Adelphis, ſimulare certe eſt hominis, Contra monet text. in *l. ſi Ancillã de contrab. empt.*
vbi Imp. quod verbo ſimulationis dixerat, paulo infra figmẽti nomine, enũciat, in ver-
ſiculo poſtea ſe ſimulauit accepiſſe, tituli falſi figmẽtum donationis dominium aufer-
re non potuit *c. 2. de tempor. ord. lib. 6. ibi figmento quaſito.* ſecũdo adſtipulatur, quod fingit
non ſecus, ac Lex per tex. in *l. Cum hi. §. tranſactionis ff. de tranſact.* ibi fingi enim lites po-
terunt & *Iaſon. in. d. l. ſi quis in fundo numer.* 5. & ſequent. ait hominem fictionem declara-
tiuam inducere, quare contractus ficti, & ſimulati promiſcue dicuntur, ſicut & ima-
ginarii, *Dec. & Cagnol. in l. imaginaria. ff. de reg. iur.* Porro autem vt dirimatur hæc contro-
uerſia præmittendum eſt, hoc verbum fingere à quo fictio deducitur † plura ſignifi-
care & primo fingere importat componere & formare, *Saluſt. in Catilina*, quæ à natura
ventri prona, & obedientia finxit, & *Cic. 1. pro Sexto Roſcio Amerino* conficta ſunt multa à
poetis, vt effictos noſtros mores, expreſſamque imaginem vitæ, quotidie videremus;
& *Horat. de arte Poetica.*

Ficta voluptatis cauſa, ſunt proxima veris.

Secundo fingere idem eſt, quod ſimulare, quippe dum ſimulamus, rem ita componi-
mus, vt vera his videatur, quibus volumus illudere, & ita ſumitur in *d. l. cum hi. §. tranſ-*
actionis, & d. l. ſi ancillam, & in his terminis idem eſt fictio & ſimulatio, & in hoc ſenſu di-

Digitized by Google

cuntur contractus ficti, & ſimulati, ſecundum quoque hanc ſignificationẽ homo di-
citur fingere, non lex, cuius natura eſt ab omni fallacia, atque ab omni impoſtura re-
25 mota, & ita accipiendus eſt locus *Terent.* ſimulare certe hominis eſt. † Tertio fingere,
eſt diſponere, & ſtatuere aliquid conrra veritatem, vt accidit, quando lex Cornelia
fingit eum, qui deceſſit apud hoſtes vna hora ante captiuitatem deceſſiſſe *§. ſi inſt. quib.
non eſt permiſ. fac. teſtam.* Dd. in *§. item ab hoſtibus inſt. quibus mod. ius patria poteſt ſoluit*, & in *l.
ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.* ſicut etiam vſu venit quando reuerſus ab hoſtibus finga-
tur ſemper in ciuitate fuiſſe *dict. iuribus.* Quæ ſignificatio fictionis proprie pertinet ad
legalem facultatem, & aliis ſcientiis minime eſt communis, nec mirum ſingulæ ſi ar-
tes, & facultates, præcipua quædam, & ſingularia verba habent, & iſto modo accepta
26 fictio, longo interuallo diſtat à ſimulatione, diuerſa † etenim eſt vtriuſque definitio, i-
gitur diuerſa ſubſtãtia, cum definitio, vt placet Dialecticis ſit oratio, quod quid eſt de-
monſtrans, ſimulationis definitio, quæ ſit perſpicuũ eſt ex antedictis, quę vero ſit defi-
nitio fictionis, explicat *Alciat. de præſumpt. in pr.* fictio eſt legis aduerſus veritatem in re
27 poſſibili ex iuſta cauſa diſpoſitio differt à ſimulatione in cauſa † efficienti, quia fictio à
lege eſt, numquã ab homine *gloſſ. magiſtr. in § hæc ſolemnia in verſ. quibuſcunq. inſt. de verb.
oblig. Bart. in l. ſi forte. ff. de Caſtr. pecul.* Nec vim habet, quod dictum eſt ſupra de fictione
declaratiua, quoniam, vt inquit *Iaſ. d. loco*, nõ eſt proprie fictio, natura enim fictionis eſt
inducere. Nec etiam officit, quod homo videatur fingere, vt in Aquiliana ſtipulat: &
in aliis in quibus fingitur ſtipulatio aut hypotheca *l. 1. C. de vxor. act.* nam, aut in prædi-
ctis caſibus eſt fictio legis, aut ſi eſt hominis, eſt ex authoritate legis, & ideo legi nõ ho-
mini adſcribendum eſt quamuis non ſit abſq; controuerſia, an homo cum authorita-
te legis poſſit fingere, vt patet ex *Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore n. 172. cum ſequent. & in l. ſi ita
ſtipulatus fuero ſi Titius n. 2. ff. de verb. oblig.* differunt in cauſa materiali ex dicto, vel facto
tamquam ex ſua materia ſimulatio progreditur, fictio ex facto tantum naſcitur, *Iaſ. d.
loco n. 217.* Rurſus in cauſa formali, quandoquidem forma eſt fictionis contra veritatẽ
ex iuſta cauſa, ſimulatio contra veritatem ex iniuſta plerumque cauſa, ſicut plerumq;
mala eſt, tandem in cauſa finali, ſi quidem fictio ad publicam vtilitatem tendit, vt in
poſtliminio in *l. Cornelia*, in tacita hypotheca pro dote. Simulatio vero, aut in damnum
alterius, quando ſcilicet mala eſt, aut ad priuatam vtilitatem quando bona eſt.

Quæſt. 158. Quæro an differat ſimulatio à Colluſione, & ſane differt, vt ſpecies à
28 genere, etenim † colluſio, quædã ſimulatio eſt, quæ fit in iudicio, vnde *Bald.* in ſua defi-
nitione dixit ſimulationem, etiam colluſionem appellari, cum ſimulatio præterea, &
in contractibus, & in vltimis voluntatibus fiat, vt palam eſt ex antedictis. Colluſio fit
29 ſemper † in iudicio aut ciuili, aut criminali, *vt ff. & Cod. de colluſ. detegenda c. criminis extr.
eod. & in l. ſi ſuſpectum. ff. de inoff. teſt. l. & eleganter. § ſi dolo ff. de dolo malo l. niſi. ff. de adulter.
l. 1. § prævaricat. ff. ad Turpilian. l. ſed addes. ff. locat. l. ſi ſeruus. ff. de leg. 1.* eſt autem colluſio la-
tens, & fraudulenta conuentio, per quam alter in iudicio ſe permittit ſuperari: *Hoſtien.
in tit. extr. de colluſ. deteg. vbi n. 2.* declarat etiam, qui collationẽ faciant, & præcipuè ſunt
aduocati, & procurarores, qui ſe in lite ſuperari patiuntur, *Azo in tit. C. eod.* & quomo-
do puniatur aduocatus dicitur in *§. notandum 2. quæſt. 3.* & quomodo procurator in *l. e-
leganter § pen. ff. de dolo.* Colludit etiam principalis perſona quæ in iudicio prouocauit,
vel prouocata eſt, in cauſa ciuili eſt *tit. ff. de colluſ. deteg.* in cauſa criminali *tit. ad ſenatuſc.
30 Turpilian.* † fit etiam colluſio in cauſa beneficiali, *c. audiuimus extr. de colluſ. detegend.* vbi
ponitur aduerſus colludentes pœna priuationis beneficii.

Poſſent equidem plures, & illæ præclaræ quæſt. tractari ad ſimulationem perti-
nentes, ſed quoniam propoſitum noſtrum eſt de dolo, non de ſimulatione peragere
ſatis habeo hæc pauca de illa, tanquam de vna Doli cognata expoſuiſſe, in
reliquis ad Barth. Cæpollam, lectorem cupidum relego; ne vi-
dear, tanquam in vtre, velle congregare a-
quas Maris.

Finis Libri Quinti.

LIBER

LIBER SEXTVS ET VLTIMVS,

DE REGVLIS DOLI.

De Regulis Doli Affirmatiuis.

1 *Ratio cur Auctor, nouiſſimo loco, librum regularum collocauerit.*
2 *Regula ius non conſtituit, ſed ex iure quod eſt regula ſumitur.*
3 *De quacunq; re verificatur, aut negatio, aut affirmatio.*
4 *Regulæ omnes, aut negatiue, aut affirmatiue concipiuntur.*
5 *Ab regulis affirmatiuis ducit Author exordium.*

VT ea, quæ ad materiam doli pertinent omnia (ſi fieri poteſt) hoc
1 tractatu comprehendantur, † aut ſaltem, quod proximum eſt
pauciora prętereantur in eo, cōſtituimus nouiſſimo loco, cunctas,
quas licuit regulas doli colligere; atq; collectas, quatenus exiguæ
ferent noſtræ vires exponere, earum enim generalitate ſpeciales
quoq; doli caſus, quaſi digito oſtendamus, argumento *l.1.ff.de leg.
præſt.l.1.§ qui autem.ff.de Aleat.l.antiquitas.C.de vſufruct.* Poſtremū
verò locum his aſſignauimus compilatores tum pandectarum, tum decretalium imi-
tati, qui in fine operis titulum de regulis iuris poſuerunt, quippe cum regula ius non
2 † conſtituat, ſed ex iure quod eſt regula fiat. *l.1.ff.de reg.iur.* prius eſt iura doli exponere,
mox regulas quæ ſumunt ex illis explanare. Porro autem cū vulgatis illa philoſophā-
3 tium aſſertio, de quacunq; re † verificatur aut negatio, aut affirmatio, præcipue
4 locum habeat in regularum compoſitione: † ſiquidem nulla eſt, quæ affirmatiue non
ſit, aut negatiue cōcepta; hoc ordine in regulis doli explicādis procedemus, vt ſc. prio-
5 ri loco regulas † affirmatiuas, poſtea negatiuas afferamus; offert autem ſeſe nobis illa

REGVLA PRIMA.

Dolis & Malitiis eſt obuiandum.

1 *Hæc regula iure ciuili, et canonico probatur.*
2 *Dolus ſua natura lædit.*
3 *Melius eſt occurrere, quā poſtea vindicare.*
4 *Quintiliani dictum.*
5 *Maritus non cogitur alteri, quam vxori dotis reſtitutionem promittere.*
6 *Interdictum, de aqua quotidiana æſtiua & interdictū de itinere actuq; priuato, debet intelligi, vt nō cōpetat cū alteriꝰ incōmodo.*
7 *Aduocatus habens bonā cauſā, quando poſſit ad victoriā vti fraudibus, atq; malitiis.*
8 *Iudex ad eruendam veritatem quando poſſit vti ſimulationibus.*
9 *Promittens alicui præmiū, ſi furē indicaret, & is ſe ipſum prodiderit, poteſt per exceptionem repelli ſi præmium petat.*
10 *Qui non poteſt rem ſuam ab alio recuperare non punitur ſi aliam rem, tanti valoris eidem ſurripuerit.*
11 *Damnū, ex aliena fraude nobis imminens, poteſt pari fraude euitari.*
12 *Requiſitus de proditione poteſt facere tractatum duplicatum.*
13 *Si vnus ex coniugibus fidelibus deuiauerit à fide, non ſoluitur matrimonium.*
14 *Quandoq; non licet fraudibus occurrere.*

1 DEducitur † *ex l.in fundo alieno ver.* neq; malitiis. *ff.de rei vend.ex c.ſedes Apoſt.§.nos i-
gitur, ext.de reſcript.ex c.deteſtanda de ꝓſump.in 6.ex c.cū dilecti ext.ꝙ metus cauſa,* ibi cū
periutiis non ſit via aperienda, ita fit, vt iure ciuili ꝓbetur, atq; canonico, nec equidem
2 iniuria; nā cū dolus ſua natura lędere † ſoleat, & damnū inferre. *l.1.in pr ff.de dolo* melius
3 eſt occurrere, q̄ poſtea vendicare, † & vt ait Quintilianus prudētius eſt cauere, ne vul-
4 nera fiant, q̄ † deinde facta medeātur; cicatrices, enim obducūtur, & damnū, illatū nō
poteſt ad vnguē emendari; proinde reip. intereſt dolis occurrere, ex iā deductis legib.
Probatur p̄terea hæc regula, à *gl.in d.l.in fundo* nec nō à *Decio & Cag in l.ea eſt natura.ff.de
reg.iur.à Marſ.ſing.177.incipit malitiis ab* Ancar. *conſ.333.col.2.Ang.conſ.66.col.1.Socc.ſen.cōſ.
108.n.11.vol.1.Moron.de tregua, & pace quaeſt.*110.*Hercul.d.caut.de nō offend.c.18.n.11.* Infer-
5 tur primo ex hac reg, *ad l 2 ff.ſol matr.* nēpe, quod maritus † timens aliquod incōmodū,
non cogitur dotis reſtitutionē, alteri, quā vxori promittere. Secundo infertur ad *l.1 §.
6 illud Labeo dicit.ff.de aqua quotid.& æſtiua,* quod nimirum † illud interdictū, vna cū illo, ꝙ
dicit de itinere, actuq; priuato; ita eſt exaudiendū, vt non ſit cum alterius incōmodo; id
quod confirmatur ex *l.ſicut ver. per medias.ff.de ſeruit.* in qua definitur, quod habens viā
per fundū alicuius, ad fundū ſuū, neq; ꝑ villā ipsā, neq; ꝑ medias vias ire agere ſinēdus

Ooo 4

eſt,cum id æque commode per alteram partem iter facere poſſit, cum minori ſeruientis fundi detrimento,quædam enim ait tex.in ſermone tacite excipiuntur,vt ſic cō-
7 uentio ciuiliter intelligatur; Infertur tertio ad † Aduocatum,cui in bona cauſa licet fraudibus vti,niſi poſſit aduerſarium aliter ſuperare *Cag.in d.l.ea eſt natura*,vbi pulchrè declarat quo modo hoc ſit accipiendum,*ff.de reg.iur.Marſ.ſing*.177.*nu*.1. & nos copioſe diximus *in lib*.1.*in tract.doli boni.*

8 Infertur quarto ad iudicem,qui ad eruendam veritatem† poteſt vti ſimulationibus,quemadmodum feciſſe Salomonem,inter mulieres de filio contendentes memoriæ proditum eſt,& obſeruaſſe *Alex*.3.*Senenſem Pontificem*,vt Simoniacum Epiſcopum puniret conſtat inter omnes; Quemadmodum nos dicto loco copioſius expoſuimus. Infertur quinto ad ſingulare dictum Vberti de Bobio *in l.ſi pro fure.ff. de condict.furt.Ioann.Andreæ in add.ad Specul.in Rub.de furt.*Dicunt enim quod ſi paſſus furtū
9 † promiſerit Titio 10.ſi fures indicauerit, & is,cum aliis furibus ſe ipſum manifeſtauerit,non poteſt agere ad obſeruantiam facti,nam replicatione elidetur exceptio,cōceſſum eſt enim vti dolo,ad occurrendū dolis;Et *Marſ.citato loco* ait eſſe ſingulare verbum,& perpetua memoria dignum, ſiquidem quotidie occurrit aliquod furtum,& ſæpe fiunt acclamationes,quod indicanti furtum, parcetur,ſi erit de ſociis, ſolent tamen,qui huiuſmodi promiſſiones faciunt,maxime principes eas opere implere, licet de iure non teneantur,eo ſcilicet conſilio;vt,& in aliis emergentibus caſibus inueniantur,maleficiorum denunciatores ſpe impunitatis propoſita; puto etiam politicam eſſe rationem,quia expedit Reip.vni facinoroſo parcere,quo ab aliis pœna ſumatur, quam omnes impunitos euadere,nemine eos detegente;conferunt,quæ tradit *Iaſo.in l.conuentionum.ff.de pact.* Infertur ſexto ad doctrinam Innocent.*in c.eam olim & 2.de*
10 *reſtit.ſpoliat.*quem ibi ſequitur Antonius,nempe quod ſi † non poſſum rem meam à te recuperare; licet aliam rem,æquiualentem furtim à te recipere per tex.*in c.dominus noſter.23 quæſt.2.*& ita Hebræi auferentes Vaſa Ægyptiorum illis non fecerunt iniuriam, quippe receperunt pro incommodis, & damnis,Quæ acerbe nimis in ea terta cōmorantes ſuſtinuerunt *Cag.in l.iure natura.ff.de reg.iur.*Quod dictum probat *Florian.in leg. itaque.ff.ad Aquil.* in qua bonus eſt tex.cum aliis citatis à *Marſ d.ſing.*177.*num*.6. Infertur ſeptimo ad *l.cum pater.§ Titio fratri ad leg*.2 & ad alia iura,de quibus *gloſſ.in d.§.Ti-*
11 *tio.in verbo excluſerit* Quod ſcilicet damnum ex aliena fraude † nobis imminens, po-
12 teſt pari fraude repelli, & ideo requiſitus de proditione † poterit facere tractatum duplicatum. *Lupus in c.per veſtras.§.is de donat.inter vir,& vxor.Lucas de Penna in l.vni.C.vt armorum vſus verbo vſum in bello lib*.11.Quoniam qui fallit,ne fallatur, vtitur prudentia *l.fin.de auri pondo lib*.10.*Bald.conſ*.142.*volum*.1.*Nicolaus Moron. de Treg. & pace quæſt*.120. *num*.13.Infertur octauo quod aduerſus calumniam,licet ſe defendere cum calumnia, *gloſſ.in c.capientes* in verbo malignantium extr.de clectio. *Marſ.d.ſing*.177.*in princ*. No-
13 no infertur *ad c.quanto extr.de diuort.in quo* ſi ex duobus fidelibus †coniugatis vnus deuiauerit à fide,non propterea ſoluitur matrimonium;ratio eſt,vt obuietur malitiis,ne quis fingat hæreſim,vt eius vxor alteri nubat; & ipſe poſtea reuerſus ad fidem aliam pulchriorem ducat vxorem.Declaratur autem hæc regula per *Soc.Senio.conſ*.108.*num*. 11.*verb.nec etiam obſtat volum*,1.vt non procedat quando lex non prouidet fraudibus,
14 vel dolis,eo ſiquidē caſu nō licet †noſtro marte dolis occurrere.lex enim facit multas diſpoſitiones,vt malitiis obuiet,non tamen omnibus obuiat; & tunc quando deficit iuris remedium,non licet nobis remedium inuenire,vt ecce lex nō inuenit auxilium in alienatione ex titulo oneroſo facta in fraudem legitimæ parentum, ita vt reſcindatur.*l.non vſque vbi Bart.ff.ſiquis à parent.fuer. manu.*cum aliis,quæ deducit *Soc.d.n*.11. Similiter,non obuiatur omnino fraudi, quā faceret libertus in fraudem patroni ex cauſa oneroſa.*l.*1.*§ ſiquid in fraudem,& §.ſi mutuam.ff.ſiquid in fraud.patron.* Non reuocatur venditio facta in fraudē creditorū,quoties emptor non fuit particeps fraudis, *l.qui §. edictum.ff.quæ in fraud.l.ait prætor.§.quod ait eo.tit.*Plane his caſibus,cum aduerſus fraudē,nō ſit remediū iuris proditum,non cōceditur nobis aduerſus eā auxiliū inuenire.

REGVLA. 2.

Dolus ab omni Diſpoſitione cenſetur ſemper exceptus.

1 *Ex quibus legibus reg.ſumatur.*
2 *Quæ ſit huius reg.ratio.*
3 *Legiſlatoris,Teſtatoris,contrahentiumq́; mens,creditur à dolo eſſe aliena.*

4 Contra

4 *Contra donationem inſinuatam poteſt opponi exceptio doli.*

5 *Conceſſo, in iudicãdo libero arbitrio, nõ præſumitur conceſſũ alicui, vt doloſe iudicet.*

6 *Voluntas teſtatoris in liberum alicuius arbitrium collata intelligitur. Dummodo dolus abſit.*

7 *In libera adminiſtratione conceſſa filio*
8 *In promiſſione de rato*
9 *In delegationis reſcripto, etiã generali*
} *cenſetur dolus exceptus.*

10 *Procurator ad emendũ conſtitutus, non poteſt pro ſe emere, & dominum obligare.*

11 *Statutum prohibẽs reductionẽ laudi, ad arbitrium boni viri, non habet locũ, quãdo in laudo adeſt dolus re ipſa, vel ex propoſito.*

12 *Ampliatur etiam: ſi is, qui fecit compromiſſum iuraſſet non contra venire.*

13 *In generali remiſſione, & renunciatione cenſetur dolus exceptus.*

14 *Vtrum hæc regula intelligatur, tam in dolo vero, quam in dolo præſumpto.*

15 *Filia renunciant ſecundũ diſpoſitionẽ* c. quamuis de pact. in 6. *poteſt renunciationi cõtrauenire quoties grauiſſime læditur.*

16 *Iuramentum non confirmat contractum ſtante grauiſſima læſione.*

17 *Dolus præſumptus eſt proprie dolus.*

18 *Dolus præſumptus reſcindit conuentionem, ſicut dolus verus.*

19 l. fin. C. ſi maior factus. *&c. procedit tantum in vero dolo, & quæ ſit ratio.*

20 *Hæc regula procedit etiã in dolo præſumpto.*

21 *Limita, niſi ſpecialiter inueniatur diſpoſitum contrarium.*

22 *Vel niſi aperta ratio differentiæ inter vtrumq; dolum reperiatur.*

23 *Alia limitatio remiſſiue.*

1 SVmitur † hæc regula *ex* §. *Lucius creditor ff. mand. ex l. ſi pater ff. quæ in fraud. cred.* dum in principio tex. exprimitur in mãdato contineri ea tantum, quæ ex fide geſta ſunt, in ſecundo autẽ definitur, in libera peculii adminiſtratione filio à patre conceſſa, non
2 contineri, vt in fraudẽ creditorũ alienationẽ faciat: † Ratio in qua velut in fundamento regula collocatur, deducitur a veroſimili mente diſponentis, *Cephal. cõſ. 121. n. 8. ver. quinta ſit lib. 1* & aperte dicit *in l. ſi libertus ita iurauerit*, ibi & fere ea mens eſt, & ibi quia
3 ſperarẽt recte arbitraturum, *ff. d. oper. libert.* etenim ſiue legislatoris ſiue † teſtatoris, ſiue cõtrahentiũ mentẽ in diſponẽdo ſpectemus, alienã à domo cognoſcemus, ſiquidẽ lex eſt ſanctio ſancta, iubẽs honeſta, ꝓhibens cõtraria, præceptrix faciendorũ, prohibitrix non faciendorum. *l. 2. ff. de legib.* ideo dolum coercet. *l. 1. ff. de dolo.* Teſtator etiam relinquens liberationẽ ab adminiſtratione, non creditur de his, quæ dolo geſta ſunt intelligere, *l. Aurelio. §. cuius. ff. de liberat. leg. Socc. conſ.* 139. *n. 16. vol.* 1. contrahentes etiam tranſigendo, non videntur dolum remiſiſſe. *l. actione. C. de tranſact. l. tres fratres, & ibi Bart. ff. de pact. & Socc. allegato conſ.* ratio rationis eſt quoniam dolus eſt delictum *Iaſ.* in §. *item ſi quis in fraudem Inſtit. de actio.* nemo autem præſumitur delinquere, *l. merito. ff. pro Socio* probãt hãc regulã *Alex. conſ. 139. vol. 7. & conſ. 58. vol. 3. Rom. conſ.* 34. *Barb. conſ. 42. vol. 1. & conſ. 70. vol. 4. Pariſ. conſ. 95. volu. 2. & conſ. 107. libr. 3. Ruy. in l. 1. num. 16. ff. de nou. oper. nunc. & conſ. 18. num. 28. infra volum. 2.* Infertur autem primo loco de hac regula; quod con-
4 tra donationem † quamuis inſinuatam poteſt opponi exceptio doli, *Rimi. iun. in primo.*
5 §. *nu. 200. Inſt. de donat.* Secundo infertur quod conceſſo † ad iudicandum libero arbitrio, non creditur, cuiquam conceſſum, vt doloſe iudicet, proinde de dolo tenebitur; ratio eſt, quia in tali arbitrio non cenſetur conceſſum, quod eſt contra bonos mores, *Ang. in l. ſi à milite. §. poſt electionẽ. ff. de milit. teſtamento*, ſicut eſt doloſe ferre ſententiam, veluti ſi enormiter aliquem læſiſſet ex litigantibus, ſuccedit enim eo caſu præſumptus dolus *Bald. in Rub. de pœnis Iud. qui male iudic. num. 2.* Confirmantur prędicta, ex his; quæ
6 tradit, *Bart. in l. 1. n. 63. C. de ſacro Eccleſiis*, teſtatoris nimirum voluntatem † in liberum alicuius arbitrium collatam intelligi, dummodo dolus malus abſit. *Gabriel. conſ. 158. nu.*
7 *62. vol. 2.* hinc dixit *Socc. in l. cum filiofamilias nu. 1 ff. de verb. oblig* quod ſi pater † concordat filio liberam adminiſtrationem peculii cenſeri exceptum dolum malum. Promiſ-
8 ſio quoq; de ratificando, intelligitur, † dummodo eſſet dolus malus, *Socc. d. conſ. 119. n.*
9 *vol. 2.* in delegationis † etiam reſcripto, licet contineatur, vt ea poſſit delegatus explicare, quæ delegans, ſubauditur tamẽ amoto dolo, neq; enim male agere videtur in de-
10 legatione conceſſa. *Dec conſ. 143. n. 3.* Infertur etiã q. procurator † conſtitutus ad emendũ, nõ poſſit ipſe emere, & dominũ obligare pro facto ſuo ꝓprio, nã procurator, qui ex natura officii debet tractare negocia domini: ſua propria gerẽs videtur eſſe in dolo, & dominũ nõ obligat ſicq; dẽ mandatũ intelligitur, vt dol⁹ abſit *d. l. creditor. §. Lucius & Dec. in terminis conſ. 491. n. 11.* Infertur præterea quod licet † ſtatutum, vt Senis extat in Curia

Mercatorum prohibeat reductionem laudi, ad arbitrium boni viri, licet tamen per-
re ob enormiſſimam læſionẽ, quæ dolum arguit, nedum reipſa, ſed etiam ex propoſito
arg. *l. ſi ſuperſtite C. de Dolo Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum ff pro Socio* ſtatutum autẽ ca-
ſu doloſum non comprehendit, *Ceph. conſ. 137. n. 6. vol. 1.* vbi *Corn. Socc. Cran.* eius ſenten-
12 tiæ aſſertores adducit, tradit etiam *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 13. nu. 13.* adeo † vt iura-
mento etiam non obſtante, habeant contradicendi poteſtatem, ne iuramentũ ſit ini-
quitatis vinculum *Dec. conſ. 89. n. 5. & 6. Feder. de Senis conſ. 199. & 194.* Infertur inſuper
13 in generali renunciatione † cẽſeri dolum exceptum, quod cum diſtinctione declarat
eſſe verum *Socc. conſ. 159. n. 29 vol. 2.* Porro autem hic ſeſe offert pulchra diſputandi oc-
caſio; nam duplex eſt dolus verus, & præſumptus, vt in *lib. 2. in 1. diuiſione* doli copioſe
14 expoſuimus, quæro an † hæc regula procedat in vtroque dolo, ita vt non modo verus,
ſed etiam præſumptus dolus cenſeatur ab omni diſpoſitione remotus. Et quidem po-
tior videtur ſententia affirmatiua, ex his, quæ tradit *Curt. Iun. conſ. 50. n. 8* conſulit enim
quod alienatio facta a minore non obſeruata forma ſtatuti Tridẽtini de contract. mi-
nor. non confirmatur ſolo temporis curſu, minore ſcilicet effecto maiore per *l. vltimã.
C. ſi maior factus*, ea ratione, quod in eiuſmodi contractu dolus eſt præſumptus, qui cre-
ditur, ab omni cõſtitutione remotus, *Rom. conſ. 54. & Barbat. conſ. 70. col. 3. & 4. vol. 3.* ſuf-
fragatur 2. quod tradunt Cano. maxime *Abb. in c. cum contingat col. 8. verb. quartus caſus*
15 *& verb. nonus caſus, & col. vlt. de iureiur.* † *Butr. conſ. 46.* iuris rigor *Abb. conſ. 107.* quatuor
ſunt in ſecundo dubio *lib. 2.* nimirum diſpoſitionem *c. quãuis de pact. in 6. & 7. c. cum con-
tingat*, in vtroq; dolo vim ſuã obtinere, & hanc ſententiã ſemper fuiſſe obſeruatã tan-
quam æquiorẽ dixit *Afflict. deciſ. 322. n. 11. & 12.* & ſecundum illas conſtitutiones cõfir-
16 matur læſio mediocris, non † exceſſiua, quam grauiſſimã Dd. appellant, imo, nec eam
roborari tradidit *Dec. in c. cauſam matrimonii n. 5. in fin. ex d. off. deleg. Ancar. Calder. Butr.*
& ſe ipſum allegans *conſ. 36.* accedunt plures cumulati à *Marſ. ſing. 673. n. 4. Ceph. conſ. 173
vol. 1.* Ex aduerſo *Socc. in l. cum filius fam. n. 1. de verb. oblig. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 18. n.
13. & de recup. poſſ. remedio 15. n. 179. vſq. ad n. 182. Simon. de decret. lib. 3. tit. 9. n. 32. verb. item
etiam*, dicentes in terminis *d. l. 1. C. ſi maior factus* eam conſtitutionem procedere in ve-
ro dolo, non in præſumpto, & ita reg. noſtrã eſſe accipiendã, id quod probatur vltra i-
pſos, quoniam verba in dubio ſunt intelligenda in caſu vero, non in ficto, vel præſum-
pto *l. 3. §. hæc verba ff. de neg. geſt.* Procliuior, tamen ſum in priorem ſententiam, motus
17 quoniam dolus prẹſumptus eſt, etiam ſicut verus † proprie dolus, ſicut perſpicuum eſt
ex his, quæ diximus *ſup. lib. 2. in 1. diuiſ. doli.* ſum etiã adductus ex paritate rationis, quip-
18 pe dolus præſumptus ex grauiſſima læſione ſurgens, reſcindit † conuentionem, nõ ſe-
cus ac dolus verus; nec profecto refragatur ſententia *Menocch.* ſiquidem generalis non
19 eſt, ſed reſtringitur ad terminos *d. l. 1.* Quæ non † militat niſi in dolo vero ſpeciali ratio-
ne, nempe quia ſi procederet in dolo præſumpto, eſſet prorſus inutilis, & maneret ſine
effectu operandi; quoniam vbi ſolemnitas in contractu non ſeruatur, dolus præſum-
ptus reſultat *c. qui contra iura de reg. iur. in 6. l. 2. & ibi gloſſ. & Bart. C. de fide inſtrum. & iur.
haſt. a. fiſcal.* Qui ſi curſu temporis, & per maiorem ætatem, non ratificaretur, nunquam
eſſet locus illi conſtitutioni, per quam contractus à minore geſti ſine ſolemnitate per
20 temporis curſum validatur, cui conſequens eſt. *Curt. d. conſ. 50.* male conſuluiſſe, & eũ
21 nuncupatim reprobat *Menocch. de remed. 15. n. 187.* remanet † itaque concluſio noſtrã
22 hanc reg. obtinere etiam in dolo præſumpto, niſi † ſpecialiter reperiatur deciſum cõ-
23 trarium *d. l. 1.* vel niſi in aliquo caſu † inueniretur aperta differentiæ ratio inter vtrum-
que dolum. Limitat † reg. noſtram *Gabriell. conſ. 99. n. 18. & 19. vol. 2.* vt procedat in ne-
gociis, quę mandato alterius geruntur, non ſi quis diſponat de re propria, vide eum af-
ferentem exempla.

REGVLA 31.

Dolum facere, & locupletari cum alterius iniuria æquiparantur.

1 *Ex quibus iuribus reg. deducatur.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Dolus aduerſatur Naturæ.*
4 *Ciceronis locus.*
5 *Altera ratio regulæ.*
6 *Actio doli datur etiam contrà illum, qui locuple-*

locupletatur cum alterius iniuria.

7 *Hæres tenetur de eo, quod ad eum peruenit, ſi factus eſt locupletior.*

8 *Actio doli datur etiam contra Eccleſiam factam locupletiorē, cum alterius iniuria.*

9 *Statutum tollens exceptionem, non cenſetur tollere illam, ne quis locupletetur cum alterius iniuria.*

10 *Non poteſt renuntiari huic exceptioni, ne quis locupletetur &c.*

11 *Contra eum, qui factus eſt locupletior cum alterius iactura iuratur in litem.*

12 *Minor factus locupletior, cum aliena iactura, non reſtituitur.*

13 *Actio doli, quæ datur contra locupletatum cum alterius iniuria, non extinguitur biennio.*

1 ELicitur præſens regula † ex *l. ſi quis mancipiū. §. fin. ff. de inſtit. actio.* ibi nam videri mē
dolum facere, qui ex aliena iactura lucrum quæram, ex *l. 3. § ſi ſeruus pupilli. ff. de tri-*
2 *but. act. ex l. ſi ex dolo, §. pen. ff. de dolo. ex l. in hæredem cum l. ſeq. ff. eod. tit.* Ratio † vero regu-
læ videtur, quia ſicut dolus aduerſatur naturæ, *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* ibi hominem
3 homini inſidiari nephas; dolus enim inſidiatur † homini, ita veritas eſt amica naturæ,
doli vero proprium eſt ſimulatio, *l. 1 ff. de dolo,* ita etiam contra naturę æquitatem eſt a-
liquem cum alterius iactura fieri locupletiorem, *l. nam hoc natura. ff. de condict. indebit. l.*
4 *has conditio. ff. eod. tit. C. locupletari de reg. iur. in 6.* † *& Cicero 3. de officiis ait.* Alterius incom-
modo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quam mors, quam pau-
pertas, quam dolor, quā cætera, quæ poſſunt, aut corpori accidere, aut rebus externis.
5 altera † ratio videtur, quoniam qui ditatur cum alterius iniuria, rem tenet ſine cauſa,
proinde reipſa eſt in dolo, non ſecus ac ille, qui rem petit ſine cauſa, *l. 2. §. circa. ff. de ex-
cept. dol. l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obligat.* vbi *Roma. & Iaſon.* probant, citant hanc regu-
lam *Calcan. conſ. 73. Zaſ. conſ. 4 num. 22. lib. 2. Iodoc. in ſuo tract. Parimu. vel ſimil. in ver.* do-
lus expreſſus *Petrus Loretus in l. ſi me, & Titium. ff. ſi cert. pet.* infertur primo ex hac regu-
6 la, quod ſicut actio doli præſtatur contra eum, qui dolo fecit, ita, & contra eum † con-
ceditur, qui locupletatur cum alterius iniuria, *l. Sabinus cum gloſſ in verb. oportere. ff. de
dolo. l. 1. § in pupillo. ff. de poſit.* vbi *Bart.* ſummat, pupillus tenetur de dolo, quatenus eſt fa-
7 ctus locupletior. *Calcan. d. conſ. 78. num. 44. doct.* vbi *ſupra l. 1. §. 1. de author. tutor. Dec. in l.
iure naturæ. ff. de reg. iur.* Secundo infertur, quod hæres de eo quod ad eum † peruenit, id
eſt, de quo factus eſt locupletior actione doli conuenitur perinde, ac ſi dolum ipſe fe-
ciſſet, *l. ſi plures in fin. l. in hæredem cum l. ſequenti ff. de dolo.* Tertio infertur quod actio do-
8 li præſtatur etiam contra † Eccleſiam quæ ſit facta ditior, cum alterius iniuria gloſſa in
*authent. qui res. C. de ſacro Eccleſiis, in verb. cum Bald. in l. iubemus. § ſane in prin. C. de ſacro. Ec-
cleſiis in l. ſi prædium. C. de præd. minor. Alexan. conſ. 40. libr. 3. Dec. in d. l. iure natura num. 2.*
9 *ff. de reg. iur.* Quarto infertur quod ſicut † ſtatutum tollens exceptionem nō cenſetur
tollere exceptionem doli, ex allegata regula, quod dolus præſumtus ab omni diſpoſi-
tione cenſetur remotus, & quia malitiis non eſt aperienda occaſio, *leg. in fundo. ff. de rei
vend.* ita non creditur tollerę illam, ne quis locupletetur, cum alterius iactura, etenim
licet hoc caſu iudicis officium implorare, not. *Bar. in l. plane in fin. ff. de petit. hæred. Abbas*
10 *in c. ex parte, extr. de offic. deleg. Dec. d. reg. nu. 3.* Quinto infertur, quod ſicut † non poteſt
renunciari actioni doli futuri, *l. ſi vnus. §. illud ff. de pact. l. iuriſg. §. adeo. ff. de pact.* & latius
diximus, *l. 2 in tit. de futuro dolo.* ita quoq; non valet renunciatio; ne quis locupletetur
cum alterius iniuria, ratio eſt, quoniam nemo ſe poteſt purgare aduerſus reg. *l. nam hoc
natura. ff. de cond. indebit.* quæ futurum tempus reſpicit, *Iodoc. de loco,* quemadmodum à
contrario poteſt inferri; quod cum valeat renunciatio doli preteriti, *l. actione. C. de trāſ-
act.* poterit pari ratione expreſſe renunciari huic actioni, poſtquam aduerſarius eſt fa-
ctus ditior; quippe poſſum Titio donare, quod detinet, cum meo detrimento. Sexto
11 poteſt inferri, quod ſicut contra doloſum iuratur † in litem, *l. arbitrio. ff. de dolo, l. in a-
ctionibus. ff. de in lit. iurant.* ita & aduerſus eum iurabitur, qui factus eſt ditior, cum al-
12 terius incommodo. Septimo infertur, quod vt minor † quando eſt in dolo, non re-
ſtituitur, *l. Diuus. ff. de in integrum reſtitution. l. ex cauſa. §. nunc videndum ff. de minor.* ſic
quoque non eſt reſtituendus, ſi factus eſt ditior, cum alterius detrimento. Limi-
13 tatur † hæc regula quod quamuis actio doli competens aduerſus eum, qui dolum
commiſit, extinguatur, biennio; *leg. fin. & ibi Bartol. & alii. Cod. de dolo,* hæc tamen
actio, quæ datur contra eum, qui factus eſt ditior, cum alterius iniuria durat perpe-
tuo, id eſt, vſque ad 30. annos, *l. in hæredem iuncta glo. in verb. actionem, & l. Sabinus in glo.
in verb. deportare. ff. de dolo.*

REGVLA 4.

Dolus in committendo, maior eſt, quàm in omittendo.

1 *Iura vnde ſumitur hac regula,*
2 *Contra doloſum in committendo probatur intereſſe per iuramentum in litem, ſecus contra doloſum in omittendo.*
3 *Doloſus in committendo tenetur de caſu, quamuis dolus non ſit ordinatus ad caſum, non ita doloſus in omittendo.*
4 Delictum in faciendo *grauius eſt quàm in omittendo.*
5 *Virtus maior eſt in faciendo; quam in non faciendo.*
6 *Maior virtus eſt agere honeſta; quam turpia non agere.*
7 *Maiori bono, maius malum opponitur.*
8 *Idem operatur propoſitũ in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito.*
9 *Liberatus tutor à reddenda ratione, creditur liberatus etiam à dolo in omittendo.*
10 *Actio doli quæ datur in officiales, & Magiſtratus ob delictum in omittendo non tranſit ad hæredes.*
11 Dolus *in omittendo, quod ſit maior, vel ſaltem æqualis, cum dolo in committendo contra hanc regulam ſolutio remiſſiue.*

1 ACcipitur ex *l. mora* † *iuncta gloſſ. ff. ſolut. matrimon.* quam ibi *Bald.* aureis litteris dicit eſſe ſcribendam, nec non ex *l. vlt C. de Magiſtr. conuen. iuncta, l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. & quod ibi, Cyn. Bald. Saly. Alex. & recentiores notant*, nam probato
2 dolo in † committendo agitur ad intereſſe, eiuſque probatio fit per iuramentum in litem, ſed ſi dolus conſiſteret in omittendo ad probationem intereſſe, non ſufficeret iuramentum partis, ſed eſſet plene probandum, *d. l. argentarius*. Deducitur etiam ex *l. 1. §. ſi rem depoſitam. ff. depoſit.* cum ibi notat. Caſtren. iuncta etiam *l. ſi vrbenda. §. 1. ff ad l. Rhodi. de iactu.* cum not. à *Paulo Caſtr.* quippe habetur in prima, quod dolus in commitendo,
3 facit teneri doloſum de caſu, licet dolus † non eſſet ordinatus ad caſum, quoties autẽ conſiſtit in omittendo, non obligat, niſi fuerit ordinatus ad caſum. Ratio huius regulę eſt, quoniam dolus eſt delictum, vt ſæpius diximus, in delictis autem leuius reputa-
4 tur, quod eſt in † omittendo, & ideo leuius punitur argumento *l. 4. ff. de imper. in rebus dot. l. ita vulneratus. ff. ad l.* Aquil. eaque ratione leges prohibentes tranſigere ſuper criminibus publicis procedunt in his, quæ ſunt tantum in committendo in *l. 2. per gloſ. ibi. ff. ad Sylan. Cyn in l. tranſigere. C. de tranſact. Tiraq. de pœnis cauſa 44. num. 27.* Alia ratio eſt
5 nam virtus in faciendo † maior eſt, quam in non faciendo, *Ariſt. in 4. Ethicorum cap. 1.*
6 inquit virtutis ipſius eſſe potius honeſta † agere, quam non agere turpia, & iura canonica clamant, non ſufficit abſtinere à malo, niſi etiam fiat bonum, *c. de forma 22. quæſt. 5. & Pſalmographus* declina à malo, & fac bonum, nam in altero initium eſt, in altero perfectio facit text, in *l. in illa ſtipulatione. ff. de verb. oblig. confert. text. in c. duo ſunt 12. quæſt. 1.* vbi abſtinentes à malo, præmium non habemus, niſi etiam operemur bonum hinc *Proſper. Aquinatus &c.*

Dignus laude quidem vitam ſine crimine ducens.
Et quæcumq; ſibi, ſint nocitura cauens.
Maior cura boni eſt fratrum releuare labores.
Et ferre optatum triſtibus auxilium.

Si igitur maior eſt virtus in faciendo, è contrario maior dolus in faciendo, cum
7 ex ſententia *Philoſophi 7. Ethicorum* † maiori bono, maius opponatur malum, & con-
8 uenit regul. *l. fin ff. de leg.* Idem operatur propoſitum † in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito *l. ſi ex toto, & ibi Imol. Caſtrenſ.* Alex. *ff. de leg. 1. l. fin. ff. de leg. 3.* Probant, & ſæpe deducunt hanc reg. *Bald. Aret. Imol. Alex. in l. ſi mora ff. ſolut. matr. Bal. in l. legis virtus. ff. de leg.* Dec. *in l. poſthumo col. 5. verſ. præterea magis. C. de bonorum poſſ. contra tabul. & conſ. 37. in cauſa rigoroſa col. 5. ver. ſecunda ratio, Iaſ. in l. 2. col. 4. ver. ſed ego ſtrictius. C. de iure Emphit. in l. qui Romæ. §. cohæredes colum. 5. ver. confirmatur, l. ſi quis iniquum. §. filius meus ff. ſi quis cautio. quamuis idem Iaſ. in d. l. ſi mora* videatur aperte ſentire cõtrarium. Infertur ad conſilium Decii *192. in caſu propoſito col. 2.* vbi per hanc differentiam inter vtrumque dolum pul-
9 chre conciliat † duas opiniones ſuper liberatione tutoris à teſtatore facta de non reddenda ratione, nec de Inuentario faciendo, vt nimirum cenſeatur liberatus à dolo in

omit-

16 omittendo,non in faciendo.ſecũdo infertur,quod actio,quæ datur† contra officiales,
& Magiſtratus ob delictum in omittendo,non tranſit in hæredem *l.Iulian.ff.de ind.* quę
vero præſtatur ob delictum,in committendo,tranſit *l.4.§.vlt.ff.de damno infecto* Bart.
in l.cum par delictum ff.de reg.iur.cum alijs citatis à Tiraq.d.cauſa.44.n.26. Opponitur ad-
11 uerſus hanc reg.quod imo dolus † in omittendo ſit maior,aut ſaltem ęqualis,cum do-
lo in omittendo ex his,quæ tradit *Iaſ.in d.l.ſi mora n.25.* verbo contra iſtam:ſed reſpõ-
de ſecundum ea,quæ diximus *libr.2.in V.diuiſione doli quaſt.2.in fin.* in qua plura lector
inueniet,quæ ad hanc rem ornandam pertinent,præcipue vero reperiet multas nota-
biles differentias,inter vtrumque dolum,omiſſionis,& commiſſionis.

REGVLA 5.

Dolus obligat facientes in ſolidum.

1 *Leges ex quibus regula ſumitur.*
2 *Dolus non poteſt pro parte committi, cum ſit indiuiduus.*
3 *Delictũ obligat delinquentes in ſolidum.*
4 *Hæredes depoſitarii non teneantur in ſolidum de dolo defuncti,remiſſiue.*
5 *Si ex duobus doloſis conueniatur vnus,non liberatur alter.*
6 *Si ex duobus doloſis vnus deſinat dolo poſſidere, eſt in poteſtate decepti directa agere cũ eo,qui poſſidet; vel actione prætoria,cum eo,qui deſiit poſſidere.*
7 *Si vnus ex doloſis non ſit ſoluendo, peruenitur ad alterum.*
8 *Per ſolutionem factam ab vno ex doloſis liberatur alter,& limita remiſſiue.*
9 *Vnus ex doloſis ſoluẽs an habeat regreſſum contra alios.*
10 *Nulla ſocietas eſt maleficiorum , vel iuſta communicatio damni de maleficio.*
11 *Si dolus ſit commiſſus in re diuiſibili,ſinguli teneantur pro parte; ſi omnes ſint ſoluendo.*
12 *Limita in furto quando eſſet ſimul commiſſum à duobus.*
13 *Si procurator meus doloſe egit cum aduerſario meo, vt contra me daretur ſententia, an ſit in mea poteſtate , quem velim ex his conuenire.*
14 *Multum intereſt,an actio doli poſſit purgari actione ex eo contractu, an per ſolam actionem doli.*
15 *Si meus aduocatus cũ aduerſario meo,doloſe egerit,& contra me lata ſententia fuerit , vtrũ poſſim eligere aduerſus quem actionem inſtituam.*

1 EManat † ex *l.3.ff.quod ſi menſor.falſ.modũ dixer.ex l.1.§.ſi apud duos.ff.depoſit. ex l. ſi duo*
2 *§.quod ſi lancem.ff.eod.tit.ex l.electio ff.de noxal.act.* Ratio reg.videtur,quia†dolus non
poteſt,pro parte committi,cum ſit actus indiuiduus *Alc.in l.4.§.Cato ff.de verb.oblig.nu.*
90. cum ſeq.alia ratio eſt,vt ſcilicet id fiat in odium doloſi,vt per *Alcia. d.loco n.92.l.1.§.*
3 *plane.ff.de tutel.& rationib.diſtrahend.* Tertia ratio eſt,quia,cũ in †cæteris delictis omnes
teneãtur in ſolidum,conſentaneum eſt,vt id quoque obtineat in dolo,quem oſtendi-
mus eſſe delictum gloſſ in *l.1.ſi duo.ff.de poſit.Caball.in tract.de diuid.& indiuid.parte 3.fol.*
382.n.198.vſq.ad n.106. Probatur hæc regula à *Socc.Alc.& aliis in d.§.Cato,& à Bart.in l.e-*
4 *leganter n.2.ff.de dolo,à Caballino in loco citato,* vbi etiam quid † in hæredibus depoſitarii,
5 quo modo teneantur. Ampliatur,vt ſi ex †duobus conueniatur vnus,non liberatur al-
ter,*d.l.1.§.ſi apud duos,* poteſt.n.deceptus quem velit ex illis conuenire *d.l.electio,*amplia
6 etiã,ꝙ ſi vnus ex iſtis doloſis deſierit dolo poſſidere,eſt in †poteſtate creditoris,aut di-
recte agere cũ eo,qui poſſidet,aut actione prætoria,cũ eo,qui deſiit poſſidere *d.l.elect.*
7 *§ 1.*amplia,ꝙ ſi alter nõ ſit ſoluẽdo†ꝑuenitur ad alterũ *d.l.1.§.ſi apud.* Declara ſolutione
vnius,cæteros liberari,*l.1.§.ſi plures.ff.de eo,per quẽ factũ erit d.l.3.ff.ſi menſor falſum mod.*i-
8 bi ſed altero cõuento,ſi ſatisfactũ † erit in alterũ actionẽ denegari oportebit,*& d.§.ſi a-*
pud vbi exprimitur, ꝙ facta ſolutione ab vno,nõ cõuenietur alter,exẽplo duorũ tuto-
rũ *l.ſi plures.ff.de dolo,*in qua vnꝰ vel rẽ reſtituẽdo,vel ſoluẽdo intereſſe liberat oẽs,limi-
ta etiã vt in *l.pen.§.hoc iudiciũ cũ gloſ.in verb.in ſingulos.ff.ne quis eũ* , vbi tres regulas ponit
9 Accurſ.ad cognoſcendũ quãdo ſolutio vnius,non liberat alterũ.† Sed hic opportune
q̃ritur,an ſiquis ex plurib.doloſis ſoluerit ſolidũ habeat aduerſus ſocios doli regreſſum
ita vt ei ſint cedẽdæ actiones.Et ſane videtur dãdus regreſſus ex neg.cõmuni de qua ꝑ
*Bar.in l.reos in 4.quaſt.n.5.ff.de duob.reis,*quod ſi vnus ex ſociis obligatis in ſolidũ ſolue-
rit,repetit à ſociis *l.in rẽ cõmunem,& ibi Bald.C.ſi cert.pet.*ſed tamẽ verior eſt opinio con-
traria ꝑ tex.ſing.in *l.1.§.plane.ff.de tutel.& rationib.diſtrahend.* ibi plane ſi ex dolo cõmu-
ni,conuẽtus pręſtiterit,neq; mandãdę ſunt actiones,neq; vtilis cõpetit,quia ꝓpriĩ de-
licti pœnã tulit,q̃ res facit eũ indignũ,vt à cæteris doli participibus cõſequeretur , nec
10 n.vlla ſocietas eſt † maleficiorũ,vel iuſta cõmunicatio dãni ex maleficio;euertitur aũt

obiectũ quoniam procedit in ſociis non doloſis. videnda ſunt tamen, quæ diximus ſu-
pra, *lib. 4. de pœna doli in contractu, pœna 13.* ſiquidem plura eo loco reperies.
11 Limitatur reg. in *d. l. ſi duo ff. de poſit.* nempe ſi dolus ſit commiſſus † in re diuiſibili,
puta ſi hæredes depoſitarii pecuniã apud defunctum depoſitam pro parte omnes ab-
ſtulerunt, ex decem nummis ſinguli ſurripuerunt quinque; intellige ſi modo, omnes
ſint ſoluendo, alias conueniretur in ſolidum, qui ſoluendo eſſet; intellige etiam, ſi am-
12 bo iſta decem ſimul non † abſtulerint, nam alias eſſet vnum furtum factum à duobus,
& ideo obligarentur in ſolidum, gloſſ. in *d. l. ſi duo in verb. non reſtituatur,* Reſtringo etiã
in caſu *d. l. ſi duo in fine*, nempe quod ſi dolus ſit commiſſus in re, quę non poſſet reſtitui,
hęredes condemnarẽtur pro hæreditaria portione, limita quoq; , vt per *Bart. in l. elegã-*
13 *ter n. 2. ff. de dolo*, dum explicat quando duo, vel plures, qui dolo fecerunt, poſſint in ſo-
lidum conueniri. Quæro hac ſumpta occaſione. Procurator † meus doloſe egit cum
meo aduerſario, ita quod aduerſus me lata ſententia fuit, quare mihi competit actio
doli. An poſſim eligere contra quem agam? ponunt hãc quæſtionem *Dd. in l. ſi procura-*
tor C. de procur. & Bart. arguit primo affirmatiua ex *l. ſi plures. ff. de dolo.* qua ſancitum eſt, ſi
plures dolum commiſerint poſſe omnes actione doli conueniri, ex aperta *l. 3. ff. ſi men-*
ſor falſum modum. tertio probatur ex *l. eleganter. ff. de dolo in §. pœn. ex l. ſi procurat. ff. mand.*
Contrarium videtur confirmare *l. ſi procurator C. de procur. iuncta gloſ.* debet enim agere
14 cum procuratore actione mandati ſi ſoluendo † eſt, & in ſubſidium contra aduerſa-
rium *d. § pen. l. eleganter*, placet diſtinctio Bartoli ad reſoluendam hanc antynomiam,
quã *Iaſ. in d. l. ſi procurator*, notabilem appellat, ait. n. Aut vnus ſolus dolum commiſit, ſed
ex eo commodum peruenit ad alium, & tunc ille prius eſt conueniendus, eo vero, nõ
exiſtente ſoluẽdo, peruenitur ad eum, qui cõmodum accepit ex dolo *l. ſi. ff. de eo per quẽ*
factum, erit in pr. verſ. plane ſi ſoluendo. Aut plures dolum admiſerunt, & tunc ſi dolus
non poteſt purgari, niſi per actionem doli, quilibet poteſt conueniri, & ita procedit *l. ſi*
plures, vbi vide Bartol. Aut dolus vnius purgatur ſola actione doli, alterius vero dolus
purgatur actione ex eo contractu, vt accidit in propoſita quæſt. nã dolus procuratoris
purgatur actione ex eo contractu aduerſarii dolus per actionem doli, & tunc agẽdum
eſt primo contra illum, qui poteſt conueniri actione ex illo contractu, & ita procedit
d. l. ſi procurat. deinde aduerſus illum, qui poteſt conueniri de dolo, ratio eſt, quia cum
ſit actio ſubſidiaria; ad eam vltimo loco eſt perueniendum. Ex hac doctrina *Iaſ.* infert
15 ad vnum, quod eſt ſcitu dignum, nimirum, quod ſi dolus † ſit commiſſus ab aduocato
meo, potero eligere, quem illorum conueniam actione doli, ex quo emanat pulchra
differentia inter dolum aduocati, & Procuratoris.

Regvla 6.

Dolus Præteritus poteſt remitti, futurus non poteſt.

1 *Leges ex quibus ſumitur prima pars regulæ.*
2 *De furto iam facto paciſci licet.*
3 *Dolus præteritus, cur poſſit remitti.*
4 *Pactum de remiſſione doli præteriti, continet ius partis, & eſt de re familiari.*
5 *Dolus præteritus debet ſpecialiter remitti.*
6 *In contractibus ad remiſſionem doli, videtur ſufficere generalis remiſſio, nam per eam contrahentes videntur dolum etiam præteritum remiſiſſe, ſed*
7 *In vltimis voluntatibus ex generali remiſſione non præſumitur facta remiſſio doli, vbi de ratione differentia.*
8 *Amphatio reg. remiſſiue.*
9 *Multa de præterito dolo, remiſſiue.*
10 *Iura ex quibus depromitur ſecunda pars regulæ.*
11 *Multiplex ratio regulæ in ſecunda parte.*
12 *Magna peccandi illecebra ſpes impunitatis.*
13 *Dolus futurus nec per indirectum poteſt remitti.*
14 *Expreſſum eſt potentius tacito.*
15 *Dolus futurus an poſſit per iuramentũ remitti, remiſſiue.*
16 *Vtrum dolus futurus poſſit ab hærede remitti etiam remiſſiue.*

1 HÆc regula habet duas partes, quarum prima oritur † ex *l. ſi vnus. § illud* ſecundum
cõmuniorẽ intellectũ *ff. de pact. & ex §. pact. quæ turpẽ* eiuſdẽ legis, ibi ſed poſt ad-
miſſa hæc paciſci poſſum⁹. ex *l. iuriſg. § ſi paciſc. ff. de pact.* in qua valet pactũ, ne agas cõtra
2 me ob ędes inceſas, & ib. de furto † iã facto paciſci licet, his additur tex. *in l. act. C. de trãſ.*

Ratio

Digitized by Google

Ratio reg. eſt a ceſſante ratione *l. quod dictũ. ff. de pact. c. cum ceſſante extr. de appell.* nem-
3 pe dolus futurus † remittitur, ne detur occaſio delinquendi *l. conuenire. ff. de pact. dotal. l.*
7. §. ſi conueniat. ff. de depoſit. id quod ceſſat in dolo iam commiſſo, vt animaduertit *Cag.*
in l. contract. pr. nu. 77. ff. de reg. iur. Alia eſt ratio relata ab *Accurſ. in d. §. pacta;* quia turpem
4 Quia dolus † præteritus continet ius partis læſæ, ſiue damnum patientis, & non tangit
ius publicum, ius autem priuatum poteſt priuatorum conuentionibus mutari. *l. ſi. C.*
5 *de pact. l. ius pub. a contr. ſenſu, de pact. & d. §. ſi paciſcar.* † Tertia additur ratio valde ſimilis,
quoniam hoc pactum de remiſſione doli, & de re familiari, veluti ſi furtum feciſti, aut
dolo damnum intuliſti at de re familiari initum pactum valet *d. § ſi paciſcar.* Probāt, &
allegant regulam tam iuriſtæ, quam canon. illi quidem in *l. contract. ff. de reg. iur. max.*
Cagn. & Dec. & alii in l. ſi vnus §. illud. ff. de pact. Ruy. conſ. 97. nu. 8. vol. 3. Gabr. conſ. 13. nu. 19.
vol. 1. Alc. & Iaſ. in l. actione. C. de tranſact. Iſti vero in *c. fraternitatis extr. de teſt. vbi precipue*
Fely. Declaratur regula dolum eſſe ſpecialiter remittendum argumento *d. l. actione in*
6 *fine*, factaq; ſpeciali † remiſſione, nõ videtur differentia inter cõtractus, & vltimas vo-
luntates, ſicut author eſt *Caſtr. in d. §. illud;* dicens ſcribentes communiter ita tenere, di-
ſcrimen vero inter contractus, & ſupremas voluntates, creditur eſſe in modo remit-
tendi dolum, ſiquidem generali remiſſione, videntur contrahentes remiſiſſe dolum,
non ita morientes *l. Aurelius. §. Caius. ff. de liber. leg.* ratio autem diſcriminis creditur eſſe,
7 quoniã legata plerumq; relinquantur † ex merito *l. nec adiecta. ff. pro ſocio*, meritorũ au-
tem reſpectus deſinit in eo, quod doloſe geſtum eſt, & propterea generalis commiſſio
non comprehendit dolũ, ex veroſimili mente teſtantis, quæ non fuit iuuare doloſum.
Porro autem contractus nulla habita ratione meritorum celebrantur, ſed propter cõ-
munẽ vtilitatem vtriuſque contrahentis, proinde facilius generalis remiſſio dolũ in-
cludit, Alia eſt quoq; differentiæ cauſa, vt placet *Bald. in d. §. illud. n. 2.* verbo tertio quæ-
ro; nempe quia legatum ſola prudentia teſtatoris interpretamur, qui non præſumitur
voluiſſe conſulere doloſo. At contractus quia pendent a voluntate duorum *l. ſicut ini-*
tio. C. de action. & obl. l. Labeo. ff. de verb. ſignif. ideo ex mente ſolius remittentis nõ ſunt
8 interpretandi, illud vero dictum de vltimis voluntatibus † ampliatur per *Bart. in dict. l.*
Aurelio. §. Caius. nu. 7. & ſi teſtator, vetuerit hæredem agere, & *n. 5.* Verum quomodo
9 facienda ſit doli præteriti remiſſio, aliaque multa ad intellectum huius reg. petenda †
ſunt ex his, quæ ſcripſimus *ſup. in 2. diuiſ. dolo, quæſt. 3. vſq. ad ſeptimam quæſt.*
10 Altera pars reg. noſtræ elicitur † ex *l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact.* ibi nulla pactione effici
poteſt, ne dolus præſtetur ex *l. in commodato tunc. gl. ff. de comm.* ibi hæc pactio ne dolus
præſtetur rata nõ eſt, ex *l. contract. ff. de reg. iur.* ibi excepto eo, quod Celſus putat nõ va-
lere ſi conuenerit, ne dolus præſtetur, ex *l. conuenire. ff. de pact. dotal. ex l. ita demum. ff. de*
arbitr. quam citat *Marſ. ſing. 289. ex l. quidam decedens. ff. de author. tutor.* ibi, vbi dolus fu-
11 turus, tutori non põt directe remitti. † Ratio reg. eſt prima quidem, quã deducit Iuriſ-
con in *d. l. contract.* ibi; hoc. n. bonæ fidei iudicio contrariũ eſt, ſed nõ cõuenit niſi con-
tractib. Altera eſt, ne quiſpiã inuitetur ad delinquendũ *d. l. conuenire.* nulla eſt. n. tanta
12 peccandi † illecebra, quanta eſt impunitatis ſpes, quæ ratio generalis eſt quoq; ad vlti-
mas volũtates, Tertio fauet ratio expreſſa *in l. quidã decedens*, ibi nemo ius publicũ põt
remittere, etenim impune poſſe delicta cõmitti, publice aduerſatur vtilitati *l. ita vul-*
neratus. ff. ad l. Aquil. l. iuriſg. §. ſi paciſcar. ff. de pact. Probant, & citãt reg. Dd. in alleg. *§. illud*
Bart. Bal. Caſtr. Alex. Iaſ. & Natta conſ. 534 n. 15. vbi ponit exẽpla *Ruy. conſ. 129. n. 21 lib. 5.*
Cephal. conſ. 39. vol. 1. Alex. conſ. 32. vol. 4. Soc. conſ. 121. n. 7. li. 3. Bar. Iaſ. Alc. & alii in l. actione
13 *C. de tranſact.* Amplia, vt nec etiã † per indirectũ poſſit remitti ex crebriori Dd. ſentẽtia
Iaſ. d. l. act. n. 13. & diximus late *ſup. li. 2. in tit. de dolo futuro. q. 4.* Amplia, vt nec tacita nec
expreſſa pactione remiſſio valeat *Dec. conſ. 349. n. 11. & 22.* & teſtator de cõmuni adſti-
pulatur *Caſtr. in d. § illud*, expendens illa verba nulla pactione, ergo nec tacita, nec ex-
14 preſſa; præterea † cũ expreſſũ ſit regulariter potẽtius tacito, *l. expreſſa nocent. ff. de reg. iur.*
Tiraq. de legib. conn. gl. 7. n. 71. vbi agẽs de cõſenſu, innumeris fere exẽplis docet conſen-
ſum expſſum eſſe tacito potẽtiorẽ, conſentaneũ eſt, dolũ tacita cõuentione nõ remitti
15 ſe: cum non teneat expreſſa remiſſio. † Sed belle quæritur, an valeat futuri doli remiſ-
ſio per iuramentũ altiſſima quæſtio eſt, quam copioſe examinaui in tit. de futuro dolo,
16 *quæſt. 6. li. 2.* vbi etiã diſputatur † in *7. q.* numquid liceat hæredi futurũ dolũ remittere.

Regvla 7.

Actio doli competit, quando aliæ ceſſant actiones.

1. Quibus ex legibus hæc regula deducatur. *2. Ratio regulæ.*

3 Actio doli famoſa eſt ſubſidiaria.
4 Remedium ſubſidiarium dicitur duplici reſpectu.
5 Reſtitutio in integrum quomodo ſit ſubſidiaria.
6 Actio doli omni reſpectu ſubſidiaria.
7 Officium iudicis facit ceſſare actionem doli.
8 Vbi ſit locus alicui exceptioni, ceſſat actio doli.
9 Si deceptus poſſit conſequi damnum aliunde, quã à doloſo, non vtitur actione doli.
10 Pupillus cum tutore primum agere debet, & ſi non ſit ſoluendo aduerſus illum agit, qui cum tutore particeps doli fuit.
11 Si compromiſſum ſit munitum ſtipulatione, & vnus ex compromittentibus dolum fecerit, conuenitur actione ex ſtipulatu, non de dolo.
12 Qui deceptus eſt tam turpi dolo, vt iudex aduerſus eum nullam eſſet daturus actionem, tunc illi quoque denegatur actio aduerſus doloſum.
13 Limitatur hæc regula in actionibus generalioribus actione doli vt incerti condictione in actione in factum.
14 Limitatur in actionibus doli actione ſtrictioribus, vt in actione quod metus cauſa, in interdicto vnde vi.
15 Actiones cur dicitur ſtrictiores actione doli.
16 Actio doli, & actio iniuriarum, non concurrunt in exercitio ſed in origine.
17 Limitatur etiã regula in replicatione doli.

1 PRodiuit, tanquam ex ſuo fonte † præſens hæc regula ex *l. 1. § 4. ff. de dolo*, ibi, & alia actio non erit, *& § 2. eiuſdem legis in verb. merito*, in quo reſpondit Vlp. non competere actionem doli, ſi alia ciuilis detur, vel honoraria ex *l. 19. § ſi Dom. ff. de dolo*, ibi non eſt de dolo actio, quia aliæ ex hac oriuntur actiones, ex *l. 2. C. de dolo*, in qua Imp. ait, cum alia nulla competat actio causa cognita permittitur, ex *l. D. nus. ff. de reſt. in integr.* quæ definit, tunc demum ad actionem doli deſcendendum eſſe, cum alio remedio locus eſſe
2 non poteſt. † Ratio reg. eſt expreſſa in *d. § merito*, nempe quia hæc actio doli eſt fa-
3 moſa, alia deducitur ratio, quoniam hæc actio † eſt ſubſidiaria, i. in ſubſidium alterius deficientis actionis inuenta, ideoque remedium dicitur ſubſidiarium, & quidem ſub-
4 ſidiarium omni reſpectu, etenim duplici modo vocatur † ſubſidiarium remedium, vno quidem reſpectu ordinarii remedii deficientis, & ita reſtitutio in integrum dicitur re-
5 medium ſubſidiarium *l. 1. ff. de minor. d. l. 1. ff. de integ. reſtit.* conceditur † n. ei, cui ordinario remedio ſuccurſum non eſt *l. in cauſa. ff. de minor. Alphonſ. collect. 705.* Altero vero ap-
6 pellatur † ſubſidiarium, quando præſtatur loco deficientis ordinarii, & extraordinarii remedii, & huiuſmodi eſt actio doli, *l. 1. § idem Pomp. ff. de dolo.* Probant & deducũt hãc reg. *Azzo in ſum. C. eod. tit. Alc. & alii in l. ſub prætextu C. de tranſact. Bal. & Cornæus in l. 2. C. de dolo*, ampliatur regula, vt non modo deſinat actio doli, alia cõpetente actione, ſed quã-
7 do competit officium iudicis, nam, & illud eſt in cauſa, vt non præſtetur actio doli *d. l.*
8 *D. nus. not. Bald. d. l. 2. C. de dolo.* Extenditur ſecundo ſi per † aliquam exceptionem eſſet nobis ſuccurſum *d. l. 1. § non fuit verb. & ſi actionẽ. ff. de dolo.* Ampliatur tertio vt non mo-
9 do ceſſet actio doli, ſi remedium habeam contra doloſum, verum, & ſi contra † alium mihi poſſit eſſe conſultum alia actione, ideoque ſi quis colludat cum tutore, non con-
10 uenitur actione doli, à pupillo, quippe † ſi tutor ſit ſoluendo, contra ipſum agẽdum eſt actione tutelæ, ſed eo exiſtente non ſoluendo, habet regreſſum contra doloſum *l. ſed et ſi*
11 *quæ cũ tribus præcedent. ff. de dolo.* extẽditur quarto ſi fuiſſet factũ cõpromiſſum, & † ſtipulatione munitũ, vno ex cõpmittẽtib. dolũ cõmittẽte datur alteri actio ex ſtipulatu, nõ de dolo, ſed ſtipulatione nõ appoſita præſtatur actio doli, *ſumma Rolã. c. 6. de cõpromiſſo, & eſt optiſſ. tex. in d. l. 1. § nõ fuit ver. & ſi ſtip.* quinto amplia, quãdo tã turpi actione, dece-
12 pti † ſumus, vt nullus iudex ſit cõtra nos daturus actionẽ; tũc nobis etiã denegatur actio doli cõtra doloſũ, ratio eſt, quia ex eiuſmodi dolo, iacturã nullã patimur *d. l. 1. § nõ fuit*
13 *verb. & ſi actionẽ*, limitatur hæc regula, primo in his actionibus, quæ ſunt † generaliores actione doli, vt certi cõdictio, actio in factũ, cõdictio indebiti, ſiquidẽ datur actio doli, & ſi aliqua ex iſtis cõpetit *l. certi cõdictio, & ibi Iaſ. n. 14. verb. nũquid. ff. ſi cert. pet.* ratio eſt
14 inquit *Bald. in 2. opp.* quia ſpecies nõ excludit ſuũ genus. Limitatur ſecundo in † actionibus doli actione ſtrictioribus, vt in actione quod metus cauſa, interdicto vnde vi, in
15 interdicto quod vi, aut clam & dicũtur † ſtrictiores, quaſi nõ reperiãtur ſine dolo, ſed dolus reperitur, pręter ipſas in aliis caſibus *l. ſi cũ except. § eũ qui. ff. quod met. cauſ. Bart. Alex. & alii in d. l. 2. C. de dolo*, ita fit, vt regula obtineat in actionibus æqualibus, notandum eſt
16 tamen quod actio doli, & actio iniuriarum, non poſſunt † ſimul concurrere in exercitio, licet in origine concurrant. *Plot. in l. ſi quando § 3. n. 17. C. vnde vi.* limitatur etiam re-
17 gula in † replicatione, vt pulchre per *Alex. in l. de tutela. C. in integr. reſtit. n.* conferunt ad hanc reg. quæ diximus *lib. 4. in tit. de act. doli. quæſt. 18.*

Re-

REGVLA 8.

Contra doloſum iuratur in litem.

1 *Quid ſit iurare in litem ſecundum Azzonem.*
2 *Quid ex ſententia Ploti.*
3 *Quid ex intentione authoris.*
4 *Iuramentum in litem quid ſit ex opinione Cuiacii.*
5 *Definitio iuriſiurandi in litem ex mente autoris.*
6 *Vnde ſit appellatum hoc iuramentum in litem.*
7 *Quot ſint ſpecies iuramenti in litem.*
8 *Ex quib. legib. ſit hac regula deprompta.*
9 *Ratio huius regulæ.*
10 *Probatio per iuramentum eſt priuilegiatā.*
11 *Iuramentum contra tertiū poſſidentē, ſiue habentem cauſam à doloſo non datur.*
12 *Hoc iuramentum datur ob dolum, non ob culpam.*
13 *Aduerſus tutorem, vel curatorem ob culpam iuratur in litem.*
14 *Non iuratur contra tutorem ob dolum in omittendo.*
15 *Non datur contra h[illegible]dē doloſi iuramentū in litem, quando non poteſt purgari dolus niſi actione doli, ſecus quando actio ex eo contractu purgatur.*

AD euidentiorem intellectum regulę. Quæro quid ſit iurare in litem, quid etiam
1 ſit iuſiurandum in litem, & quotuplex; Ad primum † reſpondet Azzo *in ſumma*
Codicis cod. tit. inquiens iurare in litē eſt ſuo arbitrio præſtito ſacramento, pro quanto
nollet re carere æſtimationem rei, ſecundum ſuum intereſſe ſingulare facere, verum
opponitur, quod interdum fit æſtimatio ſecundum intereſſe cōmune, vt explicat, *Iaſ.*
in Rub. ff. de in litē iur. & infra fiet manifeſtum in diuiſione iuris iurādi, obſtat etiā *Azzoni*
quod verba (pro quanto nollet re carere) & illa (ſecundum ſuum intereſſe ſingulare)
2 idem valent, ita fit, vt vel iſta abundēt, vel illa. † Quare *Plot. in l. ſi quando. §. 53. C. vnde vi,*
ex intentione Doct. dicebat iurare in litem eſt, per iuriſiurandi religionem æſtimare
rem in litem deductam, & ab actore controuerſam, quantum in litem affectionis, vel
veritatis æſtimauerit actor, in hac quoq; definitione ſuperuacua ſunt illa verba (ab a-
3 ctore controuerſam) quando in litem apparet deducta; Nobis videtur † non inele-
ganter poſſe deſcribi. Iurare in litem, eſt rem in iudicio deductam ſingulari, aut com-
4 muni intereſſe, Deo in teſtem inuocato æſtimare. Iuramentum autem in litem † ſe-
cundum *Cuiacium in paratitlis ad tit. de in lit. iur.* eſt, quod à iudice defertur actori eius
rei, quæ in iudicio deducta eſt, æſtimandæ cauſa. Verum obſerua quod non eſt data in
5 formam definitionis quippe caret genere. Nos credimus † non inconcinne ita poſſe
definiri, iuſiurandum in litem eſt per actorem dolo aduerſarii, non exhibitæ, vel non
reſtitutæ rei religioſa æſtimatio; hæc vltima verba funguntur vice generis, ſiquidem
multæ ſunt religioſæ æſtimationes, quæ fiunt extra iudicium præſtito iuramēto, quæ
ad noſtrum hoc iuſiurandum non pertinent; Alia verba differentiatum officium ge-
runt, & illud per actorem, excludit Iuramentum de quo in *tit. ff. de iureiur.* quandoqui-
dem ibi promiſcue præſtatur à Reo, & ab actore, ſiue ſit voluntarium, ſiue ſuppleto-
rium, & neceſſarium de quo in *l. admonendi eod. tit. in l bona fidei. C. de iureiur.* ea verò, do-
lo aduerſarii, ſeparant iuramentum quod datur in defectum probationis, vt in allega-
tis iurib. Et illa rei non exhibitæ, vel reſtitutæ, ſegregant omne aliud iuramentū quod
in iudicio contingat præſtari vt iuſiurandum propter calumniā, iuramentū etiā teſtiū:
dicit' in definitione (rei nō exhibitę, vel reſtitutę) per *l. 2. §. cū vero. ff. de in lit. iur* reſtituta
6 aūt ēt nō dicit', ſi deterior p dolū ſit reſtituta *l. 3 ff. cōm.* † dictū eſt aūt iuſiurādū in litē, q̃a
p iuram. eiuſmodi æſtimat', quāti res ſit, q̃ in litē deducta eſt, q̃cquid *Azzo in ſumma, &*
Iaſ. *Rub. ff. eod.* dixerint nā ex eorum declaratione omne iuramentū q̄ præſtatur in iu-
dicio poſſet in litē vocari, cū tamē ex antedictis perſpicuū ſit lōge ab aliis eſſe ſeparatū.
Quo ad ſecundam quæſt. *Iaſ.* & ante eum *Caſtr. in Rub. ff. eod. Plot. in l. ſi quando. §. 53.*
n. 3. C. vnde vi. Corſet. in tract. de iuram. in 5 euidentiali Marāt. de ord. iud. parte 6. in c. de iuram.
7 *n. 16.* dicunt † tres eſſe huius iuramenti ſpecies, nimirum affectionis, veritatis, ſingula-
ris intereſſe, iuxta declarationem in *d. Rub. de prima, & 2. ſpecie,* agitur in *l. in actionib. in*
1. & 2. parte. ff. de in lit. iur. de 3. in l. nummis eod. tit.
8 Producitur tamquā ex ſua † arbore pomum, præſens reg. *ex d. l. in actionib.* ibi, ſed in
omnib. ob ſolum dolum iuratur *ex l. 2. §. cum vero,* ibi cū dolus, aut cōtumacia punitur
non reſtituentis, vel exhibentis, quantum in litē iurauerit, actor *ex d. l. ſi quando. ex c. fin.*
9 *extr. de his, quæ vi, metuſue cauſ. fiant ex c. in primis ver. glorioſus 2. quæſt.* Ratio † verò, in qua
fundatur regula, eſt propter odium doloſi, nam ad cōpeſcendam eius improbitatem,

inuenta eſt hæc probatio priuilegiata, ſecundum quam creditur proprio teſtimonio
partis aduerſus communes reg *l. nullus. ff. de teſtib in l. omnib. C. de teſtib.* nam facile dolo-
ſi ob difficultatem probationis impune delinquerent, niſi per iuramentum partis ſuf-
ficeret probatio, ad rerum ablatarum æſtimationem vt non immerito expreſſum ſit in
d. c. fin. talem condemnationem rationabiliter fieri, ſiquidem hoc modo delicta non
remanent impunita, vt communis Reip. vtilitas poſtulat, *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.*
10 datur † hoc iuramentum quando non eſt dolus aduerſarii & difficultas probationis,
quæ præuio Sacramento tollitur, ab actore præſtito per delationem iudicis, *dict. l. ſi-
quando. l. videamus. §. deferre. ff. de in lit. iur.* præcedente etiã taxatione, *d. §. deferre, ver. ſed
an Iudex d. l. ſi quando,* ibi nec licet ei vltra taxationẽ; alleg. *reg. Plot. & alii in l. ſi quãdo Dd.
etiam in l. in actionib. Canon. in d. c. fin. de eo, quod metus cauſa.* Dicitur in regula contra do-
11 loſum, nã contra eum, qui poſſidet bona doloſi, veluti contra † hæredes nõ datur. *l. alio
iure. l. is qui l. fin. & ibi Dd. C. de in lit. iur. l. pen. §. fin.* & ibi *Bart. et Caſtr. ff. ne quis in ius voc. eſt,
12 vi exim. et Bart in d. l. in actionib. n. 21. Plot. in l. ſi quando. § 49. n. 20.* dicitur etiã † cõtra do-
loſum ad excludendũ culpoſum, contra quẽ non iuratur in litẽ, etiã ſi lata fuerit culpa
13 *d. l. in act.* ibi, ob ſolum dolũ ſecundum crebriorẽ Dd. obſeruationẽ; id vero limitatur †
in tutore, vel curatore, nã & propter culpã aduerſus eos iuratur. *d l. alio iure,* & ibi *Saly.
14 & Dd.* reſtringentes, vt contra tutores nõ præſtetur iuramentum, ſi dolus † eorum fuit
in omittendo, latiſſime *Cephal. conſ. 192. n. 12. vol. 2.* quod autẽ nuper diximus non dari
15 actionẽ doli contra hæredem doloſi, verum eſt, quando dolus purgatur † per actionẽ
doli; ſed quoties purgatur actione ex eo contractu, tunc alia actio ob dolum defuncti,
conceditur etiam contra hæredes, *l. ſi homine. §. datur. ff. depoſit. l. ex depoſito. §. ex contra-
ctibus. ff. de action. & oblig.*

REGVLA 9.

Dolus dans cauſam annullat, dolus autem incidens reſcindit conuẽtiones.

1 *Quis ſit dolus dans cauſam, quis dolus incidens remiſſiue.*
2 *Iura ex quibus tamquam ex ſua ſede regula deducitur.*
3 *Declaratur regula.*
4 *Ratio regulæ duplex.*
5 *Diſtractus ſunt bonæ fidei, quorum contractus ſunt bonæ fidei.*
6 *Oppoſitio aduerſus regulam.*
7 *Limitatio regulæ in contractibus ſtricti iuris, cum ratione limitationis.*
8 *Reſtringitur dicta limitatio, vt non procedat in conſtituto, nam licet ſit ſtricti iuris, tamen dolo interueniente tollitur ipſo iure, ſed de veritate remiſſiue.*
9 *Dolus dans cauſam contractui ſtricti iuris, annullat ſi talis fuerit dolus, vt potuerit capere prudentiſſimum hominem; de veritate remiſſiue:*
10 *Leges, ex quibus ſumitur, ſecunda pars regulæ.*
11 *In dolo incidenti, quoad reſcindendum, non eſt differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris.*
12 *Ratio regulæ in ſecunda parte, cur ſc. dolus incidens non irritet, nec contractus bonæ fidei, nec ſtricti iuris.*

1 QVis ſit † dolus incidens, vel dans cauſam petere oportet ex his, quæ diximus copi-
2 oſe in *lib. 2. in 4. diuiſ. doli c. 1. & 2.* hauritur † tamquã ex fonte *prima pars reg. ex l. ele-
ganter in pr. ff. de dolo,* ibi nullam eſſe vẽditionẽ, ſi in hoc ipſo, quod vendiderit circum-
ſcriptꝰ. Secũdo ex *l. 3. §. fin. ff. pro Socio* ibi ſocietas, ſi dolo malo, aut fraudãdi cauſa coita
ſit, ipſo iure nullius momenti eſt, quia fides bona cõtraria eſt fraudi, & dolo. Tertio ex
l. ſi fraude C. de praeſc. longi tempor. ibi ſi fraude, vel dolo licet inter maiores annis 25. facta
venditio eſt, hanc confirmare non potuit cõſequens tẽpus ex *l. in cauſæ la. 1. ff. de minor.*
3 Ibi nullã eſſe ſocietatẽ, nec inter maiores quidẽ † declaratur obtinere regula in cõtra-
ctib. bonæ fidei, de quorum natura, & nomine, dictũ eſt ſupra *lib. 2. in 4. diuiſ. doli, quaeſt.*
4 ſecũda & tertia, nã in his loquũtur ſupra citatę leges; † Ratio regulę eſt, quoniã ſi dolus
dans cauſam, eiuſmodi contractus nõ annullaret, vtiq; teneret, & producerent actio-
nẽ per quã fieret illius purgatio doli, etenim quoties dolus non irritat actum, ad purga-
tionẽ doli competit actio, ex eo contractu: non ex dolo. Porro autẽ quãdo dolus cau-
ſam dedit contractui bonæ fidei, ceſſat actio ex eo contractu, & datur actio doli, meri-
to ille contractus nõ valuit propter cauſam doli. *Bart. in l. eleganter, n. 4. ver. mihi videtur,
ff. de dolo.* Altera eſt ratio, nam dolus dans cauſam diſtractui, annullat ipſo iure, *d. l. ele-
5 ganter. §. non ſolum ergo,* & contractum, ſiquidem eiuſdem † eſt naturæ diſtractus, cuius
eſt contractus, *l. de tutela. C. de in integr. reſt. l. ab emptione,* & ibi *Doct. not. ff. de pact.* ponunt
hanc

hanc regulā à *Bar. Ang. Imol. Iaſ. in l. ſi quis cum alter. ff. de verb. obl. Bal. in l. non dubium in 7. oppoſitione. C. de legib. in l. ſi cum dotē. §. ſi mulier. ff. ſol. matr. Duar. in l. in actionib. ff. de in lit. iur. n. 6 & Iaſ. ibi n. 13. Gomes. & alii in §. actionum inſt. de act. Cagn. in l. 2. n. 16. C. de reſcind. vend. Igneus in l. contractus. ff. de reg. iur. Abb. & alii in c. cum dilecti extr. de empt. & vend.* atq; ita eſt
6 frequentior ſcribentium tam iuriſtarum, quam Canon. opinio, quamuis aliqui † contrarium ſentiant per *l. ſi dolo. C. de reſcind. vend per l. Iulianus. §. per contrarium. ff. de act. emp. per l. maiorib. C. comm. vtriuſq. iudicii*, in quib. contractus bonæ fidei ab initio non viden-
7 tur nulli, ſed reſcinduntur. † Limitatur regula in contractib. ſtricti iuris *Gomes.* dicens eſſe com. ſententiam in *d. § actionum. n. 12. & 25.* ſiquidem dolus dans cauſam, reſcindit hos contractus, non annullat, *l. dolo. C. de inutil. ſtipul.* vbi dolo, vel metu adhibito, naſcitur quidem actio ſi ſtipulatio ſit interpoſita, ſi oritur actio, igitur valuit ab initio, ſubdit text. per doli tamen vel metus exceptionē ſummoueri petitio debet, ſi petitio ſummouenda eſt, merito conſtitit ab initio, ratio vero differentiæ inter vtroſq; cōtractus, colligitur, *l. 3. ff. pro ſocio*, ibi q͂a dolus, & fraus contraria eſt bonæ fidei, mutuo enim ſeſe expellūt, & ideo ſi dolus eſt cōtractus, nō adeſt bona fides, ergo nō eſt cōtractus bonę fidei, merito ipſo iure nō tenet; quæ ratio ceſſat in ſtricti iuris iudiciis, cū ſint cōtractus etiam abſq; bona fide, alias quoq; huius rei afferunt rationes, quas recenſuimus in *lib.*
8 *2. in* 4. Diuis. doli. Planè hæc limitatio, reſtringitur † in contractu conſtituti, quippe licet ſit ſtricti iuris, cum non reponatur in § *actionum inſtit. de act.* tamen ſi dolus ei dederit cauſam, irritatur, ac ſi bonæ fidei eſſet, propter æquitatem prætoriam, *l. 1. ff. de Conſt.*
9 *pecun.* coarctatur etiam in aliis contractib. ſtricti iuris, quādo dolus dans † cauſam, eſſet huiuſmodi, vt prudentiſſimū quēq; falleret, ſiquidē ipſo iure tollitur, *Benin. in d. § actionū n. 193. & ibi Gomes. n. 15.* ſed eas limitationes, nos confutauimus in allegata 4. *diuiſ.*
10 *doli quaſt. 8.* † Secunda pars regulæ deducitur ex *l. ſi quis cum alter. ff. de verb. ex l. Iul. §. ſed & ſi vend. ff. de act. empt. quare Capra reg. 87. n. 60.* dicit in contractu emptionis ob dolum incidentē agi ad ſupplementū reſidui, vel ad reſtitutionē quanti pluris, *d. l. Iulian §. & ſi*
11 *vend.* & q͂o ad hunc dolum nulla † eſt differentia, inter cōtractus ſtricti iuris, & bonæ fidei, æqua enim lance reſcindit vtrumq; ope exceptionis: ſed quæ eſt ratio, vt dolus incidens non tollat ipſo iure contractus bonæ fidei; quēadmodū dolus dans cauſam; & puto eſſe in cauſa, quoniam, ratio doli dantis cauſam, ceſſat in dolo incidenti; quādoquidē ꝓpter dolū incidentē non deficit nomen, aut ſubſtantia bonæ fidei, emptio enim licet ſit dolus in precio, & locatio, quāuis ſit fraus in mercede, nō ꝓpterea deſinit eſſe bonæ fidei. *l. in cauſæ l. 4. 2. §. idē Pomp. ff. de minor.* licitum eſt enim contrahentib. quo ad precium inuicē ſeſe decipere; ſed dolus dans cauſam deſtruit ſubſtantiā contractus bonæ fidei, cum ſc. induxeris ad vendendum, vel locandum, illū, qui non erat; aut vē-
12 diturus aut locaturus; ratio vero quāobrem † non tollat contractum ſtricti iuris, eſt in promtu. ſumitur enim à maiori etenim ſi dolus dans cauſam, qui maior eſt non annullat, quid mirum ſi dolus incidens, qui minor eſt, non euertat, *Iaſ. in d. l. ſi q̃s cum alter n. 4. ff. de verb. obl.* confirmatur, quoniā ſi dolus incidens non irritat ipſo iure cōtractū bonæ fidei, longe minus annullabit cōuentionē ſtricti iuris; datur locus diſcutiendi multas quæſtiones, ſed eas conſulto dimittimus, quoniam abſoluimus digniores in 4. *diuiſione doli.*

REGVLA. 10.

Actio doli tollitur biennio, exceptio vero perpetuo competit.

1 *Prima pars regulæ ex quibus legibus ſumatur.*
2 *Actio doli tollebatur olim ſpacio vnius anni vtilis.*
3 *Annus vtilis incipiebat à die ſcientiæ, non à die commiſſi doli.*
4 *Annus vtilis fuit mutatus in biennium continuum.*
5 *Biennium in præſcriptione doli currit tam abſenti, quam ignoranti.*
6 *Ratio regulæ in vtilitate fundatur.*
7 *Actio in factum perpetuo competit, pro eo, quod reliquum erat apud doloſum; licet actio doli ſit extincta.*
8 *Contra hæredem etiam doloſi de eo, quod ad eum peruenit, perpetuo in factum actio competit.*
9 *Quando agitur ad annullandum, quod doloſe geſtum eſt, datur officium iudicis, quod ſpatio 30. annorum tollitur.*
10 *Actio doli adeo eſt temporalis, vt nec per litis conteſtationem fiat perpetua.*
11 *Ratio, cur aliæ temporales actiones litis conteſtatione fiant perpetuæ, non actio doli.*

12 *Duplicatio doli non eſt etiam temporalis ad inſtar actionis.*
13 *Secunda pars regulæ ex quibus iuribus ſumatur.*
14 *Ratio regulæ duplex.*
15 *Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum.*
16 *Ampliatur regula in duplicatione, quoniam eſt de natura exceptionis.*

1 PRima pars regulę, quæ de actione loquitur, ſumitur † ex *l. fin. C. de dolo*, ibi ex eo die,
quo aſſeritur dolus commiſſus intra biennium continuum de dolo actionem mo-
uere, ea eſt conſtitutio Conſtantini per quam duo corriguntur in præſcriptione doli,
2 quæ priſco iure erant in vſu. Alterum quod huic actioni præſcribebatur † ſpacio vnius
anni vtilis, alterum huic proximum erat, quod a die ſcientiæ, non a die commiſſi doli
incipiebat annus præſcriptioni deſtinatus, ibi ex eo die, quod admiſſum dolũ didiciſ-
3 ſe † cõmemorauit. Annus itaq; vtilis à Conſtantino in biennium † continuum com
4 mutatur, quod ignoranti etiam concurrere ſancitum eſt, & tam abſenti, quã præſenti,
5 ibi ſiue † abfuerit, ſiue præſto fuerit, facit *l. pen. §. fin. ff. de except. doli*, ratio † mutatio-
6 nis, videtur fundata in vtilitate, vt innuit text. dicens, optimum ducimus, res enim eſt
multo expeditior in computatione temporis continui, quam vtilis, cũ in tempore vtili
opus ſit numerare tantum dies illos, quib. haberi iudicis copia poſſit, id quod non mi-
nimam implicationem afferre ſolet aduocatis, dum eos ab aliis ſecernunt, & tempora
etiam abſentiæ deducunt, *l. 2. C. de dolo*. Rurſus vtilius eſt vt currat etiã tempus etiam
ignoranti propter difficultatem probationis, quando a die ſcientiæ eſt numerandum,
probanda eſt namq; Aduerſarii ſcientia. Declaratur autẽ regula, vt procedat qu..ties
actione doli, agitur cõtra illũ, qui dolo fecit. ſiquidẽ tunc biẽnio huic actioni præſcri-
7 bitur, cæterũ † pro eo, quod apud eũ ex dolo reliquũ eſt, agitur actione in factum quæ perpe-
tuo cõpetit, *d. l. fin. & ibi gl. & in l. 29. ff. de dolo in ver.* perpetuo id quod etiã obtinet, ſi cõue-
8 niatur † hæres, pro eo, quod ad eũ ex dolo defuncti peruenit, *l. itaq. §. & ſi res, & l. ſequẽti. ff. de dolo*, ibi ſed vtiq; in hæredẽ perpetuo dabitur, quia nõ debet lucrari ex alieno damno, &
9 ibi *gl. not.* limita † etiã ſi agatur ad annullandũ, quod dolo geſtum eſt, nã cum eo caſu detur
officio iudicis nõ præſcribitur minori ſpacio 3 ..annorũ, *l. ſicut in ver. proſequutione*, & ibi
gl. cõm. approbata, *C. de præſcrip. 30. annorũ Curt. Iun. conſ.* 50. & 51. datur nãq; ei, qui paſ-
ſus eſt dolũ, ius dicẽdi nullũ, vſq; ad 30. annos. declaratur etiã hoc tẽpus biennii igno-
rantis currere, vt abſenti, *d. l. fin. C. de dolo Bart. Bal. Alex. Caſtr. Corn.* & vtq; adeo hæc actio
10 eſt tẽporalis, vt nec litis cõteſtatione perpetuetur, *d. l. fin. & ibi gl.* quãuis aliæ † actiones
tẽporales ſoleant litis conteſtatione perpetuari, *l. non ſolet, & ibi gl. & Dd. ff. de reg. iur. l. a-
liũ. ff. de nouat.* ceſſat enim negligentia per litis conteſtationẽ, cuius odio fuerant inuentę
11 præſcriptiones, *l. fin. C. de præſc. 30. annorũ.* Ratio † vero ſpecialitatis videtur emanare, ex
eo, quod hæc actio infamat, & propterea æquiſſimum viſum fuit, primum illũ tollere.
12 Ampliatur † regula, vt procedat etiã in replicatione doli, quia eſt de natura actionis
doli, *l. quæſitum. §. in dolo. ff. de peculio*, vbi *Bart.* colligit in cõpendium, replicationes ſunt
temporales, ſicut actiones, & infra nuncupatim agetur de replicatione doli.
13 Succedit altera pars regulæ quæ ad exceptionẽ pertinet doli, deducitur † autẽ ex
l. pace §. fin. ff. excep. doli, ibi non ſicut actio de dolo tempore finitur, ita exceptio eodem
tẽpore, danda eſt nã hæc perpetuo cõpetit, nec non ex *l. except. lect. 1 ff. de excep.* ibi doli
14 mali exceptio, & rei iudicatę perpetuę dicuntur, † Ratio reg. eſt in *d. § fin. excep* quoniã
Reus cuius eſt excipere in ſua poteſtate nõ habet, quãdo vtatur iure ſuo, atq; ita nõ põt
imputari negligẽtia, aduerſus quã fuerunt inuentæ præſcriptiones, *l. fin. C. ne Annal. excep.*
15 *l. omnes. l. ſicut. C. de præſcr. 30. annorũ.* Secunda ratio eſt ex alia regula. † Quæ temporalia
ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum argumento, *d. § fin. tradit* & *Ang. in*
16 *§ ſequitur n. 40. in verb. capiamus quarto inſt. de except.* † Extenditur regula vt obtineat e-
tiam in duplicatione; quia opponitur replicationi, & ideo eſt de natura exceptionis, *l. ſi pactum* iuxta vnum intellectum, & ibi *Bald. C. de except.*

REGVLA II.

Actio Doli irrogat infamiam condemnato.

1 *Actio doli ponitur inter actiones famoſas.*
2 *Ex quibus regulis regula ſumatur.*
3 *Ratio regulæ fundatur in odium delicti.*
4 *Pœna infamiæ grauis, quia ſegregat infamem à conſortio bonorum hominum.*
5 *Infamia eſt quaſi quædam tẽporalis excõmunicatio.*

6 In-

6 *Infamia eſt læſæ dignitatis ſtatus, legibus, & moribus improbatus.*
7 *Symbolum infamiæ.*
8 *Diogenis ad Demoſthenem demonſtrandum quibuſdam hoſpitibus ſignum.*
9 *Bonæ famæ hyeroglyphicum erat fulmen.*
10 *Apelles pictor cur Alexandri effigiē pingens, fulmen in eius manu poſuerit.*
11 *Ante condemnationem doloſus nondū infamis, nec quilibet alius delinquens.*
12 *Non ſolum condemnatus de dolo efficitur infamis, ſed etiā pactus ne cōdēnaretur.*
13 *Tutor, vel curator pupillam quondā ſuam vel adultam ſine licētia principis vxorem ſibi, vel filio ſuo, ducens efficitur infamis ante condemnationem administratæ tutelæ.*
14 *Condemnatus de dolo nomine alieno non proprio, non redditur infamis, vt tutor, curator, hæres.*
15 *Condemnatus propter exceptionem, facti non iuris infamia notatur.*
16 *Condemnatus ob culpam, non ſubit infamiam, declara num. 17.*

1 INter actiones famoſas .i. quæ afficiunt infamia condemnatos † ponitur actio doli *l. 1. ff. de his qui not. infam.* ibi quia furti, vi bonorū raptorū, iniuriarū dolo malo, & frau-
2 de ſuo nomine damnatus pactusue erit, & ita †, ex ea *l.* deducitur regula, nec non ex *l. non debet. ff. de dolo.* In qua *Vlp.* ait, non debet dari actio doli liberis, vel libertis aduerſus parentes, patronoſq; cum ſit famoſa, ſimilis eſt tex. in §. *ſuſpect. aūt Inſt. de ſuſpect. tutor.*
3 ibi ſiquidē ob dolū famoſus eſt, cui conuenit *l. Athletas in fin ff. de his, quæ not. infa.* † Ratio reg. videtur in odium delicti fundata ad comprimendam hominum audaciam timore pœnæ. Quō ſolēt boni ciues euadere *l. 1. §. bonus ſtudii ff. de iuſt. & iur.* & recte: gra-
4 uiſſima eſt n. pœna infamiæ, cum infamis homo à proborū virorum conſortio † ſegregetur, dum bonus quiſq; eius conſuetudinē fugit, ita vt pœnè ſit ſimilis illi, cui aqua,
5 & igni interdicebat, & videt quaſi ciuilis, ſeu tēporalis † excōmunicatio ipſa infamia,
6 quæ poteſt definiri, vt ſit læſæ dignitatis ſtatus † morib. & legib. improbatus arg. *l. cognitionū. ff. de varus & extraordi. cognit.* ſumendo definit à cōtrario ſenſu bonæ famæ, ſiquidē contrariorū contraria natura eſt, atq; ſubſtantia, pinde contraria etiā debet eſſe de-
7 finitio infamiæ; cuius apud antiquos † Symbolum erat medius digitus porrectus, aliis digitis manus compreſſis, & in pugnum contractis, ideoq; vetus adagium erat cum ſummum contemptum ſignificabant *medium digitum oſtendere,* vnde *Perſius.*

Infami digito, & luſtralibus ante ſaliuis.

Et *Martialis. Digitum porrigito medium* Et *Satyricus.*

Mandauit Laqueum, mediumq; oſtenderet vnguem.

8 Huc pertinet q, de Diogene † ſcriptū reliqt in eius vita, *Laertius.* Nā hoſpitib. quibuſdā Demoſthenē videre cupientib. nō indice digito, ſed medio porrecto demōſtrauit, vt illū impudicitię, aut ignominiæ cuiuſdā notaret ratio vero hui⁹ famoſæ ſignificationis fuit, quoniā medi⁹ digit⁹, quaſi maxime ignauus aliorū ſemp digitorū auxilio indigeat.
9 Bonæ aūt famę, † lōge, lateq; puagatæ hieroglyphicū erat in fulmine, qppe illud erat, pcipue fulminis ſignificatū, vt vocē pcul auditā, hoc eſt famā rerū geſtarū per immēſa terrarū ſpacia diffuſā fulmine, & tonitruo demōſtrabāt, q, nihil magis, nihil validius,
10 nec terribilius tonitruo, ſonare conſtat, eamq; ob cauſā Apelles pictor † cū Alexādri effigiē pingeret fulmē in eius manu poſuit, quo hominis eius amplitudinē, ex reb. ab eo geſtis ppagatā, & nunq̄ interiturā indicaret. Et vt è ſemita in viā redeūtes, ad regu-
11 lā reuertamur; ait, condēnato; vt oſtēdat ob ſolū dolū nō ſecuta † condēnatione; infamiā nō irrogari, id q; obtinet in aliis quoq; famoſis actionib: eaq; ratione *in l. 1. & l. athletas* ponitur verbū, condēnatus, etiāſi iniuſta condēnatio fuerit, & explicat *gloſſ. in d. l.*
12 *athletas in verb. condēnatus in princ.* Amplia, vt † non ſolū condēnatus de dolo ſubeat infamiā; Sed & is, qui nomine doli pactus eſt ne condēnetur *d. l. 1. ff. de his, qui not. infam.* ibi damnatus pactuſue erit nomine doli, & *d. l. athletas,* dānatus pactuſue erit, redditur ratio *in l. ſeq.* Quia ſc. intelligitur confiteri crimen, qui paciſcitur, ita Dd. in ſimili in *l.*
13 *tranſigere. C. de tranſact.* non abſimilis eſt tex. *in l. in fiſci ff. de iure fiſci.* Amplia † vt etiā cōdemnatus efficiatur infamis in caſu *l. ſi tutor. C. de interd. matr.* ſc. quādo tutor, vel curator pupillā, vel adultā, quōdā ſuā, ſibi, vel filio ſuo ſine licētia principis in matrimoniū collocauerit, manet. n. infamia cōtra eū, velut confeſſum de tutela, quia per huiuſmodi coniūctionē fraudē adminiſtrationis tegere laborauit, & *Bal.* ibi not. fieri tutorē infamē illo caſu ob dolū pſumptum pactus aūt, intelligitur, ſi dederit preciū, nō ſi precibus pactionem obtinuerit *l. furti §. ſiquis alieno,* fallit; ſi iuſſu ptoris pcium ſoluiſſet, vel
14 pactus eſſet *d. l. furti § qui iuſſu.* † Limitatur reg. vt perdat officium ſuū in condemnato

ob dolum, ſed nomine alieno *d.l. Athletas*, ibi ſuo nomine condemnatus *l. furti. §. ſi quis alieno. ff. de his, qui not. infam.* ſi quis alieno nomine, inquit, condemnatus fuit nō laborat infamia, & ideo nec procurator, vel defenſor, infamia notabuntur. † limita etiā,
15 vt locum non habeat in condemnato per exceptionem doli, quandoquidem iſte videtur effici tantum infamis infamia facti, nō iuris, de qua regula noſtra intelligitur, ſi-
16 cut diximus in *tit. de except. doli quaeſt.* † Limita etiam, vt non ſit locus regulae in cōdemnato ob culpam etiam latam, quamuis dolo cōparetur *l. 1. ff. ſi menſor. falſum mod. dixerit l. quod Nerua, & ibidem Dd. ff. depoſiti.* per text. in *d. §. ſuſpectus inſt. de ſuſpect. tutor.* quē in hoc ponderat gloſſ in *d. l. ſi tutor. C. de ſuſcept. matrim.* & omnes in *l. in actionibus ff. de in lit. iur.* dicentes vno ore latam culpam non æquiparari dolo; quoties de pœna corporali infligenda tractatur, vel *d. l.* infamia irroganda; ſed nos credimus id eſſe, accipiendum ſe-
17 cundum diſtinctionem † *Syluestri Aldobrandini in d. §. ſuſpectus*, vt ſcilicet limitatio ſit vera in lata culpa ignauiæ non in lata culpa verſutiæ, quæ ſane condemnatū afficit infamia ex rationibus per eum adductis, perinde dixit ibi *Iuſtin.* ſiquidem ob dolum famoſus eſt, ſi ob culpam, non æque; neque enim dixit abſolute non fieri infamē ob culpā, ſed non æque, ſicut ex dolo, nā propter dolū indiſtinctè, propter culpā, cū diſtinct.

REGVLA. 12.

Dolus præponderat culpæ.

1 *Quibus ex legibus regula ſumatur.*
2 Ratio regulæ. *Quia dolus maius delictum continet, quam culpa.*
3 *Dolus quamuis præſumptus præpōderat culpæ.*
4 *Emptor quando agat de euictione pro expenſis.*
5 *Aduerſus eum, qui iurauit in litem poteſt probari contrarium, quia maior dolus præponderat minori.*
6 *Iudex ob doloſam ſententiam tenetur in ſindacatu, licet pars grauata non appellauerit.*
7 *Dolus verus præponderat dolo præſumpto.*
8 *Dolus in committendo præponderat dolo in omittendo.*
9 *Dolus apertus præponderat dolo velato.*
10 *Dolus in lucro captando præponderat dolo in damno euitando.*
11 *Culpa in committendo, præponderat culpæ in omittendo.*
12 *Leuiſſima culpa in faciendo venit in l.* A*quilia, ſed non ea, quæ conſiſtit in omittendo.*
13 *Lata culpa præponderat leui culpæ & leuis culpa præponderat leuiſſimæ.*
14 *Lata culpa verſutiæ, præponderat latæ culpæ ignauiæ.*
15 Dolus *quandoque non præpōderat latæ culpæ, fauore religionis.*
16 *In crimine hæreſis, culpa præponderat dolo, commiſſo in alio delicto.*
17 *Crimen hæreſis grauius eſt homicidio.*

1 COlligitur ex *l. item ſi obſtetrix.* † *in fine ff. ad l. Aquil.* vbi ſeruus tranſiens per locū, in quo multi iaculabantur, fuit ab vno ſtudioſe iaculo vulneratus, eſt locus legi Aquiliæ. Quippe quia, vt gloſſa ibi conſiderat, dolus iaculantis præpōderauit culpæ ſerui tranſeuntis per campum iaculatorum, tranſire enim non debuerat ad euitandū periculum Similis eſt tex. in *l. item Mela in pr. & in l. qui foueas. §. actio. ff. eod. tit. ex l. ſi mora ff. ſol. matr.* in qua mulier fuit in culpa non recipiendo dotem; poſtea maritus dolum fecit in re dotali, punitur hic dolus, & non attenditur, culpa mulieris; nimirum quia dolus
2 præponderat. Ratio † regulæ videtur, quoniam dolus Maius delictum continet, quā culpa, ideoq; non excuſatur propter culpā, ſiquidē non debuit propter culpā vnius, procedere alter ad delinquendū. Probant, & citant regulā Dd. vtriuſq; iuris, & primo ex iuriſtis. *gloſſ. in d. l. obſtetrix, verb. tenetur in l. vni. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt; & ibi* Bolog. *n. 25.* verſ. hūc intellectū. *Cepoll. conſ. 18. n. 15. & ſeq. & conſ. 42. n. 11. in criminali Rol. conſ. 87. n. 16. & 17. vol. 4. Rimin. iun. in l. 1. n. 44. ff. quod quiſque iuris* ex Canoniſtis *gloſſ. fin. Ant. Butr.* & alii in *c. cum dilecti, extra de his quæ vi metuue cauſa fiunt, Abb. Soc. & alii in c. ſuper eo extra de crim. falſi.* Ex hac regula infert *Capolla, d. conſ. 18.* Quod ſtante ſtatuto, vt villa teneatur de dāno occulte dato, & alicui fuerit occiſum iumentū, licet Dominus fuerit in culpa non bene rem ſuam cuſtodiendo, tamen quia villa eſt in dolo præſum-
3 pto. ex præſumptione ſtatuti. quod nimirum † aliquis de villa damnum dederit, tenebitur villa ad emendationē dāni, quia dolus licet præſumptus præpōderat culpę, vt di-
4 xit *Cepolla à n. 25. vſq. ad n. 28.* infert † ſecundo loco *Bolog. loco citato*, quod etiam emptor

rationē

ratione rei à ſe euictæ, pro expenſis, quando non eſt in poſſeſſione; quia ſi ſit in poſſeſ-
ſione poteſt illas per exceptionem retinere. *§. ſiquis in ſuo ſolo Inſt. de rer. diuiſ.* & ideo im-
putet ſuæ Imprudentiæ, ſi non retineat *l. ſi per imprudentiam ff. de euict.* hoc autem fallit
ſi venditor erat ſciens, quandoquidem non adhibetur diſtinctio, an potuerit retinere
per exceptionem ſed indiſtinctè agit de euictione emptor *d. l. per imprudentiam*, quod
eſt notabile ait *Bolog.* pro ementibus aream; & in ea ædificantibus magna palatia, vt cō-
tra vendentes ſcientes indiſtinctè petere poſſint ſuas expenſas, ratio eſt, vt ibi ait, quia
5 dolus venditoris præponderat culpæ emptoris in retinendo. † Tertio infert *Roland.
d. conſ. 87.* quod aduerſus eum, qui iurauit in litem poteſt probari contrarium, quod i-
mo iurauerint falſum, quoniã, tametſi illud iuramentũ detur contra illum, qui fuit in
dolo, vel contumacia *l. 2. ff. de in lit. iur.* ibi cum dolus, aut contumacia punitur, tamen
maior eſt dolus falſum iurantis, qui Deum, & partē dicitur offendere *c. debitores extr.
d. iure iur. l. 2. C. de reb. cred.* quam ſit delictum, qui hominem læſit, & ita maior dolus, in
6 hoc caſu præponderat minori. IV. infert † *Riminal. loco ſupra deducto*, quod iudex ob do-
loſam ſententiã, debet teneri in Syndacatu, etiam ſi pars grauata nō appellauerit, quo-
niam pars non appellando fuit in culpa; iudex reddendo ius iniquum fuit in dolo, cul-
7 pæ autem præponderat dolus † Ampliatur regula vt dolus præponderat dolo, non
tantum culpæ. Et proprerea dolus verus præponderat dolo præſumpto, quia ſcili-
8 maior eſt, *Rolandus conſilio dicto* eadem ratione dolus † in committendo præpon-
derat dolo in omittendo; vt in caſu propoſito à Riminaldo, nam is, qui non appel-
lat a ſententia iniqua; Eſt in dolo in omittendo, ſed iudex iniquum ius decernendo eſt
in dolo in committendo, ideo debet puniri, quoniam præponderat arg. *l. ſi mora. ff. ſol.
9 matr.* Dolus etiam apertus præponderat dolo † velato, in quo agitur de lucro captãdo;
10 præponderat dolo, in quo † agitur de damno euitando. *Abb. in c. ſup. eo, ext. de crim. falſi*
11 extendit ot, vt † idem iuris ſit in culpa; nēpe quod culpa in faciendo præponderat cul-
pæ in omittendo, arg. *d. l. ſi mora*, & tradit *Soc. in c. ſiquis domum nu. 15. extr. de iniur.* maior
12 eſt. n. quæ conſiſtit in faciendo, ea qi ratione † leuiſſima culpa in faciendo continetur
in lege Aquilia *l. in lege Aquilia l. 2 ff. ad l. Aquil.* ſecus ſi fuerit in omittendo *l. ſi vſusfru-
ctus. §. denìq. ff. de vſufructu*, quem tex *Bart. Bald. & Ang.* mirifice extollunt ad limitati-
13 onem totius rituli *ff. & Cod ad l. Aquil.* Itidem lata culpa † præponderat leui, leuis au-
tē præponderat leuiſſimæ *Dyn. in c. in pari d. reg. in 6. Rom. in l. cum mulier verbo quarta eſt:
14 n. 95. ff. ſol. matr.* Quib. conſequens eſt, quod lata culpa † verſotiæ, præpōderat latæ cul-
pæ ignauiæ, cum longe ſit maior per *Syluestr. Aldobr. in d. §. ſuſpect. autem Inſt. de ſuſpect.
15 Tutor.* † Limitatur hæc regula in *c. cum dilecti iunct. gl. ſi. extr. de his*, quæ vi, metuſue cau-
ſa fiunt, etenim ibi dolo fuerant aliqui deducti ad ingreſſum religionis, & fuerant in
culpa, quia ait tex. ad fatuitatem magis, quã ad circumuentionem poterat retorqueri;
quippe non fuerat talis dolus, qui falleret prudentes viros, tamen non reſtituuntur, *gl.*
ibi obſeruat, q; dolus non præponderat culpæ imo culpa præponderat dolo, tũ fauore
religionis, tum q a non eſt vere deceptus cũ meliorē partē ingreſſus in monaſteriũ ele-
gerit, verũ, vt ipſe poto non recte ꝓbat, quandoq; dem ſupponit tex. non fuiſſe dolũ cō-
miſſum dum ingr tribuendũ eſſe magis illorũ fatuitati, tacite inferens, quod ſi nō fuiſ-
ſent fatui, non fuiſſent circũuenti, atq; ita non erat Machinatio ad circumueniendũ
adhibita, nec obſtat ratio fauoris religionis, ſiquidē ſtante deceptione ex vero dolo, nō
teneret religionis ingreſſus; domin⁹. n. hilarē datorē diligit, & amat militē voluntariũ:
16 Limitatur ſecundo loco in † crimine hæreſis, in quo culpa præponderat dolo cōmiſſo
17 in alio delicto, veluti in homicidio, † quod leuius eſt hæreſis delicto, vt per *Ioannem
Franciſ. Porrum in tract. de Lamiis n. 81. verb. vigeſimatertia*, vbi tamen declarat, vt nō ꝓ-
cedat in his, quæ non ſapiunt manifeſtam hæreſim.

REGVLA 13.

Quælibet cauſa excuſat à Dolo.

1 *Iura ex quibus ſumitur regula:*
2 *Dolus conſiſtit in animo:*
3 *Ratio reg. duplex.*
4 *Illatio reg. vt culpa excuſet à turbata poſ-ſeſſione ab homicidio:*
5 *Si ſtatutum puniens homicidium factum quocunq; modo, an excuſetur ex cauſa:*
6 *Cauſa ab omni delicto videtur excu-ſare.*
7 *Cauſa fatua erronea, iuris ignorantia;*

excuſant à dolo, declara ex nu. 10.

8 *Imo iuſta tantũ, & rationabilis cauſa, excuſationem præſtat à dolo.*

9 *Qualibet cauſa excuſat à tanto, ſed non à toto.*

10 *Qualibet cauſa, vt excuſet à dolo, debet allegari, & probari, quod ſci. fuerit quis motus & illa*

11 *Regula limitatur, vt procedat extra iudicium, non in iudicio.*

12 *Creditor ingrediens poſſeſſionem debitoris quo modo excuſetur.*

13 *Error iuris naturaliter prohibiti non excuſat à dolo.*

14 *An qualibet cauſa excuſet ab homicidio, & à falſo.*

15 *Opinio Menochii reiecta.*

16 *Limitatur regula, vt locum non habeat in dolo præſumpto, nec in culpa.*

17 *Declaratur regula, vt obtineat, quoad pœnam euitandam, non quo ad lucrum capiendum.*

18 *Alia limitatio, in eo, qui cognouiſſet cauſam iniuſtam, & is perſeueraſſet in ea.*

PRouenit ex *l. igitur verb. & general. ff. de liber. cauſ.* in illis verbis iuſtis rationibus du-
1 ctus, † vel iniuſtis, ex *l. clam poſsidere in princ. ff. de acq. poſſ.* ibi aut aliqua ratione, & ita
eum expendit *Aret. ibi in princ. not. & Iaſ. in 6. not.* ex *l. ſed ſi leges. §. ſcire. ff. de petit. hæred.* i-
bi, dolo caret, quãuis in iure errauerit ex *l. conſtat inter omnes §. recte. ff. de furt.* ibi; quod
enim dolo fecit, qui putat Dominũ conſenſurum fuiſſe, ſiue falſo, ſiue vere putet ex *l.*
ſi ſeruum. §. amouere, non videtur. ff. de acq. hæred. in verb. qui non callido animo, nec ma-
2 ligno, nec is quidem, qui in iure errauit. † Ratio eſt, vt puto, quoniam dolus cõſiſtit in
animo, *Doct. in l. dolum. C. de dolo.* Ideoque non probatur directe, ſed per coniecturas, ſi
igitur animus nõ dirigitur ad decipiendum, non eſt in dolo, non dirigitur autem, ſi a-
liqua cauſa à dolo remota fecerit, quod non erat faciendum, vel omiſerit quod nõ e-
3 rat omittendum, facit *gloſſ. mag. in l. plagii in verbo iuſta. C. de plagiar.* Rurſus † alia litra-
tio, quoniam ceſſat in eo definitio doli: igitur & definitum; etenim, cum dolus ſit Ma-
chinatio fraudulenta ad circumueniendum *l. 1. § 1. ff. de dolo*, plane non vult decipere,
qui aliqua alia cauſa ductus fecerit, vt nõ obſcure colligitur ex *d. §. recte dictum*; In quo
fur dolo caret ſi putauit Dominũ conſenſurum, etiam ſi falſo putet, veluti ratione ali-
cuius leuis amicitiæ. Probant, & citant regulam Doct. tam legentes, quam practici,
Bart. & alii in l. iuſte poſsidet in fin. ff. de acq. poſſ. Odofred. Bald. Ang. in l. plagii in verbo iuſta. C.
de plagi. Bal. Iaſ. & Ang. *in l. 1. § fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. Caſtr. &* Balbus *in l. Celſus*
ff. de vſucap. Gomeſ. in §. ex maleficiis. Inſt. de actio. Bald. conſ. 345. lib. 40. & conſ. 431. eod. libro
Caſtr. conſ. 199. col. 1. lib. 1. & conſ. 271. lib. 1. Rom. conſ. 224. circa medium Corne. conſ. 17. li. 1. &
conſ. 62. eod. lib. Cephal. conſ. 4. & conſ. 64. vol. 1. cum aliis prope infinitis congeſtis à *Tiraq.*
de pœnis cauſa 43. n. 2. à Gabriel. in tit. de concluſ. crimin. concl. 8 à Menoch. de recup. poſſ. remedio
5. quæſt. 24. Ex canoniſt. probat *Fely. in c. cum contingat ex. de reſcript. Bal. in c. ſi quis teſtium.*
extra de teſtib. Cardin. Flor. & Ancar. in clem. 1. de ſepultur.

Infertur primo ad doctrinam *Bar. in l. 1. §. non autem, in fin. ff. ſi quis teſt. liber eſſe iuſ-*
4 *ſus fuerit* † dum affirmauit dolum requiſitum à ſtatuto, cum punitur alienæ poſſeſſio-
nis turbator, ceſſare, cum cauſa aliqua turbationi ſuffragatur ex *d. l. igitur. §. cauſa. ff. de*
liber. cauſ. Barb. *conſ. pen. lib. 2. Ancar. conſ. 127. circa finem.* Secundo infertur, vt excuſet e-
tiam à dolo, qui exigitur in homicidio. *Iaſ. in l. 1. ff de legi. in l. 1. nu. 24. ff. de eo per quem fa-*
ctum erit, in l. qui iuraſſe. ff. de iure iur. Afflict. deciſ. 60. nu. 6. niſi ſtatutum puniret homici-
5 dium quomodocunque commiſſum, tunc enim non excuſaretur propter illa † verba
(quomodocunque) ſua namque generalitate comprehendunt homicidium ſine dolo
Iaſ. in d. l. 1. n. 25. ff. de legib. Ray. conſ. 32. num. 7. lib. 2. Bellon. conſ. 8. n. 22. Infertur tertio va-
6 lere leuẽ cauſam, vt quis † excuſetur à crimine læſę Maieſtatis, à crimine falſi, à crimi-
ne malæ conuenticulæ, à periurio, à mora, vt multis congeſtis authoritatibus probat
Menoch. dicto remedio 5. quæſt. 14.

7 Infertur quarto ad *conſ. Aret. 80.* quod † credulitas etiam fatua, excuſat à dolo &
ad dictum Ang. *in dict. l. plagii.* Quod temeritas præbet excuſationem à dolo; *Imol. in l. ſi*
inſulam. ff. de verb. oblig. quod per credulitatem, quamuis beſtialem excuſamur à dolo.
conſ. 131 col. 4. verb. amplius lib. 1. Crau. conſ. 18. num 9. Infertur quinto quod ſententia nul-
la, & inualida excuſat à dolo, *Bartol.* & alii poſt eum in *leg. iuſte poſsidet. ff. de acquir. poſſeſſ.*
ſequitur *Alex. conſ. 160. viſis narratis colum. 2. lib. 7, Tiraquel. d. cauſa 43. num.* 8. Infertur
ſexto quod error etiam iniuſtus excuſat à dolo *Caſtrenſ. & Balbus in l. Celſus. ff. de vſucap.*

Infertur ſeptimo quod conſuetudo etiam irrationalis, excuſat à dolo, & ita à
pœna temporali, non ab æterna, & in prohibitis à iure humano, non diuino, *gloſſ. fin.*
in c. ſant

in c. ſane in verb. antiqua conſuetudo de tempor. ord. & ibi *Innoc. Iaſ. in l. de quibus. ff. de leg. & in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. Gabr. latiſſ. d. concl.* 8. *n.* 15. *&* 18. Infertur octauo quod iuris ignorantia excuſet à dolo. *Dyn. in reg. iuris ignor. de reg. iur. in* 6. *Bart. in l. ſed ſi lege* §. *ſcire* per illum tex. *ff. de petit. hered. Ang. in l ſicut in fin. C. de præſcript.* 30. *annorum Socc. conſ.* 108. *vol.* 1. Infertur etiam ſi crediderit fide digno, quod qualiter ſit accipiendum, declarar copioſe *Gabriellus d. concluſ.* 8. *n.* 36. *cum mult. ſeq.*

8 Verum contra prædicta, quod quælibet cauſa † non excuſat à dolo, aperte videtur probari ex *l. doli verbum*, ibi; ibi probata, & iuſta ratione *ff. de ſeruo corrupto ex l.* 3. §. *generaliter. ff. de liber hom. exhib.* ibi: non videtur dolo malo facere, qui iuſtam cauſam habet hominis liberi apud ſe retinendi, id quod expreſſius oſtenditur in §. *ſeq.* vbi dolo malo dicitur retinere, qui non bona, vel probata ratione hoc facit. Ad conciliandam hanc antinomiam, *Tiraq. d. cauſa.* 43. *nu.* 10. *in fin.* ait regulam noſtram eſſe intelligen-
9 dam, vt dolum quælibet cauſa † excuſet à tanto, ſed non à toto, quam ſolutionem probat *Menocch. de recup. poſſeſſione remedio* 5. *quæſt.* 14. *num.* 62. dicens cauſam etiam leuem excuſare à dolo, ne ſcilicet delinquens puniatur ordinaria pœna in totum, ſed non vt aliquo modo non plectatur ex allegatis iuribus, erit ergo hæc pœna ſtellionarus, *Ang. in d. l. plagii. Decius in l. hoc edicto. ff. quod quiſq. iuris*, nam ceſſante ordinaria pœna, fit lo-
10 cus extraordinariæ pœnæ. Altera affertur † declaratio, nempe quod leuis iſta cauſa, non ſolum eſt alleganda, ſed etiam probanda, vt facientem excuſet. *Bart. & alii in l. inter omnes.* §. *recte. ff. de furt.* vbi inquit, quod aliqui ad doli excuſationem allegāt iniuſtā cauſam, non præſumitur, ea motus delinquens, & animo delinquendi, niſi per vehementes coniecturas probauerit; idem voluit *Bart.* loquens de errore iuris, & *Ang. in l. ſed ſi lege.* §. *ſcire. ff. de petit. hæred. Alex. conſil.* 103. *libro* 1. & in terminis doli *Aret. conſil.* 80. *numer.* 3. *&* 4. *Corn. conſil.* 244. *volum.* 3. *& conſil.* 280. *eod. volum. Gomeſ. in* §. *ex maleficiis, inſtitut. de act.* & *Tiraquell. d. cauſa.* 43. *numer.* 9. *Gabriell. concluſ.* 8. *numer.* 63. 66. 71. Vbi grauiſſimorum virorum authoritate ait d. allegationem leuis, & iniuſtæ cauſæ, etiam ſi non fuerit plene probata, quod vere metus fuit ex illa cauſa, probari teſtibus, nempe ſi faciens declarauit ante coram teſtibus, *Cravett. de antiquitate tempor. part.* 4. *numer.*
11 153 *Gabriell. dicto loco numer.* 67. Limitatur † regula, vt obtineat in excuſatione doli commiſſi extra iudicium, non in iudicio; *Baldus in l. qui non probaſſe, in ſecundo not. Codice de calumn.* à contrario ſenſu *Socc. conſil.* 18. *volum.* 1. *Gomeſ. in d.* § *ex maleficiis dicto remedio.* 5. *quæſt.* 14. Inferens ad caſum *l. creditores. Codice ſi per vim*, vel *alio modo*: Nam & ſi ex leui
12 cauſa † excuſetur, creditor, qui ſua authoritate ingreſſus eſt rem debitoris, tamen ait locum eſſe pœnæ dictæ legis, ſi iam lis erat apud magiſtratum inſtituta, & quamuis Baldi ſententiam, ibi Menocchius in dubium reuocet, tamen ait iudices non recedere à Baldi ſententia, oſtendens eam eſſe communem, & *Gabriell. dicta concluſio.* 8. *numero* 72. ſolum Abbatem contradictorem citat in *capit. cum dilecti numer.* 2. *de electione.*
13 Altera eſt limitatio, quod error † iuris naturaliter prohibiti non excuſat à dolo; vt *Reg. 19.*
cumulo multorum Dd. probat *Gabriellus citato loco numer.* 73. *verbo ſexto limita. Tiraqu. d. cauſ.* 43. *numer.* 11. Quibus addo. *Alciat. reg.* 3. *præſumpt.* 30. *numer.* 6. *& Aret. dicto conſilio.* 8. *numer.* 3. Quoniam ſcilicet in his eſt doli præſumptio, & ideo ad elidendam illam præſumptionem in his, quæ naturaliter ſunt illicita, requiritur probatio per euidentes coniecturas, *Innocent. & alii in capitulo primo extr. de præſumpt.* & probant alii multi ci-
14 tati à *Menocchio dicta quæſt.* 14. *numer.* 58. Ex qua limitatione † ſequitur ſupradictam ampliationem non eſſe veram, quod quæuis cauſa excuſat ab homicidio, à periurio, à falſo; quæ ſunt naturali in re prohibita; aut ſi vera eſt illa ampliatio, non conſiſtit vtri-
15 que iſta limitatio, nec † ſatisfacit conciliatio *Menochii dicto numero* 58. quod ſcilicet dictum in limitatione ſit accipiendum in iure notorio, & nulla excuſatione digno, quippe ius naturale eſt notorium, cum natura docuerit illud omnia animantia §. *primo inſtitut. de iure nat.* & illud ius gentium, quo furta, falſitates, homicidia, fugere admonemur, notum eſt omnibus gentibus, ideoque procliuior ſum, vt credam veram eſſe limitationem, & falſam ampliationem, & ſentio cum *Alciato dicta præſumpt.* 30. *cum Gabriello dicta concluſione* 8. *numer.* 74. vt procedat in iure ciuili, maxime notorio, & indu-
16 bitato, & longe magis in prohibitis iure diuino. Tertia † eſt limitatio, vt regula locum habeat in dolo vero, non autem in præſumpto *Bald. in l. qui contra Codice de inceſt. nupt. in* 2. *lect.* per illum textum, dicens eſſe valde notandum, *Tiraquell. cauſa* 43. *nume.* 22. Idem iuris eſſe inquiens in lata culpa, vt ſcilicet ab ea non excuſet, quælibet cauſa *Bartolus in d. l. iuſte poſſidet*, & ibi *Iaſon.* reputat eſſe notabile *Gabriell. dicto concluſio* 8. *nu.*

78.&79.declarans eſſe veram, ſi ſtatutum non exigeret dolum, ſed culpam. Quarta
17 † limitatio eſt, vt quælibet cauſa excuſationem præſtet à dolo, nimirum quo ad euitã-
dam pœnam, non quo ad faciendum lucrum, *Calcan. conſ. 28. Gabriell. in ſæpe citato loco numer.* 82.

18 Quinta limitatio † eſt in eo, qui cognouit cauſam eſſe iniuſtam, & nihilominus
perſeuerauit in ea *Bald. in l. ſiquis, id quod. §. doli. ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi ponit exemplum,
& *Iaſ. conſ. 179. vol. 2.* ſiquidem hoc propter perſeuerantiam conſpicuum eſt illum non
carere decipiendi animo; ſiquis plura ad hanc reg. requirat, petat à G*abriello dicta conclu*ſ.8. vbi præter terminos doli, infert ad alia multa, ſed nobis ſatis fuit, quæ propriu
ad dolum pertinebant attigiſſe.

Regvla 14.

Cuius, quis dolo grauatur, eiuſdem debet ſumptibus releuari.

1 *Ex quibus iuribus regula deducatur.*
2 *Ratio reg. fundatur in æquitate naturæ.*
3 *Catonis dictum de litibus.*
4 *Chilonis ſententia de controuerſiis forenſibus.*
5 *Vetus adagium de lite.*
6 *Lepidum exemplum cuiuſdam mercatoris forenſibus negociis gaudentis.*
7 *Turronis procuratoris factum, ob datam ſibi ab officio vacationem.*
8 *Duæ ſunt expenſarum ſpecies. Iudiciales, & extraiudiciales.*
9 *Quæ ſint extra Iudiciales.*
10 *Quæ iudiciales.*
11 *Expenſæ, quibus aliquis poteſt dolo alterius grauari, ſunt in multiplici differentia.*
12 *Expenſarum quædam fiunt ante litem cõteſtatam, quædam poſtea.*
13 *Expenſæ officio iudicis petuntur.*
14 *Expenſæ fiunt quoque in cauſa appaiitionis.*
15 *Numquid ſit differentia in condemnatione in expenſarum, in prima & in ſecunda inſtantia.*
16 *Victor, cui victus fuit in expenſis condemnatus vſus fuit patrono, amico ſine pecunia, an debeat conſequi ſalarium, quod fuiſſet daturus Patrono, quando non præſtiſſet gratis ſuum patrocinũ.*
17 *Emptor ad fundi reſtitutionem iudicaliter condemnatus fuit, cum ſine aduocato ſuo mar tecauſam acriter defendiſſet & nihil de contingentibus omiſiſſet, an ſalarium aduocati cum aliis expenſis cõſequi poſſit.*

1 PErtinet hęc regula ad expenſas, quas ab eo cõſequimur, cuius fraude vexati ſumus,
eximitur autem † ex *l. properandum. §. & ſiquidem. Codice de iudic. ex l. 2. Codice de fruct.*
2 *& litium expenſ. ex capit. cæterum, & cap fin. extra de reſcriptionib.* Ratio † reg ſumitur ex
æquitate naturæ ne cuiquam ſit impune, alium ſumptibus vexare, ratio eſt etiam, ne
3 procliues ad lites fiant homines, expenſarũ cõdemnationis timore propoſito. † Quare optat *Cato* pretioſiſſimis pannis ſtratam eſſe curiam, ne ciues litigaturi temere aude-
4 rent illam intrare. Et *Chilonis* illius ſapientiſſimi Lacedæmonii † tria præcepta au-
5 reis litteris Delphis ſunt conſecrata. *Noſce te ipſum*; † *ne nimium cupias æris alieni, ac
litis miſeriam fac effugias.* Huc etiam reſpiciebat antiquum adagium, *cum licet effugere,
ne quæras litem*, cuius immemores ſunt quam plures dum litigant, non tam vt ipſi aliquid conſequantur, quam aliis moleſtiam inferant, vt dixit *Heſiodus*, hoc parum laudato vitæ genere gaudentes; cuius conditionis hominum lepidum exemplum, affer-
6 re labor is non erit ſuperuacuus, ſed iucundæ lectionis, de Mercatore † quodam Pariſienſi alioqui vero bono, ſed qui tota vita, nihil vnquam vacui temporis à litibus forenſibus habuiſſet, & valde ſenex fora omnia quotidie peruagaretur quod cum ad
Franciſcum primum Galliarum Regem elegantiſſimi hominem ingenii perlatũ eſſet,
quietis ſe aliquid miſero homini confecturum, & cum omnibus, tam qui ab ipſo peterent, quam a quibus ipſe peteret, bonis, & æquis conditionibus tranſacturum recepit.
At infelix ſenex ad regem accurrit, prouolutuſque ad eius genua ſupplex orat, vt ſibi vna ſaltem, vel altera lis, in qua ſe exerceret, relinqueretur vitam ſibi ademptam illa exercitatione, iniucundam, & inſuauem fore; Riſit Rex; & homini lites ſuas, quibus ſuo ſe arbitratu fatigaret, reliquit; ſicut literis mandauit
M. Antonius Muretus in Scholiis ad Senecam de breuitate vitæ in fine, quo loci

ſenteca

7 *Seneca* recenſet † Turronium quemdam exactæ diligentiæ Senem, qui cum poſt nonageſimum annum, vacationem procurationis à Caio Cæſare vltro accepiſſet, componi ſe in lecto, ac velut exanimem, à circumſtāti familia plangi iuſſit, lugebat domus ocium Domini ſenis, nec finiuit ante triſtitiam, quam labor ille ſuus reſtitutus eſt. Sed
8 vt è ſemita in viam redeam. † Præmitto duas eſſe expēſarum ſpecies, nempe extra iu-
9 diciales, & iudiciales, vt per *Specul. in tit. de expenſ. in princ.* Extraiudiciales † ſunt, quæ in re, velut in fundo, in area, in domo fiunt, interdum à bonæ fidei, interdum † malæ fidei poſſeſſorib. §. *ſi quis à non domino, & §. certe illud conſtat Inſt. de rerum diuiſ. l. impenſa ff. de impenſ. in reb. dot. fact. l. impenſa. ff. de verb. ſignif. C. paſtoralis extr. de Decim.* & de his non intelligitur regula noſtra, quippe nō debentur ex vexatione noſtri aduerſarii, ſed vel ex noſtra bona fide, vel ex laboribus in perceptione, collectione, & conſeruatione fructuum; Quædam enim expenſæ fiunt cauſa fructuum, ſiue quærendorum, vt in arando, ſeminando, quædam gratia fructuum percipiendorum, vt quæ fiunt metendo, triturando, quædam gratia conſeruandorum, vt quæ fiunt in horreis, & de his impenſis dictum eſt, alias eſſe neceſſarias, alias vtiles, alias voluptarias *l. 6. & 7. l. 4. ff. de impen. in*
10 *rebus dotal.* † Iudiciales ergo expenſæ proprius ad hanc noſtram regulam pertinent, de quibus Dd. *in d. l. properandum, & in l. fin. l. de fructibus, & lit. expen. Lancelot. in tracta.*
11 *de reg. iuris Canon. in reg. cuius quis dolo. fol. 218.* † Sunt autem iudiciales expenſæ, quibus dolo, vel fraude alterius grauamur in multiplici differentia, nam earū aliquæ fiunt ante
12 † litem cōteſtatam, quædam poſt litis conteſtationē, aliæ quæ contingūt in cauſis appellationum, atque in his omnibus videtur hæc regula accipienda. Et primo de expenſis factis ante litis cōteſtationē eſt tex. *in c. caterum, & in c. fin. extr. de reſcript.* in quibus enumerantur multæ ſpecies eorum: Qui obtinent reſcripta ad lites, vt fatigēt aduerſarios, & puniuntur in eo, vt careant impetratis, iuxta vulg reg. *Mendax precator careat impetratis. l. ſi legib. C. ſi contra ius, vel vtilit. pub. c. ſuper literis c. ſedes extr. de reſcript.* nec non aduerſariis in moderatis expenſis, ac damnis, quæ eos pertuliſſe conſtiterit condemnantur.

Secundo, is, qui paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionem ſi velit rem ſuam recuperare, debet congruam de expenſis ſatisfactionem promittere, *c. quoniam frequenter. §. in alus vero extr. vt lite non conteſt. & de ſequeſtr. c. 1.* Tertio vbicumque proceſſus iudicis malitioſe impeditur *l. non ignoret. C. de fruct. & lit. expenſ. l. ſancimus. C. de iud.* Quarto qui temere vocat alium in iudicio *l. eum quem temere. ff. de iud.*

Quinto plus petens re vel cauſa. *c. vni extr. de plus petit. § plus autem,* vbi *Doct. Inſt. de act.* in prædictis itaque caſibus, & multis aliis ſimilibus, quos inuenire cuilibet facile eſt, apud *Specul. tit. de expenſ. §. ſi ante litem nu. 9.* verbo; ſunt autem multi, quoniam dolo, vel fraude, aut malitia aduerſarii grauamur, eiuſdem ſumptibus etiam releuamur *c. 2 extr. de dolo & contumacia, d. c. caterum. c. fin. & c. ex tenore de maior, & obed. c. fin. &*
13 *c. accedens de accuſ.* Petuntur autem iſtæ † expenſæ officio iudicis, propterea quod ſunt ſequela perſonalis actionis; Quare cum Iudex pronunciet ſuper conſequentiis cauſæ, eodem modo, & ſuper expenſis pronunciabit, argumento *l. Paulus. ff. de re iud. l. eum qui emit. §. item ſi frumenta ff. de furt. Specul. citato loco. § ſi ante in prin.* dicens, quod quemadmodum officium iudicis ante litem conteſtatam; inſeruit citationibus, interrogationibus, &c. ita & in expenſis. Sequuntur modo expenſæ quæ fiunt poſt litem conteſtatam, & iſtæ conſiderantur bifariam.

Aut enim ſoluuntur ratione totius cauſæ principalis; quod iniuſtam habuerit occaſionem litigandi, aut reſpectu malitioſæ alicuius exceptionis propoſitæ, & non probatæ, *Specul. d. tit. de expenſis. §. nunc de expenſ. num. 8.* verbo hoc vult dicere, quę ſanè expenſæ omnes à reo peti poſſunt, vel ab Actore, quando iſte, vel ille contumax fuerit, & malitioſe litigauerit, vel aliam exceptionem propoſuit, & defecit in probatione; *Specul. d. §. nunc de expenſ. num. 6. verbo hoc quoque & num. 8.* vbi notanter infert. quid ſi ego ratione contumaciæ, vel exceptionis non probatæ in proceſſu cauſæ ſoluerem decem, & poſtea in fine victor exiſtēs in cauſa principali, Iudex aduerſarium mihi condemnauerit in expenſis, non recuperabo illa 10. argumento *cap. auditis ex. de procur. ca. fin. extr. de dolo, & contumacis,* confert, quod tradit *Bald. in leg. properandum. §. ſin autem in fine. Cod. de iud.* ratio eſt quoniam in iſtis expenſis non attenditur, an ſuccumbēs iuſtam habuerit cauſam litigandi. *Specul dict. §. nunc de expenſ. num. 9. verb. hoc autem ſatis.* Hæ quoque expenſæ officio Iudicis petuntur, etenim, quæ poſt litem conteſtatā accidunt, ſpectant præcipue ad officium iudicis, qui niſi earum fecerit in ſententia con-

Digitized by Google

ċemnationem, poſtea non petuntur, *l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.* proinde vtiliſſimum eſt, vt procurator petens ſententiam, proteſtetur de expenſis, quæ cum in cauſi † quoque appellationis fiant: ad eas venio, dicens eas etiam officio iudicis contineri, non ſecus ac illas, quæ in principali iudicio contingunt, *l. tutor. ff. de vſur.* ratio eſt qūoniam Iudex appellationis ſuccedit in locum iudicis principalis cauſæ cum poteſtate addendi, & minuendi, *l. 1. Cod. de ſenten. quæ ſine cert. quant. & d. l. tutor.* imo tributa eſt ei facultas reuocandi condemnationem expenſarum factam in cauſa princi-
15 pali, vel omiſſam ſupplere, *l. fin. C. quando prouoc. non eſt neceſſe.* Plane videtur † eſſe differētia in cauſa principali & in cauſa appellationis, ſiquidem in iſta nō attenditur, nūquid appellans iuſtam habuerit cauſam litigandi, vt in illa, ſed ſi ſuccubuerit, indiſtincte ſolet in expenſis condemnari, *c. ne debitus extra de appellat. c. ſæpe & c. reprehenſibilis eod. tit. l. eos. §. ne temere. C. de appellat. l. ab exequutore. Cod. quorum appellationes non recip. Specul. de expenſis. §. nunc videndum in princ. & nu. 1.* affert rationem differentiæ, nempe quod ex ſententia, quam contra ſe habuit, ſatis apparet de iniuſta litigandi cauſa, ſed *numero 3. & 4.* eam rem declarat, & limitat, ſed ſi appellatus ſuccumbat, atque ita ſententia in eius fauorem lata fuerit à iudice appellationis reuocata, an poſſit in expenſis condemnari, & licet videatur affirmatiue reſpondendum, propter æqualitatem ſeruandam in iudicio, maxime in expenſis, *l. in ſacris. C. de proxim. ſacris ſcriniis, lib. 12.* tamen contrarium eſt verius, propterea quod rationabilē cauſam habuit litigandi, & defendendi ſententiam in ſui latam fauorem, pro qua eouſq; præſumitur, quouſque probetur contrarium, *l. generaliter. C. de rebus cred. c. ſicut extra de re iud. Specul. in d. §. nunc videndum n. 9.* dicens, quod primi iudicis imperitia non debet ei nocere, ſi nihil in hoc
16 peccauerit occurrit † hoc loco conuſualis quæſtionis diſputandæ nobilis occaſio, victor, cui ex regula communi victus fuerat in expenſis condemnatus, habuit patronum gratis præſtantem patrocinium, petitque ſalarium, quod erat habiturus cauſæ patronus, ſi non reſpuiſſet ex ſua liberalitate mercedem. *Specul. in tit. de expenſis. §. poſtremo n. 8. verb.* quod ſi victor, diſtinguit, vtrum ille animo, donandi cauſæ fuerit patrocinatus, & hoc caſu non debet fieri cōdēnatio in ſalario, quod ille aduocatus promeritus eſt, ratio videtur, quoniam non fuit grauatus; & licet remaneat obligatus ad antidora arg *l. ſed ſi lege. §. conſulit ff. de petit. hæred. c. cum in officiis extr. de teſt.* tamen eiuſmodi condemnatio non inducit condemnationem; ſi vero ſpe remunerationis, facienda eſt in expenſis condemnatio, arg. *§ fin. l. idemq; & l. ſi vero non remunerandi. ff. mand.* & ratio eſt in promptu, quippe illud honorarium, præſtaturus eſt victor, licet durante cauſa
17 nō pſtiterit. † Rurſus pulcræ dubitationis ſeſe offert occaſio, emptor fundi, cui vēditor ratione euictionis tenetur etiam ad expenſas, cū eſſet pro illo fundo conuentus in iudicio, cauſam defendit ſine aduocato quidem, ſed ita, vt de contingentibus, nihil prætermiſerit; numquid poterit expenſarum nomine petere quod aduocato dediſſet, vel procuratori, *Specul. d. § poſtremo nu* 8. prōcliuis eſt in affirmatiuam ſententiam, *l. vtiq;. §. culpa. ff. de rei vend.* motus non nullis rationib. à ſimili, & ante eum *Gultel. de Suz. in l. properandum. §. ſin autem ex geſtis*, eandem opinionem ſecutus apoſtil. ad *Specul.* ibi citat in terminis *Deciſ. Rotæ. 434. in antiquis*, incipit, quod ſiquis propriā cauſam per ſe tractauit, an repetat expenſas, quas facere potuiſſet in procuratores, & aduocatos, & *Deciſ. 533. in antiquis.*

REGVLA 15.

Dolus cum Dolo compenſatur.

1 *Multæ ſunt leges, ex quibus iuſtiſſima hæc regula ſumitur.*
2 *Non ſolum iure ciuili, ſed etiam iure canonico probatur.*
3 *Prima ratio huius regulæ.*
4 *Compenſatio inducta eſt ad tollēdam multiplicitatem litium.*
5 *Compenſatio delictorum; eſt ad inſtar aliarum compenſationum.*
6 *Alia ratio huius regulæ eſt moralis, quia carere debet omni vitio, qui paratus eſt in alium dicere.*
7 *Alia ratio eſt Euangelica.*
8 *Controuerſus eſt huius regulæ ſenſus, & intellectus.*
9 *Prima declaratio regulæ ex intentione glo. ſed reprobatur à* Rom. nu. 11.
10 *Si dolus ab vtraq; parte fuerit commiſſus, & circa idem, admittitur compenſatio.*
11 *Si dolus committatur circa diuerſa ceſſat compenſatio.*
12 *Declaratio Speculatoris, quæ à Romano etiam refellitur.*
13 *Si actor compenſando, ſentiret ex ſuo dolo com-*

commodum, denegatur compenſatio.

14 Si facta compenſatione, actor non ſentit lucrum ex dolo, conceditur compenſatio.

15 Declaratio Iacobi de Arena, à Bart. probata.

16 Si volens compenſare, tractat de damno euitando, vel eſt in pari cauſa cum agente, & non eſt locus compenſationi.

17 Si opponens de dolo tractat de lucro captando, replicans autem de damno, admittitur compenſatio, ſed Bart. limitat.

18 Alia declaratio Dyni, quæ etiam à Romano confutatur, nu. 23.

19 Si duo faciunt contra legem delinquendo, deterior eſt conditio illius, qui incipit dolum proponere.

20 In pari cauſa turpitudinis, potior eſt conditio Rei.

21 Paria delicta, mutuà compenſatione tolluntur.

22 Si duo faciunt contra legem crimen cõmittendo, ſed poſtea repetendo crimen non committitur, non datur compenſatio.

23 Si duo faciunt ſecundum legem, alter contra alterum inuatur.

24 Diſtinctio Baldi pro declaratione regulæ.

25 De dolo aliquando agitur ciuiliter, aliquãdo criminaliter.

26 In cauſa ciuili, dali cum dolo, circa idem cõmiſſi, vel circa diuerſa tendentis tamẽ ad eundem effectum admittitur compenſatio.

27 Quando dolus hinc inde cõmiſſus eſt in re diuerſa, & ad diuerſum tendit effectũ, non eſt locus compenſationi.

28 Facti clandeſtini; cum alio clandeſtino, ex interuallo facto, admittitur cõpenſatio.

29 Nemini ex improbitate ſua danda eſt actio.

30 Qui furto rem amiſit, poteſt furi rem æquiualentem furto ſubripere, quando deeſt copia iudicis.

31 Commiſſo hinc inde dalo, ſi res non eſt integra, ceſſat compenſatio.

32 Quando diuerſa ſunt facta ad diſſolutionem einſdem actus turpis tendentia, non denegatur compenſatio.

33 Compenſatio quãdo vim ſolutionis habet, tunc admittitur, licet delicta tendant ad diuerſos effectus.

34 Quando compenſatio in delictis vim ſolutionis non habet, non conceditur.

35 In cauſa criminali doli, ſeu delicti cum delicto etiam circa idem commiſſi non tolleratur compenſatio, quæ ſit excluſiua pœnæ, vel confuſiua delicti.

36 Admittitur, quandoq; compenſatio excluſiua perſonæ accuſantis.

37 Quando nec ciuiliter agitur, nec criminaliter, ſed mixte, delicti cum delicto recipitur commendatio.

38 Quoties criminaliter agitur ad repellendã perſonam teſtis, delicti cum delicto per plures commiſſi, nõ datur compenſatio.

39 Romani declaratio ad reg. noſtram.

40 Si ciuiliter de dolo tractatur, & circa idem dolus eſt commiſſus, ſiue eodem, ſiue diuerſo tempore, poteſt cum dolo compenſari, fallit autem, vt ibi.

41 Quando ſecundus dolus conſumeret primũ, non eſt locus compenſationi, idemq; iuris, eſt in mora.

42 Si ex doloſis, vnus certat de damno euitãdo, alter vero de lucro repellitur compenſatio.

43 Inter duos doloſos in pari cauſa lucri ceſſat compenſatio.

44 Quoties in cauſa ciuili dolus promiſcuus tendit ad diuerſa nõ fit regulariter compenſatio.

45 Vtrum mali cum bono fiat compenſatio, in foro conſcientiæ, & in foro ſeculari.

46 In foro animæ, compenſatio boni, & mali non recipitur.

47 In foro exteriori, lucri ex legis prouidentia magis, quam adminiſtratoris mei prudentia contingentis, cum damno, culpa illius euenientis non datur compenſatio.

48 Damni prauenientis ex caſu fortuito, fit cõpenſatio cum lucro, quod mihi prouenit ex induſtria mei adminiſtratoris.

49 Damnum prouenens ex dolo, vel culpa mei ſocii, non compenſatur cum lucro ex illius induſtria proficiſcente.

50 Damnum ex negligentia ſocii profectum, compenſatur cum lucro ab eius induſtria acquiſitum.

51 Damnum cum lucro, an ſit compenſandũ in adminiſtratore neceſſario vt in tutore.

52 Princeps ſolet cum ſubditis malum cum bono compenſare.

53 Vtrum mutuæ iniuriæ, mutua etiam compenſatione tollantur, negat Speculator, & Roman. diſtinguit.

54 Iniuriarum compenſatio fit, quando ciuiliter agitur, ſi non apparet: quis prius iniuriam intulerit.

55 Si conſtiterit; quis prius verba iniurioſa dixerit, non fit compenſatio, ſed prius ille punitur.

56 Si iniuriæ ſint factæ ex interuallo, prohibetur compenſatio.

57 Iniuriarum compenſatio, quando criminaliter agitur, prohibetur.

58 Vtrum inter bannitos; admittatur compenſatio banni.

59 *Vtrum infamia cum infamia compenſetur.*
60 *Meretricia, cum meretricio.*
61 *Vtrum culparum fiat compenſatio.*
62 *Dolus interdum compenſatur cum lata culpa.*
63 *Pudicitia, vtrum cum pudicitia compenſetur.*
64 *Actio rerum amotarum, admittit compenſationem.*

NObiliſſima iuſtiſſimaque regula ex vniuerſo fere iure depromitur, infinitæ, nam-
1 que ſunt leges, ex quibus † ſumitur, & primo ex *l. ſi duo ff. de dolo*, in qua *Martianus*
ait, ſi duo dolo malo fecerint, inuicem de dolo non agent, verbo *ex leg fin. §. pen. ff. de eo
per quem factum erit*, ibi ab vtraque parte dolum cum dolo compenſando; ex *l. ſi domum
in fin. ff. de contrah. empt. ex l. viro, atque vxore. ff. ſoluto matrimonio*, in qua paria delicta mu-
tua compēſatione tolluntur. *ex l. cum mulier eod. tit. ex l. ſi alius. §. belliſſime. ff. quod vi, aut
etiam ex l. ex facto in fin. ff. de neg. geſt. ex l. ſi ambo. ff. de compenſ. ex l. 1. §. nunc tractemus. ff. de
2 tutel. & rationibus diſtrah. ex l. fin. §. ſi ad ianuam. ff. quod vi, aut clam.* Profluit etiam ex †
iure canonico ex *cap. intelleximus extr. de adulter.* ibi mutua delicta pari compenſatione
tolluntur, ex *c. quia fruſtra, & c. Michael. extr. de vſur.* in quibus vſurarum fit compenſa-
3 tio. Ratio cui velut † baculo, innititur regula non vna eſt, ſed multiplex & prior illa
quidem quod dolus delictum eſt *Iaſ. & Gomeſ. in §. item ſi quis in fraudem Inſt. de actio.* De
lictorum vero fit compenſatio, ex multis iuribus ſupra deductis, maxime vero ex *leg. ſi
ambo. ff. de compenſ.* ratio autem rationis eſt, quia compenſatio eſt fundata, in æquitate
l. in rem ſuam. Ibi, æquitate vtetur compenſationis. *ff. de compenſ.* æquiſſimum eſt autem,
vt quis creditorem, eundemque debitorem ſuum petentem ſummouere poſſit, ſi pa-
ratus eſt compenſare, *l. 2. ff. de compenſ.*

Altera ratio eſt, quod eadem cauſa qua in cęteris negociis inducta eſt compen-
4 ſatio militat, in doli compenſatione; fuit autem † ratio, vel ad tollendam multiplica-
tionem litium, vel quia intereſt magis rei conuenti non ſoluere, quam ſolutum repe-
tere, vel quoniam compenſatio, vim ſolutionis habet *l. ſi debitor. ff. qui potior in pign. ha-
beant.* & facit, vt videar à te accepiſſe, quod mihi debes, & tibi tradere, quod debeo,
quaſi fictione breuis manus, hæc obtinent in dolo, quando agitur de re pecuniaria, vt
ſentit *Innoc. in d. l. ſi ambo*, vnde infertur ad dictum *Baldi*, quod refert, & probat *Roman.
5 in l. cum mulier. num. 52. ff. ſol. matr.* quod † compenſatio delictorum eſt ad inſtar aliarum
6 compenſationum. Tertia eſt ratio † moralis, ſiquidem carere debet omni vitio, qui in
alium dicere paratus eſt *Cic. in Saluſtiū, & in Verrem*, legem ſibi dicant innocentiæ; cō-
tinentiæ, virtutumq; omnium; qui ab altero rationem vitæ repoſcunt, nec ferēdus eſt
ille, qui in altero vitium reprehendit, quod in eo ipſo deprehenditur; Quarta eſt ratio
7 † Euangelica dixit. n. *Sanctiſſ. D. & redemptor noſter* his, qui apud ſe accuſabant adulte-
ram. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in eam lapidem mittat; & ad hypocritam
ab eodem dictum eſt.

Tollere feſtucam ſi vis de fratris ocello,
Quæ tua conturbat lumina, tolle trabem.

Facit c. qui ſine 3. quæſt. 7. & cap. ſeq. iudicat ille de alterius errore, qui non habet quod
condemnet in ſe ipſo.

Probant, & adducunt reg ex Iuriſtis *gloſſ. in d. l. ſi duo. ff. de dolo in l. fin. §. pen. ff. de eo
per quē factū erit. l. 4. §. Marcellus ff. de except doli. Bart. Bald. Rom. & alii in l. cum mulier ff. ſol.
matr. Ang. in §. ſequitur. nu. 22. Inſt. de except. Spec. in tit. de except. §. fin. Iaſ. in d. l. fin. de eo per
quem factum erit, in l. tranſact. C. de tranſact. Alex. & alii in l. de viro. ff. ſol. matr. Alber. de ſta-
tutis; quæſt. 176. Iaſ. in l. in arenam. C. de inoff. teſt. Bart. in d. §. Marcellus. Bald. in ſua Margarita
in verbo Dolus* Ex Canoniſtis *Innoc. & Marianus Soc. in c. intelleximus extr. de adulter. Idem
Soc. in c. ſi rixanti. n. 11. 17. & 21. extr. de iniur.* agens, quando iniuriæ ab vtraq; parte illatæ
compenſantur, *Butr. in c. cum dilecti. n. 21. extr. de his, quæ vi, metuſue cauſa fiunt, & in c. dile-
cta extr. de except. Dyn. in c. in pari, de reg. iur. in 6. gl. in d. c. dilecti extra de except.* Accedamus
8 modo, ad ſenſum & † intellectum regulæ, eſt. n. de eo, non leuis inter Dd. controuer-
ſia, ob multa iura, quæ prohibent in delictis, & negociis doloſis compenſationem.

9 Primus † itaque intellectus, primaque declaratio eſt gloſſ. in *l. ſi duo. ff. de dolo*, nem-
10 pe aut dolus commiſſus † ab vtraq; parte eſt circa idem, & admittitur compenſatio *l.
fin. §. pen. ff. de eo per quem factum erit*, vbi dolus rei, & actoris fuit quoad impediendum
alterum, ne alter veniret ad eundem iudicem, à quo primo eodem facto vocati e-
rant, & ita procedat regula, ſequitur *Corn. in l. ſi non fuerit, ff. de iure iur.* Aut dolus fuit
commiſ-

11 commiſſus † circa diuerſa,& ceſſat compenſatio *per tex. in l. quemadmodum. ff. de no-*
xal. in quo ſi ſeruus meus aliquid tibi dolo ſubtraxerit, & tu eidem pecuniam ex illa re
perceptam doloſe ſubripueris non eſt locus compenſationi, ſed furti actioni vltro,
citroque.

Plane *Romanus in dict. l. cum mulier, num. 41. verb.* ſed certè. improbat hanc theo-
ricam gloſſ. tollens primum membrum ex *l. 46. Marcellus. ff. de except. doli*, in qua exce-
ptio doli, non perimitur explicatione, quamuis circa idem commiſſi; Alterum etiam
euertitur per *dict. leg ſi ambo in principio.* Qua cautũ eſt inter vnum ſocium negligentem
12 & alterum ſocium rem communem ex ſocietate accipientem, negligentiæ, & rei per-
ceptæ, atque ita diuerſi facti, & negocii fieri compenſationem. † Quare ſuccedit alia
noſtræ regulæ declaratio, *Specul. in tit. de excep. §. fin. in fin. & gloſſ. in cap. dilecti extr. de ex-*
cept. hoc ſcilicet modo, aut actor volens compenſare, & de dolo replicare, conſeque-
13 retur † commodum, & tunc denegatur compenſatio, & ita accipiatur text. in *§. Mar-*
14 *cellus, & cap. dilecti.* Aut Actor non reportaret ex malitia † commodum, Immo po-
tius lucri faceret Reus, & tunc replicatio, & ita doli compenſatio conceditur, & ſic
procedit dictum capitulum intelleximus, & *cap. fin. extr. de adulter*, in quibus permitti-
tur vxori alterius Adulterii replicatio, quia non reportat commodum, verum magis
afficitur damno, cùm iterum ſubiiciatur poteſtati Mariti. Cæterum, nec huic decla-
rationi, calculum ſuum Romanus addit, propterea quod in *dicto capitulo cum dile-*
cti, Actor nihil fuiſſet ſuperlucratus. Quoniam non ſeſe fundabat excommunicatio-
ne, ſed in iure alias licite quæſito, & tamen reiicitur compenſatio, & in *c. intelleximus*,
vxor cui dabatur compenſatio lucrifacit, quippe ſentit vtilitatem ex matrimonio, quo
nihil eſt dulcius Mulieribus, nihil gratius.

15 Tertia ſequitur † explicatio *Iacobi de Arena*, quam refert, & aliquibus additis
16 ſequitur *Bartolus in l. cum mulier. ff. ſol. matrimonio*; Aut excipiens tractat de damno † e-
uitando, vel eſt in pari cauſa cum agente, & tunc non auditur replicatio Actoris, & i-
ta ceſſat compenſatio, & hoc modo eſt intelligendus. *§. Marcellus*, ratio eſt, quia in pari
cauſa melior debet eſſe conditio poſſidentis. *l. cum par. ff. de reg. iur. l. nemo. §. fin. ff. de ver.*
obligat. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de condict. ſine cauſ. veluti ſi maritus ageret contra vxo-
rem, dotiſq; tunc poſſeſſionem habentem, vt illam probato adulterio lucrifaceret, ipſa
vero opponeret lenocinium, ne dotem perderet, Marito non eſt permiſſum repli-
17 care de adulterio quoniam agit de lucro. Aut excipiens tractat † de lucro captando,
replicans vero de damno euitando & hoc caſu replicatio doli perimit exceptionem
doli, atque ita inducitur compenſatio *d. leg. cum Mulier, & d. c. cum intelleximus*, nempè
ſi vxor repeteret dotem à Marito, is autem cupidus lucri except. de adulterio, Muli-
er autem ne faciat dotis iacturam, replicat de lenocinio, & valet compenſatio ex di-
ctis iuribus, hoc verò ſecundum membrum limitat *Bart.* duplici modo, & primo quo-
ties in replicatione allegaretur illud idem, quod fuerat deductum in libello. Secunda
eſt limitatio, quando exceptio, quæ obiicitur ab illo, qui de lucro tractat, non reſpicit
merita cauſæ, ſed perſonam agentem, vt eſt exceptio excommunicationis, vel ſimilis,
tunc enim contra exceptionem eiuſmodi non datur replicatio, nec admittitur, com-
penſatio *d. c. dilecti extr. de except.*

18 Porrò autem † Romanus longo apparatu examinat *dict. Bartoli in Alleg. l. cum*
mulier, num. 49. verb ſecundo fallit. Quarta eſt declaratio *Dyn. in dict. cap. in pari*, quam
cum theorica *Iacobi de Arena*, ſtudet coniungere, & explicare *Baldus in d. leg. cum Mu-*
lier, ſed & ab illa recedit *Romanus numero 78. verſ.* ſed certe iſta diſtinctio, quoniam li-
cet capita ab eo conſtituta, ſint in ſe vera, tamen non vniuerſam materiam includunt,
proinde affert.

Quinto aliam theoricam *Innocentii in capitulo intelleximus de adulter*, quo loco ita
19 diſtinguit, quandoq; duo faciunt † contra legem delinquendo, & tunc regulariter de-
terior eſt conditio illius, qui incipit dolum proponere, ideo ſi erit actor, non poterit
contra reum excipientem de dolo replicare, & ita ſumi debet *§. Marcellus*, & ita proce-
20 dit regula dicens in pari cauſa † turpitudinis, potiorem eſſe Rei conditionem *l. ſi duo*
21 *ff. de dolo l. ſi. ff. de condit. ſine cauſ.* & illa paria delicta mutua cõpenſatione † tollũtur *d. l. de*
viro. ff. ſol. matr. cõfert *d. l. mulier*, in qua cõtra maritũ excipientẽ de dolo, datur replica-
tio de lenocinio, & *l. 1. & l. ſi alterius, & C. ſi minor maior factus*, &c. in quibus ſi minori pe-
tenti reſtitutionem, obiiciatur exceptio, quod ſe dixerit maiorem datur replicatio,

22 quod dolo vi ad ita aſſerendum fuerit inductus. † Secundus caſus principalis eſt,
quando duo ab initio faciunt contra legem crimen committendo, ſed poſtea repe-
tendo crimen non committitur, vt accidit duobus facientibus contractum vſurà-
rium, & poſtea vſuras repetentibus, & tunc videtur, quod contra exceptionem non
23 datur replicatio, *cap. quia fruſtra extra de vſur.* † Tertius eſt caſus, quando duo faciunt
ſecundum legem, quo caſu verior eſt concluſio, vnum iuuari contra alium per *l. fin. ff. ex quibus cauſ. maior.* Nec Innocentii doctrina eſt communi ſuffragio canoniſtarum
probata, teſte *Romano in d. l. cum mulier numero 81.* verbo tertius caſus, cui non adhæret
Romanus, ſed ab ea recedit multis rationibus, præcipue vero propter primum mem-
brum probatum in dicto §. *Marcellus*; nimirum quod deterior ſit eius conditio doloſi,
qui proponere incipit dolum, quippe ille textus probat ex diametro contrarium, ſi-
quidem actor fundabat intentionem ſuam in contractu, nihil de dolo dicens, Reus
verò à fraude incipiens oppoſuit doli exceptionem, aduerſus quam non replicatur de
dolo, ita ſit, vt melior ſit conditio eius, qui cœpit à dolo ſimiliter & alia membra *Roma-
nus* impugnat, vſque ad *numerum 86. verſ.* vnde ad concluſionem, & tandem quaſi
24 herculeum hunc nondum explicaturus, proponit † diſtinctionem, *Bald. in d. l. cum
mulier. §. 77. verb. Bald.* vero, eaque ſuppletionibus adiuuat, cuius duo ſunt membra.
25 Primum eſt, quando dolo agitur † ciuiliter. Secundum quoties agitur criminali-
ter, ad enucleationem primi conſtituit nonnullas concluſiones. Prior eſt doli cum
26 dolo; vel delicti cum delicto circa † idem commiſſi, vel circa diuerſa, tendentis ta-
men ad eundem effectum, vel ad idem iudicium eiuſdem rei compenſatio admitti-
tur, probatur ex *l. domum, ex l. fin. ex l. ſi in emptione. §. nam ſi emptor. ff. de contrahend.
emption.* in quibus inter emptorem, & venditorem promiſcui doli compenſatio cir-
ca eundem contractum commiſſi, confirmatur ex *l. fin. §. penultim. ff. de eo, per quem
factum erit*, in qua admittitur compenſatio mutui doli inter actorem, & Reum ten-
dentis ad idem impedimentum, ne venire poſſet in iudicium. Huc etiam pertinet tex-
tus in *l. ex facto. ff. de nego. geſtis. ex l. 1. §. nunc tractemus, cum ibi not. ff. de tut. & rationib. diſtr.*
vbi recipitur compenſatio reciproci doli per duos tutores, vel curatores commiſſi ad
eundem effectum ſcilicet ad detrimentum pupilli, ſuffragatur, *l. cum mulier & l. viro,
atque vxore. ff. ſoluto matrimonio*, in quibus conceſſa eſt compenſatio adulterii, & le-
nocinii, cum vterque dolus tendat ad violationem eiuſdem Matrimonii.
27 Secunda concluſio eſt, quando dolus † hinc inde commiſſus eſt in re diuer-
ſa, & ad diuerſum tendit effectum non recipitur compenſatio, quam Baldi concluſi-
onem *ait Romanus* eſſe veram, ſed parum accommodatis exemplis declaratam; ideo
ipſe probat eam per textum in *l. quemadmodum. ff. de noxali. action.* in qua furtum vnius
non compenſatur cum furto alterius, per *l. qui vaſ. in princ. ff. de furt.* vbi, tu mihi rem
ſubtraxiſti, & ego illam tibi violenter eripio, furtum non compenſatur cum vio-
lentia.

Tertia concluſio ſumitur ex *l. ſi alias. §. belliſſime. l. fin. §. ſi ad ianuam. ff. quod vi, aut
28 † clam.* in his enim facti Clandeſtini, cum alio clandeſtino facto admittitur com-
penſatio & ratio eſt ſecundum *Bald.* quoniam illud interdictum requirit iuſtum pe-
titorem; ſed tu non videris iuſtus eſſe petitor, qui prætendis intereſſe ex iniquo ope-
re, *leg. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco publico*, vnde per manus traditum eſt nemini ex
29 improbitate † ita eſſe dandam actionem, *l. itaque fullo. §. 1. ff. de furt.* quam conclu-
ſionem veram *Romanus* intelligit; quoties iudicis, vel ſuperioris copia † non poſſit
30 haberi, tunc enim conceſſum eſt ei, qui mihi rem furto ſubtraxit, aliam rem pari fur-
to ſurripere, non ita ſi ſuperioris adeundi facultas eſſet, *dict. l. quemadmodum. §. fin. &
d. l. qui vas*, conſtat etiam, quod ſi is, qui violenter Mæuium ſpoliauit, ab eodem fue-
rit poſtea violenter ſpoliatus, habet nihilominus interdictum vnde vi, *leg. ſi quis ad ſe
fundum. Cod. vnde vi l. qui poſſeſſorem. ff. de vi, & vi armat.* ea ratione, quod priori loco
ſpoliatus poterat iudicis implorare auxilium; ſicut multa permittuntur propter defe-
ctum authoritatis ſuperioris, vel propter periculum moræ, *l. generali. ff. de decur. libr. 10.
l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraudem creditorum l. nullus, cum ibi not. à gloſſ. Cod. de
iudiciis.*
31 Quarta concluſio, commiſſo † hinc inde dolo ſi res non eſt integra, quia ven-
tum eſt ad executionem facti, hoc eſt ad ſolutionem diuerſorum delictorum, licet ad
idem tendentium, non recipitur compenſatio, *l. 3. & l. ſi ob turpem. ff. de cond. ob turp.
cauſ. l. fin. ff. de cond. ſine cauſ. l. in pari. ff. de reg. iur. l. ſi procurator. ff. de exceptione doli*; quibus
definí-

definitur, eum, qui turpiter dedit, nõ iuuari turpitudinis replicatione, quippe iam ſe-
cuta traditione rei turpiter promiſſæ.

32 Quinta concluſio, quando diuerſa ſunt facta † ad diſſolutionem eiuſdem obli-
gationis turpiter tendentia, conceditur compenſatio, per tex. in *c. cõſtitutus extr. de pœ-
nis*, cuius exemplum ſit in pace inita inter me, & Titium, cum adiectione pœnæ, ſi eam
deinceps pariter fregimus, profectò mutua hæc factio pacis, tendens ad eiuſdem a-
ctus reſolutionem, compenſatur, ne alter ab altero pœnam petat ex *dict. cap. cõſtitu-
tus*. Plane ſi ex interuallo Titius pacem fregerit ego ſolus petere pœnam potero, quia
in eam non incidi. *d. l. cum par. §. illi*, & quia non debet Titius ex contractu commodum
reportare, quem nixus eſt impugnare, *c. ex eo de reg. iur. in 6.* pro qua Pacis controuerſia
videndus eſt, *Rom. in l. ſi mora. ff. ſol. matr.*

33 Sexta concluſio, compenſatio quando † vim ſolutionis habet, vt regulariter
cõtingit, *l. ſi debitor. ff. qui potior. in pignor. habe.* tunc recipitur compenſatio, tametſi deli-
cta tendant ad diuerſos effectus, *l. ſi ambo. ff. de compenſ.* in qua furtum factum in vna re
ſocietatis, & damnum in alia re datum, mutua compenſatione tolluntur, ſi alter ciuili-
34 ter agat contra alterum, ſecus quando agitur de compenſatione † delictorum, quæ
non habent vim ſolutionis; ſed magis impugnat, *vt in leg. ſi quis ad ſe fundum. Cod. vnde
vi*, & in his concluſionibus, in quibus denegatur compenſatio, *Bald.* ſicut puto, vult
35 accipere *dictum. §. Marcellus.* Fit modo locus † ſecundo membro, quando ſcilicet
criminaliter agitur, & in eo quoque plures concluſiones *Bal.* conſtituit, quibus *Roma-
nus* ſuppletiuas affert *n. 57. verſ. Bald. vero.*

Prima itaque ſic ſe habet, doli, ſeu delicti, cùm delicto, & circa idem commiſ-
ſi, non tolleratur compenſatio quando eſt excluſiua pœnæ, vel confuſiua delicti, *leg.
ſecunda, §. ſi hoc, & §. ſi extraneus. ff. de adulter.* in quo accuſatus de adulterio, ſi dixerit
ſe mariti lenocinio fuiſſe, non eſt admittenda compenſatio huiuſmodi, confert *lex
is, qui Reus. ff. de publ. iud. lex prima, Codic. qui accuſ. non poſſ. cap. neganda. 5. q. vltima. Mo-
ron. de Treg. & pace in ſecunda parte quæſt. decimaquarta*, dicens nec in præiudicium fiſci
valere *num. 14.*

36 Secunda concluſio, admittitur † quandoque compenſatio excluſiua perſonæ
accuſantis, vt *in l. cum mulier ff. ſolut. matrim.* vbi maritus compenſatione lenocinii ex-
cluditur ab accuſatore adulterii, cui ſuffragatur tex. in *l. ſi maritus, §. præſcriptiones. ff. de
37 adulter. l. ita nobis C. eodem titulo, l. ſi filium C. de liber. cauſ. l. qui accuſare. ff. de accuſat.* †

Tertia eſt concluſio à Romano adiuncta, eſt cum, nec ciuiliter mere, nec crimi-
naliter agitur; ſed mixte, nempe ſi ad ſeparationem thori inter Coniuges, occaſione
facti adulterii tractetur, vt in *cap. tua ad finem, extr. de procurat.* in quo delicti cum de-
licto in præiudicium eiuſdem matrimonii commiſſi, conceditur compenſatio, *cap.
ſignificaſti. cap. ex literis extr. de diuort. cap. intelleximus, cap. fin. de adulter.* Quarta cum † a-
38 gitur criminaliter ad repellendam perſonam teſtis, non datur compenſatio delicti,
cum delicto per plures commiſſi *l. fin. C. de Accuſat. leg. fin. C. de Malefic. & Mathem. l. fin. ff.
de quæſtio. leg. 1. §. cum quis latrones, de confeſſ. cap. primo de exception. cap. fin. de teſt. Baldi* aut
Theorica hoc modo abſoluta, Romanus in *d. l. cum Mulier. num. 86. verſ.* vnde ad Con-
39 cluſionem, alio modo † reg noſtram explicat conſtituens ad eius intellectum duo
illa eadem membra, quæ ſuperius à Baldo fuerunt conſtituta, ſed diuerſo modo pro-
40 ſequens. † Si igitur ciuiliter de dolo, vel de delicto tractatur, regula ſit, quando do-
lus circa idem à duobus committitur eodem, vel diuerſo tempore fit compenſatio,
& ita contra exceptionem doli datur replicatio *dict. leg. cum Mulier d. l. viro, dict. ca-
pit. intelleximus*, fallit *in cap. dilecti extr. de exceptione*, & in *cap. quia fruſtra extr. de
vſur.*

41 Itidem fallit, quando ſecundus dolus conſumeret primum, † quippe tunc de
conſumpto dolo, non poteſt opponi exceptio, nec admitti compenſatio, veluti ſi ego
te ſpoliaui de poſſeſſione tui fundi tu deinceps ex interuallo ſpolias, competit mihi in-
terdictum vnde vi, nec licet obiicere compenſationem de primo ſpolio, quia ſcili. ille
dolus eſt conſumptus per tuum, ex ſecundo ſpolio *d. l. ſi quis ad ſe fundum, & l. qui poſſ. ff.
de vi, & vi arm.* Verum ſi me ſpoliares incontinenti admitteretur compenſatio, ſi qui-
dem primus dolus non eſſet cõſumptus. Id quod, & in mora obtinet, nam ſi ab vtroq;
cõtrahente ſit mora comiſſa vltima mora nocet, & de ea non datur exceptio aduerſus
priorẽ moram, atq; ita moræ, cum mora non fit cõpenſatio. *l. illud. ff. de peric. & com. rei
ven. l. ſi per emptorẽ. ff. de act. empt. l. Celſ. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de arb. l. Prat. §. aliquãdo. ff. de nou. ope*

nunciat §.*ſeruum legis ſequitur l.interdum ff.de verb.oblig.l.qui decem.ff.de ſolut.* tertio fallit
42 quando facta compenſatione † alteruter remaneret in damno, nam in præiudicium il-
lius, qui certat de lucro captando, & ita debet intelligi. §.*Marcellus*, reſtringitur hæc li-
mitatio in *l.ob turpem, cum ſimil ff.de cond.ob turp.cauſ.* ratio eſt quoniá in pari cauſa tur-
43 pitudinis melior eſt conditio Rei poſſidentis. Si vero eſſent ambo † in pari cauſa lucri,
non eſſet locus compenſationi, quoniam poſſidentis melior cōditio eſt in lucris *l.qui-*
44 *dam Titium l.ſi non ſolus* §.1.*ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſt.* † Secunda regula etiam quando ciui-
liter agitur, aut dolus promiſcuus tendit ad diuerſa, & nō admittitur regulariter com-
penſatio *l.quemadmodum ff.de noxal.action.*

Secundum membrum principale eſt, quando criminaliter agitur, in quo *Rom.*
ſequitur per omnia concluſiones ſupra firmatas, & ad vberiorem regulæ noſtræ exi-
tum, clarioremque doctrinam *num.91.ve ſic.* eſt ſecundum membrum, reuocat in du-
45 bium, vtrum fiat † compenſatio mali cum bono, & econtra exemplum quęſtionis eſt
in procuratore, vel negociorum geſtore, vel Socio, qui ſane multa fecit, ex quibus mi-
hi lucrum acceſſit, & ita bonum egit, & quædam, ex quibus paſſus ſum damnum, & i-
ta auctus ſum malo, an vnius cū alio fiat compenſatio diſtinguit Rom. duo capita, alte-
46 rum † eſt in foro conſcientiæ, in quo negat fieri compenſationem *c.quod ait 14.diſt.cap.*
deſcat de reg.iur. Alterum eſt in foro ſeculari, & tunc nonnullas colligit concluſiones;
47 Prior autem illarum eſt, lucri, ſeu boni † contingentis mihi ex legali prouidentia ma-
gis, quam facto meę adminiſtrationis, non fit compēſatio cum damno, ſeu malo, quod
ego percipio ex eiuſdem dolo, vel negligentia *l.cuius.ff.de vſur.* vbi de lucro agitur pro-
48 ueniente vi conſuetudinis. ſecunda concluſio damni, † ſeu mali prouenientis ex caſu
fortuito fit compenſatio cum lucro, quod mihi prouenit ex induſtria meę adminiſtra-
49 tionis *l.ſi negocia.ff de neg.geſt.in fin.* † Tertia damni, ſeu mali, quod mihi prouenit dolo,
vel culpa meæ adminiſtrationis, vel ſocii non fit compēſatio cū lucro, ſeu bono, quod
prouenit ex eiuſdem induſtria *l.de illo, & l.ideo cum praced.ff.pro ſocio.* Quarta ceſſatio †
50 lucri, quod prouenit ex negligentia adminiſtratoris ſeu ſocii fit compenſatio cum lu-
cro, quod prouenit ex eius induſtria *d.l.Cuius.ff.de vſur.* ſecundum verum intellectum,
51 & prædicta obtinent in adminiſtratore voluntario. De † neceſſario vero adminiſtra-
tore, eſt tex. in *l cum quæritur.ff.de adminiſtr.tutor.* ibi nomina à tutore facta, pupillus fi-
52 nita tutela debet agnoſcere omnia, aut omnia repudiare. † Princeps autem in eadem
perſona ſolet malum, cum bono compenſare *l.2.*§.*poſtea Appius.ff.de orig.iur* §.*ſed, &*
quod princip, Inſtit.de iure naturali gent. & ciuil. ibi ſi quid ob meritum indulſit alicui *l.ad*
beſtias ff.de pœnis.

Quæſt.1. Ex his infertur ad quotidianam quæſtionem. dixi tibi verba iniurioſa, tu
53 quoque verba iniurioſa retuliſti, vocaui † te latronem tu vocaſti me proditorē, num-
quid mutuæ iſtæ iniuriæ mutua compenſatione tollantur. Hæc fuit quæſtio excitata à
Speculatore in tit.de accuſatore § 1.*verſ.quid ſi te latronem num.*11 & arguens pro affirmatiua
inquit, quod ſicut iniuria facta re, poteſt repelli, atque ita compenſari vim vi repellen-
do *l.vt vim.ff.de iuſt.& iure c.ſignificaſti extr de homic.l.cum maior de abolit.* ita poteſt iniu-
ria retorqueri, quoniam paria delicta mutua compenſatione tolluntur *l. viro.ff.ſoluto*
matrimonio. contrariam tamen ſententiam probat per *l. neganda. Cod.e qui accuſar. non*
poſſunt. ratio eſt, quia diuerſæ ſunt iniuriæ, & diuerſa facta, quo caſu ceſſat regula *l.viro.*
ff ſoluto matrimonio ex d.l.neganda, qua cautum eſt, quod accuſatus non poteſt ſuum ac-
cuſatorem reaccuſare de pari crimine, vel minori, priuſquam ſit abſolutus; ſed eam re-
ſolutionem non videtur probare *Rom.d.l cum mulier num.64.verſ.* ex his deciditur ea ra-
tione, quod allegatæ iniuriæ tendunt ad idem, ſi quidem is, qui ſecundo loco iniurioſa
verba dixit, videtur protuliſſe animo magis repellendi iniuriam, quam inferendi, vt
accidit in *d.l.vt vim, in d.l.ſi cum maior.*§.*libertus.ff. de bonis. libert.* ibi ignoſcendum eſt
ei, ſi voluit vlciſci prouocatus, addo quod *d.l.neganda*, non probat, ſi quidem ponit ma-
nifeſtam exceptionem, niſi ſuam proſequatur iniuriam, vt accidit in propoſito, nam,
vt verbalem iniuriam repelleret verborum, dixit iniuriam. Romanus itaque diſtin-
54 guit duo membra, nempe, aut de ciuili pœna agitur, aut de criminali. † Si de pœna
ciuili, & non conſtat quis primo iniurioſa verba dixerit, neuter videtur puniendus, ar-
gumento *l.prima.*§.*cum arietes, iuncta gloſſa. ff.ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur l.ſcien-*
tia.§.*cum iumenta.ff.ad l.Aquiliam.* † Secundo ſi liqueat, quis prior verba iniurioſa di-
55 xerit, ille ſolus puniendus eſt, non ſecundus, qui incontinenti verba iniuriæ referen-
do, videtur feciſſe ad propulſandam iniuriam *dicto.*§.*libertus*, tum quia, ſicut licet iniu-
riam

riam factam incontinenti vendicare, adhibito tamen moderamine inculpatæ tutelæ
l. 1. C. vnde vi. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. d. l. vt vim, ita quoque verborum
iniuriam conceſſum eſt pari iniuria cõtinuo repellere ad ſui tutelam, tertio quoniam
parcendum eſt ei, qui verbis iniurioſis ad iracundiam commotus, iniurioſis etiã ver-
bis iniuriam retulit, argumento. *l. quicquid calore. ff. de reg. iur. l. 1. §. quæri poſſet. ff. ad Turpil.*
lubricum enim linguę, maxime iracundiæ commotæ, non eſt facile ad pœnam trahẽ-
dum. *l. famoſi. §. fin. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Nec aduerſatur inquit *Rom. l. ſi non conuicii. Co. de in-
iur. l. aut facta. §. cauſa. ff. de pen. l. lex Iulia. §. fin. ff. ad l. Iul. repetund.* in quibus punitur iniu-
ria, quamuis ſit illata à prouocato calore iracundiæ: etenim procedunt d. iura, quando
prouocatio eſt cauſata aliunde quam ex iniuria proxima præcedente, nam cum mihi
præſtiterit occaſionem, inferẽdo iniuriam, ipſemet ſibi videtur intuliſſe, non à me re-
56 cepiſſe. *l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. arg. c. fin. de iniur. & c. damnum de reg. iur. in 6.* †
Tertia ſit concluſio, ſi inferenti in me iniuriam, ego ex interuallo iniuriam retulero,
non poteſt obiici compenſatio, propterea quod repulſio iniuriæ permiſſa eſt dunta-
xat in continenti. *l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi armat.* quaſi diuerſa delicta non reci-
57 piant compenſationem. *dict. leg. quemadmodum. ff. de noxal. act. §. fin.* Si † vero de poe-
na criminali quæratur, tunc cum agatur ad vindictam publicam non permittitur cõ-
penſatio *d. l. 2. §. qui hoc dicit, & §. ſi extraneus. ff. de adulter.*

Quæſtio ſecunda. Occaſione huius regulæ *Doct. maxime Bartol. & Bald. in dict.*
58 *leg. cum mulier. ff. ſolut. matrim.* inferunt ad duas quæſt. † Prima eſt, an ſi Bannitus
agat contra alium Bannitum, ſi proponatur à Reo exceptio Banni, an poſſit repelli
alterius Banni replicatione, ita, vt fiat vtriuſque Banni compenſatio, *Romanus in dict.
leg. cum mulier.* promittit hanc quæſt. perfecte tractare in *leg. contumacia. ff. de re iud.* tra-
ctat etiam illam *Iacob. de Aren. in tract. de Bannitis, inter tract. Diuerſorum crimin. numero
triceſimoſecundo.*

Quæſt. 3. Altera eſt diſputatio, ſtante ſtatuto, vt de quolibet contractu ſoluatur
gabella, alias ſit nullus. venditor repetit rem venditam, dicens contractum eſſe nul-
lum, defectu gabellæ ab emptore, an poſſit replicari, nec tu ſoluiſti gabellam, compẽ-
ſatione æqualis delicti propoſita, Romanus copioſe in *dict. l. cum mulier numer. 97. cum
ſequentib. verſiculo ſecundo* quid ſi ſtet ſtatutum;

Quæſt. 4 Quæro etiam an defectus alicuius perſonæ poſſit cum pari defectu cõ-
59 penſari, vt ecce infamia, cum † infamia tractat *Iaſon. in leg. in arenam. Cod. de inofficioſo
teſtamento. Bartol. in dict. leg. cum mulier. numero octauo*, vbi concludit, quod ſi litigator
infamis obiiciat teſti contra ſe examinato infamiam, quo illum repellat à teſtimonio,
non licet replicare de illius litigantis infamia. Sed tamen *Iaſon. in dict. l. in arenam*, mul-
tos congerit caſus, in quibus iure conceditur infamiæ cum infamia compenſatio;
60 nempe mater meretrix † non poteſt propter meretricium exhæredare filiam mere-
tricem, niſi mater ante conditum teſtamentum, fuiſſet emendata, & in ſe reuerſa, ve-
niſſet ad meliorem frugem; id quod bene obtinet in matre meretrice, non emendata;
cæterum nequaquam obtinebit in patre meretricatore ſi quidem filiam meretricem
ob eius impudicitiam poterit exhæredare, ea ratione, quoniam decet mulieres
magis eſſe pudicas, quam maſculos. *leg. penult. Codice ad Orfici. Fulgoſ. in Authentic.
ſed ſi poſt. Codice de inoff. teſtam. Cyn. in leg. filium Codice eodem titulo, gloſſ. in leg.
palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nupt.* vbi maior caſtitas etiam ſecundum mores
hominum exigitur in fœminis, quam in maſculis, confert etiam quod tradit *Bald.
in leg. improbum. Codice de infamibus*, quod nullus ſœnerator habet querelam in-
officioſi teſtamenti aduerſus teſtamentum fratris inſtituentis turpem perſonam;
quoniam; & ipſe turpis perſona eſt, quod dicit eſſe notandum *Iaſon.* pro decla-
ratione *leg. fratres. Codice de inofficioſo teſtamento*; & ſuffragatur *tex. in capit. quid
fruſtra de vſur.* & in *leg. in arenam.* Arenarius frater, non poteſt arenarium filium
exhæredare, ſed ſuam cum filii turpitudine compenſando, perinde debet inſtituere,
ac ſi quilibet eorum eſſet integræ conditionis.

Nec aduerſatur, quod dictum eſt de teſte infami, recte enim *Bartol. dict.
numero octauo*, nodum explicans, demonſtrat rationem diuerſitatis, quippe quia te-
ſtis non facit fidem parti; ſed iudici, & ideo licet, qui litigat ſit infamis, tamen iudex
repellet teſtem, cum non ſit ſolitus adhibere fidem infamibus, Haſtenus egimus de
compenſatione doli.

Digitized by Google

Quæſt. 5. Quæramus de compenſatione culpæ. Numquid ea ſit in iure conceſſa?
61 Et reſponde conceſſam eſſe, † nam ſicut doli, ita culpæ fieri debet compenſatio, etiam
ſi diuerſæ culpæ ſint, ſi vnus, & idem reſultat effectus culparum, vt declarat *Romanus d.*
l. cum mulier. nu. 90. & 70. verſ. ſeptima *concl. per tex. in l. damn. §. quoties. ff. de damno infect.*
vbi ſi tu ex latere tuo fodis parietem communem, & ego ex latere meo impono onera
& ita culpa vtriuſque paries ruat, fit compenſatio, licet ipſa facta ſint diuerſa. & eſt gl.
valde ſignanda *in l. fin. §. pen. in verſ. dolo. ff. de eo per quem factum erit*, In qua Accurſ. ait
culpam, cum culpa, delictum cum delicto, negligentiam, cum negligentia, pœnā cū
pœna compenſari. Intellige tamen, quando culpæ ſunt æquales, vt lata cum lata, leuis
cum leui, ſiquidem maior culpa præponderat, *Ang. in §. ſequitur num. 22. & n. 23. Inſt.*
de action. Sebaſt. medic. de fortuit. caſib. parte. 1. quæſt. 10. num. 9. Imo culpæ eſſe debēt ambæ
in faciendo, aut in omittendo; non vna in committendo, altera in omittendo, nam illa
præponderat, *Maria Soc. in c. ſiquis domum. num. 25. extr. de iniur.* Interdum tamen dolus
62 compēſatur † cum lata culpa, *Imol. in c. cum dilectus, de his, quæ vi, metuſue cauſ. fiunt* & vi-
detur ſentire *gloſſ. in l. ſi ambo. ff. de compenſ.* § 1. in qua Accurſ. declarat hoc procedere, ſi
tu dolo me læſiſti in vna re, & ego culpa læſiſſem in alia, maxime ſi tendunt ad eūdem
effectum, ratio eſt, quoniam lata culpa dolo cōparatur *l. 1. cum vulg. ff. ſi menſor falſ. mod.*
63 *dixer. Doct. in l. in actionib. ff. de in lit. iur.* † Limita etiam vt pudicitia, non compenſetur
cum pudicitia *d. gl. in l. fin. §. pen. per tex. in l. 2. § ſi publico, & l. ſi vxor. § Iudex ff. de adult.* in
quibus impudicus maritus, non repellitur ab Accuſatione mulieris adulteræ, ſed ex
aduerſo contrarium expreſſum eſt in *l. viro, atque vxore, & in l. cum mulier. ff. ſol. matrim.*
Exiſtimo ita conciliandam eſſe hanc antinomiam, ex his, quæ diximus in ſuperiori-
bus, nempe, vt opinio gloſſ. & iura ab eo deducta, locum habeant in cauſa criminali,
vt ſonat ille titulus *ff. de adulter.* Aliæ vero leges obtineant in cauſa ciuili, cum de lucro
64 dotis, vel de diuortio ciuiliter agitur. † In actione quoque rerum amotarum eſt lo-
cus compenſationi ad inſtar actionis doli. *leg. Mulier iuncta gloſſ. magiſtralis. ff. re-*
rum amot.

Regula 16.

Dolo facit, qui petit, quod reſtituturus eſt.

1 *Leges, ex quibus regula ſumitur.*
2 *Exempla reg. huius.*
3 *Ratio reg. quæ ſit.*
4 *Declaratio reg. vt procedat in continenti, non ex interuallo.*
5 *Hæc reg. impedit litis ingreſſum.*
6 An *hæc regula diſtinguitur in petitorio, & in poſſeſſorio.*
7 *In hac regula locum habet in petitorio, & non videtur habere quinque caſibus.*
8 *Hæc reg. obtinet quoad petitorium in multis caſibus.*
9 *Vtrum hæc reg. procedat in poſſeſſorio, & maxime in interdicto recuperandæ.*
10 *Quinque caſus, in quibus limitatur regula, ſpoliatus ante omnia, &c. ſed remiſſiue.*
11 *Numquid regula noſtra vendicet locū in interdicto adipiſcendæ.*
12 *Probatio in continenti, quando videatur fieri in materia noſtræ regulæ, & numero 20.*
13 An *hac regula procedat in interdicto retinendæ.*
14 *Exceptio dominii in continenti probandi, an admittatur in interdicto retinendæ.*
15 An *detur in interdicto quod vi, aut clam.*
16 An *quoad remedium* c. Redintegrandæ, & l. vltimæ. Codic. de acquir. poſſeſſione?
17 *An interdicto recuperandæ.*
18 *Multa ſunt priuilegia probationis faciendæ in continenti.*
19 *Spoliator, aut verus eſt, aut fictus, ſiue præſumptus.*
20 *In ficto ſpoliatore admittitur exceptio Dominii in continenti probandi.*

Regula iſta, qua non eſt pulchrior altera, elicitur ex *leg. Dolo facit. ff. de exceptio-*
1 *ne* † doli, ex *l. in condemnatione. §. dolo. ff. de reg. iur. in c. dolo facit* de *reg. iur. in 6. ex l.*
2 *ſi Socer. §. Lucius. ff. ſol. matr.* Exemplum † eſt apud *Dyn. de reg.* dolo facit. in marito, qui
petit dotem, quoties eſt in caſu reſtitutionis.

Alterum eſt exemplum apud *Dec.conſilio 42.num. 4.& 5.* nempe ſi fideicommiſ-
ſarius vniuerſalis ſit pro poſſeſſione fideicommiſſi,& ſit paratus docere in continenti
de iure ſuo,poteſt impedire miſſionem in poſſeſſionem ex edicto *D. Adriani*,ſiue ex *l.2.*
C.ſub eo titulo,virtute huius regulæ dolo facit,qui petit,&c.ſicut *Dec.*ibi conſiderat, &
ſequitur *Roland.conſ.78.num.3.volum.3.* Aliud exemplum ſumitur,ex *l.qui dolo.ff. de ex-*
ceptione doli,in legatario.& hærede,qui damnatus eſt non petere à Teſtatore, nam pe-
tens repellitur iſta exceptione dolo facit,&c.ſicut eo loci expreſſum eſt. Quartũ ex-
emplum eſt *Cremen.ſing.153.*incipit facta eſt pax,nempe facta eſt pax inter duos Prin-
cipes,vel duas communitates, & ſequutæ ſunt conuentiones, vt reſtituantur ablata
particularibus ciuibus,an iſtis reſtitutionibus,quæ debent fieri poſſit opponi reg.Do
lo facis,& c.& ſane poſſe opponi,inquit *Creme.*ſicut eſt aureum dictum *Bald.in cap.1.§.*
poſſeſsiones de pace Conſtan.in vſib. feudorum,refert Appoſtill. ad D*yn.in hac reg.dolo facis* in
3 verſiculo poſſeſſoriis. †Rationem autem,cui inhæreat regula non inuenio allegatam,
cur ſcilicet lex reputet eum dolo facere qui petit,quod reſtituturus eſt, cenſeo autem
eſſe duplicem,& primam quidem,quia cum ſit reſtituturus ei,à quo petit,& per con-
ſequens nihil commodi ex ea petitione conſequuturus.proinde cauſa,vexandi & ad-
4 uerſarium implicandi ſumptibus,merito præſumitur petere,confirmatur quoniam †
ſi eſt reſtituturus alteri, aut eſt eidem reſtituturus, ſed ex interuallo, hac exceptione
non repellitur,vt inquiunt Doct. in *l. Dolo facit. ff. de exceptione in l.cum Socer. §. Lucius.*
ff.ſolut.matrim.

Alteram quoniam cum ſit reſtituturus,non videtur habere cauſam petendi, quà-
re ſuccedit reg.*l.2.ff.de exceptione doli*,quod petens ſine cauſa creditur eſſe in dolo;nam
reſpectu effectus proinde eſt,ac ſi nihil ſibi deberetur,certum eſt autem eum dolo fa-
cere qui ſcienter petit,quod ſibi non debetur;licet etiam addere tertiam, nempe in-
ductam fuiſſe noſtram regulam ad circuitus inutiles euitandos; vt non obſcure col-
ligitur ex G*abr.conſ.140.num. 11.volum. 2.* dici enim iure videtur ad quid perditio hæc
ſumptuum ſcilicet & laborum? Ponũt reg.Dd.variis in locis,vt in *l.dolo.ff.de except.doli*
maxime *Zaſ.ibi in l.in condemnatione.§.dolo,vbi Cag.*Dec.*& alii. ff. de reg. Iun.* Duenn.reg.
209.*Ang.in §.ſequitur.num.22.Inſt.de except. Bartol.& alii in l.ſi* Socer.*à genero.§.huius.ff.*
*ſolut.matrimonio.*Dec.*dicto conſilio 424.numero quinto Rolandus conſilio 78.volum.3. Soccin.*
Sen.conſilio triceſimooctauo,in fin. volum. primo, Socin. Iun.conſilio octuageſimooctauo,numero
decimo,volum.primo,Gabriel.conſilio triceſimooctauo, numero tertio, & decimoquarto, volum.
ſecundo,& conſilio centeſimoquadrageſimonono,numero vigeſimotertio, & numero 112. & nu-
mero 115.eodem volum.Blancus de compromiſſis quæſt.4.num.13.verſiculo dolo facit, Seraphin,
de Iuramento priuileg.127.in fin. Intelligitur hæc regula a Dd.quando is qui petit eſt re-
ſtituturus ei à quo petit,non aliis,tunc enim ceſſat,alioqui procuratores, & alii nomi-
ne agentes alieno,poſſent hac except.repelli, quoniam id quod petunt ſunt reſtitutu-
ri;Intelligitur quoque dummodo ille alius rurſus non eſſet reſtituturus ei, à quo peti-
tur à principio *Bart.& Iaſ.num.8.& alii in l.ſi donaturus.§.1.ff.de cond.ob cauſ. Appoſtill. ad*
D*yn. dict. loco* in verbo regula accipienda eſt etiam regula in eo,qui ſtatim eſt reſtitu-
turus per tex.*in l.fin.verſ.idem,vbi Bart.ff.vt legat nomine.*Non autem eſt reſtituturus ex
interuallo,*Iaſ.in dict.l.ſi donatarius.§.ſi qui num.9 in 4.not.Gabriel.dict.conſ.149.nu.23.nu-*
mero 112.& numero 115. eſt autem regula adeo vera, vt exceptio iſta dolo facis; & im-
5 pediat litis † ingreſſum,vt dixit *Bald.in l,emptor.ff.de hæred.vel act. vend. l.apud.§.ſi is qui*
ff.de except.doli,refert,& ſequitur *Soc.conſ.38.num.23.vol.1.*

In huius autem regulæ explanatione alii procedunt per ampliationes,& limita-
tiones,vt *Zaſ.in dict.l.dolo*,Dec.*in dict.§.dolo.l.in condemnatione.*Duenn.*d.reg.209* D*yn.d.*
reg.dolo facit. Alii vero per concluſiones ſicut *Ang.in d.§.ſequitur*, & *Rom.in d.l.ſi Socer.*
6 *§.Lucius.num.6.verſ.in gloſſ.ſuper verbo.* Et duo † capita conſtituunt, vnum in petitorio,
alterum in poſſeſſorio.

Ex primo colligunt aliquas concluſiones,tum negatiuas, tum affirmatiuas ex
7 negatiuis † prima eſt,quando non eſt liquidum illud, quod petens eſt reſtituturus
ei,à quo petit,non datur exceptio dolo facis, &c. Et ideo ſi ego ſum reſtituturus tibi,
à quo peto,ſed non conſtat quantum debeam reſtituere, non poſſum hac exceptione
repelli *l.1.§.rediguntur ſecundum vnum intellectum.ff.quorum legat.* Secundum verum
intellectum,vt ait Ang.quem ponit *gloſſ.in dict.leg.de dolo*, ratio eſt,quia non poteſt in-
continenti probari,*dict.gloſſ.*tum, quia facta liquidatione modicum forſan erit illud,
quod ſupererit reſtituendum,ex eo quod petebat.

Rer

78. & 79. declarans eſſe veram, ſi ſtatutum non exigeret dolum, ſed culpam. Quarta
17 † limitatio eſt, vt quælibet cauſa excuſationem præſtet à dolo, nimirum quo ad euitãdam pœnam, non quo ad faciendum lucrum, *Calcan. conſ. 28. Gabriell. in ſæpe citato loco numer. 82.*

18 Quinta limitatio † eſt in eo, qui cognouit cauſam eſſe iniuſtam, & nihilominus perſeuerauit in ea *Bald. in l. ſiquis, id quod. §. doli. ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi ponit exemplum, & *Iaſ. conſ. 179. vol. 2.* ſiquidem hoc propter perſeuerantiam conſpicuum eſt illum non carere decipiendi animo; ſiquis plura ad hanc reg. requirat, petat à *Gabriello dicta concluſ. 8.* vbi præter terminos doli, infert ad alia multa, ſed nobis ſatis fuit, quæ proprius ad dolum pertinebant attigiſſe.

REGVLA 14.

Cuius, quis dolo grauatur, eiuſdem debet ſumptibus releuari.

1 *Ex quibus iuribus regula deducatur.*
2 *Ratio reg. fundatur in æquitate naturæ.*
3 *Catonis dictum de litibus.*
4 *Chilonis ſententia de controuerſiis forenſibus.*
5 *Vetus adagium de lite.*
6 *Lepidum exemplum cuiuſdam mercatoris forenſibus negociis gaudentis.*
7 *Turronis procuratoris factum, ob datam ſibi ab officio vacationem.*
8 *Duæ ſunt expenſarum ſpecies. Iudiciales, & extra iudiciales.*
9 *Quæ ſint extra Iudiciales.*
10 *Quæ iudiciales.*
11 *Expenſa, quibus aliquis poteſt dolo alterius grauari, ſunt in multiplici differentia.*
12 *Expenſarum quædam fiunt ante litem cõteſtatam, quædam poſtea.*
13 *Expenſa officio iudicis petuntur.*
14 *Expenſa fiunt quoque in cauſa apparitionis.*
15 *Namquid ſit differentia in condemnatione in expenſarum, in prima & in ſecunda inſtantia.*
16 *Victor, cui victus fuit in expenſis condemnatus vſus fuit patrono, amico ſine pecunia, an debeat conſequi ſalarium, quod fuiſſet daturus Patrono, quando non præſtitiſſet gratis ſuum patrocinium.*
17 *Emptor ad fundi reſtitutionem iudicialiter condemnatus fuit, cum ſine aduocato ſuo mar tecauſam acriter defendiſſet & nihil de contingentibus omiſiſſet, an ſalarium aduocati cum aliis expenſis cõſequi poſſit.*

1 PErtinet hęc regula ad expenſas, quas ab eo cõſequimur, cuius fraude vexati ſumus, eximitur autem † ex *l. properandum. §. & ſiquidem. Codice de iudic. ex l. 2. Codice de fruct.*
2 *& litium expenſ. ex capit. cæterum, & cap. fin. extra de reſcriptionib.* Ratio † reg ſumitur ex æquitate naturæ ne cuiquam ſit impune, alium ſumptibus vexare, ratio eſt etiam, ne
3 procliues ad lites fiant homines, expenſarũ cõdemnationis timore propoſito. † Quare optat *Cato* pretioſiſſimis pannis ſtratam eſſe curiam, ne ciues litigaturi temere auderent illam intrare. Et *Chilonis* illius ſapientiſſimi Lacedæmonii † tria præcepta au-
4
5 reis litteris Delphis ſunt conſecrata. *Noſce te ipſum*; † *ne nimium cupias æris alieni, a litis miſeriam fac effugias.* Huc etiam reſpiciebat antiquum adagium, *cum licet effugere, ne quæras litem*, cuius immemores ſunt quam plures dum litigant, non tam vt ipſi aliquid conſequantur, quam aliis moleſtiam inferant, vt dixit *Heſiodus*, hoc parum laudato vitæ genere gaudentes; cuius conditionis hominum lepidum exemplum, affer-
6 re labor is non erit ſuperuacuus, ſed iucundæ lectionis, de Mercatore † quodam Pariſienſi alioqui vero bono, ſed qui tota vita, nihil vnquam vacui temporis à litibus forenſibus habuiſſet, & valde ſenex fora omnia quotidie peruagaretur quod cum ad Franciſcum primum Galliarum Regem elegantiſſimi hominem ingenii perlatũ eſſet, quietis ſe aliquid miſero homini confecturum, & cum omnibus, tam qui ab ipſo peterent, quam a quibus ipſe peteret, bonis, & æquis conditionibus tranſacturum recepit. At infelix ſenex ad regem accurrit, prouolutuſque ad eius genua ſupplex orat, vt ſibi vna ſaltem, vel altera lis, in qua ſe exerceret, relinqueretur vitam ſibi ademptam illa exercitatione, iniucundam, & inſuauem fore; Riſit Rex; & homini lites ſuas, quibus ſuo ſe arbitratu fatigaret, reliquit; ſicut literis mandauit *M. Antonius Muretus in Scholiis ad Senecam de breuitate vitæ in fine*, quo loci

lemen

7 *Senes* recenſet † Turronium quemdam exactæ diligentiæ Senem, qui cum poſt no-
nageſimum annnm, vacationem procurationis à Caio Cæſare vltro accepiſſet, com-
poni ſe in lecto, ac velut exanimem, a circumſtãti familia plangi iuſſit, lugebat domus
ocium Domini ſenis, nec finiuit ante triſtitiam, quam labor ille ſuus reſtitutus eſt. Sed
8 vt è ſemita in viam redeam. † Præmitto duas eſſe expẽſarum ſpecies, nempe extra iu-
9 diciales, & iudiciales, vt per *Specul. in tit. de expenſ. in princ.* Extraiudiciales † ſunt, quæ in
re, velut in fundo, in area, in domo fiunt, interdum à bonæ fidei, interdum † malæ fidei
poſſeſſorib. §. *ſi quis à non domino, &* §. *certe illud conſtat Inſt. de rerum diuiſ. l. impenſa ff. de
impenſ. in reb. dot. fact. l. impenſa. ff. de verb. ſignif. C. paſtoralis extr. de Decim.* & de his non in-
telligitur regula noſtra, quippe nõ debentur ex vexatione noſtri aduerſarii, ſed vel ex
noſtra bona fide, vel ex laboribus in perceptione, collectione, & conſeruatione fru-
ctuum; Quædam enim expenſæ fiunt cauſa fructuum, ſiue quærendorum, vt in aran-
do, ſeminando, quædam gratia fructuum percipiendorum, vt quæ fiunt metendo, tri-
turando, quædam gratia conſeruandorum, vt quæ fiunt in horreis, & de his impenſis
dictum eſt, alias eſſe neceſſarias, alias vtiles, alias voluptarias *l. 6. & 7. l. 4. ff. de impen. in
10 rebus dotal.* † Iudiciales ergo expenſæ proprius ad hanc noſtram regulam pertinent,
de quibus Dd. *in d. l. properandum, & in l. fin. l. de fructibus, & lit. expen. Lancelot. in tracta.
11 de reg. iuris Canon. in reg. cuius quis dolo. fol. 218.* † Sunt autem iudiciales expenſæ, quibus
dolo, vel fraude alterius grauamur in multiplici differentia, nam earũ aliquæ fiut ante
12 † litem cõteſtatam, quædam poſt litis conteſtationẽ, aliæ quæ contingũt in cauſis ap-
pellationum, atque in his omnibus videtur hæc regula accipienda. Et primo de ex-
penſis factis ante litis cõteſtationẽ eſt tex. *in c. cæterum, & in c. fin. extr. de reſcript.* in qui-
bus enumerantur multæ ſpecies eorum: Qui obtinent reſcripta ad lites, vt fatigẽt ad-
uerſarios, & puniuntur in eo, vt careant impetratis, iuxta vulg reg. *Mendax precator ca-
reat impetratis. l. ſi legib. C. ſi contra ius, vel vtilit. pub. c. ſuper litteris c. ſedes extr. de reſcript.* nec
non aduerſariis in moderatis expenſis, ac damnis, quæ eos pertuliſſe conſtiterit con-
demnantur.

Secundo, is, qui paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionem ſi velit rem ſuam recupe-
rare, debet congruam de expenſis ſatisfactionem promittere, *c. quoniam frequenter. § in
aliis vero extr. vt lite non conteſt. & de ſequeſtr. c. 1.* Tertio vbicumque proceſſus iudicis
malitioſe impeditur *l. non ignores. C. de fruct. & lit. expenſ. l. ſancimus. C. de iud.* Quarto qui
temere vocat alium in iudicio *l. eum quem temere. ff. de iud.*

Quinto plus petens re vel cauſa. *c. vni extr. de plus petit. § plus autem*, vbi *Doct. Inſt.
de act.* in prædictis itaque caſibus, & multis aliis ſimilibus, quos inuenire cuilibet fa-
cile eſt, apud *Specul. tit. de expenſ. §. ſi ante litem nu.* 9. verbo; ſunt autem multi, quoniam
dolo, vel fraude, aut malitia aduerſarii grauamur, eiuſdem ſumptibus etiam releua-
mur *c. 2. extr. de dolo & contumacia, d. c. cæterum. c. fin. & c. ex tenore de maior, & obed. c. fin. &
13 c. accedens de accuſ.* Petuntur autem iſtæ † expenſæ officio iudicis, propterea quod ſunt
ſequela perſonalis actionis; Quare cum Iudex pronunciet ſuper conſequentiis cauſæ,
eodem modo, & ſuper expenſis pronunciabit, argumento *l. Paulus. ff. de re iud. l. eum qui
emit. §. item ſi frumenta ff. de furt. Specul. citato loco. § ſi ante in prin.* dicens, quod quemad-
modum officium iudicis ante litem conteſtatam; inſeruit citationibus, interrogatio-
nibus, &c. ita & in expenſis. Sequuntur modo expenſæ quæ fiunt poſt litem conteſta-
tam, & iſtæ conſiderantur bifariam.

Aut enim ſoluuntur ratione totius cauſæ principalis, quod iniuſtam habuerit
occaſionem litigandi, aut reſpectu malitioſæ alicuius exceptionis propoſitæ, & non
probatæ, *Specul. d. tit. de expenſis. §. nunc de expenſ. num.* 8. verbo hoc vult dicere, quę ſanè
expenſæ omnes à reo peti poſſunt, vel ab Actore, quando iſte, vel ille contumax fue-
rit, & malitioſe litigauerit, vel aliam exceptionem propoſuit, & defecit in probatione,
Specul. d. §. nunc de expenſ. num. 6. verbo hoc quoque & num. 8. vbi notanter inferr. quid ſi e-
go ratione contumaciæ, vel exceptionis non probatæ in proceſſu cauſæ ſoluerem de-
cem, & poſtea in fine victor exiſtẽs in cauſa principali, Iudex aduerſarium mihi con-
demnauerit in expenſis, non recuperabo illa 10. argumento *cap. auditis ex. de procur. ca.
fin. extr. de dolo, & contumacia*, confert, quod tradit *Bald. in leg. properandum. §. ſin au-
tem in fine. Cod. de iud.* ratio eſt quoniam in iſtis expenſis non attenditur, an ſuccumbẽs
iuſtam habuerit cauſam litigandi. *Specul. dict. §. nunc de expenſ. num. 9. verb. hoc autem ſatis.*
Hæ quoque expenſæ officio Iudicis petuntur, etenim, quæ poſt litem conteſtatã ac-
cidunt, ſpectant præcipue ad officium iudicis, qui niſi earum fecerit in ſententia con-

demnationem, poſtea non petuntur, *l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.* proinde vtiliſ-
ſimum eſt, vt procurator petens ſententiam, proteſtetur de expenſis, quæ cum in cau-
ſi † quoque appellationis fiant: ad eas venio, dicens eas etiam officio iudicis con-
tineri, non ſecus ac illas, quæ in principali iudicio contingunt, *l. tutor. ff. de vſur.* ratio
eſt quoniam Iudex appellationis ſuccedit in locum iudicis principalis cauſæ cum po-
teſtate addendi, & minuendi, *l. 1. Cod. de ſenten. quæ ſine cert. quant. & d. l. tutor.* imo tri-
buta eſt ei facultas reuocandi condemnationem expenſarum factam in cauſa princi-
15 pali, vel omiſſam ſupplere, *l. fin. C. quando prouoc. non eſt neceſſe.* Plane videtur † eſſe dif-
ferẽtia in cauſa principali & in cauſa appellationis, ſiquidem in iſta nõ attenditur, nũ-
quid appellans iuſtam habuerit cauſam litigandi, vt in illa, ſed ſi ſuccubuerit, indi-
ſtincte ſolet in expenſis condemnari, *c. ne debitus extra de appellat. c. ſæpe &c. reprehenſibi-
lis eod. tit. l. eos. §. ne temere. C. de appellat. l. ab exequutore. Cod. quorum appellationes non recip.
Specul. de expenſis. §. nunc videndum in princ. & nu. 1.* affert rationem differentiæ, nempe
quod ex ſententia, quam contra ſe habuit, ſatis apparet de iniuſta litigandi cauſa, ſed
numero 3. & 4. eam rem declarat, & limitat, ſed ſi appellatus ſuccumbat, atque ita
ſententia in eius fauorem lata fuerit à iudice appellationis reuocata, an poſſit in ex-
penſis condemnari, & licet videatur affirmatiue reſpondendum, propter ęqualitatem
ſeruandam in iudicio, maxime in expenſis, *l. in ſacris. C. de proxim. ſacris ſcrinus, lib. 12.*
tamen contrarium eſt verius. propterea quod rationabilẽ cauſam habuit litigandi, &
defendendi ſententiam in ſui latam fauorem, pro qua vſq; præſumitur, quouſquo
probetur contrarium, *l. generaliter. C. de rebus cred. c. ſicut extra de re iud. Specul. in d. §. nunc
videndum n. 9.* dicens, quod primi iudicis imperitia non debet ei nocere, ſi nihil in hoc
16 peccauerit occurrit † hoc loco conuſualis quæſtionis diſputandæ nobilis occaſio, vi-
ctor, cui ex regula communi victus fuerat in expenſis condemnatus, habuit patro-
num gratis præſtantem patrocinium, petitque ſalarium, quod erat habiturus cauſæ
patronus, ſi non reſpuiſſet ex ſua liberalitate mercedem. *Specul. in tit. de expenſis. §. poſtre-
mo n. 8. verb.* quod ſi victor, diſtinguit, vtrum ille animo, donandi cauſæ fuerit patroci-
natus, & hoc caſu non debet fieri cõdẽnatio in ſalario, quod ille aduocatus promeri-
tus eſt, ratio videtur, quoniam non fuit grauatus; & licet remaneat obligatus ad anti-
dora arg *l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. c. cum in officiis extr. de teſt.* tamen eiuſmodi
condemnatio non inducit condemnationem; ſi vero ſpe remunerationis, facienda eſt
in expenſis condemnatio, arg. *§ fin. l. idemq; & l. ſi vero non remunerandi. ff. mand.* & ratio
eſt in promptu, quippe illud honorarium, præſtaturus eſt victor, licet durante cauſa
17 nõ pſtiterit. † Rurſus pulcrę dubitationis ſeſe offert occaſio, emptor fundi, cui vẽditor
ratione euictionis tenetur etiam ad expenſas, cũ eſſet pro illo fundo conuentus in iu-
dicio, cauſam defendit ſine aduocato quidem, ſed ita, vt de contingentibus, nihil præ-
termiſerit; numquid poterit expenſarum nomine petere quod aduocato dediſſet, vel
procuratori, *Specul. d. § poſtremo nu* 8. procliuis eſt in affirmatiuam ſententiam, *l. vtiq. §.
culpa. ff. de rei vend.* motus non nullis rationib. à ſimili, & ante eum *Gulıel. de Suz. in l. pro-
perandum. §. ſin autem ex geſtis*, eandem opinionem ſecutus apoſtil. ad *Specul.* ibi citat in
terminis *Deciſ. Rotæ. 434. in antiquis*, incipit, quod ſiquis propriã cauſam per ſe tractauit,
an repetat expenſas, quas facere potuiſſet in procuratores, & aduocatos, & *Deciſ. 533.
in antiquis.*

Regula 15.

Dolus cum Dolo compenſatur.

1 *Multæ ſunt leges, ex quibus iuſtiſſima hæc regula ſumitur.*

2 *Non ſolum iure ciuili, ſed etiam iure canonico probatur.*

3 *Prima ratio huius regulæ.*

4 *Compenſatio inducta eſt ad tollẽdam multiplicitatem litium.*

5 *Compenſatio delictorum; eſt ad inſtar aliarum compenſationum.*

6 *Alia ratio huius regulæ eſt moralis, quia carere debet omni vitio, qui paratus eſt in alium dicere.*

7 *Alia ratio eſt Euangelica.*

8 *Controuerſus eſt huius regulæ ſenſus, & intellectus.*

9 *Prima declaratio regulæ ex intentione glo. ſed reprobatur à* Rom. nu. 11.

10 *Si dolus ab vtraq; parte fuerit commiſſus, & circa idem, admittitur compenſatio.*

11 *Si dolus committatur circa diuerſa ceſſat compenſatio.*

12 *Declaratio Speculatoris, quæ à Romano etiam refellitur.*

13 *Si actor compenſando, ſentiret ex ſuo dolo*

com-

commodum, denegatur compenſatio.

14 *Si facta compenſatione, actor non ſentit lucrum ex dolo, conceditur compenſatio.*

15 *Declaratio Iacobi de Arena, à Bart. probata.*

16 *Si volens compenſare, tractat de damno euitando, vel eſt in pari cauſa cum agente, & non eſt locus compenſationi.*

17 *Si opponens de dolo tractat de lucro captando, replicans autem de damno, admittitur compenſatio, ſed Bart. limitat.*

18 *Alia declaratio Dyni, quæ etiam à Romano confutatur,* nu. 23.

19 *Si duo faciunt contra legem delinquendo, deterior eſt conditio illius, qui incipit dolum proponere.*

20 *In pari cauſa turpitudinis, potior eſt conditio Rei.*

21 *Paria delicta, mutua compenſatione tolluntur.*

22 *Si duo faciunt contra legem crimen cõmittendo, ſed poſtea repetendo crimen non committitur, non datur compenſatio.*

23 *Si duo faciunt ſecundum legem, alter contra alterum iuuatur.*

24 *Diſtinctio Baldi pro declaratione regulæ.*

25 *De dolo aliquando agitur ciuiliter, aliquãdo criminaliter.*

26 *In cauſa ciuili, doli cum dolo, circa idem cõmiſſi, vel circa diuerſa tendentis tamẽ ad eundem effectum admittitur compenſatio.*

27 *Quando dolus hinc inde cõmiſſus eſt in rẽ diuerſa, & ad diuerſum tendit effectũ, non eſt locus compenſationi.*

28 *Facti clandeſtini; cum alio clandeſtino, ex interuallo facto, admittitur cõpenſatio.*

29 *Nemini ex improbitate ſua danda eſt actio.*

30 *Qui furto rem amiſit, poteſt furi rem æquiualentem furto ſubripere; quando deeſt copia iudicis.*

31 *Commiſſo hinc inde dolo, ſi res non eſt integra, ceſſat compenſatio.*

32 *Quando diuerſa ſunt facta ad diſſolutionem eiuſdem actus turpis tendentia, non denegatur compenſatio.*

33 *Compenſatio quãdo vim ſolutionis habet, tunc admittitur, licet delicta tendant ad diuerſos effectus.*

34 *Quando compenſatio in delictis vim ſolutionis non habet, non conceditur.*

35 *In cauſa criminali doli, ſeu delicti cum delicto etiam circa idem commiſſi non toleratur compenſatio, quæ ſit excluſiua pœnæ, vel confuſiua delicti.*

36 *Admittitur, quandoq; compenſatio excluſiua perſonæ accuſantis.*

37 *Quando nec ciuiliter agitur, nec criminaliter, ſed mixtè, delicti cum delicto recipitur commendatio.*

38 *Quoties criminaliter agitur ad repellendã perſonam teſtis, delicti cum delicto per plures commiſſi, nõ datur compenſatio.*

39 *Romani declaratio ad reg. noſtram.*

40 *Si ciuiliter de dolo tractatur, & circa idem dolus eſt commiſſus, ſiue eodem, ſiue diuerſo tempore, poteſt cum dolo compenſari, fallit autem, vt ibi.*

41 *Quando ſecundus dolus conſumeret primũ, non eſt locus compenſationi, idemq; iuris, eſt in mora.*

42 *Si ex doloſis, vnus certat de damno euitãdo, alter vero de lucro repellitur compenſatio.*

43 *Inter duos doloſos in pari cauſa lucri ceſſat compenſatio.*

44 *Quoties in cauſa ciuili dolus promiſcuus tendit ad diuerſa nõ fit regulariter compenſatio.*

45 *Vtrum mali cum bono fiat compenſatio, in foro conſcientiæ, & in foro ſeculari.*

46 *In foro animæ, compenſatio boni, & mali non recipitur.*

47 *In foro exteriori, lucri ex legis prouidentia magis, quam adminiſtratoris mei prudentia contingentis, cum damno, culpa illius euenientis non datur compenſatio.*

48 *Damni prouenientis ex caſu fortuito, fit cõpenſatio cum lucro, quod mihi prouenit ex induſtria mei adminiſtratoris.*

49 *Damnum proueniens ex dolo, vel culpa mei ſocii, non compenſatur cum lucro ex illius induſtria proficiſcente.*

50 *Damnum ex negligentia ſocii profectum, compenſatur cum lucro ab eius induſtria acquiſitum.*

51 *Damnum cum lucro, an ſit compenſandũ in adminiſtratore neceſſario vt in tutore.*

52 *Princeps ſolet cum ſubditis malum cum bono compenſare.*

53 *Vtrum mutua iniuriæ, mutua etiam compenſatione tollantur, negat Speculator, & Roman. diſtinguit.*

54 *Iniuriarum compenſatio fit, quando ciuiliter agitur, ſi non apparet: quis prius iniuriam intulerit.*

55 *Si conſtiterit; quis prius verba iniurioſa dixerit, non fit compenſatio, ſed prius ille punitur.*

56 *Si iniuriæ ſint factæ ex interuallo, prohibetur compenſatio.*

57 *Iniuriarum compenſatio, quando criminaliter agitur, prohibetur.*

58 *Vtrum inter bannitos, admittatur compenſatio banni.*

11 commiſſus † circa diuerſa, & ceſſat compenſatio *per tex. in l. quemadmodum. ff. de no-*
xal. in quo ſi ſeruus meus aliquid tibi dolo ſubtraxerit, & tu eidem pecuniam ex illa re
perceptam doloſe ſubripueris non eſt locus compenſationi, ſed furti actioni vltro,
citroque.

Plane *Romanus in dict. l. cum mulier, num. 41. verb.* ſed certè. improbat hanc theo-
ricam gloſſ. tollens primum membrum ex *l. 46. Marcellus ff. de except. doli*, in qua exce-
ptio doli, non perimitur explicatione, quamuis circa idem commiſſi; Alterum etiam
euertitur per *dict. leg. ſi ambo in principio.* Qua cautũ eſt inter vnum ſocium negligentem
12 & alterum ſocium rem communem ex ſocietate accipientem, negligentiæ, & rei per-
ceptæ, atque ita diuerſi facti, & negocii fieri compenſationem. † Quare ſuccedit alia
noſtræ regulæ declaratio, *Specul. in tit. de excep. §. fin. in fin.* & *gloſſ. in cap. dilecti extr. de ex-*
cept. hoc ſcilicet modo, aut actor volens compenſare, & de dolo replicare, conſeque-
13 retur † commodum, & tunc denegatur compenſatio, & ita accipiatur text. in *§. Mar-*
14 *celli, & cap. dilecti.* Aut Actor non reportaret ex malitia † commodum, Immo po-
tius lucri faceret Reus, & tunc replicatio, & ita doli compenſatio conceditur, & ſic
procedit dictum capitulum intelleximus, & *cap. fin. extr. de adulter*, in quibus permitti-
tur vxori alterius Adulterii replicatio, quia non reportat commodum, verum magis
afficitur damno, cum iterum ſubiiciatur poteſtati Mariti. Cæterum, nec huic decla-
rationi, calculum ſuum Romanus addit, propterea quod in *dicto capitulo cum dile-*
cti, Actor nihil fuiſſet ſuperlucratus. Quoniam non ſeſe fundabat excommunicatio-
ne, ſed in iure alias licite quæſito, & tamen reiicitur compenſatio, & in *c. intelleximus*,
vxor cui dabatur compenſatio lucrifacit, quippe ſentit vtilitatem ex matrimonio, quo
nihil eſt dulcius Mulieribus, nihil gratius.

15 Tertia ſequitur † explicatio *Iacobi de Arena*, quam refert, & aliquibus additis
16 ſequitur *Bartolus in l. cum mulier. ff. ſol. matrimonio*; Aut excipiens tractat de damno † e-
uitando, vel eſt in pari cauſa cum agente, & tunc non auditur replicatio Actoris, & i-
ta ceſſat compenſatio, & hoc modo eſt intelligendus. *§. Marcellus*, ratio eſt, quia in pari
cauſa melior debet eſſe conditio poſſidentis. *l. cum par. ff. de reg. iur. l. nemo. §. fin. ff. de ver.*
obligat. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de condict. ſine cauſ. veluti ſi maritus ageret contra vxo-
rem, dotiſq; tunc poſſeſſionem habentem, vt illam probato adulterio lucrifaceret, ipſa
vero opponeret lenocinium, ne dotem perderet, Marito non eſt permiſſum repli-
17 care de adulterio quoniam agit de lucro. Aut excipiens tractat † de lucro captando,
replicans vero de damno euitando & hoc caſu replicatio doli perimit exceptionem
doli, atque ita inducitur compenſatio *d. leg. cum Mulier, & d. c. cum intelleximus*, nempè
ſi vxor repeteret dotem à Marito, is autem cupidus lucri except. de adulterio, Muli-
er autem ne faciat dotis iacturam, replicat de lenocinio, & valet compenſatio ex di-
ctis iuribus, hoc verò ſecundum membrum limitat *Bart.* duplici modo, & primo quo-
ties in replicatione allegaretur illud idem, quod fuerat deductum in libello. Secunda
eſt limitatio, quando exceptio, quæ obiicitur ab illo, qui de lucro tractat, non reſpicit
merita cauſæ, ſed perſonam agentem, vt eſt exceptio excommunicationis, vel ſimilis,
tunc enim contra exceptionem eiuſmodi non datur replicatio, nec admittitur, com-
penſatio *d. c. dilecti extr. de except.*

18 Porrò autem † Romanus longo apparatu examinat *dict. Bartoli in Alleg. l. cum*
mulier, num. 49. verb ſecundo fallit. Quarta eſt declaratio *Dyn. in dict. cap. in pari*, quam
cum theorica *Iacobi de Arena*, ſtudet coniungere, & explicare *Baldus in d. leg. cum Mu-*
lier, ſed & ab illa recedit *Romanus numero 78. verſ.* ſed certe iſta diſtinctio, quoniam li-
cet capita ab eo conſtituta, ſint in ſe vera, tamen non vniuerſam materiam includunt,
proinde affert.

Quinto aliam theoricam *Innocentii in capitulo intelleximus de adulter*, quo loco ita
19 diſtinguit, quandoq; duo faciunt † contra legem delinquendo, & tunc regulariter de-
terior eſt conditio illius, qui incipit dolum proponere, ideo ſi erit actor, non poterit
contra reum excipientem de dolo replicare, & ita ſumi debet *§. Marcellus*, & ita proce-
20 dit regula dicens in pari cauſa † turpitudinis, potiorem eſſe Rei conditionem *l. ſi duo*
21 *ff. de dolo l. ſi. ff. de condit. ſine cauſ.* & illa paria delicta mutua cõpenſatione † tollũtur *d. l. de*
viro. ff. ſol. matr. cõferr *d. l. mulier*, in qua cõtra maritũ excipientẽ de dolo, datur replica-
tio de lenocinio, & *l. 1. & l. ſi alterius, & C. ſi minor maior factus*, &c. in quibus ſi minori pe-
tenti reſtitutionem, obiiciatur exceptio, quod ſe dixerit maiorem datur replicatio,

22 quod dolo vi ad ita aſſerendum fuerit inductus. † Secundus caſus principalis eſt,
quando duo ab initio faciunt contra legem crimen committendo, ſed poſtea repetendo crimen non committitur, vt accidit duobus facientibus contractum vſurarium, & poſtea vſuras repetentibus, & tunc videtur, quod contra exceptionem non
23 datur replicatio, *cap quia fruſtra extra de vſur.* † Tertius eſt caſus, quando duo faciunt ſecundum legem, quo caſu verior eſt concluſio, vnum iuuari contra alium per *l. fin. ff. ex quibus cauſ. maior.* Nec Innocentii doctrina eſt communi ſuffragio canoniſtarum probata, teſte *Romano in d. l. cum mulier numero 81.* verbo tertius caſus, cui non adhæret Romanus, ſed ab ea recedit multis rationibus, præcipue vero propter primum membrum probatum in dicto §. *Marcellus,* nimirum quod deterior ſit eius conditio doloſi, qui proponere incipit dolum, quippe ille textus probat ex diametro contrarium, ſiquidem actor fundabat intentionem ſuam in contractu, nihil de dolo dicens, Reus vero à fraude incipiens oppoſuit doli exceptionem, aduerſus quam non replicatur de dolo, ita fit, vt melior ſit conditio eius, qui cœpit à dolo ſimiliter & alia membra *Romanus* impugnat, vſque ad *numerum 86. verſ.* vnde ad concluſionem, & tandem quaſi
24 herculeum hunc nondum explicaturus, proponit † diſtinctionem, *Baldi in d. l. cum mulier. §. 77. verb. Bald.* vero, eaque ſuppletionibus adiuuat, cuius duo ſunt membra.
25 Primum eſt, quando dolo agitur † ciuiliter. Secundum quoties agitur criminaliter, ad enucleationem primi conſtituit nonnullas concluſiones. Prior eſt doli cum
26 dolo; vel delicti cum delicto circa † idem commiſſi, vel circa diuerſa, tendentis tamen ad eundem effectum, vel ad idem iudicium eiuſdem rei compenſatio admittitur, probatur ex *l. domum, ex l. fin. ex l. ſi in emptione. §. nam ſi emptor. ff. de contrahend. emption.* in quibus inter emptorem, & venditorem promiſcui doli compenſatio circa eundem contractum commiſſi, confirmatur ex *l. fin. §. penultim. ff. de eo, per quem factum erit*, in qua admittitur compenſatio mutui doli inter actorem, & Reum tendentis ad idem impedimentum, ne venire poſſet in iudicium. Huc etiam pertinet textus in *l. ex facto. ff. de nego. geſtis. ex l. 1. §. nunc tractemus, cum ibi not. ff. de tut. & rationib. diſtr.* vbi recipitur compenſatio reciproci doli per duos tutores, vel curatores commiſſi ad eundem effectum ſcilicet ad detrimentum pupilli, ſuffragatur, *l. cum mulier & l. viro, atque vxore. ff. ſoluto matrimonio*, in quibus conceſſa eſt compenſatio adulterii, & lenocinii, cum vterque dolus tendat ad violationem eiuſdem Matrimonii.

27 Secunda concluſio eſt, quando dolus † hinc inde commiſſus eſt in re diuerſa, & ad diuerſum tendit effectum non recipitur compenſatio, quam Baldi concluſionem *ait Romanus* eſſe veram, ſed parum accommodatis exemplis declaratam; ideo ipſe probat eam per textum in *l. quemadmodum. ff. de noxali. action.* in qua furtum vnius non compenſatur cum furto alterius, per *l. qui vaſ. in princ. ff. de furt.* vbi, tu mihi rem ſubtraxiſti, & ego illam tibi violenter eripio, furtum non compenſatur cum violentia.

Tertia concluſio ſumitur ex *l. ſi alias. §. belliſſime. l. fin. §. ſi ad ianuam. ff. quod vi, aut*
28 † *clam.* in his enim facti Clandeſtini, cum alio clandeſtino facto admittitur compenſatio & ratio eſt ſecundum *Bald.* quoniam illud interdictum requirit iuſtum petitorem; ſed tu non videris iuſtus eſſe petitor, qui prætendis intereſſe ex iniquo opere, *leg. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco publico*, vnde per manus traditum eſt nemini ex
29 improbitate † ſua eſſe dandam actionem, *l. itaque fallo. §. 1. ff. de furt.* quam concluſionem veram *Romanus* intelligit, quoties iudicis, vel ſuperioris copia † non poſſit
30 haberi, tunc enim conceſſum eſt ei, qui mihi rem furto ſubtraxit, aliam rem pari furto ſurripere, non ita ſi ſuperioris adeundi facultas eſſet, *dict. l. quemadmodum. §. fin. & d. l. qui vas*, conſtat etiam, quod ſi is, qui violenter Mæuium ſpoliauit, ab eodem fuerit poſtea violenter ſpoliatus, habet nihilominus interdictum vnde vi, *leg. ſi quis ad ſe fundum. Cod. vnde vi l. qui poſſeſſorem. ff. de vi, & vi armat.* ea ratione, quod priori loco ſpoliatus poterat iudicis implorare auxilium; ſicut multa permittuntur propter defectum authoritatis ſuperioris, vel propter periculum moræ, *l. generali. ff. de decur. libr. 10. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraudem creditorum l. nullus, cum ibi not. à gloſſ. Cod. de iudæis.*

31 Quarta concluſio, commiſſo † hinc inde dolo ſi res non eſt integra, quia ventum eſt ad executionem facti, hoc eſt ad ſolutionem diuerſorum delictorum, licet ad idem tendentium, non recipitur compenſatio, *l. 3. & l. ſi ob turpem. ff. de cond. ob turp. cauſ. l. fin. ff. de cond. ſine cauſ. l. in pari. ff. de reg. iur. l. ſi procurator. ff. de exceptione doli*, quibus

definitur, eum, qui turpiter dedit, nō iuuari turpitudinis replicatione, quippe iam ſe-
cuta traditione rei turpiter promiſſæ.

32 Quinta concluſio, quando diuerſa ſunt facta † ad diſſolutionem eiuſdem obli-
gationis turpiter tendentia, conceditur compenſatio, per tex. in *c. cōſtitutus extr. de pœ-
nis*, cuius exemplum ſit in pace inita inter me, & Titium, cum adiectione pœnæ, ſi eam
deinceps pariter fregimus, profectò mutua hæc factio pacis, tendens ad eiuſdem a-
ctus reſolutionem, compenſatur, ne alter ab altero pœnam petat ex *dict. cap. conſtitu-
tus*. Plane ſi ex interuallo Titius pacem fregerit ego ſolus petere pœnam potero, quia
in eam non incidi. *d. l. cum par. §. illi*, & quia non debet Titius ex contractu commodum
reportare, quem nixus eſt impugnare, *c. ex eo de reg. iur. in 6.* pro qua Pacis controuerſia
videndus eſt, *Rom. in l. ſi mora. ff. ſol. matr.*

33 Sexta concluſio, compenſatio quando † vim ſolutionis habet, vt regulariter
cōtingit, *l. ſi debitor. ff. qui potior. in pignor. habe.* tunc recipitur compenſatio, tametſi deli-
cta rendant ad diuerſos effectus, *l. ſi ambo. ff. de compenſ.* in qua furtum factum in vna re
ſocietatis, & damnum in alia re datum, mutua compenſatione tolluntur, ſi alter ciuili-
34 ter agat contra alterum, ſecus quando agitur de compenſatione † delictorum, quæ
non habent vim ſolutionis; ſed magis impugnat, vt in *leg. ſi quis ad ſe fundum. Cod. vnde
vi*, & in his concluſionibus, in quibus denegatur compenſatio, *Bald.* ſicut puto, vult
35 accipere *dictum. §. Marcellus.* Fit modo locus † ſecundo membro, quando ſcilicet
criminaliter agitur, & in eo quoque plures concluſiones *Bal.* conſtituit, quibus *Roma-
nus* ſuppletiuas affert *n 57. verſ. Bald. vero.*

Prima itaque ſic ſe habet, doli, ſeu delicti, cùm delicto, & circa idem commiſ-
ſi. non tolleratur compenſatio quando eſt excluſiua pœnæ, vel confuſiua delicti, *leg.
ſecunda, §. ſi hoc, & §. ſi extraneus. ff. de adulter.* in quo accuſatus de adulterio, ſi dixerit
ſe mariti lenocinio fuiſſe, non eſt admittenda compenſatio huiuſmodi, confert *lex
is, qui Reus. ff. de publ. Iud. lex prima, Codic. qui accuſ. non poſſ. cap. neganda. 3. q. vltima Mo-
ron. de Treg. & pace in ſecunda parte quæſt. decimaquarta*, dicens nec in præiudicium fiſci
valere *num. 14.*

36 Secunda concluſio, admittitur † quandoque compenſatio excluſiua perſonæ
accuſantis, vt *in l. cum mulier ff. ſolut. matrim.* vbi maritus compenſatione lenocinii ex-
cluditur ab accuſatore adulterii, cui ſuffragatur tex. in *l. ſi maritus, §. præſcriptiones. ff. de
37 adulter. l. ita nobis C. eodem titulo, l. ſi filium C. de liber. cauſ. l. qui accuſare. ff. de accuſat.* †

Tertia eſt concluſio à Romano adjuncta, eſt cum, nec ciuiliter mere, nec crimi-
naliter agitur; ſed mixte, nempe ſi ad ſeparationem thori inter Coniuges, occaſione
facti adulterii tractetur, vt in *cap. tua ad finem, extr. de procurat.* in quo delicti cum de-
licto in præiudicium eiuſdem matrimonii commiſſi, conceditur compenſatio, cap.
ſignificaſti. *cap. ex literis extr. de diuort. cap. intelleximus, cap. fin. de adulter.* Quarta cum † a-
38 gitur criminaliter ad repellendam perſonam teſtis, non datur compenſatio delicti
cum delicto per plures commiſſi *l. fin. C. de Accuſat. leg. fin. C. de Maleſic. & Mathem l. fin. ff.
de quæſtio leg. 1. §. cum quis latrones, de confeſſ. cap. primo de exception. cap. fin. de teſt. Bald.* aut
Theorica hoc modo abſoluta, Romanus in *d l. cum Mulier. num. 86. verſ.* vnde ad Con-
39 cluſionem, alio modo † reg noſtram explicat conſtituens ad eius intellectum duo
illa eadem membra, quæ ſuperius a Baldo fuerunt conſtituta, ſed diuerſo modo pro-
40 ſequens. † Si igitur ciuiliter de dolo. vel de delicto tractatur, regula ſit, quando do-
lus circa idem à duobus committitur eodem, vel diuerſo tempore ſit compenſatio,
& ita contra exceptionem doli datur replicatio *dict. leg. cum Mulier d. l. vtro. dict. ca-
pit. intelleximus*, fallit *in cap. dilecti extr. de exceptione*, & in *cap. quia fruſtra extr. de
vſur.*

41 Itidem fallit, quando ſecundus dolus conſumeret primum, † quippe tunc de
conſumpto dolo, non poteſt opponi exceptio, nec admitti compenſatio, veluti ſi ego
te ſpoliaui de poſſeſſione tui fundi tu deinceps ex interuallo ſpolias, competit mihi in-
terdictum vnde vi, nec licet obiicere compenſationem de primo ſpolio, quia ſcili. ille
dolus eſt conſumptus per tuum, ex ſecundo ſpolio *d. l. ſi quis ad ſe fundum, & l. qui poſſ. ff.
de vi, & vi arm.* Verum ſi me ſpoliares incontinenti admitteretur compenſatio, ſi qui-
dem primus dolus non eſſet cōſumptus. Id quod, & in mora obtinet, nam ſi ab vtroq;
cōtrahente ſit mora comiſſa vltima mora nocet, & de ea non datur exceptio aduerſus
priorē moram, atq; ita moræ, cum mora non ſit cōpenſatio. *l. illud. ff. de peric. & com. rei
ven. l. ſi per emptorē. ff. de act. empt. l. Celſ. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de arb. l. P[illegible]at. §. aliquā do. ff. de nou. ope*

nunciat. §.*ſeruum legis ſequitur l.interdum ff. de verb.oblig.l.quis decem.ff.de ſolut.* tertio fallit,
42 quando facta compenſatione † alteruter remaneret in damno, nam in præiudicium il-
lius, qui certat de lucro captando, & ita debet intelligi. §.*Marcellus*, reſtringitur hæc li-
mitatio in *l.ob turpem, cum ſimil ff.de cond.ob turp.cauſ.* ratio eſt quoniã in pari cauſa tur-
43 pitudinis melior eſt conditio Rei poſſidentis. Si vero eſſent ambo † in pari cauſa lucri,
non eſſet locus compenſationi, quoniam poſſidentis melior cõditio eſt in lucris *l.qui-*
44 *dam Titium l.ſi non ſolus* §.1.*ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſt.* † Secunda regula etiam quando ciui-
liter agitur, aut dolus promiſcuus rendit ad diuerſa, & nõ admittitur regulariter com-
penſatio *l.quemadmodum ff.de noxal.action.*

Secundum membrum principale eſt, quando criminaliter agitur, in quo *Rom.*
ſequitur per omnia concluſiones ſupra firmatas, & ad vberiorem regulæ noſtræ exi-
tum, clarioremque doctrinam *num.91.ve ſic.* eſt ſecundum membrum, reuocat in du-
45 bium, vtrum fiat † compenſatio mali cum bono, & econtra exemplum quęſtionis eſt
in procuratore, vel negociorum geſtore, vel Socio, qui ſane multa fecit, ex quibus mi-
hi lucrum acceſſit, & ita bonum egit, & quædam, ex quibus paſſus ſum damnum, & i-
ta auctus ſum malo, an vnius cũ alio fiat compenſatio diſtinguit Rom. duo capita, alte-
46 rum † eſt in foro conſcientiæ, in quo negat fieri compenſationem *c.quod ait 14.diſt.cap.*
deſi.at de reg.iur. Alterum eſt in foro ſeculari, & tunc nonnullas colligit concluſiones;
47 Prior autem illarum eſt, lucri, ſeu boni † contingentis mihi ex legali prouidentia ma-
gis, quam facto meę adminiſtrationis, non fit compẽſatio cum damno, ſeu malo, quod
ego percipio ex eiuſdem dolo, vel negligentia *l.cum.ff.de vſur.* vbi de lucro agitur pro-
48 ueniente vi conſuetudinis. ſecunda concluſio damni, † ſeu mali prouenientis ex caſu
fortuito fit compenſatio cum lucro, quod mihi prouenit ex induſtria meę adminiſtra-
49 tionis *l.ſi negocia.ff de neg.geſt.in fin.* † Tertia damni, ſeu mali, quod mihi prouenit dolo,
vel culpa meæ adminiſtrationis, vel ſocii non fit compẽſatio cũ lucro, ſeu bono, quod
prouenit ex eiuſdem induſtria *l.de illo, & l.ideo cum praced.ff.pro ſocio.* Quarta ceſſatio †
50 lucri, quod prouenit ex negligentia adminiſtratoris ſeu ſocii fit compenſatio cum lu-
cro, quod prouenit ex eius induſtria *d.l.Caius.ff.de vſur.* ſecundum verum intellectum,
51 & prædicta obtinent in adminiſtratore voluntario. De † neceſſario vero adminiſtra-
tore, eſt tex.in *l cum quæritur.ff.de adminiſtr.tutor.* ibi nomina à tutore facta, pupillus fi-
52 nita tutela debet agnoſcere omnia, aut omnia repudiare. † Princeps autem in eadem
perſona ſolet malum, cum bono compenſare *l.2.*§.*poſtea Appius.ff.de orig.iur* §.*ſed, &*
quod princip, Inſtit.de iure naturali gent.& ciuil. ibi ſi quid ob meritum indulſit alicui *l.ad*
beſtias ff.de pœnis.

Quæſt.1. Ex his infertur ad quotidianam quæſtionem. dixi tibi verba iniurioſa, tu
53 quoque verba iniurioſa retuliſti, vocaui † te latronem tu vocaſti me proditorẽ, num-
quid mutuæ iſtæ iniuriæ mutua compenſatione tollantur Hæc fuit quæſtio excitata à
Speculatore in tit.de accuſatore § 1.*verſ.quid ſi te latronem num.*11 & arguens pro affirmatiua
inquit, quod ſicut iniuria facta re, poteſt repelli, atque ita compenſari vim vi repellen-
do *l.vt vim.ff.de iuſt.& iure c.ſignificaſti extr de homic.l.cum maior de abolit.* ita poteſt iniu-
ria retorqueri, quoniam paria delicta mutua compenſatione tolluntur *l.viro.ff.ſoluto*
matrimonio. contrariam tamen ſententiam probat per *l.neganda. Cod.ne qui accuſar. non*
poſſunt. ratio eſt, quia diuerſæ ſunt iniuriæ, & diuerſa facta, quo caſu ceſſat regula *l.viro.*
ff ſoluto matrimonio ex d.l.neganda, qua cautum eſt, quod accuſatus non poteſt ſuum ac-
cuſatorem reaccuſare de pari crimine, vel minori, priuſquam ſit abſolutus; ſed eam re-
ſolutionem non videtur probare *Rom d.l cum mulier num.64.verſ.* ex his deciditur ea ra-
tione, quod allegatæ iniuriæ tendunt ad idem, ſi quidem is, qui ſecundo loco iniurioſa
verba dixit, videtur protuliſſe animo magis repellendi iniuriam, quam inferendi, vt
accidit in *d.l.vt vim, in d.l ſi cum maior.*§.*libertus.ff. de bonis. libert.* ibi ignoſcendum eſt.
ei, ſi voluit vlciſci prouocatus, addo quod *d.l.neganda*, non probat, ſi quidem ponit ma-
nifeſtam exceptionem, niſi ſuam proſequatur iniuriam, vt accidit in propoſito, nam,
vt verbalem iniuriam repelleret verborum, dixit iniuriam. Romanus itaque diſtin-
54 guit duo membra, nempe, aut de ciuili pœna agitur, aut de criminali. † Si de pœna
ciuili, & non conſtat quis primo iniurioſa verba dixerit, neuter videtur puniendus, ar-
gumento *l.prima.*§.*cum arietes, iuncta gloſſa. ff.ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur l.ſcien-*
tia.§.*cum iumenta.ff.ad l.Aquiliam.* † Secundo ſi liquear, quis prior verba iniurioſa di-
55 xerit, ille ſolus puniendus eſt, non ſecundus, qui incontinenti verba iniuriæ referen-
do, videtur feciſſe ad propulſandam iniuriam *dicto.*§.*libertus*, tum quia, ſicut licet iniu-

riam

riam factam incontinenti vendicare, adhibito tamen moderamine inculpatæ tutelæ
l. 1. C. unde vi. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. d. l. vt vim, ita quoque verborum
iniuriam conceſſum eſt pari iniuria cōtinuo repellere ad ſui tutelam, tertio quoniam
parcendum eſt ei, qui verbis iniurioſis ad iracundiam commotus, iniurioſis etiā ver-
bis iniuriam retulit, argumento *l. quicquid calore. ff. de reg. iur. l. 1. §. quæri poſſet. ff. ad Turpil.*
lubricum enim linguę, maxime iracundiæ commotæ, non eſt facile ad pœnam trahē-
dum. *l. famoſi. §. fin. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Nec aduerſatur inquit *Rom. l. ſi non conuicii. Co. de in-
iur. l. aut facta. §. cauſa. ff. de pen. l. lex Iulia. §. fin. ff. ad l. Iul. repetund.* in quibus punitur iniu-
ria, quamuis ſit illata à prouocato calore iracundiæ: etenim procedunt d. iura, quando
prouocatio eſt cauſata aliunde quam ex iniuria proxima præcedente, nam cum mihi
præſtiterit occaſionem, inferēdo iniuriam, ipſemet ſibi videtur intuliſſe, non à me re-
56 cepiſſe. *l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. arg. c. fin. de iniur. & c. damnum de reg. iur. in 6.* †
Tertia ſit concluſio, ſi inferenti in me iniuriam, ego ex interuallo iniuriam retulero,
non poteſt obiici compenſatio, propterea quod repulſio iniuriæ permiſſa eſt dunta-
xat in continenti. *l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi armat.* quaſi diuerſa delicta non reci-
57 piant compenſationem. *dict. leg. quemadmodum. ff. de noxal. act. §. fin.* Si † vero de poe-
na criminali quæratur, tunc cum agatur ad vindictam publicam non permittitur cō-
penſatio *d. l. 2. §. qui hoc dicit, & §. ſi extraneus. ff. de adulter.*

Quæſtio ſecunda. Occaſione huius regulæ *Doct. maxime Bartol. & Bald. in dict.*
58 *leg. cum mulier. ff. ſolut. matrim.* inferunt ad duas quæſt. † Prima eſt, an ſi Bannitus
agat contra alium Bannitum, ſi proponatur à Reo exceptio Banni, an poſſit repelli
alterius Banni replicatione, ita, vt fiat vtriuſque Banni compenſatio, *Romanus in dict.
leg. cum mulier.* promittit hanc quæſt. perfecte tractare in *leg. contumacia. ff. de re iud.* tra-
ctat etiam illam *Iacob. de Areu. in tract. de Bannitis, inter tract. Diuerſorum crimin. numero
triceſimoſecundo.*

Quæſt. 3. Altera eſt diſputatio, ſtante ſtatuto, vt de quolibet contractu ſoluatur
gabella, alias ſit nullus. venditor repetit rem venditam, dicens contractum eſſe nul-
lum, defectu gabellæ ab emptore, an poſſit replicari, nec tu ſoluiſti gabellam, compē-
ſatione æqualis delicti propoſita, Romanus copioſe in *dict. l. cum mulier. numer. 97. cum
ſequentib. verſiculo ſecundo* quid ſi ſtet ſtatutum;

Quæſt. 4 Quæro etiam an defectus alicuius perſonæ poſſit cum pari defectu cō-
59 penſari, vt ecce infamia, cum † infamia tractat *Iaſon. in leg. in arenam. Cod. de inofficioſo
teſtamento. Bartol. in d. ct. leg. cum mulier. numero octauo*, vbi concludit, quod ſi litigator
infamis obiiciat teſti contra ſe examinato infamiam, quo illum repellat à teſtimonio,
non licet replicare de illius litigantis infamia. Sed tamen *Iaſon. in dict. l. in arenam*, mul-
tos congerit caſus, in quibus iure conceditur infamiæ cum infamia compenſatio,
60 nempe mater meretrix † non poteſt propter meretricium exhæredare filiam mere-
tricem, niſi mater ante conditum teſtamentum, fuiſſet emendata, & in ſe reuerſa, ve-
niſſet ad meliorem frugem; id quod bene obtinet in matre meretrice, non emendata;
cæterum nequaquam obtinebit in patre meretricatore ſi quidem filiam meretricem
ob eius impudicitiam poterit exhæredare, ea ratione, quoniam decet mulieres
magis eſſe pudicas, quam maſculos, *leg. penult. Codice ad Orfict. Fulgoſ. in Authentic.
ſed ſi poſt. Codice de inoff. teſtam. Cyn. in leg. filium Codice eodem titulo, gloſſ. in leg.
palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nupt.* vbi maior caſtitas etiam ſecundum mores
hominum exigitur in fœminis, quam in maſculis, confert etiam quod tradit *Bald.
in leg. improbum. Codice de infamibus*, quod nullus fœnerator habet querelam in-
officioſi teſtamenti aduerſus teſtamentum fratris inſtituentis turpem perſonam;
quoniam; & ipſe turpis perſona eſt, quod dicit eſſe notandum *Iaſon.* pro decla-
ratione *leg. fratres. Codice de inofficioſo teſtamento*, & ſuffragatur *tex. in capit. quia
fruſtra de vſur.* & in *leg. in arenam.* Arenarius frater, non poteſt arenarium filium
exhæredare, ſed ſuam cum filii turpitudine compenſando, perinde debet inſtituere,
ac ſi quilibet eorum eſſet integræ conditionis.

Nec aduerſatur, quod dictum eſt de teſte infami, recte enim *Bartol. dict.
numero octauo*, nodum explicans, demonſtrat rationem diuerſitatis, quippe quia te-
ſtis non facit fidem parti; ſed iudici, & ideo licet, qui litigat ſit infamis, tamen iudex
repellet teſtem, cum non ſit ſolitus adhibere fidem infamibus, Hactenus egimus de
compenſatione doli.

Digitized by Google

*Quæſt.*5. Quæramus de compenſatione culpæ. Numquid ea ſit in iure conceſſa?
61 Et reſponde conceſſam eſſe, † nam ſicut doli, ita culpæ fieri debet compenſatio, etiam
ſi diuerſæ culpæ ſint, ſi vnus, & idem reſultat effectus culparum, vt declarat *Romanus d.*
l. cum mulier. nu. 90. *&* 70. verſ. ſeptima *concl. per tex. in l. damn. §. quoties. ff. de damno infect.*
vbi ſi tu ex latere tuo fodis parietem communem, & ego ex latere meo impono onera
& ita culpa vtriuſque paries ruat, fit compenſatio, licet ipſa facta ſint diuerſa, & eſt gl.
valde ſignanda *in l. fin. §. pen. in verſ. dolo. ff. de eo per quem factum erit*, in qua Accurſ. ait
culpam, cum culpa, delictum cum delicto, negligentiam, cum negligentia, pœnã cũ
pœna compenſari. Intellige tamen, quando culpæ ſunt æquales, vt lata cum lata, leuis
cum leui, ſiquidem maior culpa præponderat, *Ang. in §. ſequitur num.* 22. *& n.* 23. *Inſt.*
de action. Sebaſt. medic. de fortuit. caſib. parte. 1. *quæſt.* 10. *num.* 9. Imò culpæ eſſe debẽt ambæ
in faciendo, aut in omittendo; non vna in committendo, altera in omittendo, nam illa
præponderat, *Maria Soc. in c. ſiquis domum. num.* 25. *extr. de iniur.* Interdum tamen dolus
62 compẽſatur † cum lata culpa, *Imol. in c. cum dilectus, de his, quæ vi, metuſue cauſ. fiunt* & vi-
detur ſentire *gloſſ. in l. ſi ambo. ff. de compenſ.* § 1. in qua Accurſ. declarat hoc procedere, ſi
tu dolo me læſiſti in vna re, & ego culpa læſiſſem in alia, maxime ſi tendunt ad eũdem
effectum, ratio eſt, quoniam lata culpa dolo cõparatur *l.* 1. *cum vulg. ff. ſi menſor falſ. mod.*
63 *dixer. Doct. in l. in actionib. ff. de in lit. iur.* † Limita etiam vt pudicitia, non compenſetur
cum pudicitia *d. gl. in l. fin. §. pen. per tex. in l.* 2. *§ ſi publico, & l. ſi vxor. § Iudex ff. de adult.* in
quibus impudicus maritus, non repellitur ab Accuſatione mulieris adulteræ, ſed ex
aduerſo contrarium expreſſum eſt in *l. viro, atque vxore, & in l. cum mulier. ff. ſol. matrim.*
Exiſtimo ita conciliandam eſſe hanc antinomiam, ex his, quæ diximus in ſuperiori-
bus, nempe, vt opinio gloſſ. & iura ab eo deducta, locum habeant in cauſa criminali,
vt ſonat ille titulus *ff. de adulter.* Aliæ vero leges obtineant in cauſa ciuili, cum de lucro
64 dotis, vel de diuortio ciuiliter agitur. † In actione quoque rerum amotarum eſt lo-
cus compenſationi ad inſtar actionis doli. *leg. Mulier iuncta gloſſ. magiſtralis. ff. re-*
rum amot.

REGVLA 16.

Dolo facit, qui petit, quod reſtituturus eſt.

1 *Leges, ex quibus regula ſumitur.*
2 *Exempla reg. huius.*
3 *Ratio reg. quæ ſit.*
4 *Declaratio reg. vt procedat in continenti, non ex interuallo.*
5 *Hæc reg. impedit litis ingreſſum.*
6 *An hæc regula diſtinguitur in petitorio, & in poſſeſſorio.*
7 *In hac regula locum habet in petitorio, & non videtur habere quinque caſibus.*
8 *Hæc reg. obtinet quoad petitorium in multis caſibus.*
9 *Vtrum hæc reg. procedat in poſſeſſorio, & maxime in interdicto recuperandæ.*
10 *Quinque caſus, in quibus limitatur regula, ſpoliatus ante omnia, &c. ſed remiſſiue.*
11 *Numquid regula noſtra vendicet locũ in interdicto adipiſcendæ.*
12 *Probatio in continenti, quando videatur fieri in materia noſtræ regulæ, & numero* 20.
13 *An hæc regula procedat in interdicto retinendæ.*
14 *Exceptio dominii in continenti probandi, an admittatur in interdicto retinendæ.*
15 *An detur in interdicto quod vi, aut clam.*
16 *An quoad remedium* c. Redintegrandæ, & l. vltimæ. Codic. de acquir. poſſeſſione?
17 *An interdicto recuperandæ.*
18 *Multa ſunt priuilegia probationis faciendæ in continenti.*
19 *Spoliator, aut verus eſt, aut fictus, ſiue præſumptus.*
20 *In ficto ſpoliatore admittitur exceptio Dominii in continenti probandi.*

REgula iſta, qua non eſt pulchrior altera, elicitur ex *leg. Dolo facit. ff. de exceptio-*
1 *ne* † doli, ex *l. in condemnatione. §. dolo. ff. de reg. iur. in c. dolo facit de reg. iur. in 6. ex l.*
2 *ſi Socer. §. Lucius. ff. ſol. matr.* Exemplum † eſt apud *Dyn. de reg.* dolo facit. in marito, qui
petit dotem, quoties eſt in caſu reſtitutionis.

Alterum

Alterum eſt exemplum apud *Dec.conſilio 42.num. 4.& 5.* nempe ſi fideicommiſ-
ſarius vniuerſalis ſit pro poſſeſſione fideicommiſſi,& ſit paratus docere in continenti
de iure ſuo,poteſt impedire miſſionem in poſſeſſionem ex edicto *D. Adriani*,ſiue ex *l.2.*
C.ſub eo titulo,virtute huius regulæ dolo facit,qui petit,&c.ſicut *Dec.*ibi conſiderat, &
ſequitur *Roland.conſ.78.num.3.volum.3.* Aliud exemplum ſumitur,ex *l.qui dolo.ff. de ex-*
ceptione doli,in legatario.& hærede,qui damnatus eſt non petere à Teſtatore, nam pe-
tens repellitur iſta exceptione dolo facit,&c.ſicut eo loci expreſſum eſt. Quartũ ex-
emplum eſt *Cremen.ſing.153.*incipit facta eſt pax,nempe facta eſt pax inter duos Prin-
cipes,vel duas communitates, & ſequutæ ſunt conuentiones, vt reſtituantur ablata
particularibus ciuibus,an iſtis reſtitutionibus,quæ debent fieri poſſit opponi reg. Do-
lo facis,&c.& ſane poſſe opponi,inquit *Creme.*ſicut eſt aureum dictum *Bald.in cap.1.§.*
poſſeſſiones de pace Conſtan.in vſib. feudorum,refert Appoſtill. ad *Dyn.in hac reg.dolo facis* in
3 verſiculo poſſeſſoriis.† Rationem autem,cui inhæreat regula non inuenio allegatam,
cur ſcilicet lex reputet eum dolo facere qui petit,quod reſtituturus eſt, cenſeo autem
eſſe duplicem,& primam quidem,quia cum ſit reſtituturus ei,à quo petit,& per con-
ſequens nihil commodi ex ea petitione conſequuturus,proinde cauſa,vexandi & ad-
4 uerſarium implicandi ſumptibus,merito præſumitur petere,confirmatur quoniam †
ſi eſt reſtituturus alteri, aut eſt eidem reſtituturus, ſed ex interuallo, hac exceptione
non repellitur,vt inquiunt Doct. in *l. Dolo facit.ff. de exceptione in l.cum Socer.§. Lucius.*
ff.ſolut.matrim.

Alteram quoniam cum ſit reſtituturus,non videtur habere cauſam petendi,qua-
re ſuccedit reg.*l.2.ff.de exceptione doli*,quod petens ſine cauſa creditur eſſe in dolo;nam
reſpectu effectus proinde eſt,ac ſi nihil ſibi deberetur,certum eſt autem eum dolo fa-
cere qui ſcienter petit,quod ſibi non debetur;licet etiam addere tertiam, nempe in-
ductam fuiſſe noſtram regulam ad circuitus inutiles euitandos, vt non obſcure col-
ligitur ex *Gabr.conſ.140.num.11.volum. 2.* dici enim iure videtur ad quid perditio hæc
ſumptuum ſcilicet & laborum? Ponũt reg. Dd. variis in locis, vt in *l.dolo.ff.de except.doli*
maxime *Zaſ.ibi in l.in condemnatione.§.dolo,vbi Cag.*Dec.*& alii. ff. de reg. Iun.* Duenn. reg.
209.*Ang.in §.ſequitur.num.22.Inſt.de except. Bartol.& alii in l.ſi Socer.à genero.§.huius.ff.*
*ſolut.matrimonio.*Dec.*dicto conſilio 424.numero quinto Rolandus conſilio 78.volum.3. Soccin.*
Sen.conſilio triceſimooctauo, in fin. volum.primo, Socin. Iun.conſilio octuageſimooctauo,numero
decimo,volum.primo,Gabriel.conſilio triceſimooctauo, numero tertio, & decimoquarto, volum.
ſecundo,& conſilio centeſimoquadrageſimonono,numero vigeſimotertio, & numero 112. & nu-
mero 115.eodem volum. Blancus de compromiſſis quaſt.4.num.13.verſiculo dolo facit, Seraphin,
de Iuramento priuileg.127.in fin. Intelligitur hæc regula a Dd.quando is qui petit eſt re-
ſtituturus ei à quo petit,non aliis,tunc enim ceſſat,alioqui procuratores, & alii nomi-
ne agentes alieno,poſſent hac except.repelli, quoniam id quod petunt ſunt reſtitutu-
ri;Intelligitur quoque dummodo ille alius rurſus non eſſet reſtituturus ei, à quo peti-
tur à principio *Bart.& Iaſ.num.8.& alii in l.ſi donaturus.§.1.ff.de cond.ob cauſ. Appoſtill. ad*
Dyn. *dict.loco* in verbo regula accipienda eſt etiam regula in eo,qui ſtatim eſt reſtitu-
turus per tex.*in l.fin.verſ.idem,vbi Bart.ff.vt legat nomine.* Non autem eſt reſtituturus ex
interuallo,*Iaſ.in dict.l.ſi donatarius.§.ſi qui num.9 in 4.not.Gabriel.dict.conſ.149.nu.23.nu-*
mero 112.& numero 115. eſt autem regula adeo vera, vt exceptio iſta dolo facis, & im-
5 pediat litis † ingreſſum, vt dixit *Bald.in l,emptor.ff.de hered.vel act. vend. l.apud.§.ſi is qui*
ff.de except.doli,refert,& ſequitur *Soc.conſ.38.num.23.vol.1.*

In huius autem regulæ explanatione alii procedunt per ampliationes,& limita-
tiones,vt *Zaſ.in dict.l.dolo,Dec.in dict.§.dolo.l.in condemnatione.Duenn.d.reg.209 Dyn. d.*
reg.dolo facit. Alii vero per concluſiones ſicut *Ang.in d.§.ſequitur,& Rom.in d.l.ſi Socer.*
6 *§.Lucius.num.6.verſ.in gloſſ.ſuper verbo.* Et duo † capita conſtituunt, vnum in petitorio,
alterum in poſſeſſorio.

Ex primo colligunt aliquas concluſiones,tum negatiuas. tum affirmatiuas ex
7 negatiuis † prima eſt,quando non eſt liquidum illud, quod petens eſt reſtituturus
ei,à quo petit,non datur exceptio dolo facis, &c. Et ideo ſi ego ſum reſtituturus tibi,
à quo peto,ſed non conſtat quantum debeam reſtituere, non poſſum hac exceptione
repelli *l.1.§.rediguntur ſecundum vnum intellectum.ff.quorum legat.* Secundum verum
intellectum,vt ait *Aug.*quem ponit *gloſſ.in dict.leg.de dolo*, ratio eſt,quia non poteſt in-
continenti probari,*dict.gloſſ.*tum, quia facta liquidatione modicum forſan erit illud,
quod ſupererit reſtituendum;ex eo quod petebat.

Secunda cum quis id,quod petit reſtituturus eſt ex interuallo,ei à quo petit pro-
pter dilationem,quæ reſpicit ipſam obligationem , hac exceptione non excluditur, *l.
fin.ff. vt legat.nom.caueat.d.l.ſi donaturus.§.fin. Mant,ſing.50.incipit regulam nu.1.* vbi red-
dens rationem ait,quia ante,illam diem adiectam obligationi , nō eſt nata actio,eam-
que ob cauſam,ait in eiſdem terminis compenſationem obiici non poſſe *l.ſicum veluti
§.fin.l.quod in diem.ff.de compenſ.* quæ ratio fuit *Bart.in l.ita ſtipulatus.col.6.ff.de verb.oblig.
& in d.l. ſi donaturus.§.1.& clarius*,quàm alibi in *l.iuriſg.§. quinimo in gloſſ.poſt diuortium.
ff.de pact.*

Tertia concluſio;ſi repetens id,quod repetit reſtituturus eſt,ex interuallo , ei à
quo repetit,propter dilationem , quæ miſerationis cauſa indulgetur ſolutioni , nō re-
iicitur hac exceptione *Bart.in l.1.C.ſi conſtante matrim. & in l.ſi mulier. §.verum.ff.rerum
amotarum.* *Rom.in l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſolut.matr.* & ita *Bart.* facit differentiam,vt in-
fra conſtabit,an aliquis ab initio petat, vel repetat;Etenim ſi repetit, & dies ſit adiecta
ſolutioni,non obſtat hæc exceptio,ſecus ſi ab initio petat,& dies ſit appoſita ſolutioni.
Quarta concluſio ſi ille,qui petit eſt reſtituturus,ſed non illi,à quo petit,verum alteri,
non nocet iſta exceptio *d.l.ſi Socer.§ Lucius*,vbi maritus,qui reſtituturus eſt,non hære-
di,à quo petit,ſed mulieri,non remouetur ex hac regula,ceſſat enim ratio præſumpti-
onis doli,intellige tamen,niſi ille cui reſtituo ſit reſtituturus illi,à quo peto;ſicut initio
dixi limit.vt per *Ang.in d.§.ſequitur* verſ.quin imo amplius.Quinta concluſio vltra *Ro.
& Ang* eſt,quando aliquis iurauit, & conuenitur ab eo, qui eſt illi reſtituturus pro-
pter iuramentum,non poteſt hanc except.dolo facis,& opponere,quia ſc. venit con-
tra iuramentum, *Ant.Petrucc.in l.1.ff.de iure iur.verſ.quadrageſimuſtertius nu.28. & Ba-*
8 *uer.in tract.de Iuram.in effectu 66.Seraphin.de priuileg.nume.3.* † Venio ad concluſiones
affirmatiuas,quarum prima eſt,cum id,quod peto liquidum eſt,& ſum in continenti
reſtituturus ei,à quo peto,nocet exceptio *l.Dolo,quæ ita intelligitur.ff.de except.doli.* Se-
cunda ſi petens eſt reſtituturus ei , à quo petit ex interuallo propter delationem , quæ
miſerationis gratia indulgetur ſolutioni,repellitur hac exceptione.*d.l.Lucius §.fin.leg.
nupt.4.§.quoties.ff.ſol.matrim.d.l.ſi donaturus*;& obſerua quod dixi ſi petens,non ſi repe-
tens per ea,quæ dicta ſunt in tertia concluſione negatiua,ratio vero huius ſecūdæ cō-
cluſionis,vt refert *Mant.ſing.50.num.1.* eſt quoniam eſt nata actio, & propterea poterit
obiici etiam exceptio compenſationis.Tertia concluſio eſt,ſi ille,qui à me petit,debet
reſtituere Titio,qui Titius ſi à me peteret repelleretur, poteſt eadem exceptione re-
pelli,vt ait *Ang.dict.num.27.* verſiculo quin imo , amplius per tex.in *l.Mæuis.§.1.* & ibi
Raphaell. dicens tex.eſſe ſingularem.*ff.ſol.matrimonio*,perinde eſt enim ac ſi ille Titius
à me peteret.Quarta concluſio;ſi petens eſt reſtituturus Caio,& Caius eſt reſtituturus
ei,à quo primo petebatur,remouetur per exceptionem *d.l.ſi donaturus in fin.* eadem ra-
tione,quippe quia cum res ſit reditura ad illum primum à quo petitur fruſtra fatiga-
tur ſumptibus.

Quinta concluſio vltra *Rom.* ex intentione *Ang.* in verſiculo tu addas.Si notoriū
eſt,quod petens non poteſt retinere rem.quam petit,nocet hæc exceptio,exemplum
eſt in clerico,qui ſpoliauit laicum de poſſeſſione prædii eccleſiaſtici,laicus agit con-
tra clericum ſpoliantem interdicto recuperandæ obſtat exceptio notat *Ang.d.l.Dolo
de except.* facit tex.in *c.ad decimas de reſtit.ſpoliatorum*,probat *Innoc. in c. conſtitutus de filiis*
9 *presbyter.* Hæc obtinent † in petitorio,aggrediamur poſſeſſorium,quærentes,nūquid
militet in eo regula noſtra,& ſane multi, multa dicunt,& diuerſa eſt ſcriptorum ſen-
tentia.Etenim *gloſſ.in d.l.dolo.Dyn.& gloſſ.in reg.dolo facit,gloſſ.Cyn.Bald.Saly.Caſtr.in l.2.
C.de edict.D.Adriani,Bart.in l.naturaliter.§.nihil commune,verſ.quarta combinatio ff.de acq.
poſſ Bart.in l.ita ſtipulatus.n.36.ff.de verb.obl.Iaſ.in l.ſi conſtante,n.184.ff.ſol.matr. Socc.in l.
rem quæ nobis.n.6 & 9.ff.de acq.rer.dom.* dicens eſſe com.opin. quod locum non habeat
in poſſeſſorio recuperandæ, *Fely in c.debitores.n.7.col.4.extr.de iure iur.Alex.conſ.6.n.7.
vol.3.Ang.in d.§ ſequitur.nu.27.verſ.tu vero diſtingue*, colligit,ſicut fecit in petitorio a-
liquas concluſiones, & primo agens recuperandæ poſſeſſionis remedio, hac exce-
ptione non repellitur , ibidem *Ang.in §.quadrupli.Inſt.de action.num. 3. verſ.* nec tali, ea
ratione,quoniam ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, poſtea de proprietate quæ-
10 rendum, *Dyn.in d.c.qui dolo num.8.* † ſubiicit deinde quinque fallentias quæ ponuntur
etiam à *Caſtr.in d.l.2.in fin.C.de edict.D.Adriani,*& limitat etiam *Alex.in d.§.nihil com-
mune colu.2.Iaſ.in l.4.§.condemnatum de re Iud.Rub.in l.non ſolum §.morte num.478.de nou.*
11 *oper.nunciat.* †

Secundo

Secundo interdicto adipiſcendæ, puta quorum bonorum concluſio eſt
affirmatiua, ſcilicet locum eſſe huic exceptioni, ratio videtur, quoniam cum hæc
exceptio ſit dominii, abſorbet caſum poſſeſſionis, deberet nunquam propter domini-
um rem reſtituere, & ideo, vt circuitus inutilis euitetur admittitur exceptio; dolo fa-
cis, *Ang. in d. §. quadrupli, num, 41. verſ. quæro*, an ſit annale, intellige quando de dominio
incontinenti probatur, ſiquidem in hoc tamen caſu, regula noſtra admittitur in hoc
poſſeſſorio, *Dec. conſ. 424. num. 4. & 5. Bart. in l. fin. C quorum bonorum*, *Ang. conſ. 35. Pariſ.
conſ. 12. num. 118. vol. 2. Ruy, conſ. 27. num. 7. vol. quinto, Cephal. conſ. 49. num. 10. vol. 1. Roland.
conſ. 78. num. 3. vol. 3. & com. opin. dicit Dec. numer. 48. de edict. D. Adriani, Gabriel. conſ. 38.*
12 *vol. 2. nu. 32. & 14.* declarans etiam quando dicatur fieri † incontinenti, & ſubdit quod
poteſt probare talis exceptio, etiam poſt ſententiæ exequutionem ibidem *num. 7. &*
in ſecunda & tertia inſtantia *num. 8. Puteus deciſ. 57. lib. 2.* & datur dilatio arbitrio iudi-
cis ad probandam hanc exceptionem, *eodem conſ. 38. num. 8.* & *num. 11. & 15.* ſed autho-
ritates ab eo allegatæ nihil dicunt de dilatione, & videntur iſta pugnare, quod dentur
dilationes, & fiat probatio incontinenti; & non ſolum in interdicto quorum bono-
rum, ſed in omnibus remediis adipiſcendæ admittuntur probationes incontinenti,
*Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 1 num. 104. remedio 4. quæſt. 88. remedio vltimo, nu. 48. & Ang.
in d. §. quadrupli*, ait in interdicto quorum bonorum non poſſe refricari exceptionē do-
13 minii niſi de eo fiat probatio incontinenti. †

Tertio in interdicto retinendæ concluſio eſt affirmatiua, nocere except. factā ſcil.
in continenti probatione dominii, *Ang. d. §. quadrupli, num. 50 verſ. an autem contra A-
gentem*, quia ſcilicet tibi non licuit ius dicere expellendo, ita debet negari in hoc reti-
nendæ, quippe non licet etiam turbando tibi ius miniſtrare, *Ang. d. nu. 50.* tollit hunc
obicem diſtinguendo. Aut iuſtus poſſeſſor eſt is, qui turbatur, & non poteſt impune
turbari, ideoque non obſtat exceptio dominii, aut eſt iniuſtus poſſeſſor, & tunc impu-
nè turbatur, proinde, licet hanc exceptionem opponere, hæc refert *Aug.* dicens eſſe
valde notanda, ad vberiorem autem declarationem, oportet videre *Maſcard. de probat.*
14 *vol. 2. concl. 687. n. 11.* vbi copioſe † explicat, & limitat, & latius rem examinat *Menoch. de
retin. poſſ. remed. 3. quæſt. 39. num 672. cum mult. ſeq* vbi videtur acquieſcere cum negatiua
ſententia *Bart.* limitans in omnibus caſibus, in quibus talis exceptio admittitur in poſ-
ſeſſorio recuperandæ quod congerit *Caſtr. d l. 2. C. de edict. D. Adriani toll. Ang. d. §. qua-
drupli, num. 30.* nam ſi hæc exceptio admittitur in remedio recuperandæ, longe magis
admittenda in interdicto retinendæ. Ratio vero concluſionis *Bar.* eſt, quoniam ſi hæc
obiici poſſet exceptio, eſſet in facultate Domini turbare poſſeſſorē in ſua pacifica poſ-
ſeſſione, ſiquidem paratis probationibus, poſſet ſua manu ſibi ius dicere, & illam vio-
lentiam oblatis probationibus defendere, quod non conceditur *l. ſi quis in tantam, cum
materia C. vnde vi l. 1. in fin. l. ſi duo. ff. vti poſſ. cap. eum qui de prab. in 6.* Altera ratio eſt, quia
daretur occaſio delinquendi contra *l. conuenire. ff. de pact. dotali.* Tertia quoniam non
eſt ſingulis concedendum quod à iudice conſequi licet *l. non eſt ſingulis de reg. iur.* limi-
tatur etiam. cum poſſeſſorium retinendæ haberet vim iuris realis puta cum hæres, cui
competit remedium adipiſcendæ poſſidet, & petit ſe in ea poſſeſſione confirmari; tūc
enim obiici poteſt hæc dominii exceptio incontinenti probandi, *Rub. in d. §. nihil com.*
15 *num. 184. in fin. Men. d. loco 684.* † prætereundum etiam non eſt hanc exceptionem non
dari in interdicto quod vi, aut clam, *Gabr. conſ. 149. num. 116. vol. 2. l. 1. in princ. & §. 1. ff.*
16 *quod vi, aut clam.* †

Quæro an hæc exceptio vendicet ſibi locum in remedio, *c. Redintegranda, & in l. vlt.
C. de acq. poſſ.* quo ad primum *Gabr. d. conſ. 149. num. 11.* negat eſſe locum reg. dolo facis,
imo nec *l. 3. ff. de cond. indebit.* ratio eſt, quoniam vltimum ſpolium ſemper debet purga-
ri, & ad poſſeſſ. ſuam prædio quoque reſtituendus eſt, not. in *leg. ſi quis ad ſe fundum
leg. ad leg. Iuliam. de vi public. Doctor. in dict. §. nihil commune. Alexand. conſ. 6. vol. 3. nu-
mero 7. Abb. in cap. fin. num. 9. de ord. Cognit.* ſed multo copioſius *Menoch. in d. remedio cap.
Reintegranda*, diſtinguens aliquos caſus, *quæſt. 374. Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 687.
numer. 19.*

17 Quo ad ſecundum *Calcaneus conſ. 29. num. 10.* putat † eſſe locum; ſed eius ſen-
tentiam refellit *Menoch. remedio 14. quæſt. 4.* ea ratione quoniam remedium *dict. leg. fin.*
eſt recuperandæ, in remediis autem recuperandæ denegatur hæc exceptio, vt paulo
ſupra dictum eſt.

Quæro redeundo ad interdictum recuperandæ, in quo ceſſat exceptio noſtræ
regulæ an ſaltem tunc locum habeat, quando poteſt probari dominium incontinen-
ti, & videtur affirmatiue reſpondendum, quoniam diſpoſitio, ſeu conſtitutio prohi-
bens exceptiones non creditur illa prohibere, quæ recipiunt probationem inconti-
nenti, & ideo quamuis nullitatis exceptio non impediat Rei iudicatæ executionem,
18 impedit tamen ſi offeratur probatio incontinenti, multaque ſunt † priuilegia proba-
tionis faciendæ incontinenti vt late, *Menoch. 1. remed. recup. quæſt. 21. num. 21. num. 24.
& ſequenti.* Ex aduerſo pugnat regula quod ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, *c. 1.
vbi gloſſ. Abb. & Berous qui teſtatur de commun extra de reſtit. ſpoliat.* ne detur occaſio de-
linquendi, & ne quis ſibi ius dicat, *Menoch. d. remed. 1. quæſt. 21. Bart. citatus, ibi à Menoch.*
19 *num. 243.* diſtinguit dicens: aut loquitur † in vero ſpoliatore qui ſcil. violenter acqui-
ſierit poſſeſſionem, & tunc non eſt audiendus ſpoliator, etiam ſi hanc exceptionem
dominii velit probare incontinenti, ius enim ſuum dicitur amiſiſſe, aut agimus de
ſpoliatore ficto, id eſt, de eo, qui acquiſierit poſſeſſionem alterius ſine violentia,
nam conuenitur quidem, tanquam ſpoliator remediis recuperandæ, tamen quia vi-
olentiam non commiſit, impropriè dicitur ſpoliator, & tunc admittitur exceptio do-
minii incontinenti probanda & hæc videtur eſſe magis communis opinio ſed, & al-
tera ſententia, quod imo in ſpoliatore etiam ficto ceſſet noſtra regula, dicitur commu-
nis à *Beroo in c. 1. de reſtit. ſpoliat. num. 31. Menoch. vero citato loco numero 245. verſ. limitatur*
20 *1.* videtur † adhærere priori opinioni in fauorem ficti ſpoliatoris reſpondens non-
nullis iuribus, quibus videbatur probari contrarium. Illa quoque opinio quod ſpo-
liator, non poſſit probare dominium in continenti, vt repellat agentem, multifariam
reſtringitur à *Menoch. vbi ſupra num. 247. vſque ad num.* 253. cum declaratione quando
dicatur fieri probatio incontinenti, vſque *ad num. 261.* videndus eſt etiam *Maſcard. de
probat. v. l. 2. concluſ. 687. num. 16. & num. 20. & 21.*

REGVLA. 17.

Qui Dolo deſiit poſſidere, habetur pro poſſeſſore.

1 *Ex multis iuribus hæc regula ſumitur.*
2 *Ratio, quæ ſit huius regulæ.*
3 *Contra doloſum iura clamant.*
4 *Ratio tituli.* De *alienatione iudicii mutandi cauſa facta, conuenit cum ratione huius regulæ loco poſſeſſionis, quo ad ſuſtinendum iudicium.*
5 *Hæc regula locum habet, non ſolum in actione mere reali, ſed in mixta reali, & perſonali.*
6 *Imo in actione merè perſonali, & in actione perſonali in rem ſcripta.*
7 *Item in interdictis.*
8 *In actione de peculio.*
9 *Nec non in beneficiis.*
10 *Petens beneficium nouum, debet exprimere, beneficia, quæ dolo deſiit poſſidere.*
11 *Quomodo ſit probandum. quod Reus dolo deſierit poſſidere.*
12 Plures *coniecturæ ad docendum Reum dolo deſiiſſe poſſidere.*
13 *Qui dolo deſiit poſſidere, non euitat actionem perſonalem.*
14 *Quod aliquis dolo deſierit poſſidere, probatur vario modo pro varietate materiæ, in qua hæc ſit facienda probatio.*
14 *Cui incumbat onus probandi, vel Reo, quod non deſierit poſſidere per dolum, vel actori quod dolo deſierit, &c.*
15 D*iſtinctio in hoc articulo.*
16 A*ctori quando non incumbat onus probandi.*
17 *Vtrum facta probatione, quod Reus dolo deſierit poſſidere, detur contra eum iuramentum in litem.*
18 A*n qui culpa deſiit poſſidere non dolo, ſubiiciatur huic regulæ.*
19 *Vtrum qui dolo deſiit poſſidere, iiſdem remediis directis conueniatur, quibus verus poſſeſſor.*
20 *Si Reus deſiit poſſidere poſt litem conteſtatam, an poſſit condemnari ex directa rei vendicatione in libello propoſita, an vero ſit opus vtilem intentare.*
21 A*n contra eum, qui dolo deſiit poſſidere, poſſit intentari actio perſonalis, vel potius perdatur, cum competant remedia realia.*
22 *Vtrum hæc regula procedat in Prælato qui dolo deſiit poſſidere.*
23 *Vtrum ſi egero contra illum, qui dolo deſiit poſſidere, liberetur ille. qui vere poſſidet.*

24 An

24 *An ſententia lata contra eum, qui dolo deſiit poſſidere poſſit mandari executioni contra eum, in quem fuit facta per dolum translatio poſſeſſionis.*

25 *Qui dolo deſiit poſſidere habetur pro poſſeſſore in ſui damnum, non in fauorem.*

26 *An cõtra eum, qui dolo deſiit poſſidere perpetuetur obligatio ſicut ſit perpetua propter moram.*

27 *Vtrum ſtatutum, loquens de poſſeſſore locum habeat in eo, qui dolo deſiit poſſidere.*

HÆC regula, qua nulla ſanctior eſt in vniuerſo corpore iuris, gignitur ex *l. qui dolo*
1 *ff. de reg. iur.* † ex *l. Parem. ff. eodem tit.* ex *l. is qui dolo*, ex *l. qui reſtituere*, ex *l. quod ſi poſſeſſor. ff. de rei vend. l. 10. l. 1. §. toties. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* quibus addo *l. 28. §. quod ait Senatus l. 3 l. 39. §. ſi prædo. ff. de petit. hæred. l. 3. §. ſi mecum. ff. ad exhibend. l. 5. §. idem Iulianus, & l. 9. in principio. ff. eodem titulo l. eadem. §. ſemper. ff. de reg. iur. cap. pro poſſeſſore de reg. iur. in 6. l. ſi*
2 *rem. ff de excep. rei iud.* † Ratio vero reg. eſt, quam exprimit tex. in *d. l. qui dolo* nempe quia pro poſſeſſore dolus eſt, atque inde fit cõſpicuum, quomodo ſuſtineatur iudicium rei vendicationis, reo non poſſidente, ſcilicet quia dolus gerit vicem poſſeſſoris, & facit, vt fingatur Reus eſſe poſſeſſor cum enim in eo, qui actione reali conuenitur, deſideretur a lege poſſeſſio vel quaſi poſſeſſio. *gloſſ. & doct. in §. omnium, Inſt. de action.* quaſi poſſeſſio verificatur, & in eo, qui dolo deſiit poſſidere, *Bart. in l. vnic. C. de alienat. iud. mutand.*
3 *cauſ. fact.* Porro autem ratio rationis videtur, eſſe fundata in odium doloſi † aduerſum quem iura clamant, magis, quàm contra moroſum. *l. quod te, vbi Dd. ff. ſi cert. petat. l. ſi ex*
4 *legati cauſa*, & ibi *Scrib. ff. de verb. obligat.* parem † etiam huius reg. rationem eſſe crediderim, ac tituli *de alienat. iud. mut. cauſ. fact.* Tractant hanc reg. *Dyn. in d. cap. pro poſſeſſore Dec. & Cagn. in l. qui dolo, Iaſon in §. omnium numer. 77. cum ſeq. Inſt. de action.* vbi etiam *Faber. Bart. & Dd. in l. qui petitorio. ff. de rei vend. & in l. de pupillo. §. morte numer. 49. de nou. oper. nunc. &* Iaſon *ibidem, numer. 36. verſ. tertia concluſione Pariſ. conſ. 5. lib. 2. gloſſ. & Dd. in cap. pen. de except. §. fin. ff. quod vi, aut clam Decius conſ. 104. Alberic. in 1. parte ſtatut. quæſtio. 174. & quæſt. 154. & in d. l. qui dolo. ff. de rei vendic. Specul. in tit. de empt. & vend. §. nunc di-*
5 *cendum, verſ. ſed* † *numquid.* Hæc vero regula obtinet non ſolum quando Reus conuenitur actione mere reali, *l. quod ſi dolo, & l. ſine autem. ff. de rei vend.* ſed etiam in actione mixta, vt in petitione hæreditatis. *l. 28. §. quod ait, & l. 30. & l. 39. ff. de petit. hæred.* Imo, &
6 † in actione perſonali, vt pro Socio *l. nemo. ff. pro Socio*, quin etiam in actione perſonali in rem ſcripta, vt in actione ad exhibend. *l. 3. & l. 9. ff. ad exhib.* & in actione noxali *l.*
7 *bonafidei. ff. de noxal. actio. l. 2. §. 1. ff ſi ex noxal. cauſ. agatur.* † In interdicto quoque ſibi locum vendicat *l. Semper. §. pen. ff quod vi, aut clam.* nec non in edicto *l. 1. §. toties. ff. ſi quis*
8 *omiſſ. cauſ. teſt.* in † actione de peculio *l. 44. de pecul* in edicto Collationis, in quo emancipatus tenetur conferre & illa, quæ dolo deſiiſſet poſſidere *l. 1. §. ſi is verſ. confertur. ff. de collat. bonorum*: Militat etiam in beneficiis cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, *el. 2. extr. vt lit.*
9 *pend.* ex quo vtiliter infertur, quod † ſicut petens beneficium, debet exprimere ſpecialiter, non ſolum ſi quæ alia beneficia habeat, *Panormitan. & Dec. in cap. ad Aures extr.*
10 *de reſcript. Clem. vlt. de off. ordin. Fely. in cap. noſtra extr. de reſcript.* † ſed cogitur exprimere beneficia, quæ dolo deſiit poſſidere, *Rebuff. in tract. nomin. quæſt. 9. num. 19. verſ. duodecimo quæro.*

11 Reuoco † nunc in dubium, quomodo ſit probandum Reum dolo deſiiſſe
12 poſſidere, cui dubitationi, *Dyn. in dict. reg.* pro poſſeſſore cupiens ſatisfacere, inquit † coniecturis probari, *arg. l. Dolum C. de dolo c. 2. de renunciat. in 6.* nempe ſi poſt litem conteſtatam vel poſt datum libellum, probabitur eum deſiiſſe poſſidere, imo, & ſi doceatur, quod tempore primæ citationis poſſidebat; & poſtea reperiatur non poſſidere, præſumitur enim dolo deſiiſſe poſſidere, *Bald. in c. fin. extr. de iud. Iaſon in §. omnium, numero 79. Fely. in cap. aduerſario tuo col. prima de excepton. Alexand. conſil. 77. vol. 4.* Probatur etiam ſi facta ei denunciatione, ne audeat alienare, quoniam propoſitum eſt agere contra eum in iudicio & is fecerit alienationem; *Bartol. in dict. leg. non ſolum. §. morte, numer. 43.* vbi multa cumulat, & *Iaſon ibi numero 36. verſiculo tertia concluſio*, & idem *Bartol. in dict. leg. qui petitorio. ff. de rei vend.* factam ſcilicet ante litem conteſtatam; Huc ſpectant, quæ ponit *Maſc. de probat. vol. 3. concl. 1192. à num. 10. vſq. ad num. 12. & Alex. conſ. 73. vol. 3. n. 1.*

His addo modum probationis eſſe varium pro varietate materiæ, in qua probare oportet, aliquem dolo dimiſiſſe poſſeſſionem: etenim alio modo docetur iſte

dolus in materia edicti, ſi quis omiſſa cauſa teſt. *leg. prima, §. toties. ff. eodem titulo*, vbi do-
lo videtur feciſſe, quo minus poſſideat ſi ad alium tranſtulit poſſeſſionem in fraudem
vt legatarii, cæteriq; quicquam teſtamēto acceperint, careant his, quæ ſibi relicta ſunt
vel quia ab initio malitioſe fecit, ne poſſidere inciperet, ita quoque in petitione hære-
ditatis, *leg. vigeſimaoctaua, §. quod ait ſenatus de petit. hæred. leg. etiam. §. is qui dolo. ff. eo-
dem titulo*, alio modo in actione ad exhibendum. *leg. nona, in principio & l. ſi quis ff. ad
exhibendum.*

14 *Qu.* Sed hic opportunum, quæritur, cui probandi onus incumbat, † Reo,
quod dolo non dimiſerit poſſeſſionem an actori, quod malitioſe deſierit poſſidere, &
profecto videtur hoc munus ad Reum pertinere *l. ſi rem meam ff. de except. rei Iud.* in illis
verbis, tu autem, ideo fueris abſolutus, quod probaueris ſine dolo malo deſiiſſe poſſi-
dere.

Secundo ſuffragatur tex. *in l. ſi quis fundi §. Imp. ff. locati.* vbi Caprarius tenetur proba-
re citra ſuam culpam, capras abactas fuiſſe. conuenit Tertio mirum in modum, tex.
in l. pen. C. de pericul. Tutor. dum Tutor ne teneatur negligentiæ nomine ob res, quæ pe-
rierunt tenetur probare ignoraſſe, ſe tutorem petitum, vel datum; Ex aduerſo pugnat
vulg. *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. c. ſedes uncta, gloſſ. in verſ. dolus, extr. de reſcript.* conci-
15 liantur, † autem pugnantes ſententiæ, nam prior obtinet, ſi Reus tempore litis conte-
ſtatæ poſſidebat, & poſtea dicat ſe non poſſidere, vt ab intentata actione reali liberetur
præſumptio eſt contra ipſum, quod dolo amiſerit poſſeſſionem, merito igitur onera-
tur probatione. *dict. l. ſi rem meam*, & alia quoque iura ſunt audienda, quando aduerſus
Reum ſit aliqua iuris præſumptio. Poſterior autem opinio procedit, quando explo-
ratum non erat, quod tempore litis conteſtatæ poſſideret, tunc enim actori incumbit
onus probandi, quod doloſe deſierit aduerſarius poſſidere, iſta fuit cōcordia, *glo. in c.
pen. ſuper verbo ſine dolo, verſ. vel dic. extr. de except.* cui Dd. conſentiunt, vt eſt teſtis *Abb.
ibi col. 2. num 8. verſ.* nunc quæro, refert, & laudat *Fely. ibi num. 2. Maſcard. de probat. vol.
3. concluſ. 1192. num. 5.* & ſubdit aliam fuiſſe conciliationem, *gl. in d. l. ſi rem meam*, ſcilicet
vt Reus cenſeatur hoc ipſo probaſſe, quod ſine dolo deſierit poſſidere, quod non pro-
batur contrarium quemadmodum a ſimili dicitur quis benemeritus eo ipſo, quod
non oſtenditur demeritus. *leg. cum pater. §. rogo ff. de leg. 2.* & ita placuit *Fabro in §. o-
mnium. Inſt. de act. col. 9. n. 28. in fin. Maſcard.* autem procliuior eſt in priorem cōciliatio-
nem, tanquam probabiliorem, ſi tamen, hæc poſterior debet appellari conciliatio, cū
virtualiter dicat, onus probandi Actori iniungi, & Reum propter præſumptionē, quā
16 habet releuari ab onere probandi. † Limitatur autem cōcluſio communis ſi Reus ha-
buiſſet vitioſum initium, vt furti, aut violentiæ, nam, & ſi abſque dolo. vel culpa deſiiſ-
ſet poſſidere, tenebitur. *Maſcard. d. loco num. 8. & 9. per tex. in l. ſi vi, me deiecerit. ff. de vi,
& vi armat. Iaſon in §. omnium. num. 80. in fin. Inſt. de action. gloſſ. in d. cap. pro poſſeſſore* de-
clarans, quando dicatur habere malum initium, & quando dicatur poſſidere deſiiſſe
per caſum fortuitum.

Quæſt. 2. Quæro an facta probatione, quod dolo deſierit poſſidere detur cōtra
17 eum iuſiurandum in litem, & quidem † præſtari probat gloſſ. *in dict. c. pro poſſeſſore*, nec
videntur diſſentire Doct. per tex. nimis apertum, in *l. qui reſtituere. ff. de rei vend.* in his
verbis, ſi vero non poteſt reſtituere, ſi quidem, ſi dolo fecit, quo minus poſſet, is quan-
tum Aduerſarius in litem iurauerit damnandus eſt, ſi tamen Actor nolit iurare, ſed
quanti res ſit aduerſarium condemnari, mos ei gerendus eſt. *leg. quod ſi poſſeſſor. ff. de
rei vend.*

Quæſt. 3. Quæro etiam, an contineatur ſub hac reg. is qui culpa deſierit poſſidere
18 non dolo, *Cagn.* hic † reſpondet affirmatiue per tex. *in l. ſi culpa. ff. de rei vend.* in illis ver-
bis, quoniam pati debet æſtimationem, ſi culpa, non fraude poſſeſſionem amiſerit, &
ſane de culpa lata, non videtur dubitandum propterea, quod dolo comparatur, *leg.
prima, ff. ſi menſor falſum modium dixer. leg. quod Nerua vbi* Doct. *ff. depoſit. leg. ſecunda. §. ſed
& ſi quod. ff. de hæred. vel act. vend.* ſola dubitatio eſt de leui culpa, cum in ea ceſſet ra-
tio, *leg. qui dolo*, quod nimirum dolus eſt pro poſſeſſione tum etiam quia non vide-
tur tanta pœna dignus, qui culpa dimiſerit poſſeſſionem; Cæterum *dict. leg. ſi culpa*,
intelligitur in leui culpa, quippe in dubio appellatione culpæ continetur leuis, vt
copioſe probatum eſt in titulo de culpa leui, maxime autem cum ponitur diſtin-
cta à fraude, vt eo loco, confirmauit ex op. quod inquit tex. Culpoſe, poſt-
quam rei æſtimationem perſoluerit eſſe cedendas à Domino actiones aduerſus
poſſeſ-

poſſeſſorem, quod ſi de lata culpa IC. intelligeret, non ita reſponderet, ſi quidem con-
ſtituto in lata culpa, non ceduntur actiones, ſicut nec doloſo, *l. is qui dolo, ff. de rei vend.*
& ita puto accipiendam eſſe, *l. ſemper. §. pen. in verſ. culpa. ff. quod vi, aut clam*, cum pona-
tur culpa, vt à dolo diſtincta. reſponſio autem ad *l. qui dolo*, ſit ſupplenda per *l. ſi culpa*, ni-
mirum, vt, & culpa, ſit pro poſſeſſione. alterum autem argumentum euertitur quando
non tam grauiter punitur, quippe, licet patiatur litis æſtimationem, tamen ei cedun-
tur actiones.

Quæſt. 4. In quæſtionem etiam pono, clari iuris eſt, eum qui dolo poſſeſſionem
19 amiſerit perinde teneri, ac ſi poſſideret, † An iis remediis directis conueniatur, qui-
bus agitur contra verum poſſeſſorem, *Angel. in l. competit. §. fin. ff. quod vi, aut clam.* re-
ſpondet eodem modo, & forma agi, quibus agitur, & concluditur ſi poſſideret, argu-
mento tex. in *l. ſemper. §. fin. ff. quod vi, aut clam. Cagn. in d. l. qui dolo, num. 1. Iaſon*, tamen
in *cit. ito. §. omnium, Inſtit. de action. num.* 85. *verſ.* item aduerte, ait ex intentione omnium,
ceſſare directa rei venditionis remedia, directe, & ex mente gloſſ. & citra montano-
rum, dandam eſſe directam vtiliter. Vltramontani ſunt in ea ſententia, vt putent, da-
ri tantum vtilem actionem quibus adhæret *Bartol. in leg. quamquam, §. Iulianus. ff. de
aqua pluu. arcend.* & ratio videtur, licet non dicat, quoniam ille dolus, qui pro poſſeſſio-
ne habetur, eſt ficta, ſeu quaſi poſſeſſio, proinde non competit directa, quæ præ-
ſupponit veram poſſeſſionem in Reo conuento. In contrarium acriter dimicat *Iuriſ-
conſul. in l. Parem. ff. de reg. iur.* inquiens parem eſſe conditionem oportet eius, qui quid
poſſideat, vel habeat, atque eius, cuius dolo factum eſt, quominus poſſideret, vel ha-
beret. Suffragatur etiam, quia leges non videntur facere hanc diſtinctionem, neque
enim dicunt vtilē intentari, ſed ſimpliciter teneri cōuenire, proinde, ac ſi poſſideret, *l.
Iulianus in prin. ff. ad exhib.* qui dolo deſinit poſſidere ad exhibendum tenetur. *l. 1. §. toties.
ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* ibi eueniet, vt perinde teneatur, ac ſi hæreditatem adiiſſet, nec
vnquam exprimitur quicquam de vtili contra conſuetudinem legis, quæ ceſſante di-
recta ſi competit vtilis ſolet ſemper exprimere, vt in vniuerſo titulo. *ff. ad l. Aq. in §. fin.
Inſt. eod. tit.* nec officit q; ſit ficta poſſeſſio ſicut ficta vbi ſtipulatio pro dote, vt in *l. vnic.
de rei vxor act.* tamen datur directa, non vtilis actio, maxime cum ex actu ficto reſultare
ſoleat verus effectus, *l. ab emptione*, vbi *Doct. ff. de pact.* poſterior itaque noſtra opinio
videtur ad veritatem propenſior, licet prior ſit magis communis, qua ſuppoſita infer-
tur, quod non tantū vtilis competat rei vendicatio in ſuo caſu, ſed quod in omnibus a-
liis caſibus, in quibus agitur contra dolo deſinentem poſſidere remedia ſint vtilia, ex
paritate rationis.

20 *Quæſt.* 5. Eadem quoque ſtante ſententia excitatur noua dubitatio. Reus tem-
pore porrecti libelli † poſſidebat, ſed poſt litem conteſtatam dolo deſiit poſſidere, an
contra eū poſſit ſequi condemnatio ex directa rei vendicatione, quę fuerat Initio pro-
poſita, an vero opus ſit vtilem intentare, vel ſaltem directam vtiliter *Iaſon in d. §. omni-
um, num.* 82. negat opus eſſe vtilem experiri, quandoquidem eſſet in poteſtate Rei
conuenti eludere proceſſum Actoris, allegans Cynum *Bar.* & alios huius opinionis aſ-
ſertores, & limitat, vt non militet, quando ab initio competebat vtilis, & fuit intentata
directa, vt in emph. & in ſuperficiario, nam ſi ab initio actum fuiſſet directa non poſſet
ferri ſententia ſuper vtili.

Quæſt. 6. Quæro etiam Reus dolo deſinens poſſidere poteſt actione reali con-
21 ueniri, vt dictum † eſt, an detur quoque perſonalis, an potius intereat *Oldrad.
conſ.* 320 conſultus reſpondit, præſtari, & perſonalem, in odium doloſi, debent que
plures actiones dari, ad inſtar furum, & latronum. Verum repugnat, quod actio
doli eſt ſubſidiaria, & ceſſat alia quanis actione competente. *leg. 1. & ſequent. ff. de
dolo.*

Quæſt. 7. Rurſus in quæſt. adduco, an regula noſtra procedat in prælato, qui do-
22 lo deſierit † poſſidere, & omnium ore, probatur ſententia negatiua, teſtis eſt *Dec.
hic num.* 2. plane arbitror diſtinguendum ſecundum, glo. in *d. cap. pro poſſeſſore*, nempe
ſi bonis propriis prælati ſint, & ſit locus noſtræ legi, aut in bonis Eccleſiæ, & tūc ceſſet
regula quoniam delictum prælati non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare, *ca.
delict. unde reg. iur. in* 6. ſicut, nec delictum tutoris obligat pupillum. *l. neque. ff. de reg. iur. l.
pen. ff. de tab. exhib.* Pupillus enim & Eccleſia pariſicantur, *Dyn. in d. c. delictum perſona, E-
uerard. in dialect. leg. in loco à pupillo ad Eccleſiam.*

Quæ.8. Sed prædictis ſuccedit alia quæſtio, egiſti contra Titium dolo deſinen-
23 tem poſſidere, † an liberetur verus poſſeſſor: Huius ſane dubitationis duæ ſunt poſiti-
ones, altera an liberetur verus poſſeſſor, quando Reus dolo deſinens poſſidere perſol-
uit æſtimationem. Altera an ſi verus poſſeſſor offerat ſe liti, & oſtendat ſe paratum
iudicium pati, excitat hanc quæſtionem *gloſſ. in l. etiamſi. §. item ſi quis, in verſ. non libera-
bit. ff. de petit. hæred.*

Ad primam reſponſio eſt non liberari per tex. *in dict. § item illis verbis*, ſed ſi is, qui
dolo deſiit ante conueniatur. eum qui poſſidet non liberabit, declara inquit gloſſ. niſi
poſſeſſor haberet cauſam à doloſo, propter quam ſit regreſſum contra eum habiturus.
nam eo caſu iiſdem defenſionibus vtitur emptor, quibus venditor. *l. quoties §. plane. ff. ſi
famil. furt. feci. dicatur. l. emptori. C. de euiction. l. ſancimus. C. de vſur. rei iud.* Ad alteram re-
ſponſio eſt affirmatiua *ex d. §. item ſi* in quo ponitur etiam limitatio; ſi petentis non in-
tereſt agere magis cum poſſeſſore, quam cum eo, qui dolo deſiit poſſidere.

Q.9. Quæro an ſententia lata contra eum, qui dolo deſiit poſſidere, poſſit man-
24 dati executioni † contra eum, in quem eſt doloſe tranſlata poſſeſſio, & non poſſe ſeri-
bit ex pluriũ ſententia, *Iaſ. in d. §. omnium n 83.* verſ. item aduerte, per tex. apertum in *l. 1. §.
neceſſario ff. ſi ventris nomine mulier in poſſ. mit.* eadem poſſeſſio ad alium dolo malo trans-
25 lata eſſe dicatur. † Tandem accipienda eſt regula, vt dolo deſinens poſſidere habea-
tur pro poſſeſſore in ſui damnum & præiudicium, nõ in ſui fauorem, & commodum.
l. is, qui dolo. l. hæc ſi res. ff. de rei ven. in quibus Reo, poſtquam ſoluerit litis æſtimationem
non ceduntur actiones; confirmatur ex *d. c. pro poſſeſſore*, vbi ait condemnari oportet, &
ita reſpicit damnum, non emolumentum, ſuffragatur etiam regula inferius exponen-
da, quod dolus ſuus nemini debet patrocinari.

Quæſt. 10. Vltra alios hic ſuccurrit noua dubitatio. An contra eum, qui dolo deſiit
26 poſſidere † perpetuetur obligatio quemadmodũ ſit perpetua propter moram, exem-
plum huius quæſtionis eſt apud *Caſtrenſ.* qui eam excitauit in *l. quod te nu. 7. ff. ſi cert. pet.*
vt ecce Titius dolo poſſeſſionem dimiſit, eaque eſt perempta, an liberetur; vel potius
dolus in deſinendo poſſidere perpetuet illam obligationem, arguit ad vtramque par-
tem, & demum adhibita diſtinctione concludit. Aut erat obligatus Titius ad rẽ meã,
mihi reſtituendam, & tunc propter dolum in deſinendo poſſidere, perpetuatur obli-
gatio ex *l. 1. §. ſi rem. ff. depoſit.* in qua rem apud te depoſitam vendidiſti, & ita dolo deſii-
ſti poſſidere, eam poſtea redemiſti, & ſine tuo dolo, periit, numquid ſis liberatus, negat
tex. dicens, quia ſemel dolum feciſti, cum venderes, quare conſtat perpetuam eſſe o-
bligationem; quod ſentiens ibi *Bart.* colligit eum tex in compendium his verbis. Do-
lus commiſſus in vendendo, non purgatur rem redimendo. Aut Titius erat obligatus
ad dandam rem, quæ non erat mea, & tunc ſolus dolus in deſinendo poſſidere, non
ſufficit ad perpetuandam obligationem, puta quia res illa ſine dolo Titii interiiſſet, &
probat per tex. *in l. 1. §. ſi igitur. ff. de hæred. vel act. vend.* nulla namque mora Titii præceſ-
ſit. Limitatur à *Caſtr.* ſi ille, in quem eſt facta tranſlatio, dolo ſuo rem interemit, quip-
pe quia factum illius creditur factum debitoris. *l. ſi indebitum. §. 1. ff. rem ratam habere. l.
Iulianus. in princ. ff. de rei vend. l. 3. §. opus. ff. de alien. iud. mutand. conſiliſ fact.* rationem diffe-
rentiæ inter primam, & ſecundam concluſionem, non allegat *Caſtr.* & forſitan nõ po-
teſt allegari, quæ ſit probabilis cum reſpectu doloſi de cuius pœna agitur, æque pec-
cauerit deſinens dolo rem poſſidere, quam debebat reſtituere, ac illam quam teneba-
tur dare; & verè *in d. l. 1. de hæred. vel act. vend.* non deſiit dolo poſſidere, nec me fallit o-
pinio, venditor ille; nimirum ſi ceſſante dolo, & mora non commiſſa, ſequitur libera-
tio, quandoquidem ibi quæſtio eſt, an precium deberetur, vel res, id quod Iuriſcon-
ſultus ait inde cognoſci, an ſtipulatio antecedat, vel ſequatur, ibi, & quidem poſtea, &
ibi; quod ſi anteceſſit. Vrget etiam aduerſus *Caſtr.* quod dolus eſt maius delictum ipſa
mora, quæ ſæpe eſt ſine dolo, cui conſequens eſt, quod ſi mora perpetuat obligatio-
nem, vt clarius eſt, quàm opus ſit probare, etiam in obligationibus ad dãdum. *d. l. quod
te, & l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig.* longe magis dolus vim habet perpetuandæ obli-
gationis, tuum arbitrium ſit, tua æſtimare, benigne lector, quæ nam ex his ſit tenenda
ſententia, & ſi plura deſideras; ad huius ornamentum; regulæ à *Cagn. & Dec. petas in d.
l. qui dolo.* Dynum quoque conſule *in dict. ca. pro poſſeſſore.* Si vero ſcire cupias
27 vtrum † ſtatutum loquens de poſſeſſore, locum habeat in eo
qui dolo deſiit poſſidere, non te pigeat videre *Iaſ.
in l. poſſidere n. 20. ff. de acq. poſſ.*

REGVLA

Regvla 18.

Qui Dolum allegat probare debet.

1 *Leges ex quibus regula ſumitur.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Si ſtatutum requirat teſtes optimæ opinionis, & famæ, iſta qualitas eſt probanda.*
4 *Nemo præſumitur omni exceptione maior; licet quiſq; præſumatur bonus.*
5 *Alia ratio regulæ.*
6 *Regula procedit ſiue in agendo, ſiue in excipiendo dolus allegetur.*
7 *Regula quod quiſque præſumitur bonus, obtinet ſiue excipiendo, ſiue agendo obiiciatur dolus.*
8 *Reus in ſua exceptione eſt actor ſcilicet in exceptione affirmatiua, ſecus in penitus negatiua.*
9 *Sicut probatio actoris debet de neceſſitate concludere, ita, & Rei.*
10 *Non tenetur dolum probare, qui allegat, ſi contra aduerſarium ſit iuris præſumptio.*
11 *Dolus commiſſus in primo contractu, cenſetur repetitus in ſecundo, ſi fuerit celebratus in confirmationem primi.*

1 NAſcitur æquiſſima † regula ex multis iuribus, nempe ex *l. quoties. § qui dolum. ff. de*
probat. ex l. dolum. Cod. de dolo, ex l. 3. in fin. ff. de tribu. actio. ibi dolus autem quatenus
2 noceat oſtendi debet, id eſt, probari, inquit gloſſ. *l. non omnes. § à barbaris. ff. de re milit.* †
Ratio regulę eſt, quoniam quilibet præſumitur bonus, *l. Merito ff. pro Socio. C. de inofficio,*
teſtamento c. fin. extr. de præſumpt. l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. & iſta eſt præſumptio natu-
ræ, ſi quidem naturaliter omnes ſunt boni, gloſſ. in *l. fin. ff. quod metus cauſ. Iacob. de Belu.*
3 *in l. omnino per illum text. C. de inofficio. teſtamento. Angel in l. ſi tendum in fine. ff. de verb. obl.* †
præſumitur equidem bonus, non tamen optimus, *Alciat. reg. 3. præſumpt. 2. n. 9.* inferens
ad ſtatutū quæ requirūtur teſtes optimæ opinionis, & famæ, erit enim illa qualitas ar-
ticulanda, & probanda, ſecundum *Angel. in l. 2. §. diem. ff quemad. teſtam. aperi. Aret. in*
§. item verborum inſt. de inutil. ſtipul. Alexand. *conſ. 82. volum. 1. Dec. conſ. 321. colum. penult.* &
quamuis Imperator *in auth. ſed cum teſtator,* & melius in corpore, vnde ſumitur, *C. ad l.*
Falcid. videatur probare contrarium, oſtendens procedere in terminis iuris commu-
4 nis, Reſpon. *Alciat.* & infert, quod ſi ſtatutum deſideraret teſtem omni exceptione †
maior. idem iuris erit, quippe licet quis præſumatur bonus, tamen in hoc caſu prę-
5 ſumitur omni exceptione maior, *Marſ. ſinguleri* 181. incipit qualitas appoſita. † Al-
tera ratio regulæ, quoniam creditur potius errore, qnam malitia feciſſe, *l. quod adhibi-*
tis. C. de his, qui ſibi aſcrib. in teſt. in illis verbis, in quam te credo magis errore, quàm ma-
litia incidiſſe, & eum text. dixit obſeruatione dignum, *Bald. in l. 1. ff. de legi. & in l. obſer-*
uare. §. proficiſci quæſt. 39. ff. de officio proconſul. & leg. probant, & allegant regulas vtriuſque
iuris interpretes. *Caſtrenſ. in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor numer. 7. ff. de edend. in l. tranſ-*
actionē n. 2. C. de tranſact. Bald. in l. nemo clericus. C. de ſumma trini. & fide Catholica Fulg. in l.
dolum. C. de dolo, & ibi omnes, Abb. *in c. cum quidam num. 5. de iure iur.* Fely. *& Dec. in c. ſi au-*
tem colum. 1. & 2. extra de reſcript. Dd. in c. fin. de Renunc. *lib. 6. gloſſ. in c. ſedes, in cap. literis de*
reſcript. Soce. conſ. 98. num. 23. vol. 2. Corne. conſ. 140. num. 9. lib. 2. Parſ. conſ 96. num. 67. &
ſequenti volum. 1. & conſ. 52. num. 27. vol. 4. Fulgos conſ. 127. cum multis aliis congeſtis à Maſ-
6 *cardo volum. 1. concl. 531.* † Ampliatur regula vt vendicet ſibi locum, non ſolum in eo,
qui dolum allegat agendo, ſed etiam excipiendo, *d. §. qui dolo,* ibi qui dolo dicit aliquid
factum, licet in exceptione docere dolum admiſſum debet, & probatur, nam ratio re-
gulæ quod præſumatur quilibet bonus, militat. ſiue agendo, ſiue excipiendo, ei do-
7 lus obiicitur. † Tertio probatur ex alia regula, quod vbi exceptio eſt fundamen-
tum intentionis, alicuius eſt probanda, eaque ratione per manus traditum eſt, Reum
8 in ſua † exceptione haberi pro actore, *l. 1. & 2. ff de except. l. in exceptionib. ff. de prob.* ſc in
exceptionib. affirmatiuis, non in exceptionib. penitus negatiuis, *l. 1. & fin. C. de probat.*
9 adeo quod Rei probatio in exceptione ſua munienda debeat de neceſſitate † conclu-
dere, nō ſecus, ac probatio actoris, *Caſt. conſ. 261. viſis, & cōſideratis n. 5. verſ. nō obſtat lib. 2.*
Ang. cōſ. 25. col. 2. n. 5. Corn. conſ. 46. col. 4. lib. 2. Dec. conſ. 534. poſt n. 9. in hoc ēt facit, *Crau cōſ.*
10 *201. n. 29. per l. matrē. C. de prob. l. in exceptionib. ff. de probat.* † Limitatur regula, vt perdat
officium ſuum, in omnib, his caſibus, in quib. contra eū, cui dolus obiicitur, eſt aliqua
iuris præſumptio, tunc etenim, ſiue actor, ſiue Reus ſit, qui dolū allegat, propter p̄ſum-
ptionē releuatur ab onere probādi, & ſunt penè infiniti caſus, in quib. dolus p̄ſumitur,
vt diximus, *lib. 2. in 1. diuiſ. doli mali,* exemplum eſt in eo, qui feciſſet actum ſua natura

illicitum, *l. ſi non conuicii. C. de iniur. Corn. conſ. 93. & conſ. 360. vol. 3.* niſi qualitas perſonæ
facientis tolleret omnem præſumptionem doli, velut ſi pater leuiter percuſſiſſet filiu,
præſumeretur enim feciſſe ad emendationem, non doloſe. *l. 3. C. de emend. propinq. gloſ.*
11 *in l. 2. ff. de Sicar.* † Alterum exemplum eſt, nam dolus commiſſus in primo contractu
cenſetur repetitus in ſecuodo, ſi fuerit celebratus in confirmationem primi, *Crau. conſ.*
142. num. 13. per ea, quæ conſuluit *Caſtr. conſ. 162. viſis, & ponderatis vol. 2.* Multæ ad ornatum huius regulæ poſſent tractari quęſt. ad doli probationem pertinentes, ſed quoniam ſatis, vt arbitror abunde eas tractauimus, finem imponimus.

Regvla 19.

Qui contra iura mercatur, præſumitur in dolo.

1 *Hæc regula vnde deprompta ſit.*
2 *Mala fides dolum ſapit.*
3 *Regulæ huius ratio exprimitur.*
4 *Regula ampliatur à fortiori.*
5 *Errantem in iure naturali, vel quaſi, ruſticitas aut ſexus, aut militia non excuſant.*
6 *Ampliatur iterum.*
7 *Ampliatur tertio.*
8 *Declaratur, & limitatur.*
9 *Actum celebrans à iure reprobatum, punitur iactura fructuum.*
10 *Multa ad huius regulæ materiam, remiſſiue.*

1 HVIuſmodi regula relata † eſt *in c. qui contra de reg. iur. in 6.* licet non iiſdē verbis, dicitor. n qui contra iura mercatur bonam fidem non præſumitur habere, verum
2 quoniam malam fidem creditur habere, & mala fides dolum † capit, vt ſupra diximus
lib. 5. c. 26. n. 1. & n. 18 ooo immerito his verbis præſentem regulam concepimus, con-
3 cordat. *l. quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* cuius rationem † eam eſſe ait *Dyn. dict.*
reg. qui contra, quia aut emptor ſciebat prohibitionem iuris, aut ignorabat, ſi ſciebat de
mala fide non dubitamus, ſi ignorabat in mala fide præſumitur verſatus, errauit. n in iure, quod ſcire tenetur, & cuius ignorantia non excuſat, maxime in acquirendo, ideo ignoranti iura non proficit vſucapio. *l. vlt. ff. pro empt. l. qui à quolibet. ff. de contrahen. empt.*
4 *l. ſi fur. ff. de vſucap.* † quod multo magis habet locum in eo, qui erraret in iure naturali,
vel quaſi, *Alciat. reg. 3. præſumpt. 30. num. 4.* poſt *Ang. & Imol. in l. ex conſenſu. §. fin. ff. de*
5 *appellat.* ita, vt † neq; ruſticitas, neq; ſexus, neq; militia excuſet. *l. venia. C. de in ius vocan-*
6 *do*, & nos diximus *lib 3. c. 1. n. 45.* Item † multo magis in iure ciuili notorio *Alex. con. 103.*
n. 14. vol. 1. poſt Bal. in l. Iud. ignorantia. nu. 3. C. qui admitti, & in l. 4. num. 3. Cod. pro empt. Crau.
7 *conſ. 785. n. 20 & conſ. 808. n. 7.* faciunt ea, quæ diximus *ſupra in reg. 13* ſed † à fortiori locum obtinet prædicta regula non obſtante huius culpæ perſonæ priuilegio, vbi actus fuerit clam celebratus, tunc enim euidentior inſurgit doli præſumptio *cap. vltimo. §. ſi quis vero de Clandeſt. deſponſat. leg. vltima. ff. de ritu nupt. Tiraquell. de retractu conuentionali in præfatione numero decimoquarto, Menoch. de arbitr. Iud. cauſ. caſu 194. numero 18.*

8 Declaratur † prædicta regula vt procedat, quando non ſolum ll. actui non aſſiſtunt, ſed potius reſiſtunt illum reprobando, tunc enim præſumitur dolus, & erranti non modo non ſuccurritur, ſed omne lucrum amittit, & ad reſtitutionem fru-
9 ctuum † tenetur, ſicut quilibet contrahens doloſe *Didac. libro. 1. capit. 3. numero octauo, variarum reſolut.* verum ſi lex tantummodo non aſſiſteret, & non approbaret actum,
10 errans in iure non præſumeretur in dolo *leg. ſed ſi lege. §. ſcire.* † *vbi Bartol. numero quarto. ff. de petit. hæred. Alciat. reg. 3. præſumpt. 30. numero primo. Didac. dicto. loco. Oſaſcus Deciſ. Pedem. 60. per totam. Maſcard. de probat. concluſ. 640. per totam, Menoch. præſumpt. 23 lib. 6.* vbi multa congerunt ad hanc regulam attinentia & nos aliqua diximus in ſuperioribus præſertim *lib. 3. cap. 3. num. 69.* quæ ſi per nos ſingula tractarentur, aut repeterentur nimia prolixitate moleſti eſſemus lectoribus, cum præſertim multa ſparſim in hoc volumine dixerimus quæ eius reſpiciunt declarationem. Idcirco ad alias accedamus regulas explicandas.

REGVLA 20.

Doloſus, quæ prius habebat priuilegia, perdit.

1 *Iura ex quibus regula deducitur.*
2 Ratio *reg. duplex.*
3 *Mulier ob dolum perdit beneficium Velleiani Senatuſconſulti.*
4 *Filiusfam. propter dolum non iuuatur Macedoniano.*
5 *Maritus, Socius, Patronus, Socer. & alii, qui conueniũtur in quantum facere poſſunt, ratione doli condemnantur in ſolidum.*
6 *Filia primam dotem habitam à patre dolo perdens, non poteſt eum compellere ad nouam dotem conſtituendam*
7 *Ob dolum perditur querela inofficioſi teſtamenti.*
8 Res *legata, nõ vbi eſt, ſed vbi petitur præſtanda eſt, ob dolum hæredis.*
9 *Hæres dolo Creditoris, acceptans hæreditatem non confecto inuentario, non tenebitur in ſolidum.*
10 *Propter dolum ceſſat priuilegium,* l. quoties C. de rei vend.
11 *Propter dolum admittimus actionem negociorum geſtorum.*
12 Ratione *doli amittitur beneficium ceſſionis.*
13 *Minor ob dolum, non auditur petens reſtitutionem; Nec maior in quibus caſibus ei competeret.*
14 *Clericus ob dolum perdit priuilegium* cap. Odoardus ext. de ſol.
15 *Fideiuſſor reſpectu doli caret beneficio excuſſionis, & cedendarum.*
16 *Doloſus perdit ſua priuilegia, ſi dolum commiſit in eo, in quo erat priuilegiatus.*
17 *Doloſus amittit ſua beneficia, ſi dolum fecit in perdendo, non autem ſi fecit in non acquirendo.*

1 IVſtiſſima regula deducitur, ex *l. ſed hoc ità, cum l. ſeq. ex leg. ſi quis dolo. ff. de re iud. ex l. 2. §.*
hac verba. ff. ad Senatuſconſ. Velle. ex l. ſi non decipiendi, ex l. Mulier. ff. eodem, ex leg. ſi ſine. §.
fin. ex l. fœminus C. eodem ad Velleianum ex l. 1. C. ad Macedon. *ex l. 4. §. Marcellus. verſ. contra*
2 *Senatuſconſ.* Macedon. *& ibi gloſſ. ff. de except. dol.* Ratio † vero eſt, quia dolo ſuo ſe fecit
indignum priuilegio. Secunda quia leges deceptis, non decipientibus ſubueniunt *d. l.*
2. §. hac verba. Porro autem regulam allegant *Bald. in d. l. fœminis,* Alex. *&* Dd. *in l. ſi quis*
dolo. ff. de re iud. gl. & Dd. in l. uni. §. cum autem C. de caduc. Saly. in l. quoties C. de rei ven. Cam-
3 *peg. de Dote, parte 3. quæſt. 238. ver. nono fallit ex quæſt. 246.* Ex † hac regula deducitur, quod
mulier ob dolum perdit beneficium Velleiani, tanta prudentia, & æquitate in gratiam
4 muliebris ſexus à Senatu excogitatum. & inductum. *d. §. verba;* Ex eadem † infertur
ſecundo loco, filiumfam. Macedoniano non iuuari, ſi doloſe patremfam. dixerit. *d. l.*
5 *1. C. ad* Macedon. *Senatuſc.* Infertur tertio quod † Socius, Maritus, Patronus, Socer, &
alii, qui priuilegium habent à lege, ne conueniantur, niſi in quantum facere poſſunt,
propter dolum condemnantur in ſolidum *l. verum eſt, in pr. & §. tempus autem. ff. pro Soc.*
l. alia cauſa l. maritum cum l. ſeq. l. etiam ſi tos. §. licet in dotalibus. ff. ſoluto matrimonio l. vxic. §.
cum autem C. de rei vxor. act. in quibus de Socio agitur, & de marito, & *d. l. ſed hoc ita,* quæ
diſponit de Socero, & generaliter ſi quis dolo fecit, ne eſſet ſoluendo, perdit priuilegium, ne conueniatur vltra, quam facere poſſit *l. ſi quis dolo, vbi Caſt. & Imol. ff de re iud.* IV.
Infertur, ad amiſſionem beneficii *l. ſi conſtante. §. quoties,* & ibi *Bart. &* Rom *& §. ſi vxor.*
6 *ff. ſol. matr.* Infertur † quinto ad filiam, quæ in pœnam ſui doli non poteſt cogere patrem, vt ſecunda vice dotem tribuat, ſi prima dos fuerit eius dolo perdita *l. fin. C. de dot.*
promiſ. l. ſi cum dotem. ff. ſol. matr. l. Socius pro filia. ff. pro Socio Bald. Ang. *Imol. Alex. in d. l. ſi cum*
7 *dotem,* ita conciliantes illas leges, quæ videntur mirifice diſcrepare. † Sexto infertur,
quod propter dolum amittitur querela inoffic. teſt. *l. nihil intereſt, cum gloſſ. ff. de inoff.*
8 *teſt.* Septimo infertur, † quod licet hæres gaudeat priuilegio, vt rem legatam ibi teneatur præſtare, vbi res eſt, *l. quod legatur. ff. de iud. l. cum res. §. ſed & alibi. ff. de legat. 1.* nam ſi
hæres dolo malo, eam ſubduxerit, & aliò tranſtulerit, ibi præſtanda eſt, vbi petitur.
9 *d. l. quod legatum. d. §. ſed & alibi.* † Octauo infertur, quod cùm hæres adita hæreditate
non confecto inuentario, teneatur in ſolidum creditoribus hæreditariis, ſi tamen ab
his deceptus adierit, non aliter aditurus, non tenetur, niſi quatenus patiantur vires hæ-
10 reditariæ, *Bald. in l. ſi 1. ff. de dolo.* inquiens text. ſingularem. † Nono infertur, quod aliena negocia gerens, non abſentis gratia, ſed proprii compendii, perdit actionem ne-
11 gociorum geſtorum, *l. 6. §. ſed & ſi quis. ff. de neg. geſt. leg. ex facto, ff. eodem titulo.* Decimo †
quoq; infertur, ratione doli, ceſſare priuilegium *l. quoties C. de rei vend.* vbi ſcil. duobus

eadem re vendita, is præfetatur, cui prius tradita eſt, etenim hoc fallit, ſi ab iſto ſit do-
lus commiſſus, nec ei traditio prodeſt, *Bald. in Rub. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. Saly.*
12 *in d. l. quoties in decima opinione.* † Vndecimo ob dolum periit beneficium ceſſionis, *Iaſ.*
13 *Ang. & Doct. in l. 1. C. qui bon. cedere poſſ.* duodecimo, † minor propter dolum excluditur
a beneficio reſtitutionis in integrum *l. ſi ex cauſa iudicati. §. nunc videndum, & §. pen. ff. de
minor. l. auxilium. ff. de reſtit. in integr.* in qua iuriſcon ait fruſtra auxilium legis inuocat,
qui in l. committit, id quod extenderetur ad maiores 25. annis, in illis caſibus, in quibus
14 habent reſtitutionem in integrum *l. 1.* ibi, aut ſine dolo *l. .. ff. ex quibus cauſ. maior.* † deci-
motertio clericus ob dolum, non gaudet priuilegio *c. Odoardus, extr. de ſolut.* quo cleri-
cus non ſoluendo iuuatur, vt non ſit excommunicandus, nec aliter moleſtandus, ſed
debet præſtare cautionem ſoluendi, cum venerit ad pinguiorem fortunã, ſed hoc be-
neficio redditur indignus, ſi dolo fecerit, quo minus eſſet ſoluendo, *Alc. in c. non ab ho-*
15 *mine n. 77. extr. de iud.* † decimoquarto, fideiuſſor in pœnam commiſſi doli amittit be-
neficium cedendarum, & beneficium excuſſionis, *Bald. in l. 1. C. de tranſact. & in auth cõ-
tra qui propriam col. 3. C. non num. pecun. per l. ſi dubitetur § ita demum. ff. de fideiuſſ. Iaſ. in d. l. 1.*
16 *C. de tranſ. & Marſ. in Rub ff. de fideiuſſ. n. 324.* † Intelligenda eſt autem regula, vt doloſus
ſua priuilegia perdat, ſi modo dolum commiſit in eo, in quo erat priuilegiatus, puta ſi
Socius doloſe ſe geſſerit in ſocietate, maritus in re dotali, mulier dum alienam ſuſcipit
17 obligationem, vel filiusfamilias mutuum acceperit, vt palam eſt ex allegatis iuribus. †
Intelligitur etiam regula, quando dolus cõmiſſus eſſet in perdendo, non autem in non
acquirendo *l. nemo. §. 1. ff. pro Socio, & ibi Bart.*

REGVLA 21.
Dolus ſerui obligat Dominum.

1 *Iura ex quibus reg. depromitur.*
2 *Ratio reg. duplex.*
3 *Opponitur regulæ alia regula, quod facto ſerui domini conditio poteſt fieri melior, non deterior.*
4 *Conciliatio antinomiæ.*
5 *Dolus ſerui in rebus dominicis poſt ius quæſitum, non facit deteriorem domini cõditionem, ſecus in iure quærendo.*
6 *Regula iſta procedit, ſi ex dolo ſerui, peruenit aliquid ad* Dominum.
7 *Si ſeruus dolum fecerit, in re aliena, ignorãte* Domino, *vel ſciente; ſed prohibere nõ valente, obligat eum ſoluere æſtimationem, vel dare ſeruum pro noxa.*
8 Dominus, *ſi potuit prohibere ſeruũ ne delinqueret, & non prohibuit, tenetur in ſolidum.*
9 *Si ſeruus peculium habeat, obligat* Dominum *peculiotenus, & ſi doli fuiſſet particeps obligaretur in ſolidum.*

1 VVlgaris regula † emanat *ex l. 3. §. quod ſeruus ex l. peregre. § vlt. ff. de acq. poſſ.* vbi ſeruus
meus de fundo meo diſcedens, præiudicat mihi, quo ad poſſeſſionem. Ruſus ex
l. 1. & 2. ff. de noxal. act. ex l. licet. §. pen. ff. de pecul ex l. peculium. §. præterea cum ſeq. eodem titul.
2 *ex l. rem mihi. §. 1. ff. Commod.* Ratio † reg. eſt, quoniam iniquiſſimum eſt ex delicto ſer-
ui Dominum locupletari impune, *l. licet. §. ex furtiua ff. de pecul.* proinde, & Domini
hæres tenetur *l. 31. ff. de pecul.* Alia ratio: quia debet hæres ſeruum ſub ſua poteſtate con-
ſtitutum coercere, atque emendare, ita fit, vt videatur, culpæ Domini aſcribendum, ſi
3 frugi ſeruus non ſit. † Verũ opponitur ex alia iuris regula huic pœnæ contraria, de qua
in *l. ſi ſeruus C. de pact.* cum aliis ibi deductis in gloſſ. nimirum, quod facto ſerui condi-
4 tio Domini poteſt quidem fieri melior; deterior autem nequaquam. † Quare ad e-
uertendum contrarium ſciendum eſt poſteriorem regulam habere locum, quando
ſeruus dolum facit in rebus dominicis, & agitur de iure quæſito, tunc enim meliorem
conditionem domini facere licet, non deteriorem, & ita procedit *d. l. ſi ſeruus*, cum aliis
5 allegatis in gl. nec ocioſum eſt q. dixi, & agitur de iure quæſito: ſi quidẽ in iure quærẽ-
do poteſt ſeruus ex ſuo dolo præiudicium inferre *l. 3. C. de hæred. Inſt. & in l. fin. C. de acq.
poſſeſſ.* nec nouum eſt diuerſum ius ſtatui in iure quæſito, & in quærendo *leg. 6. ff. quæ
6 in fraud. Cred. & in l. 1. §. vtrum, ff. quæ in fraud. patron.* Regula † autem noſtra obtinet,
inprimis ſi ex dolo ſerui aliquid peruenerit ad dominum, ne locupletetur cum al-
7 terius iniuria *dict. leg. licet ex furtiua, ff. de pecul. leg. 3. §. fin. ff. eod.* Procedit † etiam, ſi
nihil ad Dominum peruenit, & dolum fecit ſeruus in re aliena, etenim ſi Dominus
8 ignorauit, aut ſciuit, ſed prohibere non potuit, tenetur aut ſoluere † æſtimationem, aut
dare ſeruũ pro noxa, plane ſi fuit in eius poteſtate prohibere, & non prohibuit, tenetur
9 in ſolidũ *l. 2. ff. de nox. act. l. 1. iuncta gl. in ver. auctore. ff. de noxal.* † quæ valent, quando ſeruo

non ſit

non ſit peculium; ſed ſi is peculium habeat, & erit quartus caſus, obligatur Dominus, peculio tenus, *l. ſi quis ſeruum. §. etiam, & l. ſequent. in §. dolo. ff. de pecul.* & ſi doli particeps fuiſſet Dominus, teneretur etiam vltra peculium, *l. in bonæ fidei. ff. de peculio.*

Regvla 22.

Dolus Debitoris, nocet Creditoribus in iure Quærendo.

1 *Ex quibus legibus regula colligatur.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Non eſt eadem ratio lucri ceſſantis, & damni emergentis.*
4 *Alia ratio regulæ.*
5 *Tertia ratio reg.*
6 *Quarta ratio reg.*
7 *Ampliatur regula in liberto, vt ſcil. nocere poſſit patrono in iure quærendo.*
8 *Ampliatur in filio emancipato, cui licet nõ acquirere, ne teneatur fratrib. conferre.*
9 *Maritus vxori donaturus, poteſt repudiare hæreditatem ſibi relictam.*
10 *Marito in fraudem ſuorum creditorum cõceſſum eſt repudiare lucrum obueniens à ſtatuto propter prædecedentiã vxoris.*
11 *Limitatio regulæ in fauorem fiſci, cui debitor, nec in iure quærendo nocet.*
12 *Limitatur etiam regula in emptore hæreditatis in cuius præiudicium, venditor nõ poteſt iura hæreditaria nõ acquirere.*
13 *Reſtringitur etiam in procuratore, qui non debet nocere Domino in iure quærendo.*
14 *Reſtringitur in poſſeſſore hæreditatis malæ fidei.*

1 DEducitur regula † ex *l. 6. §. vnde ſi quis. ff. quæ in fraud. credit. ex l. non fraudantur. ff. de regul. iur. ex l. 1. § confertur. ff. de coll. bon. ex l. ſi ſponſus. § ſi maritus el. 2. ff. de donat. inter*
2 *vir. & vxor. ex l. 1. ff. ſi quid in fraud. patron.* † Ratio regulæ eſt, quia debitor non acquirendo, non facit deteriorem conditionem ſuam, quæ erat tempore initi contractus cum creditore, & talis remanet quo ad facultates, qualis erat tempore celebratæ conuentionis, ſicut colligitur ex *d. l. 6.* ex qua *Dec.* notat differentiæ rationem, cur non fiat
3 creditori præiudicium in iure quæſito, in iure autem † quærendo præiudicetur, nem-
4 pe quia non eſt eadem ratio lucri ceſſantis, & damni emergentis. † Aliam rationem conſiderat, *Bart. in l. qui autem in princ. ff. quæ in fraud. cred.* nam dolus & fraus debitoris, tunc nocet creditori, quãdo in fraudẽ eius negocium geritur, *l. 1. in prin. ff. quæ in fraud. cred.* vbi prætor ait, quæ fraudationis cauſa geſta ſunt, & Iuriſc. paulo infra interpretatur, omnem alienationem, & omnem contractum. At dum recuſat debitor acquire-
5 re, non alienat, nec gerit contractum, vel quaſi. † Quibus additur ratio à Iurecon. reddita in alleg. *l. qui autem*, ſcil. eo modo, non diminuit ſuum patrimonium, ſed non vult
6 augere, quæ ratio non diſcrepat à prima. † Alia quoque ratio, elicitur ex *l. 1. §. ſi is qui, verba confertur. ff. de collat. bonorum*, nimirum quoniam is, qui negligit acquirere, vt fraudet creditores, ſe ipſum etiam fraudat, & ideo quemadmodum ibi parcitur nolenti acquirere, ne compellatur cõferre, ita videtur parcendum recuſanti quærere, vt fraudem creditoribus inferat, regulam allegant, *Doct. in d. l. qui autem, nec non Dec. Cagnol. &*
7 *alii in d. l. non fraudantur.* † Extenditur regula ad libertam patroni, qui non acquirendo poteſt in legitima patrono inferre præiudicium, nempe legatum, vel hæreditatem repudians. *l. 1. §. vtrum autem. ff. ſi quid in fraud. patron.* in illis verbis, ſi hæreditatem libertus non adierit fraudandi patroni cauſa, vel legatum, repulerit Fabianam ceſſare, quamuis enim legatum retro noſtrum ſit, niſi repudietur, retro noſtrũ non fuiſſe palam eſt; nec mirum creditori, namq; proximus eſt patronus, eademq; ratio ab *Vlpiano* deducitur,
8 quę fuit allegata in *l. qui autem*, in cauſa creditoris. † Ampliatur in emancipato, cui permittitur non acquirere, ne teneatur ſuis conferre, *l. 1. §. ſi is qui verſ. confertur. ff. de collat. bonorum.* Infertur ex hac regula, iuncta ratione, qua munita eſt ad *l. ſi ſponſus. §. ſi maritus.*
9 *el. 2. ff. de donat. inter vir. & vx.* † quod tametſi inutilis ſit donatio inter coniuges, tamen marito donationis cauſa conceſſum eſt repudiare hæreditatem, quippe quia ita repudiando, non fit pauperior. Prodeſt autem repudiatio mariti, inquit tex. ſi vel ſubſtituta
10 mulier ſit, vel etiam ab inteſtato hæres futura. † Infertur quoq; ad maritum, vt in fraudem ſuorum creditorum poſſit repudiare lucrum oblatum à ſtatuto propter prædecedentiam vxoris ſine liberis, *Dec. conſ. 260. Socc. Iun. conſ. 124. & 125. Traccard. in* Rub. *C. de*

pact. nu. 121. dixi obiter ſupra *lib. 2. de dolo tertii quaeſt. 11. in fin.* verum contra regulam op-
ponitur, quod debitor cogatur inuitus acquirere, ita, vt non acquirendo, perinde te-
neatur, ac ſi alienaret per *l. in fraudem. ff. de iure fiſci*, in qua non ſecus punitur ille qui in
fraudẽ fiſci non vult acquirere, ac ille, qui diſtrahit, *l. 2. §. nõ tamen. ff. de hær. vel act. vend.*
& *§ ſed ſi quid dolo malo*, in quo venditor hæreditatis tenetur, quod dolo malo fecerit,
ne hæreditati acquireretur, quod poterat adipiſci; his confert text in *l. ſi ſeruũ meum. ff.*
ad l. Aquil. vbi dicimur amiſiſſe, quod, aut erogare cogimur, aut conſequi potuimus,
quæ iura deducit gloſſ. in *d. l. qui autem* in verſ. locupletentur, & plura deducit in *l. 2.*
11 *in verſ. poſſet adipiſci ff. de hæred. vel act. vend.* † diluitur autem argumentum ex *l. in frau-*
12 *dem*, quoniam ſpeciali fauore fiſci conſiſtit. Cæteris quoque legibus † ſimilis accom-
modatur ſolutio ſi quidem ſingulari ratione, vel propter naturam contractus, vel ne-
gocii geſti, debitor obligatur acquirere, vt in hæreditate vendita, quoniam cum ven-
dens hæreditatem omnia iura credatur vendidiſſe, non debet venientem acquiſitio-
13 nem ſpernere, *d. §. ſed ſi, quid dolo malo d. l. 2.* † idem quoque iuris in procuratore, *l. dolo.*
14 *ff. mand.* quin † etiam in poſſeſſore hæreditatis malæ fidei, *l. ſed, & ſi §. proinde. ff. de petit.*
hæred. & ita Dec. & *Cagn.* limitant regulam ex mente, *Bart. in d. l. qui autem.*

Regula 23.

Dolus Defuncti, nocet hæredi.

1 *Leges ex quibus regula ſumitur.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Vitia perſonalia non tranſeunt ad hæredes.*
4 *Vtrũ actio doli ſit perſonalis mere, an perſonalis in rem ſcripta.*
5 *An regula procedat in delictis, ſicut in contractibus.*
6 *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*
7 *Pœnales actiones ex maleficiis in hæredes non competunt.*
8 *An dolus defuncti noceat hæredi, quoad vſucapionem.*
9 *Si dolus defuncti inducit vitium reale, aut quaſi reale nocet hæredi volenti vſucapere.*
10 *Vitia realia tranſeunt in quemcumq; ſucceſſorem.*
11 Dolus *defuncti inducens vitium perſonale, nocet hæredi, quo ad continuandam vſucapionem cœptam à defuncto.*
12 *Hæres ſucceſſor vitiorum defuncti, non poteſt inchoare vſucapionem etiã ex perſona ſua.*
13 Dolus *authoris ſingularis, an officiat ſingulari ſucceſſori remiſſiue.*

1 NOtiſſima regula † elicitur ex *l. ſi hominem. §. datur. ff. depoſit.* ibi datur actio depoſiti
in hæredem ex dolo defuncti, *l. ex depoſiti, l. ex contractibus. ff. de actio. & oblig.* ex
depoſiti inquit Pomponius & commodati, & mandati, & tutelę actionibus ob dolum
malum defuncti hæres in ſolidum tenetur, *l. hoc iure. §. fin. ff. de reg. iur.* in contractibus
ait, in quibus doli præſtatio ineſt, hæres in ſolidum tenetur, *l. toties, & l. ad ea. §. fin. ff. de*
2 *reg. iur. l. in depoſiti. ff. depoſit.* † Ratio regulæ eſt, quia hæres adeundo quaſi contrahit cũ
creditoribus hæreditariis. *§. hæres quoq;* & ibi Ang. *in princ. inſt. de oblig. quæ ex quaſi con-*
tractu, ex *d. l. ſi hominem. §. datur*, & hæc regula militat in contractibus, vt ex legibus ad-
3 ductis fit manifeſtum. † Sed opponitur, quod vitia perſonalia non tranſeunt ad hæ-
redes, *l. vitia. ff. de acq. poſſ. Iaſ. in l. Pomp. §. ſi quis num. 4. ff. de acq. poſſ.* dolus autem eſt viti-
um perſonale *l. 16. §. vltimo. ff. de dolo, iuncta. l. ſi. oleum. §. pen ff. de dolo. l. 4. §. de authoris iun-*
cta glo. in verſ. perſona ff. de excepe. doli, Bart. in l. Hæredibus. §. vltimo ff. de dolo. † ſolutio an-
tinomiæ eſt quoniam actio doli, non eſt mere perſonalis ſed perſonalis in rem ſcripta,
4 *Corraſ. Miſcell. iuris c. 22. nu. 6.* conſpicuum eſt, tum quia verba edicti de dolo ſunt in rem
ſcripta, *l. 1. ff. de dolo*, tum etiam, quia datur aduerſus omnes, ad quos peruenerit com-
modum ex *l. ſed & ſi ex dolo. ff. de dolo. l. ſi plures in fin. eodem.* merito cum ſequatur poſſeſ-
ſorem ſcripta eſt in rem, cui conſequens eſt, & tranſeat in hæredem.

Quæſt. 1. Quæritur hic oportune an regula procedat in delictis, ſicut in con-
5 tractibus, & idem videtur reſpondendum, cum † recte argumentemur de contracti-
bus ad delicta, Euerard. in loco à contractibus ad delicta, cui ſuffragatur, *lex 3. §. quod*
autem ait. ff. quod quiſque iur. ibi an hæc pœna, ex *l. toties ff. de regul. iur.* ibi quoties ex do-
6 lo defuncti conuenitur. † Augetur vis argumenti ſi quidem hæres de iure quoque

Canq;

canonico eſt obligatus, cum teneatur exonerare conſcientiam defuncti, *cap. fin. & ibi gloſſ. ordinaria extr. de ſepult. & Canon. communiter in c. literis extra de raptor.* verū ſtat ex aduerſo. *§. pen. Inſt. de perpetu. & temp. act.* in quo Iuſtinianus ait expeditiſſimam regulam eſſe, pœnales actiones ex maleficiis in hæredes non competere, velut furti, vi bonorum
7 raptorum † confert, *l. ſicut pœna ff. de reg. iur.* ibi pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet, *l. pupillum. §. in hæredes. ff. eodem titulo*, in hæredes ait tranſire non ſolent actiones pœnales ex maleficio. Ad reſoluendam difficultatem opus eſt diſtinguere, ſecundum ea quę diximus in *7. diuiſ. doli mali quæſt. 2.* in qua diſtinctionem facimus, aut de iure ciuili, aut de iure Canonico, & rurſus de iure ciuili, aut in priuatis delictis, aut publicis.

Quæſt. 2. Præterea venit in quæſtionem, an dolus defuncti noceat hæredi, quò
8 ad vſucapionem quem † articulum diſputat, *Accurſ. in l. nihil. Codic. pro hæred. in l. ſi ego. §. partus Ancillæ, verſ.* ex omnibus cauſis, in verſic. cauſis *ff. de public. in rem action. Angel. in §. ſequitur. nu. 10. Inſt. de except. Dyn. in c. poſſeſſ. de reg. iur. in 6. Iaſ. in l. Pomponius. §.*
9 *cum quis num. 20. cum ſequent. ff. de acq. poſſ.* Prima † autem concluſio ſit, ſi dolus defuncti inducit vitium reale, vt quia furatus ſit rem, aut quaſi reale, puta ſi rem pupilli, emiſſet minoris, vel fiſci, & tunc nocet hæredi, ratio eſt apertiſſima, quoniā vitia realiā trāſeunt in quemcumq; ſucceſſorem, *l. vitia. C. de acq. poſſ. §. furtiua, & §. res fiſci. Inſt. de*
10 *vſucap.* † Secunda, ſi dolus defuncti inducit vitium perſonale, vt accidit quando ſcienter emit à non vero Domino, vel ab eo, qui non habebat authoritatem vendendi, & tunc obeſt hæredi, quò ad continuandam vſucapionem inchoatam à defuncto. *§.*
11 *diutina, Inſt. de vſucap. l. vnic. C. de vſucap. transfer.* † ſed quid ſi velit hærès inchoare vſucapionem ex perſona ſua? paulo maior eſt difficultas, ramen ſiue de iure ciuili quæras, ſiue de iure Canonico, non poteſt hæres vſucapere quoniam eſt ſucceſſor vitiorum defuncti, quemadmodum diſputando concluſum fuit in 7. *diuiſ. doli*
12 *mali.* † Quatenus etiam dolus authoris ſingularis, noceat ſucceſſori ſingulari in materia vſucapionis diffuſe traditum eſt à nobis in allegata diuiſione ſeptima.

REGVLA 24.

Ex doloſo conſilio, competit actio Doli.

1 *Leges, quæ regulam producunt.*
2 *Ratio reg. multiplex.*
3 *Adagium antiquum; malum conſilium conſultori peſſimum, vnde eius origo.*
4 *Fabula de leonis ægritudine.*
5 *Aman, & Mardochei hiſtoria.*
6 *Conſilium, magis quam cætera delicta decet punire, quando malum eſt.*
7 *Conſilio bono, nihil vtilius.*
8 *Res ſacra conſultor.*
9 *Bulla puerorum conſilii ſymbolum.*
10 *Exempla huius regulæ.*
11 *Doloſum conſilium, aut ſuper contractu datur, aut ſuper delicto.*
12 *Conſilium doloſum ſuper contractu, vel quaſi, aut ab altero contrahentium datur, aut à tertio.*
13 *Ex conſilio doloſo Partis, dante cauſam contractui, bonæ fidei, competit actio doli.*
14 *Ex conſilio fraudulento, dante cauſam contractui ſtricti iuris, non datur actio doli. Idem iuris. ſi conſilium doloſum inciderit in contractu bonæ fidei.*
15 *Ex conſilio doloſo tertii, quando datur actio.*
16 *Si malum conſilium fuerit datum ſuper delicto nominato, puta furti, non actio doli præſtatur; ſed ex eo maleficio.*
17 *Si malum conſilium fuerit præſtitum ſuper delicto innominato, non actio doli competit; ſed ſtellionatus.*
18 *Vtrum ex fraudulento conſilio obligetur conſultor in maleficiis, diſtinguitur, an is, cui datum eſt conſilium eſſet facturus, &c.*
19 *Multa requiruntur, vt ſit huic regulæ locus.*
20 *Ex doloſo conſilio, non ſolum datur actio, ei qui deceptus eſt, verum etiam, et illi qui aliquod damnum paſſus eſt.*
21 *Ex conſilio non fraudulento, actio nec oritur, nec obligatio.*
22 *Ratio, cur conſilium non fraudulentum, non obliget, eſt, quia cuique liberum eſt explorare, an ſibi conſilium expediat.*
23 *Hæc ratio militat, & in conſilio fraudulento, & tamen, inde naſcitur obligatio cur tam varie?*

24 *Doloſa perſuaſio, plus eſt, quàm violenta coactio.*

25 *Aſſeſſor quatenus ex ſuo conſilio obligetur remiſsiue.*

1 REgula æquitati naturæ † maxime conſentanea deſumitur ex *l. conſilii. ff. de regul. iur. ex l. 2. ff. de proxenet. ex l. ſed ſi cum ſcires, ex l. fin. ff. de dolo, ex c. nullus ex conſilio de reg.*
2 *iur. in 6.* Ratio † reg. videtur, quoniam ęquum eſt conſulentem doloſe teneri, ne quiſpiam inuitetur ad delinquendum, ſi ſciat facturum impunè, contra *leg. conuenire. ff. de pact. dot.* nulla autem alia actione tenetur, merito actio de dolo competit, quæ datur in ſubſidium. *l. 1. §. 1. & §. merito. ff. de dolo argum. l. 2. ff. de proxenet* in quaſi Proxeneta dolo verſatus ſit hac actione tenetur, redditurque à gloſſ. ratio, quia, nec mandati, nec lo-
3 cati actio competit. †

Alia eſt ratio, quæ colligitur ex Doctr. *Alciat. in l. ſæpe in fin. ff. de verb. ſignif.* ſumpta, que eſt ex celebrato adagio, *Malum conſilium conſultori peſſimum*, cuius originem refert *Aulus Gell. lib. 4. cap. 6.* dicens à falſo Aruſpicum Hetruſcorum conſilio, ſeuere à Romanis vindicato, factum eſſe ſenariū à pueris tota vrbe decantatum, malū conſilium cōſultori peſſimum, nam ſtatua Romæ in Comitio poſita Horatii Coclitis viri fortiſſimi, de cœlo tacta eſt, ob id fulgur piaculis luendum iudicarunt Romani, Aruſpices ex Hetruria acciti inimico, atque hoſtili in populum Rom. animo, inſtituerunt eam rem contrariis auſpiciis procurare, quod cum ita fieri perſuaſiſſent delati ad Senatum proditique ſunt, & cum de perfidia confeſſi eſſent, iuſtiſſime fuerunt necati; Aliam
4 quoque huius adagii originem affert *Valer. Max. lib. 7. c. 9.* † Apud græcos vero ex Apologo fertur habuiſſe principium, etenim leonem ob ſenectam ægrotantē, & ea cauſa ſuo in lectulo ſe continentem, cætera animalia officii gratia viſebant Regem ſuum, excepta vulpe, proinde lupus nactus opportunitatem accuſauit vulpem læſæ maieſtatis, quod pro nihilo haberet eum, penes quem rerum erat ſumma poteſtas; atq; interea interuenit in lupi fabula vulpes, & extremam ſermonis partem audiuit, itaque leo inſpecta vulpe, protinus aduerſus eam infremuit, at illa poſtulato ad ſe purgandū ſpacio, & quis, inquit, omnium, qui huc venerant, tantum tibi profuit, quantum ego, quę quoquo verſum circumcurſitaui, tibique morbi remedium à medicis reperi, cumq; leo dixiſſet; vt remedium aperiret, ſi viuum inquit lupum excories, & illius pellem indues conualeſces, leo credulus continuo lupum inuaſit, & interemit, quo extincto ri-
5 ſit aſtuta vulpes calumniatoris, malum conſilium in ipſius recidiſſe caput; † Et in diuinis ſcripturis inſigne extat exemplum, Aman, & Mardochei, & verificatus eſt *Heſiodi*
6 notus ille verſiculus, *Ipſe ſibi nocet, alium qui lædere quærit.* † Tertia poteſt eſſe ratio, quoniam ſi cætera delicta conuenit vendicare, longe magis conſilium, quippe, vt dicebat *Sophocles.*

Res nulla conſilio nocentior malo.

7 Sicut ex aduerſo † nihil vtilius conſilio bono, quare factum eſt tritum ſermone
8 prouerbium † Res ſacra conſilium, quod ſicut libenter accipiendum eſt, cum res poſtulat, ita religioſe, citraq; fraudem dandum, ſi quis egeat, alioquin dicebant Græci, non defuturum numen aliquod, quod pœnas repetat ab eo, qui rem ſacram, ac diuinā perfidia violauerit, & leges, quæ diuina quadam prouidentia ſunt conſtitutæ, non relinquunt impunitum, ſed vel actione de dolo, vt in hac regula dicitur, vel aliis pœnis,
9 vlciſcuntur. † Conſilii ſymbolum erat bulla, illa, quæ puerilis ingenuitatis apud antiquos inſigne fuit, & quoniam cordis erat eius figura, admonitos inde pueros volebāt, vt frugalia conſilia ſemper ſequuti corde præſtare conarentur. Regulam hanc ponit gloſſ. in *l. 2. in verſ. quia nemo ff. mand. & in l. 10. §. cui mandauero eodem titulo. Dd. in dict. l. Conſilii, Bart. Alberic. Alciat. in l. ſæpe. ff. de verb. ſignif. Canon. maxime. Dyn. & Franc. in d. cap. nullus ex conſilio, Felyn. & alii in c. ſicut dignum, extra de homic. Dec. in c. 9. nu. 9. verſ. ſed tantum de off. deleg* Matth. eſil. *ſing. 96. & ibi* Appoſtill. *Menoch. Cent. 4. caſu 351. Maſcard. d. probat. vol. 1. concl. 419. Duenn. in regula conſulens, & conſ.*

10 Exemplum † reg. eſt in *l. fin. ff. de dolo*, in qua ob doloſum conſilium, datur aduerſus conſulentem, aut actio doli, aut exceptio; conſuluiſti, vt hæreditatem quaſi idoneā adirem, cum magno eſſet ęre alieno grauata, datur mihi aduerſus te actio doli, ſi plures ſint hæreditarii creditores, ſi vero tu ſolus, competit exceptio, quoties aduerſus me egeris. Alterum exemplum eſt *in l. ſi cum ſcires. ff. eod. & in l. eleganter. §. fin. ff. de dolo.* Sumitur, & alterum, *ex cap. ſane delicto, extr. de renunc.* vbi damnum illatum ex malo conſi-
11 lio reparatur iuſtiſſima Pontificis conſtitutione. † Porro autem ad declarationē reg.

ſcire

ſcire oportet de malo conſilio puniendo, quæri poſſe bifariam, nempe, aut in contra-
ctu, vel quaſi contractu præſtitum fuit, aut vero ſuper delicto. *Dyn. Dec. Cagn. in reg.*
12 *adductis*, *Dec. in d. c. 1. ext. de offi. del.* Si in † contractu, vel quaſi, & tunc, aut conſiliũ ema-
13 nauit, ab eo, qui mecũ contrahit vel quaſi, aut ab aliquo tertio. † Priori caſu, ſi fraudu-
lẽtum conſilium, dedit cauſam contractui bonæ fidei, & præſtatur aduerſus eum actio
doli *l. eleganter in princ.* & ibi *doct. ff. de dolo*, quia ſcilicet nulla alia competit actio, & in
quaſi contractu loquitur, *d. l. fin. ff. de dolo*, cui ſcilicet iniquum conſilium cauſam dede-
14 rat. † Aut, & ad contractus ſtricti iuris, vel dolus erat incidens, & non actio doli, ſed ex
15 eo contractu datur. † In poſteriori caſu, quando interpoſitum eſt doloſum conſilium
tertii, in quo præcipue accipitur lex vnum, vt palam eſt ex *l. 2. ff. de proxen.* & concedi-
tur actio doli, quandoquidem nullum negocium geſtum eſt, cum eo, nec alia compe-
tit actio, merito ſuccedit actio doli in ſubſidium, quæ prodeſt, & illi, qui damnum paſ-
ſus eſt ex malo conſilio, & in his terminis, quando ſumus in dolo tertii, regula proce-
dit indiſtincte, ſiue is, cui malum conſilium datum eſt facturus erat, ſiue non erat fa-
cturus, *Dec. in d. cap. 1. de offic. deleg.* per doctrinam *Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato, col. fin.*
16 *debetur ex generalitate l. conſilii. ff. de reg. iur. ex d. cap. nullus ex conſ.* † Quando vero conſi-
lium eſt præſtitum circa maleficium, & tunc, aut erat ordinarium, & nominatum, vt
furtum aut homicidium, & non præſtatur actio doli; ſed ex eo maleficio, veluti furti,
aut bonorum raptorum; Aut vero erat innominatum, & extra ordinarium, & compe-
tit actio criminis ſtellionatus, quæ exercetur in delictis, quando deficit proprium no-
men actionis, non ſecus, ac in contractibus ſuccedit actio doli, omni alia actione defi-
17 ciente † In maleficiis vero diſtinguitur, an is, cui erat datum conſilium eſſet facturus
18 nec ne. † Si quidem mitius punitur conſultor, ſi ille erat facturus. *Dec. d. cap. 1. numer. 9.*
circa medium, etiam ſi conſuluiſſet in atrocioribus, nam leuius plectitur arbitrio iudi-
19 cis. *Menoch. de arbit. Cent. 4. caſu 351. n. 24. verſ.* extenditur. † Plane multa requiruntur, vt
ſit locus huic regulę, quæ ſibi vendicat locum tam in conſilio fraudulento circa con-
tractus, vel quaſi, quam circa delicta; & primo, quod vere doloſum conſilium præceſ-
ſerit, contractum, vel delictum, ſecundo quod contractus, vel quaſi ſit vere celebra-
tus, & ita ſequuta ſit machinatio, & circumuentio.

Tertio quod dictum malum conſilium, non fuerit re integra reuocatum.

Quarto quod ille ex huiuſmodi prauo conſilio ſit læſus, ſiue ſit ille, qui malo con-
ſilio perſuaſus fuit, ſiue alius, qui inde paſſus ſit damnum, *gloſſ. in d. cap. nullus.* In conſi-
20 lio † autem ad delicta plura ſunt neceſſaria, vt eadem regula valeat, vt per *Dec. & Meno-*
21 *chiũ citatis in locis*, ſed quæ non conueniant circa contractum, vel quaſi. † Ex hac regu-
la deducitur à contrario obligationem aut actionem nullam oriri ex conſilio nõ frau-
dulento, ita apertiſſime dicit *d. l. conſilii*, & *d. c. nullus*; & ratio eſt, quæ redditur à Dd ibi,
quoniam ſcilicet conſilium non arctat, neque enim ei parere eſt neceſſe *l. 2. §. fi. ff. man.*
Iuſtin. in §. 1. & ſeq. inſt. mand. Id vero fallit, ſi ille cui datum eſt conſilium, non erat aliàs
facturus, quippe tunc conſilium ſumit vires mandati; & obligatur ex conſilio, quaſi
ex mandato, *l. ſi remunerandi. §. ſi tibi. ff. mand. & not. doct. in d. l. Conſilii*, ad quos relego
benignum lectorem; propterea, quod conſilium non doloſum, ad regulam noſtram
22 non pertineat; Illud tamen, † non puto negligendum. Quod iſta ratio, conſilium non
ſtringit, vt quia liberum, cuique ſit explorare, an expediat conſilium ſequi, militat
etiam in conſilio doloſo, nemo enim tenetur ei obtemperare, & tamen obligat con-
23 ſulentem; Quæ † ſit ratio diſcriminis, non inuenio redditam à doctoribus; Ego ve-
ro eam eſſe ſentio, quod cum dolus ſit machinatio, & circumuentio *l. 1. §. 1. de dolo*,
non eſt liberum, nec facile ei, cui datum eſt fraudulentum conſilium exquirere, an
vtile ſit, imò ſua machinatione ſuadet, omnino facere, & quaſi cogit, vel agere, vel ab-
24 ſtinere, vnde non iniuria per manus traditum eſt, doloſam † perſuaſionem plus
poſſe, quàm violentam coactionem *l. 3. §. ſi quis volentem in 2. reſp. ff. de liber. hom.* & li-
25 bero *l. 1. §. perſuadere de ſeruo corrupt. Dyn. in reg. ſciente de reg. iur. in 6.* Sub hac † regula
tractant etiam Doctores de conſilio Aſſeſſoris, quatenus ex eo, ipſe tenea-
tur, nos autem ſatis, vt arbitror dilucide eam quæſtionem diſpu-
tauimus *libr. 2. in illa Diuiſione de dolo tertii,*
& Principalis.

REGVLA 25.

In Dolo eſt, qui petit id quod aliqua elidi poteſt exceptione.

1 *Leges, ex quibus regula ſumitur.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Qui facit pactum de non petendo, repellitur exceptione doli, ſi deinde petat.*
4 *Accipiens vſuras futuri temporis, dolo malo facit petere interim rem principalem.*
5 *Vbi competit exceptio in factum, ibi quoq; datur exceptio doli.*
6 *Limitatur regula in eo, qui iuſte ignorabat.*
7 *Fallit etiam, quando reuerentia perſonæ excluderet exceptionem doli.*
8 *Regula procedit in illa exceptione, quæ generalis appellatur.*
9 *Vbi dubitatur de certa ſpecie exceptionis vtile eſt generalem proponere.*

1 REgula accipitur † ex *l. 2. §. item quæritur, verſ. & generaliter. ff. de except. doli, ex l. qui*
2 *æquitate. ff. eodem titulo.* † Ratio regulæ eſt, quam exprimit Iuriſconſul. *in d. §.* ibi,
nam, etſi inter initia nihil dolo malo fecit, attamen nunc petendo fecit doloſe, ſimilis
3 eſt text. in *l. 2. §. circa. ff. de except. doli, & in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obligat.* † Infertur, q, qui fecit pactũ de non petendo, & poſtea petit, dolo facit, ideoq; exceptione
doli iure repellitur, *d. § item quæritur, verſ.* dolo enim ita fit, vt Reo duæ competant ex-
4 ceptiones, altera pacti conuenti, altera doli, ſicut ibi expreſſum eſt, † infertur etiam
quod ſi creditor, qui ſub vſuris mutuauerat pecunias, & in futurum vſuras acceperit,
ſi petat dicitur eſſe in dolo, proinde exceptione repellitur, ſiquidem accipiendo vſuras diſtuliſſe videtur petitionẽ, & tacite conueniſſe, ſe interea non petiturum, *d. §. item*
5 *quæritur, verſ.* non maledictum eſt, † Tertio generaliter infertur, quod qui iuſtam
aliquam exceptionem habet, poteſt etiam exceptione doli ſe defendere, *d. l. qui æquitate.* Infertur quarto vbi competit exceptio in factum, ibi etiam præſtari exceptio-
6 nem doli, allegato, *§. item quæritur, verſ.* & generaliter. † Fallit regula, & officium
ſuum perdit, quando is, qui petit eſſet in tali ignorantia quæ ipſum excuſaret à dolo, *eodem §. item quæritur, verſ.* nam ſi inter initia, exemplum erit in hærede, qui ignorans defunctum feciſſe pactum de non petendo, rem petebat à debito-
7 re † Secundo reſtringitur quando reuerentia perſonæ excluderet iſtam exceptionem doli iuxta text. in *d. l. apud Celſum. §. aduerſus parentes. ff. de except. doli*, ſed vide *infra*
8 *reg. 31. num. 4.* Eriſta † exceptio noſtræ regulæ quæ facit petentem videri in dolo eſt
illa quæ generalis appellatur, eum detur in locum cuiuſcunque alterius exceptionis, de qua eſt gloſſ. in *l. ſi executione. C. de non numer. pecun.* & propterea *Pract. Papienſ. in forma reſpon Rei conuenti, gloſſ. in verſ.* doli exceptione, inquit bonum eſſe conſiliũ, quoties dubitatur de certa ſpecie exceptionis, ſemper opponere hanc exceptionem generalem doli, quæ ſufficit pro omnibus & in proceſſu liquidare, de certa ſpecie exceptionis, veluti ſolutionis, vel pacti, vel iuſiurandi, vel præſcriptionis.

REGVLA 26.

Stipulatio Dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe promiſſorem & eius hæredem tantum obligat.

1 *Iura, vnde regula ſumitur.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Stipulatio habere licere ſpondes; huius regulæ ſtipulationi ſimilis.*
4 *Altera ratio regulæ.*
5 *Non videtur aliquis in dubio, niſi pro ſe promittere, quis poteſt obligare.*
6 *Stipulatio doli, vt contineat extraneam perſonam; eius expreſſionem deſiderat, & adiectionem pœnæ.*
7 *Sed contra quod ſufficiat ſola adiectio pœnæ.*

1 NAſcitur † ex *l. Stipulatio iſta habere §. ſi quis dolum malum. ff. de verb. oblig. ex l. nouiſſima. ff. iudicatum ſolu.* verba ſunt §. ſi quis dolum malum promiſſoris hæredisque
2 eius abeſſe velit, ſufficere abeſſe, abfuturũq; eſſe ſtipulari. † Ratio regulæ exprimitur
in alleg. *l. nouiſſima*, quoniã ſe. verbũ abfuturumq; eſſe pleniſſimũ eſt, & ad omne tẽpus

refer-

referatur, vt ſi aliquo tempore non abfuerit dolus, quia verum ſit non abfuiſſe com-
3 mittatur hæc clauſula; † Similis huic ſtipulationi eſt illa ſtipulatio habere licere ſpon-
des; quæ hoc continet, vt liceat habere, neq; per promiſſorem nec per eius hæredem
fiat, ita eſt n. iuris interpretatio *d. l. ſtip. iſta*, in principio & ibi *Bar. in ſummario, & Duare.*
4 *d. § ſi quis dolum.* † Alia quoq; ratio mihi reg. videtur, quod cùm factum alienum non
poſſit promitti, ſed ſuum tantum, & ſucceſſoris *d. l. ſtipulatio iſta*, nemo videtur in dubio
promiſiſſe, niſi pro his, quos poteſt obligare, ne videatur mutilem ſtipulationē fecisse,
quippe ſemper facienda eſt illa præſumptio, ne videatur quis facere voluiſſe actu in-
ualidum. *l. 3. ff. de milit. teſt. Alciat. reg. 3. præſumpt. 35.* Vt autem ſtipulatio doli contineat
etiā extraneā perſonā, ita q; promiſſor non ſolū de dolo proposito & hæredis; ſed etiā de
5 dolo extranei obligetur, duo ex ſententia *Bar.* deſiderātur, † Alterū q; in ſtipulatione fiat
expreſſa mētio extranei. Alterū q; pœna adiiciatur, *Bar. in d. §. ſi quis dolū* nimirū vt liqueat
de mēte cōtrahentiū. Adiicitur pœna, vt obligatio valeat, & *Bar.* adhæret *Ang.* ibi, & *I-*
6 *mol.* inq;t, q; forſitan dictū *Bar.* ſeruaretur *in praxi.* Cæterū contrariā † ſententiam eſſe
longe veriorem, & ſufficere ſolam promiſſionem pœnæ ad comprehendendam per-
ſonam extranei probat tex quo non præſtantior alter in *d. l. nouiſſima*, etenim cū dixiſ-
ſet I C. illā ſtipulationē dolū malū abeſſe, abfuturumq; eſſe, nō cōtinere extraneū, ſub-
nectit, ſin autem adiectum ſit, ſi huius rei dolus malus non aberit, quanti ea res eſt dari
ſpondes, etiam ob extranei dolum promiſſor pœnæ. Ecce nulla eſt habita mentio ex-
tranei in hac adiectione, & tamen ipſe continetur, id quod, & dilucide quoq; conſtat
ex *d. l. Stip. iſta. §. ſi quis dolum, verſ. ſi vero de plurium dolo.* Solutio autem *Bart.* quod in alle-
gatis iurib. ſupponatur facta mētio extranei, digna eſt Oedipo, qui diuinator erat, nul-
lum quippe verbum eſt in eo reſponſo vnde illud ſuppoſitum colligi poſſit, vt non in-
iuria *Imol. & Iaſ.* diſſentiant à *Bart* ea ratione, quod adiectio pœnæ, fruſtra fieret in illa
ſtipulatione, ſi pro hæredibus tantum valeret, cum explorati iuris ſit pro hæredis obli-
gatione, pœnam non eſſe neceſſariam. Confirmo; verba ſtipulationis ſua vi continent
extraneum, & propter adiectionem pœnæ valet oblig etiam pro dolo extranei, nihil
eſt quod repugnet, quin extranei quoque dolus comprehendatur, quod ſecus eſt in
prima ſtipulatione ſine pœna, cuius verba ſunt apta continere extraneum, ſed obliga-
tio non valet.

REGVLA 27.

Conſtitutio pœnam capitalem imponens, habet tacitam clauſulam, ſi dolo commiſſum ſit delictum:

1 *Leges ex quibus hæc regula ſumitur.*
2 *Ratio reg.*
3 *Mors vltimum terribilium, & morborum medicus poſtremus.*
4 *Nulla mors inquietior, quam quæ ſtatim tota venit.*
5 *Vtrum occidens aliquem tanquam bannitum, qui vere non erat; ſit aliqua pœnā plectendus.*
6 *An reg locum habeat, quando pœna ſtatuti, vel conſtitutionis, non eſſet capitalis.*

1 COlligitur ex *l. cum autem* † *redhibitio; §. accipitur ff. de ædilit. edict.* ibi capitalem frau-
dem admiſſo dolo malo, & per nequitiam. † Ratio videtur eſſe in grauitate pœ-
2 næ, neq; tam grauis pœna videtur à lege impoſita propter culpam, cum mors † ſit vl-
timum terribiliū. *Ariſt. 3. ethicor.* & vltimus morborū medicus, vt refert *Stobeus*, eoq; ma-
3 gis quod luctuoſiſſimum eſt mortis genus, quod non venit à natura, ſed à iudice, quia
nulla mors inquietior, quam quæ ſtatim † tota venit, ſicut *Quint. dixit 2. declam* Rur-
4 ſus quia priuare ciuitatem vno ciue, vt accidit quando mortis pœna aliquis plectitur;
non debet fieri ſine magna cauſa, & tunc ſolum, quando atrocitate criminis, oſtēditur
quaſi putridum membrum, vt neceſſarium ſit ſecare, ne corpus vniuerſum inficiat.
5 *Quæſt.* 1. Ex hac regula *Nell. de Bannitis in 2. parte 2. tēporis; quæſt. 16. num. 26.* infert ad †
quæſt. Caius ſciebat Titium Iohannis eſſe Bannitum; videns alium quempiam Ti-
tium Ioannis, occidit, qui vere non erat Bannitus an ſit pœna capitali feriendus,
tractat articulum *Aretin. in leg. ſi cum ſeruo. ff. de iniur.* & ait ſi iuſtam habuit cauſam
credēdi, forſitan quia publice ita cōmuni æſtimatione tenebatur, & euadit impunitus

l. 3. ff. ad Maced. & l. Zenodorus. C. eod. tit. Aut non reputabatur omnium opinione banni-
tus, verum ex aliqua iuſta cauſa fuit adductus ad ita credendum, & tunc cum dolo ca-
reat non plectitur ordinaria pœna: *l. Cornelia per l. in lege. ff. ad l. Cornel. de Sicariis*, ſed pro
modo culpæ latæ, vel leuis erit plectendus.

6 Ampliat † *Bald. reg.* in ſtatuto quocunq; pœnali, vt ſcilicet tacite dolus intelliga-
tur in ea *l. fin. per gloſſ. ibi ff. quod quiſq; iuris*, refert *Iaſ. in l. 1. num. 20. & 21. ff. de legib.* Verum
quando pœna non eſſet capitalis, puto recurrendum ad diſtinctionem *Bart. in l. 1. ff. ſi
quis teſt. liber. eſſe iuſſ. fuer. n. 2. cum ſeq. & Saly. l. 2. C. de noxalib.* ad hanc reg. *Iaſ. in d. l. 1. n. 21.*
vbi multos, graueſque doctores in confirmationem ipſius allegat.

Regvla 28.

Dolus, ex propoſito, & Dolus re ipſa æquiparantur.

1 *Ex quibus legibus reg. veniat.*
2 *Ratio reg. duplex.*
3 *Dolus præſumptus proprie dolus.*
4 *Æquiparatio procedit, quoad reſcindendũ actum.*
5 *Diſpoſitio c. quamuis de pact. in 6. habet locum in vtroque dolo.*
6 *Idem iuris in* auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit.
7 *Et in capit. cum contingat extra. de iure iur.*
8 *Dolo præſumpto futuro, ex læſione reſultãti, non poteſt renunciari.*
9 *Enormiſſimæ læſioni, non valet renunciatio.*
10 *Procedit reg. quo ad producendam exceptionem.*
11 *Dolus ex propoſito, differt in multis à dolo re ipſa, remiſſiue.*
12 *Alia declaratio regulæ.*

1 DEſumitur ex † *l. 1. in fin. ff. de exceptione doli, ex l. ſiquis cum aliter. ff. de verb. obl.* ibi, qui o-
nim per dolum obligatus eſt, competit ei exceptio, id eſt, & ſi nullus dolus inter-
2 ceſſit, ſed ipſa res in ſe dolũ habet; † Ratio reg. eſt, quia dolus re ipſa eſt dolus præſum-
ptus, & ita proprie dolus, cum ſint duæ ſpecies doli verus, & præſumptus, *Bart. in l. quod
Nerua col. 2. verſ. debetis ſcire. ff. depoſit.* refert, & ſequitur, *Curt. Iun. conſ. 141. num. 6. Cephal.
3 conſ. 62. n. 24. vol. 1. Gram. conſ. 128 poſt num. 3. in ciuil.* † Alia quoque ratio forſitan poteſt
adduci; quoniam ſcilicet quantum ad eum, qui læſus eſt parui refert, per dolũ ex pro-
poſito, an per dolum re ipſa, quo ad intentionem, etiam, & mentem legis, quæ cupit ne
ciues ſua re male vtantur, vt eos habeat, quam maxime diuites. *§. fin. Inſt. de his, qui ſunt
ſui. vel alien. iur.* paria ſunt, quod maleuolo alicuius conſilio ſit circumuentus, vel re i-
4 pſa læſus † Declaratur autem regula, vt locum habeat, quoad reſcindendum cõtra-
ctum, *Cephal. d. conſ. 142. n. 28 & 29. vol. 1.* Dec. *conſ. 39. n. 9. verſ. nam ex enormi, & con. 60.
col. pen. ad fin. & conſil. 459. n. 17. & conſil. 551. n. 4. Cag.* qui dicit eſſe com. opin. *in l. 2. n. 98.
C. de reſcind. vend.* Dec. *conſil. 180. col. 3. &* 4 vbi de communi teſtimonium affert, *Pedem.
deciſ. 41. n. 2. Pariſ. conſil. 96. lib. 1. & conſil. 20. num. 46. & conſil. 208. & 209. vol. 1. Crot. conſil.
120. volum. 1.*

5 Et ideo infertur, quod diſpoſitio † *c. quamuis de pact. in 6.* ceſſat non ſolum in
dolo ex propoſito; ſed etiam re ipſa latiſſime *Cephal. conſ. 142. verſic. ſecundo quoniam. n.
25. cum ſeq. vol. 1. & conſil. 137. num. 62. & 71. & conſil. 72. eodem volum. & conſil. 82. n. 25. eo-
6 dem volum.* & ita ea non obſtante poterit contractus reſcindi. Idemque iuris † in *auth.
ſacramenta puberum. Cod. ſi aduerſ. vend.* vt etiam in dolo re ipſa locum non habeat, *Dec.
7 conſil. 45. n. 1. Cephal. d. conſil. 137. n. 75.* dicens ita paſſim tenere omnes, & *n. 63.* ait † tantũ-
8 dem eſſe dicendum, quoad diſpoſitionem *cap. cum contingat de iure iur.* † Infertur et-
iam quod ſicut non poteſt renunciari vero dolo futuro ita, nec dolo præſumpto re-
ſultante ex hac læſione, *Caſtr. in l. ſi vnus. § illud. ff. de pact. Cephal. dict. conſil. 137. n. 75.* & in
9 ſpecie, non valere renunciationem enormiſſimæ læſioni conſultus, reſpondit *Dec. conſ.
2. col. 5. conſil. 11. & conſil. 39. cum aliis adductis à Ceph. conſil. 162. num. 3. volum. 1.* Declaratur
10 vt † obtineat quoad producendam exceptionem, *Rom. in l. ſiquis cum aliter. ff. de verbor.
oblig.* per illum tex. qui probat ad litteram idem eſt ſi nullus dolus interceſſit; ſed ipſa
11 res in ſe dolum habeat *l. 2. §. circa. ff. de excepe. doli*, †
In multis autem dolus ex propoſito, differt a dolo re ipſa, vt diximus in quarta di-
uiſione doli n. 1. vbi quid eſſet vterque dolus, quos produceret effectus, aliaq; ad orna-
tum hu-

tum huius regulæ congeſſimus non ſpernenda, † declaratur, vt æquiparatio procedat quoad dolum ex propoſito, qui dicitur incidẽs, non quoad illum qui dicitur dare cauſam, vt ſupra in titulo de dolo incidente in fine.

REGVLA 29.

Dolus ſemper præſumitur in eo, qui ſemel fuit verſatus in dolo.

1 *Ex quibus iuribus reg. deſcendat.*
2 *Quæ ſit ratio regulæ.*
3 *Ampliatio regul. vt locum habeat etiam in culpa.*
4 *Hæc præſumptio hominis ſit, an legis.*
5 *Ampliatio, vt procedat in alio genere doli, ſi connexitatem habeat cum alio dolo.*
6 *Ampliatio, vt à præſenti dolo, præſumatur ad præteritum.*
7 *Si dolus ſit emendatus, ceſſat reg.*
8 *In diuerſo quoque genere doli, perdit officium ſuum.*
9 *Non militat etiam in his doloſis actis, quæ ſolo temporis curſu, atque ætate mutantur.*
10 *Declaratio reg.*
11 *Caſus ſimilis huius reg.*

1 PRofluit † hæc regula tanquam riuus ex fonte ex *l. in eandem iuncta gloſſ. in verſ. incidatis. C. de furt. ex l. cum. C. ſi quis Imperator maled.* ibi ex perſonis dicta penſamus, ex *l. 1. iuncta gloſſ. in verſ. non occidendi animo l. de ſicar. ex l. cum allegas. C. de vſur. ex l. fin. ff. de*
2 *actio. & oblig.* quæ iura deducit *Roman. conſ. 54. num. 6.* Ratio † regulæ videtur, quoniam malum ex malo ſemper præſumitur ſicut bonum è bono, ratio rationis, quia mutatio non præſumitur, *gloſſ. in l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſdar. cogun. Alciat. in regul. præſumption. in princip.* Delectantur enim homines cum malefecerint, præſertim, ſi res ſucceſſit impune; Alia ratio quia ſicut ab initio de homine, nihil mali ſuſpicamur quia à natura bona progenitus eſt, ita natura ſemel ad malum conuerſa; nihil boni poteſt de ipſo præſumi, Arbor namque mala creditur malos fructus facere quemadmodum bona; bonos, & *Cicero pro Cluentio* perinde, vt opinio eſt de cuiuſq; moribus, ita quod ab eo factum ſit exiſtimari poteſt. Accedit, quod ſemel malus, *c. ſemel malus de reg. iur. in 6.* ſic quoque ſemel doloſus, non iniuria præſumitur ſemper doloſus, dolus enim malus eſt, adeo, vt, numquam pronuncietur, ſine iſto adiuncto, palam eſt in *Rub. in tit. ff. & Cod. de dolo malo*; Hinc *Quintilianus lib. 5. inſtit. cap.* 10. ſpectanda quidem ſunt, ante acta, dictaque, ex præteritis enim æſtimari ſolent præſen-
3 tia, Allegant hanc regulam *Rom. dict. conſ. 54. & Menoch. lib. 5. præſumpt. 32. per tot.* † Extenditur regula, vt procedat in culpa, vt qui ſemel fuerit in culpa credatur eſſe ſemper in culpa per text. in *c. ſcribebam de præſump.* vbi ſemel negligens præſumitur quod in futura erit negligens & eo inferunt *Ioan. Andr. Imol. Fely.* q, is qui negligenter ſtuduit, in iure Canonico præſumitur, quod negligẽter ſit daturus operam ſtudio iuris Ciuilis; & is, qui ſemel fidem non obſeruauit, præſumitur quod nec in poſterum ſit ſeruaturus;
4 Præſumptio huius † regulæ eſt iuris, magis, quàm hominis, ad inſtar illius præſumptionis ſemel malus, &c. quippe quia ſcripta videtur in lege, non in hominis, ſiue iudicis arbitrio relicta; nam lex ex dolo ſemel commiſſo, præſumit, & nouum dolum in perſona primi doloſi, cuiuſmodi arbitror eſſe illam, quod ſemel periurus præſumitur peieraturus in futurum *cap. paruuli 22. quæſt. 5. & c. litteras extr. de præſumpt. Alciat. reg. 2. præſumpt.* 10. quia lex ab vno periurio, ad nouum periurium præſumptionem ſuam
5 ducit. Ampliatur † etiam regula vt non modo vires habeat in eodem genere doli, vel ſimili; ſed in diuerſo, ſi modo connexitatem habeat cum primo; quemadmodum extenditur regula ſemel malus, vt vendicet locum etiam in diuerſo genere mali, connexo tamen, & valde coniuncto hinc mulier luxurioſa, præſumitur etiam prodiga gloſſ. in *l. & mulieri de Curat. Furios. Tiraquel. de leg. Connub. l. 9. num,* 106 vt ſi defuncti conſanguineus dolo perſuaſit ſcripto hæredi, ne adiret, perſuaſerit etiam eius ſubſtituto; ſi conſtet quod iſta perſuaſio fuerit doloſa, præſumitur etiam ſecunda facta cum dolo, nimirum vt hæreditas non adita ad ipſum iure ſanguinis pertineat.
6 Extendirur † vt à præſenti dolo ſemel commiſſo, præſumatur ad præteritum, vt in ſimili, dicimus viduã deprehenſam in fornicatione, præſumi viuente quoq; marito

fornicatam, §. *vlt. in auth. de restit.* & ea, quæ parit in vndec. mot. *Alciat. de præſumption.*
9. & infert ad vltimam illam quæſt. excitatam à *Caſtrenſ. in l. Sororem num. 4. Cod. de his,*
quibus, vt indig. & latiſſime tractatam à *Doct. in rub. C. de edend.* An ſtatutum priuans nu-
ptam, ob commiſſum adulterium dote, intelligatur etiam priuare viduam ob ſtu-
7 prum. Reſtringitur † autem regula vt non procedat in doloſo poſtea emendato, ar-
gumento text. in §. *hinc autem nobis, verſ. nam, etſi vitium, in authent. de monach. & ibidem*
Angel. Alberic. in l. omni modo numero 3. Cod. de inoffic. teſtamento Roman. conſil. 236. vt
præmiſſa conſultatio *num. 6. Alciat. reg. 2. præſumpt. 7. num. 2. verſ. 2.* limitatur. *Dyn. in*
reg. ſemel malus. Rolan. conſ. 63. num. 12. lib. 3. ſicut, & in hac ſpecie ceſſat præſumptio reg.
8 ſemel malus, *Dyn. & Alciat. d. loco;* perdit † etiam officium ſuum hæc regula in diuerſo
prorſus genere doli, vt qui dolum fecerit in contractibus, non præſumatur facturus in
iudiciis, & qui dolum fecit ludendo; non credatur facturus perſuadendo, non ſecus;
ac regula ſemel malus, quieſcit in diuerſo genere doli, *Alberic. in d. l. omni modo numer. 3.*
9 *C. de inoffic. teſtament. Bart. in l. Caßius. ff. de Senator. Dyn. & Alciat. in allegatis modo locis,* †
Rurſus limitatur in eo genere doli, qui ſolet curſu temporis mutari; vt ſi quis iuuenis,
doloſe puellam perſuaſerit, ſui copiam præſtare; Senex factus non præſumitur, do-
lum in eadem materia veneris facturus; flaueſcit enim in ſenectute libido, præſumi-
tur cum ætate, non ſolum diminui; ſed etiam extingui, *Bart. in l. ſi cui. §. iiſdem num. 8.*
10 *de Accuſat. Alciat. reg. 2. præſumpt. 7. tertio limita.* † Declaratur regula vt tunc ſit illi locus,
quando de futuro dolo, quærimus, de præterito. n. ſit ad futurum dolum præſumptio,
cæterum à ſemel commiſſo dolo, ad præſentem dolum, non inducimus præſumptio-
nem iuris, ſed ſuſpicionem tantum, *Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 7. verſ. quarto in-*
11 *tellige, Alberic. in d. l. omni modo num. 3. C. de inoffic.* † Plures ſunt huic regulę ſimiles caſus
in iure, quibus velut exemplis poteſt declarari. Vt qui ſemel eſt Calumniatus, in futu-
rum præſumatur calumniaturus, *l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſ.* & qui ſe male geſſit in mili-
tia, præſumitur, quod & in futurum male ſe gereret, *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mi-*
lit. ſicut, qui ſemel fidem, non ſeruauit, præſumitur q; nec in poſterũ ſit obſeruaturus;
gloſſ. Bald. & Roman. in l. Cornelia. C. ad Syllanianum; inferentes, quod licet quis eſſet re-
laxandus à carcere dato fideiuſſore; tamen ſi ſemel aufugerat, nõ debet relaxari,
cum aliis multis, quæ ponit copioſe, *Menoch. d. præſumpt. 32.* quæ cum ſimiliſſima ſit huic
noſtræ præſumptioni, eius dicta poſſunt præſenti regulæ pro maiori parte accommo-
dari.

REGVLA 30.

Exceptio doli, ſuccedens in locum alterius exceptionis, regulatur
ſecundum naturam illius in cuius
locum ſuccedit.

1 *Leges, quæ hanc regulam conſtituunt.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *In quarum exceptionum locum ſuccedat exceptio doli.*
4 *Exceptio doli in locum alterius ſuccedens, & ſic generalis non videtur otioſa.*
5 *Tutus generali exceptione doli, ſi ſoluat repetitionem habet.*

1 SVmitur † ex *l. 2. §. & generaliter. ff. de except. doli,* vbi Bartol. ita colligit in compen-
dium, exceptio doli, ſi in locum alterius exceptionis ſuccedit, regulatur ſecundum
2 naturam illius in cuius locum ſucceſſit; † Ratio regulæ deducitur ex notiſſimo illo
axiomate, ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. *l. vni. C. de rei*
3 *vxor. act. §. fuerat, Inſtit. de action.* † exceptio doli, ſuccedit in locum non numeratæ pe-
cuniæ, *l. 2. §. circa. ff. de exceptione doli,* nam ſi pecuniam non mutuaſti vere, ſed quaſi
mutuaueris petas, es in dolo, & ante biennium, competet non modo exceptio non
numeratæ pecuniæ; ſed, & doli, vt in ſimili text. in *d. l. 2. §. item quæritur,* adeo, quod
exceptio doli generalis, datur etiam habenti aliam actionem, regulariter non compe-
tat actio doli, *l. 1. §. 1. & ſequent. ff. de dolo,* elapſo autem biennio, remanet ſola exceptio
doli per quam tutus eſt, is qui confeſſus erat accepiſſe mutuam pecuniam.

Secundo hæc exceptio ſuccedit in locum exceptionis pacti, de non petendo, *d.*
§. item quæritur, vbi dicitur, dolo eum facere, qui contra pactum agit.

Tertio

Tertio ſuccedit in locum iuſiurandi præſtiti; Etenim ſi te deferente iuraui nõ debere, & deinde petas, dolo facis, cum me iudicem feceris in illa cauſa. Quinto ſuccedit in locum exceptionis, intentionis, & facti; quod accidit quando, actor ſine actione agit de facto, Reus enim excipit de facto, vel de dolo quis enim dubitat eum dolo agere, qui ſine actione agit, *d.l.2.§.circa.* præſertim cũ in legẽ committat, quę vetat, quemquã ſine actione experiri, vulga iur. de hac exceptione. quatenus in locum alterius ſuccedat, eſt gloſſ. Magiſtralis in *l. qui ſe debere in verſ. exceptione. ff. de cond. cauſa, dat. cauſ. cum ſe-*
4 *quene. & in l. qui exceptionẽ. ff. de cond. in debit.* in verſ. pecuniam, vbi *Accurſ.* † notanter ait, hanc doli exceptionem generalem, non eſſe odioſam, ſed ſpecialem tantum, effectus
5 autem eſt, quod tutus generali exceptione doli, † ſi ſoluat repetitionem habet, vt non obſcure ſentit, *Accurt. d.l. qui exceptionem*, quod maxime verum eſt, quando doli exceptio ſucceſſit in locum alterius exceptionis fauorabilis, vt eius naturam imitetur per regulam ſubrogatorum.

REGVLA 31.

Qui iuſtam aliquam exceptionem habet, tutus eſt etiam exceptione doli.

1 *Ex quibus iuribus regula deducatur.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Exempla regulæ.*
4 *Limitatio reg. de cuius veritate dubitatur.*
5 *Contra ementem actionem à doloſo, datur exceptio doli.*

1 COlligitur † ex *l. qui æquitate. ff. de exceptione doli*, in qua Papinianus ait, qui æquitatẽ
2 defenſionis infringere actionem poteſt, doli exceptione tutus eſt. † Ratio regulæ videtur; quia ſi iuſta eſt exceptio, neceſſe eſt actionem eſſe iniuſtam, & ſi æqua eſt defenſionis cauſa, conſequens eſt iniquam eſſe agendi occaſionem, cum contrariorum contraria ſit natura, & cuius oppoſitum eſt bonum, eius contrarium eſt malum;
3 † Exempla regulæ ſunt, veluti ſi quis pacti de non petendo, vel iuſiurandi exceptio-
4 nem haberet, vel etiam ſolutionis, aut tranſactionis; † limitatur autem, quando actor ex qualitate perſonæ, non admitteret exceptionem doli, gloſſ. in *d. l. qui æquitate*, idemque iuris, ſi actor dignitate excelleret, Reus vero eſſet humilis, puta conſularis contra plebeium, aut homo vitæ emendatioris, aduerſus luxurioſum, & prodigum, *l. non debet. ff. de dolo*, Hæ namque perſonæ exceptione doli non repelluntur, ex allegatis iuribus. Plane an vera ſit hæc limitatio, non parum dubito; quippe quia allegatæ leges loquuntur in exceptione doli ſpeciali, quæ odioſa eſt, & opinionem ſugillat, Regula procedit in exceptione generali, quæ odioſa non eſt, gloſſ. *in l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb.* & diximus ſuperiori regula, proinde recurrendum eſt, ad ea, quæ poſuimus *ſupra lib. 4. in titulo de exceptione doli, quæſt.* 1. in qua articulum ventilauimus, hæc quoque exceptio doli, datur contra ementem actionem à doloſo, *Bart. in l. 4. §. apud Iulianum num. 2. ff. de exceptione doli.*

REGVLA: 32.

Petens ſine cauſa, eſt in dolo.

1 *Leges, vnde naſcitur regula.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Exempla regulæ.*
4 *Declaratio regulæ.*
5 *Limitatio regul.* & num 6.

1 DEducitur † ex *l. 2. §. circa. ff. de exceptione doli*, ibi ſi quis ſtipulatus ſit ſine cauſa, deinde ex ea ſtipulatione experiatur, exceptio vtique doli mali, ei nocebit, & ex §.
2 *ſequenti eiuſdem legis.* † Ratio regulæ eſt quia petit, quod ſibi non debetur, & hoc ſibi vult *Iuriſconſul. in d. §. circa*, dum ait licet enim eo tempore, quo ſtipulabatur, nihil dolo malo admiſerit, dolo facit ex ea ſtipulatione petere, & cum nemo ſine cauſa obligetur, nec ſine cauſa, cuiquam debeatur, argumento *l. cum de indebito. ff. de probat. & l. nuda ratio ff. de donat. & c. ſi cautio de fide inſtr.* iniuſte petit; iure igitur dicitur eſſe in dolo. †
3 Exẽpla reg. ſunt *in d. §. circa*; veluti ſi creditur' tibi pecuniã, ſtipulat' ſum, certa die reddi; nec data eſt, ſi contra te egero, ſum in dolo; aut ſi mulieris nomine dotẽ ꝓmiſero aut

Digitized by Google

ſponte donationem propter nuptias, quę ſequutę non ſint, petens à me dotem vel do-
nationẽ, dolo facit, nõ eſt enim ſequuta cauſa promiſſionis, *d. §. circa in fine, & § penult.*
4 *inſt. de donat. l. 1. cum ſequent. C. de donat. ante nuptias.* † declaratur regula vt obtineat, ſiue
is, qui petit nullam habuerit cauſam petendi, ſiue habuerit, eaq; finita ſit, & extincta,
ſiue non fuerit cauſa ſequuta, *d. §. circa.* Nullam habuit ab initio, quando nulla præce-
dente ſua, vel authoris ſui cauſa crediti, nihilominus petit; non fuit ſequuta cauſa, vt in
promiſſione dotis, non ſequuto matrimonio, fuit extincta, veluti ſi quis contra fide-
5 iuſſorem ageret, recepta pecunia a principali debitore; † limitatur ſi is, qui petit, iu-
ſtam haberet ignorantiæ cauſam, quod enim ſi authori ſuo factam eſſe ſtipulationem
in inſtrumento deprehendat, reddendæ pecuniæ, neſciens mutuatam non fuiſſe pe-
cuniam, *l. qui in alterius. ff. de reg. iur.* & in terminis *text. in d. l. 2. §. item ſequitur, verſ.* nam,
6 & ſi inter initia; † reſtringenda etiam videtur, quando eſt facta promiſſio ex aliqua
falſa cauſa, vtraque parte ſciente, eam eſſe falſam, vt per *Bart. d. §. circa in fin.* ratio vide-
tur, licet non alleget, quia cum ſcienti, & volenti non fiat dolus, *l. cum donationis. C. de
tranſaction. l. nemo fraudare. ff. de reg. iur. l. venditori. C. de reſcind. vendit.* petens, non facit
dolo, cum aduerſus ſcientem experiatur; vel ratio ſit, quod cum debitor ſciens cau-
ſam eſſe falſam, nihilominus promiſerit, videatur animo donandi ſpopondiſſe; pro-
inde nõ circumuenitur, dum vocatur in iudiciũ argumento *l. cum per errorem. ff. de re-
gul. iur.* vbi *Dec. & Cagnol.* ſed ſtante hac ratione, non eſſet vera limitatio, quippe po-
tens, haberet cauſam petendi ſcilicet donationis cauſam.

REGVLA. 23.

In pari cauſa doli, melior eſt conditio poſſidentis.

1 *Iura ex quibus reg. producitur.*	3 *Exempla regulæ.*
2 Ratio regulæ.	4 *Illationes ex reg.* & num. 5.

1 COlligitur regula tamquam † ex ſua arbore fructus ex *l. ſi procurator. ff. de exceptione
doli*, cuius ſummarium his verbis conſtat in pari cauſa turpitudinis potior eſt cõ-
ditio poſſidentis, ex *l. 4. §. Marcellus eod. tit.* cum longe æquius ſit ex eo, quod per fide
geſtum eſt, actorem nihil conſequi, ex *l. ſi ob turpem. ff. de condict. ob cauſ.* ibi, porro autem
ſi dantis, & accipientis turpis cauſa ſit poſſeſſorem potiorem eſſe, ex *l. cum par delictum.*
2 *ff. de reg. iur. c. in pari d. l. cũ de reg. iur. in 6.* Ratio † regulæ eſt, in *d. §. Marcellus*, ibi; cum
longe, æquius eſt, &c. & in *d. l. ſi procurator*, ibi, nam turpiter accepta pecunia iuſtius
3 penes eam eſt, qui deceptus eſt quam qui decipit. † Exemplum regulæ ſumitur ex al-
legata, *leg. ſi procurator*, in qua procurator Rei turpiter accepit pecuniam, vt proderet
Reum; pateretúrque ſeſe condemnari, præuaricationis crimen contrahens, cum pro-
diderit cauſam, *l. 1. ff. de præuaric.* actor quoque turpiter dedit, quando iniuſto, atque il-
licito præſidio voluit ſententiam redimere potius, quam per legitimos tramites, vel
per viam iuſtitiæ peruenire, & diffidentia forſitan iuſtæ ſententiæ in pecuniæ corru-
ptelam, ſpem negocii reponere, *t. 1. C. de pœn. iud. qui mal. iudi.* Alterum exemplum eſt in
eo qui dederit iudici pecuniam, vt fauorabilem ſententiam obtineret, ſiue in bona, ſi-
ue in mala cauſa, ſententiam, data pecunia pro ſe ferri pactus eſſet, etenim ſi vt male
iudicetur numerata ſit pecunia clarius eſt q̃ egeat probatione ſi in bona cauſa pronũ-
cietur, adhuc crimen contrahitur, iudicem enim corrumpere videtur, *l. 2. in fin. de con-
dict. ob turp. cauſ.* & iudex turpiter facit iuſtitiam vendens, quam gratis teneatur admi-
4 niſtrare; † Infertur quod, in pari cauſa doli, non dabitur ſoluenti repetitio, *l. 3. ff. de cond.
ob turpem cauſam.* in illis verbis, vbi dantis, & accipientis turpitudo verſatur, non poſſe
repeti dicimus, *l. ſi ob turpem eod. tit.* ibi ſi, & dantis & accipientis, turpis cauſa ſit poſſeſ-
ſorem potiorem eſſe, & ideo repetitionem ceſſare, & *l. ſi procurator. ff. de exceptione doli*,
5 ibi nec hoc quod accipit procurator auferri ab eo poteſt; Infertur † præterea aduer-
ſus doli exceptionem, non dari replicationem doli, *l. 4. §. Marcellus de except. doli*, hoc
pacto, numquid remaneat poſſeſſoris cauſa melior, cum eius exceptio actoris repli-
catio ne minime elidatur? conferunt ad hanc regulam multa quæ tradita ſunt in alia
regula dolus cum dolo compenſatur.

De

De Regulis doli negatiuis.

CONgeſſimus regulas, quas aſſerendo, affirmandoque leges noſtrę producunt, atque conſtituunt, proximum eſt ex ordine, vt negatiuas exequamur, quarum expoſitionem inchoandam exiſtimamus ab eæ, quæ negat ſcienti, aut volenti dolum fieri, eſt enim adeo celebris, vt merito priorem locum ſibi debeat vendicare.

REGVLA 34.

Dolus non infertur ſcienti & volenti.

1 *Iura ex quibus reg. ſumitur.*
2 *Ratio reg.*
3 *Exempla Regulæ.*
4 *Extinctio reg. vt procedat etiam, quoad iniuriam, qua etiam non fit volenti.*
5 *Extenditur ad omnem dolum, tam ex propoſito, quam re ipſa*
6 Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. *an ceſſare debeat, quando debitor ſciebat verum rei valorem.*
7 *Data communi opinione affirmatiua limitatur in vendente ex cauſa neceßitatis.*
8 *Ampliatur in dolo incidenti, & in dolo dante cauſam.*
9 *Ampliatur non ſolum in ſciente, ſed etiam in ſcire debente.*
10 *Ampliatur, vt nec actio detur ex crimine ſtellionatus.*
11 *Limitatio regulæ, quando ambo contrahentes volunt aliquid in fraudem legis facere, ſed non videtur de reg.*
12 Reſtringitur *reg. vt locum non habeat in doloſa perſuaſione: verum non videtur limitatio de reg.*
13 Reſtringitur *reg. in dolo, qui ineſt in metu, nam ſcienti, & patienti metum fit dolus.*
14 *Limitatur in caſu* l. ſi quis ſeruo. Cod. de furt.
15 *Vſurarius non obſtante conuentione vſurarum poteſt puniri.*
16 Limitatur, *quia virtute huius reg. non poteſt tolli ius fiſci.*
17 *Reſtringitur, vt locum habeat in contractibus.*
18 *Alia limitatio, remiſsiue.*

1 SVmitur † ex *l. cum donationis*, ibi; nec vnquam volenti dolus inferatur. *Co. de tranſact. l. de fideicom. C. eodem tit. l. nemo fraudare ff. de reg. iur. l. 1. §. fin. ff. de action. empt. l. ſi tam §. ei & §. in adilitiis de adilit. action. l. venditor. C. de reſcind. vend. l. 1. §. eleganter. ff. depoſit. l. 1. § fin. ff. quod falſo Tut. auth.* ibi prætor ſcienti, non ſubuenit, quoniam ſe ipſe decepit *c.*
2 *ſcienti de reg. iur. in 6.* †

Ratio reg. eſt, vt exprimit *gloſſ. in d. c. ſcienti*, nempe quia dolus eſt machinatio, circumuentio, deceptio, *l. 1. §. dolum ff. de dolo*, ſciens, & volens, non circumuenitur, nec decipitur alleg. Iuribus. Atque ita ſcienti, & volenti, non conuenit definitio doli, me-
3 rito, nec definitum. † Exempla reg. multa, tam de iure ciuili, quam de iure canonico, & primum quidem in emptore emente rem cum ſeruitute, quam non ignorabat rei ineſſe. *l. 1. § fin. ff. de action. empt.* Alterum in *l. 3. §. volentem. ff. de liber. hom. exhib.* ibi, nam qui detinet hominem liberum volentem, non tenetur illo interdicto quia dolo caret;

Tertium in *l. non putauit. §. qui ſua manu. ff. de contra tabul.* in qua valet exhæredatio ſcripta manu filii exhæredati quoniam videtur eſſe ſine dolo patris, & ſine iniuria filii, quartum eſt *in d. l. 1. §. eleganter*, in quo ſi depoſitos apud me nummos à ſeruo tuo, ea lege, vt tibi eos reddam pro precio ſerui manumittendi, egoque reſtituero tibi certiorato, non poſſum conueniri actione depoſiti, quia ſciens recepiſti, careo igitur dolo; Quintum exemplum eſt in homine ingenuo, qui ſciens duxit Ancillam in vxorem, contra *cap. ſi quis ingenuus, & c. ſi fœmina. 29. quæſt. 2.* vltimum eſt in Clericis, qui ſcienter, & voluntate iocoſa ſeſe ad inuicem percutiunt. *capit. primo de ſententia excommun.* Deducunt regulam vltra *Doct. in alleg. Iuribus, Bald. in leg. fœminis, Cod. ad Velleia. Socin. conſilio quadrageſimooctauo, numero quarto, vol. 4. Roland. conſilio quinquageſimonono, numero 13. volum. 1. & conſil. 75. numero vigeſimoſeptimo, eodem vol.* Pariſ. *de Synda. in §. quæro,* Dec. *conſ 583. col. 1. Bero. conſ. 30. num. 10. Caſtrenſ. conſil. 74. vol. 1. Pariſ. conſil. 52 num. 29. volu. 4. & Thob. conſilio 67. num. 19. gloſſ. & Imol. in l. iam ſi ff. de rei vend. Vital. de clauſ. in titulo. de abſolut. à iuramento numero ſeptimo, Medic. de fortuit. caſibus, parte prima, quæ. 10. num. 36.*

4 Extenditur † regula, vt non modo obtineat in dolo, verum, & in iniuria, vt ſcili-
cet nec ipſa fiat volenti *d.l.nemo*, *& d.c.ſcienti*, etenim iniuria eſt quatenus iniuriatus,
5 eam ſibi reuocat ad animum; † Ampliatur ſecundo vt locum habeat in omni dolo. nẽ-
pe, tam in dolo ex propoſito, quàm re ipſa per *l.venditor.C.de reſcind.vend.* & ideo ſi nõ
ex animo dolus commiſſus appareat; ſed re ipſa, ſequuta eſt maxima læſio; ſciente, &
volente eo, qui vendebat, permutabat, aut tranſigebat, non dicitur aduerſus eum ad-
6 hibitus dolus; † Proinde *Soc.Rolan.*Dec.*Thob.in locis ſupra deductis*, inferunt remedium
l.2.C.de reſcind.vend. non concedi ſcienti verum rei valorẽ, quibus accedunt alii per-
multi congeſti à *Pinello in l.2.part.2.num.10.cum ſequ.Co. de reſcind.vend.* eo argumento,
quod ſcienti non fit dolus, nec quidem re ipſa, cui conuenit *l. domum.* §. *ſimili modo.ff.*
de contrah.empt. quem plurimum extollit *Roman.in l.ſi quis cum aliter. num.15.ff.de verbo.*
oblig. fit enim doli compenſatio ex vtraque parte; Plane illius legis auxilium non ceſſa-
re ad fauorem ſcientis verum rei valorem, contra alios tenet Pinell.*ibi num.11.cum ſeq.*
dicens ita placuiſſe. *Alberic.d.l.2.num.*12. & in eandem ſententiam venire *Speculato-*
*rem in tit.de reſcind.vend.num.*12. In primis per generalitatem *alleg.l.2.& l.ſi voluntate.*
Cod.eod. quæ non diſtinguunt, an læſus ſciat, vel ignoret verum rei valorem; Deinde
quoniam Dd. communi voto teſtatur, neceſſariam eſſe ſpecialem renunciationem,
vt non ſit locus prędicto remedio. Scientia autem ſola veri valoris, non poteſt vim ha-
bere ſpecialis renunciationis, R*uy.conſ.16.lib.*4.& latius *Couarr.lib.2.Reſol.c.4.* Nec fa-
cit negocium reg. ſcienti, & volenti, &c. etenim cum *d.l.2.* voluerit ſuccurrere læſis, i-
niquitas lædentis præponderat culpæ læſi, ac damnum paſſi, vt ait gloſſ. *in l.quiſquis. C.*
de reſcind.vend. Alberic.d.l.2. merito debet iniquitas inferentis læſionem, tanquam ma-
ior attendi & eſſe locus *d.l.2.* Nec aduerſatur etiam *l.domum*, quippe tempore *dict.legis*
erat incognita diſpoſitio *l.2.* eaque ratione non potuit illam limitare, eſt enim *l.domum*
P*auli Iuriſcon.* qui floruit ſub Alexandro Seuero, & ita longo tempore præceſſit Dio-
7 cletianum, & Maximianum Authores *d.l.2.* † Si tamen demus com. opinionem pro
vera, reſtringere eam debemus, vt officium ſuum perdat, ſi ille, qui callebat verum rei
valorem, aliqua neceſſitate coactus vendidit, aut permutauit ſiquidem propter illam
8 neceſſitatem non verificatur in eo regula ſcienti, & volenti. † Ampliatur tertio; vt va-
leat tam in dolo incidente, quam in dante cauſa, quàndoquidem vterque dolus eſt,
ex propoſito, & militat ratio reg. ſcienti, & volenti, &c. quippe ſciens. nec in vno, nec
9 in altero dolo, circumuenitur. † Extenditur quarto vt procedat etiam in eo, qui ſcire
debebat, & ſi non ſciret. *Cagnol.in d.l.nemo fraudare*, vbi declarat, ſcientiam requiri ſu-
10 per contractũ. † Extende quoque vt non ſolum ceſſet actio doli, verum etiam crimen
ſtellionatus; *Crau.conſ.6.nu.*104. R*olan.conſ.75.n.26.& 30.vol.1.Bald.conſ.* 242. *Menoc.*
11 *de arbitr.Cent.4.caſu 389.num.7.&* 8. † Reſtringitur autem per *Iaſ.in d.l.cum donatio-*
nis, per *Dec. dict. leg. nemo*, vt non procedat, quando contrahentes conſentirent, &
vellent aliquid agere in fraudem legis; Etenim tunc enim præſumitur fieri ſci-
enti, & ob id agitur ad annullandum, & reſcindendum.

Porro autem hæc limitatio, mihi videtur præter regulam quæ eſt, vt non
fiat dolus ſcienti, & volenti & ſic contrahenti, limitatio eſt, quæ fit legi, ambo
enim volunt fraudem inferre legi, & non in gratiam conſentientis, & volentis,
& reſcinditur, aut annullatur actus; ſed ad fauorem legis, quæ non debet facto priua-
12 torum deludi. †

Altera eſt limitatio Decii, vt locum ſibi non vendicet in doloſa perſua-
ſione per tex. in *leg. prima*, §. *perſuadere. ff. de ſeru. corrupto*, *in leg. vni. Codice*
de rapt. virg. Verum nec iſta videtur ſecundum terminos regulæ limitatio; etenim
qui doloſe perſuadetur, recuſare, nec velle videtur, quandoquidem perſuaderi eſt
plus quàm cogi, & compelli *d.§.perſuadere*, proinde non verificantur verba regulę ſci-
13 enti, & volenti, &c. †

Tertio limitat *Bald. in lege fœminis Codice ad Velleianum*; dicens regulam
obtinere, in dolo proueniente ex animo, quia ſciens non circumuenitur, & ceſ-
ſare in dolo ex metu, nam fit ſcienti metus, metu namq; compulſus ſcit quod agit, &
14 non vellet agere, ſed propter metum agit. †

Quarta limitatio colligitur ex *lege ſi quis ſeruo Codice de furtis*, in
qua Titius ſeruum meum voluit corrumpere, vt res aliquas mihi furto ſub-
traheret; Reuelauit ſeruus iniquum conſilium; egoque commiſi, vt ad Titium
res il-

res illas perferret, inquit text. quod aduerſus eum duplex præſtatur actio furti ſcilicet
& ſerui corrupti propter dolum ipſius Titii, licet ſeruus non ſit corruptus, & licet eti-
am furtum non eſſet ſequutum, quoniam non erat contrectatio facta inuito Domino:
Ratio ſpecialitatis deducitur, ibi per *Iaſon.* ne ex huiuſmodi impunitate in alium ſer-
15 uum, qui facile poſſit corrumpi, hoc facere pertentet. † Ex quo tex. *Men. de arbit. Cent.*
4. caſu 398. num. 18. vſque ad num. 21. Infert quod Vſurarius non obſtante conuentione
vſurarum poterit nihilominus puniri, ob ſuum deprauatum animum, & quia non va-
16 let *d. reg.* ad tollendum ius fiſci. † Quinta limitatio erit, quoties dolus manet in finibus
17 contractus, & † materia non eſt apta ad crimen inducendum, etenim eo caſu ius fiſci,
non poteſt impediri quin procedat ad puniendum fauore Reipub. Quamuis impedi-
at ius partis, ſiue contrahentis, vt latè *Menoch. numer. 21.* Qui plura ad ornatum reg.
deſiderat à *Dec. & à Cagnol. petat. in dict. l. nemo.* † Sexta limitatio, quod ſcienti fiat dolus
18 per *Ruy. conſ. 98. col. 11. & conſ. 170. num. 19. vol. 1. Seraphin. de iuramento priuil. 136. num. 12.*
verſ. ex hoc.

REGVLA 35.

Quoties Dolus poteſt purgari actione ex eo contractu, in quo eſt commiſſus, non datur actio doli.

1 *Iura quæ regulam producunt.*
2 *Ratio reg. duplex.*
3 *Exempla reg.*
4 *Vtrum ſi dolus ſit in contractu ſtricti iuris detur actio doli, an vero actio ex eo cõtractu.*
5 *Vtrum aduerſus vſurariũ agi poſſit actione doli, vel crimine ſtellionatus, an actione ex eo contractu.*
6 *Purgationis verbum, quo modo accipiatur in hac reg. Quotuplex ſit purgatio; Et quid interſit, quo ad purgationem doli; An agatur actione ex eo contractu; An verò actione doli, Remiſſiue.*

1 DEducitur † ex *l. eleganter. ff. de dolo*, quatenus *Vlpian.* ait ceſſare actionem doli, ſi in-
demnitati eius, qui læſus eſt, alio modo poteſt eſſe conſultum, & quamuis hæc ſo-
la lex ad huius reg. probationem allegetur à ſcribentibus, ſunt tamen aliæ plures eiuſ-
dem argumenti, vt in *l. 1. §. merito cum aliis ſeq. eodem titulo de dolo. l. Diuus. ff. de reſt. in in-*
2 *tegr.* † ratio Regulæ eſt duplex, & prima quidẽ, quoniam actio doli eſt ſubſidiaria, iu-
re igitur alia competẽte, ipſa denegabitur; ſecunda, quia actio doli eſt famoſa ad quam
tùm demum eſt deſcendendum; cum alio remedio locus eſſe nequit *d. l. Diuus in fine.*
3 † Exemplum regulæ eſt primum, quando dolus incidit in contractu bonæ fidei, nam
cum vim annullandi non habeat, vt dictum eſt ſæpius, ad emendationem illius dam-
ni, competit actio ex eo contractu, in quo dolus incidit, cum ipſo iure conuentio te-
4 neat, & deficit actio doli; *Azzo in ſumma C. de dolo, numer. 8. verſ.* vbi autem; † Alterum
exemplum eſt in contractibus ſtricti iuris, in quibus ſiue dolus incidat, ſiue cauſam
dederit, quoniã ſtricto, & mero iure valent, pro doli purgatione præſtatur actio ex eo
contractu, doli actione ceſſante; proinde ſi dolo deceptus in contractu ſtricti iuris a-
gere velit abſtinere debet à doli actione, ſi vero conueniatur exceptione doli ſeſe, tue-
bitur, *Bart. in d. leg. eleganter; Azzo citato loco, numer. 8. verſ. ſi autem dolus per tex. in l. Dolo*
C. de inutil. ſtipulat. Allegant reg. Bart. in dict. leg. eleganter, Bald. conſil. 15. ad euidentiam vol.
1. Caſtr. conſ. 42. vol. 2. circa med. col. 1. Crau. conſ. 103. Rol. conſ. 75. n. 31. vol. 1. Cagn. in l. hoc iure.
5 *§. in contractibus, num. 2. ff. de reg. iur.* †

Et inferunt ex hac reg. Quod aduerſus Vſurarium, non poterit agi actione do-
li, non ſolum, quia ſcienti non fit dolus, vt in regula ſuperiori verum etiam, quia ha-
bet aliud remedium, nempe quia condici poſſunt vſuræ condictione indebiti *cap.*
Michael de vſur. Abb. conſil. 34. libro primo, & conſil. 81. libr. 2. Caſtrenſ. in leg. Neratius.
ff. de condict. indebit. vel competit actio ex eo contractu, vt declaretur nullus, & V-
ſurarius remedio per ius canonicum inducto.

Huic dicunt conſequens eſſe, vt non puniatur etiam criminaliter pœna ſtellio-
natus, vtpote quæ ceſſat, vbi ceſſat dolus, *leg. 3. ff. de crimine ſtellionat.* Plane aduer-
ſatur *Menoch. Centur. 4. caſu 398. à numero 16. vſque ad numer. 21.* & nos etiam dixi-
mus in *titulo de purgat. doli, quæſtio. 17.* quo loco plene, vt arbitror, tractaui materi-
6 am † purgationis doli, docens quemadmodum purgationis verbum accipiatur in

materia doli,& quo pacto ſumatur in hac regula,nempe pro pœnæ ſolutione, & damni emendatione,quod per dolum alterius in nos fuit illatum.etenim non ad alium finem agimus actione ex eo contractu, quàm vt reſarciatur damnum, quod dolo alicuius paſſi ſumus. Eo quoq; loci expoſuimus, quantum interſit,quo ad purgationem doli,agatur actione ex eo contractu,an vero actione doli.

Regvla 36.

Dolus vnius nocere alteri non debet.

1 *Leges quæ hanc reg. pariunt.*
2 Ratio reg.
3 *Dolus tutoris non nocet pupillo limita,* numer.11.
4 *Dolus procuratoris non nocet emptori,nec cuicumq;,domino.*
5 *Dolus Prælati non nocet Eccleſiæ limita,* num.11.
6 *Dolus patris, non poteſt obeſſe filiis in materia exhæredationis.*
7 *Materia ex hac regula illationes, remiſſiue.*
8 *Dolus Socii nocet alteri Socio*
9 *Dolus Inſtitoris , nocet proponenti eum.*
10 *Dolus vnius, nocet alteri, qui fit ex eo dolo factus locupletior.*
11 *Et ideo dolus prælati, officit in his terminis Eccleſiæ , & Dolus adminiſtratoris nocet vniuerſitati,& Dolus tutoris pupillo,cum ſimil.*
12 *Dolus vnius Correi, nocet aliis, quando Socii ſunt.*
13 *Dolus adminiſtratoris,præindicat Domino in acquirendo.*
14 *Ampliatur reg. in negligentia.*
15 *Ampliatur in culpa.*
16 *Ampliatur , in quolibet facto alterius.*
17 *Declaratio ampliationum.*

1 HÆc Regula iuſtitiæ maxime conſentanea,ex pluribus † legibus,quaſi ex eius fon-
ibus hauritur,nempe ex *l.electio.§.fin.ff.de noxal act.* vbi ne alterius dolus vel deſi-
dia aliis noceat ex *l.3.§.1.* ibi non debet negligentiam ſuam ad alienam iniuriam reuo-
care.*ff. de tranſact.l.1.ff.ſi quis aliq.teſta prohib. l.rem hæreditariam. ff.de euict.l.fin. ff. ad Syl-
lan.* ibi delictum vnius hæredis,non nocet alteri, *l.non debet alteri.ff.de reg.iur.c.non debet
aliq.eis de reg.iur.in 6.l.ſi quis in ſuo.§. fin. C. de inofficio teſt. l. ſi procurator la 2. ff. de exceptio-
2 ne doli,* ibi neque alterius dolus nocere alteri debet. † Ratio regul. eſt quoniam dolus
ſuum tenere debet Authorem non alium. *Alexand conſ.98. vol.1.* Rurſus quoniam ne-
mo ſine culpa eſt puniendus *c.ſine culpa de reg.iur.in 6.c.2.extr.de conſtit.* tertia ratio quia
iuſtus non eſſet ſecurus,nec innocentem defenderet innocentiæ,id quod ab omni le-
ge,tum naturali,tum ciuili eſt alienum,tractant reg. Dd *in d.l.non debet Iaſ. & alii in d.l.
ſi quis in ſuo.§.legis antem canon.in d.cap.non debet,* præſertim à *Dyn.& Appoſtil.* ad eam *De-
3 ci.conſ.8* † Infertur ad multa, & primo quod dolus tutoris non præiudicat pupillo *l.3.
§.quando ff.de author.tutorum not.in cap.non debet, & in l.* non debet *l.neque interdicto,* vbi
4 D *ec.& Cagnol.de reg.iur.l.vni.§ ſi procurator.ff.ſi quis ius dic.non obtemper.* † ſecundo in-
fertur,quod dolus procuratoris non nocet Emptori.*l.qui fundum.§.procurator.ff.pro em-
ptore* vbi *Bartol.* ſummat,malitia procuratoris non nocet emptori bonæfidei,niſi cũ eo
colluſerit tertio infertur,quod dolus procuratoris non nocet Domino, *Butr. in c.ſæpè
num.2.de appell.c.1.vt lit.non conteſt.* quarto infertur, quod dolus prælati non officit Ec-
5 cleſiæ *c.delictum perſonæ de reg.iur.* † *in 6.* quinto infertur,quod dolus patris non poteſt
obeſſe filiis in materia exhæredationis *d l.ſi quis in ſuo §. legis* , nec non exhæredatio
6 facta † à Patre ob dolum ingratitudinis filii,non debet præiudicare nepoti qui cau-
ſam ingratitudinis non commiſit,ſi aliquo caſu contingat ad nepotem deuolui inoffi-
cioſi teſtamenti querelam *l.4.§.ſi emancipatus Cod. de contra tab.* Dyn.*d. reg. non debet nu-
mero ſecundo,* vbi defendit ab impugnationibus, de quibus omnibus illationibus nos
7 multa congeſſimus in *titulo de* Dolo *tertii.* Infertur † præterea ad multa, quæ ponit *Iaſ.
in d.l ſi quis in ſuo §.legis,etenim Iaſ.* ibi facit ex regula noſtra, ſex illationes in materia ci-
uili , vt totidem in materia criminali, ipſum igitur diligens lector conſulat.
8 † Deficit autem regula noſtra , primum in dolo Socii , nam alteri So-
cio

ſocio nocet, quamuis aduerſus doloſum detur ſocio regreſſus. *Dd. in l. ſi de communi. ff.*
9 *ſi ſeru. vend.* facit cõtra *l. ſi fraudat. §. 1. ff. de pub. vect.* † Fallit etiã in dolo inſtitoris, etenim
nocet proponenti eum; *l. ſed ſi pupillus. §. familiæ, & ibi probat Bart. ff. de publ. l. 1. ff. de furt.*
10 *aduerſ. Naut.* † limitatur etiam quando ex dolo alterius factus eſſet locupletior, in eo,
namque quod propter dolum acquiſiuiſſet obligaretur, glo. magiſtral. in *d. l. electio. §.*
fin. de noxalib. & ita Pupillus de dolo tutoris, minor de dolo curatoris, Eccleſia de dolo
prælati; hæres de dolo defuncti, Dominus de dolo Procuratoris, *l. hæredibus. ff. de dolo.*
l. ſi plures in fin. ff. eodem l. procurator la. 2. ff. de exceptione doli. c. delictum perſonæ, & ibi *Dyn.*
num. 4. dicens eccleſiam teneri ex delicto Prælati, ſi aliquid ad eam peruenit, idemq;
iuris eſſe affirmat in pupillo, in ſeruo; cum aliquid dolo tutoris, vel Domini acquiſitũ
eſt; imo, vniuerſitas tenetur de eo, quod ex dolo ſuorum Adminiſtratorum ad eam
peruenit; *l. ſed ex dolo. §. an in municipes. ff. de dolo*, quæ omnia latius declarauimus ſup. de
11 dolo tertii per plures quæſtiones. † Fallit in dolo Correi, nam aliis Correis nocet,
Bart. in d. l. duobus num. 37. ff de duobus Reis, quando ſocii ſunt, maxime in acquirendo,
12 *l. ſi duo Rei. ff. ſi quis caut.* ratio eſt quoniam ille dolus videtur ab omnibus commiſſus. †
Fallit in adminiſtratore, qui in acquiſitionibus poteſt Domino præiudicare, non i. 1
iam quæſitis, *Angel. in l. pure. §. actoris. ff. de dolo. l. apud. §. in hac. ff. de exceptione doli*, alias li-
13 mitationes ponit, *Medices de fortuitis caſibus parte prima, quæſt. 10.* † Ampliatur priori
loco in negligentia, nam ab vno commiſſa, alteri præiudicium non infert, *l. 3. ff. de trãſ-*
action ibi non debet negligentiam ſuam, & *l. rem hæreditariam. ff. de euict.* ibi cohæredis
14 negligentia alteri non debet eſſe damnoſa. † Ampliatur in culpa per text. *in d. cap. ſi-*
15 *ne culpa.* † Extenditur in quolibet facto alterius, vt alteri obeſſe non poſſit, *l. qui-*
16 *dam. §. ſi quis filium. ff. ad trebell.* † Hæ vero ampliationes ſemper ſunt intelligendæ, quã-
do ex negligentia alterius culpa, vel facto aliquid ad me non peruenerit, quippe ſi per-
ueniſſet vtique eſſem obnoxius ne fierem locupletior, cum alterius iactura contra tex.
in leg. nam hoc natura de condic. indebit. tum etiam quia ſicut ex facto alterius non debeo
prægrauari; ita nec locuples fieri, cætera quæ onerare hanc regulam poſſunt,
petenda ſunt à *Decio, Cagnol. & aliis in dict. l. non debet, & à Dyno in d. cap. non debet. cum*
Appoſtill.

REGVLA 37.

Ex ſuo Dolo, nemo debet lucrifacere.

1 *Natura ſuadente hæc regula introducta.*
2 *Ex iure ciuili, & Canonico depromitur.*
3 *Ratio regulæ multiplex, maxime quia perverteretur ordo legis, & naturæ.*
4 *Excommunicatus poteſt vocari in iudicio.*
5 *Actio in factum eſt inuenta contra parentem, & patronum, ne locupletentur ex ſuo dolo.*
6 *Tacens, vel exprimens per dolum, quæ erant dicenda, vel tacenda; non poteſt commodum ex reſcripto ſentire.*
7 *Donatio facta à ſponſa ſponſæ, quæ ſua malitia induxerat ſponſum ad contrahenda illicita ſponſalia, non valet.*
8 *Malitia bifariam ſumitur in iure, vno modo pro fraude, & dolo. Alio pro ſagacitate, & aſtutia.*
9 *Fallit hæc regula in dolo bono, cuius exemplum ponitur.*
10 *Prouerbium cornicũ oculos configere, quid ſibi velit.*
11 *Ceſſat regula in duobus doloſis, nam cum ſit melior conditio poſſidentis, ex ſuo dolo lucratur, & in fine*, num. 14.
12 *Ampliatio regulæ vt nullus contrahentium quicquam lucretur; quam vt doloſus lucrum faciat.*
13 *Ampliatur, vt procedat in contractibus; in delictis, in vltimis voluntatibus, in aliis actis.*

1 PVblicæ honeſtatis, & vtilitatis amica regula, non ex vna lege; ſed ex multis † pro-
ducitur, nec ex ſolo iure ciuili; ſed etiam Canonico proficiſcitur, imo ipſa na-
tura ſuadente introducta conſpicitur. Et primo de iure ciuili ex *l. 13. ff. de dolo*, ibi nẽ
ex dolo ſuo lucretur ex *l. itaque fallo. ff. de furt.* ibi ſed nemo ſua improbitate conſequi-

tur actionem, ex *l. verum. §. tempus autem ff. pro ſoc.* ibi nec æquum eſt, quemquam ſuum
dolum reuelare *l. ſi duo Rei. ff. ſi quis caut. ibi ne proſit ei dolus, l. ita demum. ff. de arbitr.* ibi ne
quis de ſua malitia præmium ferat *l. pen. C. de leg.* vbi ne accipiat fructum ſuum callidi-
2 tatis *l. ſi duo Rei ff. ſi quis caut.* ibi ne proſit ei dolus. † De iure Canonico *capit. ſuper literis,*
extr. de reſcript. ibi in ſuæ peruerſitatis pœnam nullum ex literis impetratum commo-
dum conſequatur, *c. ex literis de dolo, & contum.* ibi nos attendentes malitiam, & dolum
mulier patrocinari deberet *c. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter.* ibi ne vir,
qui ſcienter contra Canones venerat, lucrum de ſuo dolo reportet *cap. 1. de Cogn. ſpirit.*
c. audiuimus de colluſ. de reg

3 Ratio reg. eſt † quoniam malitiis non eſt indulgendum, ſed obuiandum *l. cum hi*
§ ſed cum his ff. de tranſaction. l. ſi longius §. ſi filius ff. de iudic. latius diximus in *prima regula.*
Præterea inuitarentur homines ad delinquendū, ſi nō modo ferrēt impune; ſed lucri-
facere poſſe ſperarent; Tertio quoniam conuerteretur ordo legis, & naturæ, quæ vir-
tuti lucrum, & præmium tribuunt, dolo autem damnum, & pœnam, imo cum præ-
miorum exhortatione, & pœnæ timore ciues fieri bonos ſtudeat *l. 1. §. huius ſtudii. ff. de*
iuſt. & iur. malos redderet, ne dicam peſſimos, lucri ſpe allectos, & inuitatos, tractant
reg. ex *Canon. Imol. in c. poſtulaſtis de conceſſ. præb.* Alii *in d. c. literis extra de reſcript. Lance-*
lo. Peruſin. in reg. non debet in ſuo tract. reg. iur. canon. Ex Iuriſtis *Rom. in l. ſi ab hoſtib. ff. ſol.*
matr. & conſ. 246. num. 4. Decian. conſil. 2. num. 53. vol. 1. Berous conſ. 40. num. 41. Alba conſ.
9. num. 51. Caſtrenſ. in d. l. ſi duo rei. ff. ſi quis caut. Idem *Rom. in l. Tranſactione. C. de tranſactio-*
n. 6. Imol. in l. fi. de ſtip. Seruo. Caſſan. conſue. Burgun n. 158. verſ. item quæro. Infertur † ex hac
4 reg. quod excommunicatus tamquam Reus poteſt eſſe in iudicio. *c. intelleximus de iud.*
5 ne ex ſua malitia reportet priuilegium euitandi iudicii. † Infertur ad parētes, & patro-
nos, qui ceſſante actione famoſa, conueniuntur actione in factum, ne ex ſuo dolo lu-
6 crentur *l. 13. de dolo.* †

Infertur ad eum, qui dolo tacuit, quæ erant exprimenda, vel expreſſit, quæ e-
7 rant tacenda, vt commodum ex impetrato reſcripto non ſentiat. *d. c. literis.* † Infer-
tur ad donationem factam à Sponſo, Sponſæ ſuper illicito matrimonio, ad quod ſuā
malitia Sponſum incitauerat, vt rem donatam teneatur reſtituere, nec ad commo-
dum ei cedat, quod deberet in eius pœnam retorqueri *c. & ſi neceſſe de donat. inter vir.*
& vxor. Sed opponitur ex *c. de illis de ſponſal. & c. 1. eodem titulo in 6.* In quibus is, qui ra-
tione ætatis non eſt aptus matrimonio, ex malitia fit aptus, atque ita commodum ex
8 ſuo dolo conſequitur. † Verum non eſt murus æneus, vt frangi non poſſit; Etenim
reg. eſt vera in dolo fraude, & malitia, quæ deprauatum animum ſignificat, in iuribus
autem adductis, malitiā indicat, ſagacitatem animi, aſtutiam cum vigore corporis ad
Venerem coniunctam, quæ impropriè, appellatur malitia, & rectius appellaretur pru-
dentia, vt in *c. fin. de deſponſ. impub. Abb. in d. c. de illis.* Altera ſolutio eſt, quod ſcilicet ex
ſua malitia non reportat commodum, quippe matrimonium onus eſt, propter mul-
ta, quæ ſecum affert incommoda. *l. pro oneribus. C. de iure dot. Doct. in l. 1. ff. ſolut. matrim.*
Sylua nupt. in 1. part. Ruſus obiicitur *d. l. 2. §. Gn. Flauius. ff. de orig. iur. d. lege Titio. ff. ad mu-*
nic. Nā in prima expreſſum eſt, quod cum App. Claud. compoſuit actionum formulas,
Gn. Flauius, eius libertus ſubreptum librum populo tradidit, & pro furto Tribunus
plebis, factus eſt ædilis, & Senator, atque ita ex ſuo dolo præmium tulit. In altera, Lu-
cius quidam ex eo quod ſuſtulit de epiſtola patriæ ſuæ nomen Titii, qui de mandā-
to patriæ debebant illam epiſtolam Imperatori porrigere, commodum conſequitur,
nempe viaticum, & gloſſ. ibi in verſiculo indidiſſet, not. quod ex dolo ſuo interdum
aliquis lucratur; Plane prior argumentatio euertitur, quoniam dolum bonum fe-
9 cit, *Gn. Flauius*, vt patriæ ſuæ † conſuleret, palam eſt ex definitione doli boni, quam
dedimus initio huius operis, eſt enim dolus bonus priuatim, aut publice iuuandi
cauſa ſimulatio, neque ſibi, ſed patriæ furatus eſt, cui gratiſſimum fuit munus pro-
pterea quod populus acerbe nimis necabatur, difficultate impetrandi formulas
a Collegio Pontificum, quorum ob eam rem tyrannica prope facta erat autho-
ritas, vnde *Cicero in oratione pro Murena*, dixit inuentus eſt Gn. Flauius ſcri-
10 ba, qui † Cornicum oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos faſtos
populo propoſuerit, eſt autem Cornicum oculos confingere, pluſquam pruden-
tiores vidiſſe, vt expoſuit *Cagnol. dict. leg. ſecunda, numero 110.* cuius rei meminit
etiam *Gell. lib. 6. cap 9.* Secunda oppoſitio conuellitur duplici modo, & primo qui-
dem factam eſſe colluſionem inter Lucium, & Titium, ſicut apertum eſt ex verbis

textus

11 textus ibi colluſione facta, vterque igitur † erat in dolo, & Lucius, qui fuerat exe-
quutus mandatum Reipublicæ eſt in quaſi poſſeſſione commiſſi viatici, propter ſuſ-
ceptum mandatum, merito eius conditio eſt melior in pari cauſa, *l. ſi procurator la. ff. de exceptione doli*. Secunda reſponſio, non ex dolo, ſed ex labore & negocio rite geſto Lucius viaticum conſequitur.

Tertio, quoad rempublicam nihil ille malefacit, cum eius negocium rite geſtum ſit, nec doloſum animum habuit erga rempublicam.

Quarto, ſi Lucius promiſerat reſtituere mandatum Titio, non reſtituendo fraude, Titius namque facta ſibi reſtitutione mandati, volebat petere à Republica viaticum, Luciumque deludere, ideo iure ſucceſſit notiſſimus ille verſ. *Ouid. lib 3. de Arte amandi.*

Iudice me, fraus eſt conceſſa, repellere fraudem.

12 Extenditur, † nam adeo prohibet lex, quemquam ex ſuo dolo commodum acquirere, vt malit neutrum lucrari etiam non doloſum, quam vtrumque lucrari & ſic
13 etiam doloſum, vt eſt egregia doctr. *Caſtrenſ. d. l. ſi duo Rei numer. 3. ff. ſi quis caut.* † Ampliatur etiam, vt militet in contractibus. *l. verum. §. tempus autem. ff. pro Socio.* In vltimis voluntatibus. *l. Aurelius. §. Caio. ff. de liber. leg.* vbi not. *Doct.* per generalem remiſſionem, non cenſeri remiſſum dolum, nec ex eo lucretur doloſus, in iudiciis, *l. ita fallo. ... l. ſi quis ſeruo. Cod. de furt.* In aliis quoque actis, vt in reſcriptis, *d. c. literis.* in matrimoniis, *d. cap. 1. de eo, qui duxit in vxor. quam polluer. per adulterium*, nec profecto mi-
14 rum eſt enim alienum à natura, vt aliquis ex ſuo dolo lucrum ferat. † Limitatur autem, quando verteretur controuerſia inter duos doloſos, nam in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis, *Card. Alban. in Rub. ff. de dolo, num. 3.* probatur per textum in *l. ſi procurator la. 1. ff. de exceptione doli l. 3 & 4. ff. de condict. ob turpem cauſ.* videtur enim neuter commiſſi dolum, facta doli compenſatione, & nos expoſuimus paulo ſupra in vltima doli regula affirmatiua.

REGVLA 38.

Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere.

1 *Leges, quæ hanc regulam producunt, tam ciuiles, quam Canonicæ.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Magiſtratus eſt miniſter legis; quæ ſine magiſtratu mortua eſt.*
4 *Magiſtratus lex loquens. Lex mutus magiſtratus.*
5 *Magiſtratuum proles, & filia ſpecioſa, dicitur æquitas, quæ eſt ſplendor prudentiæ, & abſolutio iuſtitiæ.*
6 *Neceſſitas excuſat à præſumptione doli.*
7 *Iuſſus iudicis, inducit præſumptionem bonæ fidei.*
8 *Dolus non eſt niſi voluntarius.*
9 *Regula quod ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, non habet locum in ſpoliato à iudice.*
10 *Aliæ rationes huius regulæ.*
11 *Exempla regulæ tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico.*
12 *Limitatio regulæ vt procedat in mandato iud. iuſto, vel dubio, non iniuſto.*
13 *Declaratio, vt procedat in iudice, exercente officium ſuum, non ſi extra officium iubeat.*
14 *Iudex, quaſi ius dicens.*
15 *Regula ſpoliatus ante omnia, &c. locum habet in iudice, qui extra officium ſpoliauit.*
16 *Obediens iudici extra officium, quando excuſetur, remiſſiue.*
17 *An debitor, qui de mandato iudicis ſoluit alteri, quam vero creditori, liberetur à vero creditore, remiſſiue.*
18 *Vtrum debitor, qui ſub pœna, & cum iuramento promiſerat certa die ſoluere, excuſetur à pœna, & à periurio, ſi mandato iudicis non ſoluit, remiſſiue.*
19 *Regula habet locum, non ſolum in dolo; ſed in omni culpa tam lata quam leui, vel leuiſſima.*

Regula hæc ex ciuilibus, atque † canonicis elicitur ſanctionibus, & primo *ex l. non videntur. §. qui iuſſu. ff. de regulis iuris.* quæ eadem habet præciſa verba *ex leg.*

ſi quaſt.ff.ad Syllan.ex l.ſiquis id,quod §.doli mali.ff.de Iuriſd.om. iud. ex l. qui autem. § item a-
pud Labeonem.ff.quæ in fraud.cred.l.qui furti.§ qui iuſſu.ff.de his,qui not. infam. Iure Cano-
nico ex reg.Quod quis mandato facit iudicis de reg.iur.in 6.ex c. Clericus de ſent. excom.
in 6. Vbi laicus iuſſu Iudicis capiens Clericum,non incidit in pœnam excommunica-
2 tionis.†

Ratio reg. eſt in dictis iuribus expreſſa,quia ita faciens habet parere neceſſe:
3 Quemadmodum enim legibus,ita, & magiſtratibus earum miniſtris † obtemperan-
dum eſt,parui namq; refert ius eſſe in ciuitate, niſi ſint magiſtratus, qui iura reddere
poſſint,iura autem reddere non valerẽt,ſi non præſtaretur illis obedientia l.2.§.poſt ff.
4 de orig.iur.Siquidẽ † magiſtratus eſt lex loquens, ſicut lex mutus magiſtratus, Cice.3.de
5 legibus facit l.nam hoc ipſum.ff.de iuſt.& iur.nec mirum, † nam magiſtratuum proles filia
ſpecioſa dicitur æquitas,quæ eſt ſplendor prudentiæ,abſolutioque iuſtitiæ Piccolomin.
6 de Moral.Philoſop.grada.10.c.15. Parendi † autem neceſſitas excuſat,& doli præſumptio-
nem tollit.l.qui cum natu maior.§.ſi pater ff.de bon.liber. Vbi filius patroni,qui iuſſu pater-
ni teſtamenti accuſauit libertum, non priuatur iure patronatus, quippe quia coactus
fecit l.mater.C.de calumni.in qua idem exprimit Imperator dicens,cum inter volunta-
riam accuſationem,& officii neceſſitatem hæredis multum interſit,&merito quidem
quoniam dolus non eſt † niſi voluntarius,cum ſit machinatio fraudulenta,&c.l.1.§.1.
7 ff.de dolo.

8 Imo † iuſſus iudicis inducit præſumptionẽ bonæ fidei,quæ eſt contraria frau-
di,& dolo l.3.ff.pro ſocio.l,qui authore,prætore.ff.de reg.iur.l.iuſte poſſidet.ff.de acqu.poſſ.ratio
eſt quia pro facto iudicis præſumitur.l.2.§.quia non arbitramur. C.de off,Ciuil.iud. quem
tex.ſæpe ad hoc allegauit.Bald.in l.vnic.C.ne quis in ſua cauſ,ius dicat, & reputat notabilẽ,
9 vt ait in l.errore.C.de teſt. ita ſit, vt in ſpoliato † à iudice, non procedat, regula l.ſi quis ad
10 ſe fundum.C.de vi public. quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus.†Alia ratio reg po-
teſt reddi,nempe quia iudex eſt qui videtur facere, cum iuſſerit l.is demum.ff.de re iur.
l.1.§ deieciſſe.ff.de vi,& vi armat. Succedit, & alia ratio,quoniam ſicut neceſſitas excu-
ſat à furto l.2.§.cum in ead.naui.ff.ad l. Rhodiam de iactu.c.3.de furt.in 6.ſic,& à dolo, ita di-
xit gloſſ.in d.c.quod quis in verſ.cum habeat,Demum,& illa ratio;non eſt omittẽda, quia
iuris excuſatio,non habet iniuriam l.iniuriarum.§.1.de iniur.gloſſ.in l quamquam de aqua
11 pluu.arcend.† Exempla huius regulæ plura ſunt,& primum quidem ponit gloſſ.in §. qui
iuſſu.d.l.quiq,nati ad Syllan. Alterum eſt d l.quamquam de aqua plu.arcend.in qua ſi iuſſu iu-
dicis deſtruxi ſepulchrum, quia propter illud aqua pluuia nocebat,non teneor, acti-
one de ſepulchro violato.

Tertium eſt in l.ſi ſtipulatus la tertia §.qui lancem.ff.de ſolut.vbi is,qui apud me de-
poſuerat plures reliquit hæredes, ego iudicis authoritate ſolui vni eorum, nõ ſum cæ-
teris obligatus. Non deſunt exempla in iure Canonico vt in d.c.ſi Clericos.de ſent.excom.
in 6. Aliud in cap.miles 23.quæſt.5.in quo ſimiles mandato iudicis; ſub cuius poteſtate
eſt legitime conſtitutus occidit,non eſt homicidii Reus,confert tex. in cap.lex æterna,
12 ead.quæſt.†Declarãt Dd.reg.procedere quando iudicis mãdatum fuit iuſtum, vel du-
bium,ſecus ſi conſtaret de iniuſtitia, ita quod illi non eſſet parendum, ſed magis reſi-
13 ſtendum,gloſſ.& Dyn.in d.c.quod quis,gloſſ.& Dec.in d.c.qui iuſſu.†

Secundo declarant, quando aliquis obſequitur iudici, exercenti officiũ ſuum,
non ſi extra officium l.factum à iudice.ff.de reg.iur. etenim eo caſu non videtur factum
14 a iudice, cuius poteſtas eſt limitata reſpectu officii, † appellatur enim iudex, quaſi ius
dicens c.forus extr.de verb.ſignif. adeo,vt ſpoliatus à iudice extra officium, ſicut accidit
15 in quolibet,alio ſpolio, eſt ante omnia † reſtituendus cap.conquerenti, & ibi Abb.per il-
lum tex.in 2.not.extr de reſtit.ſpoliat.Dec.con. 125.Ancar.conſ.249. Dec.in d. l.factum,ſecus
16 quo ad reuerentiæ exhibitionem l.generaliter.ff.de in ius.voc.† & quãdo obediens iudi-
ci extra officium excuſationem habeat,colligitur,ex gl.magiſtr.in l. liber homo lect. 2.ff.
17 ad l.Aquil.†

Infertur Cagn.hic ad illam quæſtionem,an debitor qui de mandato iudicis, ſol-
18 uit alteri quam vero creditori,excuſetur,& à vero debitore liberetur. † Infertur et-
iam ad illam,vtrum debitor qui cum pœna,& ſub iuramento ſoluere certa die promi-
19 ſerat,& iudicis mandato non ſoluit in pœnam incidat & in periurium. † Extenditur
regula vt ſicut faciens mandato iudicis,non videtur dolo facere,ita nec culpam com-
mittere,nec latam,nec leuem,eadem ratione,qui parere neceſſe habet l.is damnum. ff.
de reg.

vero nulla culpa eſt, cui parere neceſſe eſt, obſerua, quod dicit nulla culpa, igitur omnem culpam excludit, etiam leuiſſimam, quippe dicens omne, nihil excludit. §. *item ab hoſtib. Inſt. quib. mod. ius patria poteſt ſol.* Qui plura deſiderat, quæ tradunt doct. *in d. §. qui iuſſu, & in reg. quod quis, videat accuratè.*

REGVLA. 39.

Non poteſt Dolo carere, qui Imperio magiſtratus, non obtemperat.

1 *Leges ex quibus prodeat regula.*
2 Ratio reg.
3 *Pœna eſt ſtatuta aduerſus eum, qui magiſtratibus non obtemperat.*
4 *Ciceronis dictum aduerſus eum, qui nõ obtemperat magiſtratibus.*
5 *D. Bernardi aurea ſententia de obedientia erga magiſtratus.*
6 *Solonis eadem de re Apophthegma.*
7 *Lacona iuuentutis inſtitutum.*
8 *Magiſtratus olim qui eſſent.*
9 *Magiſtratus definitio ex Sigonio, & quot eſſent iura magiſtratuum.*
10 *Alia definitio ſecundum Franciſcum Piccolomineum Senenſem.*
11 *Magiſtratus etymologia.*
12 *Magiſtratus, aut maiores, aut minores.*
13 *Quomodo maiores à minoribus magiſtratibus diſtinguantur.*
14 *Magiſtratus alii vrbani. Alii prouinciales.*
15 *Imperium quomodo accipiatur in hac lege.*
16 *Imperium quomodo definiatur à* Doctoribus.
17 *Imperii definitio* Authorũ.
18 *Aliæ rationes huius regulæ.*
19 *Verum qui non obtemperat magiſtratibus ſit ſemper in dolo.*
20 *Limitationes regulæ ex Caſtrenſi.*
21 *Vtrum dolus de quo in hac reg. ſit verus, an præſumptus potius dicẽdus, item & quis præſumptione iuris tantus, an iuris, & de iure ; & an detur probatio in contrarium.*
22 *Vtrum, magiſtratus non obediens maiorĩ magiſtratui ſit in dolo.*

POlitica hæc reg. dolum præſumens in eo, qui magiſtratibus non obtemperat acci-
1 pitur † ex *l. non poteſt. ff. de reg. iur.* in qua eadem ſunt verba, nec non ex regula antecedente in *l. non videntur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur.* à contrario ſenſu, vt ibi not. & *in c. quod quis de reg. iur. in 6.* Nam ſi a dolo excuſatur, quia iuſſu iudicis, quippiam facit, merito non eſt immunis à dolo, qui recuſat magiſtratibus pręſtare obſequium, contrariorum
2 enim contraria natura. *l. fin. § fin. ff. de leg. 3.* † Ratio reg. videtur, quoniam ſicut dolo non caret, qui legibus non obtemperat *c. qui contra iura de reg. iur. in 6. l. quemadmodum.*
3 *C. de agricol. & Cenſit. lib. 10.* ita, & qui non † obediat magiſtratibus, quos paulo ſupra diximus eſſe legis miniſtros, per quos legum effectum accipimus, vt dixit *Pomp. in l. 2. ff. de orig. iur.* Imo, qui negat obedire magiſtratui, ipſimet legi negat obedientiam, cuius viuam vocem Iuriſcon. appellat in *l. nam hoc ipſum ff. de iuſt. & iure.* probatur, quia vbi dolus non eſt, ibi non eſt regulariter pœna *Menoch. conſ. 24. num. 13. vol. 1.* Porro aduerſus eum, qui non obſequitur Imperio magiſtratus eſt pœna ſtatuta. *l. 1. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper. l. contumacia. ff. de re Iud.* quæ pœna, quam varia ſit pro varietate cauſarum declarat latè *Cagnol. in dict. leg. prima, ff. ſi quis ius dicent non obtemper.* & ante eum
4 gloſſ. in *l. non poteſt. ff. de reg. iur.* † *& Cicero tertio de legibus* ait magiſtratus non obedientem, & noxium ciuem mulcta, vinculis, verberiſq; coerceat; Mandatum namq;
5 Iudicis, & magiſtratus non debet ciuis procraſtinare, vt dixit † vir ille ſanctitate conſpicuus D. *Bernardus.* ſed ſtatim parare aures auditui, linguam voci; Pedes
6 itineri, manus operi, vt iuſſum peragat Imperantis, vt vere dixiſſe † ferunt. *Solonem,* cum interrogatus, qua ratione ſalua poſſet eſſe ciuitas reſpondit; ſi ciues obtemperarent ſuis magiſtratibus, magiſtratus autem legibus;
7 Proinde Laconum iuuenum † eruditio erat parere magiſtratibus, patientem eſſe
8 laborũ, in prælio vincere, aut mori, *Plut. in Apothegm. Lacon.* † magiſtratus erat olim, qui auſpiciũ, iudiciũq; habebãt, poſtea vero dicti ſunt magiſtratus, quib. reſp. vel omnino,

velex parte a principe,vel à populo commiſſa eſt,omnino,vt olim dictatores, itē primis temporibus conſules,qui regio imperio erant,ex parte,vt prætores,cenſores,ædi-
9 les;vel;vt placet *Sigonio de antiquo iure ciuium Rom.cap.20.* † Magiſtratus erant poteſta-
tes eorum ciuium,qui res humanas,quæ ad rem publicam pertinent, publica authoritate curant,*d.de antiquo iure prouin.lib.3.ca.5.* dicens quatuor fuiſſe iura magiſtratuū;
vnum poſitum in imperando,alterum in iure dicēdo,tertium in referendo, quartum
10 in auſpicando. † *Franc.autem Piccolomineus Senenſis* noſtræ ciuitatis decus,& ornamentum *in gradu.10.cap.18.ſuæ moral.Philoſoph.*egregiè definit,inquiens magiſtratus eſt officium vni ciui,vel pluribus competens,formæ reipub.accommodatum, pro conſer-
11 uatione publici imperii, eiuſque fine aſſequendo; † Magiſtratus autem ex ſententia
Varro.libro quarto, linguæ latinæ dicitur à magiſtro,ſicut Albatus ab Albo, vel, vt aliis
placet à maiori ſtatu, quaſi in maiori ſtatu poſitus ſit,is qui Reipub præeſt,quam cæ-
12 teri ciues. †

Plane cū magiſtratuum,alii ſint maiores,vt dictatores cōſules.prętores,cenſores,
præfectus vrbi, in prouinciis,proconſules,pręſides,argumento *l.2 ff.de in ius voc.l.cum prætor. §.item hi.ff.de Iud.*ſic appellari,quia imperium,poteſtatemque habebant *leg.nec magiſtratibus.ff.de iniur.* vel quia maioribus auſpiciis creabantur *Sigon. de antiquo iure ciuium Rom.lib.ſecundo,*& alio nomine dicebantur Senatorii magiſtratus, quod ex ordine Senatorio,ad illam dignitatem vocabantur,quibus ſolis ius erat ad populum ferendi legem *§.lex eſt,Inſt.de iure naturali gent.& ciuil.*ibi Senatorio magiſtratu, interrogatione ea namque verba omnem Senatorium magiſtratum ſignificant, cum ſint indefinite prolata,& quicquid dicitur de cōſule,loco exempli exprimitur,vt indicat illa
13 dictio veluti,argumento *l.pen.& l.veluti.ff.de iuſt.& iure.*†Alii erant minores magiſtratus,quibus nec imperium,nec poteſtas data erat,quique minoribus auſpiciis creabātur,de quibus *in dict.l.nec magiſtratibus*,erant vero in hoc numero ædiles.*l.cum quæ ff.de pericul.& com.rei ven.& Cic.in Verrem*,erat,inquit,conſul Hortenſius,cum ſummo imperio,& poteſtate.ego autem ædilis,hoc eſt paulo amplius,quam priuatus,nec nō tribuni ærarii, & quæſtores,qui erant veluti Ianua ad cæteros magiſtratus obtinendos *l.1.ff.de off.quæſt* tam de iſtis,quam de illis regulam accipiendam puto;Nam omnes magiſtratus præſunt ciuibus,vt ait *Cic.*vt leges magiſtratibus,ita magiſtratus populo præerant,quin etiam cum magiſtratuum alii ſint vrbani, alii prouinciales, vt præſides,
14 proconſules, † legati proconſulum,& alii de quibus in *l.1.ff de off.præſid.* quorum omnium imperio,ſi quis parere contempſerit dolo non caret,addo his etiam magiſtratus municipales, qui inter vrbanos poſſunt numerari,etenim ſicut is, qui eorum iuſſu
aliquid facit non videtur dolo facere.*d.l.non videtur.§.qui iuſſu.ff.de reg.iur.*ita,conſen
15 taneum eſt,vt dolo non careat,qui illorum non obtemperat mandato: † verbum imperium in hac reg late ſumitur,& poteſtatem ſignificat,vt in *l.poteſtatis verbo.ff.de ver.ſign.*& non vt in *l.2.ff.de in ius voc.in l.cum prætor.ff.de Iud.in dict.l.nec magiſtratibus*, pro vero,& ſtricto imperio,quod in tribus potiſſimum erat, in edicendo, in vocando, in prehendendo, vt per *Sigon.dict.lib.1.cap.20.de antiquo iure ciu. Rom.*quamuis hæc omni imperio,mihi videantur conuenire argumento *l.fin.ff.de off.eius*, *Doct in l.magiſtrati-*
16 *bus*,per illum *tex.ff.de Iuriſd.om Iud.* † Proprie autem ſumptum Imperium, definitur
à Bart.in l,Imperium.col.2.ff. de Iuriſd. om. Iud. vt ſit iuriſdictio quæ iudicis officio nobili
17 expeditur. † Nobis non ineleganter videtur ita poſſe definiri, imperium eſt iuriſdictio maiorum magiſtratuum, publica, priuataque negocia definiens, iuriſdictio eſt loco generis, & quidem magis proximi, quam ſit poteſtatis verbum, quod definitur iuriſdictio in *leg.prima,ff.de Iuriſdict.om.Iud.in Authent.de defenſor.ciuit.§.iuſiurandum in fine*.Iuriſdictio eſt poteſtas de publico inducta, cum neceſſitate iuris dicendi, æquitatiſue ſtatuendæ dicitur maiorum magiſtratuum ad excludendos minores magiſtratus, qui vere non habent impetium, ſeu iuriſdictionem ſimplicem. *dict. lege Magiſtratibus, & dicta lege nec magiſtratibus. ff. de iniuriis. lege ea quæ. ff. ad municipalem*, & ibi gloſſa dicit quod nec verum, nec mixtum habent Imperium.

Dictum eſt publica, priuataque negocia, &c. ad excludendam iuriſdictionem in ſpecie, quæ priuata tantum negocia curat vt ergo verbum poteſtatis genus eſt ad iuriſdictionem, ita iuriſdictio genus eſt ad imperium, cui qui non ob-
18 temperat dicitur eſſe in dolo; † Non ſolum ex allegatis rationibus; ſed etiam qui

magiſtra-

Magiſtratibus non obtemperat quantum in ipſo & Ciuitatẽ ſubuertit, quippe qui nõ
præſtat obedientiam, aufert illos de ciuitate, quæ non magis ſine Magiſtratu eſſe po-
teſt, quàm Nauis, vt dicebat *Cicero*, ſine Gubernatore ſalua eſſe poteſt, accedit; quod
Magiſtratus (vt Magiſtratus eſt) præſcribit, quæ recta ſunt, & vtilia, & coniuncta legi-
bus, proinde non excuſatur à dolo, qui Magiſtratui non exhibet obſequium, cuius or-
dinationi is, qui reſiſtit, Dei ordinatione reſiſtit, vt dixit *D. Paulus*, relatus in *cap. omnis
anima ext. de cenſib.*

Quaſt. 1. Verum cum regula dicat non poteſt dolo carere, & c. non ſine ratio-
19 ne † quæritur, an ſemper ſit in dolo, qui imperio Magiſtratus non obtemperat. Et
videtur affirmatiue reſp. propter vniuerſalem illam negatiuam, præpoſitam verbo
poteſt, quæ omnia ſua natura excludit, quemadmodum ſi eſſet affirmatiua omnia
includeret, imo negatiua potentius negat, *gloſſa in capit. cum dilectus de conſuetud.
gloſſ. not. in l. hoc genus d. cond. & demonſtr. Fulgoſ. in l. Iuriſgent. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact.
Dec. conſ.* 3. *num.* 4. Augetur quia præpoſita verbo poteſt tollit omnem potentiam;
leg. nemo poteſt gladii. ff. de reg. iur. Ergo nec datur, nec dari poteſt caſus, in quo abeſt à
dolo, is qui Magiſtratibus non obtemperat, præſertim quia Magiſtratus (vt Magiſtra-
tus eſt) ſemper recta, & honeſta præcipit; etenim eſt lex loquens, ſiue lex animata.
20 Contrarium tamen ſentiunt Doctores maxime *Dec. hic & Caſtr.* † *l. vt vim. ff. de iuſt.
& iur.* quam legit coniunctim cum l. Antecedente, etenim ibi quatuor modis regu-
lam noſtram limitat, & primo vt regula procedat quando Iudex exequitur officium
ſuum, ſecundo quando mandatum iudicis eſt iuſtum, aut ſumus in dubio, non quan-
do eſt notoriè iniuſtum. Tertio ſi grauamen illatum à iudice eſſet reparabile, ſecus ſi
foret irreparabile.

Quarto in Magiſtratibus temporalibus, qui poſſunt finito officio conuenire: ſed
quo ad has duas poſteriores; puto diligenter animaduertendum ad iura, quæ ibi *Paul.*
allegat. Nec refragatur, argumento ex aduerſo: etenim meminiſſe nos oportet re-
gul. fuiſſe nobis à iure Canonico propoſitam, & hoc tenere debemus magis, quam
conceptionem verborum, proinde cum natura regul. ſit, non in omnibus prorſus eſ-
ſe veram, ſed in multis officium ſuum perdere *leg. 1. ff. de reg. iur.* & in aliqua parte vi-
tiari *leg. omnis definitio, eodem titul.* ad vim reg. magis, quàm ad verborum tenorem
reſpicere debemus, patet *ex dict. l. nemo poteſt gladii*; nam verbis vniuerſalibus nega-
tiuis eſt concepta, & nihilominus gladii poteſtas ſæpe demandatur, nempe ex cau-
ſa abſentiæ, *leg. 1. §. huius rei. ff. de officio eius*, ex cauſa infirmitatis, vel propter multi-
tudinem cauſarum, Doct. ibi Magiſtratus enim homines gerunt, igitur poſſunt er-
rare; quia nihil eſt magis humanum, & non temere dictum eſt, Magiſtratus virum
oſtendit, & is, qui non obtemperat, vel ignorantia iuſta, vel iuſto impedimento impe-
ditur interdum.

21 *Quaſt.* 2. In dubium etiam reuocatur; Numquid dolus noſtræ regulæ † reſultans
ex inobedientia Magiſtratuum, ſit dolus verus, an præſumptus? licet exercitatam à
Doctor. hanc quæſtionem non viderim, arbitror eum eſſe præſumptum, argumen-
to ducto à pari, ne dicam à maiori. Quippe ſi quis legi non obtemperat, in ſuis nego-
ciis contrahendis, dicitur eſſe in dolo præſumpto, vt aliàs expoſitum eſt per text. *in
cap. qui contra iura, de reg. iur. in 6. in leg. quemadmodum Cod. de Agricol. & Cenſit.* ita;
& qui imperio Magiſtratus non obtemperat. Et ſicut ille dolus reputatur præ-
ſumptus præſumptione iuris, & de iure *docc. Iun. conſil. 69. numero 45. libro primo Pariſ.
in cap. ſi diligenti, numer. 26. de præſcript. Curt. Iun. conſil. 50. numer. 5.* Roman. *conſil.* 54. *Col.
fin. verſiculo ſecundo.* item colligitur *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. numer.* 157. ita,
& dolus noſtræ regulæ eadem præſumptione poterit præſumptus appellari, cui
conſequens eſſe videtur, vt non admittat probationem in contrarium, quamquam
hoc apud me non ſit expeditum per text. *in leg. ſecunda Cod. ſi quis ignorant. rem Mino-
ris*, vbi ad literam expreſſum eſt poſſe probari bonam fidem ab eo, qui contra decre-
tum ampliſſimi ordinis emerat ad idem eſt *conſil. Becc. 59. & conſil. 33. Gabriel. in pri-
mo vol.*

22 *Quaſt.* 3. Quæro etiam an reg. procedat in Magiſtratu, qui imperio † alteri-
us Magiſtratus non obtemperat, & videtur diſtinguendum, An Magiſtratus iubens
ſit maior, aut minor, aut æqualis, & ſane nec in Minori, nec in æquali; locum debet
habere, etenim par in parem, non habet imperium, arg. *l. min. ff. de min.* & inferior obe-
dire debet, nõ præcipere ceſſat in his ratio regulæ, neq; enim tenetur obedire inobe-

6 *Verbi, prouocat, multiplex ſignificatio, & quomodo in hac regula accipiatur.*

7 *Mora à Reo, & ab Actore fieri poteſt.*

8 *Exempla iuſtæ cauſæ litigandi.*

9 *Limitatio in eo, qui iam moram commiſerat, cum ad iud. prouoc.*

10 *Vltima mora nocet.*

11 *Declaratio præcedentis limitationis.*

1 EManat † ex *l. qui ſine. ff. de reg. iur. ex l. Illud. ff. de petit. hæred. ex l. ſi quis ſolutioni.* vbi iun-
2 cta gl. *ff. de vſur.* † Ratio vero reg. vt mihi videtur, eſt quæ redditur in *l. Illud* ne ſcili-
cet propter metum contrahendæ moræ, temere ius ſuum indefenſum relinquat. Al-
tera poteſt eſſe ratio, quod ꝓuocans ad iudiciũ, cenſetur velle cũ creditore de iure de-
3 cernere, quæ iuſtà ſunt, quod, qui facit, non poteſt in moram incidere, quæ † eſt à iu-
re improbata dilatio debiti ſoluendi, vel crediti recipiendi, R*ip.* ex intentione Doct.
in *l. quod te. ff. ſi cert. pet.* & prouocans ad iudicium, creditur velle, quæ iuris ſunt, merito
4 non eſt in mora, quæ † interdum culpa interdum dolus præſumptus appellatur. *Bal.*
R*om. num. 13. Alex. num. 13. in l. ſi mora. ff. ſol. matr.*

5 Exemplum † reg. eſt in gloſſ. *d. l. qui ſine*, in hærede non ſoluente precium rei em-
ptæ à defuncto quoniam erat ignarus conuentionis. Alterum eſt exemplum in *l. 3. §. ſi*
6 *paratus. ff. quod vi, aut clam.* † verbum prouocat intelligitur ſecundum gloſ. *d. l. qui ſine*, ſe
defendendo, & ita refertur ad Reum, in quo non videtur cadere prouocatio, cum
ipſe ſit qui prouocatur. Actor autem qui prouocat, ſi quidem prouocare non modo,
ab inferiore ad ſuperiorem recurrere, ſiue Maioris auxilium implorare, ſignificat, vt
in *tit. C. quando prouo. non eſt neceſſ.* quod Actori, & Reo commune eſt, verum etiam de-
notat vocare ſimpliciter in iudicio quod eſt ſolius Actoris *l. 13. & 14. ff. de in ius voc. l.*
12. in fin. ff. Com. diui. Prouocare eſt etiam incitare, hinc prouocare ad pugnam, *Liuius*
lib. 7 *Dec.* 1. Gallus vnus prouocat ex Romanis, qui ſecum ferro decernat; Prouocare
inimicitiis; prouocatus ab Amicitia nunquam receſſi, dicitur etiam Reus prouocare
Actorem, ſicut debitor Creditorem, quando differt ſoluere, tunc enim creditor inci-
tatur mouere iudicium, & litem *gl. magiſt. in l. 2. C. de Sicariis, & ſusceptoribus lib.* 11. Di-
cens Actor prouocatur ex eo, quod ſibi non ſatis fit, & in hunc ſenſum videtur accipi-
7 endum hoc loco verbum prouocare. †

Porro autem cum tam Actor, quam Reus poſſint moram facere, vt palàm eſt ex
definitione moræ paulo ſupra tradita, ego arbitror hanc regulam Actori quoque con-
uenire, q d n. ſi debitor offert debitã pecuniã creditor vero ex aliqua iuſta cauſa recu-
ſaret accipere atq; ita prouocaret, Reũ volentẽ inuito Creditori ſoluere ad mouendũ
iudiciũ certe creditor morã non cõmitteret per reg. iſtã. Sine dolo malo cenſetur pro-
uocare, quoties ex probabili cauſa vult iudiciũ ſuſcipere, & non temere; ſed ex bono,
8 & æquo litigare, iuſtæ † vero cauſæ exempla colliguntur ex *l. ſciendum cum ſeq. ff. de v-*
ſur. veluti ſi Antios Debitor requirat, vel debitis expediendis, vel fideiuſſoribus ro-
gandis, vel iuſta aliqua exceptio allegetur. Quare moroſus non dicitur, qui negat cen-
rum à ſe petita in re admodum implicita, *Dec. in l. non poteſt videri improbus. ff. de reg. iur.*
vel qui legitima exceptione ſe tuetur, *Dec. in l. nulla intelligitur. ff. de reg. iur.* cui conſe-
quens eſt, quod ſi iuſta cauſa litigandi careat, prouocandi ad iudicium ſcilicet dum
interpellatus recuſat & differt ſoluere moram committit *l. nemo iuncta gl. ff. de ver. ſign.*
vbi moram facit, qui maluit litigare, quam ſoluere, *Bar. &* D*d. in l. quod te. ff. ſi cert. pet. l. ſi*
ex leg. cauſa. ff. de verb. oblig. Bart. in l. ſeruum. §. nunc videmus, & in l. quo R*oma. §. Seia. ff. de*
9 *verb. oblig. in l. vinum. ff. ſi cert. pet.* † Ceſſat autem reg quando Reus antequam prouoca-
retur ad iudicium, iam moram contraxiſſet; quippe quia per prouocationem ad iudi-
cium mora non purgatur per tex. in *l. fin. ff. de condict. furt.* & ibi *Caſtr.* tradit *in d. leg. qui*
10 *ſine.* Id verò puto ſic accipiendum, † quod cum regula ſit vltimam moram obeſſe *Dd.*
in d. l. quod te, & in d. l. ſi ex leg. cauſa.

Si primo Debitor feciſſet moram & poſtea Creditor, quia ſine iuſta cauſa recu-
ſaſſet accipere oblatam pecuniam & interim noua aliqua defenſio ſuperueniſſet de-
bitori, vtique prouocando ad iudicium moram non contraheret, ſi quidem prima
11 eius mora per ſecundam moram Creditoris erat purgata: † Intellige etiam regulam
vt moram non committat, ſi abſque dolo, vel etiam lata culpa ad iudicium pro-
uocauerit. *Bart. in l. quod nerua. ff. depoſit. Dec. & Bart. in l. quod te. ff. ſi cert. pet.* quoniam æ-
quiparantur *l. 1. ff. ſi menſor. falſ. mod. dixerit.*

REGVLA 42.

Nullus videtur dolo facere, qui iure ſuo vtitur.

1 *Iura quæ reg. pariunt.*
2 *Ratio reg. multiplex.*
3 *Iure ſuo vti omni lege conceſſum eſt ciuili, & naturali.*
4 *Exempla reg.*
5 *Licet altius ædes ſuas tollere, etiam ſi vicini luminibus officiatur.*
6 *Quod pluribus modis limitatur.*
7 *Non conceditur aperire feneſtram in ſuo, ad ſolam æmulationem vicini.*
8 *An liceat in ſuo facere furnum, vnde fumus noceat vicino, remiſſiue.*
9 *Alienans in fraudem, vel duobus eandem rem vendens, an dicatur iure ſuo vti.*
10 *In dubio creditur potius aliquis vſus proprio iure, quam dolum voluiſſe facere.*
11 *Præſumptio huius reg. eſt iuris, quæ admittit probationem in contrarium.*

1 ACcipitur ex *l. iniuriarum.* † *§. 1. de iniur. ex l. 3. §. 1. ff. de liber. homi. exhibend. ex l. ſi donaturus. §. ſi quis in dubium ff. de cond. cauſ data ex l. nullus videtur. ff. de reg. iur. ex l. cum creditor. ff. de furt. ex l. Fluminum. §. finali. ff. de damno infect. ex l.* Procul. *eod. tit. ex l. merito. ff. pro ſocio.*
2 Ratio † eſt quæ ponitur in *d. l. iniuriarum*, nempe quia iuris executio, non habet
3 iniuriam. Alia eſt quoque ratio, † quoniam, qui ſuo iure vtitur, iuſtitia vtitur, quæ ius
ſuum cuiq; tribuit. *§. 1. Inſt. de Iuſt. & iur. l. Iuſtitia. ff. eod. tit.* iuſte autem facere, & dolum
committere, inuicem pugnant; Tertia ratio, quia iure ſuo vti eſt facere quod legi
Ciuili, vel naturali conceſſum eſt, vt filium in ſua poteſtate conſtitutum retinẽs pater,
& non exhibens iure ſuo vtitur, ſcilicet lege ciuili conceſſo. *§. 2. Inſt. de patr. poteſt.* item
qui vim vi repellit, iure ſuo vtitur iure naturali inducto. *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* qui facit aliquid in ſuo vtitur etiam proprio iure, ſicut, & ille, qui de re ſua diſponit, iure ſuo
4 vtitur iure gentium permiſſo. *d. l. fluminum l. in re mandata. C. mandat.* Exempla † huius
reg. ſunt iu gloſſ. *l. nullus. ff. de reg. iur. per tit. C. de emend. propinquorum ex l. 2. §. pen. & fin. ff. de aqua pluu. arcend.* exemplum eſt etiam in *d. l. 3. §. 1. de liber. homin. exhibend.* vbi pater nõ
exhibens filium in poteſtate conſtitutum, non dicitur dolo facere, quia ſuo iure vtitur
in *d. l. fluminum. § finali*, in quo damni infecti nomine non teneor, ſi fodiens puteum in
5 loco meo, venæ putei tui præciſe ſunt, quia iure meo ſum vſus, inquit tex. † Infertur autem, vt air *Decius*, licitum eſſe cuique ædificare, & altius ędes ſuas tollere, etiam ſi lumina vicini obſcurentur, *l. altius. §. in ædib. C. de ſeruit. & aqua. l. cum eo. l. Imp. ff. de ſeruit. vrb. præd.* dummodo faceret ad propriam vtilitatem, non autem vt vicino noceret, vt ple-
6 rumque accidit *l. 2. §. pen de aqua pluu. arcend. cum aliis deduct. per tex.* † limitarem hãc illationem, vt per *Marſ. ſing.* 154. cuilibet, vbi trib. modis reſtringit primo in caſu *l. fin. §. fin. C. de ſeruit. vrba. præd.*
Secundo in locat. vt non poſſit tollere altius ædes ſuas in præiudicium domus
à ſe locatæ per doctrin. *Angel. in lege. ſi ii qui ff. de vſufruct.* Tertio in eo qui altius tolleret ædes ſuas, non propria vtilitate ductus; ſed intentione nocendi vicino, *Roman. conſ. 52. in quæſt. Alex. conſ. 9. conſideratu in 6. volum. per totum*, quibus conferunt di-
7 cta *Saly. poſt. Bart. in alleg.* altius, non † licet inquit alicui facere in ſuo feneſtram ad æmulationem alterius, nempe, vt inſpiciat religioſos, & religioſas, vel vxorem, vel filium vicini, ſecus autem ſi concurreret etiam vtilitas propria, tunc enim eſſet conceſſum, licet vicinus damnum pateretur, huc ſpectant, etiam quæ ſcribit *Socc. in reg. 101.*
8 *Iaſ. in l. quo minus. ff. de flum. verſ. 2.* ad idem addo illud &c. †
Infertur etiam per *Cagn. in d. l. nullus & per appoſt. ad Dec.* ibi ad illam quæſtionem
numquid ſit permiſſum in loco proprio ædificare furnum, vnde fumus noceat vicino. Aduerſus hanc regulam gloſſ. in *dict. l. nullus* opponit, probando, quod ſæpe his qui
9 ſuo iure vtitur, dolo facit palam eſt in eo, qui alienar in fraudem, nam † in dolo eſt,
ita alienando, & tamen dominium transfert, licet poſſit à creditoribus per Fabianam,
vel Paulianam actionem reuocari, vniuerſo *titulo. ff. de his quæ in fraude. credit.* Nec
non eo, qui eandem rem vendit duobus *leg. quoties. C. de rei vend.* & tamen dolo facit,
dum ſuo iure vtitur *l. in duobus. ff. de falſis iuncta. l. nec exemplum. Cod de falſis*, Reſponſio vltra gloſſ. in conſpectu eſt, nempe in his caſibus non vtitur ſuo; ſed magis abutitur, ſiquidem iure ſuo vti, eſt vti iure conceſſo; at in fraudem alienare, & eandem rem

diuerſo

diuerſo tempore vendere duobus nullo iure permiſſum eſt ex facultate reuocandi
10 & ex impoſitione pœnę. † Extenditur regula vt non modo ceſſet dolus, quoties cer-
tum eſt, quod aliquis ſuo ſit iure vſus; ſed etiam quoties ſumus in dubio, ita, vt poſſit
videri, & non poſſit videri vſus, creditur in dubio vſus ad excludendum præſumptio-
nem doli ex *l. merito. ff. pro ſocio*, ibi, & plerumque credendum eſt, eum qui partis Do-
minus eſt, iure potius ſuo vti, quam furti conſilium inire ex *l. delator. ff. de iure fiſci*, qui
ſuæ cauſæ protegendæ aliquid ad fiſcum nunciat, *l. cum creditor ff. de furt.* in qua *Vlpian.*
ait cum creditor rem ſibi pignoratam aufert, non videtur contrectare, ſed pignori ſuo
11 incumbere; addo præterea his præſumptionem † huius regulæ vt ſcilicet non præſu-
matur in dolo, qui ſuo iure vtitur, eſſe præſumptionem iuris tantam, aduerſus quam
poſſit probari contrarium, etenim licet aliquis vtatur iure ſuo, poteſt tamen vti, non
ad propriam vtilitatem, ſed ad æmulationem, & vicinorum incommodum, vt paulo
ſupra oſtendimus.

REGVLA 43.

Creditor ſuum recipiens Dolum non committit.

1 *Leges ex quibus regula ſumitur.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt.*
4 *Exempla regulæ.*
5 *Edictum, quæ in fraudem creditorum ceſ-ſat contra eum, qui recipit ſuum creditum à debitore non ſoluendo.*
6 *Intellige ſi exegit antequam bona debitoris eſſent à creditoribus poſſeſſa.*
7 *Intellige ſi modo illam pecuniam non extorſerit à debitore.*
8 *Minore ad hæreditatem adeundam reſtituto; ſolutiones interim factæ creditoribus non reſcinduntur.*
9 *Reuocatur, quod vni ſocio à debitore ſolutum eſt ſi velint alii ſocii.*

1 PRoducitur † hæc regula ex *l. nihil dolo. ff. de regul. iur. ex l. qui autem. §. apud Labeonem,*
2 *cum § ſeq ff. quæ in fraud. cred. ex l. Pupillus eod. tit.* † Ratio eſt, quam allegat *Cagn. in d. l.*
nihil dolo, quoniam in eo non verificatur definitio doli, quæ eſt circumuentio ad ali-
quem decipiendum adhibita, *l. 1. § 1. de dolo*, qui autem ſuum creditum recipit, non pa-
rat alium decipere, ſed ſibi vigilat, *d. §. apud Labeonem cum ſequent.* ſuam conditionem
ſine cuiuſpiam iniuria facit meliorem, & ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt, *d. l. Pupil-
lus in fin.* Confirmatur quia dolum committens, reſpicit aliena non ſua, & in rem alte-
rius ſimulationem dirigit, *l. 1. in princ. & §. 1. de dolo.* At creditor de ſuo cogitat, ſi ſuum,
ergo, alterum non lædit, dolus autem ſemper continet damnum alterius, *d. l. in prin.* ibi
4 aliis obfuerint calliditate, † exemplum regulæ eſt in *l. fin. C. depoſit.* vbi vnus ex pluri-
bus hæredibus petiit à Depoſitario defuncti, ſuam partem pecuniæ, alii non exege-
runt, interim ſine dolo malo depoſitarii pecunia interiit, non poſſunt cohæredes a-
gere, cum illo, qui partem ſuam erat conſequutus, quia ſuæ induſtriæ, inquit textus nõ
5 debet ſubire pœnam. † Infertur ceſſare edictum, quæ in fraud. credit. contra illum,
qui ſuum creditum à debitore nõ ſoluendo recepit, *d. §. apud Labeonem*, quia ſibi vigila-
6 uit, & *d. l. Pupillus*, etiamſi ſciret debitorem non eſſe ſoluendo, † declara ſi exegerit an-
tequam bona debitoris eſſent creditoribus poſſeſſa nam ex actio poſtea facta non va-
7 let, ſed debet cum cęteris creditorib. cõmunicare, *d. l. qui autem. §. qui vero poſt bona*, † de-
clara etiam dum modo creditor à debitore non extorſerit illam pecuniam. *d. l. Pupillus
8 in fine.* † Infertur quoq; *ad l. ſi mulier. ff. de minor.* in qua minorem ad aditionem hæredi-
tatis reſtituto ſolutiones creditorib. factæ non reſcinduntur, quod etiam definitur *in
l. 6. ſi Pupillus. ff. de bonis authorit. iud. poſſid.* vbi redditur ratio, ne alterius aut negligentia
9 aut cupiditas huic qui diligens fuit noceat. Alia ratio redditur à gl. *d. l. mulier per tex. in
l. ſancimus la. 1. C. de adminiſtr. tutor.* ſc. quia nõ debet, quod rite, & ſecundũ leges ab ini-
tio geſtũ eſt, ex alio euentu reſuſcitari. † Opponitur aut per tex. *in l. verũ. §. ſicut tres ff. pro
ſocio*, vbi reuocatur, q; vni ſociorum ſolutũ eſt, ſed aperta ſolutio eſt, ſc. id eſſe ſpeciale
ꝓpter ſocietatẽ, quippe iniquũ eſt ex eadẽ ſocietate, aliũ plus, alium minus conſeqoi,
ſicut conſiderat ibi *Vlp.* habet enim ſocietas, ius quoddam fraternitatis.

REGVLA 44.

Dolus non debet eſſe impunitus.

1 *Leges ex quibus ſumitur regula.*
2 *Ratio regulæ.*

3 *Actio doli dicitur oriri ex delicto.*
4 *Delicta non debent remanere impunita.*
5 *Illationes ex reg.*
6 *Ratio, cur interſit Reipubl. delicta puniri.*
7 *Reſp. ſiue populus corpus eſt, & tria ſunt genera corporum.*
8 *Debitor obligatus dare ex duobus ſeruis, vnum ad ſuum arbitrium, vno per ſuam culpam mortuo, perdit electionem.*

1 SVmitur † ex *l. 4. §. cum dominus. ff. de noxal action.* ibi, ergo dolus ſerui impunitus erit,
quod eſt iniquum *l. ſi procurator. ff. de except. doli,* ibi in vniuerſum autem ea reg. in ea
2 re ſequenda eſt, vt dolus omnimodo puniatur; Ratio † eſt, quia dolus eſt delictum *l.*
1. iunct. gl. in verſ. crimen. ff. de fideiuſſ. Tutorum, quam ibi expreſſe ad hoc *Bart.* notat, &
idem ponderat in *l. 1. §. apud ſeruum. ff. depoſit.* facit tex. in *l. item exigit. ff. de dolo.* ibi nec in
3 tanto crimine vagari oportet, adeo † quod actio ſurgens ex dolo, dicatur oriri ex de-
licto. *Iaſon in §. item ſi quis in fraudem, numer. 108. Inſtitution. de action.* Delicta †
4 autem non remanere impunita, Reip. intereſt. *l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. l. Illicitas. §. ſi-
licet è. ff. de publicia. l. ſi longius. §. 1 ff. de Iud.* ibi ne dum pater expectatur impunita ſunt ma-
leficia. *l. ſi à* Reo. *§. fin. ff. de fidei.* ibi pœnas ob maleficia ſolui, magna ratio ſuadet. *l. ſi operis
C. de pœnis ibi*, cum non remitti pœnam facile publicè interſit, ne ad maleficia teme-
5 re quiſpiam proſiliat. † Et hinc infertur ad *l. Iuris gentium. §. prætor ait. ff. de pact.* quod
non ſeruentur pacta dolo inita. *Infertur ad §. illud. l. ſi vnus. ff. de pact.* futurum dolum nõ
poſſe remitti; Ad *c. quamuis de pact. in 6.* Doloſam conuentionem iuramento non infir-
mari; Infertur ad edictum prætoris de dolo, nam eadem ratione impulſus prætor, il-
lud proponit, vt ſcilicet quos natura continere in officio non poteſt, hi magnitudine
6 pœnæ maleficii ſubmouendi ſunt, vt dixit *Cicero pro Roſcio.* † Sed quomodo interſit
Reipubl delicta puniri, non ineleganter quæritur, & ſolutio quæſtionis colligitur ex
Cic. in Philip. 9. Nam ſicut in corpore, quando eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori no-
ceat vri, aut ſecari patimur, vt membrorum aliquod potius, quam totum corpus in-
tereat, ſic in Reip. corpore, vt totum ſaluum ſit, quicquid eſt peſtiferum amputatur,
7 † Reſp. enim & populus corpus eſt *l. rerum mixtura. ff. de vſucap.* vbi tria eſſe genera cor-
porum definitur, vnum quod conſtat vno ſpiritu, vt homo, leo. Alterum quod conſtat
ex pluribus cohærentibus capitibus, vt ædificium, tertium ex pluribus diſtantibus ca-
8 pitibus, vt populus; Infertur, *ad l. Stichum, aut Pamphilum. ff. de verb. obl in fin. primi reſp.* in
quo Debitor dare vnum ex duob' ſeruis ad ſuum arbitriũ, vno per ſuam culpam mor-
tuo, non poteſt amplius eligere, ſed debet illam præſtare in pœnam ſui delicti.

REGVLA 45.

Doli clauſula, non refertur ad eas partes, de quibus nominatim cautum eſt.

1 *Ex quibus legibus depromatur.*
2 *Ratio reg.*
3 *Illatio ex ea ratione.*
4 *Clauſula doli continet incertitudinem.*
5 *Alia ratio, quia ſpecies derogat generi.*
6 *Regula, quod ſpecies derogat generi ampliatur, & declaratur.*
7 *Limitatio regul. ſpecies derogat generi.*
8 *Genus interdum derogat ſpeciei.*
9 *Doli clauſula, quomodo concipiatur.*
10 *Quid ſub iſta clauſula contineatur remiſſiue.*

1 DEpromitur † ex *l. Doli clauſula. ff. de verb. oblig.* ex *l. ſi ſine iudice. §. ſi in ſtipulatione. ff. rem*
2 *ratam haberi.* † Ratio vero ſumitur ex *l. ſtipulationes commodiſſimum. ff. de ver. obligat.*
ibi doli clauſula ad ea pertinet, quæ in præſentia occurrere non poſſunt, & ad incer-
3 tos caſus ſpectant, & † ideo admonet, eo loci Iuriſconſult. ſtipulationes ita componā-
mus, vt quæcunque ſpecialiter comprǽhendi poſſunt contineant, nam Clauſula do-
li licet ſua generalitate ſoleat omnia comprǽhendere tamen non debemus ea eſſe cõ-
4 tenti, quippe † quia magnam incertitudinem continet, nec ſemper eſt exploratũ, quid
à bona fide alienum ſit. proinde conſultius eſt ea nominatim exprimere, quæ ſpeciali-
ter licet comprǽhendere. Alia ratio eſt, † quoniã ſpecies derogat generi. *l. in toto. ff. de*
5 *reg. iur. l. Generi eod. tit.* ſiue ſpecies ſequatur, ſiue præcedat, ſiue ſimus in eadẽ lege, ſiue

in diuerſis fc. quando lex ſpecialis,& generalis ſibi contra dicant, vt *Bart. in l. 1. §. hoc*
6 *edictum.ff.de noui.oper.nunci*,dicens,quod in diuerſis † legibus ſpecies non derogat ge-
neri,debet ita intelligi,quando lex generalis non diſſentiunt,& regula prædicta quod
generi per ſpeciem derogatur, admittitur non modo in legibus; ſed in ſtatutis, ſed in
reſcriptis; ſed in legatis,vt late *Roland. à Vallè conſ.5.num.6.vol.4.* quin etiam in contra-
7 ctibus, *d. l. Doli*,in mandatis iuriſdictionis, quoque & laudis, † fallit autem in man-
dato fiſcali, *Sebaſt. medices de reg. iur. parte prima,reg.1.numer.44.* reſtringitur præterea,
& fallit in *l.12.§.ſi quis in fundum.ff.de fund. instrument.in l.legat.ff.de ſuppell.legat.* fallit de-
mum,vbi genus vnam tantum haberet ſpeciem,*l.ſi hæres.ff.de optim.legat. l.ſi domino.ff.*
de leg. prima ibidem fallit in *l. verba teſtamenti.ff.de aliment.& cib.a.leg.* in qua enumera-
8 tio quorumdam indiuiduorum legatum generale non vitiat. † Notandum tamen eſt
vnum ſcitu dignum, quod genus interdum derogat ſpeciei *l. libertis.ff. de alim. leg.* vbi
9 generale legatum alimentorum derogat ſpeciali. † Concipitur autem hæc clauſula
doli ita. dolum malum abeſſe abfuturumque eſſe *Duaren. de verb. obligat. l. Stipulat. ita*
verſ. ſi quis dolum promiſſiones, vel ſic, ſi quod in ea re dolo malum factum eſt, *d. l.*
ſtipulatio iſta & d.verſ. ſi quis dolum, vel ſic, cui rei dolus malus abfuerit, *l. ex parte.ff.*
de ver.obligat.l. Hæc verba,cui rei.ff.de verb.ſignific. vbi iuncta gloſſ. declaratur. Quæ ſub
10 iſta clauſula contineantur. † Alia quæ ad ornatum huius regulæ pertinent; peten-
da ſunt ex *tit.de dolo in contractibus lib.2.*

REGVLA 46.

Exceptio Doli, quæ nocebat deleganti, non officit ei, cui fit delegatio.

1 *Leges ex quibus regula ſumitur.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Ampliatio reg. vt procedat etiam in debitore, tàm ſciente, quàm ignorante exceptionem competere.*
4 *Ampliatur etiam, ſiue delegatio ſit facta ex cauſa lucratiua, ſiue ex cauſa oneroſa.*
5 *Extenditur ad exceptionem Macedoniani.*
6 *Limitatur in exceptione ſenatus conſulti Velleiani.*
7 *Fallit in minore delegato ex ea cauſa, & obligatione, in qua fuerat circumſcriptus.*

1 EMergit ex † *l. Doli mali exceptio.ff.de nouat ex l.ſi quis delegauerit eodem tit.* ex *l. Neſenni-*
2 *us.ff.de re iud.* & † Ratio regulæ eſt, quæ redditur in *d.l.doli verſ. ideo autem*, quia ſcil.
in priuatis contractibus,& pactis, & pactionibus non facile ſcire petitor poteſt, quid
inter eum,qui delegatus eſt,& debitorem actum eſt,aut etiam ſi ſciat, diſſimulare de-
3 bet, ne curioſus videatur, † Amplia ſiue debitor delegatus ſciat,ſibi exceptionem
competere,ſiue ignoret, *d.l.ſi quis delegauerit,de nouat.* etenim ſi ſciuerit videtur exce-
ptionem remittere, ſi ignorauit quia creditor cui eſt facta delegatio ſuum recipit, vt
eadem lege expreſſum eſt. Conſultum eſt ei aduerſus delegantem remedio, de quo
in text. *d.l.Doli*, nempe vt contra eum reſtituatur in integrum, intra quadriennium vt
4 dicit ibi gl. † Amplia, & in aliis exceptionibus perſonalibus; ſiue delegatio ſit facta ex
cauſa lucratiua, ſiue oneroſa, *l. Neſennius, de re iud.d. l.* Doli verſ. idemque & quod ma-
5 xime innuendum eſt † procedit etiam in exceptione Macedoniani, quam filiusfam.
delegatus aduerſus ſecundum creditorem non opponit,quippe quia,vt ait IC. in hac
6 delegatione,nihil eſt factum contra Senatuſcon. † Deſinit autem regula in exceptio-
ne Velleiani ſcilicet nam mulieri licet eam opponere ſecunda creditori, quandoqui-
7 dem, & in hac ſecunda exceptione interceſſio eſt. † Fallir quoque in minore, qui
delegatus eſt ex ea obligatione, in qua fuerat circumſcriptus, nam, & in hac delega-
tione dicitur eſſe deceptus, allegata *l. Doli*, Pro qua regula exornanda, videre
oportet, quæ diximus in *titulo de exception.doli*, vbi etiam diſpu-
tamus, an exceptio doli, quæ nocebat cedenti,
nocere poſſit ceſſionario.

REGVLA 47.

Doli exceptio non nocet his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

1 *Leges ex quibus regula profluit.*
2 *Ratio regula.*
3 *Exempla regula.*
4 *Oppoſitio, & reſolutio.*

1 EManat † ex *l. pure in princ. ff. de excep. doli ex l. apud. §. prætorem. ff. eod. tit. ex l. qui cum alio.*
2 *§. non enim ſolet. ff. de reg. iur. ex l. 2. C. de iure dot.* † Ratio videtur, quoniã cum in vlti-
mis iudiciis voluntas teſtatoris nominetur, *l. in conditionibus ff. de cond. & demonſtrat. l.*
cum quæſtio. C. de leg. argumento l. non aliter. ff. de leg. 3. aduerſus eos, quibus voluntas eius
reſiſtit, obſtat exceptio doli, *l. 1. §. conſulto. ff. de his, quæ in teſtamento delentur. l. fin. §. anus. ff.*
de except. doli cum multis ibi not. in gloſſ. in verb. obſtatura. l. apud. §. præterea. ff. de except. doli, i-
bi: ſi quis quid ex teſtamẽto petat contra voluntatem exceptione eum doli mali ſum-
moueri ſolet. Igitur à contrario, voluntate teſtatoris non reſiſtente doli exceptio non
3 obſtabit, †. Exempla regulæ multa ſunt, & primum illud quod colligitur ex *d. l. pure*
in princ. ff. de except. doli. nam teſtator, cui puer à te centum debebantur legauit illa tibi
ſub cõditione hæres ea pendẽte poteſt petere, nec doli exceptione repellitur cũ poſ-
ſit etiam deficere conditio, ſed tamen debet hæres dare cautionem de tanta pecunia
reddenda, ſi conditio extiterat, aliàs ſummouebitur exceptione: expedit enim legata-
rio retinere ſummam magis, quam mitti in poſſeſſionem rerum hæreditariarum. *d. l.*
pure. Secundum eſt in *d. l. apud. Celſum. §. præterea, verſ. ſi quis ex vncia.* Tertium ponit. *glo.*
in l. 2. C. de iure dot. & in *l. adulta. C. de hæred. actio.* in qua non extinguitur actio, quam ha-
bet vnus ex hæredibus contra teſtatorem, niſi pro parte, qua hæres eſt, niſi hoc expreſ-
4 ſe voluerit teſtator, *l. ſi compenſandi. C. de hæred. inſtit.* opponit † autem gloſſ. de text. in
l. ſi pecuniam. ff. ſi cert. pet. vbi debitorem purum iuſſi alii ſub conditione promittere, &
tamen non poſſum interim petere, Reſpon. procedere ex iure ſingulari, quia non eſſet
debitori cautum in euentum conditionis; reliqua vide apud *Dec. & Cagn. in d. §. non ſo-*
lent. ff. de reg. iur.

REGVLA 48.

Dolum ſuum, vel authoris allegans, non debet audiri.

1 *Ex quibus legibus deducatur.*
2 *Ratio regulæ cum ratione rationis.*
3 *Nemo de ſua improbitate conſequitur actionem.*
4 *Ampliatur etiam, quando actus eſſet inualidus, & nullus.*
5 *Ampliatur etiam ſi per replicationem dolus opponeretur.*
6 *Amplia, vt nec dolus authoris ſingularis, nec vniuerſalis poſſit allegari.*
7 *Limita, vt audiatur in damnum ipſius allegantis.*
8 *Limita, vt poſſit allegari per exceptionem contra eum, qui pariter eſt in dolo.*
9 *Limita, vt audiatur actor per viam replicationis aduerſus reum doloſum, qui de lucro captando ageret, ipſe vero actor de damno.*
10 *Vtrum ſi timens bona mea confiſcari, ea tibi ſimulate vendiderim; & poſtea ceſſante metu contra te agam ex emptione, an poſſim replicare de ſimulatione.*
11 *Suam fraudem allegans, auditur ſi illa erat iam detecta, maxime ſe defendendo.*
12 *Auditur ſuum dolum allegans; quando actus erat nullus, quia aduerſus legem celebratus.*
13 *Non repellitur, qui ſuum dolum allegat, quoties agitur de fauore animæ.*
14 *Non remouetur etiam, quando in totum eliditur ius actoris, vel oſtenditur ei ipſo iure, ius non competere.*
15 *Non expellitur etiam quando actus eſſet nullus fauore publico & de nullitate conſtet.*
16 *De eo, qui allegat turpitudinem ſuam, remiſſiue.*
17 *Propria turpitudinis obligatio, non reiicitur, vbi agitur ad coadiuuandam intentionem allegantis.*

1 HÆC reg. qua nulla iuſtior, & honeſtior potuit à lege conſtitui, ex multis iuribus †
ſumitur, nempe ex *l. cum profitearis C. de reuoc. donat. ex l. ſi creditoribus. C. de ſeru. pign.*
dato l. filios debitoris C. de reuo. his quæ in fraud. l. tranſactione finita la. 2. C. de tranſ. l. vendituri-
es C. de rebus alien. non alien. l. pignori. ff. quæ, & à quibus manu. liber non fiat. l. vendicantem de
euict. l. qui ſolidum. §. etiam reſp. ff. de leg. 2. l. ſi ab eo. ff. de liber. cauſ. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. ff. de
2 *leg. 1.* † Ratio reg. eſt, quia turpitudinem ſuam allegat, *gl. in d. l. cum profitearis, & in d. l. fili-*
os, & in d. l. ſi creditoribus, & quia contra factum ſuum, vel ſui authoris, nemini conceſ-
ſum eſt venire *l. cum à matre C. de rei vend. l. poſt mortem. ff. de adopt. l. per fundum. ff. de ſeru.*
3 *Ruſt. præd. gl. mag. in c. cum ſuper de conceſſ. præbend.* Ratio autem † rationis, vt mihi quidem
videtur eſt, quoniam de improbitate ſua, nemo conſequatur actionem. *l. Itaque fullo. ff.*
de inſt. l. verum. §. tempus autem. ff. pro Soc. ibi nec æquum eſt quemquam ſuo dolo rele-
4 uari; †

Ampliatur, vt etiam procedat, quando actus eſſet inualidus, & nullus, ſi modo
de graui alterius præiudicio non agatur. *l. 1. C. de liber. cauſ. c. cum ſemper tunc. gloſſ. de con-*
5 *ceſſ. e. præbend.* Secundo † Amplia etiam, ſi per replicationem dolus opponeretur *l. viro,*
6 *& vxore. ff. ſol. matr. l. apud Celſum. §. Marcellus ait. ff. de except. doli.* Tertio † extenditur, vt
nō modo authoris vniuerſalis, ſed nec etiam ſingularis dolus poſſit allegari; ſi de cauſa
7 lucratiua quæratur *Gran. conſ. 123. num. 6. Bald. conſ. 258. lib. 4.* † Reſtringitur primo in da-
mnum ipſius allegantis, audiretur enim vt inde puniretur. *l. Neratius. ff. ad leg. Aquil. in*
fin. tametſi lex quandoque cū confitente mitius agat, vt ad detegenda facinora vnum-
8 quemque inuitet *l. quiſquis Cod. ad l. Iul. Maieſt.* † Secundo auditur dolum allegans per
exceptionem aduerſus eum, qui pariter eſt in dolo, nam contra doli exceptionem re-
plicatio doli non admittitur *d. l. apud. §. Marcellus,* quippe in pari culpa, potior eſt condi-
9 tio poſſidentis *l. 1. & 2. cum ſeq. ff. de cond. ob turp. cauſ.* Roland. *conſ. 3. num. 7. vol. 1.* maxime
ſi excipiens ageret de damno euitando; † Tertio auditur cum Actor per viam replica-
tionis allegaret dolum aduerſus doloſum; qui de lucro captando ageret, Actor verò
de damno euitando; *Aret. conſil. 65. in fin. Bart. & doct. in dict. §. Marcellus, & §. procura-*
tor legis iuſiurandum. ff. de iure iur. quod æquitate non caret; atque hinc inferendo
cum eis.

Quæſt. 1. Quæro cum timerem bona mea confiſcari, tibi venditionis titulo tra-
10 didi, deinde timore † ſublato, ago aduerſus te rei vendicatione: opponentē exceptio-
nem contractæ emptionis; an poſſim replicare de ſimulatione contractus in frau-
dem fiſci? *Bald. in d. l. cum profitearis,* aſſerit conceſſam eſſe ſimulationis replicationem;
Alciat. autem in l. tranſactione finita. la. 2. num. 6. veram eſſe Baldi ſententiam putat, ſed a-
lia ratione, nempe quia ex contractu ſimulato propter defectum conſenſus, non tran-
ſit aliquod dominium, quare fundamētum meę intentionis non eſt in dolo, ſed in do-
minio, quod à me non diſceſſit. Replicatio autem ſimulationis tuam exceptionem
emptionis elidit, quoniam ſimulationi in fraudem conſenſiſti, quo fit, vt culpa mea
propter culpam tuam fuerit obumbrata, dominiumque apud me ſemper remanere
11 debebat, apud quem ſemper fuit: argumento. *l. cum mulier. ff. ſol. matr.* † Quarto auditur,
quoties fraus ipſa erat iam detecta: nihil enim impedit; quin aduerſus alium de ea ob-
iici poſſit, *Ruy. conſ. 142. num. 7. vol. 1. & conſ. 194. num. 11. eodem vol.* Id quod dubium non
videtur; quoties excipiendo, ſeu ſe defendendo aliquis eam allegaret. *l. Ante penult. de*
ſuſpect. Tutor. cap. ex pœnitentibus diſt. 50. veluti ſi à munere iudicandi, quis ſe excuſaret
quod de aliquo crimine damnatus ſit, *Bart. in l. 2. C. ſi ſeruus, vel liber lib. 12.* Sed quid a-
12 gendo, vel replicando, declarat *Alciat. d. l. tranſactione finita. n. 7.* † Quinto auditur cum
actus ideo nullus eſt, quia ſit aduerſus legem celebratus, iuſte enim cuique concedi-
tur, vt actum à ſe geſtum cōtra legum ſanctiones, infirmum poſſit allegare. *l. à Diuo P. o.*
ff. de ritu nupt. Id quod accipiendum eſt vt non procedat, quoties actus eſſet nullus fa-
uore alterius, tunc enim non poteſt ei præiudicium fieri. Quare nec libertati hoc nō-
mine præiudicatur, nec matrimonio nec Eccleſiæ. *l. 1. & l. interrogatum de liber. cauſ. cap.*
lator c. conſanguinei de re iud. cum aliis deduct. ab *Alciat. d. l. tranſ.* à quo ampliationes, &
13 limitationes acceptæ ſunt. †

Sexto auditur, vbi de fauore animæ tractetur, *Ruy. conſil. 132. numer.* 10. & 12.
14 *vol. 1.* †

Septimo limitatur, quando in totum eliditur ius Actoris, vel concluditur Actori
15 ipſo iure nullum ius competere, *Ruy. conſ. 72. n. 2. & 10. vol. 5.* † Auditur octauo, ſi actus
eſſet nullus fauore pub. & de nullitate conſtaret, nam in dubio repelleretur proprium

16 dolum allegans. † Planè ad materiam allegantis dolum, & turpitudinem ſuam, con-
ferunt, quæ ponit, Iaſon. in l. iuſiurandum. §. procurator num. 26. & 27. ff. de iureiur. vbi Bart.
& alii, in l. ſi ſeruus plurium §. ſi hæres. ff. de legat. primo num. 4. & 6. & in l. nemo poteſt numer.
41. ff. de legat. 1. Mathes. inter ſingularia Dd. in l. 3. C. de reuocand. his, quæ in fraud. cred. Dec.
17 conſ. 14. num. 7. † Dicens poſſe allegari turpitudinem ſuam, ad coadiuuandam inten-
tionem, Crau. conſ. 106. num. 12. & conſ. 125. num. 6. Roland. conſ. 93 numer. 7. volum. 1. Ruy.
conſ. 125. num. 4. volu. 1. & conſ. 154. num. 9. volu. 5. & conſ 78. num. 7. volu. 4. in quo con-
ſuluit, quando vnus eſt in damno, alter eſt in lucro, vel vterq; eſt in damno, vel quan-
do actus eſt celebratus contra legem.

REGVLA 49.

Dolus, & fraus non conſiderantur ab euentu.

1 Iura ex quibus emanat regula.
2 Ratio regulæ duplex.
3 Animus & intentio diſtinguunt facta.
4 Exempla regulæ.
5 Donatio inofficioſa re, & conſilio reuocatur.
6 Alienatio facta in fraudem dicitur, ſi conſilium, & euentus fraudem contineant.
7 Libertas non dicitur data in fraudem, niſi re & conſilio fraudulento.
8 Ad reuocandam fideicommiſſariam libertatem, ſufficit fraudulentus euentus, & quæ ſit ratio.
9 Alienatio inter viuos facta in fraudem Patroni videtur, ſi euentus, & animus fraudulentus concurrant.
10 Alienatio vero in vltima voluntate, dicitur facta in fraudem Patroni ſi conſtet de fraudulento ſucceſſu.
11 Alienatio quoque in fraudem fiſci, conſilium, & euentum fraudulentum deſiderat.
12 In alienatione facta à filiis in fraudem Patris, idem iuris eſſe videtur, ac in alienatione facta in fraudem patroni.
13 Litteræ cambii non præſumuntur factæ in fraudem, quod ille Campſor, cui fuit directæ breui tempore fuerit decoctus.
14 Euentus, nomen, quam varias obtineat in iure ſignificationes.

1 DEducitur † ex l. fraudis interpretatio. ff. de reg. iur. ex l. ait prætor. §. ita demum. ff. quæ in
fraud. cred. l. 2. C. de ſeruo pignor. dato manu. ex §. in fraudem Inſt. quibus ex cauſ. manu.
2 non li. ex l. ſi quis aũt ff. qui & à quibus. l. 1. & fin. C. qui manu. non poſſ. † Ratio regulæ eſt quia
3 animus, & intentio diſtinguũt facta † l. 1. C. de Sicar. l. 4. ff. de Tabul. exhibend. l. quæ tutelæ.
ff. de furt. l. quod reſpon ff. de iniur. Alia ratio quoniam ſæpe de facultatibus ſuis amplius,
quam in his eſt ſperant homines, d. §. in fraudem, & l. in fraudem ff. qui, & à quibus manum.
vt frequenter accidit his, ait textus qui tranſmarinas negociationes, & in aliis regioni-
bus, quam in quibus ipſi morantur, per ſeruos, & libertos, exercent, & ſæpe attritis
4 iſtis negociationibus, id ignorant. † Exemplum primum erit in donatione inoffi-
cioſa, quæ non aliter reuocatur, quam ſi re, & conſilio ſit contra officium & pieta-
tem facta l. pen ibi in cuius bonis, ſi idem conſilium & euentus comprehenditur. C. de
5 in offic. donat. iuncta gloſſ. in verſ. conſ. † Idemque iuris eſſe videtur in dote inofficioſa,
7 propter æqualitatem rationis. † Secundum eſt in alienatione facta in fraudem cre-
ditorum, d. l. ait prætor. §. ita demum, ibi reuocatur, quod fraudandorum creditorum
8 cauſa factum eſt, ſi euentum fraus habuerit. Tertium in libertate data † in fraude,
d. §. in fraudem. d. l. in fraudem, & l. ſi quis cum haberet, quia vt libertates reſcindantur, v-
trumque in eorumdem perſona exigimus, & conſiliũ & euentũ, fallit autem in fidei-
cõmiſſaria libertate, in qua ſatis eſt ꝓ reuocatione fraudulẽtus euẽtus, l. 1. & l. fi. C. qui
manu. non poſſ porro limitationis ratio eſt duplex, altera eſt Doct. in d. §. item ſi quis in
fraudem. Inſt. de action. nam in directis libertatibus vtrumque requiritur quoniam di-
rectæ libertates, ſtatim ſequuta morte confirmantur, l. 1. C. de fideicom. libert. & ſine ali-
quo facto hæredis gloſſ. in l. fin. C. qui manu. non poſſ. at fideicommiſſariæ exigunt fa-
ctum hæredis, l. ſi ſeruus. C. de fideicom. hæred. hæres autem non tenetur præſtare vltra vi-
res hæreditarias. l. ſucceſſores. C. ad l. Falcid. Alia ratio eſt, Iaſ. & Chriſtoph. de Caſtill. in d. §.
item ſi quis in fraudem, quam refert, & probat, Syl. Aldobrand. ibi num 11. & nos retulimus
9 ſupra in titulo de fraude. † Quartum exemplum eſt in liberto qui alienat in fraudem

patro-

patroni, nam vt alienatio inter viuos, tanquam fraudulenta poſſit à patrono reuocari, fraudulento conſilio debet eſſe coniunctus fraudulentus euentus, *l. 1. in prin. ff. ſi quid in*
10 *fraud. patron. l. patronus iuncta gloſſ. ff. de probat.* † Sed in alienatione per vltimam voluntatem, veluti per legata, per donationem mortis cauſa, ſufficit ſolus fraudis euentus *d. l. 1. §. ſin proponis matris cauſa.* Ratio diſcriminis eſt, vt inquit *gloſſ. in d. l. patronus*, quoniam leg. nunquam præſtantur, niſi ære alieno deducto *leg. 1. §. is qui quadringenta in fin. ff. ad Trebell.* hoc autem, quod patrono debetur, quaſi æs alienum cenſetur *l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inoff. teſt.* & propter ea legata quæcumq; ſiue dolo, ſiue ſine dolo relicta, non præſtãtur, niſi deducto, eo ꝙ patrono debetur; & tantundem videtur dicen-
11 dum † in alienatione facta à filiis in fraudem parentum *leg. fin. ff. ſi quid in frand. patron.*
12 cum his, quæ diximus ſupra *in titulo de fraud. filiorum* erga parentes. † Quintum exemplum erit in alienatione facta in fraudem fiſci, *Bartol. & Doct. in l. poſt contractum. ff.*
13 *de donat.* Ex hac regula *Rota Genuenſis in deciſ.* 183. in præſenti infert. † Quod ex litteris cambii factis ab vno Campſore non arguitur, quod fuerint factæ in fraudem ex eo, quod ille Campſor, cui litteræ dirigebantur, cœperit breui tempore deficere, & ita paulo poſt decoctus fuerit, dolus enim & fraus ab euentu non conſiderantur; ſed ex conſilio per reg. noſtram; quæ deſiderat concurſum vtriuſque: euentus autem dicitur a *Cic. in Rethoricis*, cuiuſcumq; negocii finis; à quo ſæpiſſime res iudicatur, *c. ſi forte de ele. 7. lib. 6.* vbi euentus dicitur effectus, & exitus. Sic in *l. 1. C. qui accuſ. non poſſunt l. ordinata ff. de liber. cauſ.* pro fine accipit *Ouid.*

Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto.
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Euentus, quod fortuna, ſiue bonum, ſiue malum nobis affert, ſignificare ſolet *Virg. 6. Æneidos, certoſq; volutat, euentus animo ſecum, Cic. 1. de orat.* vt quiſq; optime dicit, ita maxime varios euentus orationis pertimeſcit, interdum tamen, euentus ſolus inſpicitur, vt in pœnis, *l. aut facta. §. euentus ff. de pœnis.*

REGVLA 50.

Hæres Dolo non caret, ſi poſt motam controuerſiam hæreditatis legata ſine cautione ſoluit.

1 *Ex quibus reg. ſumatur legibus.*
2 *Ratio reg. duplex.*
3 *Exempla reg.*
4 *Verbum cautionis, hoc loco ad ſtipulationem refertur.*
5 *Haredis nomen, in hac reg. verificatur, etiam in bonor. poſſ.*
6 *Nominis huius, hæres, multiplex etymologia.*
7 *Hæres ab hæro id eſt Domino, hæres ab hæreditate; hæres ab, erciſco, quod eſt diuido, vt in* tit. fam. herciſ. *vnde; hæres ab hærendo.*
8 *Hæres ab ære.*
9 *Fideicommiſſa etiam hac regula contineri.*
10 *Limitatur reg. in legatis, quæ ex licentia Teſtatoris poſſunt à legatario propria authoritate capi.*
11 *Reſtringitur etiam in legatis relictis his perſonis, quibus conſeruantur ex edicto de leg. præſtandis.*
12 *Legatarius, quando mota eſt controuerſia hæreditatis, poteſt expectare exitum litis, vel ab initio mota litis legatum petere, & cautionem præſtare.*
13 *Hæres ante motam controuerſiam hæreditatis non eſt in dolo ſi cautionem à legatariis non exigat, niſi ſciret propediem mouendam.*
14 *Hæres, cui mouetur controuerſia hæreditatis, poteſt petere, vt quæratur, an legatum debeatur; aut exigere à legatario cautionem, & ita legatum præſtare.*
15 *Vtrum dolus noſtra reg. ſit in omittendo, vel in committendo.*
16 *Vtrum dolus huius regulæ ſit præſumptus, ſola iuris præſumpt. vel iuris, & de iure.*

1 EDita eſt † hæc reg. ex *l. Dolo. ff. ad l. Falcid.* in qua eadem ferme verba continentur
ex *l. hac autem. §. hæc cautio. ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid.* ibi, hoc ſi ante motam con-
2 trouerſiam ſoluat, quod ſi poſtea tenebitur culpæ nomine. † Ratio eſt reg. quia in do-
lo præſumitur, qui omittit ſcienter facere id quod peragere debuit *l. Dolus eſt. ff. mand.*
Rurſus quia in dolo videtur, qui facit id, quod eum non oportuit facere *l. ſi procurato-
rem § dolo. ff. eodem tit.* Accedit, quod nulla bona præſumptio capi poteſt in eo, qui poſt
motam controuerſiam hæreditatis ſoluit legata, debuit enim cogitare in certum eſſe
litium euentum. *l. ſi filius, qui in poteſtate*, vbi *Iaſ. nu.* 39. *ff. de liber. & poſt.* & per ſententiam
3 iudicis facile à ſe diſceſſuram hæreditatem. † Exemplum ex reg. in *l. fin. C. de petit. in leg.
Iulianus. § ſi tibi. ff. de exhibend. in l. quod ſi poſſ. de pet. hær. in l. ſi teſtamentum falſum. ff. eodem.*
In quibus poſt motam controuerſiam ſoluuntur legata præſtita cautione, ita fit, vt do-
4 lum committat quicunque legatorum faciat ſolutionem, non petita cautione. † Cau-
tionis verbum, non pro nuda promiſſione puto accipiendum, vt in *l ſancimus C. de ver.
ſignif.* ſed cum ſtipulatione per tex. *in l. ſed ſi poſſeſſor. ff. de pet. hæred.* vbi cautionem pro
legatorum reſtitutione ſi euincatur hæreditas IC. appellat ſtipulationem & in fine
ait hæredem euicta hæreditate actiones cedere petitori pro legatis ſolutis, quod ſi nu-
da fuiſſet cautio, nulla erat, quæ ex nuda conuentione, naſci, & cedi poſſet, actio, itaq;
5 parum eſſet conſultum petitori hæreditatis: ſi nuda tantum cautio interponeretur; †
in hæredis nomen, & bonorum poſſeſſorem continere cenſeo, vt ipſe ſit in dolo, ſi ſol-
uat legata non accepta cautione, vt accipitur in *l. hæredis appellatione iuncta gl. & in l. hæ-
reditatis appellatione. ff. de verb. ſignif.* militat enim eadem ratio, & regulariter diſpoſitio,
loquens de hærede, obtinet in bonorum poſſeſſore: *Doct. in Rub. Cod. qui admitt.* vbi di-
cunt, quod ſtatutum loquens de hærede, procedit in bonorum poſſeſſore: *Bart. Iaſon,
6 & alii in l. 1. §. bonorum. ff. ad Treb.* †

7 Hæres dicitur, vt placet nonnullis ab hero, id eſt, domino; † ſed aliis diſplicent,
propterea, quod herus habet primam ſyllabam breuem, hæreditatis vero longam.
Nonnullis videtur ab hæreditate acceptum nomen, quaſi hæres, hoc eſt dominus bo-
norum defuncti; vnde hæredem inſtituere, nihil eſt aliud, quam deſignare aliquem
bonorum ſuorum poſt mortem ſuam Dominum. *§. item extraneus, & §. fin. Inſtit. de hæ-
red. qualit. & differentia l. pro hærede l. gerit. ff. de acq. hæred* Sed his eadem obſtat obiectio,
cenſent alii non abſurdum deducere ab hærciſco, quod eſt diuido, vt in titulo *ff. famil.
herciſcundæ.* Sunt etiam qui malint hæredem, ab hærendo appellatam, quaſi defuncto
hæreat & coniungatur adeo, vt propè idem eſſe videantur, vt dixit *Conn. lib. 10. cap. 5.
de hæred. & differ.*

8 Alii ab ære † hoc nomẽ factum eſſe arbitratur, vt qui æris, id eſt, pecuniæ defuncti
ſucceſſor exiſtat, ęs, namque pecuniã ſignificat, pecuniæ vero appellatione quę poſſi-
9 demus omnia deſignantur. † Fideicommiſſa quoque hac regul. dicimus contineri, ob
paritatem rationis, non videtur dubicandum *l. 2. C. commun. de l. 1. ff. de leg. 3.* imo, & in o-
mni alio relicto, quod ab hærede præſtari ſolet, tantundem videtur dicendum. *l fin. in
princ. C. de petit. hæred.* quippe militat ſemper eadem ſiniſtra ſuſpitio, quod ſcilicet fiat
10 in perniciem euincentis hæreditatem. † Reſtringenda eſt reg. in legatis, in quibus te-
ſtator dediſſet licentiam legatario capiẽdi propria authoritate iuxt. *tex. in l. non dubium
C. de legat.* Nam ſi legatarius vteretur poteſtate ſibi conceſſa; tacente ipſo hærede, non
eſſet locus huic regulę cum non liceret hæredi prohibere, & culpa careat, qui prohi-
11 bere non poteſt *l. culpa cum ibi not. ff. de reg. iur.* †

Altera videtur limitatio, ſi legatum eſſet relictum his perſonis, quibus per edi-
ctum de legatis præſtandis, legata conſeruantur, ita quod is, qui mouet de hæreditate
controuerſiam etiam vincens, debeat vigore allegati edicti, legatà præſtare; etenim ſi
hæres poſt motam controuerſiam ſine cautione legata dederit, non videtur dolum
comiſiſſe, quia petitor erat, & ipſe præſtaturus obtenta victoria etiam cum fructibus. *l.
fin. verſ. expectare autem C. de pet. hæred.*

Sciendũ eſt autem, quod mota controuerſia hæreditatis, ſiue ex teſtamento eſſet
relicta, ſiue ab inteſtato cum onere legatorum, eſt in poteſtate legatarii, vel expectare
exitum litis, & ab hærede ſi obtineat legatum cum acceſſionibus petere. *d. l. fin.* vel le-
12 gatum ab initio motæ litis præſtita cautione. †

Hæredi autem, a quo petuntur legata poſt motam controuerſiam, licet
13 horum vnum facere, † vel petere, vt antequam præſtetur legatum, quæratur
14 an ſit debitum, aut exigere cautionem a legatario ſoluto legato. † Ante

vero

vero motam controuerſiam de hæreditate ſi cautionem non exegerit hæres, nihil eſt
ei imputandum. *d. l. hac autem. §. hac cautio ff. ſi cui plus, quàm per l. Falcid.* nam implet mu-
nus ſuum ſoluendi legata. §. *1. Inſtit. de legatis*, ibi ab hærede præſtanda, quod verum eſ-
ſe puto, niſi ſciret prope diem mouendam controuerſiam, puta quia fuiſſet ei denun-
ciatum, denunciatio enim conſtituit in mala fide, *Bart. in l. Celſus ff. de vſuc.*

Quæſt. 1. Sed quæritur an dolus noſtræ regul. ſit dolus in omittendo, an in com-
15 mittendo, neque enim parui refert hoc † ſcire, cum dolus in committendo ſit maior,
Et *Cyn. in l. Dolo ff. ad l. Falcid.* credit eſſe dolum in faciendo, quippe quia fecit, quod ei
non erat faciendum, nempe ſoluit legata, quæ non debuerat ſoluere; Alex autem ibi-
dem, exiſtimat dolum eſſe in omittendo; quia omiſit petere cautionem, quam debe-
bat petere, & confirmatur, propterea, quod dolus imputatur ei, non ob præſtationem
legatorum, ſed ob non exactam cautionem. Nec quicquam obeſt *l. Dolum C. de dolo*,
definiens dolum, non niſi perſpicuis indiciis probari; Nam lex ad probandum dolum
pro indicio perſpicuo habet, quod in ſolutione legatorum, non fuerit ab hærede peti-
ta cautio, ſicut in tutore ad probationẽ doli, ꝑ indicio perſpicuo; reputat, ꝙ repertori-
um non fecerit. *l. tutor, qui repertorium ff. de administr. tutor.* Eoque magis in terminis no-
ſtris, videtur eſſe in dolo hæres, quo legatarius petens legatum poſt motam de hæ-
reditate controuerſiam, debet offerre cautionem *l. ſi teſt.* ibi præſtandum eſt oblata
16 cautione. *ff. de pet. hæred.* †

Iterum reuocatur in dubium, an iſte ſit dolus præſumptus, ſola præſumpt. iuris,
an illa, quæ dicitur iuris, & de iure, & non admittit probationem in contrarium. Non
inuenio à quoquam deciſum proinde in dubio crederem poſſe probari contrarium
ex aliqua iuſta cauſa, ad excludendam doli præſumptionem, quæ ſemper capienda eſt
l. merito. ff. pro Socio. Contra hanc reg. opponit *gloſſ. in d. l. fin. C. de petit. hæred. in verſ. cautio-
ne*, & reſoluit. Effectus reg. eſt in *l. hac autem. § hac cautio in verſ. culpa nomine. ff. ſi cui plus,
quam per leg. Falc. & ibi gl.*

REGVLA 511.

Dolus non præſumitur, niſi probetur & inter duos dolos, præſumitur minor dolus.

DEducitur ex *l. quoties. §. qui dolum. ff. de probat. ex l. dolum. C. de dolo. l. 3. §. fin. ff. de tribu.
act.* Quæ ſit ratio regul. quia ex illa inferuntur. Quomodo ſit intelligenda, peten-
dum eſt ex *regul. decima octaua*; in qua plura ſunt ad hanc quoque pertinentia, quibus
addo, quod ſicut dolus regulariter non præſumitur; Ita quando præſumitur, & dubi-
tatur, de maiori, vel minori dolo, præſumitur minor dolus, vt minor imponatur
pœna, vt dixit notanter *Bald. in l. ſi prædium, n. 27. C. de ædilit. act.*

Idolus Doli mali.

1 *Cur doli mali figuram Author effingat.*
2 *Doli mali idolus, & eius interpretatio.*
3 *Hamus* Doli *mali Hieroglyphicum.*
4 Lucri *ſpes, voluntas, vindicta,* Doli *mali Duces.*
5 *Simulatio, culpa, mẽdacium, perfidia, fraus, Doli mali comites.*
6 *Infamia, dedecus, pœnitentia, Pœna;* Do*lum malum ſequuntur.*

QVemadmodum viri grauiſſimi de virtute aliquando differentes, quo magis ad
eam inſectandam atq; amplectandam iuuentutem allicerent, poſtquam cæleſtẽ
eius naturam, diuinaſq; operationes copioſa, & docta omnem expoſuerunt, Idolum
quoque eius componentes, oculis iuuenum repræſentare operę precium eſſe credi-
derunt, vt admirabili, eius pulchritudine incenſi, veluti honeſtiſſime Proci Coniu-
1 gem, id eſt, totius vitæ ſociam facere virtutem omni ſtudio curarent; Ita quoque †
nos, qui de dolo malo quantum exiguæ vires noſtræ tulerunt differuimus diligen-
ter, vt homines ad illum, quaſi à facie Colubri fugiendum, magis, ac magis

hortaremur non ſuperuacui operis eſſe exiſtimauimus in fine operis, de formem eius ſpeciem & totius corporis, variam habitudinem, velut ob oculos ponere.

2 Dolus † proceræ ſtaturæ eſt, ſublimia enim quæque loca, vertice ſuo tangit, pedibus obliquis, quia per humilia quæque loca ſinuoſo gradu tranſit, tum quia magnatis, æque ac extremæ ſortis hominibus imperat, nec non quia.

Æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Diuitumque turres.

Vultus eſt pudore, modeſtiaque quaſi fuco perfuſus, quo latentem ſimulationem abſcondit. Centum fronte oculi, quos nunquam declinat ſomno, quibus omnes fallendi vias videt, longa ſunt brachia, tereteſque manus, quoniam tam quæ remota,
3 quam quæ vicina ſunt arripit, vel, quoniam à longe incipit, qui fallere tentat; † *Hamus pectore pendet*, doli mali ſymbolum. inceſſus eſt grauis, quo apud homines ſibi authoritatem acquirat. Ouina ſed auro veſte contecta tegitur totus. Ouina eſt, vt nemo timeat, auro contexta, vt præterea ſpe lucri agere, vel contrahere ſecum quiſque alliciatur.

4 Duces † doli ſunt, & illum antecedunt, lucri ſpes, voluptas, vindicta, etenim ne-
5 mo ad decipiendum, niſi aliquo horum ſuadente impellitur & Duce. † Comites eius, ſunt, & à latere numquam diſcedunt; Culpa, Fraus, Mendacium, Perfidia, Simulatio, nam his velut ſatellitibus, ſimplicitatem, ruſticitatem, adoleſcentiam, iuuentutem, ni-
6 hil tale timentes aggreditur, vulnerat, ſpolia detrahit, interdum, & occidit. † Dolum ſequuntur, Infamia, Dedecus, Pœnitentia, Pœna, hæc enim præmia manent doloſos.

Hæc de bono, maloque dolo, nec non de culpa, fraude, & mendacio ex legibus noſtris, atq; ex Dd. commentariis vtiliter excerpta, & congruo ordine compoſita litteris mandaui, ego CELSVS BARGALIVS SENENSIS, legum ſtudioſis, quantum tenues meæ vires ferent, ſemper profuturus: dum in almo Maceratenſi Gymnaſio ius Ciuile in prima ſede interpretabar; excipe Benigne lector, quæ in tui gratiam edita cernis, & amicus dulcis, vt æquum eſt;

Cum mea compenſes vitiis bona, ſi qua ſunt:
Interim *Viue, & vale, & ſi quid nouiſti rectius iſtu.*
Candidus imperti; ſi non, his vtere mecum

AD DEI LAVDEM.

Finis libri Sexti & Vltimi de Dolo.

ORATI-

INDEX REGVLARVM DOLI MALI.

1 Dolis, & malitiis eſt obuiandum.

2 Dolus ab omni diſpoſitione cenſetur ſemper exceptus.

3 Dolum facere, & locupletari cum alterius iniuria æquiparantur.

4 Dolus in committendo, maior eſt, quam in omittendo.

5 Dolus obligat facientes in ſolidum.

6 Dolus præteritus poteſt remitti, futurus nõ poteſt.

7 Actio doli competit, quando alia ceſſant actiones.

8 Contra doloſum iuratur in litem.

9 Dolus dans cauſam annullat, dolus autem incidens reſcindit conuentiones.

10 Actio doli tollitur biennio, exceptio autem perpetuo competit.

11 Actio doli irrogat infamiam condemnato.

12 Dolus præponderat culpæ.

13 Qualibet cauſa excuſat à dolo.

14 Cuius quis dolo grauatur eiuſdem debet ſumptibus releuari.

15 Dolus cum dolo compenſatur.

16 Dolo facit, qui petit quod reſtituturus eſt.

17 Qui dolo deſiit poſſidere, habetur pro poſſeſſore.

18 Qui dolum allegat probare debet.

19 Qui contra iura mercatur, præſumitur in dolo.

20 Doloſus, quæ prius habebat priuilegia perdit.

21 Dolus ſerui obligat Dominum.

22 Dolus debitoris, nocet creditoribus in iure quærendo.

23 Dolus defuncti nocet hæredi.

24 Ex doloſo conſilio, competit actio doli.

25 In dolo eſt, qui petit id, quod aliqua elidi poteſt exceptione.

26 Stipulatio dolum malum abeſſe, abfuturumq; eſſe, promiſſorem, & eius hæredem tantum obligat.

27 Conſtitutio pœnam capitalem imponens, habet tacitam clauſulam ſi dolo, commiſſum ſit delictum.

28 Dolus ex propoſito, & dolus re ipſa æquiparantur.

29 Dolus ſemper præſumitur in eo, qui ſemel verſatus fuit in dolo.

30 Exceptio doli, ſuccedens in locum alterius exceptionis regulatur ſecundum naturam illius in cuius locum ſuccedit.

31 Qui iuſtam aliquam exceptionem habet, tutus eſt etiam exceptione doli.

32 Petens ſine cauſa eſt in dolo.

33 In pari cauſa doli, melior eſt conditio poſſidentis.

REGVLÆ NEGATIVÆ.

34 Dolus non infertur ſcienti, & volenti.

35 Quoties dolus poteſt purgari actione ex eo contractu, in quo eſt commiſſus, non datur actio doli.

36 Dolus vnius nocere alteri non debet.

37 Ex ſuo dolo nemo debet lucrifacere.

38 Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere.

39 Non poteſt dolo carere, qui Imperio Magiſtratus non obtemperat.

40 Nemo videtur dolo facere, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere.

41 Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.

42 Nullus videtur dolo facere, qui iure ſuo vtitur.

43 Creditor ſuum recipiens, dolum non committit.

44 Dolus non debet eſſe impunitus.

45 Doli clauſula, non refertur ad eas partes, de quibus nominatim cautum eſt.

46 Exceptio doli, quæ nocebat deleganti, non officit ei, cui fit delegatio.

47 Doli exceptio non nocet his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

48 Dolum ſuum, vel authoris ſui allegans, non debet audiri.

49 Dolus & fraus non conſiderantur ab euentu.

50 Hæres dolo non caret, ſi poſt motam controuerſiam hæreditatis legata ſine cautione ſoluit.

51 Dolus non præſumitur niſi probetur.

EIVSDEM EXCELLENTISSIMI D. CELSI BARGALII, CVM Senis, tum Maceratæ habitæ, pleræque vero in Inſignibus Doctoratus conferendis.

IN DOCTORATV DOMINI HIPPOLYTI PICCOLOMINEI Anno Domini 1578. Menſis Aprilis.

ORATIO I. *Senis habita cum quatuor quæ proximè conſequuntur.*

SINGVLARE profectò, & grauiſſimorum ſcriptorum teſtimonio, celebratum fuit illud *Vitellii Cæſaris numiſma*; in quo vir ille ſummus, pulcherrimas Virtutis, & Honoris imagines inſculpſerat, ac virtutem ſic expreſſerat; Nimirum iuuenem galeatum cum pennis ſupra galeam; haſtam ſiniſtra; ſceptrum dextra manu præferentem; ocreas habentem; teſtudinem ſub dextero pede tenentem; honoremque, qui muliebri veſte ibi erat expreſſus, cupide intuentem. Cum vero admirabilis huius indumēti aliquando cauſas inueſtigarem, arcanumque Imperatorii numiſmatis ſenſum, cupidus inquirerem; à doctiſſimis viris reſponſum in hanc ſententiam accipere me memini. Habet caput galeatum, vt fortitudine ad virtutem opus eſſe iudicet, quo nos ab imminentibus inſidiis tueamur, eandemque ob cauſam, haſtam geſtat. Pennæ vero vel criſta; ingenii acumen ſignificant, & cogitatione rerum ſublimium ſceptrum; cupiditatum iuueniliter exultantium comprimendarum poteſtatem: ocreę deinde pręmonſtrant, quod qui virtutem ſectantur, ſemper ad locum, ſi opus ſit, virtutis exercendæ cauſa, mutandum, parati eſſe debent. Teſtudo autem ſub pede; vt palam fiat, ſic greſſus noſtros eſſe dirigendos, prudentia duce; cuius ſymbolum teſtudo eſt; vt noſmet ipſos in peccandi neceſſitatem non coniiciamus. Honorem poſtremo intuetur; quod ad virtutē anhelanti, omnibus in rebus ſpectandus eſt Honor, non opes. Hæc cum memoria repeto, & hominem domi ſuæ honeſtiſſimum laurea à vobis cumulandum cōſidero; cum ſingulares eius animi dotes intueor; cum quemadmodum in omni eius vita ſe geſſerit, animaduerto; verum, viuens, ac ſpirans numiſma ſpecioſi Honoris, & Virtutis imagines referens, mihi videor certe intueri, dum eum intueor; omnia, quæ de illo Cæſaris numiſmate audierim in viuo, ac ſolido huius iuuenis ære conſpiciens. Nam ita fortiter, ita viriliter vitia primum calcauit, nec non ab improborū hominum inſidiis tutum ſe præſtitit; vt merito galeam induiſſe, & haſtam fortitudinis tenuiſſe videri omnibus poſſit. Hippolyti enim ad inſtar (vt cuius nomen habet, eius quoque virtutem imitaretur) *Hippolytus* nepharis aſſentatoribus, veluti nouercæ blanditiis, clauſas aures, iratumque vultum perpetuo præbuit; quo Dianæ, id eſt, iuſtitiæ virtutum Deæ, atque Reginæ, cui à teneris vnguiculis totum ſe dederat; fidem ſeruaret. Cum vero optimis diſciplinis, præcipue autem iuris ciuilis ſcientiæ hactenus dederit operam, & ad ciuium ſuorum vtilitatem, & proprium ſplendorem poſt hac ſit daturus; quis eum pennas ſupra galeam, id eſt, ſemper ſublimia cogitantem, non agnoſcat? tam enim familiaris Vlpiani, Martiani, Pauli, cæterorumque veterum ſapientum euaſit; vt quemadmodum de Archimede ferunt; non valuiſſe minus eum in imirandis ſphæræ conuerſionibus; quàm valuerit natura in illis perficiendis: ſic auguror fore Laureandum veſtrum in reſponſis eorum interpretandis, ac explican-

plicandis, non minus vt excellat, quam excelluerint ipſi in eis componēdis. Si deinde quantum voluptates coercuerit, domitaſque libidines habuerit, conſiderauerit quiſpiam; ſceptrum dextra tenete profitebitur: is enim, vt moris erat apud Romanos in diuortiis, & repudiis, animi illecebras, blandiſſimaſque voluptates, res ſuas ſibi agere iuſſit; earumque conſuetudine, ab ineunte ætate dixit, ſe non vſurum. Quippe tantum ſe habiturum ſemper ſperauit; quantum diſſeret; quantum labore perficeret, & ſtudio conſequeretur. Qui inſuper iuuenem hunc ad celeberrima totius Italiæ Gymnaſia ſe contuliſſe, Patauium præſertim, multumque temporis in virtute comparanda cōſumpſiſſe acrioribus oculis inſpexerit; Ocreas quidē habere teſtabitur. Si præterea quāta prudentia cum æqualibus, cum maioribus, cum inferioribus ſe geſſerit, intellexit aliquis; pares eximio amore proſequendo; maiores ſummo honore colendo; inferiores mira comitate tractando; teſtudinem eum premere pede, non negabit. Si tandem ſtudium, labores, vigiliæque eius omnes, etiam atque etiam conſiderentur; ad honorem ſemper raptum eſſe, honorē cupide ſemper contemplatū eſſe conſtabit. Ita fit, vt ſicut de nonnullis Aſſyriæ populis apud Pliniū legimus: qui nullo alio cibo, ſed ſolo rore nutriebantur: ſic iuuenis hic rebus aliis, velut nullius ſaporis ſpretis, atq; contemptis, ſola honoris, & gloriæ cupiditate, velut ſuauiſſimo cibo paſcitur, & viuit. Honoris.n. deſiderio impulſus, talē ſe præſtitit, tū in priuatis, tū in publicis diſputationibus; vt ſuperiorem neminē, æquales autē paucos (Patres optimi) videre vobis contigerit. Honoris et calcaribus, quaſi nouus ephorus foſſus, mecū, qui eius præceptor fui, fecit, q terra cū Agricola facere ſolet; quæ nunquā ſine fænore reddit, quod accipit: & inſtar debitoris, qui centeſimā vſurā ſuo tempore reſtituit creditori; eodē inflāmatus, dignū ſe præbuit Franciſco Piccolamineo nepotē: vt enim illū non modo Patauiū; ſed vniuerſa Italia philoſophiæ viuū parentē his diebus agnoſcit: ſic hunc, ciuilis philoſophiæ filiam Senenſis ſchola modo appellat: atque patrē, cum per ætatē dabitur, etiā appellabit. Honoris quoque impulſu dignū ſe ea familia præſtitit: quæ ſummorū Pontificum mater, clariſſimos belli duces produxit: & cum hominum ſtatura modica cognomen ſortita ſit; neſcio qua eius florente fortuna id accidat, viros virtute, & probitate magnos, ſemper genuit: & maximos vtroque titulo virtutis, & probitatis viuentes, & præſentes ciuitas noſtra conſpicit: qui ſummam, qua ſunt ornati, dignitatem meritorum magnitudine ſuperant. Eo honoris ſtudio, quaſi manu ad doctoratum perductus eſt; eoque dignus haberi voluit, adeo vt non immerito, eum ſuis honoribus ornare, nemo etiā honoratiſſimus, & digniſſimus, non poſſit. dignum ſe tandem præſtitit, vt vos, patres opt. vltro poſt recitata egregie puncta; doctoratus honore, ad quem iampridem aſpirauit, dignum eum iudicaretis: & in veſtro numero, quaſi gemmam in veſtra corona alligaretis. Quorum prudentiſſimum iudicium, & iuuenis huius meritiſſimi æquiſſimum deſiderium, ne diutius per me differatur; ad id, quod mei muneris eſt, propius accedo: Surge igitur

Magnanimum Carola gentis decus, omnia felix
Cui natura dedit, nullo renuente Deorum.

Et iuſtitiæ templum, cuius es modo factus ſacerdos, ingreſſurus, accipe libros clauſos, & apertos; vt conſulentibus, quaſi oraculum dare reſponſa poſſis. Mox, vt ciues, quaſi regem agnoſcant reges enim Iuriſconſulti appellantur, hoc pileo, quaſi digniſſima corona, digniſſimum tuum caput exorno. vt vero ſcias dignitati te eſſe deſponſatum, aureum annulum in digitum inſero. poſtremo, vt intelligas, cum iuſtitia, quam profiteri debes, pacem etiam eſſe coniungendam, oſculo pacis te oſculor. Tandem, quod caput rei eſt tibi, & nobis omnibus benedicat, qui benedictus eſt in ſeculorum ſecula.

In Doctoratu admodum Reuerendi Domini MARII COSCII *Canonici Senen: menſe Decembris* 1578.

ORATIO II.

Et ſi multa à Romanæ eloquentiæ principe *M. Tullio*, præclare dicta commemorantur, illud tamen cæteris videtur eſſe præclarius, bonorūque virorū vſu, ac auctoritate cōprobatum: q ſc. homines in eo genere laudis, plerūq; ſtudent excellere; in quo eorū maiores aliqua gloria præſtiterunt. Suauiora enim, vt *Philoſtratus* dicebat, illa ſunt

ſtudia, quæ à maioribus inſunt; dulcioreſque artes; quæ iure hæreditario comparantur. Qua ratione Celſus, & Nerua iuriſconſultiſſimi Celſum, & Neruam filios iuris ciuilis ſcientia præditos reliquerunt Caſſius, etiam Lōginus gloriabatur, quod à duobus Iuriſconſultis Tuberone, atque Sulpitio, ipſe quoque Iuriſconſultus deſcenderet, vt quibus eſſet ſanguine iunctus; iiſdem foret eodem ſtudiorum vinculo colligatus: & quibus in fortunæ bonis ſucceſſiſſet; iiſdem in animi, atq; ingenii dotibus ſuccederet. Quamobrem nemini mirum eſſe debet, ſi admodum Reuerēdus ac doctiſſimus Laureandus veſter, poſtquam exceſſit ex ephebis, poſt manſuetiores Muſas, ad Iuris periciam, cæteris poſthabitis, animum appulit, habuit enim, quem imitaretur, Franciſcum nempe patruum Iureconſultiſſimum Senen: Eccleſiæ Decanum, almique huius Collegii Vicarium quondam digniſſimum, non modo Senis, & Piſis facundiſſima, doctiſſimaque iuris Canonici interpretatione clariſſimum; ſed in omni Italia libris in lucem editis celebratiſſimum: In his igitur ſolis florere pulchrum putauit; parum honeſtum ſibi fore iudicans; ſi quemadmodum facultatum, librorum, religioſæque habitus; ſic quoque nominis, & ſplendoris eius non exiſteret hæres. Quod, vt felicius ſibi contingeret, non ſolum toto pectore cum haſta, cum ſcuto, legitima ſtudia complexus eſt; ſed etiam morum ſuauitatem, laudabileq; vitæ conſuetudinē, illis adiungere conſtituit, ideoq; primum ſic laborauit, ſic ſudauit; noctes dieq; vigilans, pro noctibus ſub æqualitate dierū vtens; vt non familiaria negocia, nō fratruū cariſſimorū obitus; non pupillorum tutelæ, quæ plærunq; animos iuuenū auertunt; illum ab ſtudiis retardarunt. Morum vero candore ita præſtat; vt lacte eum in omni vita eſſe nutritum quemadmodum de viro quondam probatiſſimo, *Theophraſtus* refert, non ſine ratione quilibet credat. Vt enim, qui equum, recte moderatur; & in gyrum, quaſi rationis includit, modo frenum, modo calcar adhibet; ſic ipſe iter morum, & probitatis ingreſſus; modo pudore, ceu fræno, (ſciens colorem virtutis eſſe pudorem) modo laudis amore, quaſi ſtimulo vſus eſt: proinde viæ eius pulchræ, ſemitæ eius pacificæ, eloquia caſta ſemper fuerunt. Habuit antiquitas Marium, virum bellicis laudibus abundantem; ſed moribus aſperum adeo, vt in eius vita Plutarchus dixerit iure, & recte factum fuiſſe, ſi Muſis ſacrificaſſet. Hæc vero noſtra ætas Marium habet in cœleſti militia ſtrenuum; morum autem ſuauitate ita fragrantem, vt gratias Muſis coniunxiſſe videatur. Quod enim mella ſpirant; hoc ipſe animo ſpirat, & gratia. fuit Marius vno, Conſulatus ſepties multiplicati honore, conſpicuus; hic vero *Marius*, iuuenis adhuc duplici, eccleſiaſtica ſcilicet, & ſæculari dignitate ſplendet: & plures, atque maiores, indoles illius promittit, & merita. Auguror enim fore; quod quemadmodum Ciuitas noſtra Socino patruo, Socino nepote gloriatur; ſic quoque Coſcio patruo, Coſcio nepote lætabitur. Sed, vt pictor, cui in exigua tabella, ingens multitudo exprimenda eſt, nonnullorum vultus, atque ora, aliquorum ſumma capita tantum oſtendit, reliquum corpus abſcondit; ita multum Reuerendi huius, atque diſertiſſimi Candidati innumerabiles laudes, in anguſtum breuiſſimæ huius orationis curriculum per me includendæ, & attingendæ fuerunt; quæ ſi pandi, explicariq; potuiſſent, admirationem excitaſſent. Verum, & illas apud vos, Cōſultiſſimi patres præterire ſine reprehenſione poteram: quippe, qui eius probitatem, ex honeſta vitæ agēdæ ratione, doctrināq; ex ſubtiliſſima diſputatione ex nobiliſſima, examinatorū relatione, ex accurata narratione punctorū, cognoſcentes; ter paucis interiectis dieb. honorifice à vobis eſt appellatus. De legen. noſtri collegii, p ſumma illi⁹ merita, aliq detraxiſtis; in numerum veſtrū cooptaſtis; Doctorem cōprobaſtis. Excuſet me tamen ſummus ille, & naturalis præceptorum in Scolares amor; ita enim natura comparatum eſt, vt eos quiſque laudare, ac exornare maxime cupiat, quorum cauſa plurimum laborauit. Ille idem præterea amor me, quod munus hoc viris præſtantiſſimis debitum, ſuſceperim hunc inuenē; quod hanc mihi prouinciā demandarit, apud omnes excuſatos faciat. Multos nāq; eloquentia, doctrina. atq; auctoritate præſtantiores, ſuarum laudū inueniſſet præcones: ſui tamen amantiorem me ipſo, inueniſſet neminē. Cū igitur beneuolētia, non eloquētia impulſus, id oneris ſubierim; his, quæ adhuc de te vere, & cū laude de patre tuo Cauſidico celeberrimo, de optimis fratribus tuis honorifice defunctis; deq; honeſtiſſima tua familia, dici poſſunt; conſultò prætermiſſis, ad id, quod mei officii poſtremū eſt, hilari fronte, ac breui manu deſcendo. Surge igitur meritiſſime iuuenis, & tibi

Quantus ipſe Deus lætos generauit in vſus,

Res hominum plena, tradat bona gaudia dextra,

Et per amātiſſimas manus tuorum laborum præmia ſuſcipe.

In

In Doctoratu Domini FRANCISCI ACCARISII *Senenſis Die 12. Iunii* 1580.

ORATIO III.

N*ihil eſſe ab omni parte beatum*, iam tritum videtur ſermone prouerbium. nam quicunq; rerum humanarum fluxam, & inconſtantem naturam ſunt contemplati; neminem omnibus Naturæ, ſimulac fortunæ muneribꝰ cumulatum, neminem mortalium in omnibus felicem affirmare ſunt auſi. Dolia namq; Iouis duo ſunt in limine poſita, vt Homerus dicebat, Lætitiæ, atq; Doloris vulgatumq; dictum vbiq; reſonat: *Vbi mel, ibi fel*. Quare prudenter *Strabonem* dixiſſe ferunt; Nihil eſſe tam diuitiis inſtructum, tamq; artibus potens, aut virtute præclarum, nihil adeo numeris omnibus abſolutum; quin aduerſi aliquid non emergat in eo, ac non aliqua fortunæ nube, ſplendor lætitiæ obſcuretur. Etenim multi, licet ingenio, & arte valeant; ſunt tamen ita lingua hæſitantes; vultu, motuq; corporis agreſtes; vt in Doctorum numerum merito venire non poſſint. Pleriq; affluentes opibus, natalium obſcuritate dolent. Quoſdam generis nobilitate claros; turpis premit egeſtas; aut, quod ſæpe accidit, mali fœdant mores. Nonnullis in magna opum affluentia, & in ſummo nobilitatis ſplendore; corporis infirmitas, aut oris deformitas, eſt moleſta. Aliquorum virtutem, & decus; parentum improbitas, aut fratrum turpitudo maculat. Verum, & ſi hæc ita ſe habere videantur; arbitror tamen, nec vana fides; *Franciſco* Laureæ donando veſtro meritiſſimo, huiuſmodi prouerbium haud conuenire. Quippe cui Natura, atque fortuna, ita fuerunt amicæ, ità altera in ſuis muneribus cumulandis, alteram ſuperare conata eſt; vt ab omni parte beatus (quantũ homini fas eſt) ſit iudicandus. qui.n. hæc ambo habet, vt ſapiens ille quondam affirmabat, beati ſimul, ac boni viri nomine inſignem vitam feliciſſime degit. Fortuna ſi quidem opes; Natura mentem tribuit: quare beatus, ex *Pindari* ſententia, appellatur, qui ſimul opes poſſidet, ac mentem. Atqui Laureandus iſte, non ſolum ingenio, & arte plurimum valet; ſicut publicæ diſceptationes ipſius, & grauiſſimorum virorum ex conſcientia referentium in ampliſſimo hoc Collegio, teſtimonium, declarauerunt; verum etiam ita eſt viribus eloquentiæ pollens; vt oculos in ſe omnium conuertens intentos; ora tenere auditores coegerit. Is ſicut honeſtarum facultatum, quaſi dominus patre viuente, exiſtimatur; ita quoq; generis nobilitate, & auorũ ſplendore maxime fulget, teſtes enim ſumus omnes, *Accariſiorũ*, familiã antiquitate, & magnorum, ac religioſorum virorum gloria, noſtræ Ciuitatis quaſi oculum, corpori lumen; & quaſi gemmas, coronæ ornamentum dediſſe. E Gallia namq;, quẽadmodum lilia eius inſignia demonſtrant, in hanc Ciuitatem profecta, pios, ac præſtantes multos, & vtiles Reip. Ciues genuit. inter quos *Vmbertus* ſanctitate & ſapientia conſpicuus; qui Iliceti Cœnobium in agro Senenſi amplificauit, atque ad præſentem formam exornauit. *Enrigolus* adeò prudentia, & conſilio valuit; vt in numerum ſexaginta ciuium fuerit cooptatus, quibus anno Dominicæ incarnationis 1266. fulciendi, communiendiq; pœnè collapſum multorum improbitate ſtatum Ciuitatis, grauiſſimum onus fuit demandatum. Idem apud Regem Manfredum, mox deinde apud Alex. Quartum Sum. Pont. poſt memorabile prælium Montis Aperti, legationis munere honorificentiſſimè functus eſt. Huic proxime poſt annos decem *Bernardus* Accariſius Ciuis conſpicuus, vnus ex triginta ſex Senatoribus, patriæ noſtræ regimen obtinuit. Celebres etiam fuerunt *Franciſcus D. Bini, Meus, Vecchieta, Minus, & Mini Franciſcus, atque* Andreas *filii*, & Equites celeberrimi; qui diuerſis vicibus, iam circiter annos tercentos, Reip. Senarum exercitus Imperatores fuerunt. Plures eius nomine legationes, tum apud alias Reſpub. quam Reges, quàm Cæſares, quemadmodum *Matthæus* V*illanus libro annalium quarto cap.* 51. nec non Senenſia, cum publica, tum priuata monimenta commemorant, obierunt. Quorum non interituram gloriam, poſteriore ſeculo imitatus eſt *Balthaſar ille Scipionis Rimbottus, ex* Accariſiis, Principis Valentini; nec non Venetorum equitum Cataphractorum Dux glorioſus, poſt Meam, ex Armaleis, pariter Accariſiis ab antiquo oriundum ſuperiore Bernardo viro magnifico; qui Armaleo à ſe genito filio, Armaleorum cognomini, iiſdem retentis inſignibus, originem dedit. Neque verò ſolum religione, vſu armorum, aut politicæ admini-

3 *Actio doli dicitur oriri ex delicto.*
4 *Delicta non debent remanere impunita.*
5 *Illationes ex reg.*
6 *Ratio, cur interſit Reipubl. delicta puniri.*
7 *Reſp. ſiue populus corpus eſt, & tria ſunt genera corporum.*
8 *Debitor obligatus dare ex duobus ſeruis, vnum ad ſuum arbitrium, vno per ſuam culpam mortuo, perdit electionem.*

1 SVmitur † ex *l.4.§.cum dominus.ff.de noxal action.* ibi, ergo dolus ſerui impunitus erit,
quod eſt iniquum *l.ſi procurator.ff.de except.doli*, ibi in vniuerſum autem ea reg. in ea
2 re ſequenda eſt, vt dolus omnimodo puniatur; Ratio † eſt, quia dolus eſt delictum *l.*
1.iunct.gl.in verſ.crimen.ff.de fideiuſſ. Tutorum, quam ibi expreſſe ad hoc *Bart.* notat, &
idem ponderat in *l.1.§.apud ſeruum.ff.depoſit.* facit tex. in *l.item exigit.ff.de dolo*: ibi nec in
3 tanto crimine vagari oportet, adeo † quod actio ſurgens ex dolo, dicatur oriri ex de-
licto. *Iaſon in §.item ſi quis in fraudem, numer.* 108. *Inſtitution. de action.* Delicta †
4 autem non remanere impunita, Reip. intereſt. *l.ita vulneratus.ff.ad l.aquil.l.illicitas.§.ſi-
licitè.ff de publicia.l.ſi longius §.1 ff.de Iud.* ibi ne dum pater expectatur impunita ſunt ma-
leficia. *l.ſi à Reo.§.fin.ff.de fidei.* ibi pœnas ob maleficia ſolui, magna ratio ſuadet. *l.ſi operis
C. de pœnis ibi*, cum non remitti pœnam facile publicè intereſt, ne ad maleficia teme-
5 re quiſpiam proſiliat. † Et hinc infertur ad *l. Iurisgentium.§.prætor ait.ff.de pact.* quod
non ſeruentur pacta dolo inita. *Infertur ad §.illud.l.ſi vnus.ff.de pact.* futurum dolum nō
poſſe remitti; Ad *c.quamuis de pact.in 6.* Doloſam conuentionem iuramento non infir-
mari; Infertur ad edictum prætoris de dolo, nam eadem ratione impulſus prætor, il-
lud proponit, vt ſcilicet quos natura continere in officio non poteſt, hi magnitudine
6 pœnæ maleficii ſubmouendi ſunt, vt dixit *Cicero pro Roſcio.* † Sed quomodo interſit
Reipubl delicta puniri, non ineleganter quæritur, & ſolutio quæſtionis colligitur ex
Cic.in Philip.9. Nam ſicut in corpore, quando eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori no-
ceat vri, aut ſecari patimur, vt membrorum aliquod potius, quam totum corpus in-
tereat, ſic in Reip. corpore, vt totum ſaluum ſit, quicquid eſt peſtiferum amputatur,
7 † Reſp. enim & populus corpus eſt *l.rerum mixtura.ff.de vſucap.* vbi tria eſſe genera cor-
porum definitur, vnum quod conſtat vno ſpiritu, vt homo, leo. Alterum quod conſtat
ex pluribus cohærentibus capitibus, vt ædificium, tertium ex pluribus diſtantibus ca-
8 pitibus, vt populus; Infertur, *ad l.Stichum*, aut *Pamphilum.ff.de verb.obl in fin.primi reſp.* in
quo Debitor dare vnum ex duob⁹ ſeruis ad ſuum arbitriū, vno per ſuam culpam mor-
tuo, non poteſt amplius eligere, ſed debet illam præſtare in pœnam ſui delicti.

REGVLA 45.

Doli clauſula, non refertur ad eas partes, de quibus nominatim cautum eſt.

1 *Ex quibus legibus depromatur.*
2 *Ratio reg.*
3 *Illatio ex ea ratione.*
4 *Clauſula doli continet incertitudinem.*
5 *Alia ratio, quia ſpecies derogat generi.*
6 *Regula, quod ſpecies derogat generi ampliatur, & declaratur.*
7 *Limitatio regul. ſpecies derogat generi.*
8 *Genus interdum derogat ſpeciei.*
9 *Doli clauſula, quomodo concipiatur.*
10 *Quid ſub iſta clauſula contineatur remiſſiue.*

1 DEpromitur † ex *l.Doli clauſula.ff.de verb.oblig.ex l.ſi ſine iudice.§.ſi in ſtipulatione.ff.rem
2 ratam haberi.* † Ratio vero ſumitur ex *l.ſtipulationes commodiſſimum.ff.de ver.obligat.*
ibi doli clauſula ad ea pertinet, quæ in præſentia occurrere non poſſunt, & ad incer-
3 tos caſus ſpectant, & † ideo admonet, eo loci Iuriſconſult. ſtipulationes ita compona-
mus, vt quæcunque ſpecialiter comprænhendi poſſunt contineant, nam Clauſula do-
li licet ſua generalitate ſoleat omnia comprænhendere tamen non debemus ea eſſe cō-
4 tenti, quippe † quia magnam incertitudinem continet, nec ſemper eſt exploratū, quid
à bona fide alienum ſit, proinde conſultius eſt ea nominatim exprimere, quæ ſpeciali-
ter licet comprænhendere. Alia ratio eſt, † quoniā ſpecies derogat generi. *l.in toto.ff de
5 reg.iur.l.Generi eod.tit.* ſiue ſpecies ſequatur, ſiue præcedat, ſiue ſimus in eadē lege, ſiue
ſi di-

in diuerſis ſc. quando lex ſpecialis,& generalis ſibi contra dicant, vt *Bart. in l. 1. §. hoc*
6 *edictum.ff.de noui.oper.nunci*, dicens, quod in diuerſis † legibus ſpecies non derogat generi, debet ita intelligi, quando lex generalis non diſſentiunt;& regula prædicta quod generi per ſpeciem derogatur, admittitur non modo in legibus; ſed in ſtatutis, ſed in reſcriptis; ſed in legatis, vt late *Roland.à Valle conſ.5.num.6.vol.*4. quin etiam in contra-
7 ctibus, *d. l. Doli*, in mandatis iuriſdictionis, quoque & laudis, † fallit autem in mandato fiſcali, *Sebaſt.medices de reg. iur. parte prima, reg. 1. numer. 44.* reſtringitur præterea, & fallit in *l. 12. §. ſi quis in fundum.ff.de fund. inſtrument. in l. legat. ff. de ſuppelł. legat.* fallit demum, vbi genus vnam tantum haberet ſpeciem, *l. ſi hæres. ff. de optim. legat. l. ſi domino. ff. de leg. prima* ibidem fallit in *l. verba teſtamenti. ff. de aliment. & ciba. leg.* in qua enumera-
8 tio quorumdam indiuiduorum legatum generale non vitiat. † Notandum tamen eſt vnum ſcitũ dignum, quod genus interdum derogat ſpeciei *l. libertis. ff. de alim. leg.* vbi
9 generale legatum alimentorum derogat ſpeciali. † Concipitur autem hæc clauſula doli ita. dolum malum abeſſe abſuturumque eſſe *Duaren. de verb. obligat. l. Stipulit. ita verſ.* ſi quis dolum promiſſiones, vel ſic, ſi quod in ea re dolo malum factum eſt, *d. l. ſtipulatio iſta & d. verſ.* ſi quis dolum, vel ſic, cui rei dolus malus abfuerit, *l. ex parte. ff. de ver. obligat. l. Hæc verba, cui rei. ff. de verb. ſignific.* vbi iuncta gloſſ. declaratur. Quæ ſub
10 iſta clauſula contineantur. † Alia quæ ad ornatum huius regulæ pertinent; petenda ſunt ex *tit. de dolo in contractibus lib. 2.*

REGVLA 46.

Exceptio Doli, quæ nocebat deleganti, non officit ei, cui fit delegatio.

1 *Leges ex quibus regula ſumitur.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Ampliatio reg. vt procedat etiam in debitore, tàm ſciente, quàm ignorante exceptionem competere.*
4 *Ampliatur etiam, ſiue delegatio ſit facta ex cauſa lucratiua, ſiue ex cauſa onerosa.*
5 *Extenditur ad exceptionem Macedoniani.*
6 *Limitatur in exceptione ſenatus conſulti Velleiani.*
7 *Fallit in minore delegato ex ea cauſa, & obligatione, in qua fuerat circumſcriptus.*

1 EMergit ex † *l. Doli mali exceptio. ff. de nouat ex l. ſi quis delegauerit eodem tit.* ex *l. Neſennius. ff. de re iud.* &
2 † Ratio regulæ eſt, quæ redditur in *d. l. doli verſ. ideo autem*, quia ſcil. in priuatis contractibus,& pactis, & pactionibus non facile ſcire petitor poteſt, quid inter eum, qui delegatus eſt,& debitorem actum eſt, aut etiam ſi ſciat, diſſimulare de-
3 bet, ne curioſus videatur, † Amplia ſiue debitor delegatus ſciat, ſibi exceptionem competere, ſiue ignoret, *d. l. ſi quis delegauerit, de nouat.* etenim ſi ſciuerit videtur exceptionem remittere, ſi ignorauit quia creditor cui eſt facta delegatio ſuum recipit; vt eadem lege expreſſum eſt. Conſultum eſt ei aduerſus delegantem remedio, de quo in text. *d. l. Doli*, nempe vt contra eum reſtituatur in integrum, intra quadriennium vt
4 dicit ibi gl. † Amplia, & in aliis exceptionibus perſonalibus; ſiue delegatio ſit facta ex cauſa lucratiua, ſiue onerosa, *l. Neſennius, de re iud. d. l.* *Doli* verſ. idemque & quod ma-
5 xime innuendum eſt † procedit etiam in exceptione Macedoniani, quam filiusfam. delegatus aduerſus ſecundum creditorem non opponit, quippe quia, vt ait IC. in hac
6 delegatione, nihil eſt factum contra Senatuſcon. † Definit autem regula in exceptione Velleiani ſcilicet nam mulieri licet eam opponere ſecunda creditori, quandoqui-
7 dem, & in hac ſecunda exceptione interceſſio eſt. † Fallit quoque in minore, qui delegatus eſt ex ea obligatione, in qua fuerat circumſcriptus, nam, & in hac delegatione dicitur eſſe deceptus, allegata *l. Doli*, Pro qua regula exornanda, videre oportet, quæ diximus in *titulo de exception. doli*, vbi etiam diſputamus, an exceptio doli, quæ nocebat cedenti, nocere poſſit ceſſionario.

REGVLA 47.

Doli exceptio non nocet his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

1 *Leges ex quibus regula profluit.*
2 *Ratio regulæ.*
3 *Exempla regulæ.*
4 *Oppoſitio, & reſolutio.*

1 EManat † ex *l. pure in princ. ff. de excep. doli ex l. apud. §. prætorem. ff. eod. tit. ex l. qui cum alio.*
2 *§. non enim ſolet. ff. de reg. iur. ex l. 2. C. de iure dot.* † Ratio videtur, quoniã cum in vlti-
mis iudiciis voluntas teſtatoris nominetur, *l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſtrat. l.*
cum quæſtio. C. de leg. argumento l. non aliter. ff. de leg. 3. aduerſus eos, quibus voluntas eius
reſiſtit, obſtat exceptio doli, *l. 1. §. conſulto. ff. de his, quæ in teſtamento delentur. l. fin. §. apus. ff.*
de except. doli cum multis ibi not. in gloſſ. in verb. obſtatura. l. apud. §. præterea. ff. de except. doli, i-
bi: ſi quis quid ex teſtamẽto petat contra voluntatem exceptione eum doli mali ſum-
moueri ſolet. Igitur à contrario, voluntate teſtatoris non reſiſtente doli exceptio non
3 obſtabit, †. Exempla regulæ multa ſunt, & primum illud quod colligitur ex *d. l. pure*
in princ. ff de except. doli. nam teſtator, cui pure à te centum debebantur legauit illa tibi
ſub cõdictione hæres ea pendẽte poteſt petere, nec doli exceptione repellitur cũ poſ-
ſit etiam deficere conditio, ſed tamen debet hæres dare cautionem de tanta pecunia
reddenda, ſi conditio extiterat, aliàs ſummouebitur exceptione: expedit enim legata-
rio retinere ſummam magis, quam mitti in poſſeſſionem rerum hæreditariarum. *d. l.*
pure. Secundum eſt in *d. l. apud. Celſum. §. præterea, verſ. ſi quis ex vncia* Tertium ponit. *glo.*
in l. 2. C. de iure dot. & in *l. adulta. C. de hæred. actio.* in qua non exſtinguitur actio, quam ha-
bet vnus ex hæredibus contra teſtatorem, niſi pro parte, qua hæres eſt, niſi hoc expreſ-
4 ſe voluerit teſtator, *l. ſi compenſandi. C. de hæred. inſtit.* opponit † autem gloſſ. de text. in
l. ſi pecuniam. ff. ſi cert. pet. vbi debitorem purum iuſſi alii ſub condictione promittere, &
tamen non poſſum interim petere, Reſpon. procedere ex iure ſingulari; quia non eſſet
debitori cautum in euentum conditionis; reliqua vide apud *Dec. & Cagn. in d. §. non ſo-*
lent. ff. de reg. iur.

REGVLA 48.

Dolum ſuum, vel authoris allegans, non debet audiri.

1 *Ex quibus legibus deducatur.*
2 *Ratio regulæ cum ratione rationis.*
3 *Nemo de ſua improbitate conſequitur actionem.*
4 *Ampliatur etiam, quando actus eſſet inualidus, & nullus.*
5 *Ampliatur etiam ſi per replicationem dolus opponeretur.*
6 *Amplia, vt nec dolus authoris ſingularis, nec vniuerſalis poßit allegari.*
7 *Limita, vt audiatur in damnum ipſius allegantis.*
8 *Limita, vt poßit allegari per exceptionem contra eum, qui pariter eſt in dolo.*
9 *Limita, vt audiatur actor per viam replicationis aduerſus reum doloſum, qui de lucro captando ageret, ipſe vero actor de damno.*
10 *Vtrum ſi timens bona mea confiſcari, ea tibi ſimulate vendiderim, & poſtea ceſſante metu contra te agam excipientem de emptione, an poßim replicare de ſimulatione.*
11 *Suam fraudem allegans, auditur ſi illa erat tam detecta, maxime ſe defendendo.*
12 *Auditur ſuum dolum allegans, quando actus erat nullus, quia aduerſus legem celebratus.*
13 *Non repellitur, qui ſuum dolum allegat, quoties agitur de fauore animæ.*
14 *Non remouetur etiam, quando in totum eluditur ius actoris, vel oſtenditur ei ipſo iure, ius non competere.*
15 *Non expellitur etiam quando actus eſſet nullus fauore publico & de nullitate conſtet.*
16 *De eo, qui allegat turpitudinem ſuam, remißiue.*
17 *Propria turpitudinis obligatio, non reiicitur, vbi agitur ad coadiuuandam intentionem allegantis.*

1 HÆC reg. qua nulla iuſtior, & honeſtior potuit à lege conſtitui, ex multis iuribus † ſumitur, nempe ex *l. cum profitearis C. de reuoc. donat. ex l. ſi creditoribus. C. de ſeru: pign. dato l. filios debitoris C. de reuo. his qua in fraud. l. tranſactione finita la. 2. C. de tranſ. l. vendrtici C. de rebus alien. non alien. l. pignori. ff. qui, & à quibus manu. liber non fiat, l. vendicantem de euict. l. qui ſoladum. §. etiam reſp. ff. de leg. 2. l. ſi ab eo. ff. de liber. cauſ. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. ff. de*
2 *leg. 1,* † Ratio reg. eſt, quia turpitudinem ſuam allegat, *gl. in d. l. cum profitearis, & in d. l. filios. & in d. l. ſi creditoribus,* & quia contra factum ſuum, vel ſui authoris, nemini conceſſum eſt venire *l. cum à matre C. de rei vend. l. poſt mortem. ff. de adopt. l. per fundum. ff. de ſeru.*
3 *Ruſt. præd. gl. mag. in c. cum ſuper de conceſſ. præbend.* Ratio autem † rationis, vt mihi quidem videtur eſt, quoniam de improbitate ſua, nemo conſequatur actionem *l. Itaque fullo. ff. de conſt. l. verum. §. tempus autem. ff. pro Soc.* ibi nec æquum eſt quemquam ſuo dolo rele-
4 uari; †

Ampliatur, vt etiam procedat, quando actus eſſet inualidus, & nullus, ſi modo de graui alterius præiudicio non agatur. *l. 1. C. de liber. cauſ. c. cum ſemper tunct. gloſſ. de con-*
5 *ceſſio. præbend.* Secundo † Amplia etiam, ſi per replicationem dolus opponeretur *l. viro,*
6 *& uxore. ff. ſol. matr. l. apud Celſum. §. Marcellus ait. ff. de except. doli.* Tertio † extenditur, vt nō modo authoris vniuerſalis, ſed nec etiam ſingularis dolus poſſit allegari; ſi de cauſa
7 lucratiua quæratur *Grau. conſ. 123. num. 6. Bald. conſ. 258. lib. 4.* † Reſtringitur primo in damnum ipſius allegantis, audiretur enim vt inde puniretur. *l. Neratius. ff. ad leg. Aquil. in fin.* tametſi lex quandoque cū confitente mitius agat, vt ad detegenda facinora vnum-
8 quemque inuitet *l. quiſquis Cod. ad l. Iul. Maieſt.* † Secundo auditur dolum allegans per exceptionem aduerſus eum, qui pariter eſt in dolo, nam contra doli exceptionem replicatio doli non admittitur. *d. l. apud. §. Marcellus,* quippe in pari culpa, potior eſt condi-
9 tio poſſidentis *l. 1. & 2. cum ſeq. ff. de cond. ob turp. cauſ. Roland. conſ. 3. num. 7. vol. 1.* maxime ſi excipiens ageret de damno euitando; † Tertio auditur cum Actor per viam replicationis allegaret dolum aduerſus doloſum, qui de lucro captando ageret, Actor verò de damno euitando, *Aret. conſil. 65. in fin. Bart. & doct. in dict. §. Marcellus, & §. procurator legis iuſiurandum. ff. de iure iur.* quod æquitate non caret; atque hinc inferendo cum eis.

Quæſt. 1. Quæro cum timerem bona mea confiſcari, tibi venditionis titulo tra-
10 didi, deinde timore † ſublato, ago aduerſus te rei vendicatione; opponente exceptionem contractæ emptionis; an poſſim replicare de ſimulatione contractus in fraudem fiſci? *Bald. in d. l. cum profitearis,* aſſerit conceſſam eſſe ſimulationis replicationem; *Alciat. autem in l. tranſactione finita. la. 2. num. 6.* veram eſſe Baldi ſententiam putat, ſed alia ratione, nempe quia ex contractu ſimulato propter defectum conſenſus, non tranſit aliquod dominium, quare fundamētum meæ intentionis non eſt in dolo, ſed in dominio, quod à me non diſceſſit. Replicatio autem ſimulationis tuam exceptionem emptionis elidit, quoniam ſimulationi in fraudem conſenſiſti, quo fit, vt culpa mea propter culpam tuam fuerit obumbrata, dominiumque apud me ſemper remanere
11 debebat, apud quem ſemper fuit: argumento. *l. cum mulier. ff. ſol. matr.* † Quarto auditur, quoties fraus ipſa erat iam detecta: nihil enim impedit; quin aduerſus alium de ea obiici poſſit, *Ruy. conſ. 142. num. 7. vol. 1. & conſ. 194. num. 11. eodem vol.* Id quod dubium non videtur; quoties excipiendo, ſeu ſe defendendo aliquis eam allegaret. *l. Antepenult. de ſuſpect. Tutor. cap. ex pœnitentibus diſt. 50.* veluti ſi à munere iudicandi, quis ſe excuſaret quod de aliquo crimine damnatus ſit, *Bart. in l. 2. C. ſi ſeruus, vel liber lib 12.* Sed quid a-
12 gendo, vel replicando, declarat *Alciat. d. l. tranſactione finita. n. 7.* † Quinto auditur cum actus ideo nullus eſt, quia ſit aduerſus legem celebratus, iuſte enim cuique conceditur, vt actum à ſe geſtum cōtra legum ſanctiones, infirmum poſſit allegare. *l. à Diuo P. o. ff. de ritu nupt.* Id quod accipiendum eſt vt non procedat, quoties actus eſſet nullus fauore alterius, tunc enim non poteſt ei præiudicium fieri. Quare nec libertati hoc nomine præiudicatur, nec matrimonio nec Eccleſiæ. *l. 1. & l. interrogatum de liber. cauſ. cap. lator c. conſanguinei de re iud.* cum aliis deduct. ab *Alciat. d. l. tranſ.* à quo ampliationes, &
13 limitationes acceptæ ſunt. †

Sexto auditur, vbi de fauore animæ tractetur, *Ruy. conſil. 132. numer. 16. & 12.*
14 *vol. 1.* †

Septimo limitatur, quando in totum eliditur ius Actoris, vel concluditur Actori
15 ipſo iure nullum ius competere, *Ruy. conſ. 72. n. 2. & 10. vol. 5.* † Auditur octauo, ſi actus eſſet nullus fauore pub. & de nullitate conſtaret, nam in dubio repelleretur proprium

16 dolum allegans. † Plane ad materiam allegantis dolum, & turpitudinem ſuam, con-
ferunt, quæ ponit, *Iaſon. in l. iuſiurandum. §. procurator num. 26. & 27. ff. de iureiur.* vbi *Bart.*
& alii, in l. ſi ſeruus plurium §. ſi hæres. ff. de legat. primo num. 4. & 6. & in l. nemo poteſt numer.
41. ff. de legat. 1. Mathes. inter ſingularia Dd. in l. 3. C. de reuocand. his, quæ in fraud. cred. Dec.
17 *conſ. 14. num. 7.* † Dicens poſſe allegari turpitudinem ſuam, ad coadiuuandam inten-
tionem, *Cran. conſ. 106. num. 12. & conſ. 125. num. 6. Roland, conſ. 93 numer. 7. Volum. 1. Ruy.*
conſ. 125. num. 4. vola. 1. & conſ. 154. num. 9. volu. 5. & conſ 78. num. 7. volu. 4. in quo con-
ſuluit, quando vnus eſt in damno, alter eſt in lucro, vel vterq; eſt in damno, vel quan-
do actus eſt celebratus contra legem.

REGVLA 49.

Dolus, & fraus non conſiderantur ab euentu.

1 *Iura ex quibus emanat regula.*
2 *Ratio regulæ duplex.*
3 *Animus & intentio diſtinguunt facta.*
4 *Exempla regulæ.*
5 *Donatio inoſſiciosa re, & conſilio reuocatur.*
6 *Alienatio facta in fraudem dicitur; ſi conſilium, & euentus fraudem contineant.*
7 *Libertas non dicitur data in fraudem, niſi re & conſilio fraudulento.*
8 *Ad reuocandam fideicommiſſariam libertatem, ſufficit fraudulentus euentus, & quæ ſit ratio.*
9 *Alienatio inter viuos facta in fraudem Patroni videtur, ſi euentus, & animus fraudulentus concurrant.*
10 *Alienatio vero in vltima voluntate, dicitur facta in fraudem Patroni ſi conſtet de fraudulento ſucceſſu.*
11 *Alienatio quoque in fraudem fiſci, conſilium, & euentum fraudulentum deſiderat.*
12 *In alienatione facta à filiis in fraudem Patris, idem iuris eſſe videtur, ac in alienatione facta in fraudem patroni.*
13 *Litteræ cambii non præſumuntur facta in fraudem, quod ille Campſor, cuiſunt directæ breui tempore fuerit decoctus.*
14 *Euentus, nomen, quam varias obtineat in iure ſignificationes.*

1 DEducitur † ex *l. fraudis interpretatio. ff. de reg. iur. ex l. ait prætor. §. ita demum. ff. quæ in*
fraud. cred. l. 2. C. de ſeruo pignor. dato manu. ex §. in fraudem Inſt. quibus ex cauſ. manu.
2 *non li. ex l. ſi quis aũt ff. qui & à quibus. l. 1. & fin. C. qui manu. non poſſ.* † Ratio regulę eſt quia
3 animus, & intentio diſtinguũt facta † *l. 1. C. de Sicar. l. 4. ff. de Tabul. exhibend. l. quæ in iuriæ.*
ff. de furt. l. quod reſpon ff. de iniur. Alia ratio quoniam ſæpe de facultatibus ſuis amplius,
quam in his eſt ſperant homines, *d. §. in fraudem, & l. in fraudem ff. qui, & à quibus manum.*
vt frequenter accidit his, ait textus qui tranſmarinas negociationes, & in aliis regioni-
bus, quam in quibus ipſi morantur, per ſeruos, & libertos, exercent, & ſæpe attritis
4 iſtis negociationibus, id ignorant. † Exemplum primum erit in donatione inoffi-
cioſa, quæ non aliter reuocatur, quam ſi re, & conſilio ſit contra officium & pieta-
tem facta *l. pen* ibi in cuius bonis, ſi idem conſilium & euentus comprehenditur. *C. de*
5 *in offic. donat. iuncta gloſſ. in verſ. conſ.* † Idemque iuris eſſe videtur in dote inofficioſa,
7 propter æqualitatem rationis. † Secundum eſt in alienatione facta in fraudem cre-
ditorum, *d. l. ait prætor. §. ita demum*, ibi reuocatur, quod fraudandorum creditorum
8 cauſa factum eſt, ſi euentum fraus habuerit. Tertium in libertate data † in fraude,
d. §. in fraudem. d. l. in fraudem, & l. ſi quis cum haberet, quia vt libertates reſcindantur, v-
trumque in eorumdem perſona exigimus, & conſiliũ & euentũ, fallit autem in fidei-
cõmiſſaria libertate, in qua ſatis eſt ꝓ reuocatione fraudulẽtus euẽtus, *l. 1. & l. fi. C. qui*
manu. non poſſ porro limitationis ratio eſt duplex, altera eſt *Doct. in d. §. item ſi quis in*
fraudem. Inſt. de action. nam in directis libertatibus vtrumque requiritur quoniam di-
rectæ libertates, ſtatim ſequuta morte confirmantur, *l. 1. C. de fideicom. libert.* & ſine ali-
quo facto hæredis gloſſ. in *l. fin. C. qui manu. non poſſ.* at fideicommiſſariæ exigunt fa-
ctum hæredis, *l. ſi ſeruus. C. de fideicom. hæred.* hæres autem non tenetur præſtare vltra vi-
res hæreditarias. *l. ſucceſſores. C. ad l. Falcid.* Alia ratio eſt, *Iaſ. & Chriſtoph. de Caſtill in d. §.*
item ſi quis in fraudem, quam refert, & probat, *Syl. Aldobrand. ibi num 11.* & nos retulimus
9 ſupra in titulo de fraude. † Quartum exemplum eſt in liberto qui alienat in fraudem
patro-

patroni, nam vt alienatio inter viuos, tanquam fraudulenta poſſit à patrono reuocari; fraudulento conſilio debet eſſe coniunctus fraudulentus euentus, *l. 1. in prin. ff. ſi quid in*
10 *fraud patron. l. patronus iuncta gloſſ. ff. de probat.* † Sed in alienatione per vltimam voluntatem, veluti per legata, per donationem mortis cauſa, ſufficit ſolus fraudis euentus *d. l. 1. §. ſin proponis matris cauſa.* Ratio diſcriminis eſt, vt inquit *gloſſ. in d. l. patronus*, quoniam leg. nunquam præſtantur, niſi ære alieno deducto *leg. 1. §. is qui quadringenta in fin. ff. ad Trebelli.* hoc autem, quod patrono debetur, quaſi æs alienum cenſetur *l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inoff. teſt.* & propter eà legata quæcumq; ſiue dolo, ſiue ſine dolo relicta, non præſtatur, niſi deducto, eo q. patrono debetur; & tantundem videtur dicen-
11 dum † in alienatione facta à filiis in fraudem parentum *leg. fin. ff. ſi quid in fraud patron.*
12 cum his, quæ diximus ſupra *in titulo de fraud. filiorum* erga parentes. † Quintum exemplum erit in alienatione facta in fraudem fiſci, *Bartol. & Doct. in l. poſt contractum. ff.*
13 *de donat.* Ex hac regula *Rota Genuenſis in deciſ.* 183. in præſenti infert. † Quod ex litteris cambii factis ab vno Campſore non arguitur, quod fuerint factæ in fraudem ex eo, quod ille Campſor, cui litteræ dirigebantur, cœperit breui tempore deficere, & ita paulo puſt decoctus fuerit, dolus enim & fraus ab euentu non conſiderantur, ſed ex conſilio per reg. noſtram; quæ deſiderat concurſum vtriuſque: euentus autem dicitur a *Cic. in Rethoricis*, cuiuſcumq; negocii finis; à quo ſæpiſſime res iudicatur, *c. ſi forte de ele. lib. 6.* vbi euentus dicitur effectus, & exitus. Sic in *l. 1. C. qui accuſ. non poſſunt l. ordinato ff. de liber. cauſ.* pro fine accipit *Ouid.*

Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto.
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Euentus, quod fortuna, ſiue bonum, ſiue malum nobis affert, ſignificare ſolet *Virg. 6. Æneidos, certoſq. volutat, euentus animo ſecum, Cic. 1. de orat.* vt quilq; optime dicit, ita maxime varios euentus orationis pertimeſcit, interdum tamen, euentus ſolus inſpicitur, vt in pœnis, *l. aut facta. §. euentus ff. de pœnis.*

REGVLA 50.

Hæres Dolo non caret, ſi poſt motam controuerſiam hæreditatis legata ſine cautione ſoluit.

1 *Ex quibus reg ſumatur legibus.*
2 *Ratio reg. duplex.*
3 *Exempla reg.*
4 *Verbum cautionis, hoc loco ad ſtipulationem refertur.*
5 *Hæredis nomen, in hac reg. verificatur, etiam in bonor. poſſ.*
6 *Nominis huius, hæres, multiplex etymologia.*
7 *Hæres ab hæro id eſt Domino, hæres ab hæreditate; hæres ab, ercifco, quod eſt diuido, vt in tit.* fam. hercif. *vnde, hæres ab hærendo.*
8 *Hæres ab ære.*
9 *Fideicommiſſa etiam hac regula contineri.*
10 *Limitatur reg. in legatis, quæ ex licentia Teſtatoris poſſunt à legatario propria authoritate capi.*
11 *Reſtringitur etiam in legatis relictis his perſonis, quibus conſeruantur ex edicto de leg præſtandis.*
12 *Legatarius, quando mota eſt controuerſia hæreditatis, poteſt expectare exitum litis, vel ab initio mota litis legatum petere, & cautionem præſtare.*
13 *Hæres ante motam controuerſiam hæreditatis non eſt in dolo ſi cautionem à legatariis non exigat, niſi ſciret propediem mouendam.*
14 *Hæres, cui mouetur controuerſia hæreditatis, poteſt petere, vt quæratur, an legatum debeatur; aut exigere à legatario cautionem, & ita legatum præſtare.*
15 *Vtrum dolus noſtra reg. ſit in omittendo, vel in committendo.*
16 *Vtrum dolus huius regulæ ſit præſumptus, ſola iuris præſumpt. vel iuris, & de iure.*

1 EDita eſt † hæc reg. ex *l. Dolo. ff. ad l. Falcid.* in qua eadem ferme verba continentur
ex *l. hac autem. §. hæc cautio. ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid.* ibi, hoc ſi ante motam con-
2 trouerſiam ſoluat, quod ſi poſtea tenebitur culpæ nomine. † Ratio eſt reg. quia in do-
lo præſumitur, qui omittit ſcienter facere id quod peragere debuit *l. Dolus eſt. ff. mand.*
Rurſus quia in dolo videtur, qui facit id, quod eum non oportuit facere *l. ſi procurato-
rem § dolo. ff. eodem tit.* Accedit, quod nulla bona præſumptio capi poteſt in eo, qui poſt
motam controuerſiam hæreditatis ſoluit legata, debuit enim cogitare in certum eſſe
litium euentum. *l. ſi filius, qui in poteſtate*, vbi *Iaſ. nu. 39. ff. de liber. & poſt.* & per ſententiam
3 iudicis facile à ſe diſceſſuram hæreditatem. † Exemplum ex reg. in *l. fin. C. de petit. in leg.
Iulianus. § ſi tibi. ff. de exhibend. in l. quid ſi poſſ. de pet. hær. in l. ſi teſtamentum falſum. ff. eodem.*
In quibus poſt motam controuerſiam ſoluuntur legata præſtita cautione, ita fit, vt do-
4 lum committat quicunque legatorum faciat ſolutionem, non petita cautione. † Cau-
tionis verbum, non pro nuda promiſſione puto accipiendum, vt in *l. ſancimus C. de ver.
ſignif.* ſed cum ſtipulatione per tex. *in l. ſed ſi poſſeſſor. ff. de pet. hæred.* vbi cautionem pro
legatorum reſtitutione ſi euincatur hæreditas IC. appellat ſtipulationem & in fine
ait hæredem euicta hæreditate actiones cedere petitori pro legatis ſolutis, quod ſi nu-
da fuiſſet cautio, nulla erat, quæ ex nuda conuentione, naſci, & cedi poſſet, actio, man-
5 datum eſſet conſultum petitori hæreditatis: ſi nuda tantum cautio interponeretur; †
Hæredis nomen, & bonorum poſſeſſorem continere cenſeo, vt ipſe ſit in dolo, ſi ſol-
uat legata non accepta cautione, vt accipitur in *l. hæredis appellatione iuncta gl. & in l. hæ-
reditatis appellatione. ff. de verb. ſignif.* militat enim eadem ratio, & regulariter diſpoſitio,
loquens de hærede, obtinet in bonorum poſſeſſore; *Doct. in Rub. Cod. qui admitt.* vbi di-
cunt, quod ſtatutum loquens de hærede, procedit in bonorum poſſeſſore: *Bart. Iaſon,
6 & alii in l. 1. §. bonorum. ff. ad Treb.* †
7 Hæres dicitur, vt placet nonnullis ab hero, id eſt, domino; † ſed aliis diſplicent,
propterea, quod herus habet primam ſyllabam breuem, hæreditatis vero longam.
Nonnullis videtur ab hæreditate acceptum nomen, quaſi hæres, hoc eſt dominus bo-
norum defuncti; vnde hæredem inſtituere, nihil eſt aliud, quam deſignare aliquem
bonorum ſuorum poſt mortem ſuam Dominum. *§. item extraneus, & §. fin. Inſtit. de hæ-
red. qualit. & differentia l. pro hærede l. gerit. ff. de acq. hæred.* Sed his eadem obſtat obiectio,
cenſent alii non abſurdum deducere ab hærciſco, quod eſt diuido, vt in titulo *ff. famil.
herciſcundæ.* Sunt etiam qui malint hæredem, ab hærendo appellatam, quaſi defuncto
hæreat & coniungatur adeo, vt propè idem eſſe videantur, vt dixit *Conn. lib. 10. cap. 5.
de hæred. & differ.*
8 Alii ab ære † hoc nomẽ factum eſſe arbitratur, vt qui æris, id eſt, pecuniæ defuncti
ſucceſſor exiſtat, æs, namque pecuniã ſignificat, pecuniæ vero appellatione quę poſſi-
9 demus omnia deſignantur. † Fideicommiſſa quoque hac regul. dicimus contineri, ob
paritatem rationis, non videtur dubicandum *l. 2. C. commun. de l. 1. ff. de leg. 3.* imo, & in o-
mni alio relicto, quod ab hærede præſtari ſolet, tantundem videtur dicendum. *l. fin. in
princ. C. de petit. hæred.* quippe militat ſemper eadem ſiniſtra ſuſpitio, quod ſcilicet fiat
10 in perniciem euincentis hæreditatem. † Reſtringenda eſt reg. in legatis, in quibus te-
ſtator dediſſet licentiam legatario capiẽdi propria authoritate iuxt. *tex. in l. non dubium
C. de legat.* Nam ſi legatarius vteretur poteſtate ſibi conceſſa, tacente ipſo hærede, non
eſſet locus huic regulę cum non liceret hæredi prohibere, & culpa careat, qui prohi-
11 bere non poteſt *l. culpa cum ibi not. ff. de reg. iur.* †
Altera videtur limitatio, ſi legatum eſſet relictum his perſonis, quibus per edi-
ctum de legatis præſtandis, legata conſeruantur, ita quod is, qui mouet de hæreditate
controuerſiam etiam vincens, debeat vigore allegati edicti, legata præſtare; etenim ſi
hæres poſt motam controuerſiam ſine cautione legata dederit, non videtur dolum
commiſiſſe, quia petitor erat, & ipſe præſtaturus obtenta victoria etiam cum fructibus. *l.
fin. verſ. expectare autem C. de pet. hæred.*
Sciendũ eſt autem, quod mota controuerſia hæreditatis, ſiue ex teſtamento eſſet
relicta, ſiue ab inteſtato cum onere legatorum, eſt in poteſtate legatarii, vel expectare
exitum litis, & ab hærede ſi obtineat legatum cum acceſſionibus petere. *d. l. fin.* vel le-
12 gatum ab initio motæ litis præſtita cautione. †
Hæredi autem, a quo petuntur legata poſt motam controuerſiam, licet
13 horum vnum facere, † vel petere, vt antequam præſtetur legatum, quæratur
14 an ſit debitum, aut exigere cautionem a legatario ſoluto legato. † Ante
vero

vero motam controuerſiam de hæreditate ſi cautionem non exegerit hæres, nihil eſt ei imputandum. *d.l.hæc autem.§.hæc cautio ff.ſi cui plus, quàm per l. Falcid.* nam implet munus ſuum ſoluendi legata. *§.1. Inſtit. de legatis*, ibi ab hærede præſtanda, quod verum eſſe puto, niſi ſciret prope diem mouendam controuerſiam, puta quia fuiſſet ei denunciatum, denunciatio enim conſtituit in malafide, *Bart. in l. Celſus. ff. de vſuc.*

Quæſt. 1. Sed quæritur an dolus noſtræ regul. ſit dolus in omittendo, an in com-
15 mittendo, neque enim parui refert hoc † ſcire, cum dolus in committendo ſit maior, Et *Cyn. in l. Dolo. ff. ad l. Falcid.* credit eſſe dolum in faciendo, quippe quia fecit, quod ei non erat faciendum, nempe ſoluit legata, quæ non debuerat ſoluere; Alex autem ibidem, exiſtimat dolum eſſe in omittendo; quia omiſit petere cautionem, quam debebat petere, & confirmatur, propterea, quod dolus imputatur ei, non ob præſtationem legatorum, ſed ob non exactam cautionem. Nec quicquam obeſt *l. Dolum C. de dolo*, definiens dolum, non niſi perſpicuis indiciis probari; Nam lex ad probandum dolum pro indicio perſpicuo habet, quod in ſolutione legatorum, non fuerit ab hærede petita cautio, ſicut in tutore ad probationē doli, ꝑ indicio perſpicuo; reputat, q; repertorium non fecerit. *l. tutor, qui repertorium. ff. de administr. tutor.* Eoque magis in terminis noſtris, videtur eſſe in dolo hæres, quo legatarius petens legatum poſt motam de hæreditate controuerſiam, debet offerre cautionem *l. ſi teſt.* ibi præſtandum eſt oblata
16 cautione. *ff. de pet. hæred.* †

Iterum reuocatur in dubium, an iſte ſit dolus præſumptus, ſola præſumpt. iuris, an illa, quæ dicitur iuris, & de iure, & non admittit probationem in contrarium. Non inuenio à quoquam deciſum proinde in dubio crederem poſſe probari contrarium ex aliqua iuſta cauſa, ad excludendam doli præſumptionem, quæ ſemper capienda eſt *l. merito. ff. pro Socio.* Contra hanc reg. opponit *gloſ. in d.l. fin. C. de petit. hæred. in verſ. cautione*, & reſoluit Effectus reg. eſt in *l. hæc autem.§ hæc cautio in verſ. culpa nomine. ff. ſi cui plus, quam per leg. Falc. & ibi gl.*

REGVLA 51.

Dolus non præſumitur, niſi probetur & inter duos dolos, præſumitur minor dolus.

DEducitur ex *l. quoties.§. qui dolum. ff. de probat. ex l. dolum. C. de dolo. l. 3.§. fin. ff. de tribu. act.* Quæ ſit ratio regul. quia ex illa inferuntur. Quomodo ſit intelligenda, petendum eſt ex *regul. decima octaua*; in qua plura ſunt ad hanc quoque pertinentia, quibus addo, quod ſicut dolus regulariter non præſumitur; Ita quando præſumitur, & dubitatur, de maiori, vel minori dolo, præſumitur minor dolus, vt minor imponatur pœna, vt dixit notanter *Bald. in l. ſi prædium, n. 27. C. de ædilit. act.*

Idolus Doli mali.

1 *Cur doli mali figuram Author effingat.*
2 *Doli mali idolus, & eius interpretatio.*
3 *Hamus* Doli mali *Hieroglyphicum.*
4 L*ucri ſpes, voluntas, vindicta,* Doli mali *Duces.*
5 *Simulatio, culpa, mēdacium, perfidia, fraus;* Doli mali *comites.*
6 *Infamia, dedecus, pœnitentia; Pœna;* Do*lum malum ſequuntur.*

QVemadmodum viri grauiſſimi de virtute aliquando differentes, quo magis ad eam inſectandam atq; amplectandam iuuentutem allicerent, poſtquam cæleſtē eius naturam, diuinaſq; operationes copioſa, & docta omnem expoſuerunt, Idolum quoque eius componentes, oculis iuuenum repræſentare operę precium eſſe crediderunt, vt admirabili, eius pulchritudine incenſi, veluti honeſtiſſimi Proci Coniu-
1 gem, id eſt, totius vitæ ſociam facere virtutem omni ſtudio curarent; Ita quoque † nos, qui de dolo malo quantum exiguæ vires noſtræ tulerunt diſſeruimus diligenter, vt homines ad illum, quaſi à facie Colubri fugiendum, magis, ac magis

hortaremur non ſuperuacui operis eſſe exiſtimauimus in fine operis, de formem eius ſpeciem & totius corporis, variam habitudinem, velut ob oculos ponere.

2 Dolus † proceræ ſtaturæ eſt, ſublimia enim quæque loca, vertice ſuo tangit, pedibus obliquis, quia per humilia quæque loca ſinuoſo gradu tranſit, tum quia magnatis, æque ac extremæ ſortis hominibus imperat, nec non quia.

Æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Diuitumque turres.

Vultus eſt pudore, modeſtiaque quaſi fuco perfuſus, quo latentem ſimulationem abſcondit. Centum fronte oculi, quos nunquam declinat ſomno, quibus omnes fallendi vias videt, longa ſunt brachia, tereteſque manus, quoniam tam quæ remota,
3 quam quæ vicina ſunt arripit, vel, quoniam à longe incipit, qui fallere tentat; † *Hamus pectore pendet*, doli mali ſymbolum. inceſſus eſt grauis, quo apud homines ſibi authoritatem acquirat. Ouina ſed auro veſte contecta tegitur totus. Ouina eſt, vt nemo timeat, auro contexta, vt præterea ſpe lucri agere, vel contrahere ſecum quiſque alliciatur.

4 Duces † doli ſunt, & illum antecedunt, lucri ſpes, voluptas, vindicta, etenim ne-
5 mo ad decipiendum, niſi aliquo horum ſuadente impellitur & Duce. † Comites eius, ſunt, & à latere numquam diſcedunt; Culpa, Fraus, Mendacium, Perfidia, Simulatio, nam his velut ſatellitibus, ſimplicitatem, ruſticitatem, adoleſcentiam, iuuentutem, ni-
6 hil tale timentes aggreditur, vulnerat, ſpolia detrahit, interdum, & occidit. † Dolum ſequuntur, Infamia, Dedecus, Pœnitentia, Pœna, hæc enim præmia manent doloſos.

Hæc de bono, maloque dolo, nec non de culpa, fraude, & mendacio ex legibus noſtris, atq; ex Dd. commentariis vtiliter excerpta, & congruo ordine compoſita litteris mandaui, ego CELSVS BARGALIVS SENENSIS, legum ſtudioſis, quantum tenues meæ vires ferent, ſemper profuturus: dum in almo Maceratenſi Gymnaſio ius Ciuile in prima ſede interpretabar; excipe Benigne lector, quæ in tui gratiam edita cernis, & amicus dulcis, vt æquum eſt;

Cum mea compenſes vitiis bona, ſi qua ſunt:
Interim *Viue, & vale, & ſi quid nouſti rectius iſtis.*
Candidus imperti; ſi non, his vtere mecum

AD DEI LAVDEM.

Finis libri Sexti & Vltimi de Dolo.

ORATI-

INDEX REGVLARVM

Doli mali.

1 Dolis, & malitiis eſt obuiandum.

2 Dolus ab omni diſpoſitione cenſetur ſemper exceptus.

3 Dolum facere, & locupletari cum alterius iniuria æquiparantur.

4 Dolus in committendo, maior eſt, quam in omittendo.

5 Dolus obligat facientes in ſolidum.

6 Dolus præteritus poteſt remitti, futurus nō poteſt.

7 Actio doli competit, quando alia ceſſant actiones.

8 Contra doloſum iuratur in litem.

9 Dolus dans cauſam annullat, dolus autem incidens reſcindit conuentiones.

10 Actio doli tollitur biennio, exceptio autem perpetuo competit.

11 Actio doli irrogat infamiam condemnato.

12 Dolus præponderat culpæ.

13 Qualibet cauſa excuſat à dolo.

14 Cuius quis dolo grauatur eiuſdem debet ſumptibus releuari.

15 Dolus cum dolo compenſatur.

16 Dolo facit, qui petit quod reſtituturus eſt.

17 Qui dolo deſiit poſsidere, habetur pro poſſeſſore.

18 Qui dolum allegat probare debet.

19 Qui contra iura mercatur, præſumitur in dolo.

20 Doloſus, quæ prius habebat priuilegia perdit.

21 Dolus ſerui obligat Dominum.

22 Dolus debitoris, nocet creditoribus in iure quærendo.

23 Dolus defuncti nocet hæredi.

24 Ex doloſo conſilio, competit actio doli.

25 In dolo eſt, qui petit id, quod aliqua eludi poteſt exceptione.

26 Stipulatio dolum malum abeſſe, abſuturumq; eſſe, promiſſorem, & eius hæredem tantum obligat.

27 Conſtitutio pœnam capitalem imponens, habet tacitam clauſulam ſi dolo, commiſſum ſit delictum.

28 Dolus ex propoſito, & dolus re ipſa æquiparantur.

29 Dolus ſemper præſumitur in eo, qui ſemel verſatus fuit in dolo.

30 Exceptio doli, ſuccedens in locum alterius exceptionis regulatur ſecundum naturam illius in cuius locum ſuccedit.

31 Qui iuſtam aliquam exceptionem habet, tutus eſt etiam exceptione doli.

32 Petens ſine cauſa eſt in dolo.

33 In pari cauſa doli, melior eſt conditio poſsidentis.

Regvlæ negativæ.

34 Dolus non infertur ſcienti, & volenti.

35 Quoties dolus poteſt purgari actione ex eo contractu, in quo eſt commiſſus, non datur actio doli.

36 Dolus vnius nocere alteri non debet.

37 Ex ſuo dolo nemo debet lucrifacere.

38 Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere.

39 Non poteſt dolo carere, qui Imperio Magiſtratus non obtemperat.

40 Nemo videtur dolo facere, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere.

41 Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.

42 Nullus videtur dolo facere, qui iure ſuo vtitur.

43 Creditor ſuum recipiens, dolum non committit.

44 Dolus non debet eſſe impunitus.

45 Doli clauſula, non refertur ad eas partes, de quibus nominatim cautum eſt.

46 Exceptio doli, quæ nocebat deleganti, non officit ei, cui ſit delegatio.

47 Doli exceptio non nocet his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

48 Dolum ſuum, vel authoris ſui allegans, non debet audiri.

49 Dolus & fraus non conſiderantur ab euentu.

50 Hæres dolo non caret, ſi poſt motam controuerſiam hæreditatis legata ſine cautione ſoluit.

51 Dolus non præſumitur niſi probetur.

EIVSDEM EXCELLENTISSIMI D. CELSI BARGALII, CVM SENIS, TUM MACERATÆ HABITÆ, PLERÆQUE VERO IN INSIGNIBUS DOCTORATUS CONFERENDIS.

EIVSDEM EXCELLEN-
TISSIMI D. CELSI BARGALII, CVM SE-
nis, tum Maceratæ habitæ, pleræque vero in Inſignibus
Doctoratus conferendis.

IN DOCTORATV DOMINI HIPPOLYTI PICCOLOMINEI Anno Domini 1578. Menſis Aprilis.

ORATIO I. *Senis habita cum quatuor quæ proximè conſequuntur.*

SINGVLARE profectò, & grauiſſimorum ſcriptorum te-
ſtimonio, celebratum fuit illud *Vitellii Cæſaris numiſma*; in
quo vir ille ſummus, pulcherrimas Virtutis, & Honoris i-
magines inſculpſerat, ac virtutem ſic expreſſerat: Nimi-
rum iuuenem galeatum cum pennis ſupra galeam; haſtam
ſiniſtra; ſceptrum dextra manu præferentem; ocreas ha-
bentem; teſtudinem ſub dextero pede tenentem; hono-
remque, qui muliebri veſte ibi erat expreſſus, cupide in-
tuentem. Cum vero admirabilis huius indumēti aliquan-
do cauſas inueſtigarem, arcanumque Imperatorii numiſ-
matis ſenſum, cupidus inquirerem; à doctiſſimis viris re-
ſponſum in hanc ſententiam accipere me memini. Habet
caput galeatum, vt fortitudine ad virtutem opus eſſe iudicet, quo nos ab imminenti-
bus inſidiis tueamur, eandemque ob cauſam, haſtam geſtat. Pennæ vero vel criſta;
ingenii acumen ſignificant, & cogitatione rerum ſublimium ſceptrum; cupiditatum
iuueniliter exultantium comprimendarum poteſtatem: ocreę deinde pręmonſtrant,
quod qui virtutem ſectantur, ſemper ad locum, ſi opus ſit, virtutis exercendæ cauſa,
mutandum, parati eſſe debent. Teſtudo autem ſub pede; vt palam fiat, ſic greſſus no-
ſtros eſſe dirigendos, prudentia duce; cuius ſymbolum teſtudo eſt; vt noſmet ipſos in
peccandi neceſſitatem non coniiciamus. Honorem poſtremo intuetur; quod ad
virtutē anhelanti, omnibus in rebus ſpectandus eſt Honor, non opes. Hæc cum me-
moria repeto, & hominem domi ſuæ honeſtiſſimum laurea à vobis cumulandum cō-
ſidero; cum ſingulares eius animi dotes intueor; eum quemadmodum in omni eius
vita ſe geſſerit, animaduerto; verum, viuens, ac ſpiratis numiſma ſpecioſi Honoris, &
Virtutis imagines referens, mihi videor certe intueri, dum eum intueor; omnia, quæ
de illo Cæſaris numiſmate audierim in viuo, ac ſolido huius iuuenis ære conſpiciens.
Nam ita fortiter, ita viriliter vitia primum calcauit, nec non ab improborū hominum
inſidiis tutum ſe præſtitit; vt merito galeam induiſſe, & haſtam fortitudinis tenuiſſe
videri omnibus poſſit. Hippolyti enim ad inſtar (vt cuius nomen habet, eius
quoque virtutem imitaretur) *Hippolytus* nephariis aſſentatoribus, veluti nouercæ
blanditiis, clauſas aures, iratumque vultum perpetuo præbuit; quo Dianæ, id
eſt, iuſtitiæ virtutum Deæ, atque Reginæ, cui à teneris vnguiculis totum ſe de-
derat; fidem ſeruaret. Cum vero optimis diſciplinis, præcipue autem iuris ciuilis ſci-
entiæ hactenus dederit operam, & ad ciuium ſuorum vtilitatem, & proprium ſplen-
dorem poſt hac ſit daturus; quis eum pennas ſupra galeam, id eſt, ſemper ſublimia co-
gitantem, non agnoſcat? tam enim familiaris Vlpiani, Martiani, Pauli, cæterorumque
veterum ſapientum euaſit; vt quemadmodum de Archimede ferunt; non valuiſſe mi-
nus eum in imitandis ſphæræ conuerſionibus; quàm valuerit natura in illis perficien-
dis: ſic auguror fore Laureandum veſtrum in reſponſis eorum interpretandis, ac ex-
plican-

plicandis, non minus vt excellat; quam excelluerint ipſi in eis componẽdis. Si deinde quantum voluptates coercuerit, domitaſque libidines habuerit, conſiderauerit quiſpiam; ſceptrum dextra tenere profitebitur: is enim, vt moris erat apud Romanos in diuortiis, & repudiis, animi illecebras, blandiſſimaſque voluptates, res ſuas ſibi agere iuſſit; earumque conſuetudine, ab ineunte ætate dixit, ſe non vſurum. Quippe tantum ſe habiturum ſemper ſperauit; quantum diſſeret; quantum labore perficeret, & ſtudio conſequeretur. Qui inſuper iuuenem hunc ad celeberrima totius Italiæ Gymnaſia ſe contuliſſe, Patauium præſertim, multumque temporis in virtute comparanda cõſumpſiſſe acrioribus oculis inſpexerit; Ocreas quidẽ habere teſtabitur. Si præterea quãta prudentia cum æqualibus, cum maioribus, cum inferioribus ſe geſſerit; intellexit aliquis; pares eximio amore proſequendo; maiores ſummo honore colendo; inferiores mira comitate tractando; teſtudinem eum premere pede, non negabit. Si tandem ſtudium, labores, vigiliæque eius omnes, etiam atque etiam conſiderentur; ad honorem ſemper raptum eſſe, honorẽ cupide ſemper contemplatũ eſſe conſtabit. Ita fit, vt ſicut de nonnullis Aſſyriæ populis apud Pliniũ legimus: qui nullo alio cibo, ſed ſolo rore nutriebantur: ſic iuuenis hic rebus aliis, velut nullius ſaporis ſpretis, atq; contemptis; ſola honoris, & gloriæ cupiditate, velut ſuauiſſimo cibo paſcitur, & viuit. Honoris.n. deſiderio impulſus, talẽ ſe præſtitit, tũ in priuatis, tũ in publicis diſputationibus; vt ſuperiorem neminẽ, æquales autẽ paucos (Patres optimi) videre vobis contigerit. Honoris ẽt calcaribus, quaſi nouus ephorus foſſus, mecũ, qui eius præceptor fui, fecit, q. terra cũ Agricola facere ſolet; quæ nunquã ſine fænore reddit, quod accipit: & inſtar debitoris, qui centeſimã vſurã ſuo tempore reſtituit creditori; eodẽ inflãmatus, dignũ ſe præbuit Franciſco Piccolamineo nepotẽ: vt enim illũ non modo Patauiũ; ſed vniuerſa Italia philoſophiæ viuũ parentẽ his diebus agnoſcit: ſic hunc ciuilis philoſophiæ filiam Senenſis ſchola modo appellat: atque patrẽ, cum per ætatẽ dabitur, etiã appellabit. Honoris quoque impulſu dignũ ſe ea familia præſtitit: quæ ſummorũ Pontificum mater, clariſſimos belli duces produxit: & cum hominum ſtatura modica cognomen ſortita ſit; neſcio qua eius florente fortuna id accidat, viros virtute, & probitate magnos, ſemper genuit; & maximos vtroque titulo virtutis, & probitatis viuentes, & præſentes ciuitas noſtra conſpicit: qui ſummam, qua ſunt ornati, dignitatem meritorum magnitudine ſuperant. Eo honoris ſtudio, quaſi manu ad doctoratum perductus eſt; eoque dignus haberi voluit, adeo vt non immerito, eum ſuis honoribus ornare, nemo etiã honoratiſſimus, & digniſſimus, non poſſit. dignum ſe tandem præſtitit, vt vos, patres opt. vltro poſt recitata egregie puncta, doctoratus honore, ad quem iampridem aſpirauit, dignum eum iudicaretis: & in veſtro numero, quaſi gemmam in veſtra corona alligaretis. Quorum prudentiſſimum iudicium, & iuuenis huius meritiſſimi æquiſſimum deſiderium, ne diutius per me differatur; ad id, quod mei muneris eſt, propius accedo: Surge igitur

Magnanimum Carole gentis decus, omnia felix
Cui natura dedit, nullo renuente Deorum.

Et iuſtitiæ templum, cuius es modo factus ſacerdos, ingreſſurus, accipe libros clauſos, & apertos; vt conſulentibus, quaſi oraculum dare reſponſa poſſis. Mox, vt ciues, quaſi regem agnoſcant reges enim Iuriſconſulti appellantur, hoc pileo, quaſi digniſſima corona, digniſſimum tuum caput exorno. vt vero ſcias dignitati te eſſe deſponſatum, aureum annulum in digitum inſero. poſtremo, vt intelligas, cum iuſtitia, quam profiteri debes, pacem etiam eſſe coniungendam, oſculo pacis te oſculor. Tandem, quod caput rei eſt tibi, & nobis omnibus benedicat, qui benedictus eſt in ſeculorum ſecula.

In Doctoratu admodum Reuerendi Domini MARII COSCII *Canonici Senen. menſe Decembris* 1578.

ORATIO II.

Et ſi multa à Romanæ eloquentiæ principe *M. Tullio*, præclare dicta commemorantur, illud tamen cæteris videtur eſſe præclarius, bonorũque virorũ vſu, ac auctoritate cõprobatum: q. ſc. homines in eo genere laudis, plerũq; ſtudent excellere; in quo eorũ maiores aliqua gloria præſtiterunt. Suauiora enim, vt *Philoſtratus* dicebat, illa ſunt

Digitized by Google

In Doctoratu Domini FRANCISCI ACCARISII *Senenſis Die 22. Iunii* 1580.

ORATIO III.

Nihil eſſe ab omni parte beatum, iam tritum videtur ſermone prouerbium. nam quicunq; rerum humanarum fluxam, & inconſtantem naturam ſunt contemplati; neminem omnibus Naturæ, ſimulac fortunæ muneribꝰ cumulatum, neminem mortalium in omnibus felicem affirmare ſunt auſi. Dolia namq; Iouis duo ſunt in limine poſita, vt Homerus dicebat, Lætitiæ, atq; Doloris vulgatumq; dictum vbiq; reſonat; *Vbi mel, ibi fel.* Quare prudenter *Strabonem* dixiſſe ferunt; Nihil eſſe tam diuitiis inſtructum, tamq; artibus potens, aut virtuté præclarum, nihil adeo numeris omnibus abſolutum; quin aduerſi aliquid non emergat in eó, ac non aliqua fortunæ nube, ſplendor lætitiæ obſcuretur. Etenim multi, licet ingenio, & arte valeant; ſunt tamen ita lingua hæſitantes; vultu, motuq; corporis agreſtes; vt in Doctorum numerum merito venire non poſſint. Pleriq; affluentes opibus, natalium obſcuritate dolent. Quoſdam generis nobilitate claros; turpis premit egeſtas; aut, quod ſæpe accidit, mali fœdant mores. Nonnullis in magna opum affluentia, & in ſummo nobilitatis ſplendore; corporis infirmitas, aut oris deformitas, eſt moleſta. Aliquorum virtutem, & decus; parentum improbitas, aut fratrum turpitudo maculat. Verum, & ſi hæc ita ſe habere videantur; arbitror tamen, nec vana fides; *Franciſco* Laureæ donando veſtro meritiſſimo, huiuſmodi prouerbium haud conuenire. Quippe cui Natura, atque fortuna, ita fuerunt amicæ, ità altera in ſuis muneribus cumulandis, alteram ſuperare conata eſt; vt ab omni parte beatus (quantũ homini fas eſt) ſit iudicandus. qui.n. hæc ambo habet, vt ſapiens ille quondam affirmabat, beati ſimul, ac boni viri nomine inſignem vitam feliciſſime degit. Fortuna ſi quidem opes; Natura mentem tribuit: quare beatus, ex *Pindari* ſententia, appellatur, qui ſimul opes poſſidet, ac mentem. Atqui Laureandus iſte, non ſolum ingenio, & arte plurimum valet; ſicut publicæ diſceptationes ipſius, & grauiſſimorum virorum ex conſcientia referentium in ampliſſimo hoc Collegio, teſtimonium, declarauerunt; verum etiam ita eſt viribus eloquentiæ pollens; vt oculos in ſe omnium conuertens intentos; ora tenere auditores coegerit. Is ſicut honeſtarum facultatum, quaſi dominus patre viuente, exiſtimatur; ita quoq; generis nobilitate, & auorũ ſplendore maxime fulget, teſtes enim ſumus omnes, *Accariſiorũ*, familiã antiquitate, & magnorum, ac religioſorum virorum gloria, noſtræ Ciuitatis quaſi oculum, corpori lumen; & quaſi gemmas, coronæ ornamentum dediſſe. E Gallia namq;, quẽadmodum lilia eius inſignia demonſtrant, in hanc Ciuitatem profecta, pios, ac præſtantes multos, & vtiles Reip. Ciues genuit. inter quos *Vmbertus* ſanctitate & ſapientia conſpicuus; qui Illiceti Cœnobium in agro Senenſi amplificauit, atque ad præſentem formam exornauit. *Enrigolus* adeò prudentia, & conſilio valuit; vt in numerum ſexaginta ciuium fuerit cooptatus, quibus anno Dominicæ incarnationis 1266. fulciendi, communiendiq; pœnè collapſum multorum improbitate ſtatum Ciuitatis, grauiſſimum onus fuit demandatum. Idem apud Regem Manfredum, mox deinde apud Alex. Quartum Sum. Pont. poſt memorabile prælium Montis Aperti, legationis munere honorificentiſſimè functus eſt. Huic proxime poſt annos decem *Bernardus Accariſius* Ciuis conſpicuus, vnus ex triginta ſex Senatoribus, patriæ noſtræ regimen obtinuit. Celebres etiam fuerunt *Franciſcus D. Bent. Meus, Vecchieta; Minus, & Mini Franciſcus, atque Andreas filii*, & Equites celeberrimi; qui diuerſis vicibus, iam circiter annos tercentos, Reip. Senarum exercitus Imperatores fuerunt. Plures eius nomine legationes, tum apud alias Reſpub. quam Reges, quàm Cæſares, quemadmodum *Matthæus Villanus libro annalium quarto cap. 51.* nec non Senenſia, cum publica, tum priuata monimenta commemorant, obierunt. Quorum non interituram gloriam, poſteriore ſeculo imitatus eſt *Balthaſar ille Scipionis Rimbottus, ex Accariſiis*, Principis Valentini; nec non Venetorum equitum Cataphractorum Dux glorioſus, poſt Meam, ex Armaleis, pariter Accariſiis ab antiquo oriundum ſuperiore Bernardo viro magnifico; qui Armaleo à ſe genito filio, Armaleorum cognomini, iiſdem retentis inſignibus, originem dedit. Neque verò ſolum religione, vſu armorum, aut politicæ admini-

ſtrationis laude, ex hac clariſſima, ſtirpe viri, & Aurati Equites plurimi prodierunt; ſed floruere etiam in omni literarum genere; præſertim vero in iure Ciuili proceres, atque Doctores, præcellentiſſimi; qualis fuit *Binus*, *Franciſcus Bini*, *Iohannes*, *& Branca*, aliuſque *Iohannes*, *& Celſus*, ex Armaleis nuncupatus; nec non alius *Balthaſar de Rimbot-tis* Romæ Senator; cuius conſilia Typis impreſſa leguntur. In hoc autem Gymnaſio *Franciſcum Accariſium Branca* dicti filium, ab anno 1357. honorifico ſtipendio egregiè Iura profitentem, publica documenta teſtantur. Ars vero medica noſtris fere temporibus *Sigiſmundum* conſequuta eſt, Magiſtrum ſua tempeſtate nemini ſecundum; ne plures breuitatis ſtudio recenſeam, ſed an Iuueni nobili, atque erudito deſit corporis decor; omnes, qui eum non conniuentibus oculis intuentur, iudicare poſſunt: adeo vt, qui tantæ indolis ipſum experti ſunt, minus admirentur; poſtquam oris elegantiam inſpexerint; cum forma corporis ingenii præbeat ſimulacrum, ac mentis egregiæ, quibus, & natura creditur æqualia domicilia paraſſe: quamobrem pulchra ſpecies plurimum creditur de Cœlo traxiſſe: Corpori autem adoleſcẽtis huius, quàm bene mores reſpondeant; omnibus compertum eſt, qui ipſum cognouerunt; nouerunt autem ſemper bonarum artium ſectatores, qui ſummam facilitatem eius, prudentemque vrbanitatem ſunt admirati. Muſis ſacrificaſſe videtur; adeo humanæ conſuetudinis ſuauitatem redolet: Socratis creditur, quodãmodo alumnus; adeo morum candore conſpicuus eſt. Decorem vero, & ornamentum, quod ex virtute contraxit; forſitan diminuunt parentes; an potius ſumma probitate amplificant? *Camillus* eſt pater, qui Anconæ extitit negociator fidelis, & diligens, quę duo vix coniunguntur in vno; Senis vero ciuis optimus apparuit; nec pauciores vrbanas dignitates, & munera honorifica geſſit; quàm priſcus ille Camillus functiones exercuerit militares. Is rei familiaris adminiſtratione, atque Oeconomica ſcientia tantum præſtat; vt ſi Xenophon, & Ariſtoteles, qui de ea tam accuratè ſcripſerũt, hodie reuiuiſcerent, multa poſſent ab eo petere, quibus ſua cumularent. Cur igitur Cãdidatus veſter, quem ſumma virtus extollit, nobilitas illuſtrat, ſpecies commendat, morum ſuauitas exornat, eloquentia perficit, res familiaris decorat, parentum probitas informat, atque cuſtodit; non erit iudicandus, quantum humana ratio patitur, ab omni parte beatus? Hæc vos (Patres optimi) conſideraſſe mihi perſuadeo; dum apertis ſuffragiis, tanto eum honore dignum iudicaſtis. beatum veſtrum ampliſſimum ordinem exiſtimantes, reparatiq; veſtrã iam Seneſcẽtem virtutem credentes; ſi id genus iuuenes in eũdem cooptentur. Eadem quoq; ſpectaſſe prudentiſſimos iſtos Magiſtratus arbitror; dum tam læta fronte huc acceſſiſſe conſpicio; diem, & locum hunc auguſta eorum præſentia exornaturi: Cognouerunt enim *Franciſcum* ad eum gradum dignitatis euectum; quo ſpem pulcherrimam habeamus poſſe Ciuitatẽ noſtram in partibus illi credendis, gubernari. Illa eadem etiam ſpectaſſe amicos, atq; coniunctos: illa fuiſſe alienos intuitos, opinor; dum tam frequẽtes conuenerunt, Athletam noſtrum non minus admiraturi, quàm exornaturi. Hæc me quoq; mouerunt, & gaudio magis perfuſum; quàm eloquentia ornatum, de laudibus eius verba facere ſuaſerunt: Cum enim ſcirem, ſummo dolore mutis aliquando dicendi poteſtatem tributam; verſa vice ſperaui, ex immenſa lætitia, quam hodie experiebatur, eloquendi facultatem, me aliquam conſequuturum. Cæterum cum ſpes me fefellerit, pluraq; mente conceperim, quàm verbis exprimere valuerim; ne dum parum mihi placeo, aliis moleſtus ſim; ad id, quod mei muneris poſtremum eſt, læta fronte me confero.

In Doctoratu DOMINI IACOBI PETRVCCII *Pandulphi filii Senen. Die 11. Iulii 1584.*

ORATIO IV.

ET ſi non modo bellicis laudibus, verum etiam ciuilibus Elogiis Marcus ille Marcellus celebratur antiquis; adeo vt dixerit *Flaccus*:

Creſcit, occulto velut arbor æuo
Fama Marcelli.

Et

Et nunc victus Hannibal (nam primus ad Nolam eum vinci poſſe, docuit) nunc ardens patriæ iuuandæ ſtudium; nunc opima ſpolia Ioui Feretrio dicata, ad cœlum efferant illũ, & extollant; nihil eſt tamẽ quod eum magis præclarum reddet apud poſteros, & illuſtriorẽ, quàm, quod Romæ virtuti, & honori templũ erexit eo artificio, vt ad fanum honoris, non niſi per ædes virtutis pateret aditus. Hoc enim vno prudentiæ opere, plus adiuuaſſe Rempub. creditur; quàm fortitudinis penè innumeris editis exemplis. Nam iſta ferocientẽ quidẽ, & patriæ iugulo imminentẽ hoſtẽ repreſſit; illa vero tot egregios viros longo ordine præſtitit; vt eam nõ modo ab hoſtib. liberauerit; verum etiam dominam, atq; reginã orbis, breui temporis curſu, conſtituerit. Sed quorſum hæc, dicet aliquis? Vt oſtendam, patres ampliſſimi, quibus ſit digna laudib. quib. ſit celebranda præconiis, nobiliſſima, & illuſtris Petrucciorũ familia; quæ in alma noſtra Ciuitate virtuti, & honori, non de marmoreo quidem lapide, ſicut Marcellus; ſed de viuis petris, templum erexit; ſudore, pro aqua; labore, pro calce, vtens. Nam ſi antiqua, ſi noſtra tempora ſpectemus, ſi ſummos celeberrimæ huius gentis homines cõſideremus, viuum templum virtutis, animatum fanum honoris, ex his conſtructum intelligimus. Et vt de virtutis æde primum eloquar; ſolidum, ac firmum eius fundamentum iecerunt, viri omni diſciplinarum genere peritiſſimi; inter quos *Federicus Petrucc.* quem, antiquos Iuriſprudentes, quorum reſponſis libros Pandectarum Iuſtinianus compoſuit, æquaſſe, ne dicam ſuperaſſe, ſapientiſſima eius conſilia, quæ in vtroq; foro ſunt celebratiſſima, apertè teſtantur. Hunc *Camillus, Hieronymi Petruccii filius* doctrina, & eruditione forſitan anteceſſiſſet, niſi mõnſtraſſent eum terris tantum fata; quippe cum in iuuenili flore, ſeniles fructus ederet; & ad Piſanum clariſſimum Gymnaſiũ magno cum ſtipendio eſſet vocatus; nondum legendi prouinciam ingreſſus, corpore mortem obiit; nominis celebritate ſemper vitã acturus. His ſucceſſit *Rainaldus Petruccius*, in quo vno priſcos illos Iureconſultos, quaſi renaſcentes. iterum voluit natura oſtendere mundo. Nam Papiniani acutiſſimi ingenium, Pauli copiam, Vlpiani elegantiam, Scæuolæ grauitatem contulit in eum; vt merito Romanæ Rotæ Auditor electus; maximam in ea vrbe, Iuriſprudentiæ laudem fuerit adeptus. in qua Iuriſprudentia velut in proprio ſolo altiſſimas radices egit; cum tamen prius ad Carolum. V. Imperatorem bis; atq; ad Adrianum VI. ſummum Pontificem ſemel publico nomine nuncius creatus, maiores totius Reipub. Chriſtianæ Aulas adiiſſet. Nec inter tales, tantoſq; viros, eſt fœmina præclara omittenda ſilentio, Baptiſta nomine, Acchilles Petruccii vxor; quæ animi decorem, corporis pulchritudini, qua plurimum præſtabat, ſtudẽs æquare, Tuſcis, latiniſque litteris operam nauauit, tanta fœlicitate; vt elegãtiſſimã orationem latinam, habuerit ad Eleonoram, Federico tertio Imperatori deſtinatam vxorem; quando ipſa è Luſitano regno, nobiliſſimo Procerum; Principumque Virorum comitatu, ad Virum perducta Senis, in viridi Camilliæ prato, obuiam ſibi venientem Sponſum complexa eſt. His adſcribi poſſunt multi Petruccii viri, qui tum Romæ clari, tum in Patria inſignes. Iuriſprudentia Collegium noſtrum exornant, nec non Theologica ſcientia Archiepiſcopale capitulum illuſtrant. Iacto his petris templi fundamento; parietes viri Politici, & Reipub. gubernandæ ſapientia præſtantes; erexerunt: Vt fuit *Acchilles Petruccius*, qui publica patriæ negocia, publico nomine cum ſummo Pont. Sixto Quarto; cum Alexandro Sexto, & cum Ferdinando Neapolitano Rege, magna animi prudentia, atque ingenii dexteritate tractauit. Pari ſapientia *Andreoccius*, cum Franciſco Sfortia, cum Nicolao Piceinino armatis, ac pœne tremendis belli Ducibus; togatus ipſe, patriæ cauſam agens, publicæ vtilitati conſuluit; ac cum Eugenio Quarto Florentiæ tunc agente; maximis de Reipub. rebus tranſegit. Nec eſt omittendus *Franciſcus Bartholomeii Ceccii*, *Rubeo* cognomine qui cum Martino Quinto communi nomine concilium Senis celebrandum, prudentia magis, quàm eloquentia ſuaſit. Hos ſequutus eſt *Pandulphus*, merito cognomine magnificus. Nam cum auctoritate, conſilio; ingenio Principem eum Reipub. tenerent Ciues; tanta comitate, tantaque benignitate eſt vſus in ſingulos; vt dum æqualem ſibi putarent cuncti; Ducem libenter agnoſcerent omnes; vnde prudentiſſimè videatur de illo iudicaſſe magnus ille Cardinalis Roanus in Italia pro Carolo Octauo Vicarius generalis; cum in Galliam concedens; Regi dixit: Sapientiorem virum Pandulpho Petruccio in Italia ſe inueniſſe neminem. Nec deſunt, hac noſtra tempeſtate viri nobiliſſimæ huius familiæ, Reip: gerendæ maximè gnari; ſicut geſti, ac ſæpe repetiti magiſtrat⁹ oſtendũt. Sublime vero tectũ; rei militaris

peritiſſimi homines poſuerunt;nempe *Leonardus Petruccius*, qui tantopere in re bellica floruit,vt armorum Coneſtabilis(ſic enim tunc temporis maiorem bellorum Ducem appellabant)à Repub.Senen.cum quatuor mille florenorum ſtipendio fuerit electus,Nec minori fama extitit *Antonius* Eques; cuius ſtrenua,ac fideli opera ſæpe patria Senen.eſt vſa maxime vero cum aduerſus Balduccium,& Ciarpellonem,eorumque exercitum,agrum Senen.deuaſtare parantem,Ducem conſtituit;quem cum deinde ingrati Ciues exulem feciſſent;Pius ſecundus, fœlicis recordationis, motu proprio,qui adhuc inſpici poteſt, Patriæ reſtituendum curauit:vt eius opera; & conſilio in expeditione, quam aduerſus Turcas parabat; facilius vteretur, Alterum *Rainaldum* Ducem generalem acriter, fideliterque pro patria pugnantem, ſæpe conſpexerunt Senenſes ciues, quemadmodũ, & nobis hodie multos antiquæ Religionis Hyeroſolimitanæ,ſplendidiſſimiq; Ordinis Sancti Michaelis, nec non Diui Stephani ſacræ,Turciſque tremendæ Militiæ ſtrenuos equites; aliquot capitaneos, & acres belli Duces;plurimos grauis armaturæ milites animoſos, licet intueri; qui oblata occaſione, maiorum virtutem non modo æquare,ſed etiam antecedere ſummo ſemper ſtudio contendunt. Porro autem columnas,quibus templi onus innititur, & ſine quibus Virtutis ædes corruerent;poſuerunt viri,religione,Eccleſiaſtica dignitate,& vitæ probitatẽ conſpicui. Maioris vero ordinis columnas erexerunt *Alphonſus Mag.Pandulphi filius*,à Iulio ſecundo Cardinalis creatus;& R*aphael Petruccius* Romanę vrbis primò Caſtellanus,mox a Leone X.inſigni Galero donatus. Secundi autem ordinis conſtituerunt quatuor Epiſcopi, *Lactantius* ſcilicet Suanæ,in Senenſi diſtrictu, antiquæ Ciuitatis. Antiſtes probatiſſimus. *Petrus,& Angelus Bertinoris*, præſules religioſiſſimi, & alter *Federicus* Galipolenſis Epiſcopus integerrimus. Vltimi ordinis columnas fundarunt *Franciſcus* Protonotarius Apoſtolicus,& qui hoc tempore Abbatis, & Archidiaconi dignitate in Eccleſia Senenſi honorificentiſſimè funguntur; Abbas alter *Iulius* Laurentii, alter *Iohannes Maria* Petruccii, Iuriſconſultus quilibet. hic Orator apud Galliæ Regem Sereniſſimi Magni Ducis nomine degit; vt ille Romana in Curia,conſpicuus viget. Luminaria vero,q̃ ante auguſtũ altare ſplẽdẽt;Petrucciæ ſunt mulieres, quæ oris pulchritudine, morũ honeſtate, ac pudicitia quaſi cœleſti ſplẽdore, vniuerſum templũ illuſtrant;cuiuſmodi antiquę *Iulia, Agneſia, Aurelia, & Pandulphina*, fuerũt quarũ dubiũ ſemper fuit,maior ne eſſet corporis venuſtas, an pulchritudo animi; cũ vtraq; apud omnes eſſet mirabilis. Sũt,& quæ hodie in humanis agũt,forma, decore, atq; mentis integritate priſcis illis minime cedẽtes; quaſi incẽſæ claræ virtutis lampades, venerabilis templi aram illuminant. Pinnaculũ autẽ templi,ex militũ,ducumque tropheis,ex literatorũ operib. ſummorumq; ingeniorũ monumentis,quaſi quadratis petris conſtructũ erigitur;vẽtorum rabiẽ,imbriũ vires, ac fulminũ impetum ſpernẽs. Ita fit,vt de hoc viuo virtutis tẽplo, vere dici poſſit, q; de ſolis tẽplo olim *Ouid.* cecinit:

Regia Virtutis erat,ſublimibus alta columnis,
Clara micante auro,flammaſq; imitante,piropo.

Nã ſcientiarũ,armorũ,& politicæ virtutis,quæ omni p̃ſtant auro, ſplẽdore illuminatur,ac religionis radio,omni piropo ſplẽdidiore, illuſtratur. Cõſtructo virtutis tẽplo; facili negocio honoris ædes *familia Petruccia* poſtea fundauit nã virtutis comes eſt honor,& Gloria,virtutẽ,tanq̃ vmbra corpus,ſeqtur.Quis.n,Federicũ,Camillũ,Rainaldũ antiquos IC.nõ honoret?Quis hodiernos huius gẽtis legũ vertices:in honore non habeat?Quis Pãdulphũ,alioſq; politicos viros nõ admiret?non ſuſpiciat?Quis priſcos belli Duces,q̃s viuẽtes eq̃tes,& Cataphractos nõ in magna gloria ponat?Quis Cardinales ampliſſimos,Epiſcopos Reuerẽdiſſimos,nõ veneretur,& colat?Quis tandẽ hos oẽs in vnũ contẽplans,nõ viuũ templũ Honoris;nõ animatas Gloriæ ædes iudicet?Ex his viuis petris exciſus eſt *Petrucc.Iacob.* cãdidatus meritiſſimus:q,& ip e in tẽplũ virtutis,& Honoris ingredi cupiẽs;cũ petrã ſeſe videret rudẽ,&impolitã.nõ ſumptib nõ laborib. parcẽs, Patauinos,atq; Piſanos excellent.iuriſciuilis artifices adiuit; quorũ doctrinæ malleo,atq; iuriſprudentiæ Scalptro ita polita, ita adamuſſim quadrata reddita eſt; vt antiq̃s illis Federici,ac Rainaldi lapidib.ſit facta p̃ſimilis,atq; Petruccii cognomẽ ſibi max.cõueniat,ſicut,& Iacobi nomẽ apprime cõgruit. Etenim quemadmodũ priſco illi Iacobo, vt D. *Gregor.* teſtatur,nullus fuit laborioſior;ita laborioſiſſimus fuit in ſtudiis *Iacob.noſter* Sicut antiquus Iacob. poſt multorũ annorũ ſudores,duas adeptꝰ eſt vxores,turpẽ Liã,& pulchrã Rachelẽ:ita *Iacob.* hic poſt multorũ annorũ vigilias, duas ſponſas conſecutꝰ eſt,ſed vtramq; pulcherrimam;pontificiã ſc. & legalem ſcientiam,

Vt tan-

Vt tandem priſcus Iacobus cum Angelo luctam habuit, & victor euaſit, ſic *recens Iacobus*, cum diuina Philoſophia, & cum legali prudentia, quæ rerum ſunt diuinarum, & humanarum notitia; quaſi cum Angelo paleſtram exercuit; ac priuatis, publicisq; certaminibus, hodiernaq; preſertim lucta, victorem, & corona dignum vos (ſapientiſſimi patres) iudicaſtis & petram hanc, templo Virtutis inhærentem; ad templum Honoris transferendam iudicaſtis, *Iacobum Petrucium* noſtri huius gradus dignitate pro meritis declarantes. Quorum iuſtiſſimam ſententiam pro iniuncto mihi munere, executurus; ad id, quod mei officii poſtremum eſt, hilari fronte deſcendo. Surge igitur &c. Reſtat, vt antiqui benedictione Iacobi, muniat æternus opifex ille rerum.

Præfatio prouerbialis ad Scholaſticos.

ORATIO V.

NVllus ſane mortalium eſt, quamuis piſtillo retuſior, aut Bœoto aere craſſior; qui virtutem non admiretur, pulchraque eius imagine ad amorem ſapientiæ non excitetur interdum; pauci verò ſunt; ac rari; qui vt dulces eius, ſuaueſq; fructus deguſtent, radices illius contemnant amaras; & tamen qui Corœbo ſtultior non eſt, aut Curione obliuiſior; optime nouit, quod Dii laboribus bona vendunt; Lippi ſciunt, & Tonſores nihil contra bouem eſſe optandum; quia citra laborem nihil bene. Dulcis ſine vulnere palma, ſuauis citra puluerem, & incruenta victoria; ſed paucis diuina virgula præſtatur, aut Gygis annulus conceditur. Nunquam dormienti Dii conficiunt, vel vltro ſubiciunt bona. Multa ferre, ac facere oportet, optatam, qui velit cõtingere metam, quippe difficilia, quæ pulchra; & ſimul flare, & ſorbere difficile. Quamobrem primũ, & optimum erit incipere; etenim dimidium facti, qui bene cœpit habet; & cuiuſq; rei potiſſima pars principium eſt, quod hoc tempore omnibus neruis, cum haſta, cum ſcuto vobis, adoleſcentes, adnitendum eſt; quoniam virent genua: nam haud ſemper erit æſtas, nec ſemper virebit ætas. Imprudentis eſt duodecima hora, velle ædificare; in reliquam vero diei partem manum habere ſub pallio, ſed dum vires, anniq; ſinunt, tollerate labores; ſic nullum vobis tempus abibit iners, temporis namq; iactura nihil pernicioſius, aut deteſtabilius: & lucro apponitur quicquid noctu, vel die elaboratur. Palam eſt omnibus, quod ſicut præterita vnda relabi non poteſt; ſic nec lapſum tẽpus reparari, ſecunda rota tametſi in eodem curru; nunquam tamẽ primam attingere valet. Secum cogitent iuuenes, imberbes genas non ſemper habituros. Conſiderent ſapientiſſimi illius viri lamentationem; Hominem quaſi florem egredi, conteriq;, ac velut vmbram fugere. Perpendant antiquitatem, quæ Genio flores offerebat; vt eſſet quiſque quam breuiſſimæ vitæ non immemor; quod flos mane vireſcens, & ad veſperam areſcens, humanæ vitæ typũ, imaginemque præſeferat. Perit autem nobis maxime tempus; quod ocio, voluptatique conceditur; literis, ſtudiiſque adimitur; illud enim mors eſt, & vera hominis ſepultura; illa omnium malorum eſca. Porro autem vitæ additur; quod ſomno, & ocio adimitur, & ſola virtus in immenſum prorogat annos. Dum tempus igitur iuuenes habent, operentur bonum; remis, veliſque ea ſectentur, quibus deinde homines facti, ſint vſuri: omnem lapidem moueant, vt quam optimi viri fiant, toto pectore Catonem imitentur, quem *Cicero affirmat*, ad extremam vſque ſenectutẽ ita vixiſſe, vt fruſtra ſe natum non exiſtimaret. Qui rubore non ſuffunditur; numerus eſſe, fruges conſumere natus videtur; brutumque referre, non hominem. Procul, procul eſto ignauia, quæ non niſi ignauiam generat procul fœminarum blanditiæ; quæ plumoſos iuuenes, glabros reddunt, viuamque ad cutem tondent fœminam amplectens, hamum deuorat, ignem in ſinu quo exuratur defert. mulieris oculus, ſpiculum iuuenibus, vna manu fert lapidem, panem oſtentat altera. Et vt pauca de multis colligam; nunquam alta cogitat, qui fœminarum acceſſibus geſſit. vos, vos igitur virtutem colite. hic murus æneus eſto; ad eam, velut ad ſacram anchoram confugite. cætera, præter literarũ ſtudia; ne pili quidem facite, aut obolo digna exiſtimatione. Vnus hoc Æſopicum hilari fronte ſubite; quod ferendo fit facilius: ſtudium enim generat ſtudium & qui aſſueſcit, fert bene. Multa vetuſtas lenit: dulces perfacti labores; ſuauis præteritorum laborum memoria, quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt: honeſti quippe nulla Satietas, ac bene natis, turpe eſt, turpiter

[illegible]

viuere. Quid quæſo eſt iuuenis ocioſus, & nobilis? in eburnea vagina plumbeus gladius; circulus aureus in naribus ſuis, bos in ſtabulo; telluris inutile pondus. Nitidorum enim hominum nulla eſt vtilitas. Sed è conuerſo virtuti amicus, inter pueros eſt iuuenis; inter homines, vir, in conciliis ſenex, Ilias bonorum; aceruus meritorum; dignus tamen Argiuo clypeo. Quid diues ignarus? aſinus in vnguento, Simia in purpura, at literis, & ſcientia clarus; Muſarum eſt fauus; Mercurii typus; viuum muſæum; Bibliotheca animata. Quid? voluptas perſtringit oculos, enecat mentem; affigit humi diuinę particulam auræ. Plane virtus eſt inopiæ portus; ſua cuiq; virtus pro viatico eſt, cymbalum mundi, Iouis germen reddit illos, qui eam conſectantur. Quæ voluptatis comites, quæ virtutis ancillæ? Virtus apud *Sylium Italicum* voluptatem alloquens explicat.

Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te ſemper volitans infamia pennis?
Me laus, & honor. & læto gloria vultu,
Et decus, & niueis victoria concolor alis,
Me cinctus lauro deducit ad aſtra triumphus.

Quis fructus à rudi, & literarum ignaro? nec ſibi, nec aliis vtilis eſt, verba habet, pro farina, vmbrã pro corpore; ab aſino lanam; ex pumice, aquam quærit; qui boni aliquid expectat ab eo. Quæ vtilitas à ſtudioſo, & bonarum artium ſectatore? in gratiarum immortales hortos ducit; qui illius veſtigia ſequuntur? laureum baculum præbet porrigenti manus; ſuaue nectar ſpirat: Platonicum odorem olet. Pergite igitur, generoſi adoleſcentes, & generoſo ſtudio, in quo eſtis, incumbite: timorem vobis labor non afferat, timidi namque trophæum non ſtatuunt: audentes fortuna iuuat Dii facientes adiuuant, & cum minerua, manus quoq; mouenda; Bono animo eſtote: prima vice non ſucceſſit; ſuccedet altera: nam & poſt malam ſementem, ſerendum eſt, conando Græci, Troia ſunt potiti; agendo diſcimus agere cura omnia poteſt. domat cũcta diligentia; & taurum tollet, qui vitulum ſuſtulerit. Verum quoniam vnus vir, nullus vir, nemo ſolus ſapit, & multæ manus onus leuius ferunt; polliceor me vobis omni ope præſto futurum, veſtraq; ſtudia, quantum in me erit, adiuuaturum. Non ſine thæſeo in legales ſcientię ſtudio curretis; Nec in minimo, nec in maximo ab eo, quod in rẽ veſtram eſſe credidero, diſcedam: & quamuis, non cuiuſuis ſit recte condire, nec ſint mihi Epheſinæ literæ: ac pleroſque Doctores habeatis, quibus domi iura naſcuntur, plenaque illis fluant dolia vini; mihi autem vix ſatis ſit aceti tamen, quia, & inter vepres ſæpe roſæ naſcuntur, & ex humili herba lilium naſcitur; ſpero in hoc legum itinere, quo ad iuſtitiæ templum pergitis, eius ſacerdotes euaſuri; me ſi non Ducem, & Coriphæũ; comitem ſaltem, vt hactenus humanitate veſtra feciſtis, me libẽter vobis adiunctum iri. Ego enim nunquam mihi; ſed vobis ſemper canam. funiculum ad lapidẽ admouebo ſi rudius dixero; plenius fortaſſe dixero: benefactaque nitar, benefactis ꝓtegere. Adeſte igitur equis animis, quod ſi feceritis, & ego cubitis adoleſcam; & vos veſtræ benignitatis, nunquam fortaſſe pœnitebit. Cæterum quoniam, præeunte Reo, nullus officit obex; & monſtrante initium Ioue, prona ſemita eſt, ad inueniendum, quod propoſitum eſt. Diiſque præſentibus, fit expeditum quicquid erat implicitum. Diuino prius implorato ſuffragio, rem aggredior.

In Doctoratu Domini VALERII NEPII *Aſſiſienſis Conſiliarii Triumphantis, Macerata habita cum reliquis ſequentibus.*

ORATIO VI.

CVm de *Valerii Nepii* triumphantis conſiliarii, iuuenis tum nobilitate, tum virtute præſtantiſſimi inſignibus, mecum heri veſperi attentius cogitarem; & quæ de eius laudibus dici poſſent (id quod eſt præcipuum coronãtis munus) cupido animo inquirerem; opprimi profecto me rei magnitudine intelligebam, & meritorum eius ſplendore; quaſi ſolis radiis, hebetari ingenii noſtri oculos plane ſentiebam, & cum in eam cogitationem totus incumberem, inuitus placido dedi lumina ſomno; dormientiq;, neſcio quo pacto, clariſſima lux oborta eſt; qua eſt cõceſſa magnarũ, ſublimiũq; rerũ

videndi

quas ſi hodiè vigilans, potero ſine imminutione referre; ſpero non defuturos, qui affirment officio noſtro, & Canditati meritis nos pro aliqua parte reſpondiſſe. Nam de Laureà *Valerii*, de triumpho triumphantis Conſiliarii, vehementer cogitans; dulci, ſicut dixi, ſomno correptus, per quietem vidi, quæ præſentem Lauream, non mediocriter ſint exornatura. nec ſane mirum; quando naturaliter accidit, vt quæ vigilantes nimium expetimus, ſæpe videamus dormientes. Aſpiciebam (patres optimi) auguſtum templum, clarum, micante auro, flammaſq; imitante pyropo; materiam ſuperabat opus; quo, ſiue pulchritudinem, ſiue maieſtatē, ſiue diuitias ſpectaueris, Dianæ Epheſiæ fanum, inter ſeptem mundi miracula numeratum, longe eſſet inferius. Veſtibulum ante ipſum, ſpecioſæ apparuerunt mulieres; & iuuenes quidam pulcherrimi, veluti cuſtodientes atrium, ne quis ſacras ædes illis inuitis temerarius intraret; agnoui protinus omnes. Virtus quippe erat ex illo mihi habitu cognita, quo eam *Silius Italicus* induit: frons hirta, nec vnquam compoſita; mutata coma, celſa humeros niueæ fulgebant ſtamina pallæ. Aderat niueis victoria concolor alis; erat; & fama illa, quæ nuntia veri, quæq; hominem ex ſepulchro deducit, & ad vitam cuſtodit illum. cui quot ſunt corpore plumæ, tot vigiles oculi, tot linguæ, totidem ora ſonant. Stabat cinctus lauro, & ſanguine aſperſus Triumphus; manebat & honor; vt illum repræſentabat antiquitas; muliebri veſte veſtitus, nudato pectore, cornu copiæ præ manibus habens. Quare dum templi maieſtate, fœminarum, iuuenumque diuina pulchritudine commotus; quaſi ſtatim immobilis; quid mihi agendum, quo progrediendum eſſet, prorſus ignorans; cum illa, quod in cœlo rerum, pelagoque geratur, & tellure videt, totumque inquirit in orbem, fama ſcilicet, vltro ad me uolans, ait: Quæ ſint auguſtæ ædes, ſi forte requiris, Deę immortalitatis, ſcias eſſe cōſecratas. Huc properāt oēs, qui potiores Herculis ærumnas ducunt, ſæuosque labores, & venere, & plumis, & cœnis Sardanapali. Huc omnes, qui tum antiquo, tum recenti tempore duxere triumphum. Et ne credas me vana loqui, conſiſte parumper; & nunquam à te viſum, ſpecioſum dabitur ſpectare triumphum. Hac enim cauſa Virtus, Honor, Victoria, Triumphus, mecum prodiere foras: nobis ſolis ſuffragantibus, in templum immortalitatis recipiuntur homines. Vix ea dicta dederat, cum repente maxime auditus eſt turbarū clangor, ingens tympanorum ſtrepitus perſonuit aures; atque vnà viſa multitudo magna læto vultu, ſerenaq; fronte ſequentiū Mulierem, in aurato curru ſedentē, cum albis quadrigis, quæ cum propius facta eſt; longæua, & veneranda ſenex apparuit, ac grauem, hilaremq; faciem habens, vexillum manu geſtabat, altera digito ad templum porrecto; vultum ad inſequentes viros læta conuertebat; quaſi oſtendens eos, tandem ad locum optatum perueniſſe. Cupidus ego rerum nouarum, vltra proceſſi; & famam, cui nihil eſt ignotum, humiliter rogaui, vt vellet talis, tantique ſpectaculi facere certiorem: En vero, cui nihil eſt gratius, quàm fortium referre facta virorum; continuò, ſic ore loquuta eſt *Nepen* hæc eſt, antiquiſſima Neporum Aſſiſienſium genitrix: cuius clara propago, rebus præclariſſime geſtis, venerandam matrem triumphali curru, modo ſequitur ad immortalitatis templum. Vexillum in campo glauci coloris, liliis, raſtroque decoratum, ſplendiſſ. familiæ Nepeis ſignata; deſignat. Senilis ætas, antiquitatem gentis demonſtrat; nam quadringentis ab hinc annis, & amplius Aſſiſio nata eſt, auctoremque habuit *Lodogerium* Comitem Nepetinum; qui Conſtantini antipapæ, ingratorumque ciuium furorem aufugiens, Aſſiſium peruenit: ibique ſuarum fortunarum ſedem, & domicilium collocauit: & prudentia, opibus, bonitate, primum inter patritios Aſſiſii ciues, locum ſibi non modo comparauit, ſed poſteris ſuis ſtabilem, perpetuumq; reliquit: quæ exemptionibus, immunitatibus, priuilegiis in agro, & in Ciuitate gaudet. Maiores magiſtratus gerit, & ipſa ſola: cum nobiliſſima illa de flaminibus ſtirpe, tanto dignata fuit honore; vt tempore Aſſiſienſis Iubilei, proprio Saluatoris ore inſtituti, Capitaneos, vt vocant, ex generoſis filiis ſuis eligat, ad cuſtodiam ſanctæ Mariæ Angelorum, & peregrinorum omnium ſecuritatem, qui illuc ex totius orbis partibus confluunt: quorum per id tempus tanta eſt auctoritas, vt gladii poteſtatem habeant ad animaduertendū in facinoroſos homines. Hęc familia religione, hæc titulis eccleſiaſticis, hæc dignitatibus, hæc eadem armis ſemper floruit. Eaq; ratione virtute, honore, & victoria ſuffragantibus hodie triumphat: triūphalis eſt enim in quo, Romanorū more vehitur curruis, eamq; Nepei filii coronati comitantur euntem. Primus ille vili, ſordidoque habitu in oculis hominum, ſed lucidiſſimo in conſpectu Dei, fratrum nempe Minorum pallio indutus, Beatus eſt *Rufinus Nepius*, vnus ex ſeptem Seraphici ſancti

ptri.

Franciſci Sociis; tantæ ſanctitatis, vt idem D. *Franciſcus* interrogatus, quę ſanctior tunc
temporis eſſet in terris Anima; diuina reuelatione reſpondit ſe accepiſſe; Beatum Ru-
finum ex tribus, qui mundum ſanctitate decorabant, eſſe vnum. Nec dubito illum,
quamuis adhuc in via, ſanctum appellare; cuius animo ſcio iam diuinos eſſe de-
cretos honores in cælo. Humilitate tanta pollebat, vt ea ſola Dæmonibus eſſet infe-
ſtus; adeo vt ſolam Rufini præſentiam non ſuſtinentes, obſeſſa hominum corpora, nō
ſine miraculo deſererent. Proximum huic cum vidiſſem virum, aſpectu grauem,
purpura inſignem, & oſtro, nomen ab ea, quæ cætera edixerat, inquiro. tum ipſa: *Gre-
gorius* eſt, inquit, Cardinalis tituli ſanctæ Luciæ, ab Adriano quarto purpureo galero
donatus: hic probitate, & literarum ſcientia, æque, ac dignitate claruit. Quem vero
eius lateri, adeſſe cernis, ſacro lituo innixum, mitramque gerentem, Aſſiſii ſcias fu-
iſſe religioſiſſimum Epiſcopum, Caroli nomine dictum: quem ciuitas illa nobilis vere
paſtorem ouium experta eſt, non mercenarium: Cum verbo ſemper paſceret, & ex-
emplo, lupoq; conſpecto, non fugam arriperet, ſed animam exponeret pro ouib. ſuis.
Proximus illi eſt *Paulus*, Aſſiſio Præfectus, Ludouici Imperatoris Bauari authoritate
cōſtitutus; qui virtute, pietate in ciuas, & caritate in patriam; iuuit in tēporalib. nō mi-
nus, q̄ fecerit Carolus in ſpiritualibus, vt nō immerito pari paſſu, ad immortalitatis tē-
plū procedant. Dum viros hos pene diuinos, eoſq; habitū miror, & inceſſum; fama ait;
Nec eos, qui tertio ordine ſuccedunt, ſi nouiſſe cupis, ſilentio præteribo: quos iampri-
dē mea extulit tuba, *Antonium, & Petrum de Nepis*, primum illū Adriani molis, ſanctiue
Angeli Caſtri præfectū, ſiue, vt appellant, Caſtellanū vidit: & ob inſignē eius corporis
pulchritudinem, ac in re bellica prudentiam, mirifice laudauit; eumque tanti fecit Il-
luſtriſſimus Cardinalis Cortonæ; vt ei Laurentiā ſororē coniugio iunxerit ſtabili, pro-
priamque dicarit; Alterum Palatini Comitis titulus illuſtrauit, & virtus plurimum ex-
tulit. Hæc mihi plurima cupiditate intuenti, armorum fulgor occurrit, conſpectique
ſunt armati equites; qui diſtrictis gladiis, vel contortis haſtis vexilla, hoſtiumq; ſpo-
lia trahebant, conuerſo in terram capite. Strenui, fama ait, hi ſunt belli Duces, & mili-
tes fortiſſimi. Quorum primus ille *Marcus* eſt, militum ductor acerrimus, is manu
promptus æque, ac conſilio prudens, quoties prælium commiſit (commiſit autem ſæ-
piſſime) toties victo, aut vulnerato hoſte diſceſſit ſuperior. Alter eſt *Ioannes Antoni-
us iunior*, qui pedeſtrem cohortem, prudentiaque ſimul, & fortitudine feliciter du-
xit; atque ideo Marco in re bellica proximus acceſſit, vt inſtar Scipionum, duo dice-
rentur fulmina belli. His non inferior *Galeotus* Trideno no illuſtriſſimo Cardinali ap-
prime gratus, equeſtri militia ſummopere præſtitit: & in eo præſertim belli ſimulacro,
fortitudinis grande ſpecimen edidit, quod Romæ Pio quarto ſedente, peractum eſt.
in quo aperto marte, Dominis tantum titulo inſignibus, conuerſis inter ſe equis, con-
currere licuit. Nec poſſum, nec debeo (fama ait) tuum (laurea donande) patrem *Fran-
ciſcum* ſilentio præterire. militem ſtrenuum Marco Galeotto, & Antonio minime in-
feriorem. Hic ſua virtute meruit ſororem Claram, matrimonio collocare Andreæ
Erulo, viro præexcellenti; ex qua natus eſt perilluſtris, & Reuerendiſſimus Eru-
lus Epiſcopus, & nunc Flaminiæ, vel vt vulgo dicitur Romandiolæ vice legatus
præſtantiſſimus. Talia dicentem, & plura de his ſine numero qui triumphalem du-
cem ſequebantur, famam referre parantem; virtus, victoria, triumphus ad ſeſe vocãt,
vt Nepeam venerabilem matrem, ex aurato curru iam deſcendentem exciperent; at-
que vna cum filiis aperta ianua in templum inducerent. Quale vero, quantumue eſſet
gaudium ingredientium, qualis, quantaq; lætitia; nō modo ex vultuum ſerenitate co-
gnoui, ſed ex animi mei ægritudine, quam tunc contraxi, quod ingredi mihi non lice-
bat, plane intellexi: nihil dulcius, nihil ſuauius immortalitatis dulcedine, ſentiens iam
hymni, iam carmina illorum, qui ingreſſi fuerant laudem canebantur. Finem, exi-
tumque rei tam illuſtris, expectantem Virtus, & Honor, me pro reuerentia inclina-
tum; conueniunt, & virtus oculis diuinis ad me conuerſis, hos edidit ore ſonos: *Celſe
Doctor*, miranda hęc noſtra myſteria, ſolemneſq; pompas inſpicere tibi conceſſum eſt,
vt Valerii dulciſſimi tui alumni, eximias, quas per te non poteras & maximas optaue-
ras referre laudes, noſtra ope poſſis; & vt noſtris verbis renuncies, nos enim expectare
pro foribus templi, & vaticinari etiam inchoatum ab eo ſub ſcholaſtico pallio trium-
phum coniuncto togæ, longe ſpecioſum futurum; Neporumq; triumphantium nu-
merum ſuo tempore impleturum. Nam; & ſi in eius Atauis ſanctitas triumphauit, vt
vidiſti; in abauis Cardinalatus, & Epiſcopalis titulus; triumphauit; in proauis Præ-
fectu-

fecturæ Caſtellaniæ, & Palatini Comitis dignitas, triumphauit in auis, & patruis bellicus ſplendor; ſed non tamen triumphus adfuit literarum, & ſcientiæ, propediem igitur triumphabit in Valerio legalis doctrina, triumphabit Iuriſconſulti dignitas, quæ patriam Aſſiſium illuſtrabit: triumphabit in eo morum integritas, religio, humanitas, triumphabit liberalitas, qua nobiles ſcholaſticorum animos ſatiauit, multorum etiam manus, & peram ſplendidiſſima collatione repleuit: triumphabit tandem ſuauitas conſuetudinis, qua Maceratenſem nobiliſſimam iuuentutem in ſui amorem prouocauit, atque his dictis tenues abierunt in auras; Eoque ſummo gaudio perfuſus, è ſomno excitatus, hoc feliciore nuncio, Valeri nobiliſſime, ad te venio, & quæ de te magnifice pronunciata ſunt verbo, finem opere ipſo habitura confido: atque illico iuſtiſſimum de te laurea illuſtrando decretum, ex iniuncto mihi munere, lætiſſimus impleo.

In Doctoratu Domini ANGELI GONTILONII *de Montephelstro.*

ORATIO VII.

ARdua mihi ſemper apud Morales quos appellant Philoſophos, & ad vtramquê partem agitata quæſtio viſa fuit, & dignus habitus vindice nodus; Hunos ne, cui tãtopere inuigilant homines, Honorãtis ſit potius, an Honorati: ſummi enim viri diſſentiunt inuicem, & rationes ſunt hinc inde graues; & ſane magis eſſe Honorantis, plane oſtendit: Quod honorem, bonum externum, quamuis maximum, appellant ſapientes ab eo, qui honorant ſponte profectum; non in eo, qui honoratur, poſitum eſſe ſignificantes. Suadent quoq; id ipſum dum negant, ſummum bonum in honore conſiſtere, propterea, quod illius ſit, qui conferat; non recipientis; in cuius facultate non ſunt laus, & honor; ſed laudantis. Honorare promerentem, virtutis eſt actio; ideo inquit *Seneca*: Honorantis bonum eſt, cuius eſt illa actio, non noſtra; qui honoramur, & quemadmodũ Iuſtitiæ virtus, eſt in eo qui ius ſuum tribuit vnicuique; non in recipiente; ita honor, & laus ſunt tribuentis. Sicut etiam magis eſſe liberalem eum, qui donũ accipit, quàm illum, qui ſeruata lege liberalitatis donat; indignũ videtur affirmare. Gaudet, qui honoratur, quod ſignum ſuæ virtutis ſit honor; lætatur, & ille, qui honorat; quoniam agit, quod iuſte debet; cum verò nobilius ſit agere, quàm pati; ad honorantem potius ſpectamus, quàm ad honoratum; palmari ferinè argumento conuincitur. Verum, quæ ex aduerſo rationes occurrunt, aliam probare ſententiam penê compellunt. Præmium ſiquidem illius eſt, cui datur: non dantis; noſtrumque eſt, quod nobis, tamquam debitum tribuitur; honor vero præmium eſt debitum virtuti, quæ Honorato competit; non ei, qui honorem contulit. Præterea cum quisque ſit longe magis de honore acquirendo; quàm in alios conferendo ſolicitus; & nobis deferre honorem, quàm aliis tribuere, vehementius omnes expetamus, non ſecus, ac res noſtras potius, quàm alienas diligimus: aperte colligitur, noſtrum eſſe honorem, non eorum; qui exhibent illum; id, quod oppoſitorum, quorum eadem eſt ratio, fit cõditione manifeſtius. Etenim vituperium, dedecus, infamia nõ largientis, aut inferentis ſunt, ſed recipientis, cuius etiam vitia ſunt; in quorum pœnam contumeliæ & probra fuerunt comparata. His Patres Optimi, rationibus, dum anceps fui; nec ſatis conſtabat, quod magis probaretur; præclara Angeli Gentilonii hodierna coronatio, abſtulit, dubitationẽ, nutantemq; animũ confirmauit. Nam cum iuuenẽ nobilitate, cõſpicuũ & virtute ornatũ intueor; atq; illum ampliſſimo Collegio, inſigni honore donatu contemplor; non Honorati tantum, aut Honorantis; ſed vtriuſque ſimul, honorem eſſe cenſeo. *Angeli* eſt honor, ſiue nobilitatem eius, ſiue virtutem reſpicias. Inclyti Collegii eſt decus; ſi dignitatem patrum, qui honorem contulerunt; honeſtiſſimamque, honoranda in virtute, actionem conſideres. Planum id erit profectò, ſi quis Gentilonum, ac Rotundium ſanguinem, nobilitatemque ſpectauerit, vnde genus ducit Athleta noſter. Iſtæ namque duæ ſplendidæ familiæ Montiphilatrano communi inſigni patria lætantur quidem; ſed inter ſe tum nobilitatis, tum virorum gloria ſumma cum humanitate contẽdunt. Gaudet Gentilona ſtirps *Ouidio* aliiſq; fortiſſimis belli ducibus; qui Sereniſſimo Regi Philippo ſecundo, Catholicæ Eccleſiæ propugnatori; nec non inclytæ Venetæ Reip. operam ſtrenuam nauauere. lætatur *Simone*,

Stephano, *& Iohanne Baptiſta* equitibus generoſis; qui per ſe claram equitis dignitatem corporis robore, & virtute animi reddunt longe clariorem. exultat *Iohanne Franciſco*; *& Mauritio* Iuriſc. non vulgaris conditionis, vt ſcitis, ſapientiſſ. Patres, qui eos in veſtrum numerum, quartus iam agitur annus, concordi voto cooptaſtis. Hi in patria non contenti ſecundo inter Doctores honore; ad primum omni ope contendunt: ac tandẽ ſummũ decus ponit in *Franciſco*, Auguſtæ Peruſiæ Ciuitatis, ac totius Vmbriæ Præſide olim præſtantiſſimo. Nam is tanta prudentia, tantaque integritate ſubiectos ſuæ ditioni populos gubernare valuit; vt, quod de patre erga filium, dicitur legibus noſtris, ad Franciſcum, erga Peruſinos cõuerterent homines; cum ſcilicet pro Peruſinis optimum ſemper conſilium caperet. Ornarut Rotundia paterna familia viris nobiliſſimis; vt quaſi velit cum Gentilona ſtirpe illuſtri vmbratuli pugna certare; plurimos belliçoſiſſimos equites in campum profert. *Cornelium*, *Pompilium*, *Frãciſcum*, priſcis illis Romanis Equitibus, animi viribus, & corporis fortitudine pares, *Deiphobum* præterea IC. celebrem oſtendit, & Romæ apud ſummum Põtificem grauiſſima negocia totius prouinciæ nomine gerentem, & Phœbi nomine dignum; cum ſicut Phœbus ſuis orbem radiis illuſtrat, ita, & ipſe ſummis meritis patriam exornat. Propriis Gentilona familia nobiliſſimis filiis meritò gaudet; ſuis etiam Rotundia gens iure lætatur: ſed iuſtiſſime communi gaudio ambæ ſimul exultant, propter *Angelum* candidatum, communem alumnum; & non ſecus de illius amore contendunt, ac de charitate Natorum communes ſolent diſceptare parentes: nec quidem iniuria Angelus eſt enim ex eo, vt puto ordine Angelorum, qui virtutes appellantur: quoniam ab ineunte ætate virtutem amauit, ac dilexit vnicè, cuius ſæpe in almo noſtro Gymnaſio argumenta præſtiterit, extraordinariam legendi prouinciam, extraordinario Maceratenſium, & ſolo ſcolarium voto fuit adeptus: & in ea gerenda extraordinariam doctrinæ, & eloquẽtiæ laudem eſt conſequutus, quam cum extraordinaria punctorum interpretatione hodie comprobauit, extraordinario Patrum fauore Doctor fuit, & Eques renunciatus & ſi extraordinarium tuarum laudum haberes præconem, nihil non præter ordinem fuiſſet. Verum cum ne ordinaria me ſentiam eloquentia præditum; extraordinariis tuis laudibus prætermiſſis, ad ordinarium poſtremum munus deſcendo.

In Doctoratu Domini ÆMILII PIISSIMI.

ORATIO VIII.

FRATRVM gratiam eſſe raram; non tam celebris poëtæ, quàm ſancti cuiuſdam Prophetæ, dixerit ore profuſum, quiſquis antiqua ſpectauerit, vel noſtra quidem tempora: & quæ fratribus acciderint, ſecum animo reputauerit. Nam inuenerit primos, qui fuerunt in orbe fratres, inuidia fratrum trucidatos; mox ſequenti tempore, alios eodem impellente furore, venditos, ac ſeruituti, quæ mortalitati comparatur, deſtinatos. Notus eſt iuſtus Abel; notior caſtus Ioſeph. cognoſcet præterea alios (mirabile dictu) materni ventris anguſtiis non modo diſcordes fratres; ſed bellantes: minus admiraturus, cum legerit primos Romanæ vrbis fratres irrigaſſe fraterno ſanguine muros. Nec etiam latebit eum, Rex Parthorum Phrates, qui triginta fratres iuſſit occidi: nihil veritus tali, tantoque ſanguine, regnum male partum ſtabilire; & metum omnem inuiſi conſortis extinguere. Quod, & fecit in vnico, quem habebat impius Caracalla, Geta fratre necato; & amicis hortantibus, vt ad mitigandam inuidiam imperii, fratrem in numerum Deorum poneret, dixit: Sit Diuus, modo non ſit viuus. Argumenta hæc ſunt non modo patum ardentis amoris, & gratiæ; ſed odii atque hoſtilis animi clariſſima; vt ſapienter dixiſſe videatur, qui fratrem, rem malam, boni nominis appellauit. Verum enimuero ſi tabellam, vt dicebat *Fauſtus Pictor*, conuerterit aliquis; magnum eſſe inter ſe fratrum amorem, nullamq; gratiam (parentium vnam excipio) fraterna gratia maiorem inueniri, meritò iudicabit: authoritate, ratione perſuaſus, exemplis.

Etenim *Valerius*, cum de pietate erga parentes ſcripſiſſet accuratè, de beneuolentia fratrũ verba facturus inquit. Hanc charitatẽ, proximus fraternæ charitatis gradus excipit: vt non tam cara coniux, non tã grati, & iucundi affines, & ꝓpinqui eſſe ſoleãt: quoniam

quoniam poſtea cogniti ſunt, poſtea dilecti. Quippe nimis dulcis eſt illa recordatio: In eodem domicilio cum fratribus meis; antequam naſcerer, habitaui: in eiſdem incunabulis infantiæ tempora peregi: eoſdem appellaui parentes, parentum maiorum imaginibus gloriam traxi, vndique paritas; multiſque validiſſimiſque nexibus iunctus amor, eodem nempe cibo alti, iiſdem moribus imbuti, iiſdem præceptoribus aſſueti. Quibus, ſi quis rationibus non mouetur; moueri certè debet exemplis; quæ verbis nuper dicta, planè confirmauit effecta. Tiſſaphernis vxor, marito, filiis, ac fratre, imperio Darii ad ſupplicium deſtinatis, Regem lacrymis, ac ſupplici lamentatione ita commouit; vt eius afflictionem miſeratus, dixerit: Vnum de his, qui erant interficiendi, eligeret: futurum enim, vt quem vellet incolumem eius precibus condonaret. Mulier præter ſpem omnium depoſcit fratrem; & iuſſa à Rege dicere, cur illum viro, & filiis prætuliſſet; poſſum, inquit, iuuenis adhuc iterum nubere; atque ex alio marito, alios filios quærere; frater ſi ademptus ſit; parentibus ſenio confectis, reſtitui non poteſt. Eumenes Aſiæ Rex potentiſſimus, et ſi filium haberet; tamen Atalo fratri vxorem, & regnum reliquit. Is vero ne fraterna charitate vinceretur, quamuis ex coniuge poſtea procreaſſet liberos; nihilominus vnum ab Eumene relictum filium; in ſpem regni aluit; & vt primum aptum regnando vidit; Regno ei ceſſit; diu poſtea vitam priuatam agens. hæc fratrum pietas, fraterna pietate nihil eſſe maius, dilucide oſtendit. Eam quoque illuſtrarunt Romani proceres, Marcus ſcilicet Fabius Conſul; qui inclyta pugna Etruſcis, & Veientibus ſuperatis; delatum ſibi populi ſtudio triumphum ducere non ſuſtinuit; quod eo prælio Quintus Fabius frater eius, vir Conſularis fortiter dimicans, occiderat. Quantum in eo pectore fraterno bonæ voluntatis credimus habitaſſe, per quem tantus ampliſſimi honoris fulgor potuit extingui? Quantum in Rutilio fuiſſe amoris exiſtimamus, cui adeo fratris dignitas cordi erat, in petitione Conſulatus; vt eius audita repulſa; continuo animam efflauerit? Hæc ſi quis, & alia, quæ poſſet nouiſſe legendo fraternæ charitatis exempla, tacitus ſecum conſiderauerit; poeticum magis, quàm verum dictum *Ouidii* cognoſcet: cum aduerſetur Naturæ, repugnet rationi, & ſuperetur exemplis. Quod certauerint aliquando fratres in vtero; maioris cuiuſdam myſterii velamentum fuit. Quod venditi ſunt fratres; diuino accedit conſilio, vt ſummi Dei gloria clarius elucerer in Ægypto. Fratrum etiam quondam neces, impia fraterna manu commiſſæ; lædere aliquantulum; ſed non extinguere poſſent fraternæ beneuolentiæ naturalem ardorem, non ſecus, ac Torquati, Bruti, Caſſii, vt filios nimia ſeueritas limitare ſolum potuit, nobiliſſimam illam iuris regulam: Nullus eſt amor, qui vincat paternum. Accedit, quod Natura quemadmodum in corporibus formandis; quamuis nollet, interdum monſtra generat; ita quando crudelem, & odioſum fratrem producit in fraterna generatione; velut monſtrum præter animi ſui ſententiam procreat; pios, beneuolos, gratos fratres gignere mox cupiens. Quod feliciter ei profecto ſucceſſit; cum Æmilium candidatum; nobiliſſimoſque eius fratres edidit in lucem, tali enim charitatis, & beneuolentiæ nexu eos coniunxit; vt notum ex familiæ appellatione; quod ex amoris; & pietatis inter ſe magnitudine, piiſſimos illos deceat appellare. Multa poſſem mutuæ beneuolentiæ argumenta referre; quæ tum viuo, tum mortuo Rochio communi patre Equite generoſo, viro integerrimo; dederant: duo vero nullo modo debent præteriri ſilentio. Adeo videtur innata fratribus poſt obitum parentis, communium bonorum diuiſio; vt nec eam poſſe perpetuò prohiberi paterno teſtamento, noſtræ leges conſtituerint. Tamen Piiſſimi fratres non modo diuiſionem paternæ ſubſtantiæ nullam hactenus fecerunt; ſed indiuiſam manere cupientes in poſterũ; vni eorum dederunt honeſtiſſimã, nobiliſſimãq; ex Auriſpa clariſſima gente cõiugẽ; vt vnus ad poſteritatẽ liberos procreauerit; ſed omnes, quaſi à ſe genitos alunt; atq; ad dignitatẽ familiæ bonis moribus, & diſciplinis erudiunt, & verè patruos, quod eſt, ferè alios fratres, ſeſe pueris præbent; Id quidem eſt mutui amoris exemplum. Sed illud illuſtrius; quod tametſi, tot ſoleant eſſe ſententiæ, quot homines ſunt: & tot inſitit pectoribus mores; quot ſunt in orbe figuræ; Piiſſimorum tamen fratrum vnum fuit ſtudium, vt omnes, quaſi cor vnum, & animam vnam habeant: Legali ſcientiæ ſe ſo totos addixerunt, & duo natu maiores *Marcellus*, *& Barnabas*, in almo Peruſino Gymnaſio honorificum iuris ſcientiæ nomen adepti, doctrina, probitate egregiè ſubſti-

nentillam dignitatem. quorum amore, & exemplo excitatus *Æmilius candidatus*, voluit, & ipſe Iuriſconſultus fieri; vt cum fratribus ſuis non modo familiam, ſanguinem, patrimonium; ſed honorem, ſed ſcientiam, ſed doctoratus gradum, haberet communem. quo fit, vt illorum domus non tam Piſſimorum, quam Iuriſconſultorum familia poſſit appellari. Pulchrum eſt, tres in vna domo fratres cõcordes; pulchrius omnes iiſdem ſtudiis delectari; pulcherrimum cunctos ad eundem Iuriſconſul. gradum perueniſſe. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum: nam gloria, & diuitiæ in domo eorum. Diuitias quidem concordia, qua paruæ res creſcunt, facile acquiſiuit; gloriam vero, legalis ſcientia peperit. Quam iucunditatem eſſe in Æmilio laureando veſtro prudenter, cognouerunt Gymnaſii profeſſores, in priuatis diſputationibus; hodie vero vos cognouiſtis, Ampliſſimi Doctores, in doctiſſima aſſignatorum iuriũ interpretatione, corporis venuſtati, qua ſibi omnium conciliat animos, bene reſpondentem: quorum vtrumque, morum bonitate reddit illuſtriorem: muſicis autem modulationibus, & teſtudinis ſono multo ſuauiorem, ita vt nihil in eo, ſiue exterius, ſiue interius inſpexeris, quod non ſit magna commendatione dignum, ſiquidem ciuilis prudentia laudat ingenium, probitas morum, commendat animum; venuſtas, totum corpus celebrat; concentus extollit: namq; ſunt ſonandi dulcedine alacres manus; pedes ad benefaciendum veloces. Quare *Iuſt.* glorioſæ memoriæ Imperator, qui Æmilium Papinianũ ab ingenii ſubtilitate, & corporis pulchritudine mirificè commendauit *proœmio digeſtorum*; Æmilium etiam noſtrum cognouiſſet; duas illas laudes, non reticuiſſet; & alias a me modo relatas cumulaſſet: quemadmodum vos, Optimi Patres, omni laude dignum iudicaſtis; cum viuis, apertiſq; ſuffragiis Doctorem, & Equitem renunciaſtis; maiorem quoque ſcilicet in eum honorem collaturi. Quorum iuſtiſſimam ſententiam, &c.

In Doctoratu Domini IOHANNIS *Bona* FERRI *Maceratenſis.*

ORATIO IX.

PRudenter admodum apud *Comicum Poetam* mihi dictum videtur: Non ętate, ſed ingenio acquiritur ſapientia. Nam dum ſummos homines intueor, dum monumenta virtutum, diſciplinarumq; contemplor, quibus mens noſtra excolitur, mores formantur, Reſp. geritur; dum honores, ad quos ſumma tantum merita homines prouehunt, mecum animo reputo; iuuenes fuiſſe illos, à iuuenibus illa emanaſſe, & iuuenibus illos ſæpe fuiſſe delatos, grauiſſimis teſtimoniis compertum habeo. Etenim ſuperior Aphricanus, cuius nomen ſtabit, magna dum Roma manebit, viginti quatuor annos natus aduerſus Carthaginenſes in Hiſpania Imperator electus, grauiſſimo Reip. tempore; tam grauiter, tam diſerte apud Populum Rom. diſſeruit de Republica; vt nemini, mirum poſtea viſum fuerit (ſicut *ait Plut.*) quod Carthaginem deleuerit, & patriæ pœne cadentem libertatẽ reſtituerit. Apud antiquos, inquit *Cicero* Rullii, Decii, Coruini, admodum adoleſcentes Conſules facti, tantas res geſſerunt; quod Popul. Rom. imperium auxerint, ab excellenti virtute progreſſum ætatis minime expectandum iudicabant priſci illi Romani. Indignum exiſtimantes, eum nõ dum honori tempeſtiuũ videri, qui iam eſſet virtuti maturus Iuuenis, quo felicius nihil poteſt excogitari, præcipuo quodam amore a Deo fuiſſe dilectos, ſacræ literæ teſtantur, quippe Dauid, & Salomon adoleſcentes vncti in Reges, diuino iudicio leguntur. Daniel, & Samuel in pueritia, prophetiæ accepiſſe donum, factique iudices à Deo leguntur. Quare nemini mirandum videbitur, quod plerunque iuuenibus, ingenium cœleſte ſuis velocius annis, ſurgat; quod prudentia veniat ante pilos, quod liberalium artium citiſſime gloria præſtent. Memoratur *Eupolis Poeta.* Athenienſis celeberrimus, qui 17. annos, totidẽ populo Comœdias exhibuit, & ſepties vicit. *Plinius* in decimo quarto anno, ſicut ipſe *teſtatur lib. 7. epiſtolarum*, Græcam Tragediam compoſuit. *Celſus Iuriſconſultus*, adoleſcens propterea vocatur, quod in ea ætate ius ciuile tam grauiter, tam prudenter docuit, vt Paulus, & Iulianus, duo iuris noſtri lumina, eius ſententiam ſæpe ſequuti inueniuntur in iure, Bartolum noſtrum, refert *Angelus*, in vigeſimo

anno

anno reſpondiſſe de iure: & *Bal. in decimo quarto repetiuſſe l. Centum capua ff. de eo, quod certo loco*: ita fit, vt recte illa per hominum ora dicta volent: Solem orientem venerandum magis, quàm occidentem; & virtutis curſum eſſe plerumque, quàm ætatis celeriorem. Quemadmodum laurea illuſtrando veſtro, accidiſſe conſtat inter omnes. Is enim ante annos, animum gerens, curamque virilem, ſtudiaque non puero tractans agenda; puer, in legali noſtra facultate doctrinæ ſingularis, egregium experimentum fecit in ea ætate, in qua vix alii iuuenes primis Iuſtiniani elementis ſolent nauare operam, Adoleſcentem hunc dum intueor; non amplius miror *Neruam filium*, quem ferunt in 17. anno Iudicibus ſignata dediſſe reſponſa; ſic illum in iſto, mutato nomine contemplor. In aliis huius temporis iuuenibus malitia, in iſto ſcientia ſupplet ætatem, vt Ferræ ſtirpis generoſæ, quæ nobilitate, & clariſſimorum virorum gloria Maceratæ Ciuitatem, quaſi gemma annulum exornat, ſurculus egregius adoleſcit; cum in iuuenili flore, producat fructum ſenilem. Felix arbor, quæ ferreis radicibus, aureos ſemper fructus fecit; quæ religionis, ſcientiæ, armorum, cæterarumque virtutum perpetua temporum ſerie præcociſſima quæque poma dedit. Quorum primum *Petrus Franciſcus* fuit, Archiepiſcopus Nazarenus; qui probitate, religione, æque, ac dignitate clariſſimus: & vere Archiepiſcopus Nazarenus fuit. Quoniam, vt ſibi Nazareni nomen conueniret; vinum, & ſiceram non bibit; voluptates ſcilicet, quæ turpiter inebriant hominum animos, contempſit; & de nullo immundo comedit; vitam quippe innocẽtiſſimam vixit. Cui ſicut nomine; & vitæ integritate fuit æqualis alter *Petrus Franciſcus*; ita dignitate paulo inferior Epiſcopus Pulignani, Polo animi ſanctitate iugiter intentus. Suauiſſimus quoque nobiliſſimæ plantæ fructus fuit *Octauius Ferrus*; qui celebratiſſimo Iuriſconſulto Iohanne genitus, Iuriſconſulti gradum adeptus, veram illam prudentiam acquiſiuit; quam rerum diuinarum, & humanarum Imperator Iuſtinian. vocat iuſti, atque iniuſti ſcientiam; qua munitus, ſumma cum laude præfuit Spoleto; Parmæ proconſulatum geſſit; Fani Prætor fuit, & Camerini Præſes; Flaminiam, Vicelegatus, ſanctiſſime gubernauit, ſacrique Concilii à Paulo Tertio ſanctæ memoriæ inſtituti, Auditor, vt appellant, electus; & tandem ampliſſimæ ditionis Eccleſiaſticæ cauſis omnibus præfectus; nunquam moriturus, feliciſſime moritur. Nam plura, ipſe ſolus geſſit opera, plures ipſe ſolus adminiſtrauit dignitates, quàm ſuæ ætatis plurimi. Vbi iſte Ferrus præfuerat, ibi ferro opus non erat. Aurea namque in illa prouincia ſurgebat ætas, & quiſque ſponte ſua fidem, rectumque colebat. Protulit quoq; præſtantiſſima Ferra planta, Ferra poma maxime ferro conſpicua: *Ferruccium, & Camillum* acerrimos belli duces, qui ferreum pectus habebant; quo ferri pericula contemnebant. Militari prudentia ſuæ tempeſtatis nulli cedebant; corporis robore, & animi audacia, audaces quoque milites ſuperabant; vt propterea non ſit mirum, ſi de ferro nati; ferrum tractantes, ferro quoque acerrime dimicando ceciderunt, alter in bello Parmenſi, alter propè Famaguſtam in Turcarum prælio; terras relinquens, ad ſidera ferro ſibi viam aperuit. Pendent ex ea generoſiſſima arbore aurea poma, dum *Marcellus, & Iohannes fratres*, Octauii filii; Laurea ornandi veſtri pater vnus, patruus alter; eorum primus *Iohannes* nouus in Picenio Mæcenas Poetis, & Muſicis; Muſicus ipſe, ſuæ domus diuitis, ianuas ſemper recluſit, Marſupium, ſinum, manuſque denique ambas bonarum artium ſectatoribus, earundem ille lectator, aperuit, propter quod multis quidem ille flebilis occidit; ſed nulli flebilior, quàm Maceratæ; quæ Iohannis ſplendore, inter omnes prouinciæ Ciuitates ſplendebat, & fleret adhuc; ſi viri magnificentiam, animi nobilitatem, pietatem in pauperes, & in Principes, & Purpuratos hoſpitalitatem, defuncti Coniugis *Clelia* Coniux nobiliſſima; non benè referret, non cumulatè repreſentaret. Fleret quoque, niſi eam recrearet, atque ad priſtinam lætitiam reuocaret *Marcellus* frater, amore virtutum illi, non ſecus, ac ſanguine iunctus. Is fraternæ liberalitatis æmulus, Muſis domicilium erexit; quæ in nullo prouinciæ loco, tanta veneratione; quanta in domo Marcelli coluntur. Hic bonus eſt calamos inflare leues, hic dicere verſus; hic Picenas docuit reſonare Clorida ſiluas. Hic ferro præcipue innixa AVREA Maceratenſis CATENA manet. Hunc, hominum pater, atque Deorum pulcherrima fecit prole parentem; ſex dedit illi filios, qui quaſi ſex gemmis caput patris exornant; & patris pollicentur ſplendorem. Nec ſanè mirum: precioſiſſima namque Amica Margarita, pietatis, prudentiæ, & religionis amica, eos dedit in lucem; quos omnes naſcentes, Melpomenem placido credas vidiſſe lumine; ita nati ſunt ad Muſas, ita muſicas modula-

tiones,& teſtudinis ſonos cum lacte nutricis imbiberũt. Quorum vnus *Iohannes Baptiſta*, non tam Muſis amicus, quam Mineruæ comes, legalem ſapientiam amauit, præcipue dilexit oſtendens, quid poſſit, & quantum valeat virtutis amor. Nam quando alii ſuæ ætatis iuuenes ſtudiorum curſum accipiunt; is, ſtudiorum metam contigit: quando alii ſe ſe ad certamen accingunt; ipſe quia legitimè certauit, iuſtiſſimo Patrum decreto, Coronam promeritus eſt: quam ne inornata mea oratione diutius remorer; ad id, quod mei officii poſtremum eſt, accedam.

In Doctoratu Domini ALBANESII *de* ALBANESIIS.

ORATIO X.

COlorum, ſicut varius eſt hominibus vſus; ita multiplex erat, eaque valde, præclara antiquis ſapientibus ſignificatio: cæteris tamen longè nobilior, & illuſtrior, illa, qua colorem album decorabant. Quippe ſplendidiora, quæ nobis in hac vita poſſunt accidere corporis, animique bona; albo colore demonſtrabant. Animi puritate, & morum candore nihil poteſt excogitari præſtantius: vtrumque volentes patefacere, Veſtales Virgines, ſumma pudicitia ſingulares; Suffibulo amictæ, Deæ Veſtæ ſacrificabant; erat vero Suffibulum veſtimentum album. Vtrumq; præſeferebant Romani ciues Magiſtratum petituri, toga candida induti procedebant in forum. Huc ſpectabant in Perſide Magi; dum affirmabant, Deum non delectari, niſi veſtibus albis. Eundem candorem commendaturus *Salomon*, dixit: In omni tempore candida ſint veſtimenta tua; vtpotè, quia ætatem nullam, officium nullum, ocium, aut negocium nullum ſinceritatis, integritatiſque mentis oporteat eſſe vacuum. Modeſtiam præterea, virtutem tam precioſam, quam rarã eſſe cernimus; ambitionis expertem, faſtus, elatique animi neſciam, veſtis alba præſeferebat apud antiquos. libertate nihil profectò carius eſt, nihil dulcius, quando leges noſtræ ineſtimabilem appellant; & Poetæ: *Non bene pro toto, libertas venditur auro.*; & libertatis ſymbolum candidum indumentum fuit. Etenim liberti manumiſſione accepta, non modo aureo annulo, patroni nomine, tribu menſaque honorabantur; ſed alba quoque veſte decorabantur. ideoque ſancta Mater Eccleſia habet in more, adultos in ſacro renatos fonte baptiſmatis, alba veſte veſtire: quaſi à peccati iugo, & Dæmonis ſeruitute manumiſſos: lege nihil diuinius; ſiue veterem ſentias ſiue nouam intelligas, legem veterem per album colorem, diuinarum literarum interpretes accipiunt; per rubicundum, nouam legem intelligunt. Cum in *Cantico canticorum* illa verba exponant; fratruelis meus albus, & rubicundus eſt. Hæc quæ de colore albo conſulto diximus; de laurea veſtro cingendo dicta exiſtimate, Patres optimi: Albo colore decoratum, albaque veſte indutum, nemo (vt opinor) inficiabitur: cum *Albaneſius* nomine appellatus, de Albaneſiorum nobiliſſima familia ex honeſtiſſimo ſigilli Municipio ſit oriundus. Is ne temere, aut à parentibus, aut à Natura nomina, cognominaque à colore albo viderentur impoſita; albi coloris ſignificata ſummo labore ſtuduit comparare. Quarè in via bonorum morum ab adoleſcentia cæpit ambulare; animi ſinceritatem, integritatemque mentis maxime profeſſus. Modeſtiæ deinde factus amicus, ſuperbiam, ambitionem, ad extinguendum inter homines beneuolentiam, & charitatem natas, quaſi à facie colubri fugit valde velociter. Virtutis poſtea maieſtate, cui veluti imperio Magiſtratus debent Ciues obedire, à voluptatis ſeruitute, quæ tanquam blandiſſima domina iuuenes vinculis coercet, & dulci carcere frenat, vindicta manumiſſus, ſeſe in libertatem aſſeruit; & nobiliſſimæ, patronæ virtutis ſtudioſi, nomen ſignificauit. Et ne illi quicquam deeſſet, quod albi coloris ſignificata pronunciant; legem addiſcere, totoque animo ſtatuit amplecti veterem; ſcilicet ciuilem, Romanaque prudentia conditam; & nouam, canonicam nimirum ſanctiſſimorum ore profuſam; illam albi nomine deſignans, hanc autem rubro pilorum colore præmonſtrans: In quibus quales, quantoſque fecerit progreſſus, & quanta dederit, documenta doctrinæ; oculati ſimul, auritique teſtes fuiſtis, ſapientiſſimi Patres, & in *Albaneſio noſtro*, ſub albi nomine candidos mores, ſincerum animum, modeſtiam, ab illecebris redemptam libertatem,

legis

legis vtriuſque ſummam eruditionem cognoſcentes: albis calculis, atro nullo reperto, Albaneſi cauſam iudicaſtis: doctorem, auratumq; equitem cunctis ſuffragiis renunciaſtis; quorum iuſtiſſimam ſententiam pro iniuncto mihi munere exequuturus accedo.

In Doctoratu Domini THEODORI CELLINI *Fulginenſis 1583. menſis Ianuarii die 24.*

ORATIO XI.

T*Heodorus ille*, qui adeo Philoſophiæ laudibus claruit, vt Philoſophorum Deus appellaretur à doctis; finem hominis gaudium, & mœrorem eſſe affirmabat. bona vero iuſtitiam, atque prudentiam: mala autem contrarios habitus opinabatur. Gaudium quidem his; qui bonarum artium ſtudiis nauantes operam, auxilium amicis, opem ferre vniuerſis in omni vita curauerint, & merito. Quid enim poteſt accidere homini iucundius, quàm de multis bene mereri? Dolorem autem illis, qui ocio, & voluptari indulgentes; nec ſibi, nec aliis ſunt vtiles. Nam quid poteſt triſtius euenire quam telluris effici inutile pondus? Bona deinde quibus finem hunc lætiſſimum cõſequi liceat, rectè iuſtitiam, atque prudentiam iudicauit: illam, quod aliarum ſit regina virtutum; iſtam, quod earum omniũ ſit gubernatrix, & domina. Huius ſummi viri, ſicut fert nomen *Theodorus*, Candidatus meritiſſimus; ita etiam opinionem ſequutus; gaudium, tanquam finem optimum ſibi propoſuit; atque ad illum conſequendũ per iuſtitiæ, atque prudentiæ anguſtas quidem; ſed lætitiæ pleniſſimas vias ingreſſus eſt. Gaudium ſiquidem exiſtimauit, non tantum ſibi natum eſſe; ſed ortus ipſius partem patriã vendicare poſſe, partem parentes, partem amicos: ideo legum ſtudiis, poſt manſuetiores muſas, totum ſe tradidit. Quibus patriam gubernari, *Iuſtinianus Imperator legiſlator optimus, in proœmio Inſtitutionum dixit*. Amicos autem defendi, & parentes protegi, quotidiana rerum magiſtra experientia docet, lætitiam ſummam reputauit, conſilio, verbis, exemplo, iuuare omnes; quare prudentiæ iuris animum appulit; qua humanas actiones omnes gubernari, vere ſapientes prædicant. Hilaritatem ingentem credidit, Cellinæ familiæ ſuæ nobilitati, ac maiorum ſplendori, morum candore, & virtutis magnitudine reſpondere, proinde ad ingenuas diſciplinas, quibus familiarum genus fit illuſtre, omnes ingenii neruos intendit. Quippe *Iohannis Cellini* Camertinenſium Ducum à Secretis præſtantiſſimi, Petri Auguſtini in Lucenſi clariſſima Thuſciæ ciuitate tertium prætoris integerrimi; & in Piceno per plures annos vice Theſaurarii ſolertiſſimi, necnon Liuii, apud illuſtriſſimum Marchionem Virenſem Conſiliarii, prudentiſſimi; & Sereniſſimæ Reip. Venetæ ad magnum Hetruriæ Ducem legati digniſſimi ampliſſimæ res geſtæ; vt Themiſtocli Miltiadis trophæa, *Theodoro Laureando* veſtro ſomnum ademerunt, adeo vt, dum illos non modo æquare; ſed longo interuallo ſuperare ingenii bonitate, & corporis labore contendit; magnam illis lætitiam attulerit; cum videant relata nuper Cellinæ domus lumina ætate ac Senio iam caligini proxima; in hoc vno Theodori lumine, iterum accendi omnia, nunquam interitura.

Quod ſi illi tantopere gaudent; quid facere Curtium eius genitorem putamus; qui præſens filium dignitati dicatum, ac gloriæ deſtinatum intueatur; ac eundem, tanquam è ſpecula proſpiciat, Theodoros omnes, quos celebrauit antiquitas, fama, & nominis celebritate ſuperaturum? Fuerunt enim plures Theodori Philoſophus vnus, de quo initio dixi: alter, qui de legumlatoribus ſcripſit; tertius, qui res Romanas literarum monumentis commendauit. Quartus Bizzantius in ciuilibus cauſis clarus; Quintus Athenæi diſcipulus, medicus peritiſſimus; Vltimus Thebanus, pictor optimus. Hi ſane omnes in hoc *vno Theodoro* renaſcuntur: ſenioque iam confecto, illorum gloria iuueneſcit. Philoſophus enim veræ & non ſimulatæ Philoſophiæ à vobis, Ampliſſimi patres, eſt hodie creatus: & ſicut ille Theodorus Philoſophorum; ita hic (vt ſpero) Iuriſconſ. Deus appellabitur. De legiſlatorib. Pontificib. ſcil. & Impp.

in Peruſino,& Romano Gymnaſio multa conſcripſit,& longe plura eſt ſcripturus in poſterum,hic Romanas res, nempe leges Romanas,memoriæ commendauit:Hic in ciuilibus cauſis clarus eſt, vt doctiſſima ipſius punctorum explicatio, plane oſtendit. Medicus eſt etiam, hodie factus, non quidem corporum; ſed, quod dignius eſt,animorum; vt illorum morbis legum Pharmacis opportunis medeatur. Pictor eſt etiam egregius;nam morum probitate, atque modeſtia, quaſi penicillo, & oris facundia, velut colore,animi ſui pulchritudinem expreſſit, atque mentibus omnium contemplandum exhibuit.Qua vos,Patres ſapientiſſimi, commoti,ſummo gaudio,ingẽti lætitia,incredibili alacritate,doctorum,cunctis ſuffragiis approbaſtis;& paterno gaudio minime cedentes;patris lætitiam & filii alacritatem auxiſtis, ac mirifice cumulaſtis. Quam ne ego hotrida, & arida, mea oratione, mærore aliquo perfundam; gaudens,& ipſe, vt veſtro obſequar gaudio;ad id, quod mei muneris præcipuum eſt; tecta deſcendo,& doctoratus inſulas perpetuæ lætitiæ tibi futuras, lætiſſima manu, alacris offero.

In Doctoratu Domini CÆSARIS ALLIATI *Siculi.*

ORATIO XII.

ALlium apud ſapientes illos Ægyptiorum Sacerdotes,*militiæ ſymbolum* erat; allium propterea militarem cibum appellabant antiqui,quod non modo homines, ſed Galli,dato in cibum allio;incitentur ad bellum,atque hinc prouerbium erat celebratiſſimum;Neque allium,neq; fabas eſitandas his, qui ſibi tranquillum vitæ ſtatũ propoſuere. Nam per ſummotum allium, bellica negocia dimittenda,per fabas,ciuilia non attingenda, antiqua prudentia ſignificabat. Ab allio cognomen habet *Dominus Cæſar*, candidatus digniſſimus, ex illuſtri Alliatorum familia, Panormi Siciliæ natus; ab Alliato perilluſtri patre genitus, inter Alliatos Gentiles ſuos nutritus: Natura igitur ad militiam inceſſus,& inflammatus erat. Cuius cum multa ſint genera, eaq; omni laude digna,prętſtãtiori,ab adoleſcentia ſua nomen dedit;quam iure merito cęleſtem vocant: quod cæleſtem ducem habeat Redemptorem noſtrum; qui mortem moriendo deſtruxit; quod cæleſtem pacem,poſt aſperam huius vitæ militiam, militantib. pariat;quod ad cæleſte triumphum, legitime certantes perducat. Hanc ingreſſus, iis eam armis exercendam conſtituit, quæ eius militiæ ſunt propria: vitæ ſcilicet honeſtæ, & morum probitate,galea, atq; thorace paratus; canonumque ſcientiæ ancipiti gladio lateri accincto. Hæc enim cæleſtem militem, ſtrenuumq; bellatorem conſtituit;hæc (*vt inquit Propheta*) manus eius docet ad prælium. Quam vero ſtrenuus Canonicum enſem educere;quàm egregie diſtringere didicerit; vobis hodie ſpectantibus, imò & adorientibus (Patres Optimi) periculum fecit in almo veſtro Collegio;quaſi in cæleſtis militiæ horribili campo, ideoque egregio teſtimonio, iuſtoque ſuffragio veſtro dignus fuit,qui ad eum dignitatis gradum eueheretur: quo quia bonos tantum ornare conſueuiſtis;libẽtiſſime D. *Cæſari*, Alliato conceſſiſtis;quod inter bonos,optimum ſeſe præſtitit, doctiſſima aſſignati Canonis enarratione quare ne decretam tibi Coronam agreſti meo ſermone diutius differam, ad id quod mei officii poſtremum eſt &c.

In Doctoratu DOMINI MARTII.

ORATIO XIII.

MArtius eſt,quem nunc tranſigimus menſis;multis profecto nominibus celeberrimus. Nam mundum Martio menſe conditum,memoriæ prodiderunt antiqui Hebræorum proceres. Eodem quoque primum hominem potenti manu Dei creatũ, Sanctorum teſtimonio compertum eſt. Hoc quoque menſe Iudæos, ab Ægyptia ſeruitute liberatos, atq; in terram illam lacte & melle fluentem, cæleſti beneficio ductos ſacra, veraque monumenta declarant. Ipſo denique menſe hominem factum de

beatiſſima

beatiſſima virgine Redemptorem noſtrum ſancta, catholicaque canit Eccleſia. A menſe Martio, principium anni, diuino præcepto auſpicantur Hebræi, in *Exodo* dicēte domino: erit hic vobis primus in menſibus anni. Ab eodem duxiſſe initium Romanos, conſtat *Ouidii carmine*; quando *versu faſtorum*, de Martio menſe loquens, ait.

A te principium Romano diximus anno.

Præcipua etiam veneratione *Martium menſem proſequebantur* antiqui; quod veris temporum amœniſſimi ſecum exordium ferat.

Omnia tunc florent, noua tunc eſt temporis ætas.

Martius, quoque eſt Candidatus veſter, Patres ampliſſimi, multis nominibus, celebris. Nempe Patriæ, parentis ſplendore clarus, Martiæ familiæ nobilitate conſpicuus; morum probitate inſignis; Iuris vtriuſque ſcientia ſingularis. Quàm bene igitur, quam opportune factum; vt Martii iuuenis celeberrimi, Martio menſe celeberrimo celebrentur honores? quam congruum, quàm conſentaneum fuit; vt Martius, ſicut floribus prata, ſicut frondibus arbores ornat; ita *Martium Athletam* laurea Corona decoret; quæ certe quouis tēpore comparata; magnam illi laudem attuliſſet; his baccanalibus potiſſimum, longe maiorem. quod dum alii iuuenes iocis, ſaltationibus, epulis, genio indulgentis disputationibus legalibus, oppoſitionibus, ſolutionibuſque intendit ingenio. Dum alii Cerere, & Baccho Dionyſia celebrantis honorem, ac dignitatem colit, quam vos P.C. iuſto decreto detuliſtis; cuius ego inſignia, ex iniuncto mihi munere traditurus, ad id, quod officii mei poſtremum eſt, læto vultu deſcendo.

In Doctoratu Ill. COMITIS NICOLAI DE MARCIANO 1583. *menſe Decemb. die* 30.

ORATIO XIIII.

PRæclare admodum ſenſiſſe olim mihi videntur, qui mortalium rebus omnibus, pulchritudinem præſtare dixerunt. nam, & ſi cuncta, quibus fruimur, Dei ſunt dona; pulchritudinis tamen, & decoris, munus ipſius glorioſum eſſe, concioit ille *diſciplinarum Oceanus Homerus*. Nec ſane iniuria, ſuperis enim ſuauiſſima; hominib. gratiſſima; poſſidēri minimè moleſta, & cognitu facillima. Cætera enim bona in homine ſita, vt fortitudo, prudentia, latere poſſunt; niſi opere aliquo exponantur, pulchritudo autem latere nullo modo poteſt; quippe ſtatim ſui ſenſum exhibet; cumque bonis plurimi inuideant, ac ſæpe inimici reddantur; pulchritudo ſemper eos, qui ipſam ſentiunt, amicos reddit, & neminem ſibi fieri inimicum permittit. *pulchrum enim ipſum*, (vt eſt vetus adagium) *amicum eſt*; quantoque pulchrius id eſt; tanto ſit amabilius. Quod ſentiens Peripateticorum princeps dixit; formam corporis, quauis epiſtola, efficaciorem eſſe ad commendationem. Alii vero tacitum oratorem appellarunt; quod ſine verbis perſuadeat; & Regnum abſque Satellite, quod ſine vi imperet, quæcumque velit. Pulchritudinem tanti ſemper fecerunt viri prudentes; vt Oratorum præſtantiſſimus Cicero inter corporis bona, pulchritudinem primo poſuerit; deinde valetudinem. & parum idoneum ad fœlicitatem eum Philoſophus iudicauerit, cui deſit oris venuſtas, & decus quod nobilitatem, & diuitias antecellere viſum eſt *Alexandro Imolenſi*; dum conſultus reſpondit: Nobilem, diuitemque mulierem, deformem tamen, quæ pauperi alicui, formoſo quidem in matrimonium collocata ſit; haud indigno nupſiſſe: quod debeat mulieris nobilitas, & diuitiarum copia, cum viri pulchritudine compenſari. Poetarum nobiliſſimus in Agamemnone, & Achille altero Regum, altero bellatorum maximo, dignitatem formæ (præcipuum id eſſe bonum iudicans) membrorumque æquabilem proportionem laudauit. Iuſtinianus Imperator cum multa ſuppeterent, quibus commendare potuiſſet Papinianum, Iuris Aſylum, ac legalis ſcientiæ Theſaurum; cum tamen, prætermiſſo omni alio genere laudis, ex pulchritudine, velut ſummo præconio extollens; pulcherrimum vocauit. Habet pulchritudo neſcio quid reuerendum, & admiratione dignum; ſummoque ſemper in honore, ac pretio fuit. Teſtis eſt *Lucretius Philoſophus Phyſicus, & Poeta* celeberrimus, qui canit; Principes viros, dum prima fieret inter gentes agrorum diuiſio, Dominiorumque diſtinctio, formoſum quemq; cæteris ante poſuiſſe.

auditum habetur: & num videndo, magis quàm audiendo hominum oblectentur animi, magna ſane vtraque voluptas; atque ad alliciendas mentes vtraque potentiſſima. Nam vt de viſu, ſenſuum omnium præſtantiſſimo, primum eloquar, quantum nos allicit, quantum permulcet, cum varietatem, pulchritudinemque ſpecierum omnium exhibet, Naturæ prouidentiam, vel Artis induſtriam nobis oſtendens; orbium cœleſtium hic decus; hic Syderum ornamentum; quibus nihil poteſt eſſe ſpecioſius demonſtrat; hic animalium, quæ nobis ſeruiunt; arborum, quæ fructum præbent, pulchritudinem indicat; hic lapidum, atque gemmarum, quibus ornamur, ſplendorem detegit. Viſus eſt, qui ædificiorum miram ſtructuram, Pontium admirabilem ſitum; templorum incredibilem decorem; nauium ſummum artificium; atque demum Artis velut miracula; & quam ſit æmula Naturæ, patefacit. Plane maximam eſſe etiam, quæ ex auditu proficiſcitur voluptatem, miramque iucunditatem, Orphei, atque Amphionis ſapientiſſime confiċta fabula; manifeſte declarat: cum Syluestrium hominum efferatos, ac indomitos animos dulcedine cantus, ita delinierint, ita demulſerint, vt ille Syluas, & ſaxa traxiſſe, hic Thebanos muros, ſono teſtudinis, & prece blanda conſtruxiſſe dicatur. Herculem Galli pro eloquentia accipientes; fingebant pluribus velut aureis catenis linguæ inſertis, innumeros homines per aures catenis illis religatos alacres, lætoſque ſequentes quo velit ducere; vt oſtenderent nihil eſſe, quod magis demulceat animos, magiſque commoueat, eorum, quæ audiuntur dulcedine, atque ſuauitate. Argumento ſunt, mentes illæ perbeatæ apud quas rerum omnium iucunditates maxime habentur; concentu, harmoniaque mirabili delectantur; neque ſuorum oculorum aſpectui volunt exhiberi. quod ſi maior viſus delectatio foret; ſpectaculis oculos oblectarent non cantibus demulcerent aures. Ego vero, & ſi anceps hactenus fuerim, nec ſatis mihi conſtiterit in quam partem inclinarem; Audita tamen hodie, doctiſſima, ſuauiſſima, elegantiſſimaque Candidati noſtri punctorum explicatione, ita ſum oblectatus, ita delenitus; vt voluptatem, quæ auditu quàm quæ viſu percipiatur, longe maiorem eſſe iudicem. nihil enim vidi vnquam tam pulchrum, quod hodie non audierim aliquid iucundius: nihil vidiſſe me memini tam ſpecioſum; vt non perceperim hodie maiorem ſuauitatem. Quippe dum *Cæſarem*, de iure ciuili differentem audiui; Cæſaris de bello ciuili elegantia ſubiuit in mentem. dum Mercurium, de Pontificum ſapientia loquentem intelligerem; *Mercurii* facundia obuerſabatur animo. Delectauerunt me plurimum, fateor, multa, quæ vidi miranda Naturæ, vel Artis opera; ſed longe magis oblectarunt, quæ hodie ingenii, doctrinæ, & eloquentiæ munera audiui. Idque vos etiam feciſſe (Patres optimi) ſumma veſtra attentio, qua ab ore iuuenis pependiſtis; vultuum hilaritas; frontiumque ſerenitas; voluptatis quàm percepiſtis, indices veriſſimi, plane oſtendunt. Athletam quoque noſtrum huius eſſe hodie ſententiæ non dubito; cum vocem illam facundiſſimam audiuit; omnibus ſuffragiis, & nemine penitus diſcrepante, in Togatorum ſe numerum eſſe cooptatum. Quæ enim tam grandis potuit oculis cuique occurriſſe iucunditas; quæ voluptate; quam audiendo percepit, valde non ſit inferior? Quid credimus optimum eius parentem credere? an noſtræ ſententiæ accedere exiſtimamus? Nam, quæ tanta potuit illi ex oculis contigiſſe voluptas; quæ hanc ſuperet; quam auribus hodie percepit; cum audiuit dulcem natum, filiumque dilectum dignitate imbutum; & gloriæ deſtinatum eſſe? verum ne dum auditus auriumq; delectationem pluribus oſtēdere conor; auribus veſtris (nobiliſſimi Auditores) exili mea oratione, rudi, atque agreſti voce tædium, moleſtiamque afferam; ad id, quod mei officii poſtremum eſt, hilari fronte deſcendo; Surge igitur, atq; excipe pacato, *Cæſar doctiſſime*, vultu; quæ tuis laboribus iuſte præmia debentur. Hinc tibi laus, & honor venient, hinc nomine magno, te venerabuntur Abbotii, iuueneſque, ſeneſque. Pro quibus accipe in primis libros hos clauſos, mox apertos.

In Doctoratu Domini MARII ANTONINI *Maceratenſis, die 4. Iulii 1585.*

ORATIO XVI.

DVplicem eſſe auaritiæ ſpeciem, alteram ſcilicet, quæ aurum, argentumue nimis appetit; alteram, quæ ſcientias, arteſq; liberales vehementer exoptat; grauiſſimo ſuo *D. Ambroſius* teſtimonio probat; & ratio apertiſſima confirmat. Etenim cum ſit

Digitized by Google

auaritia(vt ſapientioribus placet)habendi nimia cupiditas; cur non æque dicantur auari,qui diſciplinarum ſummo[illegible]cupidi diu, noctuq; ſtudiis inuigilant; ac qui perpetuo nummis intenti,diuitiis,quaſi Idolis ſeruiunt:cur non ęque huic,atque illi auaritiæ nomen conueniat;cum tam iſta,quàm illa æquo tempore creſcat? Nam *Plutarchus in illo de liberis educandis egregio libello*. Cum, inquit, omnia tempore minuantur; ſcientia tamen ſola ſenectute augetur. Summam vero cupiditatem in ætate ſenili incrementum accipere, morales Philoſophi multis,iiſque grauiſſimis rationibus oſtendunt. Quod ſicut diuitiarum maximum deſiderium, *Ariſtot.* teſtimonio, creſcit in immenſum;ita ſciendi vehemens affectus finem nullum habet:quare ille ſeneſcetem adhuc ſe aliquid addiſcere lætabatur. Similis eſt vterque auarus hydropi qui,ſicut *Lyricus canit. Horatius*,creſcit indulgens ſibi, nec ſitim pellit;imo, vt canebat alter: *Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ:* ita creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit; Creſcit ſciendi deſiderium;quantum ipſa creſcit ſcientia; teſtis eſt celeberrimus *Iulianus Iuriſconſ.* quem *Pomp. l. 70. ff. de fideic. omm. liber.* dicere ſolitum refert; Si alterum pedem in tumulo haberet,adhuc libenter fore, vt aliquid ediſceret. Vterq; nihil habere,nihilue poſſidere arbitratur. Licet enim alter nummos quotidie contempletur in arca; nihil tamen eſſe ſibi iudicat;licet alter ſciret,quæ ſcire poſſet omnia;hoc tamē vnum ſcire, cum *Socrate* affirmaret,quod nihil ſciret. Parcus tandem,imò tenax vterque auri, hic ſcilicet,quo nihil præſtantius cognoſcit;temporis ille; quo nihil precioſius intelligit. Sed cum tantum inter ſe ſymbolum habeant, cumq; tanta ſimilitudine coniungantur;quid nam cauſæ eſt, quod tanto diſtent interuallo; vt altera honeſta, ac laudabilis, altera turpis,& inhoneſta iudicatur auaritia? Deriſui,& contemptui cūctis ſit alter;admirationi ſit omnibus alter auarus? Veriſſima mihi ſemper illa ratio viſa eſt,quæ ex *Ariſt. ac Cicerone* colligitur,ſtudium pecuniæ, *inquit Philoſophus*, eſt vnum ex deſideriis præter naturam; ſciendi autem cupiditas, maxime ſecundum naturā apparet;cum ſcire omnes homines natura deſiderent: Quæ vero,natura aſpernatur; in malis eſſe: quæ adſciſcit,in bonis,prudenter, vt ſolet, *Cicero ſcriptum reliquit*. Nemo igitur miretur amplius; cur altera ſit animi vitium, quo turpe lucrum ſectamur; altera ſit animi virtus, qua laudabile premium ſequimur. Nemo quærat amplius; cur auarus alter bonus eſſe non poſſit; alter vero frugi ſemper exiſtat, & probus. Sciendi namq; deſiderium, viuendi rationem optimam eſſe,idem *Plutar. loco citato*, ſapientiſſime reſpondet;& animi ſanitatem in doctrinis collatam eſſe, *Tullius* affirmat. Nemo dubitet amplius, cur auarus alter ſemper egeat; alter autem ſemper abundet;eſt enim virtus ſibimet pulcherrima merces. Nemo tandem inquirat,cur opum furioſam libidinem, vitiorum matrem;ſciendi vero ſummum deſiderium, virtutum metropolim, *Demetrius* appellet. Si quidem illa, eſt vitium capitale,ſeptem alia vitia,quaſi propriam ſobolem, procreans quippe, vt *D. Ambroſius ait*, duritiem cordis generet; inquietudinem mentis, violentiam, fallaciam,periurium, fraudem, proditionem, illud vero capitalis eſt virtus, ex qua tanquam ex ſuo fonte, ſeptem virtutes profluunt;quæ digno nomine artes liberales, quod ingenuo, ac liberali homine ſint dignæ nuncupantur.Hæc in ampliſſimo Maceratenſi Collegio, velut in proprio domicilio ſedem poſuit; penates collocauit, glorioſum templum erexit; cuius regalem aulam, Maceratenſes Doctores non modo ſcientiis exornant, diſciplinis illuſtrant, doctrinarum Theſauris ditant; ſed Prouinciales, ſed exteros, quos liberalium artium cupidos eſſe cognoſcant, quos laudum auaros eſſe ſentiant; hilari vultu excipiunt; libentique animo in illam admittunt omnes. Cuius rei, cum alii multi, tum præcipue locupletiſſimus eſt teſtis *Marius Antoninus Laureandus veſter* meritiſſimus; quo honoris, ac diſciplinarum magis auarum, nec Peruſina Academia nouit; nec Maceratenſe Gymnaſium vidit vnquam; Crœſi,& Craſſi pecuniarum auaritiam, hæc bonarum artium auaritia,ſi recte fieret comparatio, ſuperaret. Quin etiam Midam antecelleret; qui dum ex voto impetrat, vt quæ tangeret, verterentur in aurum; fame periit; hic autem dum ex ſtudio quæcumque agit; ad ſcientiam vertat; vertat ad laudem;fama numquam peribit. Hic ſpaclo quinquennii, quo gloriæ, laudumque lucro apertis animi faucibus inhiauit; eloquentiæ diuitias congeſſit; doctrinarum opes cumulauit; & legalis ſcientiæ Theſauros, in Peruſino, ac Maceratenſi ſolo fœliciter inuenit, quibus nobiliſſimam patriam ſuam illuſtrare; claram Antoninorum familiam ſplendidam reddere, fratribus honeſtis, decus addere; parentibus optimis, quamuis defunctis, lætitiam afferre poteſt; à vobis autem C. P. Doctoratus gradum; &

laueam

Digitized by Google

lauream coronam, quaſi pretioſiſsimam animi ſuppellectilem, & totius corporis ornamentum emeret, compararet, tanto omnium conſenſu, & nemini vnquam maiori precio, meliore moneta, facilioriq; ſolutione, quam *Dario emptore ditiſsimo* vendita fuiſſe videatur. In cuius vacuam, & liberam poſſeſsionem, vt ex iniuncto mihi munere te iam nunc inducam, ſurge &c.

IN DOCTORATV DOMINI FABII GRANDII, *EX OPpido ſancti Viti in Picano Ancona, Anno* 1585. *menſe Iulii, die* 15.

ORATIO XVII.

DVM humanarum literarum graues aliquot Authores, vt caloris moleſtiam effugerem, nudius tertius non ſine animi voluptate percurrere, leguminis vnius dotes, & hominis cuiusdam naturam legere memini, quæ admirationem præ ceteris attulerunt non mediocrem. Faba legumen illud appellatur, Homini verò ſenetionis eſt nomen. Hunc talis ingenii fuiſſe *Seneca ſuaſortarum primo* ſcriptum reliquit, vt grandia dicere cuperet, ſeruos nollet habere, niſi grandes, argentea vaſa, ſolum grandia æſtimaret, calceos maiores aſſumeret, omnia denique grandia tantum probaret, adeo vt non ſine ratione, grandis meruerit appellationem. In Fabis Pythagorę fuit opinio mortuorum animas habitare: in earum flore literas ineſſe, *Feſtus Pompeius* obſeruauit. Somnia impedire fabas, ac perturbare, memoriæ proditum legimus. Nequitiæ frenum velo coopertas ſignificare apud Ægyptios compertum eſt. Continentiam etiam præſeferre, apud antiquos noſtræ religionis proceres, inuenies, dum fabas aqua madefactas, in vſum continentioris vitæ aſſumebant. Fabæ hæc natura cognita *Protogenes*, pictorum ſuæ ætatis celebertimus, in Ialyſo pingendo, quo laboraret attentius, fabis aqua maceratis, victitauit, quæ ſimul famem ſuſtinerent, & ſitim, dignus ille quidem, vt ipſius veneratione Demetrius rex, Iabyſum non incenderet, quamuis ab ea ſola parte poſſet Rhodon capere, ne tabulas cremaret, atque picturæ parceret, victoriæ occaſionem amitteret nobiliſsimam. Fabiorum Romanæ familiæ præſtantiſsimæ, Faba nomen tribuit, atque Ægyptiis in ſumma veneratione eſt habita. Admiratione hæc, ſicut initio dixi, fuerunt non mediocri, donec ad *Fabium grandem* L.V. meritiſsimum animum, & cogitationem conuerti, qui admirationem attulit longe maiorem, dum fabæ dotes complexum, & Senecionis grandis ingenium ita imitatum cognoui, vt commodè Fabii grandis in eum quadret denominatio. Nam ab ineunte ætate grandia ſemper cogitauit, quippe cum exceſſit ex ephebis, dataque eſt ei viuendi licentia liberior, non nugas, & voluptates, ſed bonarum artium ſtudia eſt inſectatus, quibus, ſicut nihil grandius poteſt excogitari, ſic iis grandem ſe offici poſſe re, & nomine iure merito ſpectauit. Proinde ſeruos grandes habuit, id eſt, labores magnos vt illam, quam ſemper optauit ſapientiam, conſequeretur, libenti animo perpeſſus eſt. Argentea vaſa grandia tamen dilexit, dum candidos mores dumtaxat, atque ingenuo homine dignos, ſtudio acquireret, calceos maiores aſſumpſit, dum maiora ſemper, & ſuper ætatem altiora cogitauit. Quis igitur neget Fabio noſtro grandis cognomen conuenire? Si in Fabæ flore literas in eſſe *Feſtus Pompeius* obſeruauit, & Fabius in ætatis flore literas oſtendit, cum maximo animi ardore manſuetioribus Muſis nauabat operam. Si in Fabis animę habitant mortuorum ex Pythagoræ ſententia, & in Fabio animę defunctorum requieſcunt, Papiani ſcilicet, Vlpiani Pauli, cæterorumq; antiquorum Iuriſconſultorum leges, in quibus viui adhuc tantorum virorum ſpiritus conſpiciuntur. Nam quis veſtrum Patres Optimi, in hodierna punctorum interpretatione, Papiniani non cognouit acumen? Vlpiani non animaduertit elegantiam? Pauli non intellexit copiam? ſæpius mortuos hos I.C. quam alios viuentes alloquitur: cum non aliter ſe poſſe viuis Doctoribus placere exiſtimauit, niſi in monumētis de mortuorū Iuriſconſult. habitaſſet. Somnia Fabæ perturbant, & expellunt: & *Fabius* ludos & iocos, ſomniis per ſimiles, fugit; quem nemo, choreas exercentem, & ſaltationes, nemo conuiuia celebrantem, & comeſſationes vidit vnquam. Nequitiæ frenū faba, velo cōtecta, demōſtrat, & *Fabius* velo diuini timoris coopert⁹, ſenſus ad ma-

[illegible] liaes, rationis habenis moderatos, in viam dirigit bonitatis: ſi quidem [illegible] quiſquam illum iuuenem cognouit; cuius actiones, ſenis maturitatē in[illegible]. Continentiæ ſymbolum fabæ aquis maceratæ præſeferunt, & *Fabius* mo[illegible] exemplum fuit Maceratæ, quæ ſuperbientem nunquam, humilem au[illegible] ſemper eū aſpexit, ira, aut voluptate (vt iuuenū fert ętas) concitatum aut inclatum [illegible]quā, māſuetū verò, & caſtum, ſemper cognouit. Protogenes, vt Ialyſii tabulā pin[illegible]ret accuratius fabis aqua frigida maceratis nutriebatur, & *Fabius* vt diligentius in animo, ac mente iuſtitiam, Romanamq; ſapientiam virtutis colore, ac vigiliarum penicillo nunquam delendam inſcriberet; calida præmultis; ſudoribus aqua maceratus eſt per aliquot annos Maceratæ. Fabā Ægyptii ſapientes in ſumma veneratione habuerunt, & *Fabium* Iuriſprudentes Maceratenſis Collegii, Ægyptiis ſapientiores, maximo tum honore, tum amore, ſunt proſequuti, nec ſane mirum, quod nobiliſsimam Grandiorum familiam, virtutum omnium altricem probe noſcunt, honeſtiſsimum patriæ ſancti Viti ſolum, non modo frugum, ſed hominum proborum feraciſsimum ſciunt. Fabii vero ſummam probitatem per biennium, & amplius, optimè callent, ingenii verò bonitatem, & Iuris vtriuſq; maximam ſcientiam iampridem in Gymnaſio, & hodie in Collegio, tanta cum admiratione experti ſunt, vt omnium ſuffragiis Doctor fuerit renunciatus. Quare, ſicut illi, quod muneris erat ſui, abſoluerunt: ita, & ego etiam, quod mei eſt officii exequar, ſurge.

IN DOCTORATV Dn. HORATII CARBONII *MACE-ratenſis Anno Dn. 1586. die vero 31. menſis Maii.*

ORATIO XVIII.

QVI res præclaras, atque magnificas quærentes, viles, meraſque nugas inuenirent; antiquo illo notabantur adagio: *Theſaurus, carbones erant.* Contra vero, qui leuia, nulliuſque momenti ſectantes, pretioſa quæque reperirent; digno efferebatur encomio: Carbones, theſaurus erant: hoc ego laudis genus P. C. iure mihi videor poſſe vendicare. Carbones enim querelam, & Theſaurum inueni. Quippe Carboniam ſtirpem cupido animo inquirens; genere, & antiquitate nobiliſſimam; erga Patriam charitate præclaram; religione inſignem; magnorumque hominum fœcundam matrem reperi. Vere igitur Carbones, theſaurus erant: *Nicolaum Carbonem* Candidati noſtri proauum quærenti; obuiam venit quadratus homo, prudentiæ muneribus ornatus; rerum agendarum ſcientia clarus; animi integritate conſpicuus adeo, vt apud inclytos Reges, magnoſque Principes plurimum gratia, & authoritate valuerit. Teſtes ſunt regiæ literæ, regioque ſigillo munitæ, vt ipſemet vidi, à Ferdinando Neapolitano Rege anno 146[illegible]. ad ampliſſimum hunc virum ſcriptæ, quibus ob egregie nauatam operam pro ipſius Regis beneficio, & Regni vtilitate; verbis non vulgaribus gratias agit, re quoq; vt teſtatur, vbi ſeſe obtuleriт occaſio, cumulatiſſime relaturus. Teſtimoniū etiā perhibet egregiū, epiſtola plūbeo diplomate ſignata Sereniſſimi Iohannis Morenighi Venetiarum Ducis, quamquā ego legi, miſſa Poteſtati Rauennæ, quæ tunc Venetæ ditionis erat, præcipiens, vt familiam *Nicolai* per Rauennatenſem agrum iter futuram, humaniſſimo exciperet, atque omni proſequeretur officiorū genere; quo cōmodius Venetias peteret vbi *Nicolaus*, pro illuſtriſſimo Roberto Sanſeuerino Aragonenſi, Venetorū exercitus cōtra Ducē Ferrarię Imperatore, Oratoris munere ſapientiſſime fungebatur: & demōſtrabat, quod iure Carbones, theſaurus erāt. *Petrū Martyrē* laureādi noſtri patrē querelā: obtulit ſeſe vir pacis, & belli artib. clarus, qui ceu nouus Vliſſes mores hominū multorū vidit, & vrbes hic ſuæ iuuētutis robur, melioreſque annos militię dedicans in Gallia, atque in Corſica, in Neapolitano regno, & in bello Florentino ſub præclariſſimis Ducibus honorifica ſtipendia meruit Illuſtriſſimæ Vrſinę Domui, præcipue vero Iordano, exercituū ductore nobiliſsimo ob ingenii dexteritatem, & in re bellica prudentiā apprime carus. Virtus eius, Henrici II. Galliarum Regis Chriſtianiſſimi literarum quas ego præ manib. habui, fuit teſtimonio cōprobata: dū illis admonet Comitē ſendę, ſuū in Prouincia vt hodie appellat Proregē, vt omni ſtudio, ope atq; auxilio preſto ſit Petro Martyri Carbonio, ad illa omnia parāda quæ ad ſecuritatē, & tutelā Inſulę vulgo, Corſicę nūcupatę viſa fuerint pertinere. Magnū ſanè eſt ex literis argumētū: ſed maiorē fidē probitatis facit donatio ab

eodem

eodem Rege in eundem Petrum Martyrem collata, quæ tam ampla fuit, vt niſi foret a principe celebrata, indiguiſſet inſinuatione, mille enim aureorum fuit in auro à Regio Quæſtore Lugduni numerato, Domum poſt longam peregrinationem reuertus, armisq; ſenio iam ætatis minime accommodatus, togam induit, atq; nobiliſſimæ ſuæ patriæ Maceratenſis partes ſibi pro tempore creditas, ſummo amore, atque incredibili prudentia gubernauit, ſicut repetiti ſæpe Magiſtratus plane declarant, & oſtendunt, quod Carbones, theſaurus erant. *Hieronymum quoq; Carbonem* petens, virum chriſtiana religione nulli ſecundum, philoſophicis literis, nec non theologica diuina ſcientia præexcellentem inueniens, cognoui, quod Carbones theſaurus erant. *Horatij* Athletæ veſtri mores inueſtigabam, candidos, ingenuosq; ita deprehendi, vt lacte in omni vita nutritũ exiſtimares, manſuetos vero, adeo vt Muſis ſacrificaſſe diceres, & crederes, quod vere Carbones, theſaurus erant. Ingenium eius exquirenti, gloriæ ardentiſsimum apparuit, non equidem illius inanis, & vanæ, ſed quæ in virtutis ſolo nunquam interituràs radices agit. Nam puer adhuc, ex Ariſtotelis præcepto, Muſicæ ſtudium coluit, Dialecticæ, ac Rhetoricæ operam nauauit, & vt vocum harmoniæ, in qua pollet, animi quoque harmoniam accommodaret, Ciuilẽ philoſophiam omnibus ingenij neruis complexus eſt, vt oſtenderet, quod vere Carbones, theſaurus erant. Carbones vos quoq; P.A. in *Horatio Carbone* quærebatis, & in doctiſſima ſuorum punctorum interpretatione, theſaurum inueniſtis: non quidem pecuniæ ab ignotis Dominis, vt Imperator ait, vetuſtiore tempore abditæ, ſed legalis ſapientiæ; quæ pretio nummario non poteſt æſtimari à notis præceptoribus traditæ, & ab illo breui tempore acquiſitæ, theſaurum inquam ſapientiæ reperiſtis, eloquentiæ gemmis refertum, memoriæ, & venuſtatis capillis cumulatum: & hodie ſub Carbone lapide pretioſo latentem in veſtro Maceratenſi fœcundo ſolo inuentum, ſecundum imperatorium ſcitum, iure totum veſtrum feciſtis, atq; in ampliſſimo Collegio veſtro, quaſi in pretioſa arca recondentes, mihi mandaſtis, vt veſtris inſignibus, atque ornamentis, velut ſigillo nobiliſſimo, ſignarem, vt nemo amplius credat, hunc theſaurum in bonis nullius eſſe, ſed Maceratenſes Patres, & Iuriſconſultos dominos habere, quiſq; intelligat, & cognoſcat, quod vere Carbones, theſaurus erant. Veſtram itaq; ſententiam pro credito mihi munere executurus, ad id, quod mei officii poſtremum eſt, hilari fronte deſcendo.

IN LICENTIATVRA VEL LAVREA DVORVM GERmanorum Iohannis Georgii & Iohannis Iacobi Macerata. die 5. Octobr. 1588.

ORATIO XIX.

SOCRATEM Græcorum ſapientiſſimum dicere ſolitum accepimus: nullam eſſe poſſeſſionem pretioſiorem, bono, veroq; amico: neq; aliunde plus fructus, & voluptatis accipi. Quod ſentiens ſtrenuus æquè, ac prudens Dux Thebanorum Epaminondas, aiebat, ſibi maxime ſemper curæ fuiſſe, ne prius diſcederet é foro, quam nouum aliquem amicum veteribus adiungeret. Et Darius Rex Perſarum, cum aperto grandi malo punico interrogatus eſſet a quodam, cuius nam rei tantum numerum habere cuperet, quantum illic eſſet granorum, reſpondit, Zopyrorum. Is erat vir bonus, & Dario fidus amicus: Intelligebat enim cordatus homo in amicitia eſſe omnia, quæ putant homines expetenda; gloriam, tranquillitatem animi, atque iucunditatem, vt vere dixerit, quiſquis ille fuerit, Non aqua, non igne, non aere pluribus locis nos vti, quam amicitia. Ea vero eſt, quæ morum ſimilitudine bonorum inchoatur primum, mox virtutis robore confirmatur. Virtus quippe eſt, quæ conciliat, velut anima corpus, & veras amicitias conſeruat. Hæc, vt Lælium, & Scipionem, cæterosq; antiquos proceres ſplendore amicitiæ claros, prætermittamus, Fulgoſium, & Cumanum duo Iuris noſtri lumina, illuſtres reddidit, non minus, quam legalis ſcientia, in qua mirifice excelluerunt.

Hæc eadem ſtudiorum ſimilitudine, & morum pari candore, inter nobiliſſimos noſtros candidatos nota amicitia, tam arctè illos coniunxit, vt ſicut *Ioannis* nomen commune, ſic quoque animum habent & voluntatem. Commune fuit illis é Germania in Italiam iter, cõmunes fuerunt in ſtudiis labores, communes in Italicis

Gymnaſiis præceptores, & tandem commune ad licentiaturæ vel laureæ gradum nobile votum. Sed quanam præcipue in Academia ſuſciperent illum, dum vehementer dubitant, & hinc Patauii ſplendor, hinc Bononiæ antiquitas, & amplitudo, hinc Peruſii dignitas, hinc Senarum claritas, hinc Papiæ nobilitas, certatim quiſq; ad ſeſe rapit, ne dum inuitat, vicerunt tandem nutantem *Iohannis Georgii* animum, beneficia non vulgaria à veſtro ampliſsimo Collegio P. A. in duos eius clariſsimos fratres Antonium, & Georgium magnificè collata. Quando illi, iam decem elapſis annis, doctoratus gradum per munificas æque, atque illuſtres manus veſtras acceperunt. hæc monuerunt, imò impulerunt, tanta eſt vis liberalitatis, ac munificentiæ, vt poſthabitis aliarum Ciuitatum quamuis ſplendidiſsimis Gymnaſiis, Maceratenſe Collegium ampliſsimum, adeundum putauerit, & quod putauit ipſe *Ioanni Iacobo* quoque viſum eſt: cum duorum ſit vna voluntas, animus vnus. Sperauerunt enim eandem in vobis humanitatem, benignitatemq; ſeſe agnituros, quam Georgii fratres olim experti ſunt. nec non eoſdem honores adepturos confidunt, ad quos ſumma merita illos prouexerant. alter ex eis namq; à ſecretis eſt ſereniſsimo Imperatori Rodolpho, alter à ſecretis Archiduci Ferdinando. Veſtrę humanitatis opinio, ſapientiſsimi Patres, minime illos fefellit, quando omnium conſenſu, concordi voto, & nemine penitus diſcrepante, laurea donatos conſtituiſtis, atque creaſtis. Nec fallet, auguror, de tantis honoribus bene conceptum omen, ſi veſtrâ fortuna Dux (fortiſsimi Athletæ) veſtram virtutem comitem noluerit ſuſcipere. Excluſi, velut communiter dicitur licentiati eſtis à ſcolis, ſed foro, vel cathedræ, quò vos magis fata trahent, nunc primum addicti. licentia hæc, vos vulgari hominum cætu ſegregat, & in albo doctorum virorum, veſtrum nomen inſcribit. Hæc non eſt illa licentia, de qua poeta cecinit: ſuadet licentia luxum; ſed quæ laborem imperat, & vigilias. Hæc non illa licentia eſt, de qua Comicus ait: Omnes Deteriores ſumus licentia, ſed qua meliores euadimus omnes: nec illa quidem eſt licentia, quæ malitiæ, ſed quæ virtutis nomen habet. Hanc ſi conſequerentur homines, nulla eſſet inter eos licentia. voluptates enim docet coercere, domitasq; habere libidines. Licentiam vos ab ampliſsimis Patribus, ad honorem, & gloriam habuiſtis. Licentiam mihi quoq; ad leuamen pudoris præſtate, vt ſcilicet meæ potius imbecillitatis, quam veſtræ virtutis rationem habens, quæ de patriæ, de familiæ veſtræ ſplendore, ac nobilitate, quæq; de veſtris meritis dici poſſent, honeſto magis ſilentii velo contegam, quam inculto ſermone prædicem. Surgite igitur.

DE LAVDIBVS HIERONYMI BOVII BONONIENSIS, *EPIſcopi Camertini, & Picani Gubernatoris, Oratio, habita in Maceratenſi Gymnaſio, quando ille prima vice excellentiſsimi Domini Celſi Bargalii Auditorium inuiſit.*

ORATIO XX.

QVI rectè inſtituendæ vitæ percupidi, virtutem, quæ generoſi huius vori compotes ſola poteſt efficere, totis animi viribus amplecti deſiderant, non modo ex ciuilibus inſtitutis, vel ex diſciplinis ipſis, & ſapientum præceptis accipere ſolent documenta, quibus mentem informent, moresq; componant; ſed, quod eſt mirabile dictu, à brutis, quoq; laudabilem viuendi rationem ſæpius addiſcunt: dum ad eorum ingenium non piget ipſos ingenium proprium accōmodare. Etenim prudentiam, quæ non præſentia tantum, verum etiam præterita meditatur, & futura tamquam è ſpecula proſpicit à ſerpente accipere licet: quem antiquus Hebræorum legiſlator animalium prudentiſsimum dixit, quemq; noſtræ ſalutis Author imitandum nobis propoſuit: oportere nos prudentes eſſe, ſicut ſerpentes, admonens. Magnitudinis animi etiam quæ homines ſuæ dignitatis memores, efficit erectos ad ſydera tollere vultus, viuum exemplum in Leone conſpicitur. Vigilantiam præterea, ſine qua in homine torpeſcunt omnia, & cuius comitatu ad optatos exitus cuncta prouehit, Gallus alitum vigilantiſsimus, docere potis eſt. Sed ne in ſingulis morer. aut omnia ſimul recenſeam animalia, quę ad mores formandos, atq; ad ingenium excolendum vſui, & adiumento maximo nobis eſſe poſſunt, vnū ſat eſt, Bouem intueri. Eius vnius naturā, & dotes ſufficit his cōtēplari, qui non ſolū priuatā, eamq; honeſtā, & cū virtute

tute coniunctum vitam traducere cupiunt, verum etiam, qui aliis præeſſe, populos regere, ac gubernacula rerum magna cum laude tenere geſtiunt, & exoptant. Nam cum *laboris Symbolum* meritò *Bos* habeatur, quod onerofiſimum animal ſit, fructūq; ex laboribus perceptum, ſapientum virorum ſententia ſignificet, admonere inprimis videtur omnes: in via virtutis, ſine labore viam nullā inueniri, atq; otioſis prorſus eſſe inuiam, ad dulces, ſolidosq; ſapientiæ fructus colligendos. Et vt ab aliarum exordiar Regina virtutum Iuſtitia, qua ſola Populorum Moderatori licet vniuerſos in officio continere, eius ſimulachra tam ampla in Boue conſpiciuntur, vt diuinæ literæ (ſicut doctus teſtatur Heſychius) per Boues, eos intelligunt, qui iuſtitiæ iugum trahentes iuris, & æquitatis ſint operationibus intenti. Temperantia quoq;, per quā maxime diſtamus à belluis, generoſa hæc bellua ſatis eſt ad omnes docendos, qui ab ea, non recuſent exemplum accipere. Quippe; licet calidiſſimum animal, & in riuales pugnaciſſimū eſſe conſtet, attamē à primo fœminæ cōceptu, quaſi ſpōtè diuortio facto, ſecubans, trium plerumq; menſium ſpatio non apparet. Ideoq; veteres illi Ægyptiorum ſacerdotes, cum temperantia præditū hominem ab humanarum quidē rerum affectu non alienum, cæterum continentiæ cupidum ſignificare vellent. Bouem naturæ admodum validæ, atq; robuſtæ faciebant. eademq; ratione antiquiſſimis Hebræorum ſacris offerre vitulum, erat impotentiam carnis peruiciſſe: Quid de modeſtia dixerim? quam tantam in hoc animali eſſe perhibent, vt traditum ſit, mulieres Alienſes, cum Baccho, quem colebant, preces funderent, orare ſolitas, vt Taurino pede ad ſeſe venirer: modeſtiam, verecundiam q; à diuino Numine poſcentes: quomodo nihil decet fœminam magis, quam pudor. Non eſt, Auditores, prætereunda manſuetudo; virtus maxime homini conueniens, qua Bouem ornatū eſſe, nō tantum *Lucretius Philoſophus, & Poeta nobilis* carminibus tradidit, cæterum, & ſacris literis comprobatum eſt, quæ *Lucā euangeliſtā* Bouis figura demonſtrant, quod præcipue manſuetudinē, quā prę ſe Deus tulit homo factus, teſtimonio ſuo, literarū monumentis illuſtratam, poſteritati commendauit. Non omitto pietatē, non bonorum obſequium, & obedientiam, quā in Boue conſpicuam eſſe antiqui prudentes affirmant, nam quantumuis ferocientē, & indomitum, ſi dextero alligaueris genu, manſuetū, & vincula conſequentem inuenies. quin etiam petulantiæ frenū iniectum, ac rebellanti ſenſui iugum rationis impoſitum, hoc animal caprifico caput redimitum, plane oſtendit: Caprifico enim ea vis eſt, vt ferocientium Taurorum naturam comeſcens, immobiles propemodū eos reddat. Promptiſsimus eſt Boui auditus, Ceruumq;, cuius eſt audiendi ſenſus acerrimus, lōge ſuperat. Is etenim acutiſsimè audit, ſurrectas aures protendit, quas vbi dimiſerit, laborat ſurditate, proinde facile capitur, ſicut *author eſt Ariſtoteles*, quod inſidias non ſentiat venatorum: in Boue aūt aures ad audiendum promptæ ſemper. Frugum quoq; opulentiam, atq; annonæ fertilitatem boues indicant, ac in Veſpaſiani Imperatoris nūmo iugati Tauri, rei frumentariæ commoda declarant. Tonitrū etiam (quis crederet?) ſignificabat Bos mugiens priſcis illis Ægyptiorum ſapientibus. Lætitiæ, quoque ſignum Bouem eſſe, vetuſto Hebræorum teſtemonio cōpertum eſt: apud quos currentem Taurum per ſomnum excogitare, futuri gaudii argumentum erat. Cum itaque, Auditores nobiliſsimi tot, tantisque præclaris dotibus natura Bouem exornauerit, mirandum non eſt, antiquos illos proceres tantum honoris Boui tribuiſſe, vt Italiam ipſam ab Italis bobus appellatam prædicarent: & ſapientiſsimè dixiſſe Varronem iudicarent, Boues ſcilicet cæteris pecudibus honore præſtare, eademque ratione mirum eſſe non debet eccleſiarum principes & cæleſtis aulæ milites, Apoſtolos ſanctos, per Boues eſſe ſignificatos. quod ſuſcepto Chriſti iugo, vniuerſum terrarum orbem Euangelico vomere exarauerunt. Prudenter etiam feciſſe Romanos illos fatendum eſt, qui familiæ ſuæ pro nobilitatis argumento, Bubulci nomen impoſuere. Quos Bononienſium nobilis. qui, & ipſi dignitate, & virtute penè Romani hodie euaſerunt, ſapienter videntur imitati. Quando genti ſuæ Bouiorum denominationem inſcripſerunt, & aurei Bouis ſtemmata accipientes, Bouios ab ea prognatos, nuncuparunt. Qui morum probitate, ingenuis diſciplinis, pacis, & belli artibus alios inclytæ patriæ ciues tantum ſuperare contenderunt, quantum Boues; corporis magnitudine, cæteras minores gregis pecudes ſupereminent omnes.

Cuius ſane rei, ſi nullum nobis aliud teſtimonium ſuppeteret, grauiſsimus eſſe teſtis poſſet vnus hic Illuſtriſsimus & Reuerendiſsimus *Hieronymus*

Bouius, hic vnus, vt illuſtrem patrem Thomam, & alios eiuſdem Gentis Heroas præter mittam; ad vngulares, quos modo retuli, Bouis dotes comprobandas, ſatis ſuperque eſt. Is enim Bouis temperantiam in voluptatibus; modeſtiam in ſermonibus; iuſtitiam in iudiciis; bonorum obſequium in negotiis; pietatem ad ignoſcendum, manſuetudinem in familiari ſermone pre ſe ferens, ſummi Paſtoris Gregorii in ſe beneuolentiam excitauit, atq; amorem incendit adeo, vt Camertinenſem agrum, nullis Naturæ muneribus egentem, ſub obedientiæ iugo, ſpirituali vomere commiſerit arandum, mox Picenum Campum ampliſſimum, nobilitatis floribus amœnum, virtutum arboribus ornatum, diuitiarumq; fructibus vberem, temporali aratro Iuſtitiæ mandauerit excolendum. Quod vbi primum percrebuit, famaq; ad Picenorum peruenit aures, quo, bone Deus, ſunt gaudio perfuſi, qua lætitia miſſum de præſtantiſsimo Romano grege Bouem præclariſsimum exceperunt? frugum opulentiam, & annonæ vbertatem (ſicut non fefellit euentus) expectantes. Quæ etenim nobiliſſimæ huius prouinciæ pars eſt, quæ non ſolum fruges ſibi, ſuiſq; ciuibus alendis ſufficientes colligat, ſed larga manu, quaſi copiæ cornu, vicinis populis non effundat? vbi nam gētium Iuſtitia firmius radices egit, quàm Bouio cultore in Piceno ſolo? Vbi nam promptius illa Domina virtutum duplici illa ſuo, vt *Plato* dicebat, munere fungitur, ſpeculandi ſcilicet, nè delicta perpetrentur, ac vindicandi quæcunq; conſtiterit eſſe commiſſa. Teſtes eſtis latrones, vos teſtimonium perhibetis Sicarii, qui feritate, crudelitateq; aliis hominibus Lupi exiſtentes, Bouis huius acerrimi mugitum, quaſi tonitrum perhorreſcentes; illuſtrem prouinciam, quam diu vexaſtis, ac miris modis afflixiſtis, pacatam iam ad vnum, omnes relinquitis. nec ſanè mirum, cum Bos maneat inter Lilia, quorum conſtat eſſe naturam, vt ſerpentium morſibus, atq; Scorpionum medeatur. In quo nam Præſide manſuetudinem, atq; modeſtiam, dum nihil ſibi audacius arrogat, dum nihil ſibi impudentius ſumit, dum humaniſsimè ad ſe venientes complectitur, maiorē, prudentiſsimi Maceratæ Ciues conſpexere? Quando faſtidiuit inopem? quando deriſit debilem? quando vexauit humilem? In quonam pietatem magis eluceſcere pauperes, viduæ, pupilli, carceribus incluſi; quam in ampliſsimo præfecto Bouio cognouerunt? qui acutiſsimi eſt auditus (procul enim audit, atq; ad audiendum ſemper paratas habet aures) nō eum fallant longinqui, quin eorum inſidias, & ſcelera præſentiat. Non ſunt moleſti præſentes: quando Picentibus, exterisq; omnibus eſt notum, alios loquendo potius, quàm hunc audiendo deficere, eumq; a negotiis deſeri ſæpius, quàm ipſe negotia deſerat. Hic ferocientem iuuenilibus annis ætatem, iuuentutemq; ſuam nobilitate, honoribusq; exultantem ſancto Dei timore, ac Paſtoris ſummi reuerentia, quaſi Caprifico caput redimi, ita domat, ita compeſcit, vt immobilis propemodum cupiditatibus, ceterisq; Mundi illecebris factus, ſenſuum genu vinculo rationis colligato, ſponte in bonorum obſequium trahatur. Vos, vos igitur, quotquot hic adeſtis bonarum artium Candidati, vt virtutem, ad quam tantopere aſpiratis, comparare paruo negotio pōſsitis, nihil eſt, quod ciuilis vitæ inſtituta addiſcere, nihil; quod veterum Philoſophorum præcepta tenere, nihil, quod Serpentis, Leonis, aliorumq; animalium ſcrutari naturam laboretis. Nam ad hunc vnum Bouium reſpicere, hunc vnum imitari ſat eſt, veſtrumq; ingenium ad illius ingenium componere. etenim nihil vniuerſa Philoſophorum Bibliotheca, quod ad decus, ad honeſtatem; ad gloriam pertineat ſcriptum legeritis, quod in Bouio, velut in clariſsimo ſpeculo, expreſſum cernere oculis, vobis non liceat. Hinc ſumatis exempla virtutum, vbi tamquam in exemplari, magiſteria ſunt inſculpta probitatis. Bouium hunc aureum inſectemini, aurei Bouis aurea calcate veſtigia, vt à legitimo tramite nunquam aberretis. Aureus enim Bos eſt, ſiue mores, ſiue ſtemmata ſpectetis, & meritò; nam ſicut aurum, nec terra, nec aqua, nec aere, nec ignè corrumpitur: ita Bouius non pecunia, non voluptate, non ambitione, non concupiſcentia, quaſi igne deſtruitur. ſed magis, ac magis probatur. Nec profectò mirum, paſcitur nanq; Bos iſte inter Lilia, quæ candorem animi, integritatemq; mentis demonſtrant. Bouium iterum dico, tanquam viuum exemplar diſciplinarum, Candidati, vobis proponite. nam, & vos per imitationem moribus, literis, probitate, atq; religione aurei viri effecti, præclaro nomine, illuſtriq; fama, ceu Liliorum odore fragrantes, tantò aliis hominibus præſtabitis, quantò cæteris metallis præſtat aurum. Dixi.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERVM, VERBORVM, SENTENTIARVM AC QVÆSTIONUM hoc in tractatu vtiliſſimo De Dolo, Dn. Celſi Bargalii IC. Senenſ. memorabilium locupletiſſimus.

In quo prior numerus marginem Summarii, poſterior verò folium denotat.

A

ACCIDENTIA *curantur, ſiue ſint in toto, ſiue in maiore parte* 28 636.

Accuſare qui poſſunt de fideicommiſſo in fraudem legis 19. *accuſare ſeu deferre ſeipſum quilibet poteſt* 20. 413

Accuſator quando preuaricationem committit. 10. 698. *pœna aduerſus eum triplex* 14. 699

Acquiſita in ludo illicito, dūmodo dol⁹ adhibitus nō ſit, in animæ iudicio non ſunt reſtituenda 80. 44

Acquiſita facilius conſeruantur, quam quærenda 44. 606

Actio ex dolo proficiſcens, dicitur venire ex delicto 26. 71

Actio doli dicitur ex delicto oriri 3. 784

Actio rerum amotarum, admittit compenſationem 64. 744.

Actio Pauliana eſt pretoria, eſtq́; vtilis & directa 7. 617. *Eſt perſonalis in rem ſcripta* 8. *ibid. eſt ſimplex reſtitutoria, non pœnæ proſecutoria* 9. *ibid.*

Actio Pauliana non eſt natiua vel datiua 65. 624. 69. 625. *actiones datiuæ a natiuis quid differunt* 66. 624. *an in iure dentur* 67. *ibid. Paulina eſt natiua* 69. 625

pœnales Actiones ex maleficiis in heredes non competunt 7. 559

Actio Paulina contra quem datur 11. 618

Actiones in factum nō irrogant infamiam & quando 26. 619

Actio in factum an perpetuo competit. & cui 7. 728.

Actiones in factum ſunt quatuor, & declarantur 88. 623.

Actio in factum contra quos inuenta 5. 774

Actio doli ex doloſo conſilio competit 759. *Ratio regulæ multiplex* 2. *ibid.*

Actio doli tollitur biennio 727

Actio doli an competat, expiata prima actione 134. 469.

Actio vtilis Fabiana præſtatur pro reuocatione fraudulenti relicti, de iure Digeſtorum 93. 613

Actio directa multifariam dicitur 35. 590. *contraria quæ* 36. *ibid.*

Actio doli alia directa, alia vtilis 17. 440. *actio doli in factum ſubſidiaria quæ* 18. 440. *quid a directa actione differat* 19. 440. *actio doli alia perpetua, temporalis, perſecutoria rei, alia perſonalis* 20. 441

Actio doli non datur pro re minoris valoris, quam duorum aureorum 10. 386

Actiones arbitrariæ non ſunt bonæ fidei, ſed omnes ſtricti iuris 50. 446. *arbitraria actio vnde dicatur* 51. 446. *eius definitio quæ* 53. 446

Actio arbitraria alia in rem, alia in perſonam 67. 449

Actio doli adeo temporalis eſt, vt nec per litis conteſtationem fiat perpetua 10. 728

Actio de dolo pro tribus contractibus innominatis non datur 13. 313. *In contractu autem facio, vt facias, actio de dolo cōpetit.* 14. *ibid. Ratio diſcriminis quæ ibid. opinio Alciati quæ* 16. 314. *Sententia Fulgoſii quæ* 17. 314. *Ratio Connani quæ* 18. 314

Actio doli quando definitur 11. & 12. 440

Actiones cur dicantur ſtrictiores actione doli 15. 724. *actio doli & actio iniuriarum non concurrunt in exercitio, ſed in origine* 16. *ibid. Limitatio* 17. *ibid.*

Actio doli non competit, duplici de cauſa 35. 526

Actio doli ceſſat, ſi contractus doli initus, ſit ipſo iure nullus 80. 453. *quibus conceditur* 85. 454. *contra quos datur* 86. *ibid. Aduerſus quos non conceditur* 87. 455

Actio doli datur fratri contra fratrem, nec verbis temperanda eſt 92. 457

Actio redhibitoria ratione doli datur donatis in rebus 55. 5'3

Actio vtilis legis Aquiliæ & actio in factum quando præſtantur 44. 672

in actione doli concedenda, quando temporis ratio habenda eſt 104. 458. *quando rei* 105. & *quando perſonæ* 106. 459

Actio noxalis interdum ex dolo producitur 21. 441. & *ſeqq.*

Actio in factum ne infamet, quomodo verbis temperetur 89. 456

Actio doli cum crimine ſtellionatus in pluribus conuenit 126. 465. *in pluribus etiam diſcrepat* 127. 466. *cum actione metus in quibus conuenit* 128. 466. & *in quibus diſſentit* 129. 467

Actio doli quando competit 723. *actio doli famoſa eſt ſubſidiaria* 3. 724

Actio ex dolo bonæ fidei non eſt 49 445

Actio arbitraria, vt dici poſſit, tria requiruntur 56. 446

Actio de dolo quando ex contractu, do vt facias, naſcatur, & quomodo 119. 46[illegible]. *actio doli quando, non datur ex cōtractu facio vt des* 121. 464

Actio doli ſubſidiaria non videtur 78. 452. *Caſus* 12. *recenſentur* *ibid.*

Actiones quædam ſunt actione doli generaliores 82. *aliæ ſtrictiores* 83. 453. *aliæ æquales* 84. 454

Actio doli contra quos datur 6. & *ſeqq.* 719

Actio doli irrogat infamiam condemnato 728. *ponitur inter actiones famoſas* 1. 729

Actio doli & metus an ſint propriæ ſpecies reſtitutionum 130. 467

Actio doli videtur eſſe iuris ciuilis 35. 442. *con-*

concluditur tum eſſe prætoriam 36. 442. ex delicto procedit 38. 443. hæc mixta eſt, fauorabilis, & odioſa, 39. 443. infamiam irrogat 41. 443. ampliatio 42. 443. Sublimitatio qua 44. 444. actio ex dolo: quod ſit mere perſonalis, arguitur 46. 444. actiones perſonales inter ſcripta qua, & cur ita dicuntur 45. 444
Actioni ex dolo an ſpacio 30. annorum præſcribatur 170. 459
actiones in factum quæ dicuntur 4. 617
actor vel Reus differentes iura ſua proponere, an dolum committant 34. 354
actor negans propriam ſcripturam de recepto factam reo punitur in duplum 83. 678. quid ſi actor negationem reuocauit 84. 679
actori quando onus probandi incumbit 16. 750
actori licet contraria remedia proponere 11. 347. eius contrarietas in proponendo, excuſatur deciſione aliqua 10. 347
actoris probatio ſicut debet de neceſſitate concludere, ita & rei 9. 753
actor, reus, aduocatus, procurator, notarius, argentarius, & paſtor quando præſumuntur in dolo ratione officii 23. 91. & ſeq.
Actus nullus effectum nullum producit 25. 25
actus nullus improbari poteſt, etiamſi turpitudo improbantis detegatur 64. 75. actus doloſus & ſimulatus æquiparantur 65. 76
actus agentium non operatur vltra intentionem eorum 28. 26
Adminiſtratoris dolus præiudicat domino in acquirendo 13. 773. ampliatio 14. & ſeq. ibid. declaratio ampliationum 17. ibid.
Aduocatus & procurator quando dicitur præuaricari 9. 698. Pœna aduerſus hos triplex 13. 698
Aduocatus vtrum in lite iuſta poſſit ad obtinendam victoriam vti dolo, vel fraude pro negatiua 1. 33. aduocatus quis ſit, & an à patrono differat 2. 33. Iuramentum aduocati in principio cauſæ quod 4. 34. Communis opinio, quod aduocatus in bona lite poſſit vti fraudibus & cauillationibus 7. 34 argumenta communis ſententiæ, quæ refellitur 8. 34. & num 14. & 20. fol. 35. Solutio argumentorum contrariæ partis 10. 35
aduocato ob præuaricationem condemnato numquid ſententiam contra corrumpentem probat 45. 357. aduocatus quibus modis præuaricari dicitur 46. 358. aduocatus de quota litis paciſcens, quomodo puniatur 47. 358
Ædes ſuas altius tollere licet, etiam ſi vicini luminib. officiatur 5. 782. hoc pluribus modis limitatur 6. ibid. (61
Ægyptii ſunt admirabiles in nectendis machinis 25.
Æquiparatio inter legitimã filiorum & parentum qua 16. 650
Æquitas mater exceptionis etiã ſi exceptio ſit odioſa 65. 184.
Æquitas eſt ſplendor prudentiæ, & abſolutio iuſtitiæ 5. 776
Ætas noſtra bonos principes ſortita eſt 89. 168
Ætatis excuſatio digna non eſt inuocando legis auxilium propter commiſſum contra legem 84. 78
Æthiopis occurſus imperatori Septimio mortem prænunciauit 28. 49
Affinitas ſpiritualis maior carnali 14. 500
Affirmatoris dolus an principali noceat 23. 217
Agens contra legẽ an in dolo præſumpto vel in culpa eſſe creditur 127. 113
Agens de vi publica. & probans de priuata ſuccumbit 85. 541. agens de dolo, & probans de lata culpa, non ſuccumbit 86. 541. diſtinctio quæ 87.
Alcibiadis dictum de dolo quodnam 42. 29
Alexander Tertius Pontifex Romanus epiſcopo Simoniaco non ſeruauit promiſſum 46. 29
Alexander Tertius ſummus Pontifex dolo bono mediante ſimoniacum Epiſcopum detegit 16. 14
Alienans in fraudem, vel duob. eandem rem vendens, an dicitur ſuo iure vti 9. 782
Alienatio quando in fraudem facta dicitur 6. 788. inter viuos quando in fraudem patroni facta videtur 9. ibid. in vltima voluntate quãdo facta dicitur 10. 789. quando in fraudem fiſci 11. ibid. idem iuris in alienatione a filio facta in fraudem patris 12. ibid.
Alimentorum ius eſt de iure naturæ 42. 510. nec pacto tolli poteſt 48. 511
Aliud eſt impediri, ne quid fiat, aliud non fieri illud 31. 544
Allegans ſuam fraudem & dolum quando auditur 11. & ſeq. 787. quando non repellitur 13. ibid. quando non remouetur 14. ibid. quando non expellitur 15. 787
Allegans dolum incumbit onus probandi 8. 64
Alternatiua legis propoſita circa idem factum reſoluitur in coniunctam 63. 163
Amor, deſiderium, ira odium, triſtitia, ſpes in vtramq; partem ſumuntur ſcilicet bonam & malam, & eius exempla ponuntur 21. 55
Angeli quandoq; bonum dolum commiſerunt 10. 14
Animi infirmitas malos mores non excuſat 84. 78
Animus alterius directo probari nequit 42. 534
Animus & intentio diſtinguunt facta 3. 788
Annulus vtilis quando incipit currere 3. 728
Annus vtilis & tempus vtile, quomodo in iure accipiantur 11. 460
Antiſtius pater inter auditores Seruii Sulpitii ponitur, aliaq; multa de illo 6. 58. Antiſtius filius Tuberonis & Offilii diſcipulus, oblatum ab Auguſto conſulatum reſpuit, totum annum ita ſtudiis diuiſerat, vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, & ſex menſibus ſecederet, quo conſcribendis libris operam daret fuit author illius ſectæ IC. quos Caſſianos vocabant 7. 59
Apoſynagogi apud Hebræos qui ſunt 27. 36
Appellans temere qua pœna afficitur iure ciuili 157. 385. appellans temere quam pœnam patiatur iure Canonico 159. 386. appellans iuſte, ſed temere proſequens perinde punitur, ac ſi ab initio temere appellaſſet 161. 387
Appellatio quid 155. 385
Appellatio ratione doli conceditur vbi alias denegaretur 1. 518
Appellationem intra annum non proſequens, an in dolo eſſe videtur 17. 349 (654
Appellatione facti continetur etiã non factum 22.
Arbiter & iudex in quibus differunt 13. 393
Arbiter doloſe iudicans, litem facit ſuam, æque ac iudex 12. 393 in multis quoque conueniunt arbiter & iudex 14. 393.
Arbitraria actionis nomen, non eſt proprium, ex communi ſententia. 68. 449. Contrarium ſentit Corraſius. 69. 450. opinio auctoris in hac difficultate. 70. 450. actio doli perpetuo arbitraria non eſt. 71. 450.
Arbitrorum duæ ſunt ſpecies, quarum altera ſubdiuiditur. 1 389. Arbitrorum iuris exempla proponuntur 2. 390.
Arbitratorio laudũ an doloſum præſumitur. 20. 393.
Arbitrium iudicis in quo conſiſtat circa huiuſmodi actionem 67. 446.

Arbitrium iudicis ab æquitate regulatur 54. 447

Arbitrium in iudicando aliquando datur liberum, aliquando regulatum 27. 578. libero arbitrio concesso dolus permiſſus non creditur 28. 579

Argumentum de tempore ad tempus valet 10.133

argumentum a contractibus ad delicta validum eſt 82.78

argumentum de matrimonio ſpirituali ad carnale valet 7.47. (validum 19.35

argumentum ab enumeratione partium in iure eſt

argumentum de contractibus ad delictum non valet, quando contrariũ deciſum expreſſe reperitur 90.80.

argumentum de contractibus ad delicta valet 3.311

argum de matrimonio ad teſtamentũ valet 34.322

Arii Pinelli opinio circa grauem & grauiſſimam læſionem quæ 8.153

Ariſtoguon claudicat 36.657

Ars bene diffiniendi eſt difficilis 19.6

Artifex omittens aliquid circa, miniſterium ſuum, dicitur negligens & in dolo 99. 7.88 (95.369

Aſſerens dolum commiſſum, dolus probandus eſt

Aſſeſſor quatenus ex ſuo conſilio obligetur 25.761

Aſſeſſoris dolus an magiſtratui noceat, cui aſſidet

Auibus bonis & malis 9.8. (24.218

Authent. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. procedit etiam in diſtractu 48.181

Autor duplex, vniuerſalis & ſingularis 2. 226. autoris nomen varie in iure vſurpatur, & quomodo in hac diuiſione capitur 1. 225. & ſeq.

Autoris dolus an in vſucapionib. heredi noceat 25. 251. capita articuli diſtinguuntur 26.251

Autor quo ordine materiam doli præſumpti explicat 1.88

Autor cur nam incipit à dolo bono 1.10. Quo ordine procedit in materia doli boni 3. 10. Quinam de dolo bono loquuntur 2.10

Auctoris ſingularis dol9 deſcribit̃ 1.240. an hic noceat vſucapioni vel præſcriptionib. 4. 241. an hic noceat ſucceſſori in actione publiciana 24. 243. an in rei venditione noceat 16. 245. & an in actione hypothecaria 20.245

Autores latina lingua non vſurpant ſolũ nomẽ doli, ſed cum adiuncto mali 10.54. Opinio autoris in hoc articulo eſt, vt dol9 ſua vi non referatur magis ad bonum quam ad malum, ſed vtrumq; contineat. ſicut teſtamentum, non magis ad nuncupationem quam ad teſtamentum in ſcriptis: & peculium non magis ad Caſtrenſe, quam ad quaſi caſtrenſe, &c. 11.54.

B

Banni compenſatio inter bannitos an admittatur. 58.743.

Bannitus non perdit iura de iure gentium, nec iura ciuitatis Romanæ 40.38.

Banniti ex Sententia Alciati quinã ſint. 25.36 Bannitus æquiparatur excommunicato, & quare. 26.36.

Bannitorum ſpecies duæ ſunt, & quænam. 29.36. Quæſtio de bannito, qui impune offendi poteſt, duo capita habet & quæ 30.37.

Banniti ſunt hoſtes ciuitatis, & poſſunt impune offendi 1.23.

Bannitus non eſt ciuis, & qui illum occidit, dicitur facere tanquam miniſter legis 35.37. Bannitus eſt inimicus ſuis ciuibus factus 36.37. bannitus perdit omnia iura ſuæ ciuitatis ſcilicet quæ in eius fauorem faciunt, quæ in eius perniciem tendunt. 39.38.

Bartoli doctrina in l. penult. C. de ſpectacul. lib. 12 declarata quæ 70.42.

Baſiliſcus ſymbolum eſt calumniæ. 2. 691. Bellum iuſtum quodnam eſt, nempe ſi autoritas principis & iuſta cauſa fuit, indicendi bellum. 21.20.

Bene meritus quis cenſetur, eo quod probatur demeritus 66.538.

Biennium in præſcriptione doli currit tam abſenti quam ignoranti 5.728.

Bona fides in vſucapionibus quæ 10. 702. eſtq; duplex 14.15. nonnunquam capitur pro æquo & bono. 5.273.

Bono maiori maius opponitur malum. 30.192.

Bonum ſua natura expetibile 11.528.

Brauium quid 54.40. Vtrum in curſu ad brauium licitum ſit fraude quaſi dolo bono vti 53. 39. & num. 63. & 67.41. præmiis variis afficiebantur, qui in curſu vel in ſtadio vinciebant 55.40. à quo primum ſit inſtitutum, & eius origo ad Herculem referenda videtur 61.40. duplex ſpirituale & temporale 63.41. Temporale rurſus duplex, 64.41. Leges multa loquuntur de vtroque brauio 65.41. Cum plures in certamine curſus ad brauium tenderent, alter porrecta manu ſupra caput alterius equi, frenum ab eius manu deduxit, atq; ita citius ad metam peruenit, an huius doli tanquam boni ſit, præmium ferre debeat 66.41. Fauent doloſo ſex rationes cum numeris ſequentibus & legis authoritas 67.41. Pugnant contra eum plures rationes 68.42 An ſi certatur inter aliquot virtutis gratia, & ſponſio inter eos facta ſit, an poſſit ab vno ex certantibus interponi impedimentum 69.42. Multum intereſt, quando ludentibus datum eſt impedimentum, an is qui dedit, ſit extra ludum, an de ludentibus? 71.42.

Brocardica regula quæ eſt 162.388.

C

Cagnolus non recte Labeonẽ tuetur. & de ſignificatione verborum in definitione doli mali 24.61.

Calumnia actoris in litigando, etiamſi nota ſit aduerſario, tranſactionem ipſo iure infringit 64.302. quando a procuratore emanauit 65. ibid. quando probatur 36 præſumpta quomodo doceatur 37 quibus modis excuſatur 38.695.

Calumniæ pœna arbitraria 28.694.

Calumnia doli ſpecies eſt, & proxima mendacio 1. 691. calumnia quid, & vnde dicta 3. ibid. malitia iuris interpretatio 7.692. odioſa legibus 8. ibid. amicitiæ inimica 9. ibid. duplex eſt 17. ibid. in cauſa ciuili quæ calumnia 18. ibid. Iuramentũ de calũnia & de malitia an differunt 19.692.

Calumniatores qui ſunt 6.692. 21. & 22.693.

Calumniatoris pœna extra iudicium quæ 33.694.

Calumniatores grauantur extra iudicium infamia facti. 35.694.

Canones vitioſum ingreſſum abhorrent. 23.524.

Canon quid eſt 7.662.

Canones an procedãt in dolo vero & præſumpto. 129. 114. communis opinio negatiua 130. 115. Alciatus diſtinctio hic reprobatur 131.115.

Canonicus infirmitate oppreſſus, permutans præbendam pinguem cum tenui, an de dolo teneatur. ſi aliud primum beneficium, in tali eccleſia vacaturum antea, impetraſſet, 111. 290. arguitur pro affirmatiua ibid. pro negatiua, 112, & ſeq, 290

Cap quamuis de pact. 6. in 6. in dolo reipſa procedat 15.154. Vtilitas quæſtionis 16. ibid iuramentum c. quamuis. videtur eſſe confirmatorium. 18.155. diſpoſitio cap: quamuis procedit ſecundum com-

munem opinionem in dolo reipſa 20 ibid.

In Cap quamuis de pact in 6. agitur de renunciatione iuris quaſiti 28 156. non eſt locus d. c. quamuis in donatione ſed in cauſa onerosa 32. 156. conſtitutio d. c quamuis, valet in foro ſeculari 35. 157.

Capitis diminutio voluntaria & neceſſaria aequiparantur. 56. 325.

Carceratus inique, poteſt licite aliqua excogitata fraude fugere 51. 39.

Caroli Quinti imperatoris dolus bonus pro iuſtitia qui, 14. 11. Pro religione dolus bonus qui 15. 11.

Caſus fortuiti quinam ſunt, 85. & ſeq. 572. in contractum adducti, ſunt ſpeciales, 17. 319. ſunt pauci, in quib. remiſſio futuri doli cum iuramento valeat. 44. 140.

Cauſa omitti poteſt, appellatione remota 134. 378. bona malum effectum non parit 38. 322.

Cauſe iuſtae gerendi bellũ contra Turcas quae 26. 21.

Cauſa iuſta indicendi bellum multiplex 22. 20. iuſtis rationibus eſt vincenda 16. 35 poſſidentis in pari dolo potior eſt 23. 36.

In Cauſis, in quib. inficiando lis creſcit, indebite ſolutum non repetitur 73. 678.

Cauſa quae libet excuſat à tanto, ſed non à toto 9. 733. an ab homicidio & à falſo excuſet 14. ibid. Limitatio 16. ibid declaratio 17. 734 à dolo 731. cauſa ab omni delicto excuſatur 6. 732. cauſa fatua, & erronea iuris ignorãtia excuſant à dolo 7. 732

Cantela ad remittendũ dolum futurum 31. 136 dolum futurum per indirectum non poſſe remitti pluribus ſuffragiis probant Dd. 32. 137. Autoris opinio in hoc articulo 33. 137 dolus futurus vtrum tacite remitti poſſit 35. 137. Exemplum tacitae remiſſionis 36. 137.

Cautio de dolo à reo praeſtita, ſit ne iudicialis an communis 32 35 . diſtinctio qua 33. 355.

Cauillari leges quomodo dicitur 11. 696.

Cauillationes à lege reiiciuntur, & officio iudicis repelluntur 3. 34. Cauillatio tribus modis ſumitur 17. 35.

Cauillatio ſoror calumniae 1. 696. dolo vtitur 2. ibid. quid & vnde dicta 3. & 5. ibid. eius exemplum 4. ib. Cauillatio Annibalis contra regem Antiochum. 6 ibid Dionyſii tyranni quae 7. ibid. eſt que multiplex 8 ibid legibus odioſa 16. 497. eius poenaque 15. 497. vno tantum caſu hac conceſſa eſt 18. ibid eius nomen male audit 12. 696.

Celebrans actum à iure reprobatum punitur iactura fructuum 9. 754.

Centumuirale iudicium quid & quomodo conſtitutum 28 123. Quae eſſet centumuirorum Romae autoritas ibid Centumuiralia iudicia ſymbolum habebant cum iudiciis Rotalibus noſtri temporis 29. 123. Praetor centum virali iudicio praerat 30. 124 Ex centum virali magiſtratu deducebantur multi magiſtratus, vt decem viri 31. 124.

Ceſſionarius eſt proprie creditor 85. 628. huic competit actio reuocatoria 86. 629.

Ceſſionis beneficium ratione doli amittitur 12. 756.

Cicero iuris ciuilis admodum peritus fuit 72. 42.

Circumuentio in pretio iure ciuili ex eadem ratione conceſſa eſt 18. 149

Citatus cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, contumax non efficitur 27. 705.

Ciuis eſt membrum ciuitatis 42. 38

Clauſula, omni meliori modo, ſupplet titulum inſtitutionis 70, 343. quid ſignificat apud Iuriſconſultos variis in locis 2. 306. eadem apud canoniſtas generalis reddit ſpecialitatem ſuperfluam 30. 311.

Clauſula doli generalis ſi praecedat & ſequatur ſpecialet, an ad ſpecificata referatur 26. 310.

Clauum clauo trudere, malis cohaerent mala, malos ad mala: prouerbia ſimilia 11. 35. Ampliatio concluſionis in procuratore 12. 35.

Cleantis ſententia de calumnia 11. 692

Clericus propter dotem perdit beneficium 16. 507 etiam carcerari poteſt 17. ibid. ob dolum perdit priuilegium c Odoardus extra, de ſolution. 14, 756

Clientes quaſi colentes dicti ſunt 4. 643

Codri regis pro ſalute Reipublicae dolus bonus qui 12, 11

Colluſio an à ſimulatione differt 28, 714. haec ſemper fit in iudicio ciuili, aut criminali 29, ibid fit in cauſa beneficiali 30, ibid.

Committens dolum in aliquo negotio, vtrum poſſit ad illud reſcindendum, dolum proprium allegare 63. 76.

Cõmodans falſa pondera cõtrahentibus, an de ſuo dolo teneatur 80, 286. Qua poena puniatur falſis vtens ponderibus & menſuris 81, 286

Commodans interdum contraria commodati actione conueniri poteſt 96. 288

Comparatiuus quando ponitur pro poſitiuo 19, 557

Compenſatio ad quid & cur inducta 4?, 738

Compenſatio delictorum quae 5, ibid ceſſat ſi dolo cõmittitur circa diuerſa 11, 739

Compenſatio ceſſat, commiſſo hinc inde dolo ſi res nõ eſt integra 11, 740 quando haec in delictis vim ſolutionis non habet non conceditur 14. 741 inter duos doloſos in pari cauſa lucri ceſſat haec 43, 742. Compenſatio mali cum bono an fiat in foro conſcientiae, & ſeculari 45. ibid in foro animae cõpenſatio boni & mali non recipitur 46. ibid compenſatio iniuriarum quando fieri ſolet 54. & ſeq. ibid & ſeq.

Compenſatio culparum an fiat 61. 744 dolus cum lata culpa interdum compenſatur 62, ibid. pudicitia cum pudicitia an compenſetur 63, ib.

Compromiſſum contractus comparatur 17, 394

Condemnatio ad intereſſe fit ob latam culpam eque ac per dolum 38, 565

Condemnatus propter exceptionem notatur infamia facti, non iuris 15, 730 ob culpam, infamiam non ſubit 16, 730.

Conditio poſſidentis melior eſt in pari cauſa doli 768 ratio regula 2, ibid eius exempla 3, ibid. illationes ex regula 4, & ſeq. 768

Conductus ſaluus bannitis, datus vtrum ſit ſeruãdus pro negatiua 2, 23

Confeſſio non eſt propria probationis ſpecies 24, 530 morientis etiam contra tertium probat, 58, 130 dolo extorta ad condemnationem non valet 39, 28. Confeſſio metu vel dolo facta aequiparantur, 40, 29. Confeſſio in tormentis habita non valet, niſi ex interuallo ratificata fuerit 43, 29

Confeſſus dolo feciſſe ſibi notat 54. 129 & conuictus non appellant 138, 379 homicidium ad ſui defenſionem an puniri debeat poena extraordinaria 117. 106 opinio negatiua qua 118 107 affirmatiua qua 119, 107

Coniectura quae requiruntur ad dolum praeſumendum 31. & 35, 541, quid 33, ibid potentiores cõtra iudicem requiruntur, quam contra alium 97. 370

Coniectura ſeu iudicium duplex 82, 540

Coniectura quot & quales exigantur ad doli praeſumptionem 38, 532

Conſilium bonum & malum, exponiturque vnum & alterum

& alterum 8.7.ratio eius quæ 16,9 ex doloſo conſilio datur actio decepto, & damnum paſſo 20,761

Conſilium malum conſultori peſſimum 3,760 Vnde eius origo ibid. doloſum aut ſuper contractu aut delicto datur 11,760. conſilium malum grauius puniendum quam alias ſe conſilio tertii quando datur actio 15,761

Conſtitutio L. non dubium C de legat à L. 1. ff. quor. bonor quid differat 56.342 fallentia 57. & ſeqq. 342 & ſeq. an in dolo præſumpto valeat, an ſit neceſſarius dolus verus, diſcutitur 123,350

Conſultor doloſæ legis, eadem pœna punitur, qua legiſlator 18.406.

Contrahentes non debent ad imparia iudicari 19, 315

Contraria inuicem ſunt incompatibilia 847

Contrarius multa probantur 2,311

Contrarietas quando in bello propoſita videtur 7. 347

Contractus an iure canonico omnes ſint bonæ fidei 11,274 bonæ fides ab autore deſcribitur, 1,222 hic quid diſtat a ſtricti iuris 9,273

In contractibus innominatis, re non integra, non eſt, locus pœnitentiæ 126, 685, propter mendacium 127, ibid.

Contractus quid 2,268,5.269, abſque negotio non datur 3,168. omnis recipit dolum tribus temporibus, 6 & ſeq. 169, & dolo proxeneta an vitietur & quomodo ipſe pro ſuo dolo teneatur 9, 201 & ſeqq bonæ fidei omnes quomodo dicantur 3,273 dolo initus, valet, ſi velit is qui fuit deceptus 17, 170

Concluſio in articulo contra communem 18,170 bonæ fidei & ſtricti iuris qui ſint 7,168. Cur ita appellat 8,168. omnes à principe geſti, an ſint bonæ fidei 16,472. Effect⁹ prouenientes ex opinione communi affirmatiua, 27, 173. Differentia inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris 28, 173, geſti cum Republica, vel ciuitate, quando ſint bonæ fidei 31, 164 contractus omnes an ſint bonæ fidei de iure canonicò, communis opinio affirmatiua 32.174 conſtitutui, qui videtur eſſe ſtricti iuris, an ipſe tollatur 36,176. vtrum conſtitutum ſit ſtricti iuris. & an in eo limitetur regula communis, 37, 226 ſtricti iuris & bonæ fidei qui ſint, 38,277. vtrū talia contractus irritetur ipſo iure ex dolo dāte cauſam, 30,177, vbi eſt bonæ fides ibi eius quoque diſtractus 45,181, innominati qui ſunt 1, 311 horum plures ſunt, quam quatuor. 5,312 matrimonii & bonæ fidei 18,48, erant bonæ fidei humano conuictus præ cæteris neceſſarii 16,293

Contractus ſtricti iuris quinam 7,292 quomodo deſcribantur 1. 292, ſtricti iuris præter dolum non imitatur 42,74

Contractum ſimulatum duæ præſumptiones redarguunt 39,533, ſimulatus dicitur odoratus, depictus 54,75, matrimonii cur eſt bonæ fidei, 2, nom, & quæ 20.48, eſt inutilis multis modis, nē peratione re perſona, & publica vtilitatis 56,31

Contumax quibus dicitur 7,704, hic ſit actor interdum dexeo 18. 705. verus contumax autem appellat, 10, 705. an generaliter pro confeſſo habetur, 25, ibid. pœna actoris contumacis quæ 20,705. contra hunc actorem quomodo procedatur, 23. ibid. vt pro confeſſo habeatur, quinque ſunt neceſſaria 26. ibid.

Contumaces Rei vel Actores, an ſint in dolo in omittendo remiſſiue 58.297

Contumacia dicitur dolus 1,704 vnde dicta 4.704 eius definitio 5. & ſeq ibid eſtque duplex 8, ibid. vera contumacia quæ 9, ibid ficta quæ ibid vna actoris, altera Rei 10, ibid.

Contumaciæ vera pœna quæ 13, & ſeq. 705. hæc quomodo excuſatur 28, & ſeqq. 706

Conuenit, vt remedium, prætorium detur, vbi competit ciuile 90.612

Correi vnius dolus nocet aliis, quando ſocii ſunt, 12 773

Corrumpens aduerſarii aduocatum, an litem perdat, 42,356 diſtinctio quæ ibid. aduocato corrupto quis prius conueniendus 43,356 verbo, multa ſignificantur 78,627

Creditor ſuam recipiens, dolum non committit, 783 Ratio regulæ 2, ibid. Exempla 4, ibi. credere, creditum, an ſint coniugata 69 627 poſterior præfertur cauſæ dotis, dolo confeſſata 46, 531 negans rem pigneratam, ius pignoris non amittit 108 682

Creditoris fraudati, quem conuenire velit, & electio 13,618

Creditor reuocans precium non reſtituit ei, à quo reuocat 45

Creditor in materia fraudis quomodo accipitur, 3 602 huius ſignificatio multiplex 2, ibid.

Creditoris definitio in l. 1. ff. ſi cert. petat quomodo intelligenda 77. 626 Creditores futuri qui 97, 629

Crimen hæreſis grauius eſt homicidio 19, 731, in eo culpa præponderat dolo commiſſo in alio delicto 16 ibid.

Culpa leuiſſima an in iure datur 1,584, hæc exacta diligentia dicitur 2, ibid. cur ita dicatur 3, ibid. eius definitio quæ 585, hæc varie pro conditione perſonarum imputatur ibid. hæc in omittendo an veniat in lege Aquilia 11.486

Culpa lata non infamat, 10, 416 in committendo præponderat culpa in omittendo 12, 732 lata præponderat leui, & leuis leuiſſimæ 13, 732 lata culpa verſutiæ præponderat lata culpa ignauiæ 14, ibid.

Culpæ diuiſio 20, 558. leuiſſima quomodo a leui ſeparatur 21 ib. latior cum lata confunditur. 22, ibid.

Culpa ſæpe pro dolo ſumitur, 2, 555 47, 566. latiſſimè ſumpta, dolum quoque continet 3, ibid. Culpa a dolo diſtincta quomodo definiatur, 9, 556 culpa 41, 11, & 13, 556, eius ſpecies quot 14, 557 culpam faciendo & in omittendo 15, 557

Culpa lata an malam fidem inducat 54.568

Culpa latæ definitio quæ 1,560, hæc an ſit vnica, an plures ſpecies contineat 2, ibid. Lata culpa ignauiæ quæ 3: 560. Lata culpa verſutiæ quæ 4, 561, Lata culpa diuiſio quæ 5, 561, in quibus lata culpa & dolus conueniunt. 6. ibid. tribus temporibus committi poſſunt 8, ibid. Temporis curſu purgatur 10, 561

Culpa leuiſſima an in contractibus innominatis veniat, 37, 591 an culpa in vltimis voluntatibus 38 592 an in iudiciis criminaliter puniatur 39, ibid. hæc quomodo præſumptione iuris & teſtibus probetur 43, 593, & ſeq.

Culpa an probanda ſit, & in quibus præſumatur, 6, & ſeqq. 570, præſumptio culpæ quibus ex cauſis ceſſat 74. & ſeqq. 571

Culpa an teſtibus ſingularibus probatur 97, 578. an in iure propria puniatur, 104. 573, & ſeq. multæ ſunt culpæ ad dirimendum matrimonium idoneæ 111.574

Culpa quomodo purgatur, 117, & 129. 575, dolus non purgatur caſu 117. ibid diſtinctio Baldi quæ

129.575

Culpa levis appellatio unde 1, 576. *culpa lata dicitur gravis culpa.* 2. ib. *dolus culpa graviſſima dicitur,* 3. ibid. *leviſſima unde dicta,* 4. ibi *ex levi culpa ſæpe grave damnum accidit* 6,575

Culpa leviſſima quatenus in cõtractibus veniat, 19, 588, *hæc an in commodato contineatur,* 20, ibid.

Culpa levis deſcriptiones quæ 8.577. *Eius definitiones quæ* 7,510. & 2, ſeq. 577, *hæc in quib. committitur,* 9 ibid. *Exempla levis culpæ quæ* 15,577

Culpa leviſſima dicitur fere ſemper diligentia, 19, 578; *appellatione culpæ quæ veniunt,* 21, ibid.

Culpa levis in quib. committitur 22 ibid *levis quatenus in delictis punitur* 53, 582, *in incendio cõmiſſa, quonam pacto obligat* 54. ibid. *in ultimis voluntatibus numquid attenditur levis & leviſſima culpa* 52,582

Culpa levis an committitur in credendo 59,583, & *in non credendo* 61, ibid. *hæc tribus modis committitur* 64. ibid.

Curator minoris vel furioſi de levi culpa tenetur, 35 580 *ad lites an de levi culpa condemnari poſſit* 36 580. *executores ultimarum voluntatum cur hoc nomine dicuntur* 37. ibid. *Hi ſunt particulares & univerſales* 38. ibid.

D

(& cur 12 69

Damnatus iudicio contrario non redditur infamis,

Damnatus ad mortem, ſi condemnatio iuſta ſit, non debet aufugere ſi poſſit, & aufugiens mortaliter peccat 52.39

Damnum quam ſignificationẽ in iure habet 28.137 *ex aliena fraude nobis imminens, poteſt pars fraude evitari* 11,716

Dardanarii qui dicũtur 85, 286 (petatur 32,694

Datum vel acceptum cauſa calumniæ quando re-

David bono dolo, Nathan Propheta converſus eſt ad dominum 13,14

Debitor negligendo an poſſit fraudẽ facere 81,610

Debitoris dolus an creditoribus obeſſe poſſit 16,211

Debitor ad quid, & in quantum tenetur 95,629 *fraudulentus perdit beneficium ceſſionis,* 66, 640

Decepto in pretio iure gentium ſecundo permiſſa eſt, & quare 17,149

Deceptus dolo, non poteſt, ſi velit conſervare contractus 56,782. *hic à decipiente an compelli poſſit, declaret, an velit ſtare contractus* 57, 83 *dolo in conditione perſonæ poteſt dirimere matrimoniũ,* 24.49. *fallit num.* 38.50. *in contractu matrimonii gravius læditur, quã in alio cõtractu* 25.49

Decipiens ignoranter tenetur ex l. 2. *C. de reſcind. vendit* 93,287 (ne 30,63

Declaratio verborum definitionis doli quæ, remiſſi-

Decretum iudicis facit ceſſare doli & metus præſumptionem 81,367

Defectus conſenſus omnem contractũ etiam ſtricti iuris annullat 71,74

Defenſio fundatur in nullitate, non in dolo 70,77

Definire non modo ad philoſophum ſed etiam ad I.C. pertinet 6,4

Definitio eſt duplex nominis & rei 7,4

Definitioni ſuccedit diviſio 1,7

Definire quid ſit, 2,7, *diviſionis utilitas quanta* 3.7 *Iuris noſtri autores a definitione progrediũtur ad diviſionem* 4.7 (tur 15,449

Definitiones ex quatuor cauſis deſumptæ laudan-

Definitio Serviana a Cagnolo defenditur, ſed non tutis rationibus, 13,59. *Eadem defenditur noviter ab authore cõtra primũ obiectum,* 14.59

Deformitas odioſa & mali ominis apud antiquos 27, 49

Defuncti dolus an noceat in publiciana actione 40, 236, *publiciana actionis capita duo* 41,237.

Delegati dolus an deleganti præiudicet 32,124

Delictum in faciendo gravius eſt, quam in omittendo 104,81 (401

Delicta an ad ſui ſubſtantiam requirunt dolum, 19,

Delicta niſi ſint ſpontanea, non puniuntur 13, 528

Delicta duplicia ſunt 1,398

In Delictis publicis firmatur regula negativa 20, 230 *ampliatur etiam lite conteſtata* 21, 230 *Limitatur condemnatione ſecuta* 22, & *in quinque publicis delictis,* 23,230, *diſtinguitur reſolvendo de iure canonico* 24.230 (373

Delicta puniri principi & Reipub. expedit, 107,

Delictum aliud nominatum, aliud non 3,249

Delicta militaria lata culpa contracta capitali pœna plectuntur 50,567

Delicta non debent remanere impunita, 4,784. *illationes ex regula* 5, ibid *Ratio* 6, ibid

Delictum deligat delinquentes in ſolidum. 3,721

Delicta paria mutua cõpenſatione tollũtur, 21,739

Delicti & criminis differentia quæ, 21,70

Delictum in faciendo maius & gravius eſt, quam in omittendo 4,720

Depoſitarius, qui tabulas teſtamenti corrumpit, an heredi de dolo teneatur, 81, 332 *affirmative concluditur* 82, ibid.

Depoſitarius tribus modis de culpa leviſſima tenetur 295,89

Depoſitarius de quanam culpa tenetur, 43;580.44, & *ſeq.* 581

Depoſitarius in 4. *caſibus propter mendacium in duplum tenetur* 35, 671. *ſecus ſi minor ſit, in integrum reſtituitur, ibid. actio depoſiti in his,* 4. *caſibus eſt prætoria & directa,* 36. ibid. *ampliatio.* 37,38. 672. *pœna in his caſib. quando ceſſat.* 39, 672. *libellus hoc loco quomodo formãdus* 40 ibid.

Demoſthenis ſimulatio quæ 37,657

Deus tarditatẽ ſupplicii gravitate cõpenſat 21,25

Deus ſæpe pœnas ſumit populorum per malos principes 81,267

Deus vult militem voluntarium & bonum, ita donum eſt tale ſi ſit voluntarium 44,58

Deus lux, veritas, maieſtas, pietas, ſalus & principiũ, 5,13. *Deus utrum bono dolo utatur,* 6,13, *Rationes quib. oſtẽditur, opinio negativa* 7,13. *Argumẽtis quib. probatur cõtraria ſententia & verior,* 8,13

Diabolus eſt pater mendacii 39,690 (602

Dictio mox ſæpe denotat temporis intervallum. 10,

Dicto quomodo dolus committitur primo teſtificãdo, 1.252 *iurando,* 2.252. *quomodo libet mittendo* 3,252 (623

Differentia inter edictum & interdictum quæ 60,

Differentia inter bannitum & excommunicatum 28,36

Differentia unius & alterius doli, quod ad teſtamẽtum 40,194 *plurima etiam circa reſcripta* 41. ib.

Differentia inter dolum, in omittendo, & dolũ in cõmittendo circa contractus quæ 38, 193 *differẽtia quo ad iudicia inter utrumque dolum* 39,193

Differẽtia inter cõmodatariũ precariũ 27,589. *inter facere in fraudem legis, & contra legem* 25 654. *in fraudem legis dupliciter fit,* 27, ibid.

Differentia ratio inter libertates directas & fideicommiſſarias 100,614

Differentia inter legitimam filii arrogati & filii naturalis 8,649

Diminutio patrimonii quando dicitur eſſe ſecuta per alienationem 27.645

Diſpo-

Diſpoſitio c. quamuis de pact. in 6. an procedat in dolo vero & præſumpto 125.111. *& ſequ. autor in hoc articulo duos caſus diſtinguit* 126. *& ſequ.* 112. *& ſeq.*

Diſpoſitio iuris ciuilis, quando de iure Canonico obſeruetur 33.174. *Opinio negatiua verior* 34.175. *Solutio contrariorum* 35.175

Diſpoſitum in cōtractu, obtinet etiam in eius diſtractu 47.181

Diſputatio nominis vtrum ſit negligenda 8.4. *huius vtilitas quæ* 10.4

Diſputatio nominis, pertinacibus relinquenda, quomodo intelligatur 12.4

Diſſimulatio non eſt ſemper mala 28.6

Diſtinctio inter bona mobilia & immobilia quæ 21.635

Diſtinctio in cōtractibus ſtricti iuris adhibetur 124.464

Diſtinctio in articulo: aut dolus eſt excluſiuus conſenſus, & religionis ingreſſum vitiat, aut non eſt excluſiuus, & non vitiat 47.51. *& nu.* 50.52 *& ibi, quod minori ingreſſo religionem poſt profeſſionem reſtitutio non competit* ibid.

Diſtractus eſt eius naturæ, cuius eſt contractus 8.47

Diſtractus euſde naturæ eſt & virtutis, cuius eius contractus 46.181

Diſtractus quid 72.609

Diſtractus ſunt bonæ fidei, quorū contractus ſunt bonæ fidei 5.726. *oppoſitio* 6.717. *L. mutatio* 7. *ibid. eius reſtrictio* 8. *ibid.*

Diſtrahere quid 72.600

Doctorū rationes non ſunt veræ cur dolus dans cauſam matrimonio non annullet 39.50

Doctores Seneſes tam viuentes, quam defuncti commendantur 25.369 *Nomina IC. Senenſium tam in legendo, quam in conſulendo & iudicando excellentium recenſentur* 26.396. *& ſeq.*

Doctores qui ſint 17.65

Doloſus taurus, doloſi cineres 26.6

Doloſus perdit omnia priuilegia ſibi a lege conceſſa 24.524

contra Doloſum in mandato. quomodo procedatur 108.289. *quomodo in contractu depoſiti* 109.289 110.290

contra tertium Doloſum an in litem iurari poſſit 30.224

Doloſus qui dicitur 15. *& ſeq.* 348. *& ſeq.*

Doloſus perdit ſua priuilegia & maxime priuilegiū d. l. quoties C. de rei vendicat. 12.186

Doloſus amittit beneficium delationis rei reſtituēdæ 57.513

Doloſus, quæ priuilegia prius habebat, perdit 75.5 *Ratio regulæ* 2. *ibid.*

Dolus dependet ab animo, cuius ſolus Deus eſt ſcrutator 13.65

Dolus an matrimonium annullet, diſtinctio pro ſolutione huius queſtionis quæ 31.49

Dolus obligat facientes in ſolidum fol. 721. *nō poteſt pro parte committi, cum ſit indiuiduus* 2. *ibid.*

Doli diuiſio ex propoſito & reipſa, an iure probetur 1.146

Dolus dans cauſam matrimonio, vtrum illud vitiet 5.47. *Opinio negatiua magis communis eſt* 6.47

Doli ſpecies ſunt duæ, boni ſcilicet & mali 5.7. *doli diuiſio exemplis probatur, & ratione* 6.7. *Ratio cur reperiatur dolus bonus & malus* 16.9

Dolus in contractibus innominatis, quid operatur 8.312. *diſtinctio quæ* ibid.

Dolus in delictis contingit tribus temporibus 8.269 *in contractu commiſſus ad duplicem finem tendit* 10.270. *dolus in contractu quando in fraudem hominis* 15. *& quando in fraudem legis adhibetur* 12.270

Dolus dans cauſam diſtractui, annullat ipſo iure, ſicut contractum 18.275

Dolus in dote dans cauſam liberationi mariti, an cōtractum ipſo iure vitiet 44.280

Dolus etiam in vltimis voluntatibus committitur 1.317. *an in eis præſumitur* 2.318. *an in eo, qui tabulas teſtamenti aperit immature* 3.318. *dolus præſumitur in eo, qui voluntatem teſtatoris trāſgreditur* 4.318

Dolus an contractum dotis ipſo iure annullet, 28.277. *dolus ex propoſito contractum dotis ipſo iure vitiat* 30.278. *dolus incidens contractum dotis non annullat, ſicut nec alios* 32.278

Dolus an præſumatur in contrahente, qui tacet ea, quæ ſi ſciuiſſet emptor veriſimiliter non emiſſet 29.286

Dolus qui punitur ciuiliter, actione ex cōtractu, non poteſt etiam criminaliter puniri 42.553 *diſtinctio Menochii quæ* 43 *ibid. quando purgetur per actionem de dolo* 44.554 *per actionem in factum* 45. *ibid. Stellionatus* 46. *& per actionem de dolo* 47.554

Dolus in re modici valoris non præſumitur 72.285 *quænam res modici vel magni valoris dicitur* 73.285

Dolus an ipſo iure annullet contractus bonæ fidei 10.274

Dolus dans cauſam tranſactioni, an eam ipſo iure reſcindat 37.297. *negatiue concluditur* 38.297

Dolus in arte, vel officio proprio commiſſus, nemini debet patrocinari 100.288

Dolus idem operatur in liberatione, quod in obligatione 40.298. *dolus incidens, contractum dotis, non tutelam annullat* 43.298

Dolus an generali tranſactione remiſſus videatur. 72.302. *cur in vltima voluntate generaliter remiſſus non videtur* 73.302

Dolus omni iure naturali improbatur 16.149

Dolus circa ſex committi poteſt 1.268

Dolus & metus æquiparantur, ſed non ſemper 3.438 *dolus ex qualitate perſonæ deceptæ conſideratur* 6.439

Dolus contra legem, etiam dicitur fraus 1.407 *quomodo fiat, exemplis declaratur* 2.407. *dolum legi facere quid* 4.407. *dolus legi quibus modis fiat* 5.408

Dolus committitur aut in legem, aut contra legem 1.402. *dolus in lege quibus modis committitur.* 2.402. *dolus in legiſlatore & in lege non præſumitur, & quare* 4.402

Dolus & metus quomodo æquiparentur, & in quibus differant 13.425

Dolus legi factus circa tacitum fideicommiſſum, probatur quoque coniecturis 27.415. *ampliatio* 28. *& ſeq.* 415

Dolus legi in vltimis voluntatibus quomodo fiat 10.409

Dolus in re propria commiſſus, qua pœna punitur 13.523. *impedit præſcriptionem.* 19. *ib. dolus collegii in ſcholare doctorando quomodo punitur.* 17.523 *dolus contra leges & ſtatuta iniqua opponi poteſt* 20.523

Dolus & lata culpa, quoad inducendum vitiū ſubreptionis æquiparantur. 23.434. *attamē aliqualiter differunt* 24. *ib.*

Dolus in vltimis voluntatibus ob imminentem mortẽ teſtatoris non excluditur 11.410

Dolus tollit actionem quod metus cauſſa 14.519

Dolus plus nocet doloſo, quam expreſſus conſenſus 5.522

Dolus in verbis, fraus vero in factis conſiſtit 2 146 *dolus in re non excludit dolum in verbis* 5,146 *dolus ex propoſito ſecundum autorem noſtrum quid* 6.146 *hic quomodo probetur* 7.147 *hic quoq; maxime detegi videtur, quando læſio enormiſſima probatur* 8,147 *dolus ex propoſito an differat à dolo reipſa* 9,147 *Similitudines aliqua inter vtrunq; dolũ* 10,147 *Differentiæ aliqua, quibus hæ ſpecies doli inuicem diſtinguuntur* 11,147 *dolus ex propoſitò quotuplex* 12,147 *hic an iure permiſſus ſit* 13 148

Dolus in legatis & fideicommiſſis committi poteſt, & a quibus omittatur 1.335

Dolus nemini nocens, non punitur 9,399.*in delictis gene aliter ſemper dolus præſumitur* 12.400

Dolus quibus caſibus committitur per heredem in legatis 15,338 *effectus ſui doli* 16,138

Dolus in arbitro an præſumitur 3,390 *diſtinctio qua ib d futurus non remittitur, & ab omni diſpoſitione videtur remotus* 5.391

Dolus dans cauſam renunciationi, non facit cauſam nullam 91.333

Dolus tollit compẽnſationem lucri & damni inter ſocios 34.509

Dolus tertii an mihi nocere poſſit, quo ad acquirendum 21.216

Dolus reipſa an ſit propriè dolus 9.153 *hic ſecũdum Dd. eſt dolus præſumptus* 10,153 *diſtinctio Alciati reiecta* 11.154

Dolus dans cauſam contractui, quamuis læſio ſit infra dimidiam, ipſo iure contractum bonæ fidei annullat; excepto vero conuentionem stricti iuris 22,150 *dolus ex propoſito an remitti poſſit pacto vel teſtamento* 23,150 *Pœna huius doli qua* 24,150

Dolus quando committitur facto 4,252 *quando taciturnitate ac ſilentio* 5,252

Dolus reipſa quid 1,252 *doli reipſa deſcriptio ex mente autoris* 2,152 *hic tribus modis contingit, & quibuſnam* 3,152 *hic quoq; eſt in læſione enormi vel enormiſſima* 4.152

Dolus reipſa an diuerſimode operetur in contractib. bonæ fidei ac stricti iuris 49 160

Dolus reipſa an ſit dolus præſumptus 12,154 *hic eſt verus dolus ex mente autoris* 14.154 *Opinio cõmunis eſt in contrarium* ibid.

de Dolo præterito quæſtiones plures & quæ remiſſiue 61,130 *dolum futurum Dd. non definiunt* 2,132 *Autoris definitio quæ ibid. huius exempla qua* 4,182 *doli diuiſio in præteritum & futurum an probanda* 5,132 *opinio autoris aduerſus Dd. quæ* 6 132 *dolus futurus quotuplex eiusq; diuiſio prima quæ* 7,132 *ſecunda doli futuri diuiſio* 8.132 (543

Dolus biſariam purgatur, item metus & mora 6,

Dolus inducentis ad renunciandum quomodo probatur 80.540

Dolus tertii an obligationẽ cõmitti impediat 20,215

Dolus reipſa quando commiſſus dicitur 55,537 *& an directo probari poſſit* 56.ibid.

Dolus non purgatur traditione rei 13,545 *dolus purgatur temporis curſu* 14,545 *nec per fortuitum caſum* 33.547

Dolus ab effectibus & ſignis cognoſcitur 19,529

difficilis dolus eſt probationis 22 ibid. *dolus veri & relatiui omnino ſunt probandi* 25,530

Dolus impedit. ne vnus ex correis ſoluens habeat regreſſum contra alios 36.510

Dolus cenſetur purgatus tranſactione generali 28,548

Dolus vnius rei an alteri reo noceat 18,213 *& ſeq.*

Dolus relatiuis reſcindit. non annullat 18,118 *fall. e hoc* 25,118 *hic conuenit in multis cum dolo præſumpto* 9.118 *doli veri & velati exemplum & differentia ex Bald. quæ* 26 118

Dolus vtrum cenſeatur remiſſus per remiſſionem actionis nobis competentis 44.127 *communis opinio hic probatur* 46 127 *declaratio communis ſententiæ ex mente Dd.* 47,127 *alia declaratio ex mente Dd. vt procedat in ſolo dolo præſumpto* 48.127 *huius diſtinctio qua* 49.127 *dolus præteritus vtrum facto pacto de non petendo cenſeatur remiſſus* 51.128

Dolus reipſa excludit diſpoſitionem Anthen ſacramenta puberum C ſi aduerſ. venditor.

Dolus ſuturus verus an directe remitti poſſit 9 & 12,133

de Dolo tertii in cauſa depoſiti quid 33.225

Dolus futurus verus vtrum indirecte remitti poſſit 25, 35 *hic quando per indirectũ dicitur remiſſus* 26.135

contra Dolum tertii an quid agi poſſit 6 208

Dolus in remittendo an per generalem renunciationẽ remitti poſſit 59,197 *dolus principalis quis* 1.198 *dolus tertii quis* 2.198 *Exempla ad declarationem iſtius doli* 3,198 *an contractum bonæ fidei ipſo iure annullat* 4,198 *& ſeq.*

Dolus dans cauſam contractui, non obligat ſucceſſores actione doli 6.228

Dolus dans cauſam delegationi non irritatur ipſo iure fallit in cauſa dotis 61,183 *dolus dans cauſam acceptilationi, non tollitur ipſo iure* 63, 83 *hic exceptioni acquirendæ an acquiſitionem ipſo iure annullet, an ope replicationis* 64.183 *Dolus vnius no et alteri, qui ſit ex eo dolo factus locupletior* 10.773 *dolus futurus vtrum poſſit cum iuramento remitti* 40,139 *dolus quando remittitur, debitor ex pacto lucratur, non ex dolo* 14.121 *dolus præteritus an in vltima voluntate remitti poſſit* 15 121 *Quæ ſit in articulo gloſſatoris ſententia diſſentiunt Dd* 16,121 *dolus præteritus ex frequentiori ſententia non remittitur in ſupremis iudiciis* 19,122 *Rationes diuerſitatis in hoc articulo inter actus inter viuos, & vltima voluntatis* 20.122 *Contraria opinio quæ* 21,122 *diſtinctio ad conciliationem vtriuſq; ſententiæ* 22.123 *dolus futurus vtrum per heredem teſtatoris remitti poſſit* 45,140 *hic frequentiori ſententia ab herede non remittitur* 46.141 *hic in omittendo an remitti poſſit* 47,141 *dolus præſumptus futurus an remitti poſſit* 48.142 *dolus relatiuus an remitti poſſit* 40.143 *& an reipſa remittatur* 51.143 *dolus non eſt niſi voluntariè* 8.776 *dolus vnius alteri nocere non debet* 772 *Ratio* 2 ibid. *dolus ab omni diſpoſitione cenſetur excluſus* 21.309

Dolus veneno comparatur 4.505

Doli magna pœna eſt annullatio actus 32.506

Dolus vnicus deterior eſt multiplici culpa 28,161

Dolus dans cauſam, annullat 1,726 *dolus quis ib. incidens conuentiones reſcindit* 726 *incid ne quis* 1 ibid. *dolus quando cauſam dederit, quomodo ſuccurratur decepto* 69.184

Dolo facit, qui contra bonum & æquum facit 11.307

Dolus in omittendo an ſit verus dolus 5,190.8,191. dolus in committendo an ſit maior & grauior dolo in omittendo 6,190.13,191.& 25,192 dolus in committendo nunquidin aliis differat à dolo in omittendo 7,191.14 191.& 38,195 dolus præteritis quis, variaq; eius exempla 5,120 hic an pacto remitti poteſt 6,120 dolus eſt delictum 7,120

Dolus incidens an ipſo iure annullet contractum dotis, contractus dotis propter metum ipſo iure non valet 14,158 dolus incidens, & dolus dans cauſam, vterq; dolus eſt ex propoſito 75,188 nō omnis dolus ex propoſito ipſo iure contractum annullat. 16,188 dolus reipſa æquiparatur dolo ex propoſito, qui dicitur incidens, non dolo ex propoſito, qui dedit cauſam 17,188 dolus incidens quid 1. & 2. 185 an idem operetur in contractu bonæ fidei, ac ſtricti iuris 3,185 ob hunc agitur ad ſupplementum 4.ib. Ratio, cur hic non annullet contractus bonæ fidei 5.& 6 ib.& ſeq. dolus aut in committendo, aut in omittendo fieri dicitur 1,190 qui de vtraq; ſpecie doli ſcripſerunt 2,190 ordo in explicatione iſtius diuiſionis quis 3.ib quid ſit vterq; dolus 4.ib. dolus incidens non vitiat ipſo iure contractus ſtricti iuris 7,186 Ratio huius quæ ib. hic tam in cōtractu ſtricti iuris, quam bonæ fidei, exceptionem doli producit 8,186 an operetur pro re minoris valoris, quam duorum aureorū 9,186

Dolus nominatus, in quo committatur 5,149 vbi admittitur innominatus 6,249 dolus dans cauſam quid 3.4 & 5,167 in quibus rebus committatur 6,167 dolum dantem cauſam quo ordine auctor explicat 2,167 Autores de dolo dante cauſam, & de dolo incidente tractantes qui 1,167

Dolus dans cauſam, an tollat ipſo iure bonæ fidei contractus 12,169 opinio affirmatiua frequentior 13.ib. Rationes eius ſententiæ 14.ib. opinio cōtraria 15,169 Ratio, cur non omnes contractus ſunt bonæ fidei conſtituti, quæ 11,169 dolus dans cauſam contractibus ſtricti iuris, an ipſo iure annullet 21,171 opinio communis quod non 23.ib. dolus impedit conſenſum, quo modo intelligatur 24, 171 dolus cur diuerſos effectus operetur in contractibus bonæ fidei & ſtricti iuris 25,172 dolus ſucceſſoris ſingularis an noceat 26,247 diſtinctio quæ 27,247.& 28.& ſeqq. 248 dolus iocoſus alius in faciendo, alius in dicendo & exempla doli in dicendo proponitur 2,253 exempla doli in faciendo quæ 3,253

Doli mali diuiſiones quot ſunt, tot ferme ſunt culpæ diſtributiones ſine pactiones 16,557

Dolus & metus æquiparantur 16,169 dolus authoris ſingularis an noceat quoad exceptionē 22,246 diſtinctio quæ 23.ib. dolus omnium maxima pœna eſt vltio diuinæ iuſtitiæ 1,504 dolus dans cauſam an ipſo iure diſſoluat diſtractum ſicut contractum bonæ fidei 43,180 communis opinio affirmatiua 44,181 dolus dans cauſam obligat decipientem, non deceptum 54,18 dolus eſt peccatū aliud mortale, aliud veniale 2,256 dolus dans cauſam renunciationi, vel donationi, non reddit nullum ipſo iure 67,184 tranſactioni, quando ipſo iure annullet, quando ope exceptionis 68,184

Doli mali clauſula, idem eſt quod formula 1,306 hæc quid 4,306 vnde originem ducit 5,307 duobus modis concipitur 10,307

Dolus in tranſactionem venire tribus modis dicitur 78,302

Doli clauſula in omnibus negotiis apponitur 13,308 plerunq; tamē ſtipulationibus 14,308 doli clauſula effectus ſex & qui 15.308 doli clauſula in contractibus bonæ fidei ſubintelligitur: non autem exprimenda eſt 20,309

Dolis & malitiis obuiandum eſt fol. 715 dolus ſua natura lædit 2.715

Dolus & lata culpa infamiam irrogant 13.562 huius declaratio 21.ib. dolus, & culpa in quibus ad inuicem diſtant 28,562 lata culpa quam infamiam irrogat 24,562.29,563

Doli vocabulum ſæpe leges exponunt exemplis lata culpa verſutia 48,566

Dolus non debet eſſe impunitus 783 Ratio regulæ 2,784

Dolum ſuum vel autoris allegans, audiri non debet 786 Ratio 2.787

Dolus & fraus ab euentu non conſiderantur 788 Ratio regulæ duplex 2,ibid. exempla 4.ibid.

Dolus regula 50. an ſit in omittendo vel in committendo 15,791 an ſit præſumptus ſola iuris præſumptione vel iuris & de iure

Dolus ex propoſito, & dolus reipſa æquiparātur 764 Ratio regulæ duplex 2,764 æquiparatio quando procedit 4.ibid. diſpoſitio c quamuis de pact. in 6. valet in vtroq; dolo 5.ibid. idem iuris in authē. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit. 6. ibid. & in ca. cum contingat. extra, de iureiur. 7. ibid.

Dolo facere non videtur, qui cauſſam ignorat, cur petere non debeat 780 Ratio regulæ 2. ibid. eius exempla 3. ibid. ampliatio 4. ibid. an procedat in omni ignorantia 5. ibid. declaratio 6. ibid.

Dolus non præſumitur, niſi probatur, & inter duos dolos, minor dolus præſumitur 791

Dolus non infertur ſcienti & volenti 769 Ratio 2 ibid. Exempla regulæ 3. ibid. Eius extenſio 4. 770 Extenſio 5. ibid. ampliatio 8.9. & ſeq. 770 Limitatio 11. ib. Reſtrictio 12. & ſeq. ib.

Dolo carere nequit, qui imperio magiſtratus non obtemperat 777 Ratio regulæ 2. ibid. 18,778, & ſeq. Limitationes 30,779

Dolum probare non tenetur, qui allegat, ſi contra aduerſarium ſit præſumptio iuris 10.753

Dolus ſerui, dominum obligat 756 Ratio regulæ duplex 2. ibid. oppoſitio quæ 3. ibid. conciliatio 4. ib. hæc regula quando procedit 6. ibid.

Doli clauſula continet incertitudinem 4 784 Quomodo concipitur 9.785

Dolus defuncti nocet heredi 758 Ratio regulæ 2. ibid.

Doli comites ſunt ſimulatio, culpa, mendacium, perfidia, fraus 5.792

Dolus debitoris nocet creditoribus in iure quærendo 757 Ratio regulæ quæ 2. ib. non eſt eadem ratio lucri ceſſantis, & damni emergentis 3. ibid. Rationes regulæ quæ 4.5.& 6. ibid. ampliatio 7.& 8. ibid.

Dolus defuncti an heredi noceat, quoad vſucapionē 8.759

in Dolo eſt, qui petit id, quod aliqua exceptione elidi poteſt 762. Ratio regulæ 2. ib.

Dolo præſumpto futuro ex læſione reſultanti, non poteſt renunciari 8,764 dolus ex propoſito differt in multis à dolo reipſa 11. ibid.

Dolus ſemper præſumitur in eo, qui ſemel fuit verſatus in dolo 765 Ratio regulæ 2. ib. ampliatio 3. ib. hæc regula quomodo ceſſat 7.66 declaratio regulæ 10.766 dolus ſi ſit in contractu ſtricti iuris, actio doli datur, an vero actio ex eo contractu 4. 771 dolus præteritus remitti poteſt: futurus non

poteſt fol.722. futurus an per iuramentũ remitti poſſit 15,723 dolus alius eſt incidens, alius dans cauſam 4,253 Dolus inhærens violentiæ purgatur per rei ablatæ reſtitutionem 33,550 qui ineſt liberationi, an ex eâ poſteà ſecuta purgetur 35,550

Dolus à perfidia an differat 2,68. & 9,69 dolus omnis an actionem producat 2,438

Dolo facit, qui petit quod reſtituturus eſt 744. & ſeqq.

Dolus cum dolo compenſatur 756 dolus præſumptus eſt propriè dolus 17,718 conuentionem reſcindit, ſicut dolus verus 18. ib. dolus aduerſatur naturæ 3,719 dolum facere & locupletari cum alterius iniuria æquiparantur fol.718 dolus ab omni diſpoſitione cenſetur ſemper exceptus fol.716 exceptio doli contra donationem inſinuatam poteſt opponi 4,717 dolus conſiſtit in animo 2,732. Ratio 3, ib. illatio 4,732 dolus quandoque non præponderat latæ culpæ fauore religionis 15,731

Dolus dicitur, quoties malitia alterius alteri nocet, nec factum poteſt criminaliter accuſari, & ſimiliter nulla eſt actio prodita 15,70 dolus & mala fides non conuertuntur 19,70 dolus verus præponderat dolo præſumpto 7,731 ſic apertus velato 9, ib. dolus in committendo præponderat dolo in omittendo 8. ibid. dolus in committendo maior eſt, quam in omittendo fol.720 dolus verus quid eſt 1,68. & 5,69 hic à dolo præſumpto quonam pacto differat 4,68 dolus verus eſt duplex, & quinam 5,68 dolus verus innominatus rurſus duplex eſt ibid. hic quibus coniecturis detegatur, & quibus præſumptus dolus 7,69 exempla veri doli quæ 8,69

Doli conſilii & affines qui 1,555

Dolus vtrum ſit delictum 3,68

Doli definitionis approbatio per Labeonem tradita magis eſt compilatorum quam Vlpiani, ſicut illorum ſunt, non Labeonis reprehenſiones cõtra Sulpitium ex opinione Rodolphi Prathes 27,62 doli mali ſpecies eſt multiplex & quotnam 1,64 huius materia per eius diuiſionem fit illuſtrior 2,64 eius diuiſio prima quomodo probatur 3,64 Doli vel culpa an in mora inſit 1,706 culpa præponderat 730 malus vtrum ſit delictum 20,70 non videtur delictum, & cur 22,70 ex communi & vera ſententia delictum eſt, leges enim delictum & crimen vocãt dolum 23,71 Limitatio huius quæ ib. Ratio cur dolus ſit delictum 24,71 eſt cauſa omnium delictorum ib. Doli definitiones plures vltra Sulpitium & Labeonem a Baldo, Socino, Cuiacio, Bart. Iſidoro tradita 31,63 dolus plures gradus habet, & quinam 32,63 dolus nunquam voluntate committentis caret, nec ignorantibus accidit, quomodo malitia ab errore cognoſcatur 33,63 Dolus omnis vtrum eſt præſumptus 4,64 opinio quorundam affirmatiua probatur 5,64 contraria opinio negatiua communior eſt, & verior 6,64 vel error circa fortunam vel qualitatẽ vxoris conſenſum in perſona non impedit 37,50 in perſona vel in conditione perſonæ matrimoniũ non dirimit, ſi fuerit dolo cognito perſeueratum in eo 38,50 pactum annullat, quando in damno eſt deceptus, non ſi eius conditio melior efficiatur 42, 51 velatus, eſt minor dolo aperto 43,51 & violẽtia ad annullandum actum a pari procedunt 45, 51 præſumitur in caſu l. nomen debitoris. §. filio ff. de legat. 3. num. 47 fol 98.

Dolus verus delictum eſt 83.78 in furto, rapina in homicidio, palam factus non ſignificat ſimulationem, ſed ſtudioſum animum faciendi illa delicta, prauamq́; voluntatem delinquendi 17.60 in dolo bono ſimulatio adeſt, iuuandi tantum cauſa nõ nocendi, nam id proprium eſt doli mali 19.60

Dolus bonus aut non nocet, aut nocet ſecundario, nõ principaliter, ideo non dicitur nocere 20.60

Dolus præſumptus a lege probatione non eget 7.64 futurus dolus præſumptus remitti poteſt 10.65 omnem dolum eſſe præſumtum rectè dicimus reſpectu modi probandi, & cur. 14.65 eſtq; hic duplex aut reſpectu naturæ & qualitatis, aut probationis 15.65 Doli definitio vtrunq; dolum continet 28.56 dolus bonus vtrum propriè dolus ſit 22 55 propriè non eſt ex opinione quorundam dolus, & cur 24.55 contraria opinio, quia dolus bonus eſt ſpecies doli, ſpecies vero æquè propriè continentur ſub ſuo genere, inſtantiæ redduntur 25.55

Dolus in delictis ſumitur pro animo & volũtate delinquendi 8.117 de dolo velato Dd. paucis agunt 9.117 dolus velatus qui ex mente Baldi 10.117 ex mente Nattæ, & autoris 11.117 huius exemplum Baldi 12.117 aliud 13. ibid. aliud Benedicti Capræ 14.117 dolus velatus duplex 15.118 hic quomodo differt à vero dolo 16 & 26.118

Dolus ſine voluntate eſſe non dicitur, & ideo dolus non eſt in errante 80.102 dolus non præſumitur, vbi iuſta aliqua cauſa exiſtat 81.102 dolo dediſſe non videtur, qui dedit, vt litem effugeret 82. 102 de doli præſumptione plura ſed remiſſiuè 83. 102 prudentiæ opponitur, & debet eſſe talis, quod prudentem virum falleret 41.29 dolus an præſumitur in eo, qui leges ignorat 135.115 & hic an præſumatur in doctore iuris ciuilis, ſi leges ignorat 136.115 eſt duplex 1.116 apertus qui ex Baldo 2.116 hic committitur per vim publicam & priuatam 4.116 hic an contineatur in definitione doli in l. 1. ff. de dolo 7.117 præſumptus quid 2. 88 quibus præſumptionibus probatur ib & 3. 88 hic an probatione indigeat 4.88 doli præſumptio eſt duplex 5, & 6.89 præſumptio doli a lege quæ, & quæ ab homine 7.89 dolus ex opinione Capræ quid 8.89 præſumptus ex intentione autoris quid 9.89 hic eſt duplex 10,89 dolus præſumptus ex præſumptione legis eſt duplex 11.89 exempla doli præſumpti ex præſumptione iuris & de iure 12.89 præſumptus præſumptione iuris quid 13.89 præſumptus præſumptione hominis ab autore deſcribitur 14.89 huius exempla quæ 15.90 dolus præſumptus an propriè ſit dolus 17.90 opinio negatiua probatur, & cur 18.90 Affirmatiua multis rationibus probabilior eſt 19.90

Dolus tertii adhibitus in teſtamẽto nocet eis, ad quorum fauorem dolus fuit adhibitus 25.219. & 21. ſeqq. dolus tertii an promitti poſſit, quod ſcil. abfuturus ſit 26.222 Dolum per ſe, vel per alium committere an ſit idem 27.222 dolus vnius an dolum alterius excuſet 28.223 & metus vtrum æquiparentur, etiam differentia inter vtrunq; afferuntur 60.76 doli & metus multæ ſimilitudines 61.76 verus tam infamat, quam præſumptus 101.81 præſumptus habet ſe ad eſſe, & ad non eſſe 103.81

Dolum proprium non poſſe deduci quomodo procedat, autor explicat 72.77 dolus proprius per exceptionem allegatur cõtra eum, qui doli particeps fuit 76 78 item allegatur ad proprium damnũ, & quando iam publicatus eſt ib. rurſus quando actus doloſus eſt nullus, quia fit contra leges, vel quando aduerſarius ipſo iure excluderetur ibid.

Dolus verus quid à præſumpto diſtat 32.72 dolus

pra-

ſumptus credidur eſſe leuior, & colligitur ex actis in omittendo. dolus verus autem reputatur grauior, & deprehenditur ex actu in faciendo 33,72 dolus verus neminem excuſat, ſecus præſumptus 34,72 dolus verus nomine à præſumpto differt 34,72 in dolo ſunt gradus, ſicut in culpa & cur 35,73

Dolus verus an præſumpto grauior 98,81. & 102,81 & metus æquiparantur 43,74 declara num. 47,74 & num. 59,75 & nu. 61,76 dolus conſenſum excludit ex communi opinione 44,74 declara vt num 49,74 verus vtrum excludat conſenſum eius, qui deceptus eſt 40,73 nec proprius, nec autoris allegari poteſt, quamuis ſingularis, quod declara in titulo lucratiuo 69,77 dolus quando reddat actum ipſo iure nullum, poteſt à committente allegari 70,77 Ratio qua ib. verus plus valet ad cōdemnandum in criminalibus, quam præſumptus 114,82 differentia eſt in criminalibus inter dolū verum & præſumptum 123,83 quando carnale matrimonium non impedit, quoad vinculum poteſt quoad dotem vt ſuccurratur deceptis in dote 54,52 vtrum ſit neceſſarius ad impediendam acquiſitionem bonorum monachorum, capituli an ſufficiat dolus ſuperioris vel abbatis, & quando dolus abbatis vel prælati nocere poſſit monaſterio ſc. in acquirendo 55,52 in ſpiritualibus quando reſcinditur, reſciſſio fit officio iudicis 58,53 ingreſſum religionis non annullans, conſenſum non excludit 50,52 dolus vbi ingreſſum non vitiat impedit acquiſitionem bonorum ingredientis monaſterium, quo minus pertineat ad monachos, & vocantur ſucceſſores ab inteſtato 51. & 55.52 abbatis vel monachorum quibus coniecturis detegatur 52,52 præſumitur contra eum, qui rem alienam conſumit 53,99 item in prouocante 54,99 item ex intimitate actuum 57,99 ſæpe verbo committitur 18,15 quando non præſumitur in aliquo 66 & ſeqq. 101. & ſeq. præſumitur ratione perſonæ, & multæ ſunt præſumptiones, quæ ex ea colliguntur 24,93 quæ perſonæ præſumuntur in dolo eſſe ratione perſonæ & quādo 25,93. & ſeq dolus præſumitur ratione modi negotii geſti, & ſunt plures præſumptiones ex hoc fonte emanantes, & quæ 26,94. & ſeq. præſumitur ratione rei, & plurimæ ex ea inſurgunt præſumptiones, & quænam 27,95 & ſeq. præſumitur in re vilius vendita, vel condicta 30,96 item in alienatione rei ſubiectæ fideicōmiſſa 31,96 præſumitur quoq; ratione temporis, 32. & ſeq 96. & ſeq. item ratione delicti 34,97. & ſeq. item ratione ſolemnitatis omiſſæ, indeque præſumptiones quamplures orientes 35,98 dolus præſumitur ex variis cauſis, quæ certo capite comprehendi commode nequeunt 36,98 dolus quādo non præſumitur in aliquo 37,98 quando in aliquo præſumitur 38. & ſeqq. 98. & ſeq. quando contra aliquem præſumitur 40.98 & metus in multis differunt 48,74 vt excludat cōſenſum, qualis debeat eſſe 49,74 non omnem prorſus conſenſum, excludit, ſed ſpecificum 50,74 eſt delictum, intellige dolus verus, non præſumptus ſecundum Caſtrenſem 27,71 & quando dolus committitur in faciendo, non in omittendo ib. velatus & præſumptus æquiparantur 28,71 verus vtrum à præſumpto differat 29,71 præſumptus multis in cum dolo vero conuenit, & quotnam 30,71 hic maxime à dolo vero differt & ſeparatam ab eo ſpeciē conſtituit 31,2 in matrimonio non circa perſonam ſed circa qualitatem vel fortunam perſonæ non vitiat, & ratio ibi quæ 34,10

dolus circa qualitatem vel fortunā perſonæ quomodo conſideretur 35,10 dolus eſt iuriſconſultis, quod medicis venenum: philoſophis moralibus vitium; Dialecticis Elenchus 9. 2 laqueus ſcorpio eſt 11.2 de dolo tractatum nemo adhuc compoſuit 12,2

Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei ipſo iure annullat 17,48

Dolus bonus actionem ad agendum non producit 4,54 Doli ſimplex appellatio ex opinione multorū ad dolum malum refertur 1,53 dolus proprie in malum tantum accipitur, abuſiue autem in bonū ex diuo Thoma 3,54 opinio, quod vocabulum doli ad bonum potius quam ad malum referatur 8,54 doli ſimplex appellatio refertur aut ad malum, aut ad bonum non ſit poteſtate verbi, ſed vel ex ſubiecta materia, vel ex aliquo adiuncto, vel ex qualitate perſonæ loquentis, vel perſonæ, de qua loquimur 12,54 dolus ſimpliciter prolatus ex perſona loquentis ſonat in bonum 16,55 ex materia ſubiecta 17,55 Ratione adiuncti 18,55 ſimplex appellatio doli propter materiā ſubiectam in malum ſonat 13,54 ex perſona loquentis 14,55 ex perſona de qua loquimur, vel contra quā loquimur 15,55 dolus præſumptus ſecundum Caſtrenſ. non eſt maleficium 105.81 cōtra dolum præſumptum quando iuramētum in litem datur 106,82 & 29,96 Exemplū doli præſumpti præſumptione iuris & de iure 110,82 dolus verus mater eſt dolo relato 111,82 dolus ex octo cauſis præſumitur 21,90 omnis dolus eſt culpa, & vbi dolus, ibi quoq; eſt culpa 20,90 dolus præſumitur ratione officii, & ſunt 28 præſumptiones inde orientes 22.91 Doli etymologia apud leges non inuenitur 14 5 dolus vox græca à verbo græco deducta, quod ſignificat ligare & capere 15,5 dolus eſt nomen generis 18,5 Alia doli etymologia, dolus à dolando dictus: dolare diminuere ſignificat 16,5 doli definitio ex intentione autoris 21,6 ſecunda doli definitio authoris 29,6 Tertia doli definitio ex D. Thoma 30,6 Definitio doli mali data à Gallo Aquilio 27.86. Gallus Aquilius, Seruius, Labeo, Vlpianus dolum nō in genere definiunt, ſed in ſpecie dolum malum 20,6 innominatus de quo in edicto prætoris ſemper eſt in ſimulatione 25.6

Dolus præſumptus per præſumptam ratificationē remouetur 124,83 verus vtrum ab eo, qui deceptus eſt, cenſeatur generali renunciatione remiſſus 125,83 ſi liberationi ineſt, dolo extorta cenſetur remiſſus generali remiſſione ex triplici ratione 129,84 dolus bonus quid ex definitione authoris 4.10 Exempla doli boni quæ 5,10 dolo bono licet cum bannito negotiari 8,10 dolus bonus beati Athanaſii contra ſicarios ad declarandum definitionem 6,10 dolo bono licet malum excludere, & fallere fallentem 7,10 dolus bonus, quo vſus fuit B. Abbas Arſonius ad conuertendam meretricem 10.11 declaratio definitionis doli quæ 11.11 Exemplum doli boni pro ſalute Romanæ Reſpublicæ 13,11 Origo doli boni à natura fluxit; 26,11 dolus bonus late patet, & in contractib. reperitur, in vltimis voluntatibus & in iudiciis 18.12 dolus bonus quando committatur in teſtamēto, & quos pariat effectus 19,12 Prima diuiſio doli boni ab effectu 1.13 Secunda à fine 2,13 Tertia à 21,3.13 Eius ſubdiuiſio quæ 4.13

Dominus an ex dolo inſtitoris teneatur 8,201 ſerui damnum patiatur, & ex doloſe geſtis per illū obligetur 12,206

Domitius Labeo floruit ſub Adriani Imperatoris temporibus, & Epitomatum unum, epiſtolarum plures libros conſcripſit 8,59
Donatus de dolo tenetur ſi donatarium decepit 24, 294
Donatio an propter dolum reipſa reſcindi poſſit 60, 162
Donatio in fraudem facta, an differat à donatione doloſa vel ſimulata 64,608
Donatio non eſt contractus innominatus 4,312
Donatio olim ſtricti iuris, hodie bonæ fidei 19,294
Donatio inofficioſa re & conſilio reuocatur 5,788
Dotis titulus eſt oneroſus, & quare 36,50
Ducis commendatio quæ ſit præcipua 8,1
Duplicatio doli non eſt temporalis 12,728
Duplum quo ad pœnam mendacii quid & quomodo intelligendum 66,676

E

Ebrietas eſt inſania voluntaria 23,160
Ebrius an & quatenus excuſetur à delicto, & comparetur furioſo 21,520
Ebrius delinquens duplici pœna damnandus 24, 260
Effectus fraudulenta liberationis qui 79,610
Effectus venientes ex dolore ipſa plures enumerantur, & quinam 71,165
Electio d l. 2. Cod. de reſcind. vendit. ob dolum incidentem non amittitur, opinio communis eſt 11, 186. 13,187
Emens in fraudem fiſci perdit pretium 51,622 *propter vitium litigioſi* 52,622
Emphyteuta partem rei ſibi locatæ vendens, an amiſſionem totius ſubeat 34,417
Emptor quando agit de euictione pro expenſis 4, 730
Equū vendens cum ſuis magagnis, an de aliquo eius vitio tenetur 21,508
Errantibus, non decipientibus ſubuenitur 84,78
Errantis non eſt conſenſus 47,74
Errantem in iure naturali vel quaſi ruſticitas ſexus, aut militia non excuſant 5,74
Error in contrahendo præſumitur etiam in renunciando 59,486
Error in Perſona, vel in conditione perſonæ matrimonium vitiat, & ratio eius quæ 32,49
Euentus fraudulentus ſufficit ad reuocandam fideicommiſſariam libertatem 8,788
Ratio ib.
Euentus nomen varias in iure ſignificationes obtinet 14,789
Euidens quid dicitur, & plus eſt, quam manifeſtum 63,200
Exceptio doli, quæ datur contra autorem delegantem noceat ei, cui ſit legatio 24,247
quæ competebat contra cedentem, an opponatur contra ceſſionarium 25,247
Exceptio doli in rem eſt, non in perſonam 57,325
Exceptio doli nititur æquitate 67,488
concedenda eſt hac, ne quis locupletior fiat 68, 488
Exceptio excuſſionis eſt dilatoria 90,629
Exceptioni alicui vbi ſit locus ceſſat actio doli 8, 724
Exceptionis doli mali natura quænam 52,485
Exceptio doli cum reſtitutione in integrum non concurrit 71,489
Secus *num* 74 ib.
Exceptio doli aduerſus quos proponitur 16, 476
Exceptionē iuſtam habens, tutus eſt exceptione doli 767
Exceptio doli in locum alterius ſuccedens, & ſit generalis, non videtur odioſa 4,767
Exceptio in factum vbi competit, ibi quoque datur exceptio doli 5.762 *limitatio* 6, *ibid. Fallentia* 7. *ibid. regula quando procedit* 8. *ibid.*
Exceptio doli in quarum exceptionum locum ſuccedit 3.766
Exceptio doli generaliter cuicunq; poſſidenti non competit 42,482
Exceptio doli Reo competens, etiam fideiuſſori præſtatur 84 *inuito quoq; Reo* 83,493
Exceptiones multæ dantur cōtra vtiles actiones, quæ non competunt contra directa 115.682
Exceptio doli quid, eiusq; explicatio 1,472 *aliud actio doloſa, aliud actio de dolo* 2,472 *exceptionē doli habens an poſſit actionem doli intentare* 3 ib. *cur inuenta* 4,473 *Quotuplex* 6,473 *Exceptio intentionis & facti quæ* 7,473 *Generalis exceptio doli quæ* 9,473 *Specialis alia directa, alia ſubſidiaria* 10.474
Exceptio doli & exceptio metus inter ſe differunt 78 491 *ſed per viam regulæ æquiparantur* 79,491 *hac tutus, an doli actionem intentare poſſit* 80, 492 *negatiua ib. affirmatiua* 81,492
Exceptio doli perpetuo competit 727
Exceptio dominii in continenti probandi an admittatur in interdicto retinendæ 14,747 *an detur in interdicto quod vi aut clam* 15 ib. *an interdicto recuperandæ* 17 ib.
Exceptio & replicatio à pari procedunt 75,77
Excipiens de dolo, & non probans exceptionem, non videtur confiteri obligationem 93,495
Excommunicatus poteſt in iudicio vocari 4,774
Excommunicari non poteſt, niſi qui ſit in dolo vero 1,521
Excuſationes calumniæ liberant accuſatorem à ſimilitudine pœnæ 19,695 *non liberant ab actione iniuriarum* 40 ib. *nec a condemnatione expenſarum* 41 ib.
Excuſſio quid 3,633 *eius declaratio ib. in cuius gratiam inuenta* 4,633 *vnde proficiſcitur* 5 ib. *in quibus caſibus ſit* 6 ib. *vel non ſit* 8. & ſeq. ib.
Executor quibus modis dicitur excedere in exequendo 152,384
Executor quotuplex ſit in iure 146.383
Exempla quæ, quando dolus conſenſum excludat, & quando non excludat 48,12
Exempla iuſta cauſa litigandi 8,781
Exemplis non eſt iudicandum ſed legibus 19,25
Exheredationis cauſa quæ & quot 9,293
Exheredationis cauſæ ſunt 14 & *quæ* 36,193
Exhibere quid eſt 13,2
Expenſæ aut fiunt pro re, aut pro fructuum perceptione 41,521
Expenſæ litis dolo promiſſa non debentur 28,521
Expenſarum ſpecies ſunt duæ 8,735 *extraiudiciales quæ* 9 ib. *iudiciales quæ* 10 ib. *harum quædā fiūt ante litem conteſtatam, quædam poſtea* 12 ib. *hæ officio iudicis petuntur* 13 ib. *hæ fiunt quoque in cauſa apparitionis* 14,736
Expreſſio vitioſa plus nocet, quam taciturnitas 33, 192
Expreſſio erronea minus vitiat, quam diuiſio 15
Expreſſum potentius tacito 14,723
Expreſſum potentius eſt tacito 38,138
Limitationes ſententiæ communioris quæ 39,139
Extraneus ſeu tertius quādo & quomodo in vltimis volun-

volentibus dicitur dolum committere 71,343

F

Fama quid 19,136 *hæc a bonis viris ſemper plurimi facienda* ibid.
Faciens pacem cum inimico ſuo, qui poſtea fuit ex ſuo delicto in banno poſitus, an poſſit ſine timore violata pacis illum interficere pro negatiua 31,37
Facta vere probantur, & delicta 16,529
Facultas vniuerſis conceſſa de iure publico nõ poteſt tolli quoad omnes, ſed quoad promittentem 33.37
Fœmina honoris & dignitatis maritalis ſiunt participes 14,48
Falſitas quid 35,664 *quæ ad eam conſtituenda requiruntur* ibid.
Falſitas pluribus malis committitur, ſed non ſunt partes falſitatis cauſa 39,193
Famoſum quid eſſe, vtrinque accipitur, plerumque tamen in malam partem 40,443
Famoſus, nomen in dubio ad malum refertur 6,54
Fictio legis eſt, non hominum 21,604
Fideicommiſſi probatio in fraudem relicti per teſtes ſingulares fieri poteſt 44,420
Fideicommiſſum quando in fraudem legis expreſſe relictum dicitur 40,419
Fideicommiſſum tacitum in fraudem legis relinquitur duplici modo 16,412
fiſco applicatur 38,418
fallit hoc 39,418
Fideiuſſoris dolus an principali obeſſe poſſit 22,217
Fideiuſſor propter dolum perdit priuilegium excuſſionis & cedendarum 38.510
Fideiuſſor eſt propriè creditor 89.629
dupliciter fraudem facit 91.ib.
Fideiuſſor ob dolum caret beneficio excuſſionis & cedendarum 15,756
Fides ex Philoſophorum ſententia hoſti data, eſt ſeruanda, itidem teſtimonio Poetarum 15,17
Fides homicidis, adulteris, virginumque raptoribus danda non eſt, nec data ſeruanda 3,24
Fides apud principem tantum valere debet, quantum iuramentum apud priuatum, & quæ ſit ratio 14,25
Fides bona & mala, vna & altera definitur 11,8
Fides mala ſpatio 30. *annorum extinguitur* 18,547
Fides quid 4,700 *bona fides eſt triplex* 7 *eiuſque declaratio* 8,701
Fides defuncti mala nocet ſecundum communẽ ſententiam iure ciuili, heredi volenti ex ſe vſucapionem inchoare 30,232 *argumenta pro opinione Martini tolluntur* 31.ib. *limitatio* 32,253 *quid de iure canonico* 33.ib. & ſeq.
Fides eſt indubitata credulitas 5,601
Fides æque rumpi videtur per latam culpam, ac per dolum 39,565
Fides mala ſapit dolum 1,701 *quid* 4,701 *reſolluitur* 5,ibid. *eſtq; triplex* 12.702 *mala fides ciuilis eſt duplex* 13,702 *vera & præſumpta ſiue ficta quæ* 15, & 16,702 *mala fides præſumpta defuncti heredi non nocet* 77.ibid. *videtur dolum includere* 18,ibid.
huius pœna multiplex 20. & ſeqq. ibid.
Eius probatio quemadmodũ fit 23. & ſeqq. 703. & *quando non purgatur* 28. ibid. *mala fides autoris an & quatenus ſucceſſori noceat* 29.ibid. *heredis an legatario noceat* 30.ibid.
Fides hoſti data a priuato eſt ſeruãda in his, quæ priuati ſunt iuris, ſiue per contractum iuriſgentium 43,38
Filius ex verbis generalibus non cenſetur renunciaſſe ſupplemento legitimæ 40,126
Filii dolus an patri nocere poſſit quoad bona quærenda 14.209
Filius quando perdit per mendacium beneficium abſtinendi 128,685
Filio fraudato datur quaſi Caluiſiana & quaſi Fabiana actio 4,649 *habet ius reuocandi pro ſua legitima adoptiuus ad inſtar patroni* 5,649
Filius non reuocat alienata à patre in ludo licito 13,650
Filiusfamil. propter dolum SC. Macedoniano non iuuatur 4,715
Filius quantum debeat amare parentes 22,651
Filiusfam. ratione doli priuatur beneficio SC. Macedoniani 49,512
Fiſcus pro relictis in fraudem legis, qua actione vti poſſit 49,422
Fiſcus quid 1, & 3,652
Fiſcus ab ærario diſtinguitur 4.ibid.
differentia inter fiſcum & Rempublicam 5.ibid.
Fiſcus ſiue ærarium conſtat ex tribus 6.ibid.
Fiſcus in quibus rebus fraudari poſſit, & quomodo, 10,653
quot modis fraudari poſſit 12.653
Fiſcus prius quam conueniat tertios poſſeſſores, debet agere contra heredes debitoris 56,639
Formula ſententia lata ſuper dolo, reddente contractũ ipſo iure nullum, & cur 30,524
incidente in contractu bonæ fidei 31,525
in contractu ſtricti iuris 32.ibid.
concepta verbis temperantibus mentionem doli 33.ibid.
ferenda ſuper dolo per iudicem delegatũ 34.ibid.
in Foro conſcientiæ nullus dolus eſt permiſſus 15.148
Fortuna cur muliebri forma fingitur 51.263
Franciſcus Piccolomineus Philoſophus Senenſis laudatur, & cur 14.404
Frater qui ſororem ſemel dotauit, iterum dotare non tenetur, licet ſoror ſine dolo dotem perdiderit 33.27
Fraudans legem duplici pœna punitur 28,654
Fraus verbis quoq; committitur 28,597
an ſit generalior dolo 30.598
contra creditores quinq; modis committitur 1.601
Fraus principis in imponendo iniquo vectigali fraude repelli poteſt 49,39
Fraus in renunciatione beneficiorum probatur coniecturis 66.608
Fraus fit creditoribus per manumiſſionem ſeruorum 101,614
Fraus excogitata nocet fraudulento, etiam reſpectu futuri negotii 100,630
Fraus & mendacium plurimum inter ſe conueniunt 1.655
Fraudibus occurrere quandoq; non licet 14,716
Fraus legi quando fieri dicitur 24,654
fraus fit legi, edicto, conſtitutioni, Senatuſconſulto 26.ibid.
Fraus debitoris alienantis quomodo probatur 42, & 3.ſeqq. 638
fraus accipientis quomodo probatur 46. & ſeqq. ibid. 53,638. & ſeq.
Fraus ſæpe pro dolo in iure capitur 1,594
Fraus pœnam ſignificat 2.ib.
aliquando periculum 3,595
interdum damnum 4.ib.
item priuationem denotat 5.

ib. item pro deceptione, fallacia, & impoſtura ſumitur 6. ib fraus unde dicta 12. ib. fraus quid 13, 595. & 13, 596 eius diuiſio 15,19. 596 quid a dolo differt . 20.ib.
Fructus percepti quomodo ſunt reſtituendi 39,620 deductis prius expenſis ſunt reſtituendi 40,621
Fumi venditores qui antiquitus appellantur 105,373
Fumos vendere quid 15, 603 origo prouerbii unde ibid.
Fundus dotalis ob dolum mariti quandoq; alienatur 64
Furis Camilli egregium facinus, & Cleomenis philoſophi ſententia militaris quae 7,16 Locus Virgilii & Homeri qui 8,16
Furioſus non incidit in pœnam l. ſi quis in tantam C. unde vi 34,261
Furtum an inter caſus fortuitos computetur 24,589
Furnum in ſuo facere an licet, unde fumus vicino noceat 8,782
In furto quando ſimulatio adſit 22,6
de Furto iam facto paciſci licet 2,722
Furtum etiam in re minima committitur 93.457

G

Galeni opinio de nominis diſputatione reiicitur 9,4
Gallus Aquilius de dolo malo formulas introduxit 37,442
Geminatio plus operatur, quam ſimplex diſpoſitio 49,299
in Generali remiſſione & renunciatione cenſetur dolus exceptus 11,718
Genus ſpeciei derogat, & quando 8,785
Genus paruum derogat generi magno, & indiuiduũ derogat utrique ſicus ſpecies generi 28,310
Grauatus ſoluere legata pius locis ſi negauerit, punitur in duplũ 54,674 haec pœna quando & in quibus locum habet 55 & ſeq. ib. executor teſtamenti an eadem pœna teneatur 57 ib.

H.

Hamus doli mali hieroglyphicum 3,792
Haec verba, ipſo iure fieri, quo pacto in iure accipiuntur 2:,170 Limitatio communis opinionis 21,171
Heres tenetur exonerare conſcientiam defuncti 6, 758
Heres an preſumitur habere notitiam creditorũ defuncti 26.634 quibus modis probatur 17.ib.
Heres quibus caſibus ex dolo defuncti conuenitur 35 235
Heres dolum futurum in bonis teſtatoris remittere poteſt 11,133
Heres dolo non caret. ſi poſt motam controuerſiã hereditatis legata ſine cautione ſoluit 789,2.790 fideicommiſſa hac regula continentur 9.ib. Limitatio 10.ib Reſtrictio 11.ib.
Heredis inſtitutionis omiſſio, mater eſt defectus, quã omiſſio teſtium in teſtamento 121,83
Heres dolum committit in caſu l ſi in fraudem. C de legat. 18,338
Heres ex dolo defuncti an teneatur in contractibus 3,22 Affirmatiue concluditur 4,227 contraria diluuntur 5.ib.
Heres legata ſoluere tenetur praſtita cautione per legatarios 22,339 fallentia 23. & ſeq. 339. hoc pacto collidens, dicitur verſari in dolo 25. & ſeq. 339 Ampliationes qua 27,340 dolo facit, petendo debitum, legata debitori liberatione 33,340 dolo facit, ſi rem legatam de loco ad locum transferat 42,346
Heres omittens petere cautionẽ uſusfructus in praeiudicium legatarii de dolo tenetur 17.338
Heredis dolus an coheredi noceat 46,238 an hic legatariis & commiſſariis obeſſe poſſit 49,239 heredis ſcripti dolus an noceat proximiori vel aequali in gradu 48,239 opinio negatiua firmatur 50,240 contraria refelluntur 51,240
Heres tutoris de lata culpa tenetur 33,579
Heredis nomen hic verificatur etiam in bonorum poſſeſſore 5,790 nominis, heres, etymologia multiplex 6 ibid heres dictus ab hero. ſeu domino: ab hereditate: ab erciſco, ſeu diuido: ab herendo 70 790 heres ab ere 8.790
Heres impediens ne teſtator mutaret teſtamentum, perdit hereditatem 9,516 limitatio & ampliatio quae 10 ibid.
Heres cauſans mortem teſtatoris, hereditatẽ amittit 11.517
Heres ſi falſo perſuaſus hereditatem ſufficere, legata integra ſoluerit, an actionem doli habeat 78.331 affirmatiue concluditur 79,331 contraria tolluntur 80.331
Heredi extraneo inſtituto per dolum tertii, an illius dolus noceat 70.329
Heres ſcriptus ex teſtamẽto repudiare nequit, ut ab inteſtato adeat 20 36
Haſta quid 33,124 Significatio eius in iure varia ibid ſignum auctoris inſigne oratoris & centumvirorum ornamentum 33,124 haſtae praeerant decem viri litibus iudicandis; Triumviri capitales; triumuiri monetales, quatuor viri viarum urbis; ſeptem viri, qui de cauſis inofficioſi teſtamenti iudicabant 32,124
Hippiae dictum de calumnia 10.692
Homicidium veneno commiſſum grauius eſt, quã ferro perpetratum 122.83
Homo eſt animal Zelotypum 15.9
Homo natura procliuis ad vitia 3,529.12,528 hominis malitia multa 2,527
Homo non poteſt inducere fictionem 22.713
Homines licentia fiunt deteriores 16,134 hominem timere pœnas expedit 17,134
Homo omnis mendax, & nemo à ſorde mundus 1, 256
Homines magnopere boni & magnopere mali pauci ſunt, medii autem plurimi 3.256
Honor premium virtutis eſt 60.40
Hoſti utrum fides data, ſit ſeruanda 1,15 appellatione hoſtis multa continentur, & unde hoſtis vocatur 2,15 hoſtis quomodo accipitur in hac quaeſtione ſeruanda fides 3,15 hoſti fides aliquando a priuata, aliquando a publica perſona committitur tum de re publica, tum de re priuata 4.16 fidem hoſti non eſſe ſeruandam probatur autoritate, iure & ratione 5,16 Dictum Ageſilai quod 6, 16 fides hoſti ſeruanda non eſt de iure diuino, naturali ciuili & Canonico, ſed contraria paulo infra 9.16 Ratio multiplex non ſeruandae fidei hoſtibus 10,17 fidem hoſti eſſe cuſtodiendam, confirmatur authoritate, iure & ratione 11.27 hoſti fides cuſtodienda eſt iure diuino; naturali. ciuili atq; Canonico 16,18 Ratio multiplex ſeruandae fidei hoſtibus praſtitae 17,18 Argumenta opinionis contrariae euertuntur 18,18 Ampliationes dictae opinionis affirmatiua 19,19 Limitationes eiuſdem 20.19 hoſti utrum liceat dare pecuniã ad uſuram 28, 21 Hoſtis mulierem utrum ſine peccato adulterare liceat 30.2

I

Iacob Patriarcha Lyam & Rachelem uxorem habuit 16,48

Idem

Idem operatur propoſitum in propoſito, quod oppoſitū in oppoſito 8,720
Idoli ſeu figura doli boni declaratio qua 1,56
Idolum doli mali, & eius interpretatio 2,792
Ignorans vel affectans ignorantiam, quatenus puniatur 22,520
Ignorantia quatenus ſucceſſorem in actione doli excuſet 112,461 *an contra actionem doli reſtitutionem in integrum producat* 113,461
Imperium quid 16. & 17,778 *hoc quomodo accipitur* 15,778
Impunitatis promiſſionum ad confitendum ſæpe inducti 51,30
Incendium præſumitur ſecutum dolo, vel culpa cuſtodientis 6,527.14,529
Indictio quid 8,65
Indicium quid eſt 32,531
Induſtria nomen in bonam partem ſonat 2,54
Infamia quæ eſt 5,729 *infamia pœna grauis* 4. *ibid. ſymbolum infamiæ* 7. *ib.*
Infamia iuris grauior eſt infamia facti 75,490
Infamia nota proſecutionem iuris ſui non impedit 28 503
Infamia eſt pena repellens a dignitatibus & teſtimoniis 25,619
Infamia pœna ad calumniatores qua 29,694
Infamia cum infamia an compenſetur 59,743
Infamia, dedecus, penitentia, & pena dolum malum ſequuntur 6,792
Infamia iuris grauior eſt infamia facti 75,490
Inficiari quid 28,657
Infidelitas nō priuat dominio infideles 24,21 *diſtinctio in dicto articulo qua* 25,21
Infinitas legibus odioſa & merito euitanda 48,298
Ingratitudo futura non remittitur 19,134
Ingrediens monaſterium in fraudem matrimonii facit actum validum & matrimonium diſſoluitur 56,53 *ingrediens monaſterium in fraudem ſubſtituti non præiudicat ſubſtituto, vt remanet in monaſterio* 57,53
Ingreſſus violentus propter violentiam eſt nullus 46, 51
In his quæ ſunt de genere prohibitorum dolus æque præſumitur, ac culpa 12,562
Iniuriarum compenſatio fit, quando ciuiliter agitur 54,742 *quomodo vero criminaliter agitur, prohibetur* 57,743
Iniuria præterita remitti poteſt, & quandoq; cenſetur tacite remiſſa 11,121
In quolibet tractatu prima debet eſſe queſtio definitionis etiam ex IC. ſententia 4.4
Inſtantia cauſa cuiuſq; quæ dicitur 70,364 *eſtque duplex* 71,365
Inſtitoris dolus nocet proponenti eum 9.773
Inſtrumentum ſolutionis falſum producere non poſſum nec dobeo aduerſus eum, qui falſum inſtrumentum metus contra me produxit, nec poſſum ſine timore periurii dicere, me nihil recepiſſe ab illo, cui vere ſolui 6,34
Intellectus ad cap ſuper literis extra, de reſcript. qui 22,433
Intellectus l. ſi ex cauſa. § nunc videndum. verſ. ſed ſi ff. de minor qui 89,80
Intellectus ad l. hac actione. §. ſi ex colluctationis. ff. ad leg. Aquil. quænam 58,40
Intellectus ad c. omnis anima extra de cenſib qui 50, 39
Intellectus ad l iuriſgentium. §. fraudādi ff. de pact. 4.32,598
Intellectus ad l. 1. ff. de condict. ob turp. cauſ. qui 53, 622
Intellectus l quidam decedens ff de adminiſtr. tutorum ſeq qui 27.135.
Interpretatio illa ſemper fieri debet, per quam fraus vel dolus euitatur 30.26
Iob vacauit a dolo item & alii 4.256
Iohannis regis Gallorum fides cum hoſte, & M. Attilii Reguli, qua 13,17
Ioſeph Patriarcha bono dolo non abſtinuit 11.14
Ira bona & mala, enucleantur ambæ 13.8 *Ratio eius* 17.9
Iudex ad emendam veritatem quando poſſit uti ſimulationibus 8.716
Iudicis arbitrium in diiudicando dolo plurimum poteſt 2.4
Iudex in iure errans, an præſumatur dolo feciſſe 86. 368 *ignorans ius ſibi reſiſtens, non excuſatur* 87, 368 *ſi dolum commiſerit, quomodo dolus probādus* 94.369
Iudex quotuplex eſt 75,366 [illegible] *is maior eſt dolus circa proceſſum, q* [illegible] 67 *vir bonus vere appellatur, & a* [illegible] *partis* 76,3 [illegible] *debet* 85. 367 [illegible] *alis eſſe iudex*
Iudici an liceat pro ſententia, [illegible] *pere inſtrumentum de indemnitate* [illegible] 104.372
Iudex dolo iudicans litem ſuam facit 109.374
Iudex ob impudentiam ſupinam in ſolidum condemnatur 115,375 *eccleſiaſticus doloſe iudicans, an punitur* 118.376
Iudex quis, & vnde dicitur 60,265. *an dolum committere poteſt, & quando* 61,265 *iudices doloſi pœna arbitraria puniuntur* 63.265
Iudex bonus quis 64,266 *dolus in eo non præſumitur in dubio* 65,266 *eius præſentia facit ceſſare præſumptionem doli ſuper geſtis corā eo* 66.266
Iudex acceptam pro iuſtitia facienda pecuniam, an reſtituere teneatur 101,371 *arguitur negatiue ibid.*
Iudex quando dicitur plenum arbitrium 124.377
Iudex ſicut tenetur ſeruare ſtatutum vel conſuetudinem loci celebrati contractus; ita debet pœnam imponere ſecundum ſtatutum loci, in quo cōmiſſum eſt delictum 82.78
Iudicis factum, factum partis reputatur 154.385
Iudicis decretum facit ceſſare doli præſumptionē 37 551 *eius præſentia dolum purgat* *ibid.*
Iudex interdum futili argumento mouetur, qui valido non adducitur 13.35 *Communis opinio reprobatur, & ibi ſunt rationes* 14.35
Iudex quando dicitur litem ſuam facere 15.587
Iudex Reo ad eccleſiam fugienti promiſit in priſtinū illum locum reſtituere, ſi ad ſe veniret, an fidem ſeruare teneatur 59.32
Iudex vtrum fidem impunitatis datam Deo, ſi peccatum confiteatur, ſeruare tenetur 37.28 *iudex quando pœnam legibus ſtatutam augere vel minuere poſſit* 38.28
Iudex vir bonus eſt & viri boni nomen in iure ad iudicem plerunq; refertur 83,30 *diſtinctio in articulo, an iudex fidem impunitatis ſeruare poſſit & debeat* 52,30 *iudex promittens impunitatem promittit factum alienum* 55.31
Iudex promiſſionem impunitatis ſeruare nō tenetur 44.29
Iudex pœnam remittere nequit, & quæ ſit ratio 48, 30
Iudex nec clementior lege, nec ſeuerior debet eſſe 49. 30 *nec is pœnam permutare poteſt* 50,30

Iudex dicitur quaſi ius dicens 14,776
eius iuſſu præſumptionem bonæ fidei inducit 7 ibid.
a Iudicio ſortis non datur appellatio, niſi ad ipſam ſortem 66,514
nemo dicitur læſus, nec minori datur reſtitutio 67,514
iudicium ſortis propter dolum alicuius reſcinditur 68.ib.
Iudicium criminale & ciuile 1,346
ciuile eſt iuriſdictionale & arbitrarium 2, 346
Iudicium eſt veluti bellum, in quo litigantes dicuntur aduerſarii, & aduocati vocantur milites 9, 34
Iulii Clari diſtinctio in promiſſione impunitatis 57, 31 Viuii diſtinctio in eadem cauſa qua 58
Iuramentum vi aut dolo interpoſitum non repræſentat minorem, maiorem 45,74
Iuramentum in litem propter dolum an contra heredem competat, ſicut contra defunctum 37,235
Iuramentum non confirmat contractum ſtante grauiſſima læſione 16,718
Iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum 41.139 nec valet contra bonos mores, nec contra publicam vtilitatem ib.
Iuramentum per dolum ipſo iure reſcinditur 7.& 9 522 ſecus propter metum 8 ib.
Iuramentum ad doli purgationem eſt aptum 39, 552
Iuramentum calumniæ & iuramentum veritatis differunt 31,664
Iuramentum in litem quando contra notarium datur 54.196
Iuramentum, iuſiurãdum, ſacramentum pro eodem ponuntur 1,423 iuramentum quid 4,421.5,424 vnde dicitur 3,423 huius duæ ſpecies principales 6,424 Iuramẽti iudicialis ſpecies quot 7,424 extraiudicialis quot 8,424 Iuramentum ſequitur naturam contractus ſuper quo interponitur 32,295
Iuramentum in litem quid 4,725 vnde dictum 6, ib. eius ſpecies quæ 7. ib. hoc contra quos datur 11. & ſeqq. 726
Iuramentum de non tranſigendo, quaſi contra bonos mores non valet 82 & ſeq. 303. & ſeq. Iuramentum & ſententia æquiparantur 83,304
in Iuramento dolo extorto eſt neceſſaria abſolutio 51, 74
Iuramentum bonæ fidei eſt; compromiſſum vero ſtricti iuris 14,425 non firmat contractum nullum ratione minoris ætatis, vel aliam ſimilem ob cauſam 17,426
Iuramentum in litem vtrum pro vtroque dolo detur, an pro ſolo dolo in committendo 42,195 ſententia communis & non competere iuramẽtum, niſi pro dolo in committendo 43 ib. opinio altera multis modis probatur 44,195 diſtinctio in articulo quæ 45,195 iuramentum eſt probatio priuilegiata 49,195 opinio communis eſt dari iuramentum contra mixtum dolum 50,196
Iurans præſumitur ſub conditione iurare, ſi non enormiſſime lædatur 23,427 quid ſi ſuper ea læſione fuerit ſpecialiter iuratum 24,427
Iurare in litem quid 1,2.& 3,725
Iurare in dolo quis dicitur, & quis iurare falſum 9, 424
Iuriſconſulti de verborum proprietate ſunt maxime ſolliciti 11,4
Iuriſconſultus eſt medicus, Philoſophus & dialecticus 10,2
Iuſiurandũ hoſtibus datum frangere non licet 27,2
Iuſiurandi in litem definitio quæ 5,725
Iura in præſumptione fundata, in foro animæ nõ valent 132,115
Ius municipale in loco, in quo obſeruatur, dicitur ius commune 58,569
Ius offerendi quibus competat 70 641 vtilitas offerendi multiplex 71. ibid. hoc vſq; ad quod tempus competit 76,642 veniens ex prouiſione hominis, vſq; ad quod tempus conceditur 77 ibid.
Ius occidendi bannitum, eſt ius publicum, cui non poteſt renunciari 38,38. & num. 63,41
Ius occidendi bannitum, competit omnibus de ciuitate, vt vniuerſis 41,38
Iura omnia contra doloſum & moroſum clamant 3.505
Ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt 3.783
Iure ciuili deficiente, confugitur ad ius prætorium 21.315
Ius congrui ſeu prothemiſeos competit habita fraude de contractu ad contractum 8,409
Iuri Canonico ſtandum eſt in caſibus de iure ciuili dubiis 14,431
Iuuenes cur bonæ indolis à multis vocentur 17,12
Iuuenis dolo inductus ad contrahendum matrimonium cum muliere, quaſi valde eſſet diues, fraude reperta, non poteſt dirimere nuptias 10,48

L

Labeo definitioni doli à Seruio traditæ duo opponit, & quænam 12,59
Labeo IC. diſſentit à Sulpitio in definitione doli mali 1,58 Labeo iiſdem mediis defenditur, quibus Sulpitius 25,61 Definitio doli à Labeone data, ſecundum Richardum deterior eſt definitione Sulpitiana 22,60 Labeonis definitio ex tri. oppugnari videtur, & quænam 23,61
Labeonis reprehenſio contra Seruium in qua parte vera ſit 14,6
Labeones tres fuerunt IC. præclariſſ. Antiſtius Labeo pater & filius, & Domitius Labeo 4.58 Quis ex tribus fuerit, qui Sulpitium in definiẽdo dolo incertum reprehendat, quomodo ſolo nomine deſcribitur 5,58
Læſio enormiſſima inducit præſumptionem doli ex propoſito 26,428
Læſionis enormiſſimæ probatione facta numquid fructus reſtituuntur 48,159 vtrum renunciari poſſit læſioni grauiſſimæ 50,161
Læſio infra dimidiam iuſti pretii, nec ciuili nec Pontificio iure ſuccurritur 21,150
Læſio quot modis conſideratur 40,158 qualis eſſe debeat, vt eccleſia, vel minor reſtitui poſſit 41, ib. hæc reſpectu rei ad rem 4. modis conſideratur 42 ibid.
Læſio enormis vel enormiſſima quæ 5,152 differentia inter vtranq; quæ 6,152 Enormiſſima quando dolum arguat 7,153
Læſus enormiſſime an debeat petere abſolutionem à iuramento ad effectum agendi 5. 1 7
Laicus ratione doli beneficio ceſſionis non vtitur 18 507
Laudum iuratum propter dolum reſcinditur petita abſolutione iuramenti 12.424
Laus Ferdinandi Magni Hetruriæ ducis quæ 90, 268
Laus, honor, gloria dolum bonum ſequuntur 4.56
Legatarius dolum committit per ſuadens heredi per falſaciam, vt hereditatem adeat 43,330 in dolo eſt, ſi ſcienter plus acceperit, quã ex lege falcidia

vidia ſibi dandum eſſet 47,341 in dolo eſt iuxta caſum l. Papinianus. ff. de ſeruitut. 50,341. hic dolo facit, occultando teſtamentum, ita vt poſtea petendo legatum repellatur 53,342. de dolo tenetur malitiose contraueniendo voluntati teſtatoris 54,342

Legatum cauſam lucratiuam continet, & communis ſententia ampliatur 23,123 Limitationes communis ſententia 24,123

Legata quando in fraudem facta dicuntur, an requiratur animus fraudulentus cum euentu damnoſo 13,337 concluſio qua 14,337

Legatum relictum in fraudem creditorum an mero iure ſubſiſtat 2,335 arguitur pro negatiua ibid. pro affirmatiua 3,335 Negatiua probabilior 4,336 reſolutio contrariorum 5,336 Limitatio qua 6, & 7.336 Ratio limitationis 8,336

Legiſlatores doloſi qua pœna afficiendi 17,405

Legitimatio liberorum non præſumitur fraudulenta, ſi per ſubſequens matrimonium facta ſit 27,320 ampliatio 28. ib. limitationes tres & qua 29, 30 & 31,320 & ſeq.

Leo Decimus Pontifex Romanus Bannito fidem nō ſeruauit 7,24

Lex 1. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. loquitur in lata culpa ignauia 53,567

Legis diſpoſitio toties intelligitur, quoties opus erit 29 26

Leges creditoribus plus fauent, quam filiis 10,650

Lex in ſuis fictionibus non dicit mendacium 13, 661

Lex final. C. ſi maior factus, *&c. locum ſibi vendicet, quando in contractu a minore geſto dolus præſumtus interuenerit &c. 320 et ſeq. 108. & ſeqq. Declaratio & limitatio varia 122,110*

Leges non ſine ratione de dolo loquentes, adiectionem mali faciunt 9,54

Legum correctio, quo ad fieri poteſt, euitanda eſt 20, 339

L. ſi quis cum aliter ff. de verbor. oblig. an renunciari poſſit 56,161

Lex vbi ſpecialiter aliquid requirit, non ſufficit generalis diſpoſitio 39,126

Lex eſt mutus magiſtratus 4,776

Lex, ſi quis rationes. ff. de liber. legat. *an procedat in dolo præterito, an futuro 26,123*

Lex non recedit a diſcretione naturali 50,299

L. ſtipulatio hoc modo concepta. ff de verb. obliga. & l. vlt. C. de pact. procedunt tam in parte, hereditatis, quam in tota 49,281

Lex quid 5,403 vnde dicitur. 6,403 interpretatio legis dicitur pars legis 3,402 duplici forma cōſtat lex 15,404

Libellus quid 73,626 eiuſque declaratio ibid. de forma libelli in Pauliana 74,626 Pauliana an futuris creditoribus competat 75. ib.

Libellus in actione doli quomodo formari debeat, & qua circumſtantia in eo exprimenda 135,469 aliter concipiendus eſt, ſi actio doli eſt arbitraria 136,470 & ſi ſit dolus reipſa 137. ib.

Liberatio a reddenda ratione non poteſt remitti, limitatur infra 30,136

Libertas non dicitur data in fraudem, niſi re & conſilio fraudulento 7,788

Libertus in fraudem patroni poteſt ſua filia dotē conſtituere 51,607

Libertus poteſt in fraudem patroni filia dotem conſtituere 32,646

filio mortis cauſa donare 35. ib.

etiam bene merenti donare 36,647

Litera Cambii non præſumuntur facta in fraudem & cur 13,789

Litem ſuam facere quid ſit 110,374

Litium finiendarum maximus eſt fauor 81, 330

Litigatores infames teſtibus infamibus digni ſint 27. 503

Lucri ſpes, voluntas, vindicta, doli mali duces 4,792

Ludus bonus & malus, vterq; explicatur 10.8

Ludi alicuius maxime peritus ſi prædicatione ſua ignorantia aliquem ad ludendum induxerit, & plurimum vicerit, an doli exceptione repelli poſſit 93,80

Ludorum genera varia qua, de quibus in legib. noſtris 56,40

Ludi definitio qua 76,44 definitionis declaratio qua ibid. Quæſtio de ludo alearum qua 75.44 Ludus recreationis cauſa, omnibus eſt permiſſus 77, 44 Ludus ad hominis vitam neceſſarius eſt 78,44 Ludi ſunt aut publici, aut priuati 79.44 In omnibus ludis ſunt certa leges, quas ludentes inter ſe cuſtodire debent 82,45

Iſundri dictum vbi quod vellet, non aſſequeretur Leonis exuuium, ibi vulpinum applicandū eſſe 8.24

M

Machinatio, fallacia, calliditas continent triplicē dolum in faciendo, dicendo, & tacēdo veritatem 30,63

Magiſtratus & Aſſeſſores quomodo de leuiſſima culpa teneantur 23,578

Magiſtratus quid 9. & ſeq. 778 Eius etymologia 11,778 magiſtratus aut maiores ſunt, aut minores 12, ibid. quomodo hi inter ſe diſtinguuntur 13. ibid. hi ſunt duplices 14. ibid.

Magiſtratus olim qui erant 8.777

Magiſtratus & miniſter legis, qua ſine eo eſt mortua 3.776 lex loquens 4. ibid. magiſtratuum proles & filia ſpecioſa dicitur æquitas 5. ib.

Magiſtratus non obediens maiori magiſtratui, an ſit in dolo 22.776

Magna peccandi illecebra ſpes impunitatis 12,723

Maiori bono maius malum opponitur 7.720

Mala fides dolum ſapit 2.754 Ratio huius regula 13. ibid ampliatio 4. ibid.

Mala fides vbi eſt, ibi dolus 10,69

Mala non ſunt facienda, vt bona eueniant, imo malum bono vincendum eſt 5,34

Malitia bifariam in iure ſumitur 8,774 fallentia 9. ibid.

Malitia ſupplet ætatem 84,78

Malum punicum ſimulationis ſymbolum 6.712

Manumiſſio facta inter viuos, non dicitur fraudulenta, niſi doloſus animus cum damnoſo euentu concurrat 108,615

Maritus vxori donatarius, poteſt repudiare hereditatem, ſibi relictam 9.757 Limitatio 11, & 12.758 Reſtrictio 13, & ſeq. 758

Maritus ab vxore deceptus, quod per mendacium dixerit ſe diuitem, ſuccurritur expellendo mulierem de domo 41,280

Maritus à dolo commiſſo per ſe, vel per alium in rebus dotalibus quomodo liberetur 53.281

Maritus tenetur explorare coditionem vxoris, cum qua contrahit 38,279

Mater minor, quæ filiis tutorem non petierit, reſtituitur 91.103. minor pro dolo præſumpto in crimine læſæ maieſtatis non reſtituitur 95.103

Matris dolus an filio noceat. 31.224 & quid de dolo in falſis monetis ibid.

Matrimonium dolo bono contractũ non reſcinditur 36.322

Matrimonium eſt ſacramẽtũ nouæ legis ſpiritualibus annumeratur, & gratiam confert 4.47

Matrimonium contrahens cum pacto, quod à ſocero inſtituatur heres non poteſt diſtrahere coniugiũ, etiamſi pactum inſtitutionis non ſeruetur 9.48

Matrimonium ad ſolatium virorum eſt inductũ, & nomen vxoris non magis dignitatis quam voluptatis 11.4[illegible] matrimonium tribus modis apud Romanos celebrari eſt ſolitum 21.48. matrimonium metu contractum, nullum eſt, & quare 23.49

Medici dolo bono vtuntur ad fallendos pueros ægrotos: & philoſophi ad rudes homines docendos 9.10

Medicus ſe abſentans, ne ſuper cicatrice teſtificetur, parti ad intereſſe tenetur 64.364

Medium inter bonam & malam fidem datur 56.568

Melius eſt occurrere, quam poſtea vindicare 3.715

Mendacii nulla videtur pœna ſine dolo 116.683

Mendacium quot modis committitur 5.660. ex dolo procedit 8. ibid. mendacium contra naturam 9 ibid. diſtinctio quæ 10 ibid.

Mendacium nemini nocens an puniatur 27.663

Mendacium quando dicitur nocere, vel non obeſſe 29.663

Mendacium materialiter & formaliter bonum & malum 19.15

Mendacium iure diuino improbatum 88.79

Propter mendacium qui tenebatur pro parte, obligatur in ſolidum 130.686

Mendacium iudici dictum, annullat proceſſum 21.688

Mendacium in dubio, an præſumitur doloſum 40.658

Mendacium cur imbecille 5.655. cur tenue, & perlucet 6. ibid. non ſeneſcit 8 ibid. cur maxime damnoſum 9. ibid. vnde dictum 11.656 mendacium quid 12. ibid. eius explicatio ibid. verbis & factis committitur 16. ibid. eſt bonum & malum 29.657. bonum quid 31. ibid. malum quid 33. ibid.

Mendacium non relinquitur impunitum 1.668 modicum mendacium quando vitiat actum 12. ibid. eſtq; duplex 3. ibid. Pœna mendacii negatiui ſunt quinq; 4.668

Mendacium ſemel commiſſum, an purgari poſſit 25.689 negatiuum quomodo purgatur 26 ib. affirmatiuum quomodo 27. ibid. probando eſſe emiſſum ſine dolo vel culpa 29. ibid. quomodo purgatur pœnitentia 30. ib. mendacium quomodo probatur 32 690. apud Perſas pœna infamiæ plectebatur 33. ib. apud Indos ter conuicto perpetuum ſilentium indicebatur 34.690. Pœna Artaxerxis contra mendaces 35. ibid. mendacis pœna quæ 36. ibid.

Mendax precator caret impetratis 39.664

Mendacem omnes odio habent 37.690. mendaces Deus maxime odit 38 ibid. aduerſus mendacem pœna ſpiritualis quæ 40. ibid.

Mendax ex mendacio perdit, quæ impetrauerat, per reſcriptum 19.688. mendax in vno, an præſumitur mendax in aliis 23.689

Mendacis pœna eſt, vt poſtea verum dicenti non credatur 17.25

Mendaces filii diaboli vocantur 88.79

Mendax pœna falſi punitur 14.088. pœna criminis ſtellionatus 15. ibid. actione doli 16. ad intereſſe 17. ibid. iudicis arbitrio 18. ibid.

Mentiri & mendacium dicere an differũt 23.656. in iure confunduntur 25. ibid. mentiri poteſt aliquis ſine dolo 26.656

Mercatores vt plurimum mendaces in venditione mercium 6.687. hiſce quatenus liceat ſuas merces laudare 7. ibid. dictum Saliceti de Mercatoribus. 8. ibid. dictum IC. graue eſt fidem fallere, verificatur in mercatoribus 9. ib.

Meretricia cum meretricio an compenſetur 60.743

Metu geſta vt reſcindãtur, quid requiritur 10.439

Minor in dolo præſumpto reſtituitur 9.64

Minor, qui ſe maiorem iurauit, gaudet nihilominus beneficio reſtitutionis 38 552

Minor iurans ſe maiorem, an beneficium reſtitutionis in integrum perdat 27.428. & ſeq.

Minor factus locupletior cum aliena iactura, non reſtituitur 12.719

Minori circumuento per dolum, an reſtitutio vel de dolo actio competat 131.468

Minor contra dolum velatum reſtituitur 17.118

Minor an reſtituitur aduerſus dolum præſumptum de futuro 96.103

Minores an dolum committere poſſunt 54.263. & ſeq.

Minor an aduerſus dolum reipſa reſtituatur in integrum in temporalibus 68.164 an in ſpiritualibus 69 165

Minor deceptus cogitur declarare, an velit ſtare cõtractui 60.183

Minor vtrum reſtituatur aduerſus dolum verum, in omittẽdo 55.196. Oddi in hoc articulo diſtinctio, quæ non probatur 56.197. Opinio negatiua verior videtur autori 57.197

Minor an reſtituatur aduerſus ingreſſum religionis 70 165

Minor an ob dolum præſumptum reſtituatur 84. & ſeq. 88. & ſeq. fol 101

Minor ob dolum tertii an in integrum reſtituatur 29.23

Minor ad teſtandum inductus, non dicitur læſus 44.323. ſicut etiam ad donandum cauſa mortis. 45.324. & quando fallit 47.324

Minor, qui negauit, & in actione legis Aquiliæ reſtituitur 50.73

Minor quonam pacto aduerſus mendacium reſtituitur ex Baldo & Ruino 87.79. minor in delictis reſtituitur, ſi aduerſarius quoq; in dolo fuit 91.80 minor in delictis reſtituitur, ſi non ad impunitatem, ſaltem ad minorandam pœnam, etiã ſi à minore non petatur 92.80 in minore & in maiore diſtinctio quæ 94.80

Minor an reſtituatur aduerſus dolum præſumptum de futuro 52.143 duo capita huius quæſtionis 53.54.143. & ſeq. & num. 55.144. & ſeq.

Minor ob dolum non auditur petens reſtitutionem: nec maior in quibus caſibus ei competeret 13.756

Minor an aduerſus mendaciũ reſtituitur 24.689

Minor in maiorem nullum imperium habet 24 25

Minor propter mendacium reſtitutione in integrũ non perdit 78.78 minori vtrum propter verum dolum reſtitutio in integrum denegetur 77 78 minor de dolo commiſſo in commodato non tenetur, niſi locupletior factus ſit 79. eius declaratio ibid.

ibid. Minor mulier non petens liberis tutorem, ſucceſſione non priuatur, quamuis ſit in dolo 80, 78 Minor exercens artem hiſtrionicam, infamiæ pœnam non ſubit 81,78 Minori propter dolum reſtitutionem non concedi receptior eſt opinio Dd. 83,78 Ratio eius ib.

Mitius agitur cum lege, quam cum homine 78,642 33,564

Mixtum continetur ſub ſimplici, tam in cauſa fauorabili, quam odioſa 53,196

Modeſtinus fuit Vlpiani diſcipulus 5,4

Modi multi ſunt in iure recepti remittendi dolum 52,129

Modi definiendi varii à cauſa materiali & formali ſimul, à ſola cauſa efficiente, & à finali & ab omnibus cauſis ſimul 28,62 alii duo modi definiendi, & quinam 29,63

Mora quid 3,781 hæc dicitur culpa, vel dolus præſumptus 4.781 hæc a Reo & actore fieri poteſt 7. ib. vltimo mora nocet 10.ib.

Mora vnde dicta 4,707 mora quid 7.& 8.707. & ſeq eius diuiſio 9,708.10,709 pœna moræ in perſona debitoris 11,709 pœna moræ in perſona debitoris 11.709. pœna moræ in perſona creditoris 12,710 Excuſatio a mora quomodo differt à purgatione moræ 13,710 mora quibus modis à debitore purgatur 14.ibi. quomodo a creditore 15. ibidem de effectu purgationis moræ 16,711 mora eius an alteri Reo vel fideiuſſori noceat 18.& ſeq.711

Moræ definitio quæ 3,146 mora duplex 4,146

Mors vltimum terribilium, & morborum medicus poſtremus 3,763 nulla mors inquietior, quã quæ ſtatim tota venit 4.ib.

Mortis articulus quis dicitur, & quis in eo conſtitutus 25,320

Mortis cauſa capio eſt duplex, & quæ 4,249

Mulier ob dolũ perdit beneficiũ SC. Velleiani 3,755

Mulierum genus auariſſimum quæ ſit ratio 108,105 *à muliere omne malum, ab eadem omne bonum natum eſt homini* 111,105

Mulieres laborant hoc vitio mendacii à natura 10, 687 faciles ad mentiendum & peierandum 11, 685 Fabula de mulieris mendacio 12.ib.

Mulier ratione doli priuatur beneficio SC. Velleiani 50,512

Mulier an reſtituatur aduerſus dolum præſumptũ de futuro 56,145

Mulier in fraudem creditorum non poteſt ſeipſam dotare 54,607

Mulieris dolus occultatis fideicommiſſo bona ſubiecta, quæ in dotem dedit, an conſtitutionem dotis vitiet 35,279 Mulier mendax, non gaudet beneficio Anthen præterea. C. vnde vir & vxor 43, 280

Mulieres facillime decipiuntur 47,263 earum conſilium infirmum 48,263 hæ olim ſub tutela erãt 49,263 dolum committere poſſunt 52,263

Mulier decepta in dote poteſt ſtare contractus, vel illum reſcindere 52,182

Mulieribus fides non eſt habenda 99,103 in muliere an propter imbecillitatem ſexus præſumptio doli ceſſat 97,103 opinio negatiua probatur 98, 103 mulieres cur ad malitiam procliues 100,104 mulieres mendaces & periuræ 101,104 *in muliere doli præſumptio ceſſat, communis opinio* 105.104

Multa fieri prohibentur ratione futuri doli 23,134

Multa fiunt ipſo iure, quæ tamen factum hom. nõ deſiderant 19,170

Multum intereſt, an infamia irrogetur per ſententiam, an ipſo iure 30.563

Munus Iuriſconſulti & dialectici quodnam eſt 3,1 Eiuſdem facultatis eſt oppoſita conſiderare 4,1 Iuriſconſulti definitio quæ 5,1 eius officium eſt dolum cognoſcere 6,1

N

Necare videtur, qui denegat alimenta, & multis modis probatur 20,191

Neceſſitas a præſumptione doli præſumitur 6,776

Negans poſitionem non poteſt in ea ſe fraudare 93, 680 poteſt tamen ſe fraudare in dictis teſtium ſuper poſitione negata 94

Neganti nõ prodeſt confeſſio facta ex interuallo 47, 672 nec releuatur negans, ſi obtulerit actori iuſiurandum 48,673

Negans ſe poſſidere pro parte, non venitur in re tota 26,670

Negans debitum perdit beneficium ceſſionis 104. 681 contractum, non poteſt poſtea opponere, quod non ſit ſolemnis 105,682

Negans rem aliquam eſſe hereditariam, perdit beneficium legis Aquiliæ 124,684 Tria iura conſideranda hoc loco, & quæ 125,685

Negatio aut affirmatio de quacunq; re verificatur 3,715

Per negationem non perditur priuilegium, niſi in caſibus a iure expreſſis 103,681

Nemo de ſua improbitate actionem conſequitur 3, 787 ampliatio.4.& ſeq.ib. Limitatio 7.& ſeqq. ibid.

Nemini ex improbitate ſua danda eſt actio 29,740

Nemo in alienis negotiis debet minus videri curioſus 38,605

Nemo compellitur ſuo beneficio vti 58,183

Nemo dolo ſuo lucrum ſentire debet 24,350

Nemo omnibus horis ſapit 34,193 & bonus quandoq; dormitat Homerus ibid.

Nemo tenetur crimen ſuum prodere, quomodo verũ 26,414

Nemo ſub publica fide decipiendus 12,24

Nemo eſt in ſuo delicto fauendum 59,300

Nemo in dubio delinquere preſumitur 37.37

Nemo debet locupletari cum alterius damno 9,120

Nemo pœna duplici puniendus 119,376

Nemo præſumitur omni exceptione maior, licet quiſq; præſumatur bonus 4,735

Nemo in dubio videtur promittere, niſi pro his, quos obligare poteſt 5.762

Nemini dolus ſuus patrocinari debet 31.26

Nemo ex dolo ſuo lucrifacere debet 773 hæc regula, natura ſuadente, introducta 1. ibid vnde de prompta 2.774 Ratio multiplex 3, ibid. regula ceſſat, & in quibus 11,775 ampliatio 12.& ſeq.775

Nemo dolum proprium allegare poteſt: Dd frequentius probant, declaratio autoris quæ 66,77. Nemo ex ſuo dolo lucrum ſentire debet 68,77 nemini licet turpitudinem ſuam adducere, nec contra factum proprium venire. 67.77

Nominis proprietas a definitione, ab authoritate legis, & ab etymologia ſumitur. 29.56

Nomina omnia, quæ duplicem ſenſum habent, & ad bonam, & ad malam ſignificationem accommodari poſſunt, vtrum in bonam potius, quam in malam partem accipiantur, ex ſubiecta materia, ex perſona, vel ex aliquo adiuncto cognoſcitur. 20.55.

Non obtemperans magiſtratib an ſemper ſit in do-

lo 18,779

Notarius negans ſe eſſe rogatum de inſtrumento, ſi factum ſit de recenti, punitur de falſo. 129,686

Nullus videtur dolo facere, qui iure ſuo vtitur 782. *Ratio regulæ multiplex* 2 *ib cius exempla* 4 *ib.*

O

Obediens iudici extra officium, quando excuſatur 16,776

Obligari ad factum alienum an & quomodo quis poſſit 19,309

Obligatio propriæ turpitudinis quando non reiicitur 17,788

Oblatio quid 9,653

Obrepere quid eſt, & quod reſcriptum obreptitium & ſubreptitium 6,430

Occaſio delinquendi non dari debet 8,120

Occidens aliquem tanquam bannitum, qui vere nõ erat, an pæna aliqua ſit plectendus 5,763

Occidens capitaliter damnatum, an & qualiter puniendus 18,401

Occidens hominem, non excuſatur dicens, ſe ad ſui defenſionem occidiſſe 99,496

Odium bonum & malum, vnius & alterius declaratio affertur 12,8 *Ratio cuius cur* 17,9

Officium ſapientis quodnam eſt 7,1

Officium iudicis facit ceſſare actionem doli 7,724

Officium medici antidoti & veneni notitiam habere eſt 2,1

Opinio Galeni de definitione cõfutata qua 3,3 *Galenus defenſus à contrarietate* 13,5

Opinio communis eſt, poſſe fraudari iniuſtum bellū ſine peccato 49 39

Opinio communis quid dolus verus à præſumpto differat, cum rationibus 36,73

Opinio affirmatiue, quod bannitis data fides publico ſeruari debeat, comprobata eſt 10,24

P

Pacta nuda ſunt ſtricti iuris 66,184

Pactum nudum an doli actionem producat 116 462 *diſtinctio qua* 117 *ib. Limitatio concluſionis* 118, 463

Pactum nudum poteſt dici contractus innominatus 9,312

Pactum de remiſſione doli præteriti, cõtinet ius partis & eſt de re familiari 4,723

Pactum a cõmuni vtilitate remotū non valet 9,24

Pæna mendacii negatiui ex d. l fin. ff. de rei vindicat qua 5. *& ſeqq.* 668 *& ſeqq,*

Pæna non debetur in foro fori, non ſecuta cõdemnatione 23,414

Pæna veniens ex mendacio, dicitur extrinſeca & accidentalis 61,675

Pæna temporalis qua, ſi ius publicum lædatur 84, 186.86,287

Pæna eſt ſtatuta aduerſus non obtemperantem magiſtratibus 3,777

Pæna canonis qua 83,286

Pæna Platonis in furem qua 76,191

Pæna criminalis qua in iudicem irrogatur, qualis 121,376

Pæna doli in delictis num tranſeat in heredes 7,228 9,229 *quid de iure canonico* 8. *&* 11,229.14,230 *quid in priuatis delictis* 10,229 *quid in publicis* 11. *ib. diſtinguitur in priuatis* 13,229 *limitationes afferuntur* 13. *& ſex ſeq.*

Pœna calumniæ in cauſa ciuili qua 24,693 *qua in cauſa criminali* 25, *ibid. qua ex lege* 12. *tabular. ex lege Moſaica, ex lege gentium & ex lege Pythagoræ* 26. *ibid.*

Pœna mendacii hu... in perſona ſerui damn... in metallum 3,6.7

in Pœnis aliquando lata, aliquando ſtricta ſit interpretatio 121,684

Pœna mendacii an valeat in legatis factis pauperibus, vel in redemptionem captiuorum 60,675

Pœna priuationis beneficii non valet in caſibus exceptis 117,683

in Pœnalibus minimum quoq; attenditur 94,457

Pœnitentia in pœnis legalibus eſt licita 12,669

Paleſtræ inuentor eſt Hercules 62,40

Pancratium quid eſt, qui pedibus velociter currens, qui Paleſtricus, qui pugil eſt atq; duobus ex his locis omnes præcellit, Pãcraſticus dicitur qui omnibus Pentathlus 57,40 *Primus ex tribus Dromicus dicitur, ſiue carcer, ſecundus qui luctator, tertius pugil.* *ibid.*

Parentes filiis ſuccedunt ratione miſerationis 26,651

Parentibus fraudatis quomodo ſuccurrendum 27, *ibid.*

Parentes ſunt aut naturales, aut adoptiui 1,649

Parenti nec Caluiſiana nec Fabiana actio competit 3. *ibid.*

Paria ſunt vxorem vel ſeruum occidere, & infirmū vel infirmum derelinquere 19,191

Paria videntur extorſiones facere, & ab aliis factas non prohibere, ſi poſſis 22,192

Paria ſunt ſeruum occidere vel infirmum negligere 100,81

Pars quando poſſit ex dolo tertii cõueniri, & de præſcriptione dolo tertii cauſata 5,199

Participans de dolo, exceptione doli vti nequit 49, 484

Partus ancillæ quando in hac actione Pauliana venit 37,620

Paſtor ſæpe omnibus ſuis quoq; nocet 84,267

Pater filiam rurſus dotare tenetur, ſi eam abſq; dolo amiſerit 34 17

Patris dolus non poteſt obeſſe filiis in materia exheredationis 6,772

Pater ſpiritualis ſine venia in iudiciū vocari nequit 15,500 *nec furti accuſari* 16, *nec conuiciari* 17, *ibid.*

Patris an præiudicium ex filii dolo generetur 17,207 *& ſeq.*

Patris dolus an filio vel filiæ noceat. 7 270

Patri non licet ſocium filii ſpurii inſtituere heredem in fraudem fiſci 35,417

Pater, mater, ſubditus, negotiorum geſtor, debitor, arbiter, ſocius & depoſitarius quando ratione officii in dolo præſumuntur 24,91, *& ſeq.*

Pater tria beneficia dat filio, & quænam 23,651

Patronus liberto filios habenti, non ſuccedit 16 644 *fallentia* 17, *ibid Patroni a libertis ſæpe fraudantur* 20, *ibid. Remedia qua* 21 *ibid. Patronus & creditor iiſdem modis fraudari poſſunt* 27 645

Patroni nomen antiquiſſimum Romanis 1,643

Patroni, quaſi patres dicti 2, *ibid* *inſtituto Romuli introducti* 3, *ib. Patroni ſignificationes qua* 5.6, 11,12,643 *Patroni eccleſiarum, aut quaſi patres, aut patrocinantes* 13, *ibid.*

Patronus re alienata extincta, non agit 38,647 *ei non competit interdictum fraudatorium* 39. *ibid.*

Pauliana eſt temporalis 16,618 *fallentia qua* 17. *& ſeq ibid eſtq; tranſitoria ad heredes* 19, *ibid. ſingularis & ſtricti iuris* 20. *ibid.*

Paulus Apoſtolus dolo bono gloriatur ſe Corinthios decepiſſe 15,14

Pauperes poſſunt diuitem eccleſiæ denunciare vt compellat

pellat dare Elemoſinam 21
Pauperiæ ſimulatio, tacita fidu accommodata coniecturis probantur 12,65
Pax impune frangitur aduerſus eum, qui prior pacem fregit 36,37
Peccatum futurum etiam à Pontificibus non remittitur 22,134
Peculii nomen videtur vniuerſale 41,637
Pentathlus prima erat, qui generibus quinque ludorum eadem die pugnaſſet, nempe haſta, diſco ſaltu, iaculatione & luctatione 57,40
Perdix quoque dolum & aſtutiam repreſentat 34,63
Perfidia occultum & inſidioſum malum 1,700 *eius vires quæ* 9,2.*ib. Perfidia quid* 3.*ib. eius diuiſio* 7. & 9 *ibid. eius pœna infamiã irrogat* 10 & *ſeq*.701
Perfidia proditioni æquiparatur 12,701 *a dolo hæc quomodo diſtinguitur* 13,701
Perfidia vbi eſt, ibi dolus, ſed non protinus vbi dolus, ibi perfidia 18,70 *locus Virgilii pro declaratione perfidiæ* 14,69.& *ſeq.*
Perfidia vbi eſt, ibi mala fides 10,69
Perfidia quid 11,69.& 14,69.& *ſeq contra eam variæ actiones ſunt proditæ* 16,70
Perfidus vnde denominatur 5,700 *perfidia nota famoſi Carthaginenſis* 6.*ib.*
Periurium ſine dolo nequaquam committitur 10,424
in Periurium non incidit, qui deferit iuſiurandum ex cauſa a lege conceſſa 42,139 *diſtinctio in articulo quæ* 43,140
Periurium quoque lata culpa committitur 31,564
Periurus efficitur infamis 31,564
Periurus qua pœna afficitur 39,355
Perpetuum in iure quomodo accipitur 89,494
Perſius ex vno libro magnam laudem eſt conſecutus 14,2
Perſonæ incapaces quæ dicuntur 15,411
Perſuaſio doloſa plus eſt, quam violenta exactio 24,761
Perſuaſus dolo ad recuſandam hereditatẽ, an quaſi damnoſam actionem doli habeat 88,333
Pœna ſine cauſa eſt in dolo 767 *Ratio regulæ* 2.*ibid. eius exempla* 3.*ib. declaratio* 4,768 *Limitatio* 5. & *ſeq.*768
ad Philoſophum moralem pertinet non ſolum virtutem, verum quoque vitium cognoſcere num. 1. *fol.* 1
Pica auis mendacii ſymbolum 2,655
Piratæ qui ſit ſecundum Ciceronem 4,24
Plato magna doctrina & autoritatis apud Græcos vir 1,3
Plinii ſententia nobilis de dolo quæ 16,2
Plures ſi fraudem fiſco fecerint, an omnes in ſolidum teneantur 46,421
Plus debito petens pœna doli mulctatur 5,518 *Fallẽtia quæ* 6.*ib.*
Plutarchi locus ad declarationem perfidiæ: hoſti ſi fallere licet, ſed non frangere fœdus 17,70
Pompeius filius magni Pompeii fidem ſeruauit 14,17
Populus Romanus domitor Regum 22,17
Poſitioni criminoſæ reſpondendum eſſe quomodo intelligatur 46,535
Poſitio quid 18,350 *Poſitionibus varia vel contraria reſpondens in dolo non videtur* 19,350 *firmatis contrarius* 20,350 *contrariorum reſpõſio* 21.*ib.*
Poſſidere dolo deſinens, habetur pro poſſeſſore 63,538 *quomodo probetur quẽ dolo deſiiſſe poſſidere* 64,538.
Poſſidere deſinens poſt datum libellum, præſumitur dolo deſiiſſe poſſidere 28,552
Poſſeſſor malæ fidei amittit impenſas, in re aliena factas 8,259
Practica tituli ff. ſi quis aliquem teſtari prohib. 73.330 *quid probandum, vt doloſus de ſuo dolo puniatur in materia illius tituli* 74.330 *Teſtes qualiter debeant in hac materia probare* 75,330
Prælati dolus an eccleſiæ præiudicare poſſit 17,212 & *ſeq.*
Prælati dolus non nocet eccleſiæ 5,772 *Limitatio* 11,773
Præmium, ſi fuerit propoſitum ei, qui vexillum hoſtium acciperet, intelligitur de prima captura 27,26
Præmium propoſitum ei, qui vexillum hoſtiũ duobus eodem tempore capientibus ceperit, omnibus debetur idem iuris, ſi inter currentes ad brauium duo ſimul ad metam peruenerint, vel duo eodem tempore vallum hoſtium conſcenderint 35,27 *Quid iuris, quando præmium ſit indiuiduum, an ſit locus gratificationi* 36,28
Præſumptio plerumq; fallax eſt 22,118
Præſumptio iuris & de iure, quomodo & quando probationem in contrarium admittat 14,348
Præſumptio eſt contra iudicem negligentem 79,367
Præſumptio iuris & de iure quid 108,82 *præſumptio iuris liquidiſſima probatio eſt* 116,82
Præſumptiones ſunt liquidiſſimæ probationes 86,102
Præſumptiones iuris ſunt liquidiſſimæ probationes 28,530 *præſumptio quid* 572
Præſumptio doli excluſiua in dubio capienda eſt 69,101 *hæc per aliam maiorem præſumptionem ceſſat* 71,101
Præſumptio doli quando ratione officii ceſſat 59,59 & *ſeq.* & *quando ratione perſonarum, & in quibus* 60,100 *item quando propter modum agendi ceſſat* 61,100 *item quando ratione rei, de qua agitur* 62,101 *temporis* 63,101 *ratione ſolemnitatis obſeruatæ* 64,101 *variis ex cauſis* 65,101
Præſumptiones quædam doli ſunt ita graues, vt verus dolus per eas probetur 9.65 *præſumptionibus probatur, ergo præſumptum eſt, non valet ſequela* 11,65
Prætor in ſuo edicto de dolo non comprehendit omnẽ dolum, ſed illum, pro quo nulla eſt nominatim actio prodita 15,59
Prætor, qui per reſtitutionem oppreſſis ſuccurrere vult, id faceret opprimentibus 84,78
Præuaricari quid 6,698
Præuaricatio quid 1,2,3,697. 5,698 *quotuplex eſt* 7.698
Precarium vtrum ſit bonæ fidei vel ſtricti iuris 14.133
in Precario aufiat condemnatio ex leui & leuiſſima culpa 48,581
Principale interdum valet, licet acceſſorium non teneat propter rationis diuerſitatem 14,52
Princeps latroni fidem quoq; datam ſeruare debet 15,25 *princeps ſubditos præcedere debet non dolo, ſed prudentia* 16,25
in Principe nihil magis refulget, quam recta fides 12,24 *Princeps eſt miniſter & imago Dei* *ib.*
Princeps varia onera ſuſtinet pro regimine ciuitatis, ſicut maritus onera matrimonii 16,274 *Principi cur licitum in propria cauſa iudicare* 13,274
Principes iuſtum vectigal exigunt 46,39
Princeps cum ſubditis malum cum bono compẽſare ſolet 52,742

Princeps donum Dei & lex animata in terris 67, 266 ſecundum conſcientiam ſuam iudicare poteſt 69,266 in huius auditorio non currunt fatalia 71,266 dilationes ad eius arbitrium conceduntur 72,266 iſto habet ſe ad Rempubl. tanquam anima ad corpus 75,266 Princeps quaſi maritus Reipubl. dicitur 76,266 & quaſi pater vel Tutor 77,267 dolum committere poteſt 80,267 in eo dolus non præſumitur 85,267
Permutationis contractus eſt bonæ fidei 33,295
Priuilegium l. quoties. C. de rei vend propter dolum ceſſat 10,755
Priuilegia probationis faciẽdæ in continẽti ſunt multa 18,748
Probatio per iuramentum eſt priuilegiata 10,726
Probatio vera quid 15,529 duplex eſt 22 ib.
Probatio per euidentiam facti maior eſt omni probationis ſpecie 27,156
Probatio per euidentiam nulla conſtitutione cenſetur excluſa 119,83 declaratio communis opinionis 120,83
Procuratoris dolus non nocet emptori, nec ẽnicunq. domino 4,772
Procuratoris dolus an idem cenſeatur, ac dolus principalis 40,355 diſtinctio quæ ib.
Procurator alius verus, alius falſus 48,358 quibus modis dolum committit 49, ibid. falſus quomodo puniatur 50,359
Procuratoris dolus an domino noceat, & an ex eius dolo competat domino minori vel maiori reſtitutio 10,204
Procurator ad emendum conſtitutus, non poteſt pro ſe emere, & dominum obligare 20,717
Prodigalitas quid 32,261
Prodigus quis 29,261 furioſo comparatur 30,261
Promiſſis in malis fidem ſeruare non expedit 45,29
Prophetæ quoque bonum dolum non ſpreuerũt 12,14
Proteſtatio contraria facta nihil releuat 16,662
Prouerbium, cornicum oculos configere, quid ſibi velit 70,774
Prouerbium, quaſi canis ad Nilum 85,79
Prouerbium, punica fides quid 13,69
Prudentum reſponſa olim quæ dicerentur 2,249
Pudicitia ſemel amiſſa reſtitui nequit 15,48
Pupillariter non licet inſtituere ſpurium legitimo, in bonis patris 36,419
Pupillus vnde dicitur 8,257 hic dolum committere nequit 9,257 arguitur ex aduerſo 10,257 proximus pubertati, doli particeps 12,258 quiſnam dicitur 14,258 proximus infantiæ factus 13. ib.
Pupillus de dolo qualiter puniri poſſit 16,401
Purgare quid ſignificat 1,2. & 3,543
Pythagoræ ſententia, non eſſe guſtandum ex his, quibus eſt nigra cauda, quid ſibi velit 4,655
Purgatio in dolo quomodo accipitur 5,543
Purgationis verbum quomodo accipitur in hac regula 6,771

Q

Quadrupli pœna in quem ſit 31,694
Quæ directe probari nequeunt, probantur coniecturis 30,531
Quæſtiones duæ principales de dolo bono tractantur in capite octauo libri primi & quænam ſint 1,47
Quæſtio de luſu alearum: an ſcilicet qui in primis aleis habeant punctum, ſeu maiorem numerum, qui haberi poſſit, ſponſionem licite augeat 75,44 Rationes in fauorem eius, contra quem eſt facta ſponſionis auctio 81,45 Rationes, quæ in fauorẽ augetis ſponſionẽ 83,45 argumenta contraria eneruantur 84,45
Quales ſunt contractus, tales ſunt actiones, quæ ex iis oriuntur 35,296 81,45
Qualis eſt contractus, talis diſtractus 31.295
Qualitas perſonæ & inſtrumenti quo quis percutit, faciunt præſumi dolum 13,400
Qualitas bonitatis vel malitiæ proprietatem hominis non mutat, ita nec proprietatem doli 27,56
Quando licet alicui dicere, tu mentiris 26,663
Querela inofficioſi teſtamenti ob dolum perditur 7,755
Qui actum facere poteſt nomine ſuo, & nomine alieno, & fecit, creditur in dubio feciſſe nomine ſuo proprio 32,37
Qui apud Hebræos vxorem ducebat, vacationem a bello annuam habebat, vt cum coniuge ſua lætaretur 12,48
Qui contra iura mercatur, an in dolo ſit 69,284
Qui contra iura mercetur, in dolo præſumitur 754
Qui deſiit poſſidere dolo, pro poſſeſſore habetur in ſui damnum, non in fauorem 25,752 iiſdem remediis directis conuenitur, quibus verus poſſeſſor 19,752
Qui dolum allegat, probare debet 753 Ratio huius regulæ 25. & ſeq 753 quomodo procedit 26, ibid.
Qui dolum in re aliena committunt 3,250
Qui dolo deſiit poſſidere, habetur pro poſſeſſore 748 hæc regula in quibus locum habet 5,749. & ſeq.
Qui dolo poſſidere deſiit, non euitat actionem in perſonalem 33,750
Qui dolo facit, ne teſtamentum teſtator renouet, hereditate an priuetur 62,327 & ſi priuetur, cuinam hereditas applicetur, fiſcone, an heredibus legitimis 63,327 Diſtinguitur in præſenti articulo 64,327
Qui dolo circumuenitur, errat 47.74
Qui dolus minus nocet, minor eſt, & qui plus nocet, grauior 35,73
Qui in hoc ſæculo pœnam pro peccatis non luit, pẽdet in futuro ſacrorum, & ethnicorum teſtimonio virorum 22,15 Limitatio prædicta opinionis affirmatiua cum ratione limitationis quæ 23.25
Qui iuſſu iudicis aliquid facit, nõ videtur dolo malo facere 775 Ratio regulæ 2.776. 10, ibid. eius exẽpla 11, ib. Limitatio 12, ib. Declaratio 13. ib.
Quilibet præſumitur bonus 10.548
Qui mendacium dicit, præſumitur in dolo 37,664 42,665
Qui negligit occaſionem acquirendi, non dicitur alienare 83,611 fallit in debitore fiſci ib.
Quintiliani ſententia de iudice & principe quæ 13,24
Quintiliani & Gellii locus declaratus quis 59 40
Qui pacem cum bannito facit, vtrũ poſſit quaſi bono dolo vſus, illam frangere 24,36
Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere 780 Ratio regulæ 2,781 eius exempla 5 ibid
Quis dicitur contra legem facere 23,654
Quis & quando dolum in iudicio committit 3,346
Quod vna lege omittitur, ſæpe per alias ſuppletur 4, 120

R

Ratio non eſt vera, quod matrimonium propter dolum non dirimatur, quia ſit bonus dolus 33,50 & num. 19
Ratio non eſt vera, quod vbi doloſus ingreſſus tenet, fiat, quia dolus ſit bonus, hæc obſeruationes doctorũ & intellectus regulæ multa facta tenent. &a. 49, 52
Redditus annuus a fiſco inter immobilia cõputatur 2.652

Regu-

Regula comprehendit perſonas & cauſas etiam priuilegiatas, niſi in eo, de quo agitur, ſint ſpecialiter priuilegiata 19,48
Regula non bene ſumitur, dolus & metus æquiparantur 62,76
Regula, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, de facili concedendum eſt ornatur remiſſiue 59,183
Regula quod contractus non debet claudicare, multis modis limitatur 55,182
Regula, cauſa nocens magis attenditur, declaratur 52,96
à Regula in dubio non eſt recedendum 54,299
nec ab autoritate gloſſa 53,299
Regula prior in tempore, potior in iure, ceſſat propter mendacium 3,690
Regula, quod dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles, quomodo intelligatur 122,684
Regula vt non ſoluens in ære, luat in corpore, quomodo intelligenda 9,676
Regula, dolus cum dolo compenſatur, quomodo intelligatur 54,623
Regula, quod ſpoliatus ante omnia reſtituendus, in quibus locum habet 15,776 in quibus non valet 9.ibid.
Regula l. bonor. §. hoc ſermone ff de verbor ſignific. in quibus terminis procedat, & l. ſemper. loquitur ſemper in viridi obſeruantia 32,26
Regula ius non conſtituit ſed ex iure quod eſt, regula ſumitur 2,715 regula omnes aut negatiue, aut affirmatiue concipiuntur 4,715 a regulis affirmatiuis author exordium ſumit 5,715
Remedium ſubſidiarium duplici reſpectu dicitur 81,453
Remedium l. 2 C. de reſcind. vendit. per iuramentū in muliere non tollitur 107,105
Remedium extraordinarium cum ordinario non concurrit 149,384 diſtinctio qua 160 ib.
Remedium l. I. C. de reſcind. vendit. an nouum ſit 27,150
Remiſſio generalis vtrum ſufficiat 49,143
Remiſſio doli & reſtitutio reliquorum à pari procedunt 45,127
à Remotione generis, remouetur qualibet eius ſpecies 25,597 genus de pluribus prædicatur in quid 26 ibid.
Renuncians læſioni an eius prætextu valeat reſcindere contractum 55,161
Renunciatio an valeat exceptioni doli, quæ naſcitur ex dolo reipſa 57,162 differentia inter generalem & ſpecialem renunciationem 58,162
Renunciatio ſpecialis an enormi vel enormiſſima læſioni valeat 52,161
Renunciatio exceptioni doli reipſa eſt renunciatio doli futuri 59,162
Renunciatio ſpecialis ex communi ſententia eſt neceſſaria pro doli remiſſione 37,125 plures rationes communis opinionis 38,125 Renunciatio generalis an ad remiſſionem doli ſufficiat, an ſpecialis 35,125
Renunciatio non valet læſioni enormiſſima 9,764
Renunciatio l. ſi vnquam. Cod. de reuoc. donat. facta dolo, non tenet 46,74
Renunciatio ſpecialis doli quando facta videatur 42,126
Renunciatio exceptioni doli facta in inſtrumento nō valet 24,135
Renunciatio ſpecialis fortior eſt generali 60,486
eſt que ſtricti iuris 61,486
Replicationis doli nonnulla exēpla referuntur 9,499
Replicatio doli variè definitur 1,497
Replicatio doli temporalis eſt. ſicut actio 19,501
an competat aduerſus exceptionem doli 21.501
22, & ſeqq. 502
Repudium ratione deformitatis concedebatur 26, 49
Reſcriptū ad lites ex doloſa impreſſione videtur vitiari ipſo iure 18,433 firmatio & probatio cōtrarii 19,433 ſolutio qua 20.433
Reſcriptum quid 1, & 2,429
Reſignatio beneficii doloſe facta, eſt nulla 21,524
liberum conſenſum expoſcit 22,ib.
Reſponſio qualificata ad poſitiones, debet tota acceptari, aut tota infirmari 114.106
Reſpublica ſeu populus corpus eſt, & tria ſunt genera corporum 7,784
Res ſacra eſt conſultor 8,760
Reſtitutio in actu reuocabili neceſſaria non eſt 42, 323 reſtitutio heredi datur ex perſona minoris 49,324
Reſtitutio in integrum poſt quinquennium à minore prodatur 22,508 reſtitutio per minorem obtēta, fideiuſſori prodeſt 30,509
Reſtitutio quo caſu ſit ipſo iure in odium grauatæ 7. 516 (724
Reſtitutio in integrum quomodo ſit ſubſidiaria 5,
Reus abſolutus ob dolum ſuum, an actione doli conueniri poſſit 30,352
Reus propter mendacium perdit priuilegium allegandi plures exceptiones 89,680
Rei fauerabiliores ſunt actoribus 56,299
Reus mendax priuatur poſſeſſione, etiamſi opponat exceptionem domini probandi in contrarium 18 670
Reus conuictus de mendacio, per propriam ſcripturam qua pœna plecti debet 76,678 eo conuicto de mendacio an exceptio ſolutionis proſit 80. ibid.
Reus, ſi confeſſus ſemel, poſtea negauit & conuictus fuit, quid ſtatuendum 68,676.72,677
Reus negat ſe poſſidere, actor non vult ſumere onus probandi contrarium 31,671
Reus in ſua exceptione eſt actor ſcilicet affirmatiua, ſecus in penitus negatiua 8,753
Reus quod dolo poſſidere deſierit, quomodo probandum 11,749 plures coniecturæ ad docendum Reum dolo deſiiſſe poſſidere 12, ibid. cui incumbit onus probandi, Reo an actori 14,750 Diſtinctio 15, ibid.
Reuocatio datur futuro creditori, qui in locum prioris ſucceſſit 104,631
Rogatus reſtituere cui velit, non poteſt reſtituere filio ſpurio teſtatoris, ne fraudem legi feciſſe dicatur 12,416 rogatus in fraudem legis, an beneficiū falcidiæ perdat 53,423
Rudes & ignari iniuria in principes indebunt 17 275
Ruſticus ſagax non gaudet priuilegio ruſticorū 36. 262 ſubiicitur pœnæ L. ſi quis in tantam C vnde vi 37,262 ſubire poteſt pœnam l. 2. §. mater. ff. ad SC. Tertull. 39,262 dolum committere poteſt, nec comparatur furioſo aut infanti 43,262 a dolo excuſatur committens contra ius ciuile non notorium 46,262

S

Sacramentum vnde dicitur 2.423
Salomonis ſententia de viro & vxore qua 13,18
Salomon ob dolum bonum, veram matrem inuenit infantis viui 14,14

Salomonis dictum de meretrice, & de muliere ſapiēte 110,105

Salus, honeſtas, vtilitas publica, vel priuata dolū bonum antecedunt 2,56

Saluator humani generis aliquando bono dolo vſus eſt 9,14

Saluus conductus ad ſutura non extenditur 21,134

Scientia iuris ciuilis Senis magno honore ſemper habita fuit 24,396

Sapientis conſilium ſæpe iudices requirunt 22,396

Scientia creditorum quomodo à creditore probanda 15,634

Scienti non fit dolus 63,487

Scorpio terreſtris doli ſymbolum, item laqueus & hamus ſunt eiuſdem doli Hieroglyphicum 34,63

Scriptorum in propria laude vitium quod 15,2

Senatus Romanus fidē publice datā ſeruauit 20,25

Sententia ex falſis allegationibus lata, an ipſo iure eſt nulla 142,381 an ſit nulla propter dolū in omittendo 143,381

Sententia lata contra ius ambiguum, valet 92,369

Sententia quid, & vnde dicitur 130,378 eſtque duplex 131,378 hæc an in rem iudicatam transeat 141,380

Sententia lata per dolum ſuper ætate, an ius faciat inter partes 145,382

Sententia iudicum diſparium fauore teſtamenti nō attenditur ſi dolo lata ſit 3,515

Sententia facit de albo nigrum 84,304 arguitur pro affirmatiua 85,304 quæ probabilior oſtenditur 86.ib.

Sententia in actione doli quomodo ferenda 72,451 an vna, vel duplex 74,451.& ſeq.

Sententia in connexis non poteſt pro parte acceptari, aut pro parte repelli 115,106

Sententiæ duæ ſuper eadem re ferri nequeūt 73,451 ſententia ſub conditione lata, non valet 75,452

Seruius defenditur à reprehenſione Labeonis in l. 1. ff de dolo 23,6

Seruius Sulpitius Ciceronis amicus proximum poſt eum locum tenebat in cauſis orandis, & alia multa de ipſo 3,58 defenditur Sulpitius à ſecundo obiecto, & oſtenditur, quod definitio ipſius non competit dolo bono 18,60

Seruus vnus poteſt à domino in fraudem creditorū manumitti 104,614 eius fallentia quæ 105.ib.

Similia multa inter contractus & vltimas voluntates 22,319

Similitudines, quæ inueniuntur inter dolum verum & præſumptum, ſunt generica 37,73 iſtæ duæ ſpecies doli conueniunt in ſuo genere, & tales ſunt ſimilitudines enumerata 38,73

Simoniæ mediator non eſt excōmunicatus niſi ſciens 2,521

Simplicitas bifariam ſumitur 17,14

Simulo quod non eſt, diſſimulo, quod eſt 3,712

Simulatio in furto, homicidio, adulterio ſæpe reperitur, ita vt definitio doli conueniat 16,60

Statuta cur ſint ſtricti iuris, duplex ratio deducitur 23,55

Simulatio poteſt allegari ab eo, qui illam fecit 71,77

Simulatio ſicut & dolus excludit conſenſum 52,75

Simulatio eſt veluti mater doli 1,712

Societas nulla eſt maleficiorum, vel iuſta communicatio damni de maleficio 10,721.& ſeq.

Socii vnius dolus an alteri ſocio officiat 19,215

Socii dolus nocet alteri ſocio 8,772

Socius perdit beneficium ne conueniatur, & quandō 97,681 maritus negans matrimonium 98 ibid.

Solertia, induſtria, vigilantia, ſunt comites doli boni 3,56

Solemnitas in cōtractu requiſita, deſideratur in eius diſtractu regulariter 49,181

Sophiſta nomen olim honeſtum 12,696 apud Ciceronem qui ſint 14.ib. qui à IC. & Impp. intelligantur 13.ib.

Species diuerſos pariunt diuerſa effectus 11,602

Species derogat generi 5,784 ampliatio 6,785 declaratio ibid. Limitatio 7.ib.

Speies multa ſunt in iure ſub eodem genere comprehenſa, quarum aliquæ propriè ſunt tales, aliquæ impropriè, vt donatio inter viuos, & donatio cauſa mortis contractus vltrò citroq; obligatorii &c. 26,56

Spirituale quodnam ſit 3,47 vnde appelletur ib. ſpiritualia in multis à temporalibus differunt 2,47

Spoliator eſt verus aut fictus ſeu præſumptus 19,748 in ficto admittitur exceptio domini in continenti probandi 20,ibid.

Statuentes ſine poteſtate, quæ pœna puniuntur 16,405

Statutum, vt contra inſtrumentum non admittatur exceptio, non valet in inſtrumento ſimulato 53,75

Statutum eccleſiæ præiudicare non poteſt 9,403

Statutum de crimine vel delicto loquens, dolū continet 25 71

Statuti diſpoſitio, excludit dolum reipſa 24,155 ſtatutum prohibens reductionem laudi ad arbitriū boni viri, non habet locum ſtante grauiſſima læſione 25,156

Stellionatus crimen quid, & vnde dicitur 2,398 vnde oritur 3,398 quibus caſibus committatur 4,398 an infamiam irrogat 5,398 an in eo locus pœnitentiæ eſt 6,399 Quæ eſt eius pœna 7,399 pœna eius an cum actione doli conueniat 8,399

Stipulatio, habere licere ſpondes: ſimilis huius regula ſtipulationis 3,763

Stipulatio breuiloqua ad perſonas non refert, quibus ſpecialiter promiſſum eſt 29,310

Stipulatio tantū ſtricti iuris appellata reperitur 10,293

Stipulatio ſuper cōtractum bonæ fidei, an ſumat naturam bonæ fidei 65.& ſeq.163

Stipulatio ſequitur naturam contractus, ſuper quo interponitur diſputatur & diſtinguitur 40,177

Stricti iuris eſſe quid 2,4,5,6,292

Subditi improbe agunt, ſi iuſtum vectigal fraudāt, & peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur 47,39

Subreptio in beneficiis maior cenſetur, quam in litibus, & ipſo iure vitiat 25,434 ampliatio concluſionis 27,435

Subtilitates ſunt in duplici differentia, quarum aliæ improbantur in iure, aliæ recipiuntur, quibus qui vtuntur ſubtilitatibus, laudem acquirunt, vt Papinianus, & primos honores inter aduocatos gerunt 18,35 argumenta communis ſententiæ refelluntur 20,35

Succumbens per ſententiam præſumitur habuiſſe malam cauſam 83,367

Sutor male incidens veſtem, non excuſatur, dicens pannum ad veſtem non ſufficere 101,289

Suto

Sutor incidens veſtem mulieri tenetur de dolo 98, 388 *ampliat* 100,288. & 101,289
Syndici incidunt in crimen preuaricationis 11,689
Syndacus ſi omnes male factores accuſauerit vno excepto, incidit in penam ſtatuti 12,689

T

Tacens vel exprimens per dolum, que erant dicenda vel tacenda, non poteſt commodum ex reſcripto ſentire 6,774
Taciturnitas doloſa punitur 61,513
Talionis pena adempta & cur 27,694
Theticus apud Heliogabalum fumi venditor inſignis 16,603 *pena ab Alexandro imperat inuncta Thureno fumorum venditori que* 17.ib.
Temere dicens de nullitate, perinde punitur, ac ſi temere appellaſſet 165,388
Temere non credere neruus ſapientie eſt 106,373
Temperamentum verborum ſuper actione in factū tollit infamiam iuris, non autem facti 90,456
Temporalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum . 5,728 *ampliatio* 16 ib.
Temporalia que ſunt ad agendum, quare ſint perpetua ad excipiendum 87,494
Tergiuerſatio quando committitur 18,699 *pena eius multiplex* 21,700
contra Tergiuerſatores latum fuit SC. Turpillianum 19,699 *quis in hoc SC incidat* 20,700
Teſtamentum doloſe aperiens alienum, penam meretur 16,517
Teſtamento propter dolum heredis reſciſſo, an legata corruant 6,328 *concluſio* 66. ibid. *fallentia qua* 67,328 *Ampliatio* 68,328
Teſtamentum nuncupatiuum & in ſcriptis differunt ſpecie, conueniunt tamen in multis reſpectu generis teſtamenti 39,73
Teſtando an creditoribus poſſit fieri fraus 87,612 *itē legando fideicommittendo & donando cauſa mortis* 88 ib.
Teſtimonium proprie dirigitur in iudicem, cui fieri debet fides 30,503
Teſti periuro non creditur 56,130 *hec opinio variis modis ampliatur* 57,130
Teſtis ob mendacium an tortura ſubiici poſſit 41,665
Teſtes ſingulares quando probent 45,420
Teſtis eque punitur de falſo, tacens verum, ac dicens falſum 99,81-
Teſtes ſingulares qui dicuntur 52,536
Teſtis, quot modis in iudicio dolum committere dicitur . 54,360
Titulus lucratiuus quis eſt 28,604 *quis titulus oneroſus* 30,605 *quis titulus mixtus* 31.ib.
Tranſactio an propter dolum reipſa reſcindatur, remiſſiue 166,64
Tranſactio an ſit contractus innominatus 22,316
Tranſactio ſuper lite calumnioſa concidit, tanquā ſua carens materia 58,900 *hec proprie eſt cōtractus, cum hinc inde obligationem producat* 60,300
Tranſactio quid 29,295 *diſtinctio Bartoli qua* 30, 295 *an ſit ſtricti iuris, & an propter dolum ipſo iure annulletur* 28, 295 *in materia tranſactionis varie queſtiones proponuntur* 36,296
Tranſactio an ex dolo reipſa ſeu immodica leſione reſcindi poſſit 79,303
arguitur pro negatiua 80,303
Tranſactio non eſt proprie diſtractus, ſed liberatio a ſententia 44,298
Triphonii Grammatici dictum de mendacio 3
Turpitudinem ſuam allegare quandoq; licitum eſt 71,302
Turpitudo ſua iure allegatur excipiendo & replicando 74.77 *Turpitudinem ſuam nemo allegare poteſt* 73.77
Tutele vel cura cauſa non eſt fauorabilis, ſicut cauſa dotis 42.298
Tutela quoq; recipit triplici modo 9.270
Tutoris vel curatoris dolus an pupillo vel furioſo noceat 11.205
Tutoris dolus in conficiendo inuentario, quomodo probatur 77,539
Tutores magiſtratibus equiparantur 14.587
Tutor allogiſta qui, & huius verbi ſignificatio 25 123
Tutor de quanam culpa tenetur 32, & ſeq 579
Tutoris dolus pupillo non nocet 3.772 *Limitatio* 11, 773
Tutor curator quando preſumuntur in dolo ratione officii 23,91
Tutor negans ſe tutorem, an perdat beneficia, que tutoribus tribuuntur 113,682 *tutoris quatuor ſunt beneficia, & quenam* 1.4,682. 119. & ſeq. 668
Tutus exceptione doli, quo non poſſit ſolutum repetere, arguitur 74,475 *contraria ſententia probabilior* 15,475

V

Vbi dubitatur de certa ſpecie exceptionis, vtile eſt generalem proponere 9. ibid.
Vbi ſumus in dolo, ſumus in odioſis 26.71
Vectigal iniuſtum vtrum fraudare liceat, quaſi bonus dolus ſit 44,39 *eſtq; duplex* 45,39 *hoc quodnam eſt* 48,39
Venditio ſub haſta an propter dolum reipſa reſcindatur, remiſſiue 67,164
Venditor rem vendendam commendans an ex ſuo dolo teneatur 56.282 *arguitur pro negatiua* 57,282 *pro affirmatiua* 58,282 *ſi venditor verbis generalibus commendauerit, non tenetur, & ſibi imputet emptor* 60,283 *Si ſpecialiter laudauerit, tenetur actione ex empto* 61.283
Venditoris dolus an emptori noceat quod vſucapiendum 65,283 *venditor ſciens ab ignorante diſtinguitur* 70,284
Veneni vocabulo malum in dubio ſignificamus 5,54
Venenum bonum & malum, & declarat vtrunque 7-7 *ratio, cur inueniatur* 18,9
Venia vtrum omnibus ſit danda ſi impunitas ad inueniendū occultos latrones publice promiſſa fuerit, ſi quis ſe reuelaret, & omnes vnus poſt alium ſe reuelauerit 26,26
Verbum cautionis hic ad ſtipulationem refertur 4. 790
Verba futuri temporis canonem late ſententie non important 3,132
Verbum ſpeciale in iure vario ſumitur 43,126
Verbi prouocat, ſignificatio multiplex, & quomodo in hac regula accipitur 6781
Verbum fingere, plures habet in iure ſignificationes 24,713.25 714
Verbo, bone fidei plura continentur 2,272
Verbum, reſtitutionis, plenam habet ſignificationē, & ad fructus pertinet 32.62
Verbum, quacumq; cauſa, ampliatiue ponitur 81 627
Veritatis quanta ſint vires 15,55
pro Veritate eruenda reos tormentis ſubiicere licet 47,30
Violentia priuata ſpeciem dolum apertum continent 41 16

Violentia conſenſum excludit 55,75 *violentia quid* 56,75 *in violentia adeſt quoque dolus* 57,75 *in ea eſt dolus verus, & in clandeſtinitate* 58,75 *violentia, turbatio vel ſpoliatio facta de mandato iudicis dolo caret* 59,75
Virginem deflorans qua pena afficiendus eſt 15,523
Vis in bonam & malam partem ſumitur 3,116 *vis publica & priuata quomodo committantur* 5,116
Virtus eſt maior, quæ in faciendo conſiſtit, quam quæ in omittendo 28,192
Virtus maior in faciendo. quam in non faciendo 5,720 *maior virtus agere honeſta, quam turpia nõ agere* 6,720
Vita non cenſetur emendata ex vnico actu virtutis 20,547
Vitia perſonalia ad heredes non tranſeunt 3,458
Vitium doli reale nocet heredi 27,231 *perſonale heredi nocet in continuanda vſucapione ex defuncti perſona* 28,231 *etiam ſi heres bonæ fidei ſit* 129.*ib.*
Vitia realia tranſeunt in quemcunque ſucceſſorem 10,759
Vitiorum turba in magnis aulis confluit 82,267
Vlpianus Papiniani diſcipulus, eiusq; laudes quæ 11,59
Vlpianus IC. ſecundum Labeonem de doli mali definitione quid iudicat 2,58 *Vlpianus a compilatoribus, velut iudex datus inter Sulpitium & Labeonẽ in controuerſia definitionis doli mali* 9,59
Vlpianus vtrum improbare videatur definitionem Sulpitii, negat Cagnolus, ſed Dd. communiter affirmant 26,62
Vlpianus in l. 1. ff. de dolo, reprehendere videtur definitionem Sulpitii, dum approbat definitionẽ Labeonis, & in l. iuris gentium. §. pactor. verb. dolo malo ait prætor, Sulpitium ſequitur 21,60
Vlpianus à Modeſtino IC. ab Alexãdro, Diocletiano & Iuſtiniano laudatur 2,3
Vna hirundo vel vna dies non faciunt ver. 21,547
Vniuerſitas an dolum committere poteſt 56,264 *& ſeq.*
Vnum quodq; diſſoluitur eo vinculo, quo colligatum eſt 41,648
Vnus ex doloſis, ſi non ſit ſoluendo. peruenitur ad alterum 7,721 *ſoluens an habeat regreſſum cõtra alios* 9 *ibid.*
Volenti nec dolus fit, nec iniuria 54,161
Votum natura quid 25,651 *votum parentũ quid ibid.*
Vrbs Phæniciæ in Syria fuit patria Vlpiani IC. 10.59
Vſurarius non obſtante conuentione vſurarum, puniri poteſt 15,771 *Limitatio* 16.*ibid.* *Reſtrictio* 17.771
Vſura fingitur bellua, quæ quotidie argentum generat, & pecuniam pecuniæ addit 29,22
aduerſus vſurarium an agi poteſt actione doli, vel crimine ſtellionatus, an actione ex eo contractu. 5.771
Vſus regionis circa menſuras attenditur 89,287
Vtens exceptionibus contrariis, an dolum committat 25.351 *reſponſione negatiua* 26.351
Vtilitas huius operis de dolo quæ 17,2 *vtilitas diuiſionis ex Quintiliano quæ* 18,2 *Diuiſio operis in ſex partes quæ* 19,2
Vtrum contra infideles iuſta belli cauſa ſit; ex hoc tãtum quod ſint infideles 23.21
Vtrum plus peccet, qui ſponte mendacium dicit, quam qui inuitus. 1.659.
Vxoris definitio lepida ex Simonide. 29.49. *alia vxoris definitio ex Rudolpho.* 30.49
Vxoris dolus an viro nocere poſſit, 15.210
Vulpi dolus non imputatur & cur 104. 104
Vxores Romæ maritos emebãt, contra apud pleroſque populos vxores à maritis emebantur. 22.48

Z.

ZElotypia bona & mala ibidem; quid vna quæque ſit. 14.9
Zingaris leuiora furta non imputantur. 81.518

FINIS

Ax 1319603

Digitized by Google

G 23.